13
22 N
35

11.

Ex B
major
Soci

40
d
35

13-26 b. 76.

NOVÆ DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI.

Authore, & Collectore

ANTONINO TESSAVRO FOSSANENSI SARMATORIS DOMINO,

IN EODEM SENATV PRIMARIO SENATORE,

Aſtenſiſq; Comitatus, & Marchiæ Ceuæ Præſide, Sereniſſimorumq; Ducum Sabaudiæ Conſiliario.

Adiecto duplici Indice, vno Deciſionum, altero Notabilium copioſiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.



AVGVSTÆ TAVRINORVM,
Apud Io. Dominicum Tarinum. 1590.
Permiſſu quorum intereſt.


DIMIDIVM PLVS TOTO
ANNOR. LXIII
PLACIDIOR MEDIA

CLARISS. I. C. IVVENALIS CAPELLI FOSSANENSIS,

SERENISSIMI DVCIS SABAVDIÆ SENATORIS.

TESSAVRI Illuſtris venerandos conſpice vultus,
Ex ære expreßit quos manus artificis.
Quòd ſi animus fingi potuiſſet, clarius illo,
Vel magè tu ſanctum iam nihil aſpiceres.
At quod non valuit pictor celeberrimus ARDENS,
Ipſius Authoris nobile fecit opus.
Hîc ſophiæ quiuis THESAVRVM agnoſcat; & ipſum
Innumeris dignum laudibus eſſe ferat.
Qui priſcos legum patres æquauerit, atquè
Omnem qui tandem vicerit inuidiam.
Sed quod ſiue fide, aut præſtet pietatę tacebo,
Materia eſt noſtris viribus apta minus.

D. PHILIBERTI CVFFII. I. C. VIGONENSIS.

Qui abſtruſas legum cauſas, qui dogmata quæris,
Quæ populis tutò reddere iura ſolent,
Accipe Teſſauri dotes, veneranda Seueri
Ordinis, aurata dogmata ſcripta manu.
In pretio pretium eſt, ipſum ſe prodidit aurum.
Aurea ſunt nullo hæc deperitura ſitu.

NOMINA
PERILLVST. PRAESIDVM ET SENATORVM,
QVI IN HOC PEDEMONTANO SENATV
HODIE SEDENT.

Amedeus à Ponte primus Præſes.
Antoninus Teſſaurus Præſes Aſten.
Lazarus Baratta Præſes Salutiarum.
Carolus Cacheranus Ozaſcus.
Gotofredus Balbus.
Antonius Cerua.
Alexander Guerillus.
Hieronymus Maynus.
Io. Franciſcus Crauetta.
Manfredus Goueanus.
Bernardinus Brocardus.
Vincentius Fauzonus.
Nicolaus à Ponte Capitaneus Iuſtitiæ.
Euangeliſta Appianus.
Franciſcus Ferrerius.
Antonius Sola.
Cæſar Cortina.
Annibal Sandiglianus.
Io. Baptiſta Humolius.

Alexander Brolia Vicarius Iuſtitiæ.

SERENISSIMO AC POTENTISS. CAROLO EMANVELI ALLOBROGVM DVCI,

AC SVBALPINORVM PRINCIPI, DOMINO, ET PATRONO COLENDISSIMO.

Antoninus Teſſaurus Sal. & fœlicitatem.

*VBI primum poſt occaſum Sereniſſimi Emanuelis Philiberti pa
tris tui, (cuius Clariſſimam memoriam tanquam aliquod Iu-
lium Sydus poſteritas omnis venerabitur) heroica tuę virtu
tes tenebris noſtris illuxerunt, inter cętera cœleſtis genij, &
ingenij tui decora, & ornamenta, quibus orbi Chriſtiano exo-
riens omnium populorum, & Principum oculos in te conuerti-
ſti, vel verius perſtrinxiſti; efflorеſcentem quandam in illa tenera ętate pru-
dentię, & iuſtitię indolem maximam omnium virtutum frugem pollicentem,
ego pręcipuam agnoui, colui, atq; ſuſpexi. Principibus enim coronam non mi-
nus iuſtitię, quàm bellicę fortitudinis inſigne maiores noſtri eſſe voluerunt. Co-
ronam verò, (vt inquit Seneca,) ſi diuiſeris arcus militaris virtutis ſignum, ſi di
rexeris virgam iuſtitię ſymbolum efficies. Atq; ita regium diadema eò nobi-
lius, & fœlicius iuſtitię togatę, quàm armatę fortitudinis hieroglyphum, &
omen continet: quo nobilius, & fœlicius eſt, coronam dirigere, quàm diuidere.
Hinc illę tuę de viris, quorum religioni, & eruditioni tutò iudicium de capite,
& de fortunis ſubditorum tuorum credi poſſet, ad ſupremum iuſtitię ſacerdo-
tium promotiones, non minus ipſis, qui iudicium tuum promeruerunt, quàm ti-
bi, qui tales iuſtitię, & ęquitatis tuę miniſtros, & quaſi collegas aſſumpſiſti, &
illis ipſis dignitatum cingulis, & ſacris infulis, honorificentiſſimę. Licèt enim
omnibus in rebus innatę cuiuſdam ęquitatis, & probitatis ſpecimen edideris,
illuſtriſſimum tamen eius numen tum effudiſti, cùm integerrimos, & erudititiſſi-
mos quoſque ad Senatoriam dignitatem extuliſti. Siquidem innocentia magi-
ſtratuum non ſolùm prudentiam eius, qui hos elegit, indicat; ſed etiam mores
eius, qui talibus vtitur, comprobat. Optimo iure Demoſthenes iniquiſſima ple-
bis Athenienſis ſententia in exilium relegatus, Mineruam vrbis; & fori illius
pręſidem accuſabat; quòd cùm omnium Dearum eſſet ſapientiſſima, nihilomi-
nus Noctua, quę nihil ſtolidius, Gorgone quę nihil ſæuius, plebe Athenienſi, quę
nihil iniquius delectaretur. Tu verò cùm ſanctiſſimam, & candidiſſimam vi-
tam inſtitueris, eiuſdem coloris mores à magiſtratibus tuis exigis, quibus inno-
centia tuę exemplum, non ſolùm ab omni crimine, ſed etiam criminis ſuſpitione*

abſtinen-

abſtinendi legem, & neceſſitatem indixit. Multum huic tuo æquiſſimo ani-
mo, ad quem tanquam ad lapidem Lydium, vel Heraclium omnium miniſtro-
rum tuorum proditur, & exploratur actio, populi tui debent; plura Senatus, cu-
ius amplitudinem dignitate Senatorum auguſtiorem feciſti: plurimum verò ip
ſe tibi leges, ipſa iuriſprudentia debet: cùm enim intelligeres hanc diuini, atq;
humani iuris ſcientiam, quæ ad controuerſias mortalium dirimendas cælitus eſt
comparata, diſſonis diſſentientium, & diſſidentium doctorum controuerſijs litigio
ſam, & ſeditioſam effectam eſſe, atque ingenti ſcriptorum, & librorum mole op
preſſam, atque obrutam iacere; diuino quodam ſpiritu ad hanc cæcitatem diſcu-
tiendam, & commune malum auertendum accenſus, Clariſſimis, & diſertiſſi-
mis Iuriſconſultis MANFREDO GOVEANO magni illius Antonij Goueani conſilia-
rij, & Senatoris tui filio; ac IOANNI MANVTIO in hac Taurinenſi vniuerſitate
anteceſſori hanc prouinciam demandaſti: qui tanquam noui Theophili, & Do-
rothei clamoſas in ſcholis, & in foro quæſtiones vagè diſperſas, atq; diſiectas prin-
cipali deciſione egentes colligerent: quæ de conſilio Senatus deciſæ, & ſub tui nomi
nis authoritate promulgatæ fluctuantem iuris dicendi regulam ſiſterent, eamq;
certam, & exploratam non ſolùm in ditione tua ſancirent; ſed etiam alios
Principes ad eiuſdem facinoris gloriam magno mortalium cum beneficio exci-
tarent. Sed neſcio quo fato tibi tantæ laudis palmam, & huic luctuoſo ſeculo
tam præclarum beneficium inuidente illorum alterum ſuperuenientis dignitatis
occupationes, alterum ingraueſcentis ætatis moleſtia in medio curſu à tanto ope-
re reuocarunt. Te verò influentia grauiora, negotia quibus dies, & noctes ſum-
ma cum gloria tua, & vtilitate noſtra condis, ad alias curas his proximè adſci
tas, atque etiam toto cælo ab his diſſitas auerterunt. Quamobrem ne penitus
tam ſancti, & glorioſi conſilij, & propoſiti memoria conſeneſceret, & cœptus la-
bor irritus concideret; hoſce deciſionum libros quadraginta annorum, (quibus
aui, & patris tui beneficio, atque etiam benignitate tua in hoc Senatu Ciſmon-
tano audiendis, dirimendiſque litigantium controuerſijs ſum verſatus,) ſtudio
compilatos, induſtria elaboratos, adhibita matura conſultatione elucubratos,
hoc tuum deſiderium, & incœptum ſecutus, è tenebris in lucem ex ſitu, &
ſqualore, quo iampridem obſiti erant, in ſolem profero: futurum ſperans (niſi ſpes
mea ſuo fallitur augurio) vt aliquis exemplo meo inuitatus, vèl ex hoc ampliſ-
ſimo, & eruditiſſimis viris feraciſſimo Senatu, vel ex cineribus, & oſſibus
meis tanti operis vindex, & aſſertor ſub fœliciſſimis iuſtitiæ tuæ auſpicijs exoria
tur; qui leuioribus iſtis principijs ſupremam manum, & ſummum faſtigium
imponet. Quoniam verò hanc mihi tu mentem, & cogitationem inieciſti; ini-
quus ſim, niſi tibi hunc partum acceptum feram, cuius gignendi deſiderium, &
ſtudium ab hoc diuino inſtituto concepi. Quinetiam cùm multa nobiliora, & au
guſtiora ea tantum ratione videantur, quòd templis, & Dijs ſunt dicata; non
dubito

dubito, quin hæc ſtudiorum meorum primordia craſsiore Minerua contexta pręcioſiora, & cultiora videantur, ſi auguſto nomini, & numini tuo fuerint conſecrata. Tu igitur, quem ciuilibus, & forenſibus curis depoſitis

Non indecoro puluere ſordidum
Maioribus ire per altum
Auſpicijs, Fortuna iubet,

haſce meas otioſas, & vmbratiles cogitationes inſitæ animi tui ſumma æquitate, & regia benignitate accipito, atque ſuſcipito. Nihil enim à te niſi maximè regium, & generoſum ſperari poteſt, qui à maximis Cæſaribus, & potentiſsimis Regibus longo ordine, longaque ſeculorum ſerie deſcendis: reſtant enim in te ipſo magnarum, & ſplendidarum rerũ quaſi igniculi ab EMANVELE PHILIBERTO *patre prudentiſsimo: reſtant & à magno Rege* FRANCISCO *V*ALLESIO *auo tuo, cuius & in armis generoſitatem, & in bonis literis doctrinam, & ſtudium, & ad omnem pietatis, & bonarum artium incrementum procliue ingenium verè imiteris: reſtat ſanctiſsimæ genitricis tuæ M*ARGARITAE *V*ALLESIAE *ſpecimen clementiæ, & religionis, quo fit, vt indies maiora, et ſummo Rege Deo auſpice futura ſint opera, et armis, et literis præclara. Accipe igitur*

O Princeps atauis edite Regibus,
O & præſidium, & dulce decus meum.

puſillum hoc munuſculum; magnæ tamen meæ in te obſeruantiæ, et hæreditariæ ſeruitutis pignus, meque in tuorum chariorum numero ſi placet adſcribe. Sic Deus Optimus Maximus tuas ſanctas dignetur actiones perpetuò dirigere, et larga manu fouere, teque ac Sereniſsimam coniugem tuam prudentiſsimam, et pulchram, quæ te fecit iam prole parentem, ad Neſtoreos annos incolumes conſeruet, et augeat. Ex tua Taurinorum Auguſta. viij. Kalen. Martias. M. D. XC.

SVPERILLVSTRIB. ET ECCELLEN.
PRAESIDIBVS, AC SENATORIBVS
SENATVS PEDEMONTANI
DOMINIS, COLEGISQVE COLENDISSIMIS.

Antoninus Teſſaurus ſalutem precatur.

AGITVR iam quadrageſimos annus, Patres Eccellentiſſ. quo in hoc celebratiſſimo Pedemontano Senatu Sereniſſimorum Principum, & Dominorum noſtrorum glorioſiſſimæ memoriæ Caroli ſecundi, & EMANVELIS PHILIBERTI, & demum CAROLI EMANVELIS clementia & benignitate verſor, in quo per tot annorum curriculos innumeræ propemodum, & arduæ iuris quæſtiones propoſitæ, & me præſente in eodem Senatu reſolutę fuere, non ſine magno labore, & ſtudio grauiſſimorum virorum, Præſidum plurium, & Senatorum plus quinquaginta, qui pro tempore me Senatore, vel Præſide extiterunt. Quarum permultas tam in prima mea iuuenta, quàm in virili, & demum ingraueſcente iam ætate multis vigilijs, & laboribus ad mei ipſius commodum, & memoriæ adiumentum collegeram, non eo tamen animo, vt in lucem vnquam prodirent: Neque enim plus mihi de facultatibus meis pollicebar, quàm in eis eſſet, & quòd mallem otioſum in hac vita fuiſſe, quàm nihil aut perperam aliquid egiſſe. Verùm cùm ſuperioribus annis ab aliquibus amicis meis in iure noſtro verſatiſſimis, qui lucubrationes noſtras quandoque deguſtarant, hortarer, vt eas ederem, aſſerentes noſtratibus Iudicibus, & Aduocatis in tanta iuris ciuilis perplexitate haud modicum profuturas, poſſeque non ſine omnium applauſu proferri, cœpi egomet ad facile credendum, & ad ea quæ cuique placent impelli, ac (vt ait Catullus) meas etiam eſſe aliquid putare nugas, & ſi quid otij daretur à priuatis publicisque actionibus, quibus aut Sereniſſimorum Principum noſtrorum, aut populorum gratia continuò præmor, illud omne quamuis exiguum in his componendis, & ruminandis impendere. Verùm & id mihi vix permittebatur, cùm ferè integræ dies, & noctium quandoque partes agendæ eſſent in noſtro omnium conſeſſu audiendo, & diiudicando, quæ in eo ordine referebantur, ciuiles & criminales cauſas, aut in publicarum rerum Magiſtratu, aut etiam in priuato ipſius Principis conſilio: Procuraui tamen vt id mihi eueniret, quod de Scipione inquit Cicero, vt nũquam minus otioſus neque minus ſolus, quàm cùm ſolus eſſem. Itaque factum eſt, vt his duobus proximis annis ſcripta mea multorum annorum reuoluens (neque enim Iuriſconſulto, his præſertim temporibus librorum copia exuberante, calamo parcendum eſt) ex innumeris penè, quas adnotaram Deciſionibus, has paucas, quæ luce digniores, & publico vſui magis profuturæ mihi viſæ ſunt, collegerim, præloque mandari non negarim. Eas igitur qualeſcunque ſint eo libentius vobis Patribus, & Dominis meis collendiſſimis exhibeo, tum quòd illis tanquam ab eorum penu hauſtas gratiores futuras ſperarem, tum etiam, vt eorum laboribus ſuccurrerem, quibus animaduertebam multas reſurgere indies diſputandas quæſtiones, quæ licèt aliàs diſcuſſę fuerint, nouo tamen eorum labore, & ſtudio examinarentur, ignorãtes, quid in eodem themate aliàs idem Senatus iudicaſſet. Quinimmo euenturum exiſtimabam, (ita fert omnium rerum viciſſitudo, & humana fragilitas, ac ad diſſentiendum naturalis quædam facilitas,) vt in Præfatione noſtra diximus, vt varia, & inter ſe pugnantia plerunque proferrentur iudicia, quibus mirum in modum aures Sereniſſimi Ducis, & Domini noſtri prudentiſſimi offendi, aut iudicum, & aduocatorũ huius patriæ animos perturbari contingeret. Quapropter honori, ac commodo huius ampliſſimi ordinis me ſatisfacturum putaui, ſi has operas meas non abſconderem, & dubias quæſtiones, quæ à Senatu me audiente tractatę, & deciſæ ſunt, adnotarem, & ſuper illis, quæ fuerit ipſius Senatus ſententia, & quibus authoritatibus, & rationibus ſuffulta facilè omnes intelligerent. Fateor quidem ingenuè multa ineſſe hic admodum trita, & peruulgata, ſiquidem (vt inquit Comicus) Nihil dictum quin dictum ſit prius; Verùm poterat nihilominus in pendẽti eſſe aliquorum animus, qui tamen facilè his, quæ à Senatu ſemel aut pluries iudicata ſunt, acquieſcerent: nec mirum, tantus enim eſt huius Collegij ſplendor, tanta doctrina, atque integritas, vt quod illi placitum eſſet, clauſis (vt aiunt) oculis approbandum ab omnibus videretur. Conueniens eſſet hoc loci de eiuſdẽ ordinis excellentia, prudentia, & dignitate aliqua honorificè, & præclarè ſcribere; ſed quoniam pro merito, & dignitate illum illuſtrare, & dignis laudibus extollere non ſatis valeo, ſatius eſſe exiſtimaui nihil, quàm parcè de hac re dicere. Reliquum itaque erit, vt his noſtris, vel potius veſtris ipſorum laboribus beneuolè vtantur, fruanturque & æqui bonique conſulant, & omnia à me ita exiſtiment dicta, vt illorum ſemper ſaniori iudicio ſubiecta eſſe velim. Quod ſi has noſtras vigilias, & lucubrationes gratas (vt cupio) illis eſſe cognouero, procurabo quamprimum ipſorum etiam auxilio, & fauore alia edere, quæ vel adhuc apud me ſcripta latent, vel in futurum Deo auxiliante ſcribentur. Interea bene valeant Eccellen. VV. Et me ita ament, vt illos ego omnes, & ſingulos colo, & obſeruo. Taurini vij. Kalen. Martij. M. D. XC.

INDEX PRIMVS, IN QVO MATERIÆ IN SINGVLIS HISCE DECISIONIBVS contentę per capita, & epitomen ſubijciuntur.

AD MAIOREM COMMODITATEM

Per ordinem alphabeti accommodatus.

ABORTIONI cauſam præſtans qua pœna puniatur,& quibus in caſibus.Examinatur Doctorum diſtinctio de animato, & inanimato ab ortu, & de pœna matris infantem in vtero occidentis. Deciſio.12.

Accuſationi quanto tempore præſcribatur. ad materiam. l. querelam. C.de falſ. Deciſio.208.

Adiunctus qualiter,& quando detur commiſſario examinanti,& an iudici ordinario, vel Senatori dari poſſit.Deciſio.255.

Alimenta filio naturali,& ſpurio regulariter per fratres debentur,& quando id locum habeat, magiſtraliter ampliationibus, & limitationibus propoſitis declaratur. Deciſio.211.

Alimenta præterita an mulier ab hæredibus viri petere poſſit, cùm durante anno luctus pro illorum præſtatione non interpellaſſet hæredem.Deciſio.44.

Alluuionis accrementum,ſeu augmentum an ad fundi emptorem, an verò ad venditorem ſpectet in retractus conuentione.Deciſio.140.

Aqnam,quæ naſcitur in ſuo,an poſſit quis diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cuius prædijs illa deſcendit.Deciſio.245.

Ardua cauſa,quando dici poſſit pro iuramenti oblatione ſuper altari. ad declarationem decreti antiqui Sabaudiæ.lib.10.cap.2.§.item quòd iuramenta.Deciſio.61.

Arma,& cognomen differre alicuius an quis grauari poſſit,& multa,de inſignibus,armis,& cimerijs.Deciſio.270.

Aſſignatione cum cominatione ad iurandum facta, à qua non fuit reclamatum, an pars poſſit expectare aliam aſſignationem cum iterata comminatione. Deciſ.11.

Attentata an dicatur ſententia, quæ poſt appellationem interpoſitam, ante tamen præſentatas literas inhibitoriales lata fuit,& quid in dubio ſit præſumẽdum,quiſuè actus præceſſiſſe præſumatur,an ſententia,an verò inhibitio, ſi ſub eodem die notatæ reperiantur.Deciſio.49.

Augmentum dotis conſtitutum à ſocero, qui dotem recepit, an cenſeatur donatum filio,ſeu nurui,ita vt in diuiſione fienda inter fratres id in primis filius detrahere debeat.Deciſio.46.

Augmentum monetæ, cuius ſolutio fieri debet inſpecto tempore obligationis, non autem ſolutionis,an procedat in debito vſurario.Deciſio.174.

Augmentum pecuniæ an in gabellis debeatur.Deciſio.214.

† Authen.

Authen. bona damnatorum. C.de bon. proſcriptor. an habeat locum, quando per ſtatutum, vel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta eſt, & quando proceditur in contumaciam, & quanta tunc filiorum legitima eſſe debeat. Deciſio. 198.
Auth. res quæ. C. commun. de fideicom. an procedat, quando mulier ſciebat eſſe fideicommiſſum. Deciſio. 151.
Auus maternus patruum à nepotis ſucceſſione an excludat. Deciſio. 5.
Auus paternus, qui vnà cum auo materno ſuccedit ad hæreditatem nepotis præmortui, facta diſtinctione bonorum paternorum, & maternorum, an totius hæreditatis habere debeat vſumfructum. ad materiam auth. item hæreditas. C. de bon. quæ iber. Deciſio. 156.
BAculo aliquem percutiens qua pœna puniatur, & quid ſi percuſſus fuerit Eccleſiaſticus. Deciſio. 224.
Beneficij reductio ad manus Domini. vide infra Princeps.
Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem beneficij à Pontifice obtenti, ſiue, vt vulgo dicitur, aſſociatio, qualiter per Senatum ſit facienda, & concedenda. Deciſio. 110.
Bona filij ab inteſtato morientis qualiter inter patrem, & matrem, & aſcendentes ſint diuidenda: Examinatur Bart. diſtinctio, inter bona ex linea paterna, vel materna aquiſita. Deciſio. 27.
CAp. fraternitatis. de teſt. diſponens, quòd publicatis atteſtationibus non poſſint recipi teſtes ſuper eiſdem capitulis, an habeat locum in cauſis criminalibus. Deciſio. 262.
Captura an dicatur nulla, ſi fiat à iudice incompetenti, & quando id locum habeat. Deciſio. 220.
Cauſa poſſeſſorij matrimonialis. infrà. Poſſeſſorij cauſa.
Cenſui, ſeu penſioni emphiteoticæ quanto tempore præſcribatur. Deciſio. 114.
Cenſus an emi poſſit. Et de Bulla Martini Papæ Quinti circa hoc, & alia ad materiam. Deciſio. 154.
Ceſſio bonorum an admittatur in delictis, & in ſumma parti debita per ſententiam ex cauſa delicti. Deciſio. 182.
Ceſſioni bonorum an ſit locus ſtante renunciatione etiam cum iuramento facta. Et quid in milite. Deciſio. 36.
Clauſula codicillaris an operetur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi ignoranter præteriti. Deciſio. 141.
Clauſula codicillaris, teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an &c. infra Teſtamentum fratris.
Coloni Eccleſiæ an ſint immunes à collectis ratione partis colonicæ, latè diſcutitur, & diſputatur in vtranque partem. Deciſio. 116.
Colonus Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticæ perſonæ, an in cauſa contra ipſum mota, fori obtinear priuilegium. Deciſio. 22.
Compendioſa ſubſtitutio à pagano facta verbis cõmunibus. &c. infrà. Subſtitutio compendioſa à pagano facta.
Compenſationis exceptio an poſſit obijci ceſſionario agenti virtute ceſſionis, & quid in debito poſt factam ceſſionem contracto. Deciſio. 221.

Confeſſio

Confeſſio dotis,& promiſſio à marito facta, infra. Dotis confeſſio.
Confeſſio, quæ abſente parte facta non valet, an ad liberationem faciendam proſit. Deciſio.109.
Conſtitutum an transeat ad hæredes conſtitutarij ipſo iure. Et quid ſi lapſum ſit decennium. Deciſio.105.
Conſtitutum collatum in tempus mortis, vel poſt mortem conſtituentis an valeat, & operetur. Et quid addita illa clauſula, ex nunc, prout ex tunc, vel contra. Deciſio.38.
Contractus quando dicatur in ſcriptis celebratus & quando non, variæ opiniones referuntur,& examinantur, ad declarationem text. in l. contractus. C. de fide inſtrum. Deciſio.197.
Contumacis pœna quæ ſit in criminalibus,& an procurator, vel coniunctus pro ipſo comparens ſit audiendus, anque illi procuratori, vel coniuncto actorum copia ſi petat danda ſit, & quid ſi pro ſuo intereſſe petat. Deciſio.265.
Contumax an quis dicatur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ſi in die cadentis citationis contumacia non accuſatur. Deciſio.19.
Correo ſoluente inſolidum per ſententiam debitum communi creditori, an habeat regreſſum pro releuio contra alios. Deciſio.191.
Credita conditionalia, vel in diem an veniant in legato vniuerſali omnium nominum debitorum. Deciſio.235.
DAtione in ſolutum facta de certis prædijs creditori, quatenus intra tale tempus debitor non ſoluat, an poſt temporis lapſum poſſit creditor pecuniam petere, & prædia reſpuere. Deciſio.147.
Debitor pecuniæ an poſſit inuito creditore in alia re ſoluere. Examinatur tex. in auth. hoc niſi debitor. C. de ſolutio. Deciſio.153.
Decretum antiquum Sabaudiæ, ſub rubrica, ſufficit appellanti apud acta, &c. perpenditur,& examinatur. Deciſio.54.
Decretum antiquum Sabaudiæ diſponens, quòd à tribus conformibus ſententijs non liceat prouocare, & de nullitate dicere; multis modis ampliatur, & declaratur. Similque quando tres ſententiæ conformes dicantur, examinatur. Deciſio.122.
Decretum Sabaudiæ, quo cauetur eſſe faciendam excuſſionem, an procedat in caſibus, vbi de iure communi non requiritur excuſſio, vt in conſtituto. Deciſio.53.
Denunciatio ſterilitatis intra annum an requiratur, vt remiſſio mercedis obtineatur, Et qualiter remiſſio fiat. Deciſio.108.
Diſponere in vita, qui ſibi ius reſeruauit, an poſſit teſtari. Deciſio.205.
Diuiſio inter fratres quando præſumatur ſequuta, declaratur. Deciſio.205.
Donatio abſenti facta eo inſcio, & notario ſtipulante, quando teneat, latè, & magiſtraliter diſſentitur. Refutatur opinio D. Ozaſ. deciſione 33. Deciſio.70.
Donatio abſenti facta notario ſtipulante, an in odium fiſci ſubſiſtat. Deciſio.124.
Donatio facta concubinæ per militem cum iuramento an virib. ſubſiſtat. Deciſ.111.
Donatione facta cum reſeruatione facultatis diſponendi de florenis quinque centum ſuper bonis donatis, ad quem ſpectent illa quinque centum donatore non diſponente. Deciſio. 97.
Donatio inter virum, & vxorem, quæ iure prohibita reperitur, an cōualidetur iuramento. Et quid ſi donator ſuperuixit, donatariusq; præmortuus fuerit. Deciſio.32.

Donatio omnium bonorum alicui facta, cum reſeruatione, &c, an porrigatur ad bona futura, & poſt factam donationem acquiſita. Deciſio. 199.

Donans omnia bona an poſſit poſtea cedere ius redimendi alteri in præiudicium donatarij. Deciſio. 201.

Donatio, quæ ex diſpoſitione. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. natiuitate filiorum reuocatur, an per tacitum donantis non reuocantis conſenſum poſt natos filios cõfirmata cenſeatur. Deciſio. 121.

Dos à patre profecta ad patrem redit, quando prædecedit maritus, & inde moritur vxor, etiam ſi extent liberi. Deciſio. 138.

Dos à patre profecta an ad patrem redeat mortua filia in matrimonio cum liberis, latè examinatur, & diſcutitur. Deciſio. 190.

Dos congrua quomodo dici poſſit, & an frater ſororem alere, & dotare teneatur, & quid hoc caſu contribuere debeat. Reſoluitur præterea ſatis ardua quæſtio, an Authen. res, quæ habeat locum in filijs nundum conceptis, & ad materiam taxationis dotium. Deciſio. 192.

Dos data filiæ an imputetur nepotibus in legitimam, ipſis agentibus mortua matre ad hæreditatem aui. Deciſio. 237.

Dotata, ſeu maritata, quæ à ſtatuto excluditur, an ſuccedat cum innupta, & indotata fratri dotanti de bonis paternis, & mortuo poſt aditam hæreditatem. Examinatur ſtatutum Aſten. ſub collat. 16. cap. 65. Deciſio. 63.

Dotis confeſſio, & promiſſio à marito facta reſtitutionis tempore, quę per errorem maior ipſa dote ſoluta reperitur, an teneat, & illud augmẽtum debeatur in præiudicium confeſſionis. Deciſio. 112.

Dotis dimidiam an maritus retinere poſſit mortua vxore cum liberis, pro lucro, an verò tota vti frui poſſit cum cautione de reſtituendo poſt mortem, & de conſuetudine huius patriæ circa hoc. Deciſio. 183.

ECcleſia, quæ regulariter non tenetur ad collectas, an teneatur quando priuatorum prædia aliquo titulo in eam ſunt tranſlata. Deciſio. 234.

Emphyteota, cui regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio, an propter caſum fortuitum, vel deuaſtationem maioris partis rei emphyteoticæ à ſolutione liberetur. Deciſio. 20.

Emphyteota ceſſans per triginta annos continuos à ſolutione canonis nulla facta interpellatione, an perdat rem emphyteoticam, an verò præſcribat. Deciſio. 179.

Emphyteota quando valeat, & poſſit petere retractari canonem, quem pro re emphyteotica ſoluit. Deciſio. 220.

Emphyteota vendens rem emphyteoticam non reſeruato, nec obtento aſſenſu Domini an perdat emphyteoſim. Deciſio. 169.

Emphyteoticæ penſioni quanto tempore præſcribatur. ſupra Cenſui.

Error calculi an poſſit opponi, etiam poſt tempus à partibus contrahentibus oppoſitioni præfixum. Deciſio. 260.

Euictione per venditorem promiſſa, an vt de illa agatur, ſufficiat latam eſſe ſententiam, an verò rei ablatio, & realis euictio requiratur. Deciſio. 101.

Euictione per venditorem, ſeu reſtitutione pretij promiſſa, quotieſcunque lis ſuper re vendita moueatur, an expectandus ſit litis euentus, ſi lis emptori mota fuerit. Dec. 85.

 Exactor

Exactor talearum an teneatur exigere ab eo, qui eſt in quinterneto, an verò poſſit à poſſeſſore ipſarum talearum ſolutionem petere. Deciſio.164.

Excuſſio an, & quando de bonis extra territorium ſitis fieri debeat. Deciſio.40.

Excuſſio an requiratur, quando apparet mendacem eſſe fideiuſſorem. Deciſio.50.

Excuſſio an requiratur, quando quis habet ſuper re, quæ debitoris fuerat, ſpecialem hypothecam. Deciſio.51.

Excuſſio an requiratur, quando agitur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta. Deciſio.52.

Excuſſio an requiratur de bonis debitoris ſtante conſtituto, & quid ſi moriatur conſtituens poſt factam alienationem, an ceſſet remedium l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. Deciſio.215.

Executio an tempore feriarum fieri poſſit, infra Feriarum tempore.

Executio, quæ fit in odium debitoris ad formam decreti Sabaudiæ cum tertio pluris, an poſſit fieri eo modo in odium fideicommiſſarij. Deciſio.194.

Expenſæ factæ ante reperta inſtrumenta an per victum debeantur. Deciſio.73.

Expoſitum alere quis teneatur. infra Infantem.

FAtalia in cauſa appellationis an, & quando poſſint pacto litigantium prorogari. Deciſio.244.

Feriarum tempore, quæ in honorem Dei indicuntur, ſed à populo, & clero non obſeruantur, vt ſunt dies hebdomadæ ſanctæ, an fieri poſſit executio. Deciſio.95.

Ferijs ſi fuerit renunciatum, an teſtibus noceat iſta renunciatio, ita vt poſſint compelli inuiti ad deponendum. Obiterque nonnulla de ferijs. Deciſio.39.

Feudum emptum à fœmina liberis carente, & ſexagenaria, quæ fuit inueſtita pro ſe, & hæredibus capacibus, an eius qualitatis eſſe poſſit, vt ad hæredes inueſtitæ tranſeat, an verò illa mortua ad Dominum deuoluatur, & illi aperiatur. Deciſio.146.

Feudum ex cauſa neceſſaria alienatum ſolennitatibus ſeruatis, an poſsit per proximiorem agnatum, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, oblato pretio recuperari, latè diſcutitur, & declaratur. Deciſio.99.

Feudum propter homicidium confiſcatum an ad Dominum, an verò ad agnatos pertineat, & quid vita delinquentis durante. Deciſio.167.

Feudum quando rectum, & proprium dicatur, & quando in eo fœmina ſuccedere poſſit, latè examinatur, adiectis aliquibus ad materiam deuolutionis feudi pertinentibus reſolutionibus. Deciſio.227.

Fideiuſſor an liberetur ab obligatione, ſi ipſo inſcio, & non vocato creditor proroget tempus ſolutionis principali debitori obligato. Deciſio.125.

Fideiuſſor iudicij in prima inſtantia datus in caſum ſuccumbentiæ pro expenſis, an teneatur in ſecunda poſt latam ſententiam, latè diſcutitur, & declaratur multis caſibus propoſitis. Deciſio.202.

Fideiuſsior, qui ſe principaliter, & inſolidum obligauit cum iuramento, an poſsit vti beneficio excuſsionis. Deciſio.166.

Filia excluſa per ſtatutum an faciat partem in ſupputatione legitimæ. Deciſio.159.

Filiafamilias vidua an poſsit teſtari de dote, ita vt teſtamentum ab ea factum patre viuente viribus ſubſiſtat. Deciſio.150.

Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati, vel grauati, & quæ coniecturæ vocationem, vel grauamen in re dubia inducant. Declaratur conſilium Oldrad.21. Deciſio. 96.

Filij duorum fratrum an ſuccedant patruo in ſtirpes, an in capita. Deciſio.162.

Forenſes, qui bona in loco, vbi non habitant, poſſident, ad quæ onera teneantur. Deciſio.149.

Frater an pro debito ciuili poſſit ad inſtantiam fratris carcerari, & detineri. Deciſ.119.

Fraternitas inter extraneos contracta an ſubſiſtat, & an iſti fratres iurati non extantibus filijs inuicem ſuccedant. Deciſio.113.

Fructus an computentur in ſortem, ſi pacto conuentum ſit inter partes, an verò illud pactum vti vſurarium de iure Canonico damnetur. Deciſio.78.

Fructus bonorum paraphernalium an maritus ſuos faciat, ita vt ad illorum reſtitutionem non ſit cogendus ab aliquo. Deciſio.187.

Fructus pendentes, cùm pars fundi dicantur, an emptoris lucro cedant, & quid de parte colonica iudicandum ſit. Deciſio.55.

Fructus pendentes tempore cadentis retractus cuius lucro cedant, & an pro rata temporis diuidantur. Defenſa Cumani opinio ab Alexandri impugnatione. Deciſio.56.

Furnorum, & molendinorum conſtructionem an vaſſallus ſubditis ſuis in feudo prohibere poſſit. Deciſio,16.

Furtum ſi fuerit à pluribus factum, an omnes inſolidum de furto teneantur. deciſ.254.

GAbellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit, & combuſſit, an incidat in crimen falſi, ita vt pœna falſi ordinaria puniatur. Deciſio.171.

Gratia, & remiſſio delicti à Principe facta, an ſit ante obtentam ab offenſo pacem interinanda. Deciſio.21.

HAeres condemnati, qui ante condemnationem defunctus eſt, an teneatur ad pœnam. Declaratur tex. decreti antiqui Sabaudiæ. lib.2. rubrica. Hęredes defunctorum. Deciſio.144.

Homicidium animo deliberato commiſſum, ſed in alterius perſonam, cui homicida nocere nolebat, an puniatur vera pœna homicidij. Deciſio.243.

Homicidium à pluribus animo deliberato commiſſum, qualiter in re dubia ſit puniendum. Deciſio. 31.

INcendium à quibus in dubio immiſſum in domo, vel prædio iudicetur, & quæ indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint. Deciſio.24.

Inceſtus pœna quæ ſit, tam quando cum aſcendentibus, quàm ſi cum deſcendentibus, vel tranſuerſalibus crimen committatur. Deciſio.100.

Inducias vtrum de iure Princeps concedere poſſit debitoribus, & quid in debito iurato. Deciſio.186.

Infantem expoſitum alere quis teneatur, & quis ei ſuccedat. Deciſio.118.

Inſtantia cauſarum appellationum quibus in caſibus non perimatur, & quid iuris ſi cauſa dietim ſit aſſignata. Deciſio.16.

Iniuria an ſolo actu, & nutu ſine verbis fieri poſſit, & de eo, qui fichas iudici fecit, qualiter puniatur. Deciſio.229.

Iniuriarum actio ciuilis an excludat criminalem, & quando ciuilis cauſa cum criminali concurrere poſſit. Deciſio.18.

Inuentarij

Inuentarij confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciale mãdatum. Deciſio.155.
Inſtrumenta quando habeant paratam executionem, & quid ad impediendam executionem guarentigiati inſtrumenti opponi poſſit. Deciſio.26.
Intereſſe an debeatur per emptorem pro fructibus perceptis in re vendita, dum pendet illius æſtimatio. Deciſio.258.
Iræ motus an minuat pœnam, ita vt homicidium calore iracundiæ factum ſit aliquo modo excuſabile. Deciſio.178.
Iudæis vſuram exercere nunquid liceat, & an Princeps ſecularis tale exercitium expreſsè ſuo priuilegio concedere poſſit. Deciſio. 57.
Iudæus blaſphemans qualiter ſit puniendus, & per quẽ iudicem, & quibus verbis blaſphemia dicatur. Deciſio.241.
Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio in cauſa beneficij, & quid in poſſeſſorio adipiſcendę. Deciſio.82.
Iudex originis an poſſit punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit. Deciſio.90.
Iudex, qui in ſententiæ prolatione de intereſſe nihil dixit, an poſſit poſtea iterum illud adiudicare parte actrice petente, & quid in fructibus, & expenſis. Deciſio.135.
Iudex recuſatus vt ſuſpectus an in cauſa ſuſpitionis interrogari poſſit, vt veritatem dicat. Et quando id locum habeat. Deciſio.67.
Iuramentum à maiore præſtitum ſuper donatione facta, an propter enormem læſionem nullum cum ipſo contractu reddatur, ita vt donatio à donante maiore facto reuocari poſſit. Deciſio.66.
Iuramentum an poſſit recuſari, ſi probatio ſit per ſcripturam neceſſariò facienda. Deciſio. 25.
Iuramentum, vt ſolenniter præſtitum dicatur, an requiratur tactus ſcripturarum, & quando; & quid in dubio præſumatur, & quæ ſcripturæ tangi debeant. Deciſio.47.
Iuramenti oblatio poſt concluſum in cauſa, & poſt examinatos teſtes an admitti poſſit. Deciſio.93.
Iuramento pręſtito an poſſit minor ope reſtitutionis teſtes producere, qui de nouo reperti ſunt. Deciſio.140.
Iuramentum, quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit vocata parte præſtandum. Deciſio.68.
Iuri offerendi, quod poſteriori creditori competit, quando ſit locus, & an præſcribatur. Deciſio. 157.
LAudimium an debeatur ex venditione facta cum pacto retrouendendi. deciſio.75.
Laudimium an debeatur pro alienatione neceſſaria, quæ fit ex præcepto iudicis qui leuauit bona de gagio. Deciſio. 136.
Laudum dubium eſt per iudicem ordinarium declarandum, & quando per arbitros declarari poſſit, & quid ſi reſeruata facultate declarandi per arbitros, ipſi in declaratione diſſentiant, an laudum nullum reddatur. Deciſio.253.
Legatum factum perſonæ, cui inſtitutionis titulo aliquid relinqui debeat, an ad inſtitutionem extendi poſſit, & an talis extenſio per notarium in inſtrumento cæterato fieri poſſit. Deciſio.58.

Legitima

Legitima matris mortuo filio cum fratribus, quibus aliquid relictum eſt extraneo vniuerſali hærede inſtituto, quanta eſſe debeat. Butrigarij, & Bartoli inuicem pugnantium ſententiæ examinantur. Deciſio. 172.

Legitima, ſeu verius portio, quam lex defert filijs damnati, vel proſcripti, quota ſit. Deciſio. 104.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium requirit inſtrumenta dotalia, & quid de iure Canonico. Deciſio. 83.

Leuatio de gagio, quæ iuxta diſpoſitionem nouiſſimorum decretorum Sabaudiæ fit in odium debitoris cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, & concurrentibus alijs creditoribus, & quid in vxore, & minore. Deciſio. 158.

Lex prima. C. quando Imperat. inter pupill. & uid. & c. quibus in caſibus locum habeat. Et an in terris vaſſallorum ſit illius diſpoſitio ſeruanda. Deciſio. 177.

Lex venditor. D. de iudic. an habeat locum, quando fiſcus, vel patrimonialis in iudicio pro defenſione iurium priuati euocatur. Deciſio. 213.

Litis denunciatio quando fit per emptorem venditori, vt de euictione teneatur, an ſufficiat fieri per demonſtrationem copiæ citationis ſibi factæ. Deciſio. 218.

Lucrum, quod alicui per ſtatutum defertur, an per vltimam voluntatem, vel aliam diſpoſitionem auferri poſſit. Et quomodo ſit intelligendum tale ſtatutum, & an valeat. Deciſio. 34.

MAſculinum quando fœmininum concipiat in ſtatutis, ita vt filiorum appellatione veniant filiæ. Et quid ſi ſtatutum dicat, quòd verba illius ad literam intelligantur. Deciſio. 269.

Materia contraria per partem in die cadentis termini ad publicandum aſſignata danda eſt, & an ſi poſt factum examen breuis terminus aſſignetur idem dicendum ſit. Deciſio. 8.

Mater infantem iam natum occidens, qua pœna plectatur. Deciſio. 13.

Mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, an poſſit in teſtamento plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi, latè declaratur. Deciſio. 170.

Matrimonium an, & quando ſæuitia viri ſeparetur, ſeu magis cohabitatio. Deciſio. 130.

Mediam viam in ambiguis eligendam eſſe, variè diſcutitur, & declaratur. Deciſio. 89.

Melioramentorum æſtimatio, ipſorum ordinata ſolutione, qualiter facienda ſit, & quale tempus inſpici debeat. Deciſio. 251.

Menſura fundi empti intra quod tempus per partes fieri debeat, & quid ſi conuentum ſit, vt intra tale tempus menſuretur. Deciſio. 185.

Minor aduerſus contumaciam ſuam reſtitutus in integrum, an expenſas contumaciales ſoluere teneatur. Deciſio. 9.

Minor in delictis an mitius puniatur. Et iudex teneatur de neceſſitate pœnam minuere. Deciſio. 161.

Mobilium appellatione an veniant pecuniæ, ita vt in legato mobilium generaliter facto comprehendantur. deciſio. 160.

Monachus an poſſit virtute ceſſionis ſibi à monaſterio factæ querelare teſtamentum fratris turpem perſonam inſtituentis. Deciſio. 129.

Mora purgatur etiam ſi ſit dies & pœna, ſi incontinenti aliquid fiat, & quando quid

inconti-

incontinenti factum dicatur. Deciſio.77.
Mulier an dicatur de loco, vbi eſt nupta. Infra, Vxor.
Mulier an teſtari poſsit ſtante ſtatuto de lucro dotis. infra, Statuto.
Mulier pro marito intercedere non poteſt, & quid ſtante iuramento. ad materiam auth. ſi qua mulier. C. ad Senat. Velleia. Deciſio.223.
Mulieres, quæ in iudicijs perſonaliter comparere non deberent, qualiter iudiciale iuramentum præſtare teneantur. Deciſio.210.
NOtarij duo rogati de teſtamento, vel alio inſtrumento, an cenſeantur rogati inſolidum. Deciſio.145.
Nouum opus nuncians an media cautione excludatur à ſua petitione, ita vt nunciatus illa præuia poſsit opus cœptum perficere, an verò teneatur expectare trimeſtre. Deciſio.204.
Numerus liberorum an, & quando parentes ab oneribus liberet. Deciſio.267.
Nundinas in oppidis, vel ciuitatibus vt concedere ſolus Princeps poteſt, an illarum exercitium per longiſſimi temporis ſpatium præſcriptum auferre etiam poſſit. Deciſio.264.
OBiectus an dari poſsint contra perſonas teſtium in ſecunda inſtantia, ſi in prima dati non fuerunt, & an dati in prima poſsint poſtea in ſecunda probari. Deciſio.259.
Obligatio generalis an comprehendat bona hypothecari prohibita, ita vt ſequuta hypotheca generali hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione relicta. Deciſio.193.
Oppoſitio de iure tertij quando valeat, & an in petitione hæreditatis inſolidum per cohæredem facta poſsit opponi de iure alterius cohæredis. Deciſio. 4.
PActum de futura ſucceſſione an valeat, & quibus in caſibus ſubſiſtere poſſit. Deciſio. 225.
Pactum de non diuidendo, quod de iure infirmatur, an per iuramentum interpoſitum confirmetur. Deciſio. 142.
Pactum in præiudicium dotis promiſſæ factum an ſuſtineatur. Deciſio.230.
Pactum inter contrahentes factum, vt fructus rei pignoratæ in ſortem non computentur, an vti vſurarium damnetur, non obſtante iuris ciuilis diſpoſitione. Deciſio.78.
Paries quando communis dicatur, & quando in dubio ad altius eleuandum deſtinatus videatur, poſſitque inuito ſocio eleuari. Deciſio.23.
Paries quibus ſignis communis iudicetur, & præcipuè ſtantibus in muro tignis. Deciſio.219.
Paſcui diuiſio qualiter inter plures communitates fieri poſſit. Deciſio.72.
Petens plus debito in quam pœnam incidat, & an liceat conuento tunc debitum totum negare. Deciſio.231.
Pœna adiecta quantitatis dationi non debetur vti in fraudem vſurarum poſita, & quid ſi à iudice, vel ſtatuto adiecta fuerit. Deciſio.79.
Pœna conuentionalis adiecta quātitatis dationi per iudicis confirmationem, an ſi fiſco ſtipulata fuerit, vti vſuraria debeatur. Deciſio.98.
Pœna delicti minuitur ob temporis diuturnitatem. Declaratur text. in l. ſi diutino. D. de pœn. Deciſio.76.

Poſſeſſorij cauſa matrimonialis an coram laico iudice tractari poſſit.deciſio.117.
Poſitionibus an per procuratorem litis reſpōderi poſſit domino ita abſente, vt de illius vita dubitetur,& de facili haberi non poſsit.Deciſio.16.
Poſt dictio,quid importet,& an teſtis dictum deponentis Titium poſt Caium poſſediſſe,concludat.Deciſio.30.
Præſcriptio conuentionalis,quæ cępit currere cum maiore, currit etiam minori abſque ſpe reſtitutionis in integrum,& quid ſi aliquid geſtum ſit cum ipſo minore, & ſtante ſcientia tutoris.Deciſio.103.
Præſcriptionis interruptio, quæ proponitur in l. fina C. de duobus reis. an procedat facta petitione partis debiti contra vnum ex reis debendi.Deciſio.203.
Præſidis votum in pari numero votorum.infra Votum Præſidis.
Princeps, & Dominus ſecularis an poſſit facere reductionem beneficij vacantis ad manus ſuas, donec de beneficio fuerit per Pontificem prouiſum. Deciſio.131.
Principis poteſtas quotuplex ſit,& qualiter illa vti poſſit, & an in modico ius partis aliquando lædere poſſit. Deciſio.91.
Principis reſcriptum an valeat, ſi petitorij cauſam ante cognitionem ſpolij, & poſſeſſorij cognoſcendam committat. Deciſio.15.
Princeps ſupremus an poſſit diſpenſare, vt impubes contra legum ſanctionem teſtari poſſit.Deciſio.87.
Probans ſemiplenè, ita vt ſit locus iuramento ſuppletiuo, an obtineat in expenſis. Deciſio.236.
Procurator conſtitutus ad omnes cauſas generali mandato, deinde ad vnam ſolam per ſpeciale mandatum, an poſsit virtute generalis mandati in ſecunda inſtantia comparere.Deciſio.107.
Procurator, ſeu actor vniuerſitatis ad ſingulas, & omnes cauſas conſtitutus, an etiam pro futuris cauſis conſtitutus cenſeatur. Dec.59.
Prohibita extractione granorum ab aliquo loco,vt conſeruetur vbertas,an poſſint extra extrahere fructus bonorum propriorum.Deciſio.152.
Promittens vendere certo pretio,an vendidiſſe dicatur, ita vt ad traditionem compelli poſsit.Deciſio.233.
Proximiore in teſtamentis,& ſubſtitutionibus vocato,an ſuccedat, qui proximior eſt teſtatori,an verò proximior grauato, & ſic vltimo decedenti. Deciſio.64.
Proximioris nomen an intelligatur ex iuris diſpoſitione, & fictione, an verò ex veritate, ita vt repræſentationi non ſit locus ad ſucceſsionem nepotis cum patruo. Deciſio.65.
Pupillus an teneatur ad intereſſe creditori patris à die moræ paternæ.Deciſio.247.

QVitatio generalis de aliqua bonorum adminiſtratione an peti poſſit. Deciſio.74.

RAptus pœna quæ ſit, & an rapere dici poſſit,raptuſque pœna plectatur, qui volentem, & conſentientem è domo ſua abduxit.Deciſio.217.
Ratificatio tacita an idem, quod expreſſa operetur,ita vt inanis ſit oppoſitio,quæ contra falſum procuratorem ſit, cùm iam in meritis proceſſum eſt. Declaratur text. Decreti antiqui Sabaudiæ Philippi. cap.1. §.item.quod ſi interuentus. Deciſio.7

Reductio

Reductio à laudo ad arbitrium boni viri apud quem iudicem petenda ſit, an apud iudicem ordinarium ipſius conuenti, an verò apud iudicem ipſius arbitratoris. Deciſio. 14.
Reductio ad æqualitatem an fieri poſſit, ſi multo tempore fuerit facta vno modo oneris diſtributi ſolutio. Deciſio. 239.
Reductio contractus ad æquitatem quando per iudicem facienda ſit. Deciſio. 226.
Regula. l. altius. C. de ſeruitut. an procedat, quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita, ita vt non poſſit emptor altius tollendo luminibus officere. Deciſio. 216.
Regula, quòd dotis cauſa, & donationis propter nuptias dominium transferatur ſine traditione, an habeat locum etiam ratione poſſeſſionis. Deciſio. 48.
Relata in Senatu cauſa, quę collata dicitur, an poſt data dubia poſſit interrumpi. Deciſio. 33.
Remedium Canonis Reintegranda. an contra titulo poſſidentem detur, & quanto tempore: vtrumque bonę fidei poſſeſſor, contra quem hoc remedium intentatur, omnes fructus reſtituere ſit compellendus à die poſſeſſionis, an verò à die motę litis. Deciſio. 29.
Remedium. l. 2. C. de reſcindend. venditio. an habeat locum, quando venditor promiſit cum iuramento non contrauenire venditioni. Deciſio. 165.
Renunciatio facta à ſorore pacto adiecto, quòd mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire ad bona ſua, an ſubſiſtat mortuo vno iſtorum ſine liberis, ita vt altero ſuperuiuente à mortui hæreditate excludatur. Deciſio. 189.
Renunciatio facta per mulierem Velleiano an teneat, ſi non interceſſerit certioratio, & quid ſi iuramentum interponatur. Deciſio. 222.
Reſtitutio ex capite ignorantiæ an aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum peti poſſit. Deciſio. 134.
Reſtitutio, quæ ex capite ignorantiæ conceditur, an lapſo quadriennio poſt præſcriptionem decurſum peti poſſit. Deciſio. 133.
Retinendæ poſſeſſionis remedio intentato à pluribus, quid facere iudex debeat, ſi vel nihil probant, vel vtriuſque probationes in dubio ſunt. Deciſio. 206.
Reuiſio reuiſionis an ſit per Principem parti petenti concedenda. Deciſio. 246.
Saluaguardiæ fractę pœna, & cognitio an ad ſupremum Dominum, an verò ad vaſſallum ſpectet, ſi per ſubditum vaſſalli, & in ſuo territorio rupta fuerit. Deciſio. 132.
Saluianum interdictum in quo ſit pinguius hypothecaria, & an illo intentato remedio ſit neceſſaria excuſſio. Deciſio. 175.
Saluianum remedium an competat cuilibet creditori agenti contra tertios poſſeſſores ex alia cauſa, quàm locationis, & de pluribus remedijs ad pignoris, ſeu hypothecæ conſecutionem ſpectantibus. Deciſio. 176.
Sanguis profluens è vulneribus occiſi aſtante inquiſito an faciat indicium ad torturam, & vnde hoc procedat. Deciſio. 173.
Senatus ac ſenatorum origo, authoritas, & munus. In Præfat.
Senatus an poſſit poſt latam ſententiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad inſtantiam fiſci. Deciſio. 232.

Sententia an dicatur attentata, quæ poſt appellationem interpoſitam, ante tamen præſentatas literas inhibitoriales, lata fuit, & quid in dubio ſit pręſumendum, quiſuè actus præceſſiſſe præſumatur an ſententia, an verò inhibitio, ſi ſub eodem die notatę reperiantur. Deciſio. 49.
Sententia lata de conſilio periti in arte, vel ſapientis, an tranſeat in rem iudicatam. Deciſio. 25.
Sententia nulla, quæ ex nouiter deductis fuit confirmata, an faciat numerum, vt tres ſententiæ conformes dici poſſint. Deciſio. 228.
Sententia, per quam abſoluitur reus alio non edocto, vel ſtantibus actis prout ſtant, an ſit diffinitiua. Deciſio. 81.
Sententia Senatus, quæ ex voto Præſidis pręualet, an cæterarum exemplo media cautione executioni mandari poſſit. Deciſio. 2.
Sententiæ Senatus, (quę media cautione habet executionem paratam,) an per intentatam teſtitutionem in integrum poſſit executio impediri. Deciſio. 181.
Sententiæ tres quando conformes dicantur. vide ſupra. Decretum.
Societas, quę morte finitur, quando in hęredem ſocij durare poſſit. Deciſio. 242.
Socio contrahente nulla facta mentione ſocietatis, & non apparente de vtilitate ſociorum ex eo contractu, an alij ſocij remaneant obligati. Deciſio. 136.
Socius inuito ſocio quando vtatur re communi, magiſtraliter cum ampliationibus, & limitationibus declaratur pluribus deciſionibus adiectis. Deciſio. 41.
Spuria legitimata per Comitem Palatinum, an ſuccedat in præiudicium agnatorum. Deciſio. 69.
Spurius ex fratre an dicatur turpis perſona, ita vt à patruo inſtitui non poſſit, & ſit locus. l. fratres. C. de inofficio. teſtam. Deciſio. 126.
Statutum Ciuitatis Taurini diſponens, quòd agnati ſuccedant in domibus, an excludat etiam filias ab earundem ſucceſſione mortuo patre ab inteſtato. Deciſio. 163.
Statutum de dote per maritum lucranda an habeat locum in iocalibus, & paraphernalibus, ita vt illa cum dotis parte mariti commodo cedant. Deciſio. 195.
Statutum excludens cognatos admittendo agnatos, an includat fœminas agnatas, ita vt proximiores ex eis remotiorem agnatum excludant. Deciſio. 37.
Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, an includat patruum, ita vt ipſe matrem a Trebellianica excludat, ſi per ſtatutum legitimam conſequatur. Deciſio. 228.
Statutum excludens dotatam, ſeu maritatam à ſucceſſione bonorum, an cenſeatur excludere à bonis dotantis tantùm, an verò ab hæreditate etiam aliorum nominatorum in ſtatuto. Plures caſus in hac materia pro examinatione ſtatuti conſiderantur. Deciſio. 62.
Statutum excludens maritatam à ſucceſſione patris, vel matris, an vt locum habeat, requiratur, quòd filia tempore mortis patris maritata reperiatur, vel dotata. Deciſio. 101.
Statuto de lucro dotis diſponente, an mulier teſtari poſſit, & an ad forenſes illud porrigatur. Deciſio. 106.
Statutum, vel conſuetudo deferens lucrum dotis marito, an intelligatur detracta prius per filios legitima. Deciſio. 184.
Statutum vt rectè conditum dicatur, quę requirantur, & quando publicatum dicatur,

& plura circa materiam condendi ſtatuta. Deciſio. 149.

Sterilitatis denunciatio intra annum an requiratur, vt remiſſio mercedis obtineatur. Vide ſupra. Denunciatio.

Subſtitutio à pagano facta verbis communibus an contineat pupillarem, & quid ſi mater ſit in medio, & an illa clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in prima ſubſtitutione poſita cenſeatur in ſecunda repetita. Deciſio.2[illegible]0.

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, quæ vulgaris dicitur, an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſtituto, an verò fratri querelanti, adita per inſtitutum hæreditate. Deciſio. 127.

Subſtitutio plures gradus continens deficiente medio tranſit ad vlteriorem. Deciſio. 86.

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi ſine filijs filij mei deceſſerint, excluſa per teſtatorem propria filia, an deficiat moriente ſubſtituto cum filia, ita vt neptis teſtatoris ſubſtitutum excludat. Deciſio. 188.

Subſtitutio vocans filios filiorum veros, & non fictos, an extendatur ad legitimatos propter matrimonium ſubſequutum. Deciſio. 196.

Subſtitutione facta filijs in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitutio ſacerdotis, ſeu monachi perſonam comprehendere poſſit. Deciſio. 163.

Subſtitutione facta in eum caſum, ſi Titius ſine liberis deceſſerit, an reducatur res ad caſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant. Deciſio. 60.

Subſtitutus, ſeu illius filius an excludant matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres, aut alios de agnatione mortuo ſine hæredibus filio inſtituto. Deciſio. 248.

Succeſſor in beneficio an lucretur fructus beneficij maturatos etiam ante mortem prędeceſſoris. Deciſio. 143.

Taleam, ſeu collectam impoſitam pro liberatione loci ab infeudatione an teneantur forenſes alibi habitantes ſoluere, & quibus ſolennitatibus collecta imponi poſſit. Deciſio. 257.

Teſtamentum à patre factum an propter ſequutam legitimationem rumpatur. Deciſio.

Teſtamentum fatui an valeat, & quando ſubſiſtere poſſit. Deciſio. 92.

Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita vt ſubſtitutioni factæ locus ſit. Deciſio. 128.

Teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere dicitur, an inter liberos naturales tantùm, & ſpurios ſubſiſtat. Deciſio. 94.

Teſtamentum tempore peſtis factum an valeat, ſi minor numerus teſtium adhibitus ſit, & quid in codicillis. Deciſio. 180.

Teſtis interrogatus, an aliter eſſe poſſet quàm prout ipſe deponebat, an teneatur tali interrogatorio reſpondere. Deciſio. 261.

Teſtes pro rei veritate eruenda quando tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus torturæ ſubijciantur. Deciſio. 42.

Teſtium repetitione ob nullitatem examinis conceſſa, an alij teſtes vltra iam examinatos produci poſſint. Deciſio. 28.

Tex.

Tex.in l.magnam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. declaratur, & quando moræ purgatio admittatur. Deciſio. 212.
Tranſmiſſio, quæ fit ex potentia ſuitatis, iuxta l. ſi infanti. C. de iur. deliber. an habeat locum in matre, ita vt ſuperſtite auo paterno ipſa hæreditatem infantis obtineat. Deciſio. 88.
Trebellianica an detrahatur de fideicommiſſo conditionali, quando legitima filiorum excedit trientem, & importat ſemiſſem hæreditatis. Deciſio. 252.
VAſſalli an poſſint conſtituere officialem, qui ſit de loco, & an poſſint ipſi in caſtro ius dicere, etiam vbi ſunt plures conſortes. Deciſio. 268.
Vaſſallo, cui competunt emolumenta iuriſdictionis etiam priuatiuè quo ad Dominũ, an ſpectet emenda, in qua ſubditus temerè appellans fuit condemnatus per Senatum. Deciſio. 250.
Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione an ſpectet cognitio, & emolumentum pœnarum, quando offenditur in iudicio ſupremus iudex, vt in præſentatione falſæ ſcripturæ, vel in depoſitione falſi teſtis. Deciſio. 266.
Vicinus volens propè communem parietem ædificare, an teneatur ſeruare formam l. fina. D. fin. regundo. Deciſio. 115.
Victus victori in expenſis condemnatus, quas expenſas ſoluat, & an damna in tali condemnatione debeantur. Deciſio. 67.
Virginem corrumpens qua pœna puniendus ſit, & qualiter in dubio quis alicuius filius probetur, & quis partum alere teneatur. Deciſio. 3.
Virginem non viripotentem ſtuprans, qua pœna puniendus ſit. Deciſio. 148.
Vis publica an eo caſu dicatur facta, quando quis ſolus, & armatus alium vulnerat, & de pœna l. Iuliæ. de vi publica. Deciſio. 35.
Votum Præſidis in pari numero votorum an præualeat, & quando. Deciſio. 1.
Vſufructu bonorum legato an veniant bona poſt teſtamentum acquiſita, & quid ſi relicta fuerint omnia bona tam mobilia, quàm immobilia. Deciſio. 168.
Vſufructu veſtium, & aliorum mobilium vxori legato qualiter indemnitati hęredum conſulatur, & finito tali vſufructu quomodo fiat reſtitutio, & quando per vxorem cautio ſit præſtanda, & quid ſtante minori ætate hæredis. Deciſio. 80.
Vſumfructum totius dotis an filia patri relinquere poſſit ſola proprietate filij reſeruata. Deciſio. 137.
Vſuræ an debeantur mulieri pro mora hæredum in reſtitutione augmenti dotalis. Examinatur deciſio Afflicti. 291. Deciſio. 45.
Vſuræ dotis an debeantur ab hæredibus poſt annum, ſi ſint in mora dotis reſtituendæ. Deciſio. 43.
Vſus paſcui, ſiue ipſius paſcui diuiſio an peti, & fieri poſſit. Deciſio. 71.
Vxor an dicatur de loco vbi nupta eſt, & vnde eſt maritus, & an ſtatutum forenſes excludens ad dotem extendatur. Deciſio. 123.
Vxor an poſſit ſe opponere executioni, quę fit ſuper bonis viri per ſecundum creditorem, allegando vergentiam mariti ad inopiam. Deciſio. 207.
Vxor pro marito intercedere non poteſt, & quid ſtante iuramento. vide ſupra. Mulier pro marito.

FINIS.

Deciſionum ſingularum capita,& principia.

A

ABigens partum. 12
Adiunctus dari ſolet. 255
Aggredior tertium. 128
Alimenta debentur. 44
Altera ſuccedit. 127
Altius tollere. 216
Alluuio accreuit. 140
Appellatum fuit. 49
Aquam,quæ naſcitur. 245
Augmentum dotis. 46
Auth.res quæ. 151
Auth.item hęreditas. 256
Auth.bona damnatorum. 198
Auus maternus. 5

B

BAculo aliquem percutiens. 224
Beneficiatus comparet. 110
Bona filiorum. 27

C

CAlculo facto. 260
Capitulum fraternitatis. 28
Capitulum fraternitatis. 262
Cedere bonis. 36
Cenſus,ſeu penſio. 214
Cenſus emi. 154
Clauſulam illam. 141
Colonus,ſeu maſſarius. 22
Coloni eccleſię. 116
Collectas imponere. 257
Compendioſa ſubſtitutio. 200
Compenſationis exceptio. 221
Conditio ſi ſine filijs. 188
Condemnatus ratione delicti. 182
Conductor allegauit. 108
Confeſſio abſente parte. 109
Confiſcatis bonis. 104
Confiſcatis bonis vaſſalli. 167
Conſtitutum. 38
Conſtitutum quod transfeat. 105
Contractus in ſcriptis. 197
Contracta fuit ſocietas. 242
Contumax quis non eſt. 19
Contumax legibus. 265
Creditore ad executionem. 207
Credita omnia. 235
Cum aliàs. 195

D

DAtione in ſolutum. 147
Datum fuit. 258
Debitor die dicta. 247
Debitor pecuniæ. 253
Decreto antiquo. 54
Defuncto accuſato. 144
Dies,& pœna. 212
Diſponere in vita. 209
Diuiſio inter fratres. 205
Dixi aliàs. 98
Dixi ſupra. 134
Dñi Philippus,& Antonius. 99
Donatio inter virũ,& vxorem. 32
Donatio abſenti. 70
Donatio facta. 111
Donatio omnium bonorum. 199
Donatio reuocatur. 121
Donator omnium. 201
Donauit quis bona. 97
Donauit frater. 124
Dos à patre profecta. 138
Dos à patre promiſſa. 190
Dos data filiæ. 237
Dotis cauſa. 48
Dotis nomine. 212
Dotium taxa. 192
Dubitabatur vlterius. 72
Duo,vel plures. 191

E

ECcleſia regulariter. 234
Emphyteotæ regulariter. 20
Emphyteota retractari. 220
Emphyteota vendidit. 169
Emphyteota,vel cenſualis. 179
Emptor,cui mouetur. 218
Excuſſio mulris in caſibus. 51
Excuſſionis autem. 52
Excuſſio an fieri debeat. 40
Excuſſio bonorum. 215
Extat in ciuitate Aſt. 63
Extat in loco Scarnafiſij. 123

F

FAtalia in cauſa. 244
Fatuus teſtatus eſt. 92
Ferijs meſſium. 39
Feriarum tempore. 95
Fideiuſſor conuentus. 50
Fideiuſſor an liberetur. 125
Fideiuſſor habet. 260
Fideiuſſor quidam fuit. 202
Filij in conditione poſiti. 96
Filij duorum fratrum. 162
Filiafamilias vidua. 150
Filia excluſa. 159
Filio naturali. 211
Forenſis poſſidens. 149
Foſſanum Ciuitas. 269
Frater fratrem. 219
Fraternitas. 213
Frater teſtatus eſt. 226
Fructus pendentes. 55
Fructus fundi. 56
Fructus rei pignoratę. 78
Fructus ex rebus dotalibus. 187
Furnos in ſuo facere. 16
Furtum factum fuit. 254

G

GAbellarius à tertio. 271
Gratiam,& remiſſionem. 21

H

HÆres intentauit. 73

I

INcendium commiſſum. 24
Inceſtus pœna. 109
Induciales literæ. 136
In eadem cauſa. 65
Infans filia. 83
Infans expoſitus. 118
In fideicommiſſo. 252
Iniuria quælibet. 18
Inquirebatur quidam 219
In pariete communi. 1[illegible]
In patria iſta. 16[illegible]
In retinendæ. 20[illegible]
Inſtantia cauſarum. 1[illegible]
Inſtrumenta regulariter. 20
Inſtrumenta dotalia. 83
In termino aſſignato. 8
Interdictum Saluianum. 2[illegible]6
Interrogatus teſtis. 2
Irę motus. 178
Iudex recuſatus. 6
Iudex laicus. 82
Iudex originis. 9[illegible]
Iudex condemnauit. 135
Iudęis vſuram facere. 57
Iudæus blaſphemiæ. 241
Iuramenti de ſubſtantia. 47
Iuramentum ſuper altari. 61
Iuramentum an faciendum. 68
Iuramenti oblatio. 93
Iuramenti oblatio recuſari. 256
Ius offerendi. 157

L

LAudimium,quod debet. 75
Laudimiũ,ſeu tertia vendi. 139
Legitima matri debita. 272
Legitima,ſicut relinqui. 58
Legitimatione. 84
Leuatio de gagio. 158
Lex ſi diutino. 76
Lex hac conſultiſſima. 94
Lex 1 C.quan.Impera. 177
Lucrum quod alicui. 34

M

MAndatum ſpeciale. 155
Maritus mortua vxore. 183

Marito

Marito lucrante. 384
Maritus legat. 194
Maritus poſt contractum. 230
Mater, quæ tranſiuit. 170
Mater inſtituit. 137
Media via. 89
Melioramentorum æſtimatio. 251
Menſura fieri. 185
Minor aduerſus omiſſam. 9
Minor 20. 66
Minor, ſeu impubes. 87
Minorem in delictis. 161
Mora non purgatur. 77
Mulier mortuo viro. 43
Mulier, quod non poſſit. 106
Mulier nobilis. 146
Mulieres in iudicijs. 210

N

NOmen, & arma. 270
Notarij duo. 145
Nundinæ dicuntur. 264
Nunciatur ædificanti. 204
Numerum liberorum. 267

O

OBiectus, qui dantur. 259
Occidens Titium. 243
Oppoſitio de iure tertij. 4

P

PActo hæreditatem. 225
Pactum de non diuidendo. 142
Paries communis. 23
Paries allegabatur. 219
Pecuniam rem mobilem. 160
Pecunia credita. 174
Pecuniæ augmentum. 214
Plures ex propoſito. 31
Plus debito petente. 331
Pœna appoſita. 79
Poſitionibus per principalem. 17
Poſito, quod Decretum. 53
Poſſeſſorij cauſam. 13
Poſſeſſorij cauſa. 117
Poſt dictio. 30
Præſcriptio conuentionalis. 103
Præſcriptionis interruptio. 201
Præſcribitur accuſationi. 208
Principis poteſtatem. 91
Princeps reduxit. 181
Priuatus emit. 213
Probans per vnum teſtem. 236
Procurator priuati. 59
Procurator conſtitutus. 107
Prohibita extractione. 152
Promiſſio de vendendo. 233
Proximior quis dicatur. 64

Q

QVidam mulio. 220
Quittatio generalis. 74

R

RAptus pœna. 217
Ratificationem partis. 7
Reductio à laudo. 14
Reductio contractus. 226
Remedium m. c. reintegranda. 29
Renunciatio facta fuit. 189
Reſtitutio conceditur. 131
Reuiſio reuiſionis. 246

S

SAcerdos, ſeu monachus. 163
Sæuitia viri. 130
Saluaguardiatus fuit. 132
Saluianum remedium. 175
Sanguis profluens. 173
Senatus citra montes. 1
Senatus in arbitrarijs. 232
Sententia Senatus. 2
Sententia lata. 25
Sententia per quam. 81
Sententia Senatus habet. 181
Sententia arbitrorum. 253
Si aſſignata ſit pars. 11
Socius inuito ſocio. 41
Socij vnius negotiationis. 136
Spuria quædam. 69
Statutum extat. 37
Statutum dotatam. 62
Statutũ Ciuitatis Hyporediæ. 238
Statutum Ciuitatis Cuneci. 249
Statutũ extat in hac Ciuitate. 268
Stylus Senatus. 33
Subſtitutio plures gradus. 86
Subditus cuiuſdam vaſſalli. 266
Succeſſor in beneficio. 143
Supraſcriptis caſibus. 13

T

TErtiò prouocare. 122
Teſtator inſtituit. 60
Teſtamentum peſtis tempore. 180
Teſtator prohibuit. 193
Teſtator vocauit. 196
Teſtator excluſis. 148
Teſtes cogendi ſunt. 42
Tres ſententiæ. 228
Tutor obtulit. 240

V

VAllis Peruſiæ. 239
Vaſſallus inueſtitus. 250
Vaſſalli an poſſint. 268
Venditor non tenetur. 85
Venditor de euictione. 102
Venditor læſus. 165
Velleianum S.C. 222
Victus in cauſa. 67
Virginis ſtuprator. 5
Virgo non viripotens. 148
Vis publica. 55
Vltimus ſupereſt. 129
Vocati fuerunt. 227
Vſuræ augmenti. 45
Vſus paſcendi. 71
Vſusfructus veſtium. 80
Vſufructu bonorum. 168
Vxor pro marito. 223

NOVAE DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI.

ANTONINO TESSAVRO ASTENSI PRÆSIDE COLLECTORE.

PRAEFATIO.

1 *Subiectum totius operis.*
2 *Nouæ, Deciſiones quare inſcribantur.*
3 *Deciſionum liber quales Deciſiones contineat.*
4 *Senatus Pedemontani Præſides ab anno* 1549. *vſq; ad annum* 1590.
5 *Cauſa impulſiua præſentis operis.*
6 *Deciſionum diuerſarum varij compilatores.*
7 *Senatus quare ſacer dicatur.*
8 *Senatus antiqui origo.*
9 Signore *Italico ſermone idem eſt, quod ſenior.*
10 *Senatus iudiciarius differt ab antiqua Romanorũ Senatu*
11 *Senatus iudiciarius quid ſit.*
12 *Principum munus proprium eſt iudicare.*
13 *Senatum conſtituere quis poſſit.*
14 *Dux Sabaudię habet in ſuo Ducatu Imperialem authoritatem.*
15 *Vaſſallus quilibet an poſſit Senatum conſtituere.*
16 *Senatus iudiciarij origo.*
17 *Decemuiri, & centumuiri qualis magiſtratus antiquitus. & nume.* 18.
19 *Decuriones iudicabant antiquitus.*
20 *Senatus Pedemontani origo.*
21 *Decreta Sabaudiæ à quibus condita.*
22 *Senatus quantitas, & numerus.*
23 *Senatorum numerus varius apud antiquos.*
24 *Quales debeant eſſe Senatores, & iudex quis dicatur.*
25 *Iuuenes, an ſenes eſſe oporteat Senatores.*
26 *Ad Senatum qui admittendi.*
27 *Timor Dei in iudicibus neceſſarius.*
28 *Veritatis amatores debent eſſe iudices.*
29 *Auaritiam odio proſequi iudices debent.*
30 *Senatus ad quid fuerit inſtitutus.*
31 *Senatus noſtri authoritas.*
32 *Senatus vtrum poſſit leges condere.*
33 *Variationis cauſa in ſententijs Senatus.*
34 *Senatus an iuriſdictione vtatur ordinaria, vel delegata.*
35 *Patientes Senatores in cauſis audiendis eſſe debent.*
36 *Vbi iudicare debeat Senatus.*
37 *Senatus quo tempore conueniat.*
38 *Quomodo Senatus iudicet.*
39 *Senatorum habitus qualis hodie, & qualis antiquitus fuerit.*
40 *Pedemontanæ regionis deſcriptio.*
41 *Taurinenſis Ciuitatis ſitus.*
42 *Viri illuſtres I. C. qui in hac patria floruerunt.*
43 *Antonini nomen laudabile.*
44 *Teſſaurorum familia antiqua.*
45 *Aſtenſis prouinciæ laus, & ſenatus.*

VT eorum, quę in hoc opere noſtro dicturi ſumus, facilis intellectus habeatur, operępretium me facturum exiſtimaui, priuſquam ad vlteriora progrediamur, pauca de ſubiecto ipſius operis, & iuris noſtrarum pro-
1 uinciarum origine præfari; † quòd & multos bonos authores feciſſe comperio, præſertim Plinium ſecundum in clariſſimo illo ſuo operæ naturalis hiſtorię: cuius materiam priuſquam ingrederetur, integrum librum de operis ſubiecto prępoſuit. Sed vt cæteros taceam, idem elegantiſſimè feciſſe legimus Caium Iuriſconſ. libro primo in ſua ad leges duodecim tabularum præfatione. Igitur ſingulorum verborum, quæ huius libri titulum continent, interpretationem adijciendam duxi, vt moris eſt Vlpiani in l. item veniunt. §. aptanda igitur. D. de petitio. hæred. & in l. prima. §. verba itaque. D. ad Velleia.
2 NOVÆ dicuntur † initio tituli hæ noſtræ

✠ Deci-

Deciſiones ea primum ratione, vt candidos, & ſtudioſos lectores ad earum lectionem inuitemus: noua enim omnia pulchritudine ſunt decorata, ideoque dicitur in Apocalipſi; *Ecce noua facio omnia*, quod & admonet Iuſtinianus in proœmio Digeſtorum. §.ſecundo autem.& ſolent noua oĩa placere, vt ibid. dicit glo.ex §. quãtuncunq; ergo.in auth.de cõſulib.& plerunq; oẽs nouis reb. delectant̃, ꝙ tñ quandoq; nõ conuenit, neq; enim ſemper nouis rebus ſapientes fidunt, vt noſtris Allobrogibus euenit, qui noua Catilinæ facinoroſa coniuratione commoti illam Senatui Romano prodiderunt, vt eſt apud Saluſt. ideoque dixit Horat.in epo. ode.16. *Nouiſque rebus infidelis Allobrox*. quanquam & interpretari poſſimus Allobrogem in rebus nouis, vt erat illa coniuratio infidelem, ideſt populo Romano valde fidelem, vt dictio illa, *in*, non neget, ſed ampliet, vt alibi apud eundem Horatium libro 3.Carmi. ode vltima. *Quod nec imber edax, nec Aquilo impotens*, ideſt valde potens, vt ibi exponit Porfirius. l. Gallus. §. Caſus.D.de libe.& poſthu. Iuſtinianus verò ſuas vltimas græcas cõſtitutiones Nouellas vocauit, quæ (vt ait Harmenopol.) tanq̃ poſthumorũ natiuitas ruperunt veterum teſtõrum diſpoſitiones, ſicut in ſacris literis noui teſtamẽti lex, antiqui teſtamenti diſpoſitionem in multis abrogauit. Qua fortè ratione dici poteſt Pub. Ouidium in ſuo illo digniori, & elegãtiori opere transformationum, ad auditorum attentionem captandam carmen illud operi toto præpoſuiſſe.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora, &c.

Sed, & alia ratione has à nobis collectas Deciſiones Nouas appellauimus, quòd annis iam plus viginti aliæ antiquiores ab hoc Excellentiſſimo Senatu noſtro proditæ ſint authore Octauiano Cacherano, qui poſtea ipſius virtutib. ita promerentibus, ad ſummam, vt Iuſtinianus vocat, Patritiatus dignitatem euectus, magni Sabaudiæ Ducis Cancellarij nomen meritus eſt; cuius doctrina, & ſcientia in illis ſuis elucubratiſſimis Pedemontanis Deciſionibus, & conſiliorum libro demonſtratur. Eaſque etiam ita vocamus exemplo earum, quæ in Romana Rota à Faſtolo factæ ſunt, quas ſequutæ ſunt aliæ antiquæ dictæ, & exinde aliæ à Gulielmo Hortrot, quas communi nomine nouas vocamus, ad differentiam antiquarum, quę à Faſtolo, & ab alio innominato emanarunt. Poteramus & nouiſſimarum nomine illas inſcribere, cùm hactenus nouiſſimę ſint, & quas adhuc aliquæ non ſubſequuntur: ſed quoniam nouiſſi-
2 mum † illud dicitur, ꝙ vltimum eſt (iuxta illud Virgilij in ſexto *Dixitque nouiſſima verba*), & nihil aliud poſt ſe admittit, ſicuti proximus eſt, quem nemo antecedit. l.proximus.92. D. de verborum ſignificatio. noluimus hac dictione vti, quòd ſperandum ſit futuros poſt nos, qui melioribus etiam auſpicijs, & clariori ſtylo hunc eundem à Domino Cacherano primum, mox à nobis ſuſceptum laborem eadem qua nos ratione ſubibunt. Et vt dicebat Ioannes, veniet fortè poſt me, cuius non eſſem dignus ſoluere corrigiam calciamenti, tantum enim fuit prędeceſſorum Principum noſtrorum, & Sereniſſimi Ducis noſtri in deligendis magiſtratibus maturum iudicium, vt non niſi doctrina, prudentia, & integritate viros, præſertim in hoc Senatu elegerint, atque eligant, quod & eorum poſteros facturos ſperãdum eſt, ipſiſque Principibus id facilè euenit, & eueniet cùm ſoliti ſemper fuerint doctiſſimis, & laborioſis iuriſperitis abundare, vnde ſperandum ſit etiam in poſterum id euenturum, quod inquit Iuuenalis.

Surget aliquis de gente togata,
Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluet.

Cùmque hæc Deciſionum Senatus adnotatio & Principi noſtro prudentiſſimo ſummopere placeat, & populis vtilis ſit, conſulerem Principem, vt ſecundum Senatus Præſidem ſemper illum conſtitueret, qui huic operi vacaret, omneſque dubios caſus, qui imperiali quodammodo Deciſione ęgent, adnotaret, & Senatus ſententiam, & motus, ſeu rationes ſcriberet, quæ ſingulo ſaltem decennio in lucem darẽtur. Hinc fieret, vt ante centum annos omnes ferè dubij caſus à Senatu reſoluti eſſent ſine magno labore, & quod Sereniſſimus Dux noſter ab initio procurabat, vt in liminari epiſtola diximus, illius fœlix poſteritas conſequeretur.

3 DECISIONES. Continet hic noſter libellus Deciſiones, ideſt reſolutiones dubiarum cauſarum, & magis illuſtrium quæſtionum Deciſione Cæſarea Principaliúe egentium, vt Doctores dicunt, (quales illæ præcipuè, quæ proponuntur Deciſio.64.88.96.121.128.134.141.162.170.180.200.137. & aliæ multæ, quæ ab anno 1549. quo gratia Sereniſſimi Ducis, & Domini mei Caroli Tertij Ducis Sabaudiæ in Senatu iuuenis ſedere cœpi; quo tempore Senatus occupata Pedemontana patria à Gallis cum ipſo Duce Vercellis morabatur vſque in præſentem annum 1590. quibus Ducum, & Dominorum meorum gratia primum conſiliarius, mox Senator, poſtremo Comitatus Aſtenſis, & marchiæ Ceuæ Præſes licèt indignus ſedeo,) tractatæ, & diſcuſſæ in cauſarum relationibus fuerunt. Quibus annorum cur-
4 riculis † primum ſub Excellentiſſimo Præſide Nicolao Balbo, Franciſco Balbo fratre multo doctiore, & ſubtiliore, qui multa ab eo cœpta opera in iure noſtro perficere non potuit ob bellorum ſtrepitus, qui hanc patriam totam ab anno 1536. vſque ad annum 1559. continuè detinuerunt, & turbauerunt, & quòd ad ſcribendum otium illi non dabatur, cùm eo tempore non ſolùm munere Præſidis in ipſo Senatu, ſed etiam magni Canęellarij, & Procuratoris Principis, ſeu vt nos vocamus Cameræ computorum Præſidis officio fungeretur; cui in eodem magiſtratu Pedemontani Præſidis ſucceſſit iiſdem bellicis tem-

poribus

poribus Excellentiſſimus Iuriſconſultus Caſſianus à Puteo Bugellen. qui per viginti annos huic Senatui ſummo cum honore, & laude præfuit, maximæ integritatis, & doctrinæ vir, & qui multa volumina quæſtionum, quæ ſuo tempore in hoc eodem Senatu obſeruauerat, manu ſua ſcripta reliquit, quas in lucem dare tum Principis, tum publicis negotijs impeditus non potuit, & cùm hanc prouinciam Carolus Antonius nepos inter Iuriſconſultos doctiſſimus peragendam ſuſcepiſſet, in ipſo limine defecit, dum in Thuſciam à Magno Hetruriæ Duce Coſmo euocatus, & patrimonij illius magni Ducis procurator factus, deinde Sereniſſimo Franciſco requirente ad Archiepiſcopatum Piſarum, Corſicæ, & Sardiniæ primatum euectus, nunc etiam Magni Ducis Ferdinandi ab intimis cõſilijs ita Principum, & publicis ac demum propriarum eccleſiarum negotijs occupatus, ad cœptum opus patrui aut ad ipſius propria, quæ parabat doctiſſimè ſcribenda, prælium tempus non fuit. Eodem tempore ſedit in Senatu Franciſcus Cacheranus Aſtenſis Preſes, Octauiani frater prædeceſſor meus, omnium bonarum literarum peritiſſimus, & in iuris prudẽtia excellens, qui etiam multa in iure ſcripſerat, prẹſertim libros trẹs de Duello, quibus vltimam manum apponere non licuit, quod à Sereniſſimo Duce Emanuelle Philiberto in Belgicam Galliam euocatus multis annis illum in bellicis expeditionibus ſequutus fuit. In Caſſiani autem locum ſucceſſit Ludouicus Puteus eius ex fratre nepos, adhuc iuuenis, mira tamen doctrina, & iuriſprudentia, & publicarum rerum experientia conſpicuus, qui dum multa, & grauia de ſeipſo polliceretur, fato immaturè ceſſit, quem in eadem dignitate ſequutus eſt Cæſar Cambianus magnæ integritatis, & doctrinæ, ac morum candore, à quò pariter multa ſperabantur, niſi mors nimis propera omnia euertiſſet. Illi ſucceſſit Excellentiſs. Amedeus a Ponte, vir ſummi ingenij, & profundæ ſcientię, qui prius Senatoris munere per multos annos, deinde Patrimonij, ſeu Cameræ Præſidis, poſtremo virtute, & doctrina ſua ita promerente, proprio motu Principis, huius Senatus primi Pręſidis dignitatem accepit. In quo etiam Senatu ſecundi Præſidis locum obtinet vigilantiſs. conciuis noſter Lazarus Baratta Foſſanen. Sub quibus eruditiſſimis Præſidibus, & doctiſſimis Senatoribus ad numerum 50. & vltra, qui ab anno 1549. vſque in præſens collegæ mei fuerunt, non potui non multa diſcere, & cùm pro tenui mea facultate ab initio in hoc maximè elaborauerim, vt magis illuſtr. & præcipuas quæſtiones, quæ in Senatu diſputabantur, adnotarem, & earum reſolutiones obſeruarem, euenit vt pluſquam mille Deciſiones collegerim, quarum aliquot in mundum redigere, & expolire mihi vix licuit, tum quòd Senatoribus ſcribendi imò nec ferè in iure ſtudendi otium non datur (vſque adeo magnorum voluminum actorum iudicialium, & tenebricoſa, & inani teſtium, & inſtrumentorum viſione, ſed & ſupplicationũ relatione, & litigantium audientia opprimũtur, & quod reliquum eſt temporis in Senatu frequenti reſidentia illis impendere oporteat; ita vt verum ſit, quod inquit Iuſtinianus in §. ſedebit. in authent. de iudicibus. oportere iudices in auditorio ſedere à mane vſque ad veſperas, vt vix corporali neceſſariæ recreationi ſit locus, vt ibi dicit Accurſius) tum etiam, quòd poſtquam Aſtenſis Præſidis munus mihi demandatum fuit, quod temporis relinquebatur à continua iudicandi prouincia, illud publicarum rerum pertractationi, ſeu Conſilio ſtatus, & priuato Principis conſiſtorio (id vocant ſignaturam) dicare neceſſe fuit: neque id ſolum incommodi animum meum ab hoc negotio ſeparauit, ſed corporis etiã infirma valetudo decem ferè annorum ſpatio adeo me occupauit, & vnius integri anni a libris meis, & Senatus abſentia, dum in Hetruriam à Sereniſſimo Magno Duce Franciſco vocatus, & Lucenſi inclita Repub. ad illorum de finibus controuerſias antiquas dirimendas incubui anno 1577. vt quomodo operi huic vacare, & paucas has Deciſiones cõponere licuerit, vix ſciam: Quod neque etiam feciſſem, niſi filij mei Gaſparis Antonij inſuperata laborioſa opera ſuccurriſſet. Deterrebar vero a perículoſo hoc ſcribendi genere, & in publicum ſcripta producendi, quòd ſcirem non poſſe me eximiæ illius laudis partem aſſequi, quã in hoc eodẽ ſubiecto obtinuit prædeceſſor meus D. Ozaſcus, & quod tam immenſum librorum iuris noſtri pelagus conſpicerem, vt iã iam à ſcribendo non mihi ſolùm, ſed omnibus. ll. ſtudioſijs receptui canẽdum eſſe exiſtimarem: magis enim librorum copia profeſſores huius ſcientiæ onerat quàm honorat: Neque enim, vt æquum erat, paritum eſt a Doctoribus Sanctiſſimę Iuſtiniani Cõſtitutioni in l. 1. §. fina. C. de veter. iur. enuclean. qui prudentiſſimo iudicio poſt innumera. ll. volumina ius noſtrum obſcurantia abolita, & perempta præſagiebat non defuturos, qui antiquorum veſtigia imitati commentaria commentarijs ſuperaddentes iuris noſtri copioſiorem farraginem ederent, ita vt pluſquam illius temporibus ſancta hæc iuris diſciplina, quæ certos, & claros fines habere deberet, in ambiguum, & incertum quæſtionum abiſſum inciderit, & ſi in vna tantum quæſtione quidam ex noſtris ob DD. varietatem, & diſcrepantiam eſſe illam mare ſine fundo auſus eſt dicere, vt adnotauimus infra Deciſ. 200. num. 4. quid cenſendum de innumeris, & propè infinitis, quarum hincinde doctores veritatem inuenire vix poſſunt? Quare has meas lucubrationes, & vigilias in lucem minimè proferre decreueram, ſed his potius tanquam laborum meorum promptuario vti, ad leuandam ſeneſcentis ætatis meæ
5 imbecillitatem. Impulit me † nihilominus ad ſcribendum, & publicè eas qualeſcunque ſint proferendum quorundam doctiſſimorum virorum, & amicorum authoritas; & Senatorũ collegarumq; meorum aſſidua flagitatio, quibus ſemper curæ fuit aliàs obſeruata in cauſis dirimendis perſcrutari, ne ſuper iam deciſis in poſterum litibus via

aperiatur immodicis laboribus continuò reſurgentibus, & in hac præſertim patria, quæ ex Platonis ſententia ortus noſtri aliquid ſibi vendicare debebat. Idque illa ratio magis ſuadebat, quod non conſilia aut tractatus ſcriberem, quorum iam propè infinitus eſt numerus, & quibus non magna eſt adhibenda fides, cùm alij lucri gratia clientibus inſeruiant, alij oſtentationis cauſa, & contradicendi ſtudio diſſentiant, vt fuit moris, Beluiſij à Buttigario, Baldi à Bartolo, Barbarię ab Alexandro, Decij à Iaſone; ſed in medium proferrem Deciſiones nõ meas ſed noſtras, ideſt quæ non pro vnius voto, ſed multorum Senatorum ſententia, qui in iudicando multis annis verſati ſunt, emanarunt. Neq; enim poſſunt quæ multorum conſilio geruntur eſſe minus conſiderata, ſiquidem vt inquit Salomon, vbi multa conſilia ibi ſalus. Pręſertim vero in hoc numeroſo, & ampliſſimo Senatu, in quo multi magnæ eruditionis, & experientiæ viri ſederunt, & ſedent retento eiuſdem Senatus nomine, iuxta Alpheni ſententiam in l. proponebatur. D. de iud. quam exornat Alex. ab Alexãdro gen. dier. lib. 3. cap. primo. Quo fit vt monendos putem iuuenès noſtros, vt poſt diurnam, nocturnamq; verſationem textuum, & gloſſarum, Bartolique, & Baldi, Alexan. Abbatis, & Felini (poſtpoſitis omnibus alijs conſiliorum, & repetitionum ſcriptoribus) Deciſionibus inuigilent, in quibus pro vnius multorum ſententias legent, & bene digeſtas, & maturè ſanctéque reſolutas iuris ambigui quæſtiones, (quarum etiam iam magnus eſt ſcriptorum numerus.) Extant
6 † enim Faſtoli antiquiores Rotæ Romanæ deciſiones, anno 1336. inde antiquæ cuiuſdam innominati anno 1575. nouæ à Gulielmo Hortrot 1381. Bellamerę 1390. Toloſanæ à Ioanne Corſerio 1483. Neapolitanæ ab Afflicto 1490. à Capitio 1519. à Caſſiodoro Romanæ 1519. à Grammatico pariter Neapolitanæ. 1520. à Boerio Burdegalenſes 1519. Gudonis Papæ Delphinatus 1460. Aliæ eiuſdem Senatus à Franciſco Martio 1520. Mohedani Romanę 1538. Bononiẽſes à Petro Beniniẽdi 1546. Putei Romanæ 1550. Veralli 1552. Hieronimi Laurentij Aucnionẽſes 1557. Ozaſchi Pedemontanæ 1569. Obſeruationes Cameræ Imperialis per Andream Gail 1578. Fiuizani à Borgnino Caualcano 1580. Imperialis Camerę à Ioachimo Miſingerio 1560. Peruſinæ Ioſephi Ludouici 1582. Ianuenſes incerti authoris 1582. Vincentij Franchi Neapolitanæ 1580. & 1588. Creſcentij Romanæ 1589. Magonij Lucenſes 1586. Horum nos veſtigia ſequuti procurauimus iſtas ita contexere, vt prodeſſe ſine faſtidio lectoribus poſſent, neque Rotæ Romanæ breuitatem ſequuti, quæ obſcuritatem parit, neque Boerij (doctiſſimi quidem viri) dicacitatem, quæ confuſionem producit, ſed aliorum præſertim Afflicti, qui in Deciſionibus meo iudicio primàs obtinet, & quandoque breuitate quandoque prolixitate vſus eſt, prout res ipſa expoſcebat, neque ſemper magiſtrali argumẽtatione ad partes deducta, & à Platone laudata, ſed ad rem ipſam aut ll. ipſarum allegatione, aut ſcriptorum enumeratione, prout tempora iſta ferunt, quàm breuiſſimè potui acceſſi, ne lectorem cum temporis iactura fruſtratoria lectione (ad alia properantem) detinerem, & (quod ab alijs hactenus factũ non eſt) cùm mihi multorum annorum hęc ſcribendi ſpatia data fuerint, in vna eademque Deciſione multas ſub varijs temporibus Deciſiones factas adieci pro ampliationibus, aut limitationibus, vt eandem materiam quoad potui ſimul connecterẽ; ne ex vno eodemq; ſubiecto in diuerſas partes re diſtracta materiã confunderem; habebiſq; lector hinc non ſolum 270. ſed pluſquam ſexcentas Deciſiones ſimul collectas.

7 SACRI. † Solent ſcriptores omnes de Senatu ſeu conſilio iuſtitiæ loquentes vti hoc epitheto, & ſacrum ordinem Senatum appellant. Theodoricus apud Caſſiodorum epiſtola 25. libro 4. & paſſim ſcriptores, vel quòd nos qui iura dicimus Sacerdotes appellandi ſimus, vt Vlp. ſcribit in l. 1. D. de iuſt. & iur. & apud Ægiptios ijdem erant iudices, & ſacerdotes, & quaſi ſacra tractantes nos Antiſtitum nomine decoramur in l. prima. C. de decretis decurionum. lib. 10. vel quod in loco vbi Senatus cõgregabatur, ſtatuerit Auguſtus, vt prius thure, meroque ſacrificaretur, vt teſtatur Sueto. & apud Gell. libro 14. capit. 7. quem morem, & nos obſeruamus: nàm in loco Senatus antequam ad cauſarum propoſitiones deueniatur, à ſacrificio Miſſæ exordimur, qui laudabilis mos etiam alibi obſeruatũ, vt dicit Cur. Piſana. lib. 1. c. 4. Facit q ex Hebræis traditum teſtatur doctiſſimus Ioan. Bodinus in ſua Demonomania lib. 3. cap. 4. Angelos intereſſe iudicijs, & iudicum mentes ad veritatem dirigere. Ideoq; Ægiptios ſolere in loco iudiciorum aliquot ſedes vacuas relinquere, in quibus Angeli iudicijs aſſiſtentes reſident. Seu quòd antiquitus Senatores, & iudices, qui ſimul congregati iudicabant, ex ſacro loco iudicium ferre conſueuerant, quod rerum omnium peritiſſimus Homerus lib. 18. Iliad. his verſibus indicat.

Populi autem in cœtu erant denſi, illicque contentio
Orta eſt: duo autem viri contendebant gratia mulctæ
Viri interfecti: hic quidem confirmabat omnia reddidiſſe
Populo declarans: Ille verò negabat quicquam accepiſſe,
Ambo verò cupiebant ſub teſte finem accipere:
Ciues autem vtriſque acclamabant hincinde auxiliatores:
Præcones autem populum continebant: at SENIORES
Sedebant in politis lapidibus SACRO *in circulo:*
Sceptra verò præconum in manibus geſtabant vocalium,
His poſtea ruebant, alternatim autem iudicabant:
Iacebant autem in medio duo auri talenta,
Huic vt darentur, qui inter hos ſententiã rectiſſimã diceret.

Quod etiam adnotauit Plutarcus in vita Periclis, vbi Athenienſes iudices cùm de cauſa graui iudicaturi eſſent, ex Ara iudicium ferre iuſſi ſunt. in ſacra enim æde Martis conueniebant Areopagitæ ad iudicia ferenda; ſed & ſacramento, & iureiurando, qui futurus erat iudex, ſicut apud nos quotidie fit, ita etiam antiquitus promittebat, non

per

per gratiam cuicunque libuerit condonare, ſed iudicare ſecundum leges, vt eſt apud Platonem in Apologia Socratis circa finem: quo fit vt inde exiſtimē ductum prouerbium, inſeruiendum eſſe amicis, ſed vſque ad Aras, ideſt ne amicorum gratia à recto deflectamus in iudicijs, vt ex Theophraſto latè diſſerit Aul.Gel. noct. Atic. libro primo. cap. 3. neque odio, vel amore à iuſtitia recedamus, imò nec pauperis (vt inquit Salomon) in iudicio miſerendum eſt, nec proximo magis quàm peregrino fauendum. Deuteronom. cap. 1. adeo ſancta res eſt iudiciorum ratio. Quamuis Eraſm. Adagiorum lib. Centur. 2. Chiliad. 3. Adag. 10. dictum illud intelligat de iureiurādo, cùm iuſiurandum illud diceretur firmius, quod Aris tactis fiebat: vnde Cice. *Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo*. Vel à ſubiecto, in quo is magiſtratus verſatur, ſacri nomen obtinere debet, ſacrorum iurium ſcilicet intellectu, ac reſolutione. & ita fortè intelligendus eſt Virg. locus lib. 2. Æneid.

Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.

Iudicum enim officium in iuſtitia adminiſtranda conſiſtit, leges interpretando quæ Sacræ dicuntur, vti Deorum inſtitutum, & diuinarum rerum, ſicut humanarum Reginæ, vt dicitur in l. 2. D. de legib. imò & ſacratiſſimæ vocantur in l. leges ſacratiſſimæ. C. eod. ad q̄ alludit Solon apud Plutarcum, illa lege *Sacra Patres cuſtodiunto*, & ob id idem Plutarc. in Solone Senatum legum cuſtodem eſſe dixit. Et leges diuino quodam ſpiritu etiam à Paganis, & Gentilibus factas teſtatur Iuſtinianus in l. fin. C. de præſcrip. longi tempo. verſicu. ideo enim maiores noſtri. Leges autem à Deo Opt. Max. primum Moyſi datas oſtenditur Exod. cap. 20. & alibi ſæpius in ſacris literis. Sed & antiquitas infidelium id admittebat, vt teſtatur Clemens Alexan. Stromma. libro ſecundo. in fine. vbi hos Heſiodi antiquiſſimi poetarum verſus citat.

Humano generi namq́ue lex eſt ab Ioue lata,
Piſces atque feræ volucresq́ue per aera nantes
Se ſe edunt, cùm illis nulla haud ſit notio iuris,
Aſt hominum generi iuſtum, eſt res quæ optima ceſſit.

Et hinc deductum exiſtimo morem Gallorum, qui in extrinſeca adminiſtratione iuſtitiæ, & formalitate, & dignitate omnium populorum excellentiores videnť, eorū enim maiores magiſtratus, Præſides, & Senatores ſacerdotali, & pileo, & veſte quodammodo vtuntur, vt dicemus infra in verſicu. Habitus. Sanctuſque Senatus ſæpenumero à ſcriptoribus vocatur, præſertim verò apud Virgilium.

Iura, magiſtratumq́ue legunt, ſanctumq́ue Senatum.

SENATVS. Magiſtratum hunc quidam pu
8 tant à Moiſe primum † inuentum anno à creatio
tione mundi 3859. qui Ietro ſocero conſulente
ex omnibus Tribubus nobiliores, & ſapientiores
elegit, vt cum eo iudicandi munere fungerentur, Exod. cap. 18. & Deuteronom. cap. primo. Sed locus ille parum ad rem facit, quia ibi illi à Moyſe ita electi non collegialiter, & coniunctim, ſed ſeparatim quilibet ſuas Tribus iudicabant. Aptius ad hoc induci poteſt, quod habetur in libro Nume. cap. 11. vbi Deus mandat Moyſi, vt eligat ſeptuaginta Seniores, qui cum eo onus rerum omnium, & gubernationem illius populi ferrent. Alij exiſtimant ordinem hunc à Theopompo Spartanorum Rege originem habuiſſe, qui Ephoros inſtituit anno à mundo creato 3188. Eumque magiſtratum etiam Senatum appellauit, cuius rei author eſt Plutarcus in Licurgi vita referens Tyrtæi carmina.

Conſilij teneant Reges, & iuris habenas,
Quis curæ eſt Sparta conſpicienda domus.
Grandæuique Senes, & qui de plebe creati
Sanctarum legum ciuibus inſtar erunt.

Seu verius ab ipſo Lycurgo, vt idem Plutarchus teſtatur his verbis, *Seniores, vt dictum eſt, Lycurgus conſtituit primum ex his, qui conſilij participes extitiſſent, poſtea verò inde mortui locum ſtatim cum aſſumi, qui virtute cæteris præſtare iudicatus eſſet, ex illis ſcilicet, qui annum ſexageſimum tranſegiſſent.* Quod contingere potuit circa annum 3100. ab orbe cōdito, quo idem Lycurgus regnare cœpit. Alij vero putant Romulum in Italia primum Senatum collegiſſe cētum electis, qui rerum publicarum curam gererent, & à Senioribus Senatum vocatum notat idem Plutarc. in opuſc. an Seni gerenda ſit reſpublica, & improbatis cæterorum ſententijs diſputat Ferrand. Adducn. libro primo explic. cap. 7. quod etiam indicat Cicero in libro de Senectute. Et hac ratione fortè factum dicit Plutarc. in problema. quòd Senatores in calceo Lunæ ſignum deferebant, quod Magiſtratum hunc antiquiorem Luna ſignificarent. Seniores autem eligebantur, quòd ſenes maiori iudicio, & experiētia polleant, vt inquit Ariſt. Ethic. 1. & in auth. de iudicib. §. vetus igitur. verſic. quia vero. & quod ſenibus maior reuerentia, & authoritas debeatur, eſt tex. in l. ſemper. D. de iur. immunit. latè Aul. Gel. lib. ſecundo. cap. 15. ſed latiſſimè Tiraquel. de primogen. in præfat. numero 75.
ideoque factum puto, vt nomen id Senior hono
9 ris cauſa dicatur de his, qui ſuperiores, † & domi
ni nobis ſunt, quos Hiſpani *Señores*, & nos *Signori*,
& *Signor*, ideſt ſenior, & ſeniores dicimus. Sic in hunc ſenſum ſeniorum etiam mentio fit apud Hebræos, Exod. cap. 3. Leuit. cap. 8. Machab. 1. cap. 11. & ibi accipitur pro ſummo Hebræorum conſilio. Apocal. cap. 4. De authoritate verò Romani Senatus, origine, forma, incremento, ac decremento, & omnium ferè abolitione, & reliquis, ne rem actam agamus, abundè ſcripſit Bude. in pandect. in l. vlt. D. de Senatorio. Cagn. in l. 2. D. de orig. iur. Franc. Hotom. poſt dictionar. verb. iur. Pet. Grego. Syntagm. iur. par. 3. lib 47. c. 25. VVolfang. Lazius in comment. Reipub. Roma. libro 2. Valent. Forſter. in Hiſtor. iur. ciuil. libro primo. titu. de Senatuſconſul.

tuſconſul. Abolitam verò omnino fuiſſe illius antiqui Senatus authoritatem, dignitatem, poteſtatem, & formam ſatis docet lectura illarum legũ, quæ in titu. de Senatorib. poſitæ ſunt, vbi nihil minus, quàm de his, quæ ad Senatum ſpectãt, tractatur, ſed nomen ipſum ab illo antiquo nomine deſcendere non dubito. Sed quomodocunque originem duxerit, hic de quo nos agimus iudiciarius
10 Senatus longè diſert † ab eo, quem Romulus inſtituit, & etiam ab illo, qui florente Republica Romana ſummam rerum poteſtatem habebat, prout & temporibus noſtris Senatus rerum publicarum ſunt, qui ſuperiorem non recognoſcunt, vt in Italia Venetorum, Ianuenſium, Lucenſium, Raguſeorum, & ſimilium, & apud Vltramontanos Sucuiorum, ac aliorum, qui ſupremum non habent Principem, nec Monarchia, ſed Poliarchia gubernantur, hi enim omnes Senatum habent non ad hoc præcipuè, vt iudicijs vacent ciuilibus, ſeu criminalibus, ſed potius rebus, quæ Reipub. gubernacula, ſummam rerum adminiſtrationem, & legum condendarum poteſtatem concernunt. Ceterum in ijs, quæ ad iudicia ſpectant, alios Magiſtratus decernunt, quas Rotas, aut Conſilia, aut Senatus, aut alio diuerſo appellant nomine, quo vtuntur etiam quidam Principes ſimiles Magiſtratus habentes, vt eſt Romæ, & Florentiæ. Senatus autem nomen, (vt apud nos eſt,) & authoritas ferè eadem eſt in Rotis prædictis, & in Italia Senatus ante omnes hoc ſpeciali nomine fuit Mediolanenſis, in Gallia verò, & in Hiſpania vnaqueq; prouincia hoc magiſtratu vtit ſub nomine Curiæ, vel Conſilij, ad iudicandas lites in ſuprèmo & vltimo iudicio, & ad alia peragenda ſecundum diuerſos etiam Principum, & prouinciarum mores, & authoritatem illis plus minusúe tributam. Quamuis autem diuerſo nomine is magiſtratus vocetur ſecundum regionum diuerſitatem, tamen verè Senatus vocari poſſunt omnia ſiue Conſilia, vt in Hiſpania, & Gallia, ſiue Cameræ, vt in Germania, ſiue Rotæ, vt in Italia nũcupantur. Ideoque & Camera Imperialis, Conſilia Hiſp. & Parlamenta Galiæ, & Rota Italiæ, & Conſilium Neapolis vbique à ſcriptoribus Senatus vocantur. Sed cùm de hac materia Doctiſſimorum virorũ copioſa extent volumina, ſatius erit ſi me conferam potius ad aliqua dicenda de Senatu noſtro, cùm de ipſius Deciſionibus promulgandis munus ſuſceperim, quod Dialecticorum ordine per prædicamenta ſeu vt græci vocant κατηγορίας procedendo clarius, & accommodatius me facturum puto, vt primò de ſubſtantia, vel eſſentia Senatus noſtri, tum de qualitate, quantitate, & alijs ad noſtrum de quo agimus Senatum ſpectantib. diſſeramus, qua in re & in quo cum Romano antiquo conferat, in quoúe differat, cognoſcere lector poterit.

Eſt autem, vt cum Cicerone à diffinitione ini-
11 tium faciamus, Senatus † multorum iudicum collegium, pro ſuprèmo Magiſtratu ad cauſas omnes tam ciuiles quàm criminales coniunctim decidendas propoſitum à Principe, vel Republica ad hoc poteſtatem habente. *Multorum* diximus ad differentiam magiſtratus vnius ſolius iudicis, vt erant Prætores, Præfecti, aut Præſides antiqui, & Romanæ Reipub. tempore, quorum poteſtas, & authoritas ſuis locis, & titulis Digeſtorum, & Codicis deſcribitur, & à multis alijs, præſertim verò apud Feneſtellam, & Pompo. Letum in libro de Magiſtratibus Romanis, & in l. 2. D. de orig. iur. vel etiam duorum, vt erant apud Rom. Duumuiri, qbus à Rege Tullo Hoſtilio capitales cauſæ committebantur, vt eſt apud eundem Pompo. Letum in cap. de Duumuiris.

Collegium, quod ſimul collecti non autem ſeparatim iudicent, nec minus tribus eſſe debent. l. Neratius Priſcus. D. de verbo. ſignifica. vbi Alciat. Maior autem numerus pro arbitrio Principis, aut Reipublicæ, vt infra dicã, augebitur. Collegiũ verò maximum appellari Senatum dicit Bodin. libro tertio ſuæ reipublicæ. cap. 7. vbi de collegijs tract..

Pro ſupremo Magiſtratu, vt demonſtretur ſupra Senatum nullum eſſe magiſtratum, cum ad eum tanquam ad Principem ab omnib. alijs magiſtratibus gradatim appelletur, vt in nouis Conſtitutionibus lib. 3. de appella. ab ipſo autem Senatu appellatio non detur, ſed reuiſio, quæ ab eodem fit. l. 1. D. de offic. præfec. pręt. & dicam infra Deciſ. 246. & eſt apud nos in nouis conſtitutionibus Ducalibus, titu. de modo, & forma ſupplicationum. *Magiſtratus* nomen ad omnes iudiciarias poteſtates refertur, licet aliàs nomine magiſtratus de Prætore intelligeretur, vt not. Zaz. in l. 2. D. de orig. iur. §. eodem tempore. in verbo magiſtratus: nam & Vlpianus eum, qui iudicare iubet (inquit) magiſtratum eſſe oportet. l. cum qui. D. de iuriſdict. omn. iud. *Ad cauſas omnes tam ciuiles quàm criminales*, cùm hoc ſit præcipuum munus Senatus à Principe (ſiue is ſupremus ſit, qui ſuperiorem non recognoſcit, vt ſunt noſtri temporis Cæſares, aut ſupremi Reges, vel Reſpublicæ Regũ poteſtatem obtinentes, neminemque in ſuperiorem recognoſcentes, ſiue ſuperiorem habeat, à quo ſtatũ fiduciario, (vt aiunt) nomine poſſideat, ita latum tamen, & amplum, vt pro cauſarum deciſione, & recurſu ſimili magiſtratu egeat) conſtitutũ, vt iura litigantibus reddat, & omnibus vicè Principis iuſtitiam miniſtret, malefactores ſeuero iudicio caſtigando.

Ad cãs oẽs diximus ad differentiã quorũdã magiſtratuum, in quibus licèt plures ſint iudices collegialiter iudicantes, tamen non omnibus, ſed certis cauſis præpoſiti ſunt, vt erat exemplum apud antiquos de Triumuiris qui incendijs, ac nocturnis criminibus præerant, de quibus apud Plaut. in Amphitr.

Iuuentutis mores qui ſciã: qui hoc noctis ſolus obambulẽ,
Quid faciam nũc, ſi Treſuiri me in carcerem compegerint?
Inde quaſi è promptuaria cella depromar ad flagrum,

De quibus Triumuiris loquitur Pau. in l. prima. D. de offi. præfec. vigil. & in l. 2. §. poſt aliquot deinde

inde

inde annos, de origi. iur. Item & Quatuoruiri, qui
viarum curam agebant. dict. l. 2. §. conſtituti ſunt.
& Quinqueuiri, qui cis Tiberim, & vltra Tiberim
ius redderent, vt in d. §. conſtituti. quod etiam no-
ſtris temporibus videre eſt obſeruari ab aliquibus
ex ſupradictis magiſtratibus, qui coniunctim plu-
raliterque ius dicunt in quibuſdam tantum cau-
ſarum generibus, præſertimque in Italia apud Ve
netos, Florentiæ, & alibi ob cauſarum multitudi-
nem, quæ ob ciuium abundantiam in vnoquoq;
tam perſonarum quàm rerum genere, & ſtatu
oriuntur. Ciuilium autem, & criminalium cauſa-
rum notionem habet hic noſter Senatus, cùm in
iuriſdictione merum, & mixtum imperium conti-
nente vtatur, imò & ipſius Principis ſupremam
iuriſdictionem in cauſis dirimendis habeat, com-
municatam non in ijs tantum, quæ ad ius ſuum
cuique tribuendi officium ſpectant, ſed etiam ad
perpetrata facinora ſanguine mulctaúe corrigen-
da, qua facultate multi ex ſupradictis iudicum
collegijs carent, vt in Romana Rota, alijsque con
ſpicere licet. *Coniunctim decidendas*, quia ſimul con
ſedendo vnuſquiſque ſentẽtiam ſuam dicere de-
bet, iuxta ordinem de quo dicam infra Deciſ. pri-
ma. Non enim ſeparatim in ſedeque priuata, vt
diximus, iudicare poteſt, niſi pro cauſis delegatis
vel à Principe, vel ab ipſo Senatu. Bald. in l. non
ambigitur. D. de legib. gloſſ. in capit. cum omnes.
de conſtitut. debent enim ſimul collegialiter con-
gregati iudicare. P. de Baſio. in director. elect. 3.
par. cap. 21. num. 5. Quinimo ſi ex tribus coniun-
ctim delegatis vnus ſeparatim ſententiam ferat,
nihil agit; debent enim ſimul negotium tractare,
& iudicare, cùm poſſit vnus alium in ſuam ſen-
tentiam trahere. l. duo ex trib. D. de re iudi. & l. ſi in
tres. D. de recept. arbitr. & diximus infra Deciſio-
ne prima. *Præpoſitum à Principe*. Proprium enim
12 Principum munus eſt iudicare, † ideoque, vt
inquit Paul. ad Roma. capit. 13. non ſine cauſa
gladium portant, in cap. non ſolum 23. quæſt. 5. &
apud Hebræos principes iudices vocabãtur, vt ha
betur in lib. iudicum: & regum officium eſt pro-
prium facere iudicium & iuſticiam. cap. Regum.
23. quæſt. 5. Sed quoniam vt de Moyſe ſupra dice-
bamus grauioribus negotijs impediti litibus in-
tereſſe nequeant, & iudicandi munus iuris maxi-
mam peritiam requirat. §. primo. in authenti.
de iudicibus. in ſui locum Magiſtratus propo-
nunt, qui tali officio vacent: qui ſi neque à
Principe, neque à Republica quæ loco Principis
ſit non prçponerentur, legitimam iudiciorum po
teſtatem non haberent. l. Magiſteria. C. de iuriſdi.
om. iud. etiamſi priuatorum conſenſus accedat. l.
priuatorum. C. eodem titul. Imò ſi quis iudi-
candi quouis modo nulla præcedente principali
authoritate officium aſſumeret, in capitale crimẽ
incideret officio magiſtratus vtens, quod eſt ſpe-
cies læſæ maieſtatis, vt in l. 1. C. de priua. carcer. l. 3.
in fin. D. ad l. Iul. maieſta. & in titu. de collegijs illi-
citis. l. 3. §. in ſumma. D. eo. tit. *Ad hoc poteſtatem
habente*. Nam vnuſquiſque eam facultatem non
habet, vt iudices cõſtituat, niſi quibus lex expreſſè
concedit. l. prima. vbi DD. D. de officio eius cui
mand. eſt iuriſd. Ideo talem magiſtratum pote-
13 tunt † conſtituere, qui iura imperialia, & iudicis
dandi poteſtatem habent. Lancellot. Conrad. in
ſuo templ. iudicum, libro 1. capit. 7. de Præſide.
& Sena. nu. 1. & ſeq. prout habet Sereniſs. Dux no-
ſter, cui in ſuis ſtatib. regalia omnia, Cçſareaq; iura
ſpectant, & Vicarius imperij perpetuus nuncupa-
tur. Quo attento omnia, quæ ipſe Imperator face-
ret, illi in ſuo Dominio facere licet, & in hoc ſupre
14 mam † illum iure merito exercere poſſe iuriſdi-
ctionem affirmare poſſumus. Illudque priuile-
gium Vicarij Imperij perpetui conceſſum eſt prin
cipibus noſtris primum a Sigiſmundo Imperato
re, confirmatumque fuit ab alijs omnibus ſubſe-
quentibus Cçſaribus, nec immeritò, cùm Duces
noſtri latiſſimas, & ampliſſimas prouincias poſſi-
deant, & ſub eis ſint Comites, Marchiones, &
etiam Duces ipſos Sabaudiæ Duces recogno-
ſcentes, idque ab antiquiſſimis temporibus, vt Sa-
baudię hiſtoria demonſtrat, ac ẽt rõne nobilitatis,
& originis, cùm deſcendant ab imperiali ſtipite, vt
dictum eſt. Vnde procul dubio dicendum eſt Du
cibus, & principibus noſtris in ſuo ſtatu compete-
re iura Imperij, & Maieſtatis, & omnimodę po-
teſtatis. Abſurdumq; eſſet dicere, ſi quis in Ducis
noſtri perſonam, aut ſtatum molitetur, eum in
crimen læſę maieſtatis non incidere, præſertim
cùm hæc omnia à Cçſaribus illis communicata
ſint, quæ ſententia procul dubio vera, & com-
munis eſt ex his quæ dicit Caſtren. conſil. 34. ſu-
per primo dubio lib. 2. Angel. conſil. 217. in cauſa
accuſationis. colum. 2. Soc. ien. conſi. 4. libro 3. Iaſ.
conſil. 227. lib. 2. Brun. conſi. 45. Iacobin. de Sancto
Georgio in ſua inueſtitura in ver. Dux. verſi. du-
bitatur etiam, in fin. & pulchrè Natt. in conſil. 608.
Pro deciſione pſentis quæſitu. col. 1. D. Ozaſ. deciſ.
101. & 155. Lancel. Corra. in ſuo templo tit. de Du
ce. nu. 11. li. 1. c. 4. Nã licèt Imperator ſolus habeat
illã ſupremam, & abſolutam poteſtatem, quæ eſt
ſupra ius, nec eã poſſit à ſe abdicare, poteſt tamen
aliquibus in certis prouincijs eam communicare,
vt communiter facit Regibus, Ducibus, Marchio-
nibus, quos Imperij Vicarios conſtituit. Bal. in con-
ſilio incipien. Rex Romanorum, quem refert Io.
Baptiſta de Sancto Seuerino in l. imperium. q. 14.
D. de iuriſdict. omn. iudi. Angel. in l. ſi certarum. D.
teſta. milit. latè Natta dict. conſi. 608. col. 1. Anton.
Peregrinus de iur. fiſci lib. 1. tit. de his, qui iura fiſca
lia habent. num. 78. & 79. Nec intereſt an talis prin
ceps vocetur Dux, vel Rex, quia non eſt facienda
vis in nomine, ſed in qualitate regiminis, & in ma
gnitudine poteſtatis. Natt. dict. conſi. 608. num. 7.
poſt Bald. conſi. 328. colum. 2. lib. 1. Nec obſt. quod
dicit Bodin. libr. 1. cap. 9. ſuę reipub. aſſerendo tale
ius Duci Sabaudiæ non competere, quoniam fal-
litur, & in facto, & in iure, ſiquidem in facto cùm
non viderit priuilegia Ducũ Sabau. à Cçſarib. con
ceſſa: in iure autem ex eo, quod communis om-
nium Doctorum ſententia ſit contra ipſum. Nec
valet ratio ab eo allegata, quia Imperator non ab-
dicat à ſe Imperij poteſtatem, ſed communicat
ſolum

ſolùm in illis prouincijs, prout etiã dicitur, quod
ille, qui infeudat non videtur alienare. Nec etiam
obſtat authoritas Felini à Bodino citati, quia Feli-
nus ſeipſum declarat dicens, quod Imperator iura
imperij non transfert, niſi ita ſpecialiter diſponat,
prout eſt in caſu noſtro. Minus etiam obſtat alia
Bodini ratio, quòd Dux Allobrogum non Maie-
ſtatis, ſed Serenitatis, & Celſitudinis titulis vtatur;
tùm quia in his non titulos, ſed rem ipſam inſpicia
mus, vt ait Natt. dicto conſi.608. tùm quòd ipſo-
rum Ducum modeſtia illis officere non poteſt;
noluerunt enim Maieſtatis titulo vti, vt Cęſari,
& maioribus Regibus aliquid relinqueretur. Cę-
terum ſi Ducibus Maieſtatis titulis vti liceret,
cui magis id liceat quàm Allobrogum Ducibus,
qui Reges alias dicebantur, & multos amploſque
Ducatus ſub ſe habent? Et fortè attentari poſſet
quòd iuſtiori titulo vtatur Dux Allobrogum, &
ſimiles iure imperij in ſuis prouincijs, cùm id fa-
ciat ex conſenſu, & voluntate Cæſaris, qui eſt Dei
Vicarius in temporalibus, vt dicit Lancellot. in
tit.de Imperatore.quæſt.2.nu.3. & nu.8. & 9.quàm
aliqui principes, qui id faciunt ex vſurpatione,
cùm nolint Cæſarem recognoſcere ſupremum
Dominum, qui & iure diuino, & iure ciuili mun-
di Dominus eſt, iuxta illud Euãgelicum, Exijt edi-
ctum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuer-
ſus orbis, & alibi, Reddite, quę ſunt Cęſaris Cęſari,
& quæ ſunt Dei Deo. l. deprecatio. D. ad legem
Rhodiam de iact. cum alijs multis abundè cumu-
latis per Lancellot. in dicto titu. de Imperat. vbi
vult, quòd nec longiſſima ſeculorum præſcriptio
eos iuuet, quod verum putarẽ ſaltem, ꝙ eas mũdi
partes ab Imperatore recognoſcere debeant, quæ
ab Auguſto Cæſare pacificè poſſidebantur. Cęte-
rum, ꝙ Reges poſtea ſua virtute ex nouo, & inco-
gnito orbe adepti ſunt, vt eſt in ſummo, & maxi-
mo omnium Regum Philippo Auſtriaco, cuius
Regnis nouus adijcitur orbis, id legitimè ſine ali-
qua Imperiali recognitione poſſidere ſuo iure
poſſe crederem ex Dei ſententia, quicquid calca-
uerit pes tuus, tuum fiet, & cœlum cœli Domi-
no, terram autem dedit poſſidentibus, & quæ in
nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur. §. ferè.
verſic. quod enim ante. & §. inſula. Inſtit. de rerum
diuiſio. Quod adeo verum eſt, vt non poſſit Im-
perator hoc ius auferre. Ruin. conſi. 19. lib. 1.

An autem quilibet vaſſallus, qui iuriſdictio-
15 nem, & iudicis conſtitutionem † habet ab Im-
peratore, vel alio Principe conſtituere poſſit Se-
natum? Quæſtionem hanc format Guid. Pap. quę-
ſtio.47. De anno Domini, &c. & Guliel. Benedict.
in c. Raynutius. §. & vxorẽ nomine Adelaſiã, il 2.
numero 432. vbi concludunt, quòd Senatus, ſeu
vt Galli dicunt Parlamentum dicitur ſupremus
magiſtratus, qui iudicat in vltimo reſortu, & à
quo non appellatur, & ideo talis magiſtratus, &
poteſtas iudicandi in vltimis appellationibus di-
citur eſſe de regalibus. capit. 1. Quæ ſint regalia,
& licèt in hac patria Pedemontana, ac etiam in
patria Sabaudiæ multi ſint Vaſſalli, Duces, Mar-
chiones, & Comites, qui plura oppida habent
recognoſcentes Ducem Sabaudiæ, vel Princi-
pem Pedemontium, tamen nullus eſt, excep-
to ipſo Duce, qui habeat Senatum, & quamuis
Illuſtriſſimus Dux Nemurtij, qui à Duce noſtro
recognoſcit prouinciam Gebennenſem, ſeu Beau
giaci in feudum, habeat Conſilium, in quo adeſt
vnus Præſes cum aliquot Senatoribus pro admi-
niſtratione iuſtitiæ, tamen illud non appellatur
propriè Parlamentum, vel Senatus, ſed tantum-
modo Conſilium, vel iudicum Collegium, ne-
que dici poteſt ſupremus magiſtratus. Curia Pi-
ſana libro primo. cap.11. nume.3. pręſertim cùm
ab eius ſententijs appelletur, (vt audio) ad Sena-
tum Sabaudiæ.

Origo Huius magiſtratus iudiciarij non à
16 Moyſe ducta eſt, is enim non † col
legium iudicum ſimul iudicantium, ſed vnum-
quenque ſeparatum ſuæ tribui præfecerat, vt ſu-
pra diximus: ea tamen conditione, vt grauiores
lites ad ipſum Moyſem tanquam Principem, &
Ducem deferrent, ne ipſe dum omnibus iudicijs
intenderet nimio labore fatigaret, & partium iura
minus perciperentur. Sed credo primum hunc iu-
diciarium multorum magiſtratum apud Athe-
nienſes fuiſſe, à quibus leges duodecim tabularum,
& iudicandi formas Romanos accepiſſe fertur,
qui hos iudices hoc modo congregatos Areopa-
gitas vocabant, quorum conſilio lites explicaban-
tur, & dirimebantur, vt teſtatur Alexan. ab Alex.
Gen. Dier. libro quarto. cap. 11. Bea. Aug. libr. 18.
de Ciuita. Dei, Polidorus Virg. de rerum inuent.
libro ſecundo. cap. ſecundo. in fin. Fuit & ſimilis
17 magiſtratus Romanis, qui † Decemuiri vocaban
tur, dict. l. 2. §. & cùm placuiſſet. de quo etiam ma
giſtratu iudiciario Decemuirorum loquitur Fene
ſtella, & clarius Zaſ. in dicta l. ſecunda. §. deinde
cum eſſent. & illi Quinqueuiri, de quibus ſupra-
diximus. Sed magis Senatui noſtro conueniebat
18 alius magiſtratus, quos Centumuiros † vocabant,
qui in cauſis grauioribus ciuilibus, & capitalibus
iudicabant, quamuis malè Accurſius de Romano
Senatu dici exiſtimauerit, vt etiam notauit in di-
cta l. 2. §. deinde. vbi text. de hoc Magiſtratu lo-
quitur. Quintil. libro quinto. capit. ſecundo. Tul.
pro Roſcio. & ſecunda in Verrem. Sueto. in Au-
guſto: quique manente ſemper eodem Centum-
uiralis iudicij nomine primum in duas haſtas, ſeu
duo conſilia, vel claſſes, tum in quatuor diuiſi fue
runt, teſte Plinio libro 33. cap. 2. Dione. libro 43.
Plin. Iun. libro ſexto. Epiſtolarum, Epiſt. penultim.
Quintil. inſti. oratoria. libro 12. capit. 5. Pet. Greg.
Sintag. iuris, parte tertia. libro 47. cap. 23. Fuerunt
19 & Decuriones, † qui iuriſdicendi poteſtatem ha-
bebant, magiſtratuſque iſte dicebatur, vt ſcribit
Alciat. diſpun. libro tertio. capit. quinto. quamuis
Ioan. Cora. libro tertio. Miſcelan. cap. ſexto. nume.
ſeptimo hoc non admittat, ſed ſi intelligamus
Alciati opinionem de illis Decurionibus, qui ſuæ
curiæ dicebantur Senatores, vt nunc apud nos fit
in nouella Iuſtinia. 38. & in l. omnes iudices. Lex ex-
plo. C. de decur. lib. 10. qui ſportulas accipiebant.
L. ſpurij. §. minores. D. de decurio. opinionem illius
erroneam

erroneam non eſſe contra Coraſ. dicere poſſumus. Declinante autem Romana Republica poſt legem Regiam tempore Auguſti latam, cùm paulatim illius antiqui Senatus decreſceret, & minueretur authoritas, eòque Domitiani temporibus ventum eſſet, vt cogerentur Senatores illi antiqui in ipſius Imperatoris ſententiam pedibus ire, & vt inquit Tacitus in verba Imperatorum iurare, cuius moris Plin. iun. in Panegirico ad Traianum meminit illis verbis, *At quis* (inquit) *antea loqui, quis hiſcere audebat præter miſeros illos, qui primi interrogabantur? cæteri quidem defixi, & attoniti ipſam illam naturam, ac ſedentariam adſentiendi neceſſitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? vnus ſolusque cenſebat, quod ſequerentur omnes.* Cęperunt Senatores de reis iudicare, & lites dirimere, & iudices dare, Senatoria illa dignitate in Romana Republica gubernanda poſthabita, Sueto. in Domitiano. cap. tertio. & in cauſis appellationum cognoſcere ex edicto Neronis. Sueto. in Nerone. Declinantis vero Imperij temporibus authoritatem iuriſdicendi non amittens, quaſi legum cuſtos, legum pręcepta obſeruari curabat, vt ex Symachi, & Caſſiodori clariſſimorum virorum ſcriptis legimus, horumque iudicum exemplo Senatus, & collegia iudicum inſtituta procul dubio fuere, vti quiſque populus illorum vſum neceſſarium habuit, mutata ſępius omnium iudiciorum forma ab ea, quæ & antiquo, ac medio tempore fuerat, vt teſtatur Iuſtinianus in authen. de iudicib. in princip. Quamobrem nihil mirum eſſe debebit, ſi hunc noſtrum Senatum, licèt finibus anguſtiorem, antiquo Romanorum nomini, notioni, & iuriſdictioni, quatenus ille iuriſdicundi officio fungebatur, in aliquo conuenire, in multis verò mutatum dixerimus, neque tamen æquitatis ſtudio inferiorem, ac veræ iuſtitiæ cognitione, (quæ pietate in Deum, & æquabilitate in proximum à Firmiano diffinitur) deteriorem aſſeremus, quod quidem ex eius tot deciſionibus, & rebus rectè iudicatis ſit notorium omnibus, indieſque ex tot iuris luminibus præclariſſimis, quibus nunc illuſtratur, facturum iri ſperamus.

20 Huius autem Senatus noſtri origo † adeo antiquitatis tenebris obruitur, vt nō facilè perſcrutari poſſit. Illud tamen, ꝙ nobis tanquam nebulis eruptus ſolis radius innoteſcit, vt recenſeam operęprecium eſt ab Illuſtriſſimo, & diuino propemodum illius reformatore Amedeo eius nominis ſeptimo Sabaudiæ Comite exordiri, qui ab antiquiſſimo, nobiliſſimoque Saxonum ſtipite per tot claros, & immortales anteceſſores ab Henrico Romanorum Imperatore, qui Auceps cognomento dicebatur, annum circa 920. regnante, Auguſtam originem trahens Othones duos Cæſares, Vgonem, Beroldumque Saxoniæ Duces inclitos, Humbertum, & Amedeum primos, Humbertum, & Amedeum ſecundos, Humbertum III. Thomam primum, Amedeum III. Bonifacium, Petrum, Philippum, Amedeum IIII. Odoardum, Aymonem, Amedeum V. aliumq; Amedeum VI. patrem, auos, & proauos Sabaudię Comites habuit mira quadam, & in nulla alia Regum, & Principum deſcendentia amplius audita ſucceſſione, in qua per duodecim gradus nunquam interruptos filius patri legitimè ſucceſſit, in alijs vero non niſi fratris, aut ad ſummum nepotis perſona intermixta, comperitur. Is optimus, omnique heroica virtute præditus Princeps equeſtrem ordinem Anuntiatæ Virginis ſacratiſſimæ ab eius auo Amedeo V. inſtitutū reſtaurauit, rebelles quoſcunq; repreſſit, Salutiarum Ciuitatē expugnauit, Vercellas, Clauaſſium, aliaque oppida plura auitæ ditioni adiunxit, Mauritianam militiam erexit, Romanos Pontifices grato hoſpitio accepit, ac taliter demum multorum officiorum gratia de Apoſtolica ſede benemeritus, tantæque iuſtitiæ, & integritatis, religioniſque vir creditus extitit, vt in Baſilienſi Conſilio (ipſo reſpuente,) Pontifex Maximus creatus fuerit, & Fœlix Quintus nuncupatus; cui (in diuerſas partes Catholica auctoritate eo tempore diſtracta) Gallia, Germania, Aragonia, Longobardia, & maior Chriſtianæ Reipublicæ pars paruit. Cardinales plures, eoſque ſanctitate, moribus, ac doctrina conſpicuos creauit. Et per nouennium obtenta Tyaracam demum Nicolao Quinto (paci conſulens) ſponte conceſſit, & omnibus quę Pontificio nomine geſſerat approbatis Cardinalis, ac Legati contentus dignitate ſeculi pertæſus, ſolitudinem complexus reliquum vitę religioſiſſimè in ſedandis ſuæ ætatis cladibus conſumauit. Hic igitur nunquam ſatis celebratus heros inter alia pręclara cœleſtis illius ingenij opera cùm Sabaudię, ſeu Allobrogum ditionem, quę quondā Regnum fuerat, ſolo Comitatus nomine longo tempore contentus obtinuiſſet, tandem reſurgentibus titulorum dignitatibus, Ducatus Stemmate, & Vicarij Imperialis perpetui Sigiſmundi Cæſaris fauore inſignitus fuit, firmataque ſancta, & pacata iuriſdictione, Cablaſij, Auguſtæ, Gebennenſiſque, Comitatibus Nitię, Forcaquerij, Valentiæ, Friburgi, ac aliarum Ciuitatum dominijs, & Pedemontano Principatu, Ludouico filio ex Maria, genita Philippi Ducis Burgundiæ, Caroli Romanorum Regis fratris, ſceptro Ducali conceſſo, nouas, & verè ſanctas leges, & ſtatuta, (quæ Decreta vocant,) tam circa religionis cultum, quàm pro reformanda republica à varijs eius ſeculi tempeſtatibus deprauata, Diuino dictamine promulgauit. Huius verò Magiſtratus duplicem ordinem compoſuit, vnum nempe, qui cum ipſo Principe reſideret, cuius caput eſſet Cancellarius, vt habetur libro 2. ſuorum Decretorum cap. 5. 6. & 7. Alterum ex vno præſide, & duobus collateralibus conſtantem Camberiaci iudicare diſpoſuit, anno circa 1430. vt colligitur ex eodem libro cap. 36. 37. & 38. Ludouicus verò eiuſdem filius cùm ad ciſmontanas prouincias tutius conſeruandas, regendaſque in hac Pedemontium regione degeret, in hac ipſa Taurinorum Auguſta aliud conſilium ad formam illius, quod Camberiaci reſidebat, ſtatuit, cui ad tol-

lendas tot cauſarum appellationes, & pro ſenten-
tiarum executionibus Præfecti Prætorio prærога-
tiuam conceſſit, anno 1459. vt patet ex his, quæ
adnotauit D. Philibertus Pingonius in ſua Tauri-
norum Auguſta, pagina mihi 61. & 65. quod etiam
apertè coniicimus ex Præſidum, & Collateralium
denominationibus in decretorum calce poſitis, &
ex pluribus illius libri locis: nulla inde facta ho-
rum magiſtratuũ variatione ad Amedeum octa-
uum, Filibertum, Carolumque filios, Carolum
nepotem, & Philippum alium Amedei octaui fra
trem, ex eoque genitum Philibertum ſecundum
omnes Sabaudiæ Duces, ac Pedemontij Principes
peruenit, cui poſtea Philiberto ſecundo Carolus
tertius ſuccedens Camberiacenſi, Taurinenſique,
ſeu malimus dicere Vltramontano, & Ciſmonta-
no conſilijs tres Senatores cum vno Præſide aſſi-
gnauit, iunctis duobus aduocatis, altero fiſcali, alio
verò pauperum, ac iudice criminalium, vt ha-
tur in ſuis decretis: cap. 3. ac poſtmodum duos
præſtantes viros, quorum alter eccleſiaſticus, al-
ter miles exiſteret dictis conſilijs intereſſe imme-
diatè poſt Præſidem voluit: vt legitur cap. 6. eo-
rundem decretorum; ſic igitur ordo iſte ampliſ-
ſimus adoleuit, ac deinde ſub Sereniſſimis Ducib.
Emanuele Philiberto, & CAROLO EMA-
NVELE filio, nunc fœliciter regnante, in iuſtã
excreuit formam, & magnitudinem, vt infra di-
cemus. Qui quidem Principes multas conſtitutio-
21 nes, ac ſanctiones introduxerunt. † Amedeus nem-
pe ſeptimus ſtatutorum quinque volumina po-
ſteris reliquit, religionis cultum, magiſtratuum, &
judiciorum rationem, Camerales res, & publica
officia, ſcripturarum taxas, & perſonarum ſtatum
ad amuſſim pertractantia. Illuſtriſſima verò Du-
xiſſa Yolant Caroli decimi Francorum Regis fi-
lia, atque Amedei octaui vxor, Philiberti filij ad-
huc infantis tutrix, ſuper bonorum feudalium
alienatione, & pro cauſarum expeditione, ac idẽ
Philibertus vir effectus, ſuper iuramentis, & iudi-
cij ſeruandi formis leges promulgarunt. Poſtea Il-
luſtriſſima Blanca Caroli tertij mater tutoria au-
thoritate de feudorum alienatione, & pœna. l.
ſi quis maior. edixit. Philippus autem Amedei
ſeptimi nepos, nepotum ex Amedeo fratre ſuc-
ceſſor, pro breuiori cauſarum expeditione noua
veteribus ſtatuta adiunxit, nec minus piè Philip-
pus eius filius decreuit ſuper cauſarum inſtantijs,
& foro competenti. Quorum veſtigia ſequutus
Carolus tertius celeberrimas edidit ordinatio-
nes, magiſtratuum officia, lites, falſariorum, &
blaſphematorum pœnas continentes: & cùm iu-
diciorum ordo longo bellorum ſtrepitu, & vni-
uerſi huius dominij reuolutione turbatus fuiſſet,
Sereniſſimus Emanuel Philibertus propria virtu-
te, atque induſtria (Deo adiuuante) in integrum
reſtitutus, eundẽ anno 1560. nouis legib. reſtaura-
uit: mutato in litib. diſcentiendis, ac omnib. actib. iu-
dicialibus, & extraiudicialib. diplomatibus, inſtru-
mentiſq; conſcribẽdis ſtylo, e Latino in Italicum
idioma: ac duos libros de procedendi forma, tam
in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis edidit,
conſtitutiones pragmaticas, aliaſque, de Catholi-
ca fide profitenda, de vagabundis, & medendi cir-
cundique arte, ac artificibus, & Farmacopolis, de
conſilio criminalium, de quæſtoris officio, ac de
cauſis patrimonialibus, promulgauit. Poſtremò
autem Sereniſs. CAROLVS EMANVEL Dux
noſter, optimas leges de iudicijs, de ſupplicatio-
nib. à Senatu, & cauſis dubijs, de mõ decidẽdi, de
diſtractionibus minorum, & mulierum ac eorũ
ſublato iuramento, de alienationibus bonorum
feudalium, & fideicommiſſis ſubditorum, de con
tractuum ac vltimatum voluntatum ſolennitati-
bus, necnon & de ipſius Senatus de quo nunc agi
mus authoritate & poteſtate condidit. Atque hæc
de Senatus noſtri ſubſtantia, & origine dicta ſuf-
ficiant.

Quantitas autem in hoc magiſtratu
conſideratur ſum ratione
22 amplitudinis, cùm † ampliſſimus ordo Senatus
vocetur, vt inquit Cicero pro domo ſua ad Pon-
tifices; *Quid cùm Senatum pro me non modo propugna-
re ampliſſimum ordinem, ſed etiam probare, &c.* & vt
varijs authoritatibus firmat Budeus in Pandec. ſu
per l. vltima. D. de Senatorib. tum etiam ratione
numeri, & quantitatis, quæ primum ex eius diui-
ſione inſpicitur, conſtat enim ex capite, & mem-
bris. Caput igitẽ Senatus eſt ipſe Princeps, qui etiã
Senator dicitur. l. ius Senatorũ. C. de dignit. lib. 10.
Lauden. de Princip. Conſil. quæſtio. 1. ſicut & Se-
natus pars Principis dicitur. l. quiſquis. C. ad l. Iul.
maie. & multoties in cauſarum diſputatione ſum
ma cũ maieſtate cũ eo aſſidet, exemplo antiquo-
rum Cęſarum, vt de Imperatore Antonino ha-
betur in l. Emilius Largianus. de minor. & in l. pe.
D. de his, qui in teſta. delen. & alibi de alijs legitur,
cuius Principis (cùm tanto tanque cõtinuo oneri
operam dare ob grauiora negotia nequeat) vices
ſuſtinet Præſes, quem prudentia & experientia,
(cùm ad eam dignitatem non niſi antiqua ſenato-
rij ordinis ſucceſſione deuehatur,) cæteris pręſtare
æquum eſt, & quia aliquando euenit, vt ipſe præſes,
aut infirmitate, aut alio impedimento Senatui in-
tereſſe, aut officio vacare non poſſit, ne corpus il-
lud accefalum reſtet, Gallorum more triginta ab
hinc annis à Sereniſſimo Duce Emanuele Phili-
berto introductum fuit, vt etiam alius ſecundus
Præſes ex ipſis Senatoribus deputaretur, qui præ-
ſente primo locum primi Senatoris tantum ob-
tineret, & illo abſente primi Præſidis officium
gereret, quo fit, vt ceſſet quod inquit Purpuratus
in l. prima. D. de officio eius, &c. non poſſe in eo-
dem corpore duo eſſe capita, nec duos Præſides
in eodem Senatu; ſic enim non ſunt duo, ſed vnũ
caput, & iuxta Virgilianum illud,

vno auulſo non deficit alter.

Membra verò ipſius corporis ſunt Senatores cæ-
teri, quorum numerus ad Principis arbitrium (pro
dominij amplitudine, & cauſarũ negotiorumque
copia) augeri, minuique ſolitus fuit: & pro varijs
temporum, & rerum mutationibus non eandem
ſeruauit normam: Ab Amedeo enim ſeptimo ſi-
ue Ludouico eius filio ſupra memoratis Duci-
bus,

bus vſque ad Carolum tertium quatuor tantum,
aut ad ſummum quinque Conſiliarij, ſeu vt tunc
vocabant Collaterales cùm vno Præſide in Tau-
rinenſi conſilio (illud tunc ita appellabant) fuiſſe
conijcio : quibus à Diuo. Carolo tertio iudex
criminalium (qui nunc Capitaneus iuſtitiæ vo-
catur) adiunctus fuit, ac poſtea ab eodem ſtatu-
tum extitit, vt duo viri alter eccleſiaſticus, alius
verò miles rerum experientia, & vitæ probitate
inſignes dicto conſilio cum Præſide,& illis Colla-
teralibus iuriſperitis intereſſent: quem quidem nu
merum ex decretis Amedei, Yolant, Philiberti,
Caroli primi, Blancæ, Philippi, Philiberti ſecundi,
& ſupranominati Caroli tertij colligo; Auctum
verò conſtat à Sereniſſimo Emanuele Philiber-
to, qui duos alios creauit Præſides, alterũ nempe
pro Aſtenſi prouincia, aliũ verò, qui vt ſupra dixi-
mus primi vices gereret illo abſente: Senatores ve
rò octo conſtituit, atq; licèt poſtea (ob ſuccreſcen
tẽ negotiorum copiam, cauſarumq; abondantiã)
per nouas conſtitutiones ad duodenarium reda-
ctus ſit, vt in titulo *Della qualità, & numero de Se-
natori*: nihilominus aucto poſtea eius virtute, &
Diuino auxilio Principis noſtri ſtatu, ac alijs ad-
iectis prouincijs ad maiorem etiam extenſus
eſt numerum, Euangelico ſymbolo docente,
quod vbi plurima eſt meſſis, plures meſſores
eſſe oportet, & ideo nunc ſedent vltra tres Præ-
ſides quindecim Senatores præter Capitaneum,
Vicariumque iuſtitiæ, qui etiam ea dignitate ſunt
decorati: plurium autem numerus reijcitur ex ra-
tionibus à Bodino citatis libro tertio Reipubl. c.1.
colum. 8. Antiquorum etiam Senatorum nume-
rus varius fuit: legitur enim Iulium Cæſarem ad
mille numerum Senatorum auxiſſe, qui poſtea
ab Auguſto diminutus fuit, ſicque aliquando ter-
centum, aliquando plures, ac quandoque paucio-
res fuiſſe conſtat; ex quibus tamen eligebantur
Centumuiri, qui cauſas omnes ciuiles, & crimina-
les dirimebant: atque illud in hac materia notan-
dum exiſtimo, quod Romani omnes magiſtratus
à quodam certo numero denominare ſoliti fue-
runt, atque eos vnicuique virorum, aut iudi-
cum numero eam rerum, aut negotiorum cu-
ram commiſiſſe, quæ ab ea quantitate perfectè
tractari, geriq; poterat, vt Duumuiros carcerum
cuſtodiæ præpoſitos conſtat ex l. ſi quis vxori. §. ſi
quis fugitiuum. D. de furtis. & vectigalibus in ſuo
municipio locandis, vt teſtatur Liuius primo ab
vrbe. Triumuiros, vt ſup. meminimus, vigilijs præ-
fectos erant & Triumuiri capitales, & monetales,
ſic Quatuoruiros, qui curam viarum haberent.
Quinqueuiros, qui ſuper vſuris cognoſcerent. Fen.
c. 20. Septemuiros Epulonum, qui ſacris præerant
miniſterijs. idem Feneſtel. cap. 14. Decemuiros le-
gibus promulgandis, & alios quamplures à nu-
mero magiſtratus ſiue iudiciarios, ſiue non iudi-
ciarios appellabant, vel quòd (vt dicebamus) tot
viros vnicuique Reipublicæ parti aſſignarẽt, quot
illi bene gerendæ ſufficerent, atque ab eodem nu-
mero eum magiſtratum denominarent, vel econ
tra quot vnicuique operi pro temporis, & rei ne-
ceſſitate præficiebant, eum poſtea ordinem à tali
quantitate appellarent. Legitur quoque Croto-
23 niates mille Senatores † habuiſſe, vt apud Val.
Max. lib. 4. Maſſilienſes 600. Gnidios 60. Athenien-
ſes 500. Argiuos 80. Hebræos 70. & ſic in hoc va-
rij varijs moribus vſi ſunt, prout vel paucorum,
vel multorum virorum conſtabat Reſpublica, &
de his latè ex diuerſis authoribus colligi poteſt,
præſertim verò ex Alex. Gen. Dier. libro 4. cap. 11.
Hæc autem de Senatu ad Reipublicæ ſtatum, &
ſupremum dominium deputato (vt hodie Ve-
neti obſeruant) intelligenda non dubito. Sed cùm
hic agamus de Senatu tantum iudiciario, de alio
numero quærenda erunt teſtimonia, ſiquidem in
iudicijs ferendis non adeo magnus requiritur nu-
merus, cùm (vt dici ſolet) veritas in paucis conſi-
ſtat, & vbi multitudo magna ibi confuſio, & quẽ-
admodum quando tractatur de rebus ad omnes
pertinentibus, ab omnibus aut ſaltem à maiori
parte populi deliberari neceſſe eſt, ex reg. l. quod
omnes tãgit, ab omnibus debet approbari. l. quod
maior. D. ad municipal. ita quando agitur inter
priuatos de ferendo iudicio, & tunc iudicem ſcri-
pta iam lege vti oportet (ita vt quaſi legis mini-
ſter à Principe, vel populo ſit deputatus) poteſt à
paucis, vel etiam ab vno res expediri. Ideoque mi
nor Senatorum numerus requiritur, & propterea
in tali iudicum collegio fuerunt in magna illa Re
pub. totius orbis domina ad ſummum Centum-
uiri, de quib. in l. 2. §. deinde. D. de orig. iur. & pro
tali munere Cretenſes decem tantum Senatores
habebant, ſed vt propriora viciniora que exem-
pla noſtræ tempeſtatis afferamus, in Gallia pro
vnoquoque Senatu, quem Parlamentum nomi-
nant, ad dirimendas lites in vrbibus Metropolita-
nis prouinciarum conſtituto viginti, aut viginti-
quinq; ad ſummum Senatores cum duobus Præ-
ſidibus, aut etiam tribus ſedere ſolent, & in ma-
gno Pariſienſi Conſilio numerum complent cen-
tenarium, & ſingulo ſemeſtri quinquaginta tan-
tum iudicandi muneri incumbunt. In Mediola-
nenſi vero Senatu vigintiquatuor extant, ex qui-
bus aliquot ſunt eccleſiaſtici, atque alij non iuriſ-
periti, ſed equites. Quare illud concludendum cen
ſeo, Senatorum numerum ad iudicia ferenda pro
ratione numeri cauſarum, & negotiorum illis cõ-
ſtitui debere: puto enim pro ciuilibus cauſis tan-
tum dijudicandis duodecim ad plus in quouis
magno auditorio ſufficere, vt in Romana Rota
obſeruari videmus.

Qualitas autem Senatus noſtri demon
ſtrabitur, ſi quales ſint ſinguli
24 Senatores, aut † eſſe debeant expoſuerimus: eos
autem, cùm iudices futuri ſint, quę iudici conue-
niant, in primis conſiderare oportet. Eſt igitur iu-
dex, Vir bonus, iudicandi peritus, & ad id poteſta-
tem habens. *Vir* dicitur à virtute, viros. n. illi ſe
demonſtrare debent non fœminas, vel effœmina-
tos, ſed animum virilem, & fortem habentes, qui
calamitoſorum precibus non collacrimetur, id
enim non eſt conſtantis, & recti iudicis, vt ait
Caliſtratus in l. obſeruandum. D. de offic. præſid.

& non conueniat ipſis, quod inquit Ennius.

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,
Illaque Virgo viri, &c.

Bonus, quia bonum omnino eſſe iudicem neceſſe eſt, & quamuis dixerit Saluator noſter, quid me vocas bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus, & D. Plato in Protagora bonũ eſſe (ait) difficile, perſeuerare autem in bonitate impoſſibile, tamen intelligitur hæc iudicis bonitas non de vniformi bonitate, quæ ſoli Deo ſpectat, ſed de ea, quæ iudicantis muneri propria eſt, de qua in l. congruit. D. de offi. pręſid. & ideo dicebat Paulus, Manete in ea vocatione, in qua vocati eſtis, ideſt, eam vocationem, ad quam vos Deus direxit, perfectè conſtanter, & cum omni bonitate exercete, quod qui iudices faciunt (prout omnes facere debent) non homines, ſed quaſi Deos à cœlo miſſos omnes venerantur, vt inquit Cic. in epiſto. prima ad Quintum fratrem, Rebuf. in l. quod iuſſit. de re iudica. numero 156. in fin. Menoch. de arbit. libro ſecundo. centur. 5. caſu 458. numero 10. Ozaſc. in prooem. Deciſ. & vt nihil peius eſt malo iudice, ita bono iudice nihil melius. quare, & ſi aliquod aliud in moribus leuius crimen patiatur, quod propè humanum eſt, dummodo in iudicando ab ea recta intentione, & iuſtitia, quæ iudicẽ decet, non recedat, bonus iudex erit, vt in ſimili pulcherrimè dicit Caius in l. ſi quid venditor. §. fin. D. de ędil. edict. quia, vt inquit Homerus in Iliade,

Non omnia Dij tribuunt mortalibus æquè

Et moralis Cato

Nemo ſine crimine viuit

Et apud Horatium

Nam vitijs nemo ſine naſcitur.
Optimus ille, qui minimis vrgetur.

Atque à D. Iacobo ſcriptum extat in epiſtola, *Si quis in verbo non offenderit, perfectus eſt vir.* Quare bonitas in iudice circa eius officium conſideratur, & Plato in Alcibiade eos bonos vocat, qui in ciuitatibus præeſſe poſſunt, & is, qui à Principe (cuius cor in manu Dei eſt,) ad hoc eligitur, vt iudicet, in eo iudicandi actu perfecta bonitate vti debet, & ſi in eo dolo, aut craſſa ignorantia, vel lata culpa peccat, exiſtimarem illum non ſolùm peccare, ſed etiam in ſpiritum Sanctum peccare: quia cùm à Principe Diuino ſpiritu moto electus ſit, non debet Spiritus ſancti vocatione abuti, & ideo non ſine cauſa lex vbique vocat iudicem virum bonum, vt in l. vir bonus. D. iudic. ſol. & alibi ſæpius, præſertim apud Decia. in Apologia. c. 22. num. 2. & 5. Iudex enim eſt ad immitationem Dei, qui iudex eſt hominum omnium, & debet Iudex ad Dei immitationem eſſe iuſtus, fortis, & patiens, vt habetur Pſal. 7. *Iuſtus*, vt iuſtè, & ſanctè iudicet, tandiu enim quis iudex dicitur quandiu iuſtus putatur, vt ſcribit Caſſiodor. epiſto. 29. libro 3. Sed nec nimis iùſtum oportere eſſe iudicem dicit Eccleſiaſt. cap. 7. quod repetitur ab Auguſti. 23. quæſtio. 4. non poteſt, & 2. quæſt. 7. §. his ita reſpondetur. ſub nimia enim iuris ſubtilitate pernicioſè quandoque erratur. l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur. D. de verborum obligatio. & in ſumma verę iuſtitię ſimbolum eſt DIMIDIVM PLVS TOTO, vt ex Heſiodo, & Platone tradit Eraſm. Adag. 95. centur. 9. pulchrè Ferrar. Montan. in §. fin. Inſtitu. quib. ex cau. manumi. non lic. Facit ad hoc illud Cicer. 1. Offic. c. 14. ex Terent. ſumptum, *Summum ius, ſumma iniuria*, quod intelligendum eſt de iure nimis ſtricto, & ſubtili. l. ſi quis cum aliter. D. de verbo. obligatio & l. fideiuſſor. §. quędam. D. manda. alioquin eſſe non poſſet, vt idem eſſet ius, & iniuria, ius enim eſt ars boni, & æqui. l. 1. D. de iuſti. & iur. niſi dicamus, quod aliud ſit ius, & aliud ſummum ius: illa enim qualitas ſummi, quæ adijcitur, alterat nomen iuris, ita vt verum ſit dicere, quòd ius verè eſt ius, ſed ſummum ius nõ eſt ius, & ſic nimis iuſtus non eſt iuſtus, ſicut homo mortuus non eſt homo, vt dicit Boer. deciſ. 316. & ſic homo pictus, & ſimilia, iſta enim qualitas ſummi egreditur limites iuris, & ad extremum declinans in vitium cadit, cùm omne extremum vitioſum ſit. Ang. in l. quidam Iberus. D. de ſeruitut. ex vulgato adagio, *Nè quid nimis*, de quo Eraſmus Adag. 96. centur. 6. & amarè exigi dicitur, quod nimis exactè exigitur. l. ſi quid venditor. D. de ædili. edict. In quam rem occurrit, quod dicit Sabellic. in libro de offic. præto. cap. 3. de matura cauſæ cognitio. & c. ſeq. vbi videtur declarare dictum Terent. procedere, quando callida iuris interpretatione videtur id eſſe ius, cùm tamen aperta ſit iniuria, vt in exemplo poſito per Ciceronem d. c. 14. de qua re vide latè Budeum in l. 1. colum. 1. & ſeq. de iuſtit. & iure. vbi eleganter concludit maiores magiſtratus, vt eſt Senatus, non ex præſcripto, nec ſtricto iure, ſed ex bono, & æquo iudicare debere, & ſecundum eorum conſcientiam. Crauet. conſi. 680. nu. 12. & conſi. 949. num. 2. Rigor autem iuris an ſit ius, ponit Abb. in c ſi clericus laicum. col. 1. de foro compet. *Fortis* etiam debet eſſe iudex, vt nulla paſſione, aut affectu moueatur, vt habetur in Leuitic. cap. 19. *Non facies, quod iniquum eſt, neque iniuſtè iudicabis. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, iuſtè iudica proximo tuo.* Ita vt neque prece neque pretio à iuſto ſeparetur, nullaque ſit perſonarum acceptatio, ſed vt inquit Iupiter apud Virgil.

Tros Rutulsùe fuat, nullo diſcrimine habebo.

Quod adeo obſeruandum eſt, vt etiam Principi iniuſta imperanti iudex parere non debeat, cùm præſumatur id facere per impreſſionem, & non ex certa ſcientia, ideo Ægyptij Reges Magiſtratus ſuos adigebant iureiurando, ne Regum iniquo mandato parerent, de qua re ſatis ſuperq;, & eleganter more ſuo ſcripſit Bodinus lib. 5. de Repub. cap. 4.

cap. 4. Sed nos in Senatus noſtri Archiuio habemus Diploma ſanctiſſimum, & iuſtiſſimum Sereniſſimi, & glorioſiſſimi Emanuelis Philiberti, quo expreſsè mandatur Senatui, ne quid contra ius, vel iuſtitiam faciat, etiamſi literis ipſius manu ſignatis, & geminatis id mandaretur; tanta fuit illius Principis iuſtitiæ obſeruantia, quod & Iuſtinianus præcepit in authen. de iudicib. §. penu. Quare idem Dux noſter omnem Senatum quotannis in prima iuridica poſt feſta Natalitia Menſe Ianuarij iuramento adigebat, vt ſinguli tactis Sacroſanctis Euangelijs de rectè adminiſtranda iuſtitia promitterent, quo laudabili more etiam nunc vtimur, quinimo & ab Aduocatis, & patronis cauſarum idem ferè iuramẽtum in Aula magna, vbi publica audientia datur, eadem die præſtatur. Sic & Conſules, & Senatores iudicaturos, in leges iuraſſe, ſcribit P. Faber in l. 2. D. de orig. iur. melius certè quàm ſi in verbo Imperatorum iuraſſent, cuius moris teſtis vbique eſt Cornelius Tacitus. *Patiens* erit etiam iudex ex Dauidis conſilio, vt patienter audiat ambas partes, prout etiam innuit text. in l. fina. D. de his, quæ in teſta. delen. Et inquit Plinius libro 6. epiſto. 2. iudicem plurimam religioni ſuę patientiam debere, quod ea pars magna ſit iuſtitiæ. *Iudicandi peritus* dicitur in deffinitione Iudicis, quia requiritur in iudice ad rectè iudicandum ſumma peritia, & caſuum experientia. §. quia verò authen. de iudicib. Bald. in proœm. inſtitu. in princip. Nam vt inquit Phocylides.

[illegible]

Ideſt

Nunquam iudicare imperitos homines permittes.

Plus autem in iudice valere prudentiam, quàm doctrinam, ſcribit Quintil. inſtitu. orat. lib. 6. c. vlt. *Poteſtatem habens.* Neceſſe eſt, vt iudex poteſtatem habeat iudicandi à Principe, vel republica, vt ſupra in hoc verbo dicebamus in definitione Senatus: nam ſi à priuatis litigantibus potius arbitri nomen ſortitur quàm iudicis, & longè differt ab eo, qui à Principe, aut Republica ordinariam, delegatam, aut ſubdelegatam facultatem habet, ſed de hac materia alio loco latius diſſeremus.

Alias iudici ſpectantes qualitates, quæ Senatoriæ huic dignitati maximè cõuenire mihi vidẽtur, proponit ſenex Ietro ſocer Moyſi, dũ genero conſuleret, quales iudices deligeret. Exod. c. 18. illis verbis. *Prouide tibi de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. Viros.* Quia ſumma virilitate, & conſtantia celebres non fœminas iudices eſſe oportet. Hincque meritò reprehendendus Heliogabalus, qui & fœminas in Senatu adeſſe volebat, & fœminarum Senatum conſtituerat. Ideo ſenibus magis quàm iuuenibus in hoc Magiſtratu iudicandi officium

25 demandabatur. Sed an expediat † Senatores omnes in Senatu iudiciario ſenes eſſe, an verò etiam iuuenes admittendi ſint, quæri poſſet. Et quidem ſi de Senatu reipublicæ gubernandæ agamus, exiſtimarem iuxta primam inſtitutionem ſenes eſſe debere, cùm id munus conſiſtat in iudicio, & experientia, quæ ſine longa ætate eſſe non poſſunt, vt inquit Philoſophus 1. Ethic. & libro tertio Topicorum, vbi ſcribitur. *Nemo eligit iuuenes iudices, aut Duces, quia non conſtat eos prudentes eſſe, ſed eligit ad fortitudinem.* Quod quidem intelligo, vt ſint ſenes non ætate, ſed moribus: vnde pulchrè Sacerdos Ægyptius apud Platonem exclamat, *O Solon Solon, vos Græci ſemper eſtis pueri, nullus autem eſt ſenex.* Quod etiam refert Clem. Alex. Strom. libr. 1. colum. vltim. Si verò de Senatu merè iudiciario tractemus, cũ iure ſcripto vtatur, atq; infinita ſint hodie ſcriptorum volumina reuoluenda, cui labori vix ſenes ſupereſſe poſſunt, quinimo ſi ſexageſimum annum excedant, à Senatu licitè vacare poſſint, vt apud Alex. Genial. lib. 4. c. 11. & Plinium in epiſtol. exiſtimarem in Senatu cum ſenioribus etiam iuuenes admittendos eſſe, qui hos labores ferant, admixtis tamen omnino ſenibus, qui quandoque iuuenilem ardorem contemperent: ſemperque ita euenit in Senatu perpetuorum iudicum, vt maior pars ſit ex ſenibus, cùm hi, qui poſtremo loco creati ſunt, licèt iuuenes, ſenes poſtea fiant, vt mihi euenit, qui Sereniſſimi Caroli tertij benignitate adhuc iuuenis vigintitriũ annorum in Senatu admiſſus fui; & iam nunc ad ſexageſimum tertium annum deueni. Ideoque etiam conuenit, vt iuniores admittantur, tum ob id quod dicit Propheta, *Beatus vir, qui tulerit iugum ab adoleſcentia ſua*, tum etiam, quia Senatus iuniores admittens eſt tanquàm Seminarium iuſtitiæ, & longiori tempore huic oneri vacare poſſunt, & cæteros ſuperuenientes de ſtylo Senatus, qui illis longi temporis obſeruantia innotuit, admonere.

Secundò ſapientes iudices eligendi, vt ſciant qualiter iuſtitia adminiſtranda, & cuſtodienda ſit. ſolus enim ſapiens iuſtè iudicat populum ſuum. Eccleſiaſt. cap. 10. ſapientia enim omnibus dominatur, & vt ait Horatius.

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Ideo optimus ille Imper. Mar. Aur. Antoninus ſemper id Platonis in ore habebat, florere ciuitates, ſi aut Philoſophi imperarent, aut imperantes philoſofarentur, quod quidem non ſine magna peritia iuris effici poteſt, ideoq; non eſſent ad hanc

26 dignitatem admittendi, niſi talem † quinquennium, aut ſexennium profeſſionem iudicandi, aut publicè legendi, aut in iure reſpondendi exercuiſſent, vt conſtitutionibus Rotarum Ianuæ, Lucæ, Bononiæ, ac aliarum Ciuitatum cautum eſt. Homine enim imperito nihil iniquius, teſte Comico in Adelph. cap. ſi in laicis. 38. diſtinctio. Propterea non ſolùm fama celebres viri, & bonarum literarum ſtudioſi in hunc ordinem ſunt adſcribendi, ſed potiſſimum in iure peritiſſimi admittendi, & hi præſertim, qui per varios gradus iudicandi munus exercuerint, nempe qui

prius

prius iudicatutas ordinarias, & poſtea Præfectu-ras, ſiue ſecundæ cognitionis officia geſſerint, ac prius minoribus deinde maioribus ſingulis bene vſi ſint, vt inquit Iuſtinia. in ver. vetus igit. §. quia verò in authen. de iudicib. atque ita geſſerint, vt de ipſis bonum ab omnibus iudicium factum ſit: conſueti enim iudicio melius, & ſincerius iudicant quàm ij, qui perpetua aduocatione vſi ſunt, quod & Pallas Græcus Poeta oſtendit eo Epigrammate, quod nos, vt aduocatorum honori parcatur, aliquo mutato cum Alciato ita vertimus.

Officium, quæ ſerua fuit, ne ſumat herile.
Hoc vetus eſt, aliud nunc tibi dico nouum.
Quiſquis cauſidicus fuit, is haud iudicet vnquam,
Rhetore ſit quamuis doctior Iſocrate.
Venali vir lingua, & cauſis ſeruire ſuetus
Iudicium libero vix feret arbitrio.

Non tamen negarem, quin etiam docti, & multorum annorum aduocati, ſi & doctrina, & bonitate polleant, admittendi ſint, quod fecit Iuſtinia. in dicta authenti. de iudicib. §. vetus igitur. & contra illud Pallad. epigr. inuehitur Decia. in apolog. contra Alcia. c. 19. nu. 29. & ſeq. procurabunt enim perſonam aduocati exuere, & boni iudicis induere; quod & nos experimur, cùm in Senatu noſtro Principis prudentia electi ſępe ſint ſeniores ex aduocatis, qui tamen magna cum laude iudicis officium induerunt. In primis autem Principi conſulendum exiſtimo, ne imperitis tale munus conferant, præſertim verò per pecuniam: homine enim imperito nihil deterius, & vt inquit Philoſophus, omnis ignorans malus: dixitque eleganter Cicero libro ſecundo officiorum, Malè ſe res habet, cùm quod virtute effici debet id tentatur pecunia: laudanduſque mos eſt ex Principum noſtrorum prudentia inductus, vt nemo in Senatu admittatur, niſi de eo in ipſo Senatu fiat examen tam de religionis, & fidei profeſſione, quàm de bonis morib. ac doctrina: & hoc iure perpetuò vſi ſumus, & veteribus nouiſque conſtitutionibus id cautum eſt, vt in decretis antiquis D. Amedei, libro ſecundo. cap. 4. & in nouis de author. Senat. & in ſumma nihil tam è re, & ſalute publica eſſe poteſt, quàm vt non niſi gradatim, & non præpoſterè ad dignitatis culmen hoc Senatores promoueantur, ita vt ſint Conſilij publici diu ſpectatores priuſquam conſortes, vtque iuuenes prius remis quàm gubernaculo admoueantur, quod dictum fuit Mario iuniori, non autem tranſcendendo media, ſumma imis continuentur, vt Q. Flaminio ex quæſtura conſulatum petenti fuit à Tribb. pleb. exprobratum teſte Liu. lib. 39. & plura in hanc rem reſcribit Io. Montaigne in tracta. de Parlamen. par. 1. §. 2. facit. nu. 17.

27 Tertiò oportet Deum timere iudices †, hoc eſt iuſtitiæ illius zelantes, & amatores eſſe, timore quodam reuerentiali præcepta eius cuſtodientes, ac bonæ conſcientię, hoc enim poſito in iudicibus principio omnia proſperè ſuccedent, inquit enim Propheta, *Initium ſapientiæ eſt timor Domini*, & Salomon ait, *Qui timet Deum, vt eius voluntatem in recto iudicio faciat, omnes homines mundi contemnet*, quod iudici in iuſtitia adminiſtranda pernèceſſarium eſt, quia vt inquit Apoſtolus, *obedire oportet Deo magis quam hominibus*; & in timore Domini fiducia fortitudinis eſt, Prouerb. 14. & vt Gregor. moralium libro ſexto. capit. 23. ſcribit, *Anchora cordis eſt pondus timoris*, qui enim timet Deum omnia bene aget; & Deum timens Dei ſapientia plenus eſt; nam vt idem Gregor. libro 19. cap. 7. inquit, *Timor Domini ipſa eſt ſapientia*; Et Diuus Bernardus in ſermon. *Sicut ſecuritas, vel deſidia* (ait) *cauſa, & mater eſt omnium delictorum, ſic timor Domini radix, & cuſtos eſt omnium bonorum*. Et Iſidor. in ſinod. *Vbi timor non eſt, diſſolutio vitæ eſt*, & beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei, vnde Salomon prouerb. 28. de iſto timore loquens, *Beatus homo* (inquit) *qui ſemper eſt pauidus*: & qui timet Deum faciet bona, inquit Eccleſiaſt. capit. 15. & Lactant. 3. epitome. Primum iuſtitiæ officium eſſe ſcribit, Deum cognoſcere vt parentem, metuere vt Dominum, diligere vt Patrem, & licèt timor inter animi paſſiones pro viliſſima reputetur: nam Degeneres animos timor arguit, tamen timere Deum laudabile, proficuum, & glorioſum eſt.

28 Quartò in iudicibus † oportet eſſe veritatem, ideo dicitur, *in quibus ſit veritas*, quia veridici Deo aſſimilantur, qui eſt via, veritas, & vita, & eam qui contemnit, Deum prodere videtur. cap. abijt. 1. quæſtio. 2. & veritatem diligit Deus, præſertim in ore iudicum, quia iuſtitia non ambulat ſine veritate, vnde Dauid, *Iuſtitia, & veritas obuiauerunt ſibi. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de Cælo proſpexit.* In pectore enim Magiſtratus vtriuſque fori manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. capit. qui eccleſiaſticis. diſtinctio. 36. cuius veritatis encomium ſi adferre vellem, non alijs verbis vti poſſem quàm illis, quibus vtitur in eius laudem beatus Auguſtinus in libro de liber. arbitr. *Non aliam putes* (inquit) *eſſe ſapientiam niſi veritatem, in qua tenetur, & cernitur ſummum bonum, nullo loco eſt, nuſquam deeſt, foris admonet, intus docet, dementes in ſe omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur, nullus de illa iudicat, nullus ſine illa bene iudicat.* vnde & olim Præſes Druidum, qui Pontifices, & iudices erant Gallorum, appenſam collo veritatis effigiem deferebat, teſte Bodino libro 6. Reipub. cap. vlt. & apud Hebræos ab eorum Sacerdotibus obſeruatur. Exod. c. 28. Cætera ad veritatem pertinentia vide ex Stobeo de verita. ſermo. 9. Dec. in l. 2. C. de eden. & de modis ad eam aſſequendam neceſſarijs tractat P. Gregor. Syntag. arti. mirab. cap. 8. A. Gell. noct. atticar. libr. 1. cap. 3. Veritas autem in iudice debet dupliciter ineſſe, primò, vt ſit amicus veritatis, & illã quærat, quia vt dicit Eleuter. oportet iudicantem cuncta rimari: ſecundò, vt in iudicio, & voto ſuo vtatur veritate, & proferat votum nulla paſſione, aut affectu motus, ſed iuxta meram veritatem conſcientiæ ſuæ, neque enim alijs aſſentiendum eſt in voto, & dicere cum To-

rentij

rentij Paraſito, aiunt aio, negant nego, vt ſunt pleriquе Principum aſſentatores, qua nulla maior eſt peſtis, & hoſtium loco habendi ſunt, vt apud Stobeum ſerm. 12. extatq; ad hoc pulchra Filelfi epiſt. ad Philibertum Sabaudiæ Ducem. Quoniam verò veritas in paucis cõſiſtit, & fuco non eget, ideo debent, vt ait Bodi. Senatores in ſuis votis Laconica breuitate vti, nec quandoque longo ſermone prudentioribus dicendi locum auferre, & fabulas narrare, & tempus in votis conterere. Rebuf. in l. fœminæ. §. Senatores. nume. 1. de Senator. Forſter. in Hiſtor. iur. ciuil. titu. de Senatuſconſultis. poſt Cicer. libro tertio de legib. latiſſimè Philip. Barbaranus. lib. 3. ſuæ officinæ. c. de adulatione. Debent etiam Senatores liberè votare, & veritatem dicere tam inter ſe, quàm etiam Principi ſi expediat, & dicere, vt apud Profetam Regium, *Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* Nec timendum, quod in prouerbio eſt. *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Vltima qualitas, quæ
29 in iudice deſideratur eſt, vt auaritiam † odio proſequatur, neque immeritò, cùm auaritia ſit omnium vitiorum radix, & fomentum, vt Iuſtinianus ait in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. fiant, & furti ſolum cauſa iudices puniendos dicit in §. illud. quod in eo maximè cognoſcetur, ſi donum munerave iudices non recipiant: nam vt legitur Deuteron. c. 27. *Maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animam innocentis,* & in Eccleſiaſtico capi. 20. *Xenia, & dona excæcant oculos iudicum,* & in hoc ſeruanda erit diſpoſitio. l. ſolent. D. de officio proconſ. bene autem dicitur in dicto capit. 18. Exodi, *& qui oderint auaritiam,* quaſi iudici non ſolùm auarum non eſſe conueniat, ſed etiam auaritiam odio habeat, quanquam enim hoc auaritiæ deteſtabile vitium quoſcunque ad ipſum plus æquo procliues excitet ad perplura quotidie facinora perpetranda, non tamen tantum damni mortalib. illi, quantum iudices hoc vitio laborantes, poſſunt afferre, vt docet Iuſtinia. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. quapropter. Ideoque multum concinnè doctiſſimus Stobeus ſermo. 8. auaritiam cum iniuſtitia coniunxit, quaſi quòd iniuſtitiæ comes ſit auaritia, ibique ex Menandro ait, *Nullus continuò iuſtè viuens ditatus eſt,* & ex Bione, *Auaritia eſt omnis improbitatis metropolis,* & ex Iſocrate, *Elementa ſunt malorum omnium auaritia, atque ambitio,* multaque contra auaritiam ſcribit Harmenopol. in præfatio. epitom. iur. ciuil. Ad effugiendum autem huius generis auaritiam. l. Iulia repetun. lata fuit, qua damnati non ſolùm infames fiebant, ſed etiam à quibuſcunque officijs in poſterum exercendis arcentur. l. eadem. & toto titu. D. & C. ad l. Iul. repetund. Cùm igitur talibus ornatos qualitatibus Senatores noſtros eſſe oporteat, non mirum eſſe debebit, ſi Imperatores illi antiqui id maximo ſtudio curabant, vt Senatores bonis moribus ornati in eum ordinem cooptarentur. Ideo ſcribit Dio. libro 54. Auguſtum corpora Senatorum inſpexiſſe, & de facultatibus, atque omni ratione vitæ ipſos, alioſque teſtes interrogaſſe, ne vlla parte deciperetur, & per decreta noua in titu. de authoritate Senatus. c. 1. cauetur, ne quis in Senatu recipiatur, quin prius ſummantur informationes de illius ſtatu, moribus, doctrina & vita, illos enim, qui iura cæteris reddunt, omnes integritate vitæ præcellere neceſſe eſt, vt ſint alijs quaſi ſpeculum ſine macula: nam vt de antiquis Senatoribus Tullius dicebat libro 3. de legibus. *Ordo Senatorius iubetur omni carere vitio.* Illaque duodecim tabul. lex in Senatorum manibus ſemper eſſe deberet, *Is ordo vitio vacato, cæteris ſpecimen eſto,* facit l. 74. de Decu. in C. Theodoſ. Grauitatem verò quandam humanitati coniunctam continere debent Senatores noſtri. l. congruit. D. de offic. præſid. quales Areopagitas illos extitiſſe, ſcribit Athen. Dipnoſoph. lib. 13. cap. 7. & lib. 14. cap. 3. & Theodoric. Rex apud Caſſiodor. libro 1. epiſt. 41. ait admittendum reuerendo cœtui examinari debere ſolicitè, ob honorem Senatus, quod etiam Bodinus affirmat, & cæteris paribus nobiliores in Senatu admittendos dicit Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nume. 1. Cætera quæ ad bonum iudicem, vel Senatorem ſpectant tum ex libris Iuriſconſultorum præſertim in titu. de officio Præſidis, & in tit. de officio Proconſ. & ſeqq. & in auth. iuſiurand. quod præſt. ab iis. & in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. tum etiam ex alijs bonis authoribus præſertim ex Cicerone in epiſtol. ad Quintum fratrem videri, & colligi poterunt. Et ex Ioan. de Deo. in ſua doctrina aduoca. libro 1. cap. 4. Specu. de offic. iudi. §. deſeruit quoque. numero 23. 24. & ex Lancellot. Corra. in titu. de Præſid. & Senator. libro 1. c. 7. ſed latius ex Bodi. ſuæ Reipub. lib. 3. c. 5. & per Curiam Piſanã lib. 1. c. 12. Ozaſc. in prooem. Deciſ.

Ad quid autẽ ſpectet Senatus officiũ, id variè diſponitur, ſecundum
30 varias † prouincias, quinimo & in eadem prouincia ſecundum diuerſa tempora. Id autem in primis eſt Præſidis, & Senatus officium, vt ius ſuum cuique reddatur, & prouincia quieta, & pacata ſit à malorum iniurijs, & omnia eiuſdem Senatus prouidentia corrigãtur, vt præfatur Tertullus orator ad Præſidem Fœlicem in act. Apoſtol. c. 24. & vt habebat in legib. 12. Tabularum, *Ollis ſalus populi ſuprema lex eſto.* Alia. n. fuit autoritas huius Senatus noſtri antiquis temporibus, quàm nunc ſit, vt facta collatione antiquorum decretorum, & nouarum conſtitutionum apparet: Huius verò magiſtratus authoritas, & officium & iuriſdictio deſcribitur in eiſdem decretis antiquis fol. 97. 100. 129. 133. & 134. & nouiſſimè in conſtitutione nouella moderni noſtri Ducis id apertè eſt explanatum titulo *Dell'authorità del Senato*, qua in re collatam videtur habere authoritatem, qua antiquus Romanorum, & inde Imperatorum Senatus vſus fuit, in quibus Senatum noſtrum antiquo comparare non immeritò poſſumus, nam tantus illius ordinis ſplendor fuit, tanta integritatis præſum-
31 ptio, tantaque † authoritas, vt ab illius ſententijs appellatio non admitteretur l. 1. D. a quib. appel. nõ lic. Natan conſi. 608. nu. 10. & ſeqq. ac velut à iudicibus ad Populum erat antiquitus prouocatio, & ad Prin-

ad Principem poſt l. Regiam, ſic & ad Senatū ab inferiorib. iudicibus appellatur, cùm ſupremam loco Principis exerceat iuriſdictionem, quinetiam moribus noſtris dum appellatur ad Senatum, appellari cenſetur ad Principem, quia ille Senatus pars eſt, & illius etiam pars Senatus, vt ſupra dicebamus. Vnde fluxiſſe exiſtimo nomen illud conſilianorum & collateralium, quaſi Principis collegæ, & iudiciorum aſſeſſores ſint, & tanquam lateribus eius conſedentes, vt in Senatu fit ſedente aliquando Principe. l. pen. D. de offi. aſſeſſor. l. conſilianos. & l. vlt. C. eo. tit. Itē reſcripta aduerſus eius ſententiam à Principe impetrare non licet. l. j. C. de ſenatuſconſul. l. reſcripta. C. de precib. imperat. offeren. Item poterit mutare ſententiam iam latā de ciuili in criminalem ex cauſa, vt dicam infra Deciſ. 232. Senatus. Poteſt dare licentiam ædificandi in publico Martin. Lauden. de conſil. Principis, q. 3. col. 2. Inſtantia coram eo non expirat, vt dixi infra Deciſ. 10. nu. 16. Poteſt iudicare vltra petita, cū iudicet ex bono, & æquo ſola facti veritate inſpecta. Ozaſc. Deciſ. 1. Gui. Pap. q. 29. quod alijs nō eſt permiſſum cum non niſi ex l. præcepto iudicent. ad quod videndus Nat. conſi. 341. num. 7. Benedic. in c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nume. 480. & ſeqq. Illa autem præcipua fuit huius ordinis prærogatiua, vt nulla lex, nullaque conceſſio, vel conſtitutio generalis in poſterum valere cenſeatur ſine Senatuſconſulto, quod interinatio vocatur, & niſi Patres auctores facti ſint, vt legitur in d. tit. de Author. Senat. §. *Apertenerà al Senato.* Ideoq; Auguſt. non leges quidem ſed legum authoritatem Senatus poteſtati permiſit. Sueton. in Aug. & in Tiber. Vopiſcus in Probo. quod & Impp. Theodoſ. & Valentinian. edixerūt in l. humanum. 8. C. de legib. Alia multa ſpecialia refert latè Rebuf. in ſuis concordat. in verbo Summas in proœmi. Io. Montaig. in tracta. de Parlamen.

32 Nunquid aūt Senatus † noſter legē facere poſſit? Multa allegātur hincinde quæ ſcribit Cagnol. in l. 2. §. His legibus nu. 151. D. de orig. iur. & in regno Neapolit. dicit Franc. in proœm. ſuarū Deciſ. illius ſacri Cōſi. Deciſiones haberi pro legib. & idem Mediolani obſeruari teſtat̄ Clar. in prac. crim. §. fi. q. 38. col. 3. ver. vidi aliqn̄. Ego aūt legem facere Senatū noſtrum nō poſſe exiſtimo, niſi ei à Principe hoc concederetur, cùm ipſi ſoli ſpectet legem condere. l. 1. & fina. C. de legib & eſt expreſſum in nouell. Imper. Leon. 78. Rebuf. poſt Bart. & alios. in l. non ambigitur. D. de legib. Deſijt. n. eſſe Senatus hodie, & facta potius videtur curia iudicum, vt inquit Bodi. lib. 3. c. 1. col. pen. vide Io. Montaigne in tract. de Parlam. & ibi Boer. in addit. §. hoc præaſſumpto. nu. 3. Conceſſit autem Princeps in certis caſibus certam formam, in quib. Senatus legem conſtituat, vt habetur in nouis conſtitutionib. in tit. *De caſi arbitrarij*, quæ rubrica non ſatis propriè concepta fuit: nulli enim ſunt caſus iudici arbitrarij, niſi quos lex ipſa arbitrarios facit, qui ſunt quando lex ipſa certum modum ſtatuere nō poteſt, cùm id dependeat à circonſtantijs ſubiecti, de quo agitur, vt eſt exemplum in l. 3. D. de teſtib. in l. 1. & 2. vbi pupill. educa. deb. & de alim. pup. præſtan. in l. ſcimus. C. de inoffi. teſtam. in prin. Omnia præterea pœnarum publicorum delictorum genera, iudicis religioni committuntur, & ſententiæ ſuper eo, ꝙ cuiuſque intereſt, & cætera quæ plus facti quàm iuris habent, & à circunſtantijs pendēt, vt pulchrè adnotauit Bodi. in ſua Repub. lib. 3. cap. 5. col. 8. de quibus omnibus copioſiſſimè tractauit doctiſſi. Menoch. in ſuo libro. de arbi. iudic. Tale autem arbitrium legibus, & rationibus circonſcribitur. l. hodie. ff. de pœnis. quandoque etiam à pœna lege definita recedet augendo, vel minuendo, vt in l. reſpiciendum. D. eodem. pulchrè Bodi. d. lib. 3. cap. 5. col. 8. & 13. Et ipſemet Auguſtus Imperator, mundique dominus nunquam aliquod ex mero arbitrio ſuo ſtatuit, ſed ſemper ex arbitrio legum iudicabat, idque arbitrium, quod iudici datur, non cerebrinum, vt dicebat Panormi. ſed ſecundum leges eſſe debet: caſus autem, qui in ea noua conſtitutione arbitrarij appellantur, magis propriè ambigui, & dubij in iure appellari deberent; nam de dubietate facti habetur in tit. de rebus dub. de dubietate iuris nullus, niſi de iu. & fac. ignor. Cùm autem dubietas, ſeu ambiguitas eſt in iure, (quod vt inquit Paul. in l. ſed & ſi reſtituatur. §. fi. D. de iudi. ius ſemper certum eſt, ex noſtra autem ignorātia, quid iudicandum ſit, dubitatur) cùm aut ſuper eo iure nihil ſtatutum ſit, aut ſi ſtatutum eſt, dubia eſt illius interpretatio, vnde euenit, vt iuriſperitorum turba in ſua opinione ſtet, ita vt difficilè iudicari poſſit, quæ ſit communis, tunc in tali dubietate ſolet Senatus ex Principis indulgentia, & permiſſione expreſſa congregatis claſſibus, ne impoſterum ſuper eo dubitari contingat, iudicare, & pro lege illud iudicium ponere, monito etiam Principe ſi res exigat, vt dicit Iuſtinia. in auth. de iudicib. §. fin. vbi gloſſa, prout factū eſt multoties, vt eſt exemplum in Deciſione noſtra 162. Filij duorum fratrū, vbi de ſucceſſione patruorū tractatur, tales enim ambigui caſus, qui in Senatu, vel conſilio ſtatus diſputantur, & deciduntur præſente Principe, nulli dubium quin eorum Deciſio legem faciat in futurum, & vocantur ſententiæ principales ſeu Imperiales in cognitionibus prolatę, vt eſt inſcriptio l. cum quærebatur 250. in nouis impreſſionibus. D. de verbo. ſigni. de quibus etiam eſt text. in l. 3. C. de quæſtio. quæ incipit. *Imperator Antoninus cum cognitionaliter audiſſet, dixit, &c.* de qua re text. eſt ſingul. in l. fina. in princip. C. de legib. & nunc ſimilis coram principe noſtro, pendet cauſa, Quæ ſit portio in bonis proſcriptorum, præſertim in contumaciā patris delinquentis abſentis. Et cùm quæſtio hæc variè in Senatu iudicata fuerit, prout aliqui ex Dominis teſtantur, & res pendeat nunc per reuiſionem, nollens Sereniſſimus Dux noſter (vt eſt prudentiſſimus, & æquiſſimus) contra iuris diſpoſitionem fiſcum ſuum locupletari, neq; quod publicè intereſt delicta omnino impunita remanere, & anſam delictis præbere, mādauit Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Ludouico à Milliet magno Cancellario viro iuriſperitiſſimo, vt adhibitis omnibus Præſidibus, ac Referendarijs doctiſſimis iuriſ-

iuriſconſultis ſui conſilij ſtatus, vt matura cum
deliberatione rem hanc diffinirent, ita vt in poſte-
rum pro lege perpetua haberetur, quod tamen ha
ctenus factum non eſt, & quando fiet id pro lege
obſeruabitur, quidquid alias dictum fuerit infra
Deciſ. 104. Legitima, & 198. Authen. Bona damna
torum. Sunt etiã aliqui caſus adeo ambigui, vt cre
dant doctores illos poſſe decidi, vt iudici placet,
vocantq; caſus pro amico. vt per Rip. in l. filiusfa.
§. diui. de leg. 1. num. 97. Ego autem tales caſus di-
co vocandos caſus pro diabolo: neque enim in iu
dicijs amici perſona conſideranda eſt. Ideoque di
citur, deponat amici perſonam, qui induit iudicis.
Sed ſi dubium ſit in facto, reus abſoluatur, ſi vero
in iure, ita ſtudeat, vt veritatem inueniat, quòd ſi
non quieſcit animus, pronuntiet iuxta antiquum
morem. N. L. ideſt, non liquet, vel principem
conſulat. iuxta. §. fina. in authent. de iudicibus. de
qua re cùm latiſs. extet tractatus Io. Neuizani lib.
5. ſiue Siluę. quomo. in dubijs iudicandum. ad ibi
per eum copioſè dicta me refero. Cæterum ſi vt
quandoque euenit Senatus in cauſa aliqua iudicet
vt dicitur de plano, vel tranſlatiuè, vt inquit Vl-
pia. in l. j. de iure patro. nec re per dies maturata,
& claſſibus congregatis, vt in poſterum pro lege
eſſet, tunc ea ſententia cæteris præiudicium non
faciet, ſiquidem etiam apud Senatum legibus nõ
exemplis eſt iudicandum: l. nemo. C. de ſenten.
quæ lex procedit etiã in ſententijs ipſiusmet Prin-
cipis, vt ibi expreſsè cauetur: vnde putarem non
ſubſiſtere, quod dicit Abb. in c. verum. nume. 2. de
iureiuran. & Plot. in conſi. 18. in fin. niſi talis ſenten
tia de Principum cognitione proferatur, vt in d.
l. fina. C. de legib. Quod ſi ter, vel quater in eadem
facti ſpecie ita iudicaſſet Senatus, id non pro lege
ſed pro ſtylo habendum eſſet, & ita obſeruandum
in futurum nõ ſolum in Senatu, ſed & in alijs tri-
bunalibus huic Senatui ſubiectis: Carauit. Rit. 1.
nu. 31. 22. & Rit. 79. nu. 11. & 160. nu. 7. poſt Afflict.
Deciſ. 175. nu. 3. Nec mirandum eſt, quod idem Se-
natus diuerſimodè quandoque iudicet, ſiquidem
natura hominis, prona eſt ad diſſentiendum, vt
eſt videre notab. exemplum in l. pen. ff. de acq. rer.
domi. inter Paulum & Labeonem. Et idem eue-
nit in ſacra Romana Rota totius orbis lumine, vt
teſtantur Caſſiodor. Deciſ. 9. nu. 15. & ſeq. Sarnent.
& alij, quos refert Magdalenus in tracta. de num.
teſt. in teſtam requiſit. par. 2. c. 9. num. 35. allegans
illud prouerbiale dictum *Rota rotat*, cuius varia-
33 tionis ea potiſſima eſt ratio, quòd † in Rota, & in
Senatu non ſemper ijdem ſunt iudices, & tempo-
re meo vidi quater totum hunc Senatum muta-
tum, & qui ſuccedunt in demortuorum locum,
iudicatorum memoriam non habent; & prout
eſt hominum diuerſa opinio præſertim in cauſis
dubijs, aliud conſueuerunt ab eo, quòd à prædeceſſo-
ribus in eodem Senatu iudicatum fuerat. Præte-
rea quamuis idem videatur caſus, plerunque ta-
men euenit, vt aliqua etiam leuis circunſtantia fa-
ctum mutet, vt ait Quintilianus Inſti. oratoria. lib.
5. c. 2. Ideo dicere ſolebat Cur. iun. quòd licèt ſe-
nex eſſet, & in caſibus innumeris conſuluiſſet, nũ-
quam tamen euenit, vt idem per omnia eſſet ca-
ſus. Accedit, quòd quandoque de plano, & ſine
multorum librorum reuolutione vno modo iu-
dicatur, poſtea verò in alio caſu facta maturiori
conſideratione, & ſtudio aliter cenſetur, quod cõ-
uenientius ſit ſeipſum corrigere, vt inquit Iuſti-
nianus, quàm a Deo corrigi, neque boni iudices
ita ceruicosè opinioni ſuæ inniti debent, vt non ve
lint à prudentiorib. corrigi. c. ne innitaris. de conſti.
nec id inconueniens iudicauit D. Auguſt. qui in
multis opinionem ſuam retractauit, integrumque
librum retractationum edidit: Aliam quoque hu-
ius variationis philoſophicam rationem tradit
Decia. in ſua Apologia aduerſus Alcia. c. 10. num.
10. & Marſil. Colum. in tract. de redditib. Eccleſia-
ſti. c. 34. num. 2. quia opiniones Doctorum variç, &
natura hominis prona ad diſſentiendum eſt, vt
aliàs diximus.

Actio verò Senatus principalis eſt in iu-
dicando, & ſupplicantibus quibuſ-
cunque in caſibus ad iuſtitiam pertinentibus pro-
uidere, audiendo etiam recurſus à grauaminibus
inferiorum iudicum, & pręfectorum, vel commiſ
ſariorum. An autem Senatus ordinaria an verò de
34 legata in iſto † exercitio, & actu iuriſdictione vta
tur, dubitari poſſet. Et quidem Senatum non de-
legata ſed ordinaria iuriſdictione vti, indicat ordi-
nariorum iudicum diffinitio, cùm illi ordinarij di
cantur, qui conſuetam, & aſſiduam exercent iuri
dictionem ab alterius iudicis, vel magiſtratus im-
perio non pendentem, qui habent poteſtatem iu-
dicandi vel à lege, vel à Principe, quales ſunt Se-
natores, qui ad vniuerſas cauſas pro ſuprema iu-
riſdictione exercenda ſunt conſtituti. c. a Iudicib.
2. q. 6. l. & quia D. de Iuriſdict. omn. iudic. l. 1. §. qui
mandatam. D. de offi. eius, &c. Et clarius hoc nunc
exprimitur in nouis conſtitu. de authoritate Sena
tus. Nam delegatus proprium nihil habet, ſed
eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur. De ordina-
rijs, & delegatis iudicib. plura Albet Galeo. in ſua
Margarita. c. 12. Hoſtien. in ſumma titu. de offic. &
pot. iud. dele. & nouiſſimè Pet. Greg. Toloſan. Syn
tag. iur. par. 3. lib. 47. c. 22. & cùm Senatus gerat vi-
ces Principis in iudicando, ſicuti vicarij iuriſdictio
dicitur ordinaria. cap. perlectis. 25. diſtinct. cap. ſua
ext. de offic. vicarij. Iacob. in verbo Vicariusque
perpetuus. num. 2. Ita Senatum ordinaria iuriſdi-
ctione vti dicere poſſumus, aliàs, vt dicit Iacobin.
in l. eum qui iudicare. num. 1. in 2. lectura. D. de iu-
riſdictio. omn. iudi. non diceretur magiſtratus, ſi
ordinariam non haberet iuriſdictionẽ. Et hoc qui-
dem procedet in ordinarijs appellationum, & re-
curſuum cauſis, & alijs priuilegiatijs, ſecus verò in
illis in quibus eſt per Principis reſcriptum delega-
tus, quæ iure ordinario non ad Senatum ſed ad
alios iudices ſpectant.

Paſſio in eo conſiſtit, φ iam diximus inter
cætera patiẽtem iudicem eſſe debe
re, & à nemine pſertim ab oppreſſis facilẽ auertere
35 † & potius omnia pati, quam rectum iudicium
peruertere, & cùm omni diligentia, & vigilantia,
ac labore procurare, vt cauſa, quæ apud eum

*** agitur

agitur, in facto rectè intelligatur, ſiquidem qualibet modicitas facti ius peruertit, & in iure tum ſua tum aduocatorum opera, ſtudeat cuncta rimando claram, & certam iuris diſpoſitionem inuenire. Ideo ſolent proceſſuum relatores in relatione afferre rationes in vtranque partem, vt iudices meliorem, & rationabiliorem partem eligant, vt de Senatu Pariſienſi dicit Rebuff. in l. Herennius, aliàs Seruius. D. de verbo. ſignificatio. Patienter audire debet non alteram tantum ſed ambas partes. Nam vt inquit Stobeus. Sermo. 44. ex Euripide.

Quis nam de cauſa iudicat, & ſententiam fert,
Priuſquam vtriuſque ſermonem patienter audierit?

Eſtque patientia vna ex principalioribus virtutibus, quæ iudici conuenit, vt diximus ſupra ex Pſal. 7. Deus iuſtus iudex, fortis, & patiens, & talis qui vt inquit Paulus, norit vti Deus ipſe compati infirmitatibus noſtris.

36 Vbi aũt conuenire, † & iudicare debeat Senatus. Certũ eſt, non in priuatis Præſidũ, aut Senatorũ ædib. ſed in publicis ad hoc deſtinatis, vbi omnes liberè tanquã in republica eſſe poſſint. Curia. Piſan. lib. 1. cap. 5. per l. 2. C. de decur. ſicque in omnibus Senatibus, ſeruatur, & in hoc noſtro, quòd ſi alibi conueniretur, & iudicaretur, nullum eſſet iudicium. l. cum ſententia. C. de ſenten. & interlocu. Niſi cùm flagrante bello Senatus ſedem permanentem non haberet, quo tempore in domo præſidis conueniebat, vt fiebat Vercellis ab anno 1545. vſque ad 1555. & Hyporediæ anno 1540. & Foſſani anno 1539. quo tempore Præſes Purpuratus amicitiæ nomine in domo tunc patris mei morabatur, & illic Senatus conueniebat. Debet autem hoc tribunal in prouinciæ metropoli conſtitui, & in eo loco in quo ordinaria ſit Principis ſedes, tum vt pro cauſarum recurſu à quibuſcunque alijs dominij iudicibus, & locis vndequaque commodè a litigantibus accedi poſſit; tum etiam, quòd deberet Princeps (niſi grauioribus negotijs occuparetur) quandoque adeſſe, vt ſupra dicebamus aliquando ſolitum eſſe in arduis cauſis dijudicandis interueniente, iuncta quoque occaſione miniſterio Præſidũ, & antiquiorum Senatorum vti, prout fit, in publicatum rerum conſilio, & in priuato ipſius Sereniſſimi Ducis conſiſtorio, cùm illi & pro lunga experientia, & pro iuris ſcientia maximè ſint ad arduas deliberationes neceſſarij. Quare nunc in hac Taurinorum Auguſta, quæ in Pedemontanis regionibus quaſi vmbilicus extat, Baſilica huius ordinis conſtituta fuit, cùm primum Principis perſona hic habitare incoauit, prout etiam in vltramontana ditione Camberiacum pro continua eius reſidentia in media Sabaudia illi Senatui aſſignatum fuit. Locus autem, vbi conuenit Senatus ad proceſſuum relationes audiendas, & cauſas decidendas, omnibus ſtatuis, picturis, aut cæteris, quæ à re de qua agitur diuertere poſſunt iudicum mentes, carere debet, ne id eueniat, quod ait Virgil.

Atque animum pictura paſcit inani, & vt ait Venuleius in l. fina. D. de edili. edicto de his, qui tabulas pictas tam ſtudioſè intuentur, vt officij ſui obliuiſcantur. Quod etiam admonuit Bodi. Reipub. libro tertio. capit. 1. Priuata autem Senàtus audientia vbi cauſæ referuntur à Senatoribus, & ſcribuntur ſententiæ, fit in duabus, quas nos vocamus claſſes, Galli Cameras, Hiſpani verò, vt eorũ eſt moris proijcere ampullas, & ſeſquipedalia verba, Aulas vocant, vt etiam Neapolitani. In qualibet harum claſſium interuenit vnus Præſes cum 7. vel 8. Senatoribus, & ſi à ſententia ab altera claſſium lata ſuplicetur, committitur reuiſio toto Senatui, qui pro huiuſmodi cauſis reuiſionum conuenit ſingula die Mercurij poſt meridiem, & hic ſtylus inductus fuit anno 1567. à Sereniſſi. Emanuele Philiberto, pro maiori cauſarum expeditione.

37 Quando autem Senatus conueniat? † Ita moris eſt, vt ſingula hebdomada die ſcilicet lunæ, & veneris ſeparatis decurijs pro cauſarum ciuilium relatione, & expeditione, diebus verò Martis, & Sabbati totus vnà conuenit Senatus pro cauſis criminalibus, Die verò Mercurij ſedet Senatus totus in publico auditorio, vt cauſas breuiores tractet, & quæ in campo, vt dici ſolet, decidi debent ſummario iudicio, & ſine proceſſu, vt ſunt ferè omnes interlocutoriæ, & recurſus à grauaminibus commiſſariorum. Die autem Iouis vacat Senatus, vt poſſint Præſides, & Senatores acta, & proceſſus diligenter rimari, & iuris allegationes, quæ à litigantibus exhibentur, diſcurrere, & in iure ſtudere. Quòd ſi dies Lunæ feriata fuerit, ſuccedit ſequens dies Martis pro ciuilibus cauſis, & criminales in diem Iouis differuntur; ſi verò feriata ſit dies Mercurij diſputantur publicè cauſæ ſequenti die, quæ diſputatio fit ab aduocatis eam authoritatem à Principe obtinentibus; quod etiam antiqui iuris eſt l. 2. §. iuris ciuilis. D. de orig. iur. cùm autem referuntur proceſſus in Senatu per aliquem ex Senatorib. ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus agatur, præſentes ſi volunt eſſe poſſunt partes cum eorum procuratoribus & aduocatis, à quibus partibus, vel procuratoribus ſuppletur, ſi quid in facto Relator omiſſit, vt cauſarum merita partium aſſertione pandantur; poſtea aduocati de iure diſputant, qui mos antiquitus non obſeruabatur, ſed abſentibus partibus fiebat relatio, prudentiſſimo tamen iudicio Ducis Emanuelis Phyliberti hoc introductum eſt, reclamante Senatu, & tamen longo vſu compertum eſt, vtiliſſimum, & ſanctiſſimum eſſe hunc ſtylum, & eo continuo vtimur; quod etiam, & antiquius obſeruatum dicit glo. in Authen. de teſti. §. quia verò. Grauet. conſi. 201. Statis autem diebus tenentur omnes Senatores ſine vlla excuſatione (niſi iuſto impedimento detenti) in Senatum conuenire. Antiquitus pignoribus captis cogebãtur, vt teſtatur Dio. libro 55. & libro 60. ſcribit Caligulam ita quoſdam Senatores non conuenientes obiurgaſſe, vt ſibi ipſis mortem conſciuerint, & ſub Traiano refert

Plin. libro quarto. Epiſtolar. Mulctatum à Licinio Nepote prætore Senatorem, quod Senatum die dicta non eſſet ingreſſus: Tempus vero Senatus cogendi apud nos ac alias etiam regiones eſt prout conuenit ſummo mane, tunc enim & mens magis quieta eſt, & ingenium ſubtilius. 5. quæſtio. prima. capit. ſanè. 22. quæſtio. quinta. capit. honeſtum. pulchra glo. in l. j. §. ſed cum ſit neceſſarium. in verbo indefeſſę. de Iuſtinia. Cod. confirman. Ioan. de Deo. in ſua pract. lib. primo, capitulo ſecundo. numero 53. & eſt ratio ſecundum Alberi. in procem. Cod. §. quoniam. In principio, quia quies interiecta laboribus redit nos operoſiores. Luc. de Penn. in l. prima. colum antepenul. C. de collegia. lib. 11. itaque iuriſconſultus noſter optimam partem diei eſſe dicit ſex primarum horarum, eaque hora etiam Romani iudicium ferebant, quæ hora tertia diei erat iuxta illud Martialis.

Prima ſalutantum, atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia Cauſidicos.

Sedet autem Senatus tribus horis continuis, & plerunque etiam quatuor. Senatum quoque ſummo mane antiquitus teneri ſolitum indicat locus ille apud Symacum libro primo. epiſto. ſeptima. *Primores Calendas Ianus aperibat, frequens Senatus* & *matutinè in Curiam veneramus.* Congregatur etiam multoties Senatus extraordinariè ſecundum caſus exigentiam ex ordine, & mandato Principis, vel primi Præſidis. Obſeruabatur etiam ab illo Senatu antiquo bis tantum in Menſe ſedere, ſcilicet Calendis, & Idibus ex Auguſti conſtitutione, vt ſcribit Dio. libro 55. & Sueton. in Auguſto. Nos vero iis tantùm diebus vacare ſolemus, qui in honorem Dei, ac Sanctorum ab Eccleſia Catholica Romana feſtiuis officijs, à populo vero operum intermiſſione celebrantur; atque vt litigantes poſſint Meſſibus, & Vindemiis operam commodè dare pro ea tempòris intercapedine, quæ eſt à beati Ioan. Baptiſtæ natiuitate ad Diui Laurentij feſtum, atque à natiuitate Mariæ Virginis ad feſtum Beati Lucæ ab ingreſſu abſtinemus pro cauſis ciuilibus. Sed cauſæ criminales nihilominus tunc expediuntur, omnib. vero dieb. (feſtis exceptis) congregantur Senatores à meridie pro arduis cauſis ſigillatim diſcutiendis, ſi partes inſtent, pro quibus litigantes priuatas ſeſſiones, ſeu adientias (vt melius cauſæ timeantur) requirunt, atque hic extraordinarius ingreſſus in ferijs Camera vacationum appellatur, & cum talis conſeſſus ſoleat fieri à prandio, conueniatque & mentis, & corporis ſanitati iudicantem ſobrium eſſe, ſoleo Senatoribus conſulere, vt mei exemplo breuiori vtantur prandio, & quaſi ientaculo, quod didici ex Platone in epiſtol. ſeptima. ad Dionis amicos, cuius hæc ſunt verba. *In Sciciliam cum perueniſſem, vitam illam quam beatam vocant Italicarum, Siracuſanarumq́; Menſarum plenam nullo modo probaui, bis videlicet in die ſaturum fieri, & nunquam iacere ſolum,* quam ſententiam vti Diuinam, & notatu dignam reperit Cicero Tuſcalanarum quæſt. libro quinto: his verbis. *Quid quòd ne mente quidem rectè vti poſſumus multo cibo, & potione completis,* idque etiam aduertit Xirſeus in ſuo opuſculo de ſanitate ſtudioſorum conſeruanda. Quæri etiam ſolet an expediat Præſides, vel Senatores eſſe perpetuos, vel temporales, quam quæſtio. latè ad partes examinat Bodin. libro quarto. cap. quarto. Ego cum eo ſentio, maiores Magiſtratus vt Senatus perpetuos eſſe debere, ideſt ad vitam, quinimo ſi fieri poſſet immortales eos eſſe vtilius foret, quanto enim longior eſt eorum adminiſtratio; tanto eſt Reipub. vtilior, cùm longo experimento maturiora fiant eorum iudicia, nec ſententiarum variationi locus eſſet, vt diximus ſupra, & hoc iure Principes noſtri vtuntur, prout etiam in omni alio bene ordinato Senatu vti moris eſt, quinimo ſi Senator, vel alius officialis conſtituatur à Principe cum clauſula apud nos ſolita *Donec bene feceris, & noſtræ fuerit voluntatis,* dicetur perpetuus. Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. D. de oper. noui nunciatio. Et quamuis moriatur Princeps, tamen durat adhuc eorum officium. Carauitu 3. numero 24. poſt Dec. conſilio 108. libro 1. Capic. deciſi. 136. numero quinto.

Situs ꝯſiderari pōt circa modū in Senatu reſidēdi, in quo vt ꝓpriū eſt iudicis tā in
38 publica q̃ in priuata audientia † ſumma cū Maieſtate & dignitate ſedet Senatus, tum ꝙ Principem ipſum in eo, actu repræſentet, ſub cuius nomine & ſententiæ, & reſcripta omnia cōceduntur, tum quòd ſedendo animus quieſcat, ideoque non ſolùm ex Iuſtiniani conſtitutione in authen. de iudicib. §. ſedebunt, ſed etiam antiquiſſimo tempore proprium erat iudicis iudicando ſedere, vt eſt apud Platonem in Apologia Socratis, & etiam ante Platonem idem colligitur apud Homerum in verſibus, quos ſupra citauimus in dictione *Sacri.* Habetur igitur venerandum hoc tribunal in publica æde, atque in ſpacioſa ornataque aula, in qua Principis ſolium quaſi Theatrum ſub vmbella eminet, ad quod multorum graduum altitudine acceditur, & hincinde ſedilia auleis ſuperinductis protenduntur, quibus bipartito numero primum Præſides, mox Senatores vti Principis Collaterales, vt antiquitus vocabantur, dextrorſum ſiniſtrorſumque ſedere ſolent, eo penè modo, quo Brennus capta vrbe Romanos Senatores in foro tacitos, intrepidosque conſedentes admiratus eſt, vt refert Plutarcus in Camilli vita. Quo autem ordine ſedere debeant, ponit Curi. Piſa. libro ſecundo, capitulo quarto. Super gradibus verò lictores manent, & Senatus Secretarij cauſarum decreta notantes, atque inferius in aulæ ſolo, quaſi iuris agone atque acie in circumpoſitis ſubſellijs ſtant aduocati cauſidicique cauſarum facta & iura declamantes, ac ea pariter Maieſtate, ordine, & decore publicis aſſiſtunt cerimonijs apud Principem, cuius perſonam Magnus Cancellarius & ij, qui à ſecretis ſunt conſilijs ſequuntur poſt verò Præſides Senatoreſque bini præcedentibus lictoribus cum argenteis faſcibus ſuccedunt, atque ſi res poſtulat eodem ordine publicè ſedent, ſed ſiue publicè ſiue in priuata audientia ſedeat Senatus,

tus, conueniet Senatorib. eo modo ſedere, vt Maieſtatem, & dignitatem præſeferant: nam vt inquir Galenus, corporis ſtatus animi mores indicat & eſt in prouerbio, Magiſtratus virũ oſtendit.

39 Habitus Senatorũ apud antiquos erat † Latuſclauus, cuius forma à multis ſcriptorib. deſcribiť, præſertim à Bud. in l. fi. D. de Senatoribus. Baifius in libro de re veſtiaria. & Philipp. Barban. in officina. in §. veſtes. verſicul. Latuſclauus. Sed omnium copioſius rem hanc tractat VVolfangus Laz. in comment. Reipubli. Roma. libro 8. capi. quarto, vbi formam Laticlaui explicat. Eratque ex Purpura lato clauo coniuncta, vt apud Ouid. 4. de Triſtib.

Induiturque humeris cum lato purpura clauo.

Perſeuerauitque habitus ille Senatorius vſque ad Imperatorem Alexandrum, de quo in l. Ruffinus. C. de teſtam. milit. poſtea vero præſertim Iuſtiniani temporibus ceſſauit Laticlaui vſus, eiuſque loco Magiſtratus, præſertim Senatores, Præſides, & Pręfecti pretorio pro ſtemmate ſuę dignitatis cingulo vſi ſunt. Erantque maiora, & minora cingula, prout maiores, & minores erãt dignitates, quod ex locis infra citandis demonſtratur, præſertim vero in authen. de iudicib. §. vetus igitur. verſicu. quia verò competens, ibi *Dignitate prouectos maiores iudices experimento cauſarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, magni cingulis, aut multitudine eorum excitatos.* &c. Poſtea vero ſm & temporum, & locorũ varietatem Senatorũ habitus varius fuit: in Gallia enim, vt iam diximus, Sacerdotalis ferè eſt habitus: in tota Italia toga longa vtimur, ſed nos antiquo ritui hoc plus addimus, vt Sagum in Laticlaui ferè modum ad genua vſque productum geramus, & toga latis manicis ſupra induta, faſciã de collo togæ ex ſerico duplicatam ſuper imponamus, hincinde ad imum vſque togæ pendentem, quod ego exiſtimo inductũ fuiſſe ab eo, quo prius vtebantur Sacerdotali indumento, cùm ea faſcia ſtolæ, quæ ſacris miniſtrandis inſeruit, ſimilitudinẽ pręſe ferat, vt eo ſigno ſacri neſcioquid huic ordini ineſſe demonſtretur; Vel etiam eo hyerogliphico notari exiſtimo cingulum, quo antiqui vtebantur Senatores, quod pro eodem dignitatis titulo iuriſconſulti interpretãtur, vt in nouella, vt omn. obed. iudic. prouin. §. arripiat, & C. de præpoſ. ſacri. cubic. l. vltima. lib. 12. & pro ipſa adminiſtratione, vt in nouel. vt lic. mat. & aui. §. quia verò quidam, & C. vt dign. ord. ſer. l. 2. lib. 12. Togam verò aliàs purpuream geri ſolitam puto, qua nunc tantum vtimur in publicis cerimonijs, aut omnibus primis iuridicis diebus, nempe ijs, quibus Senatus poſt vacationes, aut ferias primo die iuridico ſedere ſolet, eaque à Præſidibus ex ſerico veluto, à Senatoribus autem ex panno purpureo (quam ſcarlatam vocant) geſtatur. Sine veſte autem ingredi Senatum non liceret, quod & antiquitus conſtitutum fuiſſe teſtatur Plutarch. in Mario. Romanorũ verò Senatorum Latumclauum proprium habitum extitiſſe, vt ab æqueſtri ordinis dignitate dignoſceretur, legimus apud Plin. libro 33. capitu. 1. Lamprid. in Alexan. Sueton. in Augu. & in Clau. capit. 24. Quintilian. lib. 11. capit. vlti. de quo inſigni loquitur text. in l. nuper. D. de donationib. inter vir. Briſſon. ſelectar. antiquita. lib. 3. capit. 16. Habitus etiam Senatorius eſt Galerus purpureus, quo nunc Cardinales totius Romanæ Eccleſiæ Senatores vtuntur, vt apud VVolfang. Roma. Reipub. libro 8. capitu. 14. Curare autem in primis Senatores debent, ne ſordidi in ueſtitu ſint, ex his, quæ citar Ioan. de Deo. in doctri. aduocatorum, libro 1. capit. 2. nume. 4. Atque hæc de Senatu dicta ſufficiant.

PEDEMONTANI. Nomen hoc huic regioni dedit ſitus, & natura loci; cùm ad pedes Alpium, ſiue Montium ad cœlum ſe extollentium, quaſi pro antemurali, & munimine Italiæ à natura poſitorum, vt de Rhetijs Montibus dicit Caſſiodor. var. libro ſeptimo. capit. ſexto.

40 A quibus tota hæc regio † à Gallis, Allobrogis, & Narbonenſi prouincia, deinde etiam à Liguria ſeparatur, in Hemicicli, & quaſi Theatri forma poſita ſit. Omneque id quod à pedibus earum Alpium, & Montium Orientalem plagam verſus tendit (Eridano Fluuiorum Rege diuidente) vſque ad Duriam Bardeam, quæ à Bardo opido munitiſſimo, iuxta quod in fauce Vallis Auguſtæ Prætoriæ flumen labitur, licet corrupto incolarum vocabulo Duria Bautea nominetur, Pedemontium dicitur, quod etiam vſque ad Tanagrum ab vna parte, ab alia verò vſque ad Sexiam flumina protendi, ab eiſque aptius terminari puto: quamuis hoc in ſpatio Montisferatenſis ditio aliquotque opida, quæ Mediolanenſi Ducatui parent, includantur. Illud verò, quod hodie ad Pedemontij nomen ex prædicta terminatione Alpibus Graijs, Penniniſque reſtringitur, antiquitus agrum Taurinenſem, aut Taurinum appellatum apud Coſmographos, Hiſtoricoſque legitur; vt teſtantur Tolomæus, Plinius, Tacitus, alijque quamplures. Id verò quodcunque eſt, quod ſub ditione Ducis Sabaudiæ reperitur, iuriſdictioni ipſius Senatus ſubeſt, incipiendo à Vercellenſi prouincia, quæ Inſubriæ coniungitur, & huic proxima eſt Hyporedienſis, ac Vallis ampliſſima Auguſtæ prætoriæ, ſuccedunt Taurini & Valles quam plurimæ Taurinis populis vicinæ, præſertim Secuſiana, inde prouincia Ciſpadana, & Tranſpadana, & Marchiæ Salutiarum, & Ceuę. Quamuis autem Nitienſis prouincia tranſalpina ſit, & Narbonenſi Galliæ finitima, prout etiam alia dominia Marri, Oneliæ, Tendarum, cæteraque ad Mare Liguſticum ſita vltra Appenninum ſub hoc nomine non comprehendantur, huic tamen Senatui obediunt. Hæc itaque prouincia, vt dixi, Taurinus ager ab antiquis appellata, Taurinus etiam Ducatus ſub Longobardis dicebatur, ac Longobardorum Imperio deleto; primum Italiæ Regum, inde diuerſorum Regulorum Imperio ſubiecta, & iam annis trecentum ſub ditione Regis Hieruſalem, & Neapolis conſtituta, vt habetur in procemio ritus magnæ Cu-

riæ,

riæ, vbi Ioanna inſcribitur Comitiſſa Pedemontium. Sed annis iam ducentum quinquaginta, cùm Rex Reynerius ſine liberis deceſſiſſet, Comitatus Nitiæ, Cuneum, Foſſanum, ac alia multa oppida, & totus Comitatus Pedemontium, bonitate Comitum Sabaudiæ, & virtute allecti, illis ſe ſponte dediderunt, (& ideo forma procedendi in hoc Senatu valdè ſimilis eſt ritibus magnæ Curiæ Neapolitanæ) poſt donationem Gulielmi Regum Romanorum Thomæ Comiti Sabaudiæ factam anno 1250. diu ſub iſtorum Principum ſceptro pacatè gubernata, maxima bellorum incommoda annis ferè triginta paſſa, tãdem nunc maiori quam vſquã antea finium ambitu, & ſuarum partium collectione conſpicua, Sereniſsimo Duci CAROLO EMANVELI Principi noſtro parere gloriatur. Cuius caput, & Metropolis Ciuitas Archiepiſcopalis eſt TAVRINVM, quam priſcis temporibus nobiliſſimam vrbem fuiſſe, vel hinc intelligere licet, quòd à Romanis in florentiſſimo eorum Imperio, Colonia, Auguſtaque habita fuerit, cuius digniora encomia, & originem, ampliationem, ac ſtatum diſertiſſimè conſcripſit Perilluſtris Dominus Philibertus Pingonius in libro quem ab ea
41 denominauit. Iacet † hęc in totius prouincię centro ad Padi, & Duriæ Secuſienſis ripas, forma quadrata, Portis quatuor, antiquiſſimo atque admirabilis ſtructuræ muro cincta, cuius nempe pars exterior lateritia, interior verò ſectorum lapidum fluuialium congerie, ad labellam diſpoſitorum, conſtructa videtur. Turribus ad ſpeculandum, & ad antiquorum propugnaculorum ſpeciem, ſuis locis exterius prominentibus. Vias habet quincunciali ordine, domorum quadratas inſulas diſtinguentes, antiquo Caſtello, nouaque Arce potens, ſplendidis ædificijs ornata, Magiſtratuum ſede Illuſtris, Gymnaſij vetuſtate clara, nobilitate ciuium inſignis, mirificè rebus omnibus ad vſum vitę neceſſarijs abundat, fundo eſt mediocriter fertili, præſertim verò ad Orientẽ, & Auſtrum. Vltra Padum amenitiſſimo, vtiliſſimoq; túm ad delicias, túm ad vinearum copiam colle decoratur. Ager vero frumentum, aliaſque fruges, & optima vina, cum ſuauiſſimis fructibus producit, & quia tam de hac, quàm de cæteris huius prouinciæ vrbibus, oppidis, ac perhoneſtis pagis, nobiliumque multorum pulcherrimis Caſtellis copioſè ſcribit ſupradictus Pingonius, finem faciam, ne longius quam æquum ſit à propoſito noſtro diſcedere videar. Viros aliquos in noſtra ciuili iuriſprudentia claros, & illuſtres, qui in hac patria præſertim vero in hoc Senatu multis abhinc annis floruerunt, recenſere ſatius eſſe puto. Fuit inter alios Hoſtien-
42 ſis † ex locupletiſſima iuris Canonici ſumma, & commentarijs in decretales immortalem de ſe famam reliquens, quem in ſummarum elaboratione multi alij noſtrates ſequuti ſunt, præſertim Angelus de Clauaſio, & Silueſter de Prierio. Fuit & antiquior Doctor Gulielmus de Cuneo, & ſubtiliſſimus Claudius de Seiſſello Archiepiſcopus Taurinenſis. Extiterũt inde Thomas Parpalea Taurinenſis, Ioan. Franciſcus Purpuratus ex Pinarolio, Franciſcus Balbus, Albertus Brunus, Ioan. Neuizanus, Ioan. Bartholomeus Scarampus, Georgius, & Marcus Antonius Nattæ, & Petrinus Bellus Aſtenſes, Iacobinus de Michelonibus à Sancto Georgio, Ægidius de Thomatis Cunienſis, Iuuenalis à Coſtafort Senator Foſſanenſis, qui iuuenis adhuc in inſtitutionum aliquot titulos Commentaria compoſuit, acutiſſimi ingenij vir, qui plura in lucem daturus erat, niſi immatura mors illum nobis ademiſſet. Nouimus omnes præclariſſimum Iuriſconſultum Dominum Aymonem Crauetam, ac Domini Ozaſchi eruditionem, & doctrinam, ſed & nunc extant, qui hunc Senatum noſtrum ornant, Superilluſtris Domi. Amedeus à Ponte primus huius Senatus Præſes, qui iam multis annis doctrinæ ſuæ ſpecimen dedit illo ſuo operæ quæſtionum Laudimialium, & propediem fortè multò maiora daturus in Commentarijs ad 3. lib. feud. niſi laborioſo munere ſui officij impediatur. Quod & de Illuſtri Do. Antonio Sola dici poteſt, & de alijs, quorum in hoc operæ noſtro mentionem fecimus. Pedemontani autem nomen hic inditum fuit ad differentiam Sabaudienſis Senatus, & aliorum locorum.

ANTONINO. Nomen hoc poſt optimos
43 Principes Antoninum Pium, & Marcum Antoninum Philoſophum ipſorum Cęſarum prudentia, & morum ſanctitate ſuadente, adeo gratum fuit populo Romano, vt relicto nomine Cæſarum, & Auguſtorum ſequentes Imperatores commodus, Caracalla, Geta, Heliogabalus, & alij fama Illuſtres Antonini nomen aſſumpſerint, donec Antonini Heliogabali multis vitijs repleta vita malum nomen huic nomini dedit, vt adnotauit his verſibus Auſonius Gallus in ſuis Cæſarib.

Tunè etiam Auguſtæ ſedis penetralia fœdas;
Antoninorum nomina falſa gerens?

Hoc igitur fœlici nomine gloriamur, ſiquidem dicebat Plato in dialogo, cui titulus eſt Theages, pulchra nomina filijs eſſe imponenda, nec immeritò, bonum eſt enim bonum habere nomen. gloſſ. in verbo Ioannes. in procem. clement. l. 1. §. hanc legem. C. de ſumma Trinita. & fide Cathol. inquitq; alibi Plato, nomina hominibus indita futuræ cuiuſdam ſortis eſſe argumentum. Hinc Imperator in §. eſt & aliud. inſtitu. de donatio. Nomina eſſe conſequentia rerum affirmat. Propterea dicere ſolebat Domina Milantia vxor Ioan. Andreæ, quòd ſi pulchra nomina venderentur, deberent patres maximo pretio pulchriora emere, quæ filijs imponerentur. Iaſon. in rubr. D. ſoluto matrimo. numero 16. poſt Cardin. in cap. tertio. de praeben. qui inuehitur contra illos, qui turpia nomina antiquorum, & progenitorum ſuorum poſteris imponunt. Acurſius de nomine ſuo etiam gloriatur, quod accurrat, ideſt ſuccurrat legibus, in l. facta. §. ſi in danda. D. ad Trebel.

Sic

Sic itaque optimum eſt pulchrum habere no-
men, & hoc fortè innuit Salomon dicens, *Melius
eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ*, & Ioan. Andr.
in cap. grauis. de depoſito. infert & ibi Cardin. &
Imol. quod imputandum eſt ei, qui credidit no-
men malum habenti, quare putarunt parentes
mei Antonini nomine impoſito, pulchro nomi-
ne me decoratum, filios verò parentibus gratias
habere æquum eſt, qui ab eis pulchra nomina
receperunt.

TESSAVRO. Familia hæc mea Teſſau-
44 rorum in Ciuitate noſtra Foſſani † antiquiſſima
eſt, quod vel monumentis antiquis, & ſcriptu-
ris traditur. Nam & annis ferè tercentum, quo
tempore Foſſanum ſponte ſe dedidit Comitibus
Sabaudiæ, inter eos, qui ab vniuerſitate noſtra ad
Comitem Sabaudię ea de cauſa acceſſerunt, vnus
ex noſtris fuit Petrus Teſſautus, quod cognomen
(vt erat eorum temporum ignorantia, & barba-
ries pro Teſſauro, vt vulgò ſonat cognomen no-
ſtrum) aliqui Textorem, alij Textatorem, alij
Teſſandrum ſcribebant. Sed & antiquitas familiæ
noſtræ ex eo diſcernitur, quòd in vetuſtiſſima vr-
bis noſtræ parte, quæ Burgus Sarmatoris voca-
batur, nunc Burgum vetus dicitur, adeſt om-
nium antiquiſſimum templum D. Ioanni dica-
tum, in quo ad dexteram maioris altaris in di-
gniori illius templi loco antiquorum noſtrorum.
extat ſacellum, & familiæ noſtræ ſepulchrum
Fuitque ex familia noſtra inter cæteros virtutibus
claros annis iam plus centum Vbertinus Teſſau-
rus eximius I.C. qui legalem dialecticam conſcri-
pſerat. Extatque adhuc celebris memoria Anto-
nij Teſſaurij Sereniſſimorum Ducum noſtrorum
Caroli iij. & Emanuelis Philiberti Archiatri, & cō-
ſiliarij patris mei colendiſſimi, qui Carolo V. Cę-
ſari gratiſſimus fuit, multiſque ab eo muneribus
decoratus, præſertim verò dignitate Comitali,
conceſſa etiam perpetua facultate familiæ noſtræ
in antiquis Teſſaurorum inſignibus aquilam im-
perialem inſerendi, vt videre eſt ex ipſius Cæſaris
diplomate ipſius manu ſignato, quod apud nos
extat datum in Ciuitate Brugenſi 24. Maij 1524.

ASTENSI PRÆSIDE. Aſtenſis Co-
mitatus ad manus Ducum Sabaudiæ munificen-
tia, & liberalitate Caroli Quinti Imperatoris per-
45 uenit, † qui illum Carolo tertio Sabaudiæ Duci,
ac Beatrici Infanti Portugaliæ vxori in feudum
conceſſit anno 1536. cùm ad ipſum Cæſarem de-
uolutum fuiſſet. illique ſupremum Dominium,
etiam Marchionatus Ceuæ adiecit. Eſt autem
Ciuitas Aſtenſis in Inſubria, ſeu Lombardia ori-
gine antiquiſſima, & quę Longobardorum tem-
pore Ducatus nomen obtinebat anno 590. quo
tempore teſte Sigonio in libro primo de Regno
Italiæ. Dux erat Gundoaldus; inde relicto Du-
catus titulo in Marchionatum erecta illius pro-
uincia ſub Henrico quarto Romanorum Impe-
ratore, hodie rurſus Comitatus appellatur. In
ea igitur Ciuitate Magiſtratus iſte Senatorius iam
multis annis fuerat conſtitutus à Maximiliano
Duce Mediolani, qui anno M. D. XII. Senatum
in ea prouincia erexerat, ne magna populorum
impenſa Mediolanum accederent, conſtituitque
Præſidem, qui Senatui præeſſet, & quatuor cum
eo Senatores, cuius Conſtitutionis Diploma vi-
di in Pergamena apud Perilluſtrem Dominum
Franciſcum Cacheranum ab Ozaſco Præſidem
Aſtenſem anteceſſorem meum. Poſtquam verò
ad manus Sereniſſimorum Ducum Sabaudiæ
peruenit (cùm priuilegia eius fuerint priſtino ſta-
tui reſtituta) Senatus Aſtenſis, qui durantibus
bellorum calamitatib. quodammodo ceſſauerat,
iterum erectus fuit, eodem Do. Franciſco Ozaſco
Præſide conſtituto, ſed cùm ea Ciuitas ab hac
Metropoli, & Principum ſede haud valdè diſtet,
Senatus ille, qui & Magiſtratus iudicum vltimarū
appellationum nomen tenet, cùm Pedemontano
ipſo coniunctus fuit, eiq; Præſes dari ſolitus, vel
ex Conſiliarijs ſtatus, vel Senatorum numero;
prout mihi tunc primario Senatori exiſtenti id
muneris anno 1577. à Sereniſſimo Emanuele
Philiberto iniunctum fuit, adiunctis iiſdem iudi-
cibus, ſeu Senatoribus iiſmet, qui in Senatu Pe-
demontano aſciti ſunt.

COLLECTORE. Hoc nomine vſus ſum,
tùm quia nihil ferè dictum, aut ſcriptum eſt in
his Deciſionibus, quod propriè meum ſit; ſed ab
antiquis ſcriptoribus deſumptum, atque etiam
prudentia, & doctrina Collegarum meorum ela-
boratum potius omnes intelligant, tùm etiam
quòd conſpiciens in hoc ſpacioſo noſtræ iuris di-
ſciplinæ campo maximas fruges à quamplurimis
aſſiduè metendo in horrea reduci, permiſſum
mihi etiam iudicaui (quamuis poſt terga ſedulo-
rum meſſorum multas percipere ſpicas difficile
ſit) paucos hos manipulos colligere, quos Deo
Omnipotenti gratos, & Reipublicæ vtiles fore
cupio: omnia, quæ in eis dicta ſunt, Sacræ Roma-
nę Eccleſię, & cuiuſlibet melius ſentientis iudicio,
& cenſuræ ſubmittens. Ita vt ſi quid ex hoc ope-
re boni eſt, id totum à bonorum omnium dato-
re Deo Opt. Max. prouentum putent, ſiquidem
omne datum optimum, & omne donum perfe-
ctum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum,
vt in epiſtola Iacobi capit. primo. ſin ſecus hu-
manæ fragilitati id imputent: in nullo enim erra-
re Diuinitatis eſt potius quàm humanitatis.

IN SENATVS SENTENTIIS PRAEVALET NVMERVS DIGNITATI, ET ANTIQVITATI IVDICANTIVM:

QVOD SI PARIA SVNT VOTA, ILLA TENET Sententia, pro qua Præſes ſtabit, Et hoc in ciuilibus.

Explicata. l.inter pares. Et l.Duo. de re iudi.

DECISIO I.

1 *Senatus ſtilus in rogandis ſententijs.*
2 *Sententiam plurium licèt iuniorum ſequenda.*
3 *In pari numero votantium, & diuerſas ſententias proferentium, quid ſeruandum.*
4 *Præſes ſenatus qualiter votum ſuum proferre debeat in pari numero votantium.*
5 *Votum Præſidis ex Senatus ſtylo in paritate vocum cæteris præponderat.*
An hic ſtilus ſit conformis iuri communi.num.6.
7 *Dignitatis ratio in pari numero habenda eſt.*
8 *Maior pars dicitur, quæ dignior & antiquior eſt.*
9 *Stylus iudiciorum, & curiæ ſemper eſt obſeruandus.*
10 *Quid iudicandum, quando varij iudices in varijs & diuerſis ſummis partes condemnant.*
11 *Senatus qui numero minor altero eſt, an etiam authoritate minor ſit.,*
12 *Quid ſeruandum eo caſu, cùm plures iudices iudicant diuerſimodè, in cauſa, in qua tres litigantes interueniunt.*
13 *Pręſidis ſententia non pręualet in cauſis criminalibus.*
14 *Senatorum vota non reuelanda: & de pœna reuelantis.*

SENATVS Citramontes Sereniſsimi Ducis noſtri Sabaudię, conſtituitur ex tribus, aut ſaltem duob. Pręſidibus; & duodecim Senatoribus, & quandoq; pluribus, vel pauciorib. ad libitum Principis, quorum votis iudicantur cauſę tam ciuiles quã fiſcales, ſeu criminales, iux.author.ipſi Senatui nuperimè à Sereniſs.Duce
1 Carolo Em.conſtitutam.† Et Primus Pręſes illius Senatus recipit vota incipiendo à iuniori, & ſic gradarim vſq; ad antiquiorem.iux.Deciſ.primam Afflic & D.Oſaſ.nu. 11.vbi ponit rões, & iux.ſtilum Pariſien. de quo teſtatur Rebuff. in tract. de publicat.Atteſtat.art.vni.glo.vni. nu. 35.·ſed vberius doctiſs. Bodinus lib. 3. de repub. cap. 1. & in omnib.curijs Regni Hiſpanię ita ſeruari teſtatur Licentiatus de Piſa in tracta.de curia Piſana lib. 2. cap. 4. vbi vide pulcherrimam additionem circa hoc, vtrum deceat necne. de voto Decurionum eſt tex. in l. ſpurij.cir. fi. D. de Decurion.licèt Romanorum in rogandis ſententijs alius mos fuerit, de quo Gell. lib. 4. cap. 10. & in his votis plurium ſententia obtinere ſolet.arg. cap.1.& 2. & cap.Epi-

rationibus, alios votantes in ſuam trahere ſen-
tentiam, exemplo Panucij, de quo in c. Nicena.
31. diſtinct. vbi glo. & non declinare debet iudex
à veritate propter iudices votantes contra verita-
tem. Exod. c. 24. Grammat. voto 32. num. 10. quod
ſi in pendenti eſt animus, & quæſtio ſit ex eo ge-
nere, quod Græci ἄπορον vocant, ideſt inexplicabi-
lis, dicere debet Non liquere, & hoc cum iuramen-
to, tunc enim excuſatur d. l. Pomponius. & ita in
caſu dubio dicit ſe feciſſe Gell. lib. 14. cap. 2. ex quo
ſe abſolutū à iudicatu in caſu propoſito aſſerit.
Sed quid ſi accedat in voto paucioru, & ex ſuo
voto reddatur par numerus diſſentientium, ita vt
quattuor, vel ſex ſint pro vna parte, & totidem pro
alia. Quæ diuiſio votorum nec reprehenſibilis eſt,
nec reprehendenda. c. ſi. 63. diſtin. l. nō nec noua. c.
nec nouum. & q. 1. cap. noſce. 63. diſtinct. Præſumi-
tur enim vnumquemq; hoc facere pro ſua conſcien-
tia, & quilibet vti bonus vir, quomodo tunc erit
iudicandum? videtur enim tunc non poſſe ſen-
tentiam ferri, cum par ſit numerus diſſentientiū,
& antiqua formula pronuntiationis cum illis notis.
N. L. ideſt non liquere vtendum eſſe. d. l. Pompo-
5 nius. † verum ſtilus noſter inoleuit, & ita iam an-
nis 40. quibus continuè interfui in hoc ſacro Sena-
tu inconcuſſe obſeruatum fuit, vt feratur ſenten-
tia iuxta votum illorum cum, quibus Præſes con-
uenit, & ita obſeruari in Senatu Delphinatus te-
ſtatur Franciſc. Marc. Deciſ. 5. lib. 1. & clarius De-
ciſ. 465. lib. 2. & ob id iudicatum, & pronuntiatum
iux. votum Præſidis fuit in cauſa laini. 1567. &
nouiſſimè me Perſidente in alia ſancti Michaelis.
1584. & hoc cùm propter dignitatem officij,
tum quia in eo non ſoleant niſi ſeniores aſcribi.
& in iudicando expertiores. ſicut enim Iudici in
ciuitatum, & oppidorum concilio quidam grat-
tificationem, ſeu electionem concedunt, vt per Do
cto. in l. duo iudices. ff. de re iudi. Licentiatus de Pi-
ſa in tracta. de cur. Piſa. lib. 2. c. 17. meritò idem ius
Præſidi vti ſubliminori concedendum erit.
6 Dubitatum tamen adhuc fuit, An hic † ſtilus Se-
natus ſit conformus iuri communi, quod videtur
ex conſtitutione Theodoſij mox citanda, vbi de
authoritate Papiniani agitur Verum? in hac quæ-
ſtione diſtinguendum arbitror, quando pares
ſunt numero iudices, aut ſumus in arbitris, vel in
iudicibus, Primo caſu neutra valebit ſententia. c.
fi. de re iudi. ſed dabitur tertius à iudice, vel co-
gentur arbitri tertiam certam perſonam elligere,
cuius authoritati pareatur, vt Vlpianus ait. in d. l.
item ſi vnus. §. principaliter. de recep. arbitr. Secun-
do verò caſu ſubdiſtinguendum eſt, vtrum ſi-
mus in iudicibus ordinarijs vel delegatis, vt di-
ſtinguit Panormitanus in c. prudentiam. nu. 10. de
offic. & poteſta. iud. delega. ſi in delegatis, ſeu datis
erit ſententia vtraque in ſuſpenſo, donec ad dele-
gantem recurratur. l. iubemus ſi qua. in fi. C. de ap-
pellationib. & c. fina. extra de re iudica. vbi tex. eſt
clarus, vel aditur quæſtor, & nunc apud nos in
Dominio Sereniſſimi Ducis noſtri adiretur Ma-
gnus Cancellarius. l. in offerendis. C. de appellatio-
nib. & hoc modo intelligitur. l. duo ex tribus. D.
de re iudi. vt dicit glo. in authen. vt iudices non ex-
pect. Sacr. iuſſion. & eo caſu delegans eligit ſenten-
tiam quam vult, ſecundum opinionem & di-
ctum Alberi. in d. l. item ſi vnus. §. item ſi plures. in
fine. D. de arbitr. Duaren. in d. l. duo.
Si vero ſumus in ordinarijs, tunc aut iſti plures
iudices repræſentant diuerſas, & ſingulas perſo-
nas, & iudicent omnes vt ſinguli, vt eſt in
conſulibus Iuſtitiæ Pergami, aut aliarum ciuita-
tum, quemadmodum exemplificat Alberi. in
d. l. Pomponius. in princi. & tunc non inſpicitur
dignitas, vel authoritas alicuius, ſed habetur ra-
tio numeri, ita vt ſi partes ſint in voto, tunc
illorum ſententia præualeat, quæ pro reo erit,
quia fauorabiliores rei potius quàm actores ha-
bentur. & ita decidit glo. in d. cap. fina. de ſenten.
& re iudica. elleganſque exemplum Oreſtis abſo-
luti, hoc in caſu P. Faber. in l. fauorabiliores.
125. de regu. iur. nobis proponit. Idemque in
cauſa quacunque fauorabili, puta matrimonij, li-
bertatis, dotis, teſtamenti, & ſimilibus, de qui-
bus per Zaſ. in d. l. inter pares. iudicandum erit. d.
capit. fin. de re iudica. qui tex. ita intelligendus eſt
cum d. l. inter partes. l. ſi pars. D. de inoffi. teſtam.
l. lege Iulia. D. de manumiſſion. Ita etiā intelligit
Barto. in d. l. Pomponius. aliàs, ſi vni. Et ſequitur
7 ibi Imol. & alij. quamuis ego † exiſtimem eo caſu,
quando vota ſunt partia, habendam eſſe ratio-
nem dignitatis, per ea quæ ducit glo. in d. l. item
ſi vnus. §. principaliter. vbi tertij arbitri, qui ma-
ioris authoritatis ſit, ſi ab vtroque diſcordet,
ſententia præualebit. & glo. ibi ſequitur Petrus de
Rauenna. & Iacob. de Arena, quem refert Alberi.
ibi. P. Belluga in ſpeculo Principum. rub. 10. nu. 13.
in fi. licèt alij teneant contra illam gloſſam.
Nec obſtat dicta. l. inter partes. & c. fina. quia
loquuntur, quando tales iudices ſunt omnino pa-
res, ſcilicet numero & dignitate, vt infra dicam.
Aut tales ordinarij iudicant vt vniuerſi, quia
faciunt vnum corpus, & vnum collegium for-
matum, vt exemplificat Bartol. in capitulo ca-
nonicorum, vel in Collegio Decurionum, & ex-
emplificari poſſet apud nos in Rota Romana,
vel Florentina, & ſimilibus, aut in Senatu noſtro,
vel alio, in quo vnum corpus repræſentatur, cu-
ius Præſes eſt caput, & tunc aut iſti iudices ſunt
eiuſdem, & paris dignitatis, vt eſt in Rota Bo-
nonienſi, Florentina, Lucana, Genuenſi, & ſi-
libus, vbi omnes iudices Rotæ ſunt eiuſdem di-
gnitatis, nec inter eos caput eſt, & fortè ſimul, &
eodem tempore elliguntur, ita vt nulla ſit præ-
rogatiua temporis in officio, & tunc procedat ad-
huc text. in d. l. inter pares. & in d. capit. fina. de re
iudica. Aut ſunt diſpares dignitate, vt quia aliqui
ex eis ſunt antiquiores in illo Collegio, aut inter
eos eſt vnus Præſes, vel plures, vt eſt in Senatu no-
ſtro, & in Gallia, ac alijs prouincijs, & tunc da-
8 ta partitate vocum in numero † illa dicetur ma-
ior pars, quæ eſt dignior, & antiquior, vt tenet
Barto. in d. l. Pomponius. cuius dictum notabile,
& menti tenendum dicit Abb. in d. capit. pruden-
tiam. & glo. in d. §. Principaliter. ſupra relata, &

in cap.in genezri. in verbo. ad zelũ. de electio. & hanc ſententiam tenent Azo. & gloſſ. in d.l. Pomponius. in fin. & ſequitur Iacob. de Rauen. & quamuis Abb. in d. c. prudentiam.teneat contrarium, & velit requiri vtrunque copulatiuè, ſcilicet maiorem in numero, & digniorem authoritate, & contra Bart. videatur tenere. Io.de Imol. in d.l. Pomponius. col.2. in gloſſ.2. Alberic. ibidem. num.2.Zaſ.in d.l.inter pares. nu.5. illa fortè ratione moti, quam in d.l.Pomponius.adfert Franci.Duarenus, ne contentiones oriantur inter Iudices de ipſorum dignitate, & conditione. Item contra Bar.dici poſſit, quod vbi maior numerus, ibi melior, & ſanior ſententia præſumatur. Abb. in cap. eccleſia.2. nu.4.de electio. per cap. prudentiam. de offic. delegat. Prępoſit.in c. in canonicis. 19. diſtinctio. Tamen pro opinione Bartoli, quam veriorem arbitror, facit, quod dicit Alberic. qui fuit magnus practicus, in d. l. inter pares. in fine. vbi vult, quod ſi ſunt duo iudices ordinarij, & proferant diuerſas ſententias, ſtetur ſententiæ antiquioris, per nota. in cap. Hoc ipſum. 33.q. 2. & hanc etiam opinionem, quòd in pari numero inſpiciatur authoritas grauiorum & ſeniorum, tenet Azo.& Pom.in addit.ad Bartol.in d.l.quod maior. D. ad municipa. in litera A.in penulti. limitatione. Idem videtur velle Io. de Imola. in d. l. Pomponius.ver.in 2.gloſ. Additio marginalis ad tex. in d.l. quod maior. ſic in pari numero doctorum in Anglia, cæteris opinio Bartoli præfertur, vt in addit.ad Abba. in c. 1.nu.15. de conſtitutio. Sic inter Iuriſconſultorum antiquorum varias vna de re ſententias illa valebat, & præferebatur, in qua excellentiſſimi ingenij vir Papinianus erat, ex conſtitutione Imperatorum Theodoſij, & Valẽtiniani in l. vnica. tit. 4. lib.2.C.de Theodoſia. Cuiac. lib. 12. obſeruat. c.16. quod quidem tunc valere Imperatores voluerunt, ſi numerus æqualis diſcentientium ſit, vt in vltima quæſtione propoſuimus, aliàs potiorem numerum Authorum in diuerſis ſententijs vincere ſcripſerunt; cuius conſtitutionis verba, quã ad qõnem hãc noſtrã ſpectare omnino mihi viſa ſunt, vti ſingularia hic ſubijcere volui.

Papiniani, Pauli, Gaij (*inquiunt*) Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus, ita vt Caium, atque Paulum, Vlpianum, & cæteros comitetur authoritas lectionis, quæ ex omni opere recitatur. Eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus, atque ſententias prędicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſemus, vt Scæuole, Sabini, Iuliani, atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt: Si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, Codicum collatione firmentur. Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potior numerus uincat authorum: Vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli, atque Vlpiani in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, pręcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur authoritas, quod ſequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque ſententias ſemper valere præcipimus. & cætera. Dat. VI. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio Auguſto VII. & Valentiniano. II. COSS.

Pro hac etiam opinione facit text.in cap. gratum. de poſtulat. prelator. c. dudum. & c. ſcriptum. de electio.c.quia propter.in prin. & c.eccleſia. eo.tit. de elect.glo.in c.ingreſſi. ver.ad zelum.eodem tit.l. 1.§.ſed neque ex multitudine. C.de veter.iur. enuclean.Dignitatem verò pro numero ſupplere exiſtimo, iux.glo.in c. in canonicis.19.diſtinctio. Nam dicitur aliquando maior pars ratione dignitatis. c. pręſentium. de teſtib. & hanc opinionem ſequentes, exponunt particulam &, pro ideſt. Innocent. in d.c.quia propter. & Compoſtellan.in d.cap. eccleſia. Bocr. in addit.ad Mandagotum. de electo.q. 22.glo.communis in d.c. eccleſia.2. quamuis contrarium dicat Felyn. in c.quia omnes.col. 12. limitat. 13. itaque ſi velimus retinere opinionem contra Barto.quòd inſpiciatur numerus non dignitas, intelligenda eſt, & limitanda procedere, quando numerus in multo excedit, ſecus in modico. Archidiaco.in c.in canonicis.19. diſtinct. Item niſi talis dignitas eſſet valde excellens. Præpo.in d. c. in canonicis.numerus verò tũc excedere dicitur iux. eundem Præpoſitum, quando eſt duplo maior.

Quod autem dicitur ab aliquib.præſertim à Panorm.in d.c.prudentiam. copulatiuè requiri maiorem, & ſaniorem partem, procedit in actibus canonicis, & eccleſiaſticis, ſecus verò eſt in alijs. Præpoſ. in d.c.in canonicis. vbi ponit rationem. Iacobin.de San. georg.in l. maiorem.1.lectu.nu.4.D. de pact. vbi reprobat dictum Compoſtella. In ſecularibus verò diſtinguitur, vtrum ſimus in terris eccleſiæ, & tunc vtrunque requiritur, in alijs ſecus.iux. præpo.in d.c.in canonicis.per l nominationum.C. de decurion.lib.x.vbi Rebuf. Dignior autem his in caſibus dicitur antiquior pars. c. hoc ipſum.33.q.2. & ſententia plurium non preualet, quãdo expreſſè omnium conſenſus requiritur. Alberi.in d.l.duo ex tribus.Felv.in d.c.cum omnes.col.13. per c.non poteſt.de re iud.

Sit igitur regula ex his omnibus, quòd in æquali

numero

numero cauſa præualet dignitatis. Iaſ.d.l. inter pa-
res.nu.6.tex.eſt in l.maiorem.de pac. & in l. fi.D.de
priuileg. credit. vnde dicendum erit, ſtylum hunc
Senatus eſſe conformem iuri communi, ideo ob-
9 ſeruari debere prout in ſimili † ſtilum iudiciorum
obſeruandum dicit. D.Ozaſc. Deciſ.23.num.6.per
text.in l. fina. C.de iniur. & debet in curijs ſolitus,
& antiquus ſtylus ſemper ſeruari, vt dicit Bart. in
l. Iuriſperitos. D.de excuſa.tuto. Cyn.in l.2. C.quæ
ſit longa conſuetu.ſtylus enim facit ius. Dec. conſi.
699.num.5.& ſtylus curiæ pro lege ſeruandus. Re-
buf.de conſuetud. art.2.glo.13.nu.22. Hincque iu-
dicem contra ſtylum iudicantem litem ſuam fa-
cere, voluit Neuiza. conſi.61.nume.16. & plures
allegat Ioſeph. Cum. in Ritu magnæ cur. in prę-
lud. nume. 53. & ob id hunc ſtilum confirmauit
Senatus in ſupra d. cauſa S.Michaelis prout eo.
iure ſemper vſus fuit, & cenſuit obſeruandum
in poſterum. 1584 Menſe Nouembris.

10 Quid ſi plures ſunt Iudices, & aliqui in 5. aliqui in 10. alij in 15. condemnant? vide quæ dicit Iaſ.in d.l.inter pares.nu.7.& vide glo. in c.1.de arb. in 6. Et hoc caſu ſolet Senatus iudicare cum his, qui in 10. condemnant. Iuxta Alciati ſententiam, quam tamen impugnat Cuiac. lib. 12. obſeruat. cap. 16. & imò, quòd in 5. condemnandus ſit, eſt tex.in l. Diem.§.inde quæritur.de recep. arb.de cuius intellectu plura Io. Garſias in tracta. de expen. & meliorat.cap. vlt.num.8.& de hac q.vide Alber. Galeotti in ſua Margarita cap.12.nu.9.

11 Sed quid ſi ſint duo Senatus, in quorum vno ſunt 10. Senatores, in alio 15? dic, quòd vnuſquiſque Senatus facit vnum corpus, nec inſpicitur diſparitas numeri. Et tantum ponderat Senatus minoris numeri, quantum alius maioris, per glo.in c.paſtoralis.de reſcrip.

12 Quid vero ſi ſint 11. iudices † in cauſa, quæ vertitur intra tres partes diuerſas, & 5. iudicant pro vna, 4. pro alia, & 2. pro 3? dic non valere ſententiam, quia maior pars non conſenſit in aliquo. Ita tenet Spec. de ſententia. §.iuxta. num. 3. Et ita licèt in terminis ſupra relatæ q. ſententiam illam, quam 7. iudices de reo cognoſcentes proferebant, quam Iulianus Rhetor apud Gell.lib. 9.cap.15. proponebat in ſuſpenſo remanere, & neutram valere ſententiã dictum fuit, donec aptus iudicũ numerus in vnam aliquam ſententiam conueniat, ideſt ex eis ad minimũ quatuor cõueniant, vel iudex alius addatur. l. Duo iudices. de re iud. Et ita non malè meo iudicio ſentit nouiſſ. Robertus Titius Burgen.lib.1. locorum cõtrouer.c.1.licèt dici poſſet in hac q.fauore rei iudicandum, cùm quatuor ex ſeptem in illo conueniant, vt à morte liberetur, per tex. in d. l.inter pares. D.de re iudica. nam illi, qui cenſuerunt exilio mulctandum, & alij duo, qui in pecuniaria mulcta condemnarunt in illo cõueniunt, vt non ſit vltimo ſupplicio puniendus, vt ſupra proxima quæſtione dixi in ciuilibus ex ſtylo Senatus ſeruari. & ita etiã in cauſis criminalibus obſeruatur.

13 Hic tamen † ſtylus Senatus, vt in pari numero præponderet ſententia illorum, cum quibus Præſes conuenit, habet tantum locum in cauſis ciuilibus etiam priuilegatis, ſecus verò in cauſis criminalibus, in quibus ſi par ſit numerus, ſolet Senatus iudicare pro abſolutione, aut pro mitiori pœna, aut ſententiam differre, iuxta illud. *Nulla vnquam de vita hominis cunctatio longa eſt*. & faciliores eſſe debemus ad liberandum quàm ad condemnandum. l. abſentem. D. de pen. faciunt, quæ dicit Iaſ.in l.2.nume.40.ſi quis in ius voca.non ierit. vbi ſi diuerſæ ſunt opiniones, ſtatut pro abſolutione.per l.ſanctio legum. & l. interpretatione.d. tit.de pœn.& ita ſemper obſeruatum eſt.

Caueāt verò Dñi Senatores ne faciles ſint ad reuelãdũ vota Senatus: nam peſſimi exempli res eſt, & huius gradus indigna, memoriæque ſemper repetant Papirij illius iuuenis mirabile exemplum, qui matris licèt minis, & verberibus actus, vota Senatus minimè pandere voluit. Pœna enim capitali plectuntur ſecreta Principis, vel concilij reuelantes; & pęna falſi hos reuelatores puniendos Marſil. conſi.1.num.3. & 4.vol. 1.ſcribit, & refert addit.ad Bellugam in Speculo Principum.rub.10.lit. A. in fi. Marinum Freciam eximiæ doctrinæ virum è Senatorum voto eiectum, eò quòd vota Senatorum reuelaſſet.

Sententia Senatus, quæ ex voto pręſidis præualet, an cæterarum exemplo media cautione executioni mandari poſſit.

DECISIO II.

1 *Senatus ſententiis æquiparatur ſententia præfecti prætorio.*
2 *Appellatione pendente nihil innouandum.*

SENTENTIA Senatus habet executionem paratam, quamuis ab ea petita ſit reuiſio, & hoc eſt ſpeciale priuilegium conceſſum Senatui, ex decretis antiquis Caroli ſub rub.Conſiliar. & curia. cauſę. capit. 9. Et ex nouis conſtitutionibus Eman. Filiberti, ſub tit. *Delle appellationi*. §. *dalle ſentenze*. Habent enim
1 ſententiæ Senatus vim ſententiarum à præfecto
prætorio latarum. vt in Decretis antiquis Sabaud. Amedei. libr. 2. rubr. 164. A Sententijs vtriuſque conſilij &c. hocque iure merito, cùm eadem in hoc ordine, quæ in præfecto prætorio, præſumptio vigeat. de qua in l. 2. §. credidit. D. de offic. præfect. prætor. ſententia verò Præfecti Prætorio habet executionem media cautione. Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Impera. offeren. Et plures caſus cumulat Neuiza. de ſententijs Senatus conſ.70. in prin. ex quibus non impeditur executio.

Sed

Sed dubitatum fuit, quid ſi ea ſententia lata eſt per Senatum, in quo non omnes erant concordes, ſed præualuit ſententia vnius, vel erant pares numero, ſed præualuit illorum ſententia, pro qua ſtabat Præſes, (prout ex ſtylo curiæ noſtræ obſeruari ſupra tradidimus) An hoc caſu interpoſita ſupplicatione. & reuiſione ſuperſedebitur ab executione? Et videbatur dicendum eſſe ſuperſedendum, quia cùm illa ſententia præualeat ex quodam priuilegio inducto per ſtilum, vt dixi proxima Deciſione, & ex eodem priuilegio inductum ſit, vt eius ſententia æquiparetur ſententiæ præfecti prætorio, Priuilegia multiplicanda non ſunt, neque amplianda, vt ſtricti iuris. c. porrò. de conceſſ. præben. aliàs priuilegium Senatui conceſſum traheretur ad ius commune, contra regul. c. conſtitutus. eo. tit. vnde regulæ gene-
2 rali ſtandum eſſet. Appellatione † vel recurſu pendente nihil innouandum. toto tit. D. Nil nouar. appellat. penden. Et l. 1. in fi. ad Turpilla. quam regulam exornant latè Socin. in ſuis fallentijs, regul. 21. Appellatione pendente. Et Mandolius in tracta: de inhibitio. quæſt. 102. nu. 4. & quæſt. 105. & ſeq. Hyeronim. Manfred. de Attenta. concluſ. 131. 161. & 200. cum ſeq.

Ex aduerſo opponebatur, quòd hæc ſententia erat eiuſdem vigoris, ac ſi omnibus conſentientibus data foret, quo ad ſui validitatem, & cùm ſententiæ Senatoriæ nomen obtineret, abſonum videretur, ſi ſuum effectum non conſequeretur, & ſi aliter obſeruaretur, fruſtratorius eſſet ſtilus ille Senatus, qui etiam iure communi comprobatur, vt ſupra diximus.

Item dicebatur, vnicum duntaxat hic interuenire priuilegium, quòd ſententia Præſidis præualeat à ſtilo inductum. cæterum ſententiam Senatus non ex priuilegio, ſed ex ipſius ſententiæ vi executionem habere, cùm in iudicando in hac patria ſit loco præfecti prætorio, vnde ſicut ſententia præfecti prætorio habet executionem, ita & illa Senatus, media cautione ad formam. d. Auth. quæ ſupplicatio. Et ſecundum hanc opinionem. iudicatum fuit in cauſa Ceuenſi. Me præſide. 1584. Menſe Nouembris.

Virginem corrumpens, qua pœna puniendus ſit; & qualiter in dubio quis alicuius filius probetur, & quis partum alere teneatur.

DECISIO III.

1 *Stupratori variæ pœna antiquitus ſtatuta.*
2 *Virginem corrumpens tenetur dotare.*
3 *Stuprator virginem ſtupratam deſponſare tenetur.*
Et quæ hodie ſtupri pœnæ ſint.
4 *Mulier innupta pariens, & non probans filium eſſe alicuius certæ perſonæ, partum alere tenetur.*
5 *Muliere iuramentum in dubio referente, & viro iurare negante, ſtabitur iuramento mulieris in partu probando.*
6 *Pluribus rem cum muliere habentibus cuiuſnam filius natus eſſe præſumatur.*
7 *Vir tenetur partum ex ſe conceptum ſtatim alere.*

VIRGINIS ſtuprator qua pœna puniendus eſſet, quæſitum aliquando fuit; Et pro reſponſione aliquot concluſiones de iure veras proponendas duxi, ex quibus clara quæſtionis reſultabit deciſio, non ſolùm circa hoc, ſed etiam circa alia, quæ dici poſſent; & de quib. dubitari continget.

1 Prima eſt concluſio, quòd † virginis ſtuprator antiquitus iure Rom. & ante legem Iuliam à Ceſare latam, ſiue donis, & præmio blanditijſúe virginem ad deflorationis conſenſum induxiſſet, ſiue etiam illa inuita ſtuprata fuiſſet, pœna capitis afficiebatur. §. item. l. Iulia. Inſtit. de publi. iudi. Clar. in §. ſtuprum. in verſicu. ſed quæro: in fin. quæ pœna tanquam à nulla lege inducta extraordinaria dicitur. l. 1. §. qui puero: D. de extraordi. crimin. Poſteà verò lege Iulia lata, illa fuit irrogata mitior pœna; vt ſi honeſti ſint, & nobiles publicationem partis dimidiæ bonorum, ſi humiles corporis coërtionem cum relegatione patiantur, modo ſtuprum ſine raptu factum fuerit. §. eadem lege. Inſtitu. de public. iudic. Differentia enim à iuris authoribus inter ſtuprum, & raptum conſtituitur, vt dicemus ſuo loco. De iure verò Saxonum, & iuxta aliarum gentium conſuetudinem, quæ ſponte ſtuprata fuerat; viua cum ſtuprante cremabatur, vel viua ſepeliebatur, & ſtuprator ſuper eius corpus crucifigebatur, & alijs huiuſcemodi pœnis afficiebantur, de quibus per Bermõdum Choner. in tracta. de publ. concubin. ſub rubrica de ſtupro. nume. 9. legibus VViſigotorum nullam aliam pœnam ſtuprator patiebatur, niſi quòd toto vitæ ſuę tempore prohibebatur vxorem ducere, vt legitur in lib. illarum legum. 3. titu. 4. de adulter. l. 14. & multa refert Alex. ab Alex. Gen. di. lib. 4. c. 1.

Secunda concluſio eſt, quòd de iure canonico
2 † corrumpens Virginem tenetur eam de bonis ſuis dotare. cap. 1. de adulter. & ita veteri lege cauebatur. Exod. & Deuteronom. 22. quòd procedit, etiamſi corrumpens negaret illam fuiſſe virginem; ſecundum Abba. in d. cap. 1. quia præſumitur virgo, vt ex cõi dicit Clar. libr. 5. ſententiarum. §. ſtuprum. verſicu. ſed pone, niſi ſtuprator probaret, quòd tempore, quo eam cognouit, fuit ab alio cognita. Ioan. de Anan. dicto capitu. 1. nume. 3. & in dubio ſtabitur magis dicto ipſius puellæ, vt tradunt omnes in dicto cap. 1. Bermondus Choner. dicto loco. nume. 10. niſi adſint coniecturæ, & præſumptiones in contrarium, vt tradit Parif. conſi. 160. nume. 8. libro 4. Quòd ſi remiſſionem iſtius dotis ſtuprator à puella, & eius parentibus impetrauerit, ab hac pœna liberabitur, modo remiſſio dolo, vel metu, aut vi extorta non fuerit. Chouer. dicto loco. nume. 4. Quanta verò dos eſſe debeat, & cuius perſonæ qualitas inſpicienda

ſpicienda, cenſuit aliàs Excellentiſſimus Senatus apud Dom. Ozaſcum Deciſio. 107. & eam arbitrio iudicis moderandam exiſtimo habita ratione nobilitatis, ſtatus, & qualitatis puellæ, & diuitiarum rei.

3 Tertia eſt concluſio, † quòd ſtuprans virginem ſi ipſa, & pater eius conſentiunt tenetur illam in vxorem ducere, vt eſt tex. in cap. 2. de adulter. cũ glo. in d. cap. 1. & d. cap. 22. Exo etiam ſine dote, vt ſcribit Neuizan. in ſilu. nupt. lib. 3. num. 21. quam tamen ipſe ſtuprator de eius proprijs bonis conſtituet, antequam matrimonium contrahat. Abb. d. cap. 1. num. 3. Et ſi nolit deſponſare, punietur vltra dotem pœna corporali ſeu pecuniaria d. c. 2. vbi Doctores. de adulter. quæ pœna ſiue ordinaria ſiue extraordinaria ſit, arbitrio iudicis relinquetur. vt dicit Paul. Grilland. in tracta. de pęn. omnifar. coit. illici. q. 7. nu. 3. in fi.

Quarta concluſio ſequitur, quòd ſi virgo, quæ deflorata eſt, non ſit honeſtæ vitæ, vel vilis perſona, tunc ſtuprator non tenetur illam dotare, aut vxorem ducere, neque incurrit pœnam aliquam. per text. in l. quæ adulterium. in fin. verſicu. hæ autem. C. ad legem Iuliam de adulter. & ita in terminis conſuluit Pariſ. d. conſi. 160. per totum libro 4. Burſa. conſi. 69. nume. 13. lib. 1. qualiter vero inhoneſtas vitæ probetur, tradit Cephal. conſi. 140. libro 1.

Quinta eſt concluſio, quòd licèt multæ pœnæ ſtupratoribus aliàs fuerint impoſitæ, & aliquando iuris ciuilis, ſeu legis Iuliæ diſpoſitionem obſeruari quidam voluerint, dicentes diſpoſitionem illorum cap. 1. & 2. de adulter. procedere ſolùm in terris Eccleſiæ, non autem in locis Imperij, vt nouiſſimæ præceteris voluit Ludouic. à Peguera Hiſpan. Deciſ. criminalium. capit. 42. nume. 5. Tamen hodiè de conſuetudine nulla alia pœna ſtuprantibus irrogatur, quam vt, vel ducant ſtupratam in vxorem, vel condecenter dotent, de qua conſuetudine in multis locis vigente teſtatur Clar. in d. §. ſtuprũ & ita in hac patria ſolet practicari, neque vnquã pro ſimplici ſtupro pœna mortis ſolet imponi. Matheſilan. notab. 100. Grammatic. voto 17. nume. 2. vbi tamen aliter ſentit quando ſæpius tale delictum cum diuerſis puellis fuiſſet commiſſum, vel eſſet perſona vilis, quæ nobilem puellam deſloraſſet, argumen. l. 1. de mul. quæ ſe prop. ſerui. vel tutor pupillam. l. 1. C. ſi quis eam, cu. tut. eſt corrup. Verùm in foro conſcientiæ, ſi virgo ſeducta ſub ſpe matrimonij fuerit à viro non coniugato, crederem illum non eſſe tutum, neque abſolutione dignum, niſi promiſſa adimpleret, vel corruptam induceret, vt media dote alias requirere nuptias contenta eſſet, vt innuere videtur Bermondus Chouer. dicto loco. nume. 16. & interim pęna ſalutaris hodiè à Sacerdote iniungitur, quam ſeptem annorum eſſe voluit Menoc. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſ. 288. ſed magis arbitrio Sacerdotis approbati ego relinquendam credo. vt dicit Chouer. d. loco. nu. 18.

4 Sexta ſuccedit concluſio, † quòd ſi mulier innupta ex tali coitu concipiat & pariat, dicatque partum eſſe alicuius certæ perſonæ, & ita iuret, ille vero neget ſe habuiſſe rem cum illa muliere, & filium non eſſe ex ſe conceptum, tenebitur mulier alere filium, nec ſtabitur eius dicto etiam iurato. Et ita expreſsè conſuluit Alex. in conſ. 157. circa primum. lib. 5. & hoc eſſe memorabile dictũ Bal. in conſ. 437. lib. vlt. dicit Catellan. Cotta inter memoralia. in verbo Hæres ſuus. & de hac concluſione plura Boer. Deciſ. 299.

Septima regula eſt, ꝙ ſi vir cõfiteatur ſe habuiſſe rem cum illa, ſed partum non eſſe ſuum, quia etiam cum alijs viris concubuit, tunc ſtaretur iuramento mulieris, quod partus eſſet illius viri, cuius ipſa eſſe dicit, niſi vir clarè probaret, quòd alij habuiſſent rem cum ea ita quòd poſſet veriſimiliter eſſe aliarum filius. ita etiam tenet Alex. d. cõſi. 157. quæ probatio clarior reſultaret, ſi illam continuo iuuenes, & ſcholares interdiu & noctu, ad ſe admiſiſſe ↄſtaret. iux. Bal. in l. neq; natales. C. de ꝓb. & ita cẽſuit Senatus ĩ q̃dã cã Riparoli. 1575

Octaua eſt concluſio, quòd ſtantibus dictis ſu-
5 pra in Sexta concluſione, † ſi mulier neſcit qualiter probare filium eſſe illius viri, nec poteſt probare illum habuiſſe rem ſecum, tunc poteſt mulier deferre illi viro iuramentum, vt vel iuret, quod non habuit rem cum ipſa, vel referat, & ipſo non iurante ſtabitur iuramento mulieris. ſed ſi mulier haberet alias probationes puta, quòd ipſa palàm, & multis id confeſſa eſſet, & alia adminicula, tunc præſumeretur filium eſſe illius, niſi ipſe ècontrario probet, quòd alij habuiſſent rem cum illa, vt dixi ſupra in 7. conclu ſ.

6 Sed maxima difficultas eſt, † quando eueniret caſus, quod fateretur, vel alio modo probaretur plures habuiſſe rem cum muliere, & à quouis iſtorum veriſimiliter potuiſſet partum concipere, quid ſtatuendum? & breuiter dico, quòd viris negantibus partum agnoſcere, tunc ſtaretur iuramento matris dicentis eſſe filium talis, præſertim alijs coniecturis concurrentibus, vt quia effigie illum referret, quem mater nominat, vt voluit Alcia. lib. 9. παρέργων. capit. 12. ſolet enim plerunque filius ſimilis eſſe patri. gloſſ. in §. qui mancipia. l. quod ſi nolit. D. de ædilit. edict. & latè Tiraqu. L. connubial. 7. nume. 37. qui plures in hoc citat. & multa ad hoc congerit Menoch. li. 2. de arbi. iudi. caſ. 89. num. 97. facitque illud Didonis apud virgil. 4. Aeneid.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula.
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

Et alijs multis in locis apud Poetas, & extat plenum iſtiuſmodi coniecturæ epigramma apud Martial. lib. 6. quòd eſt in cinnam conſcriptum illis verbis.

Pater ex Marulla, cinna factus es ſeptem.
Materna prodũt capitibus ſuis furta; & quę ſequunt̃.

Et ſi hic vir quem mulier nominat publicè, aut ſal

tem

tem priuatim, multis vel duobus aut tribus confeſſus eſſet, quòd illam mulierem, de cuius partu diſceptatio eſt, cognouit, facilè ex ſupra ſcriptis decidi poſſet partum eſſe ſuum, ad quod eſſent examinandi illi, quibus ipſe id faſſus eſt, & alij, qui talem copulam ſciunt, qui ſi deponere nollēt, poſſent ad id via monitorialium compelli, aliàs inuanum mulier laborat, nec deficit illi ius ſed probatio.

7 Dubium autem erat, † quid ſi probatum ſit illum quem mulier nominat, eſſe patrem nati filij, an teneatur illum alere? Dubietas oriebatur ex iuris ciuilis regula, qua cauetur patrem filium ſpurium alere non teneri. Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. & quòd mater ipſa alimenta ſpurijs dare teneatur ſcribit Specula. in tit. qui fil. ſint legit. num. 17. par. 4. per tex. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum autē. & §. idem reſcripſit. D. de liber. agnoſcen. & tenet Iacobin. in l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. num. 41. D. de iudic. Verùm cùm hæc quæſtio verteretur in Senatu fuit per Dominos cōcluſum, quòd vir teneretur partui alimenta ſoluere, ac etiam ipſi matri. iux. Bar. in d. §. vtrum autem. nume. 2. & in ſuo tracta. de aliment. nume. 17. qui ex diſpoſitione iuris canonici hoc procedere concludit. c. cum haberet. de eo, qui dux. in matrimon. quam poll. per adulter. quod caput licèt Alex. conſi. 74. nu. 3. lib. 3. dicat in hoc caſu non ſeruari in terris imperij, tamen magis eſt vt etiam in foro ſeculari illud procedat, vt ibi poſt multos tenent Moder. Pariſien. & nouiſſimè Hiſpanus Antonius Corduba. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. nume. 17. Euerard. in loco ab alimen. ad dotem. col. 2. Aduertendum tamen, quod ille tex. in c. cum haberet. dicit matrem ſimul cum patre teneri hæc alimenta præſtare: vnde reſtringenda eſſet illa deciſio Bart. quando mulier eſt inops, nam tunc pater tenebitur omnia alimenta ſoluere, vt per Bal. in l. ſed & ſi. §. 1. D. ad exhiben. Sil. nupt. lib. 3. num. 26. Corduba. in d. §. idem reſcripſit. num. 37. & matrem inopem alere, vt dicit Io. Roiaſ. in Epito. ſucceſſ. cap. 22. num. 13. qui ita ſæpius iudicatum aſſerit. quamuis aliàs in vxore dicatur, quòd debeat alere filium vſque ad triennium. l. nec filium. C. de patr. poteſta. glo. fina. in d. c. cum haberet. ſed ibi alia eſt ratio, quia ceſſat delictum ex parte viri, qui legitimè cum illa concubuit. in caſu autem iſto ſemper culpa eſt viri, qui præſumitur ſeduxiſſe illam puellam. vt per Doctor. in d. capitu. 2. de adulter.

Sed cùm de ſtupro quærimus, dubitari etiam poſſet, quæ pœna illis imponenda eſſet; qui virginem non viripotentem corrumpunt. de hac quæſtione ſcripſi infra Deciſ. 148. & vide Clar. in d. §. ſtuprum. verſicu. fuit aliquando. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. caſ. 294. Qualiter verò ſtuprum probetur, tradit nouiſſimè Ioſeph. Maſcard. de proba. lib. 3. litera S. concluſ. 1338.

Oppoſitio de iure tertij quando valeat, & an in petitione hæreditatis inſolidum per cohæredem facta poſſit opponi de iure alterius cohæredis.

DECISIO IIII.

1 *Oppoſitio de iure tertij quibus in caſibus admittatur, & nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*
7 *Ius tertij ab eo cuius intereſt ſemper allegari poteſt.*
8 *In petitione hæreditatis inſolidum per cohæredem facta, an poſſit illi de iure alterius cohæredis opponi.*

OPPOSITIO de iure tertij in iudicio facta regulariter non ſubſiſtit. l. loci corpus. §. competit. vbi Bartol. & Docto. D. ſi ſeruit. vindi. l. ſi quis emptionis. §. ſin vero nullum. C. de præſcrip. 30. annorum. latè Natt. conſi. 419. num. 11. Quòd præſertim in materia beneficiorum procedere tenuit Ancharan. in conſil. 297. colum. 6. in princip. Sed multi caſus ab interpretibus examinantur in l. 2. de except. rei iudic. in l. cum ſeruum. C. de ſeru. fugit. & in l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. D. de condict. indebit. ac multis alijs in locis, in quibus hæc regula non habet locum, quorum aliquos hic ſubtextui, ad clariorem huius regulæ intellectum.

1 Primus eſt, † quando hæc exceptio à reo ea de cauſa proponitur, vt in totum ius agentis excludat. veluti in illa ſpecie ſi actor petat à me fundū, & ego dico ſuper eo nullum illi ius competere, quia ipſe non eſt dominus ſed Titius, aut alius, vt expreſsè voluit Cyn. in d. l. cum ſeruum. in fi. C. de ſeru. fug. nam tunc licèt opponam de iure, quod alius habet ſuper fundo, tamen, quia excludo in totum actorem à ſua petitione, valet oppoſitio. per tex. in l. fina. C. de rei vendicat. Bar. in d. l. 2. de excep. rei iud. & in l. ſi rem alienam. D. ſol. matrimo.

2 Secundus eſt caſus, † quando ego in alicuius ius ſucceſſi, & oppono contra agentem de iure illius tertij, tunc valet exceptio. Barto. in d. l. 2. verſi. & vt iſta materia. Idemque Bal. cenſet in quocunque mandato, & ceſſione. in d. l. cum ſeruum.

3 Tertius caſus † proponi poterit in conductore, emphyteota, & feudi poſſeſſore, ac ſimillib. qui contra agentem poterunt de iure directi domini, à quo ipſi ius habent, opponere. l. 1. §. fina. D. ſi ager vectigal. quam tamen exceptionem tunc demum Bar. vult procedere, ſi ille tertius, de cuius iure excipitur, oppoſitioni conſentiat. in d. l. 2. num. 1. Hincque, & poſſeſſor rei emphyteoticę, vel feudalis poterit excipere de iure vtilis domini, à quo rem poſſidendam habuit, vt idem Bar. tradit in fi. d. l. 2. Et nota. in l. 2. C. de iur. emphytheo. & in d. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. vbi Bar. num. 13. Alex. num. 9. Et Iaſ. num. 11. per glo. ibi, quam dicunt valdè mirabilem.

4 Quartus fingi poteſt caſus † in ipſomet tertio

actore,

actore, qui de alicuius iure vult opponere: nam tunc valet oppoſitio, modo ius quod adducit plenè probet, & ſit excluſiuum iuris alterius. Socyn. in d.l. 2. col. 2. verſiculo. ex quibus concluſionibus. D. de excep. rei iud. atque ita per Rotam Romanam deciſum fuit 15. Maij. 1551. teſte D. Paulo Aemilio Verallo Deciſ. 254. par. 3. Litera l.

5 Sextus caſus † huius exceptionis poni poteſt in ſpecie donationis, & cenſus finiti, de qua per Caſtren. in cōſi. 367. ſuper eo, quod quæritur. nume. 2. lib. 1.

6 Sextus effingi poterit caſus† in fœmina redimere, ſeu alio quouis titulo rem feudalem recuperare volente: nam tunc poſſum opponere & excipere, quòd res eſt feudalis, & quod ipſa ex hoc nullum in re petita ius habere poterit. iux. doctr. Bar. in d.l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. eſt enim hęc exceptio in totum excluſiua iuris agentis, ideo in facti contingentia Excell. Senatus hanc oppoſitionem admiſit, & ego obtinui, in cauſa mea contra Comitiſſam Pollongheriæ 1584. 23. Iunij. probando bona feudalia, & ipſam incapacem.

7 Denique † illud in quacunque materia commune eſt, vt poſſit allegari ius tertij ab eo, cuius intereſt. Alex. & Caſtr. in l. ille à quo. §. ſi de teſt. D. ad Trebell. Alben. conſi. 64. num. 3.

Sed præter ſupraſcriptos caſus nota alium, qui videtur dubius, & de quo maxima aliquando in Senatu orta cōtrouerſia fuit, nec reperio illum in

8 terminis examinatum. † Quidam petebat hæreditatem defuncti inſolidum; opponebatur, quòd non poterat inſolidum petere, & quòd nulla erat actio, cùm extarent alij cohæredes, & perſonæ cum illo concurrentes; quæſitum fuit, an reus rectè opponeret, cùm hæc oppoſitio eſſet de iure tertij. Pro actore adducebatur in primis doctr. Bar. in d.l. 2. de excep. rei iud. in verſiculo. quandoque ius tertij. vbi dicitur, quòd quando oppoſitio de iure tertij non eſt excluſiua iuris agentis niſi ille tertius velit, tunc non poteſt opponi niſi facta declaratione per illum tertium, exemplificando in emphytheota cui opponitur, quòd ceciderit in commiſſum, tamen talis oppoſitio non valet niſi tertius prius id petierit, per l. 2. C. de iur. emphytheo. vt diximus ſ. in tertio. caſu. nam vt poſſit ad caducitatem agi, requiritur declaratio ipſius Domini, vt p Doc. in c. potuit. de loc. & conduc. Clar. in §. emphyteoſis. quæſt. 9. ſic in propoſito dicendum videbatur in caſu noſtro, ex quo enim ius tertij non excludit agentem niſi ipſius tertij declaratione ſecuta, nempe, quòd velit adire, & ſic acquirat ſibi ius actu, & potentia vt dicit Bal. in Authen. qui rem. col. fi. C. de Sacroſ. eccle. & talis declaratio adhuc non interuenit, hæc oppoſitio fieri non poterat, quia nullus alius eſt hæres, cùm nullus adhuc adierit. Dec. conſilio. 633. num. 4.

Secundò pro actore petente hæreditatem contra excipientem faciunt ea, quæ in terminis huius exceptionis dicit Bal. in d. l. cum ſeruum. nume. 1. quod excipiens dicatur agens, actor verò non poſſit de iure tertij opponere, præſertim cùm excipientis non interſit: nam ſiue actor ſiue alius habeat, ipſe illius portionis alteri relictę nūquam erit legitimus poſſeſſor, vnde nihil illi prodeest hæc exceptio.

Tertiò faciebat in caſu noſtro, quia hæc oppoſitio non erat in tpe facta, cùm debeat fieri à parte ante lit. conteſt. cùm ſit dilatoria, & impediens litis ingreſſum, vt p Alex. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. col. 1. ad Trebell. Abb. in c. ex parte. num. 6. de teſtib. & in hac oppoſit. requiritur mandatum, ceſſio, vel ſucceſſio, iux. Bal. in d. l. cum ſeruum. quę cùm hic non concurrāt, fruſtratoria reddi deberet.

In contrarium pro excipiente dicebatur, quòd valida erat oppoſitio, & quòd poterat reus dicere actori, quo ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ſi ſeru. vind.

Primo, quia in hac materia non inſpicimus iniquum ius poſſidentis, ſed bonum ius agentis. l. fi. C. de rei vindicat. vbi Pau. de Caſtr. not. quòd poteſt quis opponere de iure tertij, quando eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ideſt, quia ex ipſa oppoſitione conſtat agentem ius non habere.

Secundò facit pro hac ſententia tex. in l. 1. §. 1. vbi doctores. D. ſi pars hæred. peta. vbi ille, qui petit hæreditatem, debet concludere ex perſona ſua & iure, quod ipſe habet, non autē ex perſona poſſeſſoris, imò ſi ex parte hæres ſit, partem petere debeat, vt dicit Specul. in tit. de act. ſeu petit. in princ. lib. 2. & ideo cum non conſtet iſtum agentem habere ius inſolidum, quinimo ex actis appareat de contrario, merito eſſet dicendum, illum à tali petitione excludendum fore, quia actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden.

Tertiò in hanc rem facit melior tex. in l. 2. dicto tit. ſi pars hęred. peta. vbi clariſſima Iuriſconſul. verba pro hac ſententia ſunt, quòd qui petunt hæreditatem, non debent maiorem partem petere, quam habituri eſſent cæteris adeuntibus, nec eis proderit, ſi cæteri non adierint. Ideo ex his omnibus concludendum videretur, hanc oppoſitio de iure tertij à Reo factam ſubſiſtere: nam & ſi obtineret, cæteris poſtea hæredibus reſtituere cogendus eſſet, & dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt, & hanc partem videtur tenuiſſe Specu. in titu. de iudic. nume. 3. libro 4. & expreſſius Caſtren. in d.l. 2. ſi pars hæredita. peta. Agens enim ſaltem in hoc caſu concludere tenetur in libello, & petere declarari ſe hæredem inſolidum, vel pro parte, vt dicit Ozaſc. dec. 74. nu. 4. & ita ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum per Excellentiſſimum Senatum in cauſa Domi. Ioan. Antonij de Gatinaria. 1554.

Ad contraria reſpondetur, & ad primum, quòd ibi Bartol. loquitur in diuerſis terminis ſecundùm. l. quam allegat: nam ibi non opponitur contra emphyteotam de iure tertij, quia emphyteota adhuc remanet vtilis dominus donec directus declaret eum cecidiſſe, ſed in caſu iſto agens nullum pęnitus ius habet durante tempore, quo poteſt alter adire. l. quandiu. la 2. D. de acq. hære.

Ad ea, quæ dicit Bald. in d. l. cum ſeruum. reſpondet ibidem Bald. illa non procedere, quando exceptio eſt in totum excluſiua iuris agentis, vt

hæc eſt: nam iſte petit, ꝙ ſuum non eſt, & in quo nullum penitus ius habet, & ideo melior interim erit conditio poſſidentis, & contra petitorem in his caſibus ſemper iudicari ſolet. §. commodum Inſti. de interdict.

Ad tertium de eo, quòd hæc exceptio non fuit oppoſita ante litem conteſtatam, Reſpondetur, quòd contrarium tenet ibi idem Alexan. dicens, quòd iudex debet etiam poſt litis conteſtationem hanc exceptionem admittere, & ſi aliter faciat poterit pars appellare. in dicto. §. ſi de teſtamento. nume. 5. in fin. Præterea iſta non dicitur verè oppoſitio de iure tertij, ſed de non iure agentis: ſufficit enim, quòd conſtet ex actis alios extare, & ideo cenſuit Senatus in dicta cauſa talem exceptionem colligi poſſe ex productis in actis, & hoc ſufficere, licèt non eſſet nominatim oppoſita: Et quod dicitur rei opponentis non intereſſe: Reſpondetur ſatis intereſſe, quia ſi totam hæreditatem reſtituat huic actori, poſſet ab alio cohærede moleſtiam pati, qui portionem ſibi debitam recuperare intendit. Et quamuis non interuenerit ceſſio, aut ſucceſſio, vel mandatum, tamen quando eſt excluſiua iuris agentis ſemper opponi poterit, vt omnes in dicta l. cum tuum. & in dicta l. 2. concludunt. Et ampliatur hęc concluſio, etiamſi ſupereſſet parum tpis ad excludendos cohæredes prout erat in caſu, in quo iudicauimus, vbi deerant tantum 8. vel 10. Menſes ad 30. annos complendos. Quod tamen fallit ſi adit quis hæreditatem de iure prætorio, quia tunc poſt lapſum 100. dierum poterit cohæres petere partem aliorum, quia accreſcit illi reuocabiliter ſecundum Alexan. in l. 1. colum. pen. C. quando non petent. par. quamuis ibi Cagnol. poſt alios per eum relatos contradicat, ſecus ſi ſuccederet quis de iure ciuili, & ita in ſupradicta cauſa iudicatum extitit, in qua plures alię quæſtiones diſcuſſæ fuerunt, de quibus videndus D. Ozaſc. deciſ. 56.

Auus maternus Patruum à Nepotis ſucceſſione an excludat.

DECISIO V.

1. *Æqualitas in ſucceſſionibus eſt ſeruanda.*
2. *Auus eſt in ſecundo gradu inter aſcendentes, patruus in tertio.*
3. *Auus maternus à tutela patruum excludit.*
4. *Auus maternus patruum à ſucceſſione nepotis excludit.*
5. *Succeſſionis cauſa quando claudicare dicatur.*

PATRVVS Antonij defuncti an ſuccedat ipſi Antonio defuncto, exiſtente auo materno dubitatum fuit, & videretur primo dicendum patruum admittendum, quia regula eſt, quòd actus aliquis claudicare non debet. l. præterea. D. manda. gloſſ. in capitu. de illis. de
deſponſat. impuber. & capitu. 1. de eo, qui duxit in
matrimon. quam pollu. per adulter. glo. in §. 1. in
verſicu. non obligantur. de authoritat. tuto. per tex.
1 in l. litigatores. §. penu. D. de arbitr. † æqualitas enim
ſemper ſeruanda eſt, præſertim in ſucceſſionibus
dicit Ancharan. in conſi. 377. colum. 2. & videtur
text. in l. ſi ab eo. C. de legiti. hæredib. ſed ſic eſt,
quòd Antonius ſuccederet cum auo patruo defuncto. authen. vt filij fratr. in princip. glo. in auth. defuncto. C. ad Tertullia. Ergo idem inter auum, & patruum in ſucceſſione nepotis ſeruandum eſſet.

Secundò pro patruo facit alia æquitatis ratio, quia magis conſentaneum, & æquum videretur, vt patruus, qui ex eadem familia eſt, & in quo ius familiæ, & nomen magis conſeruatur, nepoti ſuccederet quam auus maternus, qui poſt mortem ſuam hanc nepotis ſucceſſionem ad hæredes alterius ſanguinis, & agnationis prorſusque extraneos relinquere poterit: in hocque tacita, & præſumpta defunctorum voluntas ſuum ſortitę poſſet effectum: nam ſi teſtari potuiſſent propriam agnationem dubio procul extraneæ prætuliſſent, ſic enim vetuſtas maſculos plus dilexit. §. item vetuſtas. Inſt. de hære. ab inteſt.

Sed quòd auus excluſo patruo veniat admittendus ad hanc nepotis ſucceſſionem, aliorum
ſententia fuit. Primo, quia clarum eſt in iure no-
2 ſtro, quòd patruus eſt in tertio gradu aſcendentiū,
auus verò in ſecundo. l. Iuriſconſultus. §. ſecundo. & §. tertio gradu. D. de gradib. affin. certa verò iuris regula eſt, quod hæreditas ad proximiorem defertur. §. 1. authen. de hæred. ab inteſtat. authen. defuncto. C. ad Senatuſconſul. Tertullian. l. auunculo. C. commun. de ſucceſſion. quæ regula ex veteri legum duodecim tabularum fonte deſcendit, ergo auus tanquam proximior erit admittendus.

Secūdò, quia ad quem tutela reddit, eò & hære
ditas peruenit. l. 1. D. de legitim. tutor. §. fina. inſt. de
3 legit. patron. tute. Sed † auus in tutela admitteretur
excluſo patruo, vt latè conſuluit Dec. conſilio. 188. lib. 1. contra quàm voluerit Gozadin. conſ. 54. qui tū loquitur ſtante ſtatuto cognatorum excluſiuo. Nam iure nouiſſimo tam agnati quàm cognati hodiè ad tutelam admittuntur. vt dicit Bar. in d. l. 1. D. de legit. tuto. Auus ergo ſicuti bonorum legitimus adminiſtrator in vita nepotis eſſet, ita & poſt mortem vti proximior hæreditatē obtinebit.

Tertiò pro hac ſententia videtur tex. clarus in auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. vbi ſpeciale eſt vt fratrum filij admittantur cum fratre defuncti, in alijs verò ſeruatur graduum prærogatiua. per quæ verba (ſecundū gradus prærogatiuam) excluditur, ne dici poſſit, quòd vna perſona ſuccedat, ſeu ſubrogetur in locum alterius. lux. Caſtren. in d. Auth. poſt fratres. nume. 3. & quòd, illud ſit ſpeciale in filio fratris, vt admittatur ad ſucceſſionem cum propinquiore, videtur velle idem Caſtren. in auth. ceſſante. C. de leg. hæred. Dec. conſ. 1. num. 6. & quòd aſcendentes omnibus præferan-
tur exceptis filijs fratrum, eſt tex. in §. ſi igitur. au-
4 then. de hære. ab inteſt. vnde auus † patruum ex-
cludet

cludet à ſucceſſione iſtius nepotis, vt voluit Cyn. in tracta.de ſucceſſ.ab inteſta.par.2.in fi. Bal.in l.quicunque.num. 11.C.de ſeru.fugit. Dec.conſilio 71. col.3.lib.1.verſiculo. ſic etiam. Gozad.conſ.54.nu. 2.& 10.verſiculo. Non obſtant contraria.& ſecundum hanc poſteriorem opinionem cenſuit Senatus.1556.

Ad ſupradicta poteſt reſponderi. Et ad † primum, quòd dicitur ſucceſſionis cauſam non debere claudicare, vt procedat inter ipſos ſuccedentes, & niſi alius ſit in medio cuius reſpectu alter excludatur;exempli gratia,filio ſuccedit nepos excluſo patre ſeu auo, & tamen ſi decederet auus, ſeu pater ipſe filius ſucceſſiſſet, & ſic quamuis pater expectet ſucceſſionem aui, tamen auus non admittitur ad ſucceſſionem filij ſui dum adeſt nepos, quia tertia illa perſona nepotis,quę eſt in medio auum excludit,ſic & idem in caſu iſto, media perſona aui excludit patruum, quamuis ipſi patruo ſucceſſiſſet nepos ex fratre cum auo. auth. vt frat.fil.&quòd non ſit validum argumentum à regula reciprocationis tenet in ſimili Curt. Senior conſ.46.Habita diligenti.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd leges potius proximitatem ſanguinis quàm genus,& familiam in ſucceſſionibus ab inteſtato deferendis proſpexerunt ideo quamuis antiquitus agnati, qui virilis ſexus ſunt,cæteris cognatis præferrentur in ſucceſſione tanquam prædilecti, tamen Iuſtinianus hãc diſpoſitionem penitus abrogauit, omni ſexus differentia ſublata.§.nullam verò.auth. de hæred. ab inteſta.auth. ceſſante.& auth. poſt fratres. C.de legit. hæred. §.item vetuſtas. Inſt. de hæred. quæ ab. inteſta.licèt Iuſtinianus hac in re nimis contra morientium præſumptam voluntatem cognatis fauere viſus ſit.

Iudex recuſatus vt ſuſpectus an in cauſa ſuſpitionis interrogari poſſit, vt veritatem dicat. Et quando id locum habeat.

DECISIO VI.

1 *Iudex recuſatus non poterit de cauſa criminoſa interrogari.*

2 *Iudex ſuper cauſa ſuſpicionis interrogatus non ſolùm tenetur reſpondere ſimpliciter,ſed etiam cum iuramento.*

IVDEX recuſatus vt ſuſpectus ad formam c. ſuſpitionis. de offi. delega. an poſſit per arbitros electos in cã ſuſpicionis interrogari,vt veritatẽ dicat circa illas cãs ſuſpicionis aduerſus illũ adductas;quæſtio fuit. Et quidã quos innominatos citat Specula.in titu.de recuſat. §.fina.in fin. tenuerunt poſſe. per.§.1.auth.de teſtib. & l.is apud quem. C.de eden.& pro hac opinione eſt gloſſ. ſingularis. in cap. 1.in verbo. ſiue confeſſi. de excep. quam etiam citat Io. Andr. & illam ſequuntur ibi Abb. Imol. ac alij infra citandi. hancque ſententiam ſępius ſe vidiſſe obſeruari in Parlamento teſtatur Aufrer.in tracta.de recuſat.num. 46.quæſt.9.& Rebuff. in tracta. eiuſdem tituli. Articu.1.gloſſ.3. in fin. Caualcan. deciſ.28.nume. 109. 2.par.

Contrarium tamen videtur tenere Specula. in d. §.fi. dicens ſupra relatam opinionem non ſeruari poſt Vber. de Bobio. quem ibi citat Io.Andr. & hoc firmat Spe.per tres rationes.Prima eſt. quia nihilominus durat adhuc iudex,quandiu hoc pendet.Secundò, quia id incidẽter deducitur.Et cã recuſationis non principaliter,ſed incidenter examinatur,vt dicit Didac. practica. quæſtionum. cap. 26.nu.3. cir.fi.Tertiò,& vlt.quia quis non tenetur ſe prodere; Prætereà iudex requiſitus aliquando verum non dicet, ſi aliunde veritas ſciri non poteſt, imò contrarium reſpondebit, ne cauſa ab eo auferatur, hincque emolumento ab ea prouenięto priuari poſſit.

His tamen non mouentibus contraria ſententia verior eſt,& ſequenda, & ſecundum illam iudicauit Senatus me referente. Ad rationes Speculi facilis eſt reſponſio: nam primò reſpondetur, quòd non eſt iudex, & teſtis in hac cauſa recuſatus, ſed potius arbiter, & officio arbitri fungitur, imò potius pars eſt, & vti priuatus in illo actu iudicandus.Ad ſecundam reſpondetur, quòd cauſa ſuſpicionis non deducitur incidenter, ſed principaliter, vt ſatis conſtat. Et verè quidem eſt articulus incidenter examinandus, ideo in ea cauſa ſummariè proceditur, vt dicit Didac. tamen ab opponente, & recuſante principaliter deducitur: Ad tertiam reſponderi poteſt, quòd illud dictum Speculi poſſet procedere in cauſa criminoſa, in qua quis non tenetur ſe prodere, & ita poteſt in-
1 telligi opinio Speculi in d.§.fina. † Et limitari affirmatiua regula, vt non procedat in cauſa criminoſa,prout limitat Aufrer.d.titu.de recuſat.quæſt. 9.in fin. poſt Barbat. in d. cap. 1.& ita etiam ibi tenet Abb.arguendo ex eo, quòd dicitur de teſte in c.cum cauſam. de teſtib.& faciunt ea, quæ ſcribit Didac. pract. quæſt. cap. 18. nume. 7.& quamuis contra hanc limitationem videatur tex. in auth. ſed nouo iure. verſiculo. ſed ſi datum. C.de pœna iud. qui ma. iud. per quem tex. ita videtur ſentire Archid.in c ab arbitris.col. 2.de offi. & poteſta.iud. delega.lib. 6.& Butr. in d.c.1.col. 2.de excep. & ob id generalẽ illã regulam proponant Io. And. Imo. & alij in d. c. 1. tamen humanior eſt ſententia, vt criminoſę interrogationi non teneatur reſpondere, ſicut etiam pars ipſa non teneretur. Et nos hoc iure vtimur.

Retenta igitur illa opinione, vt Iudex recuſatus
2 poſſit ſuper ſuſpicione interrogari, † amplia. 1. vt etiam teneatur iurare,ſecundum eos quos allegat. Spec.in d.§.fin. & clarus Francus. in c. cum ſpeciali.quæſt.7.de appellat.& optimè facit text. in d.authen. nouo iure. idque videtur de mente gloſſ.

in d. cap. 1. de except. dum arguit à teſte, qui iuratus deponit. & ab hac opinione non recedit vir doctiſſimus, & optimè de iuris: prudẽtia meritus. Didac. Couarru. in lib. practicar. quæſtio. capit. 26. num. 3. vbi quamuis poſt concluſum in cauſa hanc ſuſpicionis allegationem teſtibus probandam non admittat, tamen ipſius recuſati iudicis iuramento probari poſſe concedit, quia in illa cauſa ſummariè procedi ſolet, licèt contrarium teneat Io. Andr. in d. c. 1. circa fin. & Anton. de Butr. ibi col. 2. verſiculo. & dicit. aſſerens doctores ita tenere. & opinio. Io. Andr. ſimpliciter ſequitur Geminia. in d. c. ab arbitris. col. 1. & ſequitur Imo. in d. c. 1. volens, quòd tantum extraiudicialiter id fieri poſſit. Hincque conſtitutum in Gallia quidam in Inſtitut. forenſib. lib. 1. cap. 18. referunt, vt non poſſit ſe iudex, vel ſupremę curię Senator in cauſa ſuſpicionis iuramento expurgare. Sed cùm ſuprascripti doctores nihil allegent pro ſua opinione, non erit recedendum à tradita ampliatione, per tex. expreſſum. in d. auth. nouo iure. & Franc. in d. c. cum ſpeciali. quæſt. 9. dicit dictum iſtorum doctorum procedere, quando arbitri ad hoc non ſunt electi, & tamen vellet pars iudicem interrogari: nam tunc cùm duret adhuc iudex, non tenebitur iurare, ne officio iudicis, & teſtis fungatur. ideò ampliationẽ ſupradictã ſecutus eſt Senatus. Ampla ſecundò, vt etiam extraiudicialiter poſſit interrogari, vt dicit Imol. in dicto capitu. 1. qui ita intelligit glo ibi. dum tamen hoc fiat ſine iuramento, prout videtur intelligere Franc. dicta quęſtione 7. & etiam poſt concluſum in cauſa, vt probat Didac. in d. c. 26. nu. 3. verſi. ſic & poſt concluſum, & ita ſolet obſeruari.

Ratificatio tacita an idem quod expreſſa operetur, ita vt inanis ſit oppoſitio, quæ contra falſum procuratorem fit, cùm iam in meritis proceſſum eſt. Declaratur text. Decreti antiqui Sabaudiæ Philippi. cap. 1. §. item quod ſi interuentus.

DECISIO VII.

1 *Textus decreti antiqui Sabaudiæ Philippi. c. 1. §. item, q ſi interuentus. declaratur.*
2 *Actus nullius defectu conſenſus, illo ſuperueniente validatur.*
3 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

RATIFICATIONEM partis ſufficit ſuperuenire in cauſa, ſi proceſſum ſit in meritis, antequam contra non legitimè comparentem facta fuerit oppoſitio, iuxta decretum Sabaudiæ antiquum Philippi. capitu. 1. §. item quod ſi interuentus. Sed quæſitum fuit, an etiam tacita ratificatio ſufficiens eſſet, & concluſum ſuf-
1 ficere, & ita † declarari, ac ampliari debere text. in dicto. §. item quod ſi interuentus. per l. 3. §. falſus. D. rem ratam hab. & per ea, quæ dicit Vannus de nullitatib. capitu. 14. nume. 100. 103. & 104. ſatis enim eſt, ſi actu aliquo domini ratificatio demonſtretur, cùm non tantum verbis, ſed etiam actu ratum haberi poſſit. l. non tantum. dicto tit. D. rem ratam haberi. & ſemper (authore Barto. in dicta l. non tantum.) Dominus videtur geſta procuratoris rata habere, quando facit id, quod ſine hac ratihabitione facere non poſſet. ideo text. illum ibi ſummat Caſtren. ratihabitionem tacitam expreſſę æquiparari. Ita cenſuit Senatus in cauſa Cornuati. 1561. 24. Martij, in qua, ex eo quòd Dominus in ſecunda inſtantia comparuit, & produxit acta, & ſententiam latam in fauorem eius procuratoris falſi, ſeu de cuius mandato non apparebat, fuerunt illa acta pronunciata valida: & pars appellans condemnata in expenſis, quia ante oppoſitionem illegitimi interuentus fuerunt ratificata, quæ ratificatio retrotrahitur. iuxta Alexan. in conſilio 117. nume. 2. libr. 5. Extat etenim regula, quòd
2 quãdo aliquid ex defectu † conſenſus nullum eſt, illud ſuperueniente conſenſu retrouaIidatur, & hæc eſt natura ratihabitionis. capitu. ratihabitionem. de regul. iur. libro 6. l. fina. C. ad Senatuſconſ. Macedonia. Andr. Gail. practicar. obſeruat. libro 1. obſerua. 47. nume. 5. qui per hanc regulam etiam poſt concluſum in cauſa, & ſententiam latam ratificationem domini ſubſiſtere in Camera Imperiali pronunciatum teſtatur. & text. in hanc rem ſatis videtur clarus in l. licet. D. de iudi. vbi Docto,
3 quamuis dicatur † ratificationem non retrotrahi in præiudicium tertij, vt per gloſſ. in dicto capitu. ratihabitionem. de regu. iur. & probat Do. Ozaſc. deciſ. 119. nume. 25. & 28. nam id locum habet, quando iam ius tertiò quæſitum eſſet, vel quando ante tacitam ratihabitionem, aut aliquem actum à domino geſtum, fuiſſet oppoſitum de illegitimo interuentu procuratoris, ideo imputet ſibi pars, quæ non fuit vigilans in cauſa, & in tempore non oppoſuit.

Materia contraria per partem in die cadentis termini ad publicandum aſſignata danda eſt, & an ſi poſt factum examen breuis terminus aſſignetur idem dicendum ſit.

DECISIO VIII.

1 *Materia contraria quando per partem danda ſit. declaratur tex. decreti antiqui Philippi. in §. item quod pars.*
2 *In cauſa matrimoniali poſt terminum dari poteſt materia contraria.*

In

1 IN termino † aſſignato ad publicandum danda eſt per partem materia contraria; vt decreto ſupra allegato Philippi cauetur. in §. item quod ſi pars. cuius illa aſſignari poteſt ratio, quia æquũ nõ eſt, vt poſt didicita teſtificata pars materiam ſuam contrariam det, litesque inde immortales exoriantur, licèt enim in ea dicta teſtes non ſint publicati quo ad vtranque partem, tamen eo die elapſo non poteſt dari amplius materia contraria, & ita ſeruat ſtilus iudiciorum. quanquam aliàs verbum illud publicationis de plena, & perfecta publicatione vtriuſque intelligendum eſſet. l. 1. §. fi. D. quod quiſq; iur.

Dubitatum tamen fuit, quid ſi per literas committatur examen, deinde eo facto aſſignetur per iudicem terminus ad publicandum breuior, puta duorum dierum, an idem dicendum ſit, & habeat locum diſpoſitio decreti? & dictum fuit idem eſſe, & ita iudicauit Senatus in cauſa Aſten. Canellarum. 1555. de qua latius per Dom. Ozaſcum deciſ. a 2.

Fallit tamen illius decreti diſpoſitio in cauſa ma-
2 trimoniali, in † qua etiam poſt publicationem teſtium, & didicita teſtificata poteſt dari materia contraria, fauore illius cauſę. per tex. in cap. ſeries. vbi glo. fin. in verbo iuri contraria. quam ſequitur Io. And. ibid. extra. de teſtib. rõnem tradit Hænningus Godẽ. in ſuo proceſſu iudiciarij ordinis. par. 1. rub. 20. in fin. quia ſententia lata in cauſa matrimonij nunquam tranſit in rem iudicatam.

Minor aduerſus contumaciam ſuam reſtitutus in integrum, an expenſas contumaciales ſoluere teneatur.

DECISIO IX.

1 *Minor aduerſus contumaciam ſolet reſtitui.*
2 *Minor non minus quàm maior contumax dici poteſt, & eadem pœna affici debet.*
3 *Minor reſtitutus aduerſus contumaciam ſoluit expenſas ſecundum vnam opinionem.*
4 *Reſtitutio operatur, vt res reuertatur in priſtinum ſtatum, & priorem vim induat.*
5 *Minor reſtitutus aduerſus tenutam bonorum non ſoluit expenſas.*
6 *L. Sancimus. C. de iud. non procedit in muliere, ruſtico, & minore.*
7 *Minor aduerſus contumaciam reſtitutus non ſoluit expenſas, & ſolutas repetit ex magis communi, & veriori opinione.*
8 *Text. in cap. 1. de in integr. reſtituit. declaratur.*
9 *Doctrina Hoſtien. in ſumma de reſtitu. in integr. §. fin. explicatur, & illuſtratur.*
10 *Pinguius eſt reſtitutionis remedium, quàm refectio expenſarum.*

MINOR aduerſus omiſſam probationem, contumaciam, & ſententiam
1 † contra ipſum latam regulariter reſtitui debet. l. minor 25. & l. minor etiam. D. de minor. Bart. & alij, in l. nam & poſtea. §. ſi minor. D. de iureiur. Aretin. conſilio 73. col. 6. Afflict. deciſ. 216. num. 2. præſertim quando conſtat de aliqua illius læſione, vt per. P. E. Verallum inter nouiſſimas deciſ. Rotæ. par. 3. deciſ. 50. nume. 3. Sed dubitatum aliquando fuit, an per hanc viam reſtitutus minor aduerſus pronunciationem poſitionum in contumaciam factam teneatur ſoluere expenſas; vel ſolutas repetere poſſit, prout in omnibus alis regulariter requirutur, per regu. l. ſancimus. C. de iud. vbi contumax non auditur niſi refectis expenſis? Pulchra eſt quæſtio, & controuerſa apud iuris noſtri magiſtros, & interpretes, & pro vtraque opinione adducuntur rationes, & authoritates non contemnendæ.

Primò, quòd minor reſtitutus in integrum aduerſus pronunciationem poſitionum, & contumaciam teneatur reficere expenſas, vltra generalem regulam ſuperius adductam, quæ generaliter intelligi deberet; ex eo videtur probari, quia ea eſt
2 † natura reſtitutionis in integrum, vt vtraq; pars, reſtituta ſcilicet, & illa contra quã reſtitutio conceditur, reponatur, in eo ſtatu, in quo erat ante prætenſam lęſionem, ita quod vnuſquiſque ius ſuũ recuperet. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. D. de minorib. ſed actor non reciperet ius ſuum niſi expenſę refundantur, quas ob minoris contumaciam fecit. ergo dicendum eſt, illum debere ad ſoluendum condemnari.

Secundò facit tex. in capit. 1. de in integrum reſtitutio. vbi dicitur, quòd omnes ſumptus facti per eum, aduerſus quem reſtitutio petitur, ſunt illi reſtituendi, & ibi Abb. in 3. nota. num. 3. latè diſſerit, ne quis locupletetur cum iactura alterius, pręſertim verò ſi aliqua melioramenta in re ab actore obtenta facta fuerunt. Expenſæ igitur & hic per minorem, qui reſtitutionem in integrum petit ſoluendæ erunt, æquitate ipſa ſuadente.

Tertiò pro hac opinione illud adduci poteſt.
2 † Quòd minor non ſecus quàm maior contumax dicitur, & eadem pœna affici debet qua maior afficitur, cùm aduerſus minorem non comparentem in contumaciam illius procedatur maximè ſi legitimè fuerit citatus. Natt. conſi. 541. nume. 2. & 10. libro 3. ergo ſicuti maior non auditur, niſi refectis expenſis. dicta l. ſancimus. Dec. conſ. 34. num. 6. & Calderi. conſi. 5. de dolo, & contuma. idem in caſu noſtro iudicandum eſſet, cùm hæc pronunciatio poſitionum facta fuerit in minoris contu-
3 maciam. & † pro hac opinione eſt deciſio Hoſtien. in ſumma. de in integrum reſtitutio. §. penul. in fin. vbi adducit text. in l. non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat. D. de regul. iur. & in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. D. de minor. item text. in l. 1. C. de his, qui ven. æta. impetra. vbi quis non debet ſub authoritate principis decipi.

decipi. & princeps non ſolet tribuere beneficium
in alicuius iniuriam.l.nec auus. C.de emancipatio.
libero.& hanc opinionem expreſsè tenuit Capella
Tholoſa.deciſ.329.Iaſ.in dicta l.ſancimus.nume.7.
in 3.ampliatione.& ita in Parlamento Burdegalē-
ſi ſeruari teſtatur Boer.deciſ.63. nume.6.& in eam
videtur inclinare Bart. in l.ſi finita. §.ſed ſi fortè. D.
de dam.infec.

In contrarium, quòd minor reſtitutus aduer-
ſus rem iudicatam reſtituatur etiam ad expen.
in quibus fuit condemnatus, probatur. Primo ex
4 regula. dictę l. quod ſi minor. §. reſtitutio. † talis
enim reſtitutio facit, vt res reponatur in priſtinum
ſtatum, vt ſupra dicebam: ſed ſi minor grauetur
expenſis, non reſtitueretur minori id, quod ei lęſio
abſtulit, prout eſſe debet ſecundum Bartol. in l.1.
nume.9. C. ſi aduerſus rem iudica. neque res hoc
modo diceretur reducta in priſtinum ſtatum, ſi
minor aduerſario ſuo deberet ſoluere expenſas

Secundo probatur, quia quamuis contra mino-
rem procedatur ob aliquam illius contumaciam,
tamen aduerſus contumaciam reſtitui debet. d. l.
minor etiam.D.de minor.& cùm reſtituitur aduer
ſus contumaciam, reſtituitur etiam quoad expen
ſas, quia illæ ſunt acceſſoriæ cauſæ principalis.l.ter
minato.C.de fruct.& lit.expen.

Tertiò facit pro hac ſecunda opinione, quod
Alex.ſcribit in d.l.ſi finita.§. Iulianus.num. 84.D.de
dam. infect. vbi ex communi doctorum ſententia
5 voluit, quòd † minor petens reſtitutionem in in-
tegrum illo remedio adiutus, ad recuperandam
tenutam bonorum, non teneatur reficere expen-
ſas à detentore in iudicio pro obtinenda tenuta
factas, ergo in ſimili nec aduerſus contumaciam
reſtitutus expenſas aduerſario ſoluet, imò ſolutas
vti indebitas recuperabit, ea ſaltem ſuadente ra-
tione, quia minor non niſi lęſus, & probata lęſio-
ne reſtitui ſolet, vt communis doctorum ſenten-
tia eſt, per l.verum. §.item reſtituitur. D.de mino-
rib. Atqui læſione probata per iudicis officium
minor tanquam lęſus in ius ſuum reſtituitur, ac ſi
nulla ſecuta fuiſſet condemnatio. expenſas igitur
recuperabit.

Et hanc opinionem, quòd minor reſtituatur
etiam quoad expenſas contumaciales, tenet Al-
beric.poſt Guliel.in l.cum vos. num. 4.C.ſi aduer.
rem iudic.& videtur fuiſſe de mente Vberti de Bo
bio, quem refert Io. Andr.in add.ad Specula. in tit.
de 1.& 2.decreto. nu.10.verſiculo. ſed pone quòd
pupilli.Bal.in l.in minorem.in finalibus verbis.C.in
quib. cau. in integr. reſtitu.non eſt neceſſar. quem
ſimpliciter ſequitur Barba.in d.l.minor etiam.Nat.
conſil. 16.& 17. vbi multa adducit, & fortioribus
in terminis conſuluit, nempe quando duæ contra
minorem latę eſſent ſententiæ, ibique dicit hanc
6 opinionem magis communem.Hincque † regu-
lam. l. ſancimus. C. de iud. limitat Hyppolit. de
Marſil.ſingula.377.vt non procedat in minore, ru-
ſtico, & muliere. per doctrinam Philippi de Pe-
ruſ. in c. Nicolao. col. pen.de appellat. In quibus
etiam quoties aduerſus inſtantiam decurſam re-
ſtituuntur, non cadit ſolutio expenſarum, vt ſcri-
bit ex regni pragma. Maran. de ord. iud. par. 5.
nume.35.

7 Tenenda † igitur eſt hæc opinio tanquam ve-
rior, æquior, & magis communis, quam amplio
etiamſi tutorem haberet pupillus, quia eo caſu
culpa eſt aſcribenda, & dolus aduerſario, qui litem
contra tutorem inſtituere, non contra minorem
debuerat, ſibique imputet ſi non fecit, & ſi peritio-
rem conſuluiſſet, tutius rem egiſſet & vſus eſſet
conſilio Neuiza. conſ. 17. vbi late, quando contra
minorem agendum eſt, quid faciendum monet.
imò etiamſi euocaſſet tutorem, pupillus non pa-
tietur damnum ex illius contumacia, ſed reſerua-
bitur aduerſario ius pro ſuo intereſſe contra tuto
rem, quando pupillus reſtituitur, ne iudicium fru-
ſtratorium reddatur, quod videtur ſatis probari ex
l.2.C.ſi tutor, vel cura.interuene. vbi etiamſi tuto-
ris auctoritas, & conſenſus, in actu interuenerit, ta-
men adhuc minor reſtituitur in integrū, ſatiſque
aduerſario hoc caſu ſufficere debet, ſi contra tuto-
rem actiones ſuas illi cedat pupillus, vel minor, vt
dicit Neuiza.d.conſil.17 num.18.qui tutor, vel cu-
rator potius quam pupillus, vel minor, expenſas
proprio nomine exſoluent. Nat.d. conſil.17.nu.9.

Nec obſtant, quæ pro affirmatiua, & contra-
ria opinione ſuperius adducta fuerunt. Nam re-
ſpondetur ad primum, quòd reſtitutio in inte-
grum reſtituat etiam in priſtinum ſtatum quoad
eum, contra quem conceditur reſtitutio. d.§.reſti-
tutio. quòd id procedit, dummodo pupillus, aut
minor non lædatur ex ea reſtitutione, ſi enim lædi
tur, & in aliquo damnum patitur, non reponitur
in priſtinum ſtatum, vt illius. § ſententia eſt, dum
ponit exemplum in venditione fundi: & generalis
regula, quæ habet contumacem non audiri, niſi re
fectis expenſis, limitari ſolet in minore, vt ſupra
dixi.

8 Minus obſtat † capitu.1. de in integrum reſtitu.
quia loquitur ibi Summus Pontifex in ſumptibus
factis propter meliorationes, quæ reſultabant in
vtilitatem Eccleſiæ, tunc enim non eſt æquum, vt
Eccleſia, & pupillus, ſiue minor locupletentur
cum alterius iactura, ideo ſoluent expenſas illa-
rum meliorationum, quod ad ſimilitudinem ex-
penſarum contumacialium trahendum non eſt.
Et pondero ibi Abba. dicentem, quòd ſi quis ex-
pendit centum, & melioramenta, quæ dantur mi-
nori, quinquaginta duntaxat æſtimata fuerunt, nō
tenetur minor reficere niſi quinquaginta, quia
aliàs lęderetur, & ſic id ſolum reſtituit in quo fit lo
cupletior. hic verò non efficitur locupletior ex hac
reſtitutione, aduerſus contumaciam facta, imò ſa-
tis eſt, ſi deterior facta eſt illius conditio, & damno
affectus, propter expenſas quas in iudicio fecit cul
pa aduerſarij reſtitutionem in integrum petendo.

Ad tertium reſpondetur, minorem non dici ve-
rum contumacem, ſed præſumptum, ideo Iuriſ-
conſul in dicta l.minor etiam vtitur dictione qua-
ſi, quæ ſimilitudinem demonſtrat, ac fictionem, &
improprietatis nota eſt, iuxta Bald. ibi. ſed aduer-
ſus dolum præſumptum datur reſtitutio. Bartol.in
dicta l.minor.in 1.oppo.Natt. dicto conſi.17.nu.4.
vbi

vbi dicit communem : nam ſi verus ſit contu-
max ex ſententia Abba. quem ſequitur contra
Bartol. Ioan.Mauritius Bolanusde reſtitutio.in in-
tegrum. capitu.114. non reſtituitur in integrum,
quod tamen non firmo. cùm igitur non ſit in ve-
ro dolo minor, ac iam reſtitutus ſit, & expenſæ
ob eam cauſam ſoluantur, non tenebitur ad
expen.

9 Ad oppoſitio. Hoſti. † & aliorum dici poteſt il-
lam opinionem non eſſe veram, per ea, quæ in
contrarium ſupra adduximus, & iura, quæ Ho-
ſtien. allegat nihil probant, nam intelligi debent
prout loquũtur, & ſonant, nempe quando pupil-
lus eſt in dolo, quo caſu non datur reſtitutio, ſe-
cundum docto. poſt Bal. in d. l.in minorem.Et te-
net expreſsè gloſſ. in d. l. minor etiam. ſed quando
iam per ſententiam reſtituitur minor, iudicatur
non eſſe in dolo, ergo non ſoluet expenſas, & ſi
iam ſoluerit repetet, vel iudicis officio, vel per cō-
dictionem indebiti .cùm iam deficiat cauſa, & ra-
tio ſolutionis expēſarum, per ea, quæ dicit Afflict.
in Deciſ.19.nume.5. Prætereà intelligitur Hoſtien.
quando minor reſtituitur aduerſus miſſionem in
poſſeſſionem ex prætoris decreto, & poſt tempo-
ra reſtitutionis, ideſt poſt annum, petit ſe reſtitui
tunc enim tenetur reficere expenſas, ſecus ſi veni-
ret intra annum. Ita ſe ipſum declarat Hoſtien. in
fi. illius.§.& illa fuit etiam opin. Vber.de Bob.ac Io.
Andr.in loco ſupra allegato: hocque modo deciſ.
Tholoſanam intelligit ibi Aufrerius in addit. di-
cens ita accipiendam, & intelligendam opinio-
nem Hoſtien.

Poſtremo pro clariori omnium reſponſione
dici poteſt, quòd illa refectio expenſarum, quæ à
minore requiritur, debeat fieri quando petit mi-
nor ſe reſtitui, nam non auditur niſi prius refectis
expenſis ob contumaciã. Et ita intelligit Bar.in d.l.
ſi finita.§.ſed ſi fortè.& Iaſ.in d.l.ſancimus.ſed poſt-
quam refecir expēſas, tunc cognoſcitur de illius læ-
ſione, & ſi cauſa cognita appareat læſus, dignum
& æquũ eſt, vt in refectione omniũ damnorũ reſti-
tuatur, & ſic cùm non repertus fuerit in dolo re-
petat expenſas ſolutas, non ob contumaciam, ſed
ſolùm, vt aures iudicis illi patentes eſſent, alioquin
10 non poſſet dici reſtitutus; Vel ex eo, quia † pin-
guius remedium illud eſt reſtitutionis in integrũ,
quod implorauit minor, quàm illud, quod regula-
riter maioribus contra contumaciam concedi ſo-
let, nempe, vt refectis expenſis audiatur, vnde ali-
quid pluris conſequetur ex reſtitutione, vt non re-
ficiat expenſas; aliàs nulla eſſet differentia inter ma-
iorem, & minorem hoc caſu, & fruſtratorium eſ-
ſet reſtitutionis remedium, neque opus eſſet, vt pe-
cuniam ſuam, & tempus expenderet pupillus, at-
que aures iudicis pro cognoſcenda læſionis cauſa
detineret, ſi reficere deberet expenſas. hacque via
lites in immenſum protenderentur contra for-
mam legum, & decretorum noſtrorum ideo, vt
reſtitutio aliquid magis operetur, dicendum eſt,
expenſas non deberi, & vt ſupra dixi ſibi imputa-
bit actor, qui minoris curatorem non euocauit,
vel non petijt illi dari per iudicem ad cauſam il-
lius defendendam; & fortè contra minorem pro-
ceſſit non expectato ætatis tempore, vt aliquo mo
do indefenſum circumueniret, quæ circonuentio,
& dolus pupillo damno eſſe non debent; potiusq;
hinc dicendum eſt, iudicium magis ab actore quã
à reo fruſtratum eſſe, & deberet actoris dolus
cum minoris culpa compenſari, vt per Dec.conſi.
241.in fin. lib.1.quinimo ius fortè etiam ſuaderet,
vt etiam expenſæ à minore factæ illi reficerentur,
vt tenuit Nat. d. conſil.16. num. 9. ſed hoc non fir-
mo, & hæc ſecunda clarior eſt, & æquior opinio.
Iuxta quam cenſuit Senatus in cauſa minorum
de Piazotis contra Martinetos. Ann.1556. Referē
te D. Senatore Ozaſco poſtea Cancellario.

Inſtantia cauſarum appellationum qui
bus in caſibus non perimatur, &
quid iuris ſi cauſa dictum ſit aſſi-
gnata.

DECISIO X.

1 *Inſtantia cauſarum appellationum eſt ſex menſium in hac patria. quid de iure communi.*
2 *Inſtantia, ſiue tempus proſequendæ appellationis quibus in caſibus ceſſet. nu.3.4.5.6.7.8.9.10.11.*
12 *Inſtantia appellationis an ex facto iudicis ceſſet.*
13 *Cauſa dictim aſſignata an currat inſtantia.*
14 *Appellans, vt inſtantiæ tempus non currat, tenetur ſæpius proteſtari.*
15 *Tex. in cap. 1. decreti Philiberti ſecundi, de qua inſtantia intelligatur, & varia interpretum ſententia de inſtantia loquentium explicata.*
16 *Inſtantia coram Senatu non currit.*

1 INSTANTIA † cauſarum ap
pellationum eſt ſex menſium
in hac patria per decretum anti-
quum Sabaudiæ. libr. 2. ſub rub.
inſtantia cauſarum. licèt de iure
communi ſit annalis, & ex cauſa
biennalis. auth. ei qui appellat. C.
de tempo. appellat. quæ eſt canonizata in c. ei, qui.
2. q. 6. latè Andr. Gail. practicar. obſeruat. libro 1. ob-
ſerua. 141.

Multa verò ſolent appellantibus impedimen-
ta occurrere, quæ inſtantiæ curſum impedire
poſſunt, dum tamen iuſta probentur, eiusque rei
cognitio iudicis arbitrio relinquenda l. Præſes. C. de
appellatio. Rebuf. in tract. de appellationib. artic. 6.
glo. vnica. nume. 8. Alexan. conſi. 42. nume. 12. lib. 3.
Afflict. deciſ. 29. & 50. Myſinger. ſingular. obſeruat.
centur. 5. obſeruat. 59. & 92. vbi quomodo impedi-
menta probari debeant eleganter docet poſt Spe.
& Guid. Pap. ſing. 32. ver. ſi appellãs. pluraq; ſcribit
2 Ioſeph. Lud. inter ſuas dec. Peruſ. dec. 36. & † multi
caſus notãtur à doctorib. in quib. non currit inſtan
tia, & appellatio non poteſt pronunciari deſerta,

quos

quos cumulat præ ceteris, & poſt alios Docto.in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudi. & c. ex ratione. de appellatio. Ioſeph Cumia. in commentarijs ritu magnæ curiæ Regn. Sicil. capitu. 78. ſub rubrica, vt intra quinquaginta dies proceſſ. appellat. expedia. à nume. 56. vſque ad nume. 73. Ferrar. in tracta. de appella. capitu. 9. quorum quidem casuum ex illis, qui frequentiori in vſu ſunt, & ſæpius euenire ſolent, quoniam diſputatio hæc in forenſi paleſtra vtiliſſima eſt, aliquot hic adnotare, & poſt alios colligere libuit, quò diligens patronus clientum ſuorum iura facilius in appellationum cauſis defendere diſcat.

3 Primus † igitur caſus eſt, ſi facto principis appellationem proſequi non poteſt, vt in caſu auth. ſed & lis. C. de tempo. appellat. vbi glo. Bald. Salyce. & communiter omnes, quos refert, & ſequitur Cumia. dicto capitu. 78. nume. 61. & ita ſemper obſeruat Senatus, quod intellige ſi princeps nõdum admiſit appellationem, nec cauſam commiſit propter eius multas occupationes, & appellans fecit debitam diligentiam, vt eam admitteret, ſecus verò, quando princeps iam commiſit cauſam. Guid. Pap. quæſt. 135. an autem. & in hoc videntur verba text. in d. authen. ſatis clara, & in corpore vnde ſumitur: hic enim ſibi imputet appellans, ſi cauſa non expeditur, niſi ſit commiſſa Senatui, & instructa, vt infra dicetur.

4 Secundus ſi † cauſa arbitris terminanda compromiſſa fuerit. auth. ſi tamen. dicto titu. C. de temporib. appellat. Ancharan. conſi. 284 Fridericus Schench. in progimnaſma. fori. libr. 2. titu. 15. de appellat. verſi. ſicut appellationem. M. Anto. Blanc. in tract. de compromiſ. q. 6. nu. 22. vbi latè de vtraque inſtantia diſſerit.

5 Tertius eſt caſus, in quo non currit inſtantia, † ſi pauper ſit, qui litigat, quia paupertas iuſtum impedimẽtum eſt, ex quo appellationem proſequi non poteſt, & cauſa efficiens eſt, vt quis biennium habeat ad proſequendum appellationem de iure communi. Boer. deciſio. 247. nume. 16. in fin. Guid. Pap. in tracta. de appellatio. quæſtio. 15. nume. 21. Quintilia. Mandoſ. in tracta. de monitor. q. 37. nu. 3. Andr. Gail. ex communi doctorum ſententia practicar. obſer. libro 1. obſerua. 142. qui illam huius concluſionis rationem adfert, quia difficultas excuſat à mora, conſequenter ab inſtantiæ curſu, & hic eſt vnus ex caſibus, in quibus paupertas prodeſt, de quibus per glo & docto. in l. ſi quis ad declinandam. §. ſin autem. C. de epiſcop. & cler. l. illicitas. §. fin. D. de offic. Præſidis. ſit tamen cautus aduocatus pauperis, vt ſæpius illum ad proteſtationem impellat, præſertim, quòd illi deficit pecunia, ſine qua factum eſt nihil, idque cum aſſertione paupertatis iurata, aliàs non gaudebit hoc priuilegio, quia vt dicit Cumia. in loco ſupra allegato. numero 60. Paupertas non excuſat pauperes à proteſtatione. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. in fin. D. mandat. quam intelligo procedere, niſi ſit pauper notoriè, quia tunc etiam ſine proteſtatione ceſſabit inſtantiæ curſus, vt poſt Bald. & Felyn. tenuit Cornel. Benincaſ. in tracta. de pauperta. quæſtio 4. nume. 22. nam & tunc ſententia excommunicationis contra illum ob contumaciam prolata ipſo iure nulla eſt, vt dicit Mandoſ. in dicto tractatu de monitor. quæſt. 37. in fin. fallit tamen ſi ſtatutum ſit in loco, vt omnia acta, & ſcripturæ, & patrocinia gratis pauperibus elargiantur, quia tunc illud ſtatutum nocebit illi, ſi velit petere aliud fatale, & proteſtatus non fuit, prout ſimile ſtatutum, & ritum in Sicilia eſſe dicit ibidẽ Cumia. & apud nos obſeruatur, vbi principis optimi beneficentia proprijs ſumptibus Cameræ pro pauperibus deputantur apud Senatum aduocati, & procuratores pauperum, & iubetur ſecretarijs, vt acta ſine ſolutione expediant. & eorũ ſedulam curam gerit Sereniſſimus Dux noſter, vt quamprimum expediantur, & ſolet Senatus pauperum cauſas cæteris præponere in expeditionibus.

6 Quartus caſus eſt † pendente articulo an inſtantia ſit perempta, vel non. Alex. conſi. 42. nu. 11. ratio eſt, quia terminus non currit, vbi diſputatur ſuper eo, quod expediendum eſt. l. ſi cum ipſe. D. de excuſa. tut. l. intra vtile. in prin. D. de minor. Nat. conſi. 172. nu. 16. lib. 1.

7 Quintò non currit appellationis inſtantia, ſi per errorem ad ſuperiorem appellatum fuerit omiſſo medio, vt poſt P. Iacobum in ſua praxi. tit. de conſtitu. pecu. ſcribit notabiliter Guido Pap. ſingula. 358. Specula. in titu. de appellat. §. nunc tractemus. num. 14. idemque ſi coram incompetenti iudice litigatum fuerit ſtatuendum exiſtimat Hannetonius in tracta. de iudi. par. 3. tit. de appellationib. argumento. l. 1. & l. fina. C. ſi à non competen. iudi. iudica. fue.

8 Sextus caſus colligitur ex notat. per Petrum Iacobum in d. praxi. ſub rubri. de cauſ. appellat. num. 12. verſiculo. Item cauſa impedimenti. Nempe ſi immenſitas ventorum, vel fluminis impetus, & innundatio, aut quia mare erat innauigabile, appellantem detinuerunt, ne appellationem iam interpoſitam, vel interponendam proſequeretur, quibus in caſibus proteſtatio neceſſaria eſt, & quid agere debeat appellans, vt in proteſtatione illi fides adhibeatur, docet ex Barto. doctrina Ferrar. in d. cap. 9. in fi.

9 Septimum † caſum reperies ſingulariter notatum apud Hyppolit. de Marſil. inter ſua ſingular. ſingula. 51. incip. Inſtantia cauſæ appellationis. vbi ſcribit, quòd ſi ſtatutum diſponeret, quòd debeat eligi certus iudex appellationis, & partes poſt appellationem interpoſitam etiam per triginta annos non fecerunt ſibi dari iudicem appellationis, nunquam currit tempus inſtantiæ appellationis. cuius quidem dictum quamuis ab aliquibus probetur, ego tamen crederem etiam hoc caſu appellantis diligentia opus eſſe: nam firmiſſima regula eſt, quod quotieſcunq; facto ipſius appellãtis currit tempus appellationis, inſtantia etiam cum ipſo tempore labitur, hic verò ipſius negligentia conſiderabitur, dum iudicem non eligit, vel contra partem eligere minimè curantem proteſtatus non fuit.

10 Octauus caſus † colligitur ex eodem Hyppolito. ſin-

to. ſingula.152. ſi aliquis agendo principaliter de nullitate, dicat ſententiam nullam, & probabili ratione id oſtendit, nam interim ei non currit tempus ad appellandum, quamuis de iure communi habeat decem dies ad appellandum à ſententia contra ipſum lata. auth. hodiè. C. de appella.

11 Denique inſtantia non curret, & appellatio nõ pronunciabitur deſerta, ſi facto cuiuſcunque tertij appellans impeditus fuerit, tempore ad proſequendum dato. Nempe ſi culpa partis ſubterfugientis, & cauillantis cã protelata fuerit. Nam culpa partis ſubterfugientis ſtante reſtituit appellans in integrum aduerſus curſum inſtantiæ, vt per Alex. d. conſil. 42. nume. 12 Natt. dicto. conſi. 172. num. 17. & conſ. 32. num. 15. Maran. de ordi. iudi. par. 5. num. 30. Cumia. num. 63. vbi diſtinguit. Ferrar. d. cap. 9. num. 159. Roland. à Valle, qui plures allegat, conſ. 82. num. 6. & aliquot ſeq. lib 4. & hoc caſu pars ſubterfugiens condemnabitur in expenſen. Boer. d. deciſ. 247. nume 11. erit tamen neceſſaria proteſtatio appellantis, vt conſuluit Nat. d. conſi. 32. nume. 16. Roland. d. conſ. 82. num. 9. item facto tertij impedimentum dicetur appellanti ortum, ſi culpa conſulentis cauſa in longum producatur, ſecundum opinionem aliquorum, quos citat Maran. d. par. 5. nu. 41. verùm contraria opinio quam ibi ſequitur Maran. tutior eſt, & verior. Item ſi nuntius impediatur in itinere. Guido. Pap. d. tracta. de appellat. num. 58. quæſt. 91. per. c. ſignificante de pignorib. gloſſ. eſt ſingularis. in c. cupientes. in verbo propoſita. de electionlib 6. item ſi facto, & culpa notarij pars impediatur, & hic etiam proteſtatio requiritur Cum. d. cap. 78. nume. 66. Denique ſi

12 † facto ipſius iudicis ad quem, vel à quo, vt nota. per illum tex. in auth. ſi appellatione. C. de tempo. appellat. gloſſ. & doctores in c. ex ratione. de appellatio. l. 1. §. dies autem. D. quan. appellan. ſit. cap. biduum. 2 quęſt. 6.. Maran. d par. 5. num. 28. vbi quamuis loquatur de inſtantia primi iudicij, tamen commodè illius dicta ad inſtantiam appellationis referri, & adaptari poſſunt, quando eadem impedimenti iuſta ratio conſideratur. Aduertendum tamen, quod in hac quæſtione an ex facto iudicis ceſſet curſus inſtantiæ, contrariæ fuerunt opiniones inter Placentinum, & Azonem in ſumma. C. de tempo. appellat. vt refert P. Iacob. Nam Placentinus voluit, vt etiam facto iudicis non obſtante currant fatalia. Azo verò contrarium cenſet. Horum opiniones diuerſas fędere diſtinctionis conciliat P. Iacob. vt apud eum in titu. de cau. appellat. nume. 15. & Guido. Pap. d. quæſt. 91. ad quos ne, vt dici ſolet, de carta in Papirum aliorum ſcripta reponam, ſtudioſum lectorem remitto, & illorum diſtinctione omiſſa exiſtimo facto iudicis non impediri curſum inſtantiæ, ſi pars non proteſtatur, & ad ſuperiorem non recurrit, & ita intelligo opinionem Placentini, quæ magis communiter tenetur, vt dicit Maran. d. par. 5. num. 31. & par. 6. num. 212. per tex. in l. fin. §. illud. C. de tempo. appellat. Bal. in auth. ſi appellatione. C. de appellat. Præpo. Franc. & alij in c. ex ratione. de appellationi. Alexan. & cæteri. in l. properandum. §. ſinautem vtraque. C. de iudi. vbi Iacobin. de Santo Georgio. num. 6. Grammaticus voto, 31. nume. 12. qui

13 dicit communem. † Hincque in facti contingentia cùm poſt concluſum in cauſa, & illa dictim aſſignata curriſſet tempus appellationis proſequendę per decretum aſſignatę, & pars appellans opponeret ſteriſſe per iudicem, ſicque ex facto iudicis illi præiudicium non inferri iux. præallegatam Azo. opin. & doctn. Bar. in l. 1. §. dies. D. quan. appellan. ſit. his non obſtantibus cenſuit Senatus factum iudicis obeſſe, quia pars non fuerat proteſtata. Ita fuit iudicatum in cauſa de Crepo. 1556 de qua

14 apud D. Ozaſc. deciſ. 12. vbi latè diſſerit, † an vnica ſufficiat proteſtatio, vel plures hoc in caſu requirantur proteſtationes, vt voluit gloſſ. in d. cap. cupientes. in verbo propoſita. verſiculo. ſed ſolet quæri. de electio. lib. 6. Alexan. conſilio. 164. nume. 6. lib. 2. Maran. par. 6. §. ſecundus actus. num. 209. Guido Pap. d. quæſt. 91. Cumia. num. 75. d. cap. 78. P. Iacob. in titu. de actio. conſtitu. pecu. nume. 20. & in d. titu. de cau. appellat. in fin. vbi ſubijcit non eſſe tutam partem, quæ poſtquam petijt ſententiam ferri, & concluſit in cauſa, non curat, vt expediatur, & ſinit labi tempus: pro qua deciſione facit ipſius nominis inſtantiæ, etymon, quia ab inſtando dicta, & ideo ſemper debet inſtare appellans, vt cauſa expediatur, quamuis Afflic. deciſ. 50. num. 5. dixerit illam concluſionem, quòd proteſtatio continuò requiratur, non procedere quando impedimentum proceſſit ex facto iudicis.

15 Ad ea, quæ in contrarium adduci poterant, † pręſertim ad §. hoc quoque. auth. vt ſponſalit. largi. & ad doctri. Bart. & aliorum reſpondet D. Ozaſc. d. dec. 12. illa procedere in prima inſtantia cãæ principalis, non in cauſa appellationis, vt etiam reſpondet Iacobin. in d. §. ſinautem vtraque, & ad. §. hoc quoque. tutius poteſt reſponderi, & apertius Iuſtinianum ibi intelligendum eſſe, quando res in iudicio agitatur, vtrum non obſtante proteſtatione per appellantem contra iudicem facta, currat inſtantia, vel non, quia tunc verum eſt non fieri pręiudicium parti ex facto iudicis. Ita debent intelligi docto. & doctrina etiam Carellani Cottæ inter ſua memoral. in verbo inſtantia. ſicque de inſtantia prima intelligendum eſt decretũ Philiberti ſecũdi. c. 1. fol. mihi 67. vbi cautum fuit inſtantiã in cauſis dietim aſſignatis non currere niſi per. x. dies. qđ etiam dici poteſt procedere in cauſis appellationum, quæ vertuntur in auditorio Principis, vt in Senatu; nam tunc cauſa dietim aſſignata, & diſtributione facta in manibus Senatoris, dubitandum non eſt, ꝙ nõ currat inſtantia appellationis, propter multitudinem cauſarum, ob quam etiam in Camera Imperiali id obſeruari teſtatur Andr. Gail. d. obſerua. 141. in fin. & hanc conſuetudinem in curia Delphinatus eſſe ſcribit Guido Pap. in d. tracta. de appellat. num. 67. quęſt. 101. & facit ratio,

16 quia regulariter in cauſa † coram principe, & Rege agitata non currit inſtantia, vt per Burſat. conſ. 2. num. 4. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. . quæſt. 8. num. 22. & in ſpecie quando lis eſt coram Senatu conſuluit Nat. conſi. 383. per totum. & ita in Sena-

tu Pariſien. obſeruari dicit Io. Imbertus Rupellanus.lib.2.inſtitut.foren.capit.2.per l.fina.§.ſi tamen in noſtro. C.de tempo.appellat. auth. ſed & lis. C. eod.& c.ſed lis.2.q.6. Craue. conſi.263.col.fin.verſiculo.quinimo cùm homines. Et ita obſeruat Senatus noſter, dummòdo intra tempus fatalium cauſa fuerit inſtructa. Vide quæ dicit Spec. de appel.§.7. Abb.in conſi.3. Nitar. & c.lib.2. Afflict.dec. 78.in cauſa.num.3. Alexan.conſi.19.viſo proceſſu. colum.2.libro 1.vbi limitant non procedere quando poſt aſſignationes ad ius appareret de negligentia partis appellantis, quæ non curat cauſam ſuæ appellationis expediri, de quo dixi ſupra, & hæc nota, quia practicabilia ſunt.

Aſſignatione cum comminatione ad iurandum facta, à qua non fuit reclamatum, an pars poſſit expectare aliam aſſignationem cum iterata comminatione.

DECISIO XI.

1 *Aſſignatio altera expectari poteſt à parte, quæ iam ſemel ad iurandum cum comminatione à iudice aſſignata fuerat.*

2 *Citatio ter abſenti fieri debet, vt contra illum in contumaciam procedi poſſit de iure communi.*

3 *Citatus non comparens niſi in tertia, & peremptoria ſoluit expenſas.*

SI aſſignata ſit pars ad iurandum cum comminatione, quod aliàs ipſa non comparente, iuramentum aduerſario referretur, vt fieri ſolet, à qua aſſignatione nõ fuit reclamatum, & in dicta cadente pars non iurat; Quæſitum fuit, an debeat pronunciari in fauorem deferentis, vel referri iuramentum, vt dicebat comminatio, an verò fieri aſſignatio cum iterata comminatione? videbatur iudicandum pro deferente, ordinando iuramentum deferendum, attenta contumacia non iurantis, & quia aſſignationi ad iuran-
1 dum factæ aquieuerat. Tamen † Senatus cenſuit, dandam aſſignationem cum iterata comminatione, quia ita ſeruat ſtylus curiæ in poſitionibus, non obſtante, quòd non contradixerit illi aſſignationi, quia ex ſtilo pars expectabat aliam aſſignationem cum iterata comminatione. 1557. Menſe Martij; ſicuti & de iure communi, pars quę in prima, & ſecunda citatione non comparet,
2 non dicitur contumax, quia † debet ter citari, auth.qui ſemel. iuncto corpore vnde ſumitur. C. quomodo, & quando iudex. Docto.in l.ſancimus. vbi Caſtren.nume.8. C.de iudic. licèt ex forma nouarum conſtitutionum alia ſit forma interdicta iu
3 utul. *delle citationi.* libro 3.† ſoluet tamen expenſas primæ, & ſecundæ citationis, qui non compareret niſi in tertia, vt communiter ferè doctores voluerunt poſt Cyn.& Bartol.in dicta l. ſancimus. glo.in capitu.2.in verbo rationabili.de procurato.vbi Panormita.nume.8. licèt apud antiquos gloſſatores hac de re non leuis controuerſia fuerit, vt eſt videre apud Specula.in titu.de citatio. §.viſo.nume.10. verſicu.ſed quid ſi tres termini. & in titu.de expen. §.ſi ante litis conteſtationem. nume.6. verſicu. ſed quæritur. & hanc gloſſatorum controuerſiam refert glo.in capitu.honoratus. in verbo tot ſcriptis. 74.diſtinctio. Didac.practicar. quæſtionum quæſt. 27.num.2. ver.idem erit. vbi refert Feli.contrarium ſtatuentem in c.2.de accuſ.

Cæterum, cùm dixerimus in hoc caſu Senatum ſeruare ſtilum poſitionum, aduertẽdum eſt hanc deciſionem fortè non habere locum, quando pręſente parte comminatio, & aſſignatio ad iurandum facta eſt, quia tunc in poſitionibus Decreta noua Emanuel. Philiber. in tit. *Delle poſitioni.* in prin. ſtatuunt aſſignatum pręſentem teneri reſpondere infra quinq; aliàs ipſo iure, & nulla declaratione iudicis ſequente habebuntur pro confeſſis, ibiq. hæ comminationes in totum tolluntur illis verbis. *Et in queſto caſo non vogliamo, che ſiano neceſſarie alcune comminationi, come ſi ſoleano fare*; tñ cùm hoc decretum nimis rigoroſum ſit, arbitrarer eſſe reſtringendum in caſu huius deciſionis, non minus quàm aliud de iuramento loquens eiuſdem Philiberti in titulo. *Del giuramento.* §. *offerendo l'attore*, quòd magis procedere arbitror, cùm nulla comminatio, ſed ſola aſſignatio ſimplex ad iurandum facta fuit, & ita iudicaui: ſecus verò ſi facta fuerit iam aſſignatio ad proponendum, & ordinatio lata fuerit ſuper tali 2
iuramento, quia tunc non poterit amplius expectare aliam aſſignationem, ſed ſequitur pronunciatio, ita fuit tentum in quadam Taurinen. appellationis Gianetti, & Arnulfi. 19. Octobr. 1587.

Abortui cauſam præſtans qua pœna puniatur, & quibus in caſib. examinatur doctorum diſtinctio de animato, & inanimato abortu, & de pœna matris in infantem vtero occidentis.

DECISIO XII.

1 *Abortui cauſam præſtans variè punitur.*

2 *Mulierem prægnantem pugno, vel ictu percutiens ita vt abortum fecerit, ad quid teneatur, & obiter Vlpiani locus in l. ſi ſeruus. §. ſi mulier. D. ad l. Aquil. illuſtratus.*

3 *Abortui cauſam ex propoſito, & voluntariè præbens qua pęna mulctari debeat.*

4 *Animatum fœtum abigens, vel poculum amatorium præbens an vltimo ſupplicio plectendus ſit. & nu. 8. & 10.*

5 *Tex. in c. Moyſes. 32. quæſt. 2. declaratur.*

6 *Leges variæ de abortu mulieris loquentes explicatæ.*

7 Infans

7 *Infans dum in vtero eſt, homo dici non poteſt.*
9 *Statutum puniens occidentem hominem pœna capitis, non ampliatur ad eum, qui abortui cauſam dedit.*
11 *Poculum ad abortionem prabens pro vita matris an teneatur.*
12 *Mater filiæ abortum perſuadens qualiter punienda.*
13 *Mater abigens partum qua pœna plectenda.*

ABIGENS Partum in vtero
conceptum, abortuique cau-
1 ſam præbens † varijs modis pu-
nitur, pût iuxta caſuum diuerſi-
tatem iura, & doctores varia-
te ſolent, vt in ſimili exorditur
Ozaſc.deciſ.60. ideoque in caſus
contingentia prudens iudex conſiderare debebit,
quo in loco, à quibus, quo animo, & qualiter deli-
ctum perpetratum fuerit, vt caſuum diuerſitati-
bus leges accommodare ex inde facilè poſſit: qua
in re, vt ſtudioſis iudicibus laborem in aliquo
ſubleuare poſſimus, Nos aliquot caſus magis fre-
quentes, de quib. etiam leges expreſsè non loquũ-
tur, examinabimus, quidue in illis ex opinione no-
ſtra doctorum ſcriptis firmata, iudicandum ſit, de-
monſtrabimus. Et cùm generalis in hac materia
à doctorib. diſtinctio tradatur, an partus ſit anima-
tus, vel non, vt nouiſſimè diſtinguere in hac quæ-
ſtione videtur Iacob. Menochius vir multæ lectio
nis, & magni nominis in lib.2. de arbitrar. iudi. cent.
4.caſ.357. ita, vt qui animatum fętum occiderit,
pœna homicidij ordinaria teneatur: inanimatum
verò occidens extraordinaria arbitrio iudicis pu-
niatur, videndum nobis eſt an hæc diſtinctio ſem-
per locum habere poſſit.

Primus igitur caſus eſſe poterit in quæſtione il-
la, quam Vlpian. in l.ſi ſeruus. §.ſi mulierem. D.ad
2 l.Aquil. propoſuit. Si mulier † pręgnans pugno, vel
ictu percuſſa ab aliquo ita fuerit, vt abegerit, vel
eiecerit, qua pœna plectendus ſit is, qui abortioni
cauſam dedit, quo in caſu licèt iuris noſtri regula
ſit, quòd qui in vtero eſt, pro iam nato habeatur. l.
qui in vtero. 1. & 2. D. de ſtat. homin. tamen ex Bru
ti ſententia Vlpianus cenſet lege Aquilia quaſi ru-
pto delinquentẽ teneri, cuius legis tertio capite nõ
mortis pœna damnatur is, qui ruperit, neq; quanti
ea res illo anno plurimi fuerit, vt in primo capite
cauebatur, ſed ad id, quod per 30. dies damnum da
tum æſtimatum fuerit, tenetur. d. l. ſi ſeruus. §. ter-
tio autem. D. ad l. Aquil. §. capite tertio. inſtitut. eo.
verùm cùm æſtimatio hæc non illo duntaxat cõ-
ſiderato fiat, quanti fuerit cùm occiditur, vel eijci
tur partus, ſed quanti interfuit noſtra eſſe ab-
actum, vel occiſum. l. ait lex. in fi. eo. tit. cũ liber ho-
mo in æſtimationem cadere non poſſit, quamuis
I. C. de quacunque muliere loqui videatur, inter-
pretari tamen debet locus ille, vt intelligatur de
muliere prægnante, quę in ſeruitute conſtituta eſt,
quæ interpretatio ex græco Baſilicorum libro à vi
ro doctiſſimo Iacobo Cuiacio latinitate donato,
vnde Vlpiani locus ſupra relatus deſumptus fuit,
colligitur, vbi lib. 60. tit. 3. cap. 27. §. is, qui percutit.
reperi de ancilla duntaxat mentionem factam
fuiſſe, dum ſcribitur. *Is, qui percutit ancillam, vel equam atque ita efficit, vt abortum faciat, tenetur Aquilia.* &c. & huic interpretationi arridet ipſius legis
Aquiliæ tractatus, in quo non niſi de ſeruis, pecu-
dibus, & huiuſmodi rebus, quæ dominorum po-
teſtatibus ſubijciuntur, quando de æſtimatione
eius, quòd intereſt tractatur, diſputatio à Iurecon-
ſultis habetur, quia de liberi hominis æſtimatione
fruſtra quæreretur, vt dixi. Ideoque ſi in libera mu
liere caſus contingat, grauiori pęna dignum reum
exiſtimarem, vt ſi in rixa duobus ſimul contenden
tibus mulier in medio exiſtens percuſſa fuerit, vel
dum cùm ipſa muliere quæſtio eſt, aut ſi ita per
zonam arrepta ab illo, qui cum ea turpiter ludere
cupiebat fuerit, vt abortum cauſauerit, vt propo-
nitur in c. ſicut ex litterarum. de homicid. quibus
tamen in caſibus quamuis ad ordinariam diſtin-
ctionem Noſtri recurrant ſi animatus fętus ſit, vel
non per tex. in d. c. ſicut. & c. Moyſes. 32. quæſt. 2. vt
in hac ſpecię diſtinguit Alber. in tracta. ſtatu. par. 3.
quæſt. 59. Ita, vt ſi animatus fętus ſit capite plecta-
tur: ego tamen mitiorem partem ſecutus omiſſa
diſtinctione illa quo ad pœnã mortis de qua mox
dicemus, pro reo ſententiam ferre nõ dubitarem,
& pœna exilij temporalis, arbitrio iudicis relin-
quenda, dignum exiſtimarem, vt in d. quæſt. 59. vi-
detur Alberic. concludere, & tenet Boſſ. in tracta.
de homicid. num. 5. huiuſque rei tex. eſt expreſſus
in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. D. de pœn. quo
in loco nulla alia reperitur cauſa, ex qua in ſimili
vltimi ſupplicij pœna inferatur, quàm ſi ipſius mu-
lieris mors ſecuta fuerit, cui conuenit diuina lex
Exodi. cap. 21. in arbitraria verò inferenda pœna
prudens iudex caſum diligenter examinabit, an ſit
animatus, formatus, inanimatus, vel immaturus
partus, à qua perſona delictum cõmiſſum fuerit,
quo animo perpetrauerit, an caſu, vel iniuria; hæc
enim omnia, delicta diſtinguere ſolent, & iuxta ca
ſum contingentem pœna minui, vel augeri po-
teſt, vt multis doctorum authoritatibus compro-
bat Sebaſtian. Medices. in tracta. de fortuit. caſib.
par. 1. quæſt. 2. num. 24. & rectè conſiderat Alberic.
d. quæſt. 59. num. 6. & Menoch. d. caſ. 357. num. 16.
& 17. poſt Signorol. conſil. 1. col. 2.

Hinc infertur malè ſenſiſſe Clar. in §. fina practi.
criminal. quæſt. 68. verſiculo abortum. in fin. dum
& illo caſu quando inter duos rixantes mulier exi-
ſtens ab vno illorum ita percuſa eſt, vt animatum
abegerit, reum pœna mortis teneri voluit. Nam
cùm hic dolus non accedat, & calor plerunq; ira
cundiæ, qui occulos rixantis obcęcabat, excuſatio
nem mereatur, magis dicendum eſt, mitiori pœna
plectendum, eſt enim hic caſus fortuitus, qui à pę-
na abortionis excuſat, vt tradit Medices in d. tra-
cta. par. 2. quæſt. 5. num. 43. ideoque etiam aliquan-
do ab omni pœna veniet reus abſoluendus; vel ſo
lùm pecunia arbitrio iudicis mulctandus, vt d. c.
21. Exodi cauetur.

Secundus caſus ex his colligitur, ſi quis volun-
3 tariè, & ex propoſito † abortioni cauſam dederit
poculi miniſterio, aut aliter, & tunc Paulus in d. l.
ſi quis aliquid. §. qui abortionis. Humiliores in me

tallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegandos cenſet, & ſi dolus non acceſſerit, vt in poculo amatorio, quia mali exempli res eſt. ſic & ex Senatuſconſul. relegatam fuiſſe illam mulierem, quæ medicamentum ad conceptionem dederat, ex quo mors mulieris ſecuta fuerat, Marcianus refert in l. 3. §. 1. D. ad l. Cornel. de ſicar. Cùm verò huiuſmodi genera pœnarum in deſuetudinem hodiè abierint, hęc pœna meo iudicio ſic per iudicem imponenda erit, vt humiliores ad perpetuas triremes, honeſtiores in perpetuum exilium mittendi ſint: fœminæ verò poſt fuſtiū ictum in perpetuum ſeruitium alicuius hoſpitalis dandæ ſint. Et hac pœna puniendum, qui poculo veneno ſo abortum procurauit, licèt abortus ſequutus non ſit, tenet Ioan. de Anan. conſi. 1. colum. penult. per text. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pęn. quod tamen non putarem verum per ea, quæ dicam infra in verſicu. 4. caſus. in fin.

Hoc autem in caſu, quamuis Iuriſconſul. ſententia ſine vllà diſtinctione in libris noſtris reperiatur, niſi quando ipſius mulieris exitium ſequutum fuerit; Doctores tamen ad ordinariam illam diſtin-
4 ctionem recurrere ſolent, † ſi manitus, & animatus partus ſit, vel non, ita vt animatum fœtum perimens mortis pœna ſemper plectendus ſit, vt in ſuperiori caſu dicebamus. Qua diſtinctione poſt Accurſ. in l. diuus. D. de varijs, & extraordin. criminib. & gloſſ. ordinariam. in c. Moyſes. 32. quæſtio. 2. in cap. ſicut de homicid. & in capitu. conſuluiſti. 2. quæſtio. 5. in verbo per aborſum, inter antiquos iuris interpretes vſus fuit Alberic. in l. qui in vtero. D. de ſtatu homin. & in dicta quæſtione 59. nume. 6. & Abb. in dicto capitu. ſicut. Ioan. Berber. in viator. iur. titu. de homicid. parte prima. in fin. & ex recentioribus Petrus à Placa in Epito. delictor. libro 1. capitu. 20. nume. 5. qui ita communiter à doctoribus teneri in capitu. ſi aliquis. de homicid. refert. & eodem lib. capit. 26. nume. 8. verſic. qui verò abortioni. quem ſequitur Menoch. d. caſu. 357. Gomez. variar. reſolut. libro 3. capite. 3. nume. 32. & inter Theologos, ac ſummiſtas illam ſequuntur Silueſtrin. in verbo homicidium. §. 1. nume. 2. B. Antoninus in prima par. ſuæ ſummæ. titu. 7. capitu. 8. §. 2. in fin. Quorum diſtinctio, & opinio dura nimis, & rigoroſa in eo ſemper mihi viſa fuit, quòd animato fętui abortionis cauſam præbentibus, mortis pœnam afferāt, & fortè inhumanior quàm quę in iudicijs vbi de vita hominis agitur obſeruanda ſit, ideo examinemus illam plenè, videamusque an vera ſit, ex eoque ſolo ſeruanda, quia communis, ne fortè imperiti illi iudices, qui ſola aliquando communi ſententia freti iudicant, in hoc etiam errare, veritate rei non conſiderata, facilè poſſint. Si enim in omnibus cauſis iudex diligenter quid iudicandum illi ſit conſiderare, & inquirere debet. l. Carbonianum. §. duę autem de Carbon. edicto. multo magis in cauſa capitali id faciendum eſt, diligenter in facto, & iure rem conſiderando, & examinando: cùm enim de hominis ſalute ſemel erratur, actum de illius capite, ſententiaque non reparatur, nec iterum eſt errori locus, & ideo inquit Iuuenalis. Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Et quidem (vt hinc exordiamur) non ex ſuo capite diſtinctionem hanc animati, & inanimati partus, doctores noſtri ſibi finxerunt; ſed ex iuris Canonici diſpoſitione in medium attulerunt. Id enim expreſſum videtur in cap. quod verò, & d. c. Moyſes. 32. quæſt. 2. vbi verba Diui Auguſtini hac de re referuntur, eademque diſtinctione vtitur Innocentius iij. in capit. ſicut ex literarum. de homicid. & cum canones homicidam hunc reum appellare ſoleant. c. conſuluiſti. 2. quæſt. 5. in fin. homicidæ pœna, hoc eſt vltimo ſupplicio plectendus erit, & hanc opinionem, vt animatum fętum perimens morte plectatur, iuris etiam ciuilis authoritate probare interpretes nituntur, nempe ex l. Diuus. D. de varijs, & extraordinarijs criminib. ex l. Cicero. D. de pœn. ex l. ſi mulierem. D. ad l. Cornel. de ſicar. ex l. penult. C. eod. tit. quibus omnibus in locis ſic interpretes diſtinguere videntur, poſt Bar. in d. l. diuus. Pro hac denique ſententia facere videtur illa iuris regula, quòd qui in vtero eſt, habetur pro nato. l. qui in vtero. 1. & 2. de ſta. homi. vnde ſicuti, qui iam natum conſultò occidit, pœna mortis punitur, ita & hoc caſu concludendum videtur, ſatisque pœna capitali dignus cenſebitur, qui ſpem animantis perimit, ex lege regia. de qua in l. 2. D. de mort. inferen. & in vtroque capite indiſtinctè tenuit Marquard. Auguſtan. lib. 1. parerg. cap. 17. idque fortius ex eo defendi poſſe videtur, quia cùm inter Chriſtianos homines controuerſia ſit, conſiderandum animam in periculo maximo conſtitutam, ſi abſque Baptiſmo corpus ęgreſſa fuerit, & eniþoſum animam, & corpus ſimul interemiſſe, hoc temporali, illam perpetua morte, vnde Tertulian. in Apologetico. *Nobis verò* (inquit) *homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentium diſturbet: homo eſt, & qui eſt futurus, & fructus hominis iam in ſemine eſt.*

Verùm quicquid ſupraſcriptis doctorib. ex his viſum fuerit, mihi contraria ſententia tanquam verior, & humanior magis ſemper placuit, concludereque, & iudicare non dubitarem, diſtinctione illa admiſſa, animatum abigens fętum mortis pęna non puniendum, ſed alia non fortè minus graui, vt infra dicam, plectendum. Pro cuius opinionis defenſione id mihi ſatis ſufficere exiſtimo, ſi contrariæ partis argumenta non ſubſiſtere, iuraque à doctoribus allegata non probare, imò contrarium apertè ſtatuere, demonſtrauerō: tūc enim neceſſario ſequetur, vt non ſecus, quàm ſi grauiſſimę alicuius machinę ſuſtentacula tollas, omnia
5 corruant. Atque in primis † perpendamus quæſo iuris Canonici decreta, quibus ſuam opinionem probare conati ſunt contrariæ partis defenſores, & tex. adſeritur in d. cap. Moyſes. 32. quæſt. 2. cuius hæc verba ſunt.

Moyſes tradidit. Si quis percuſſerit mulierem

lierem in vtero habentem, & abortiuum fecerit, ſi formatum fuerit: det animam pro anima, ſi autem informatum fuerit, mulctetur pecunia.

Hæc verba ex D. Auguſtini ſcriptis decerpta fuerunt in lib. quæſtionum veteris, & noui teſtamenti. quæſtione 23. & in libro 2. quæſt. Exod. quæſt. 80. Quibus locis quamuis reſpondere multipliciter poſſimus, & reſpondeat Menoch. in dicto caſ. 357. num. 15. leges veteris teſtamenti non eſſe in cauſarum deciſionibus obſeruandas, tamen hac reſponſione omiſſa, ſatis erit oſtendere in capitu. illo 21. Exodi. vnde Auguſtinus verba illa decerpſit, nullibi de partu animato, vel inanimato mentionem fieri, imò nec de formato. Ibi enim Dominus ex ore Moyſis Iſraelitico populo legem hac in re proferens iuxta veram, & Germanã multorum Codicum lectionem ſic loquitur. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetiuerit, & arbitri iudicauerint: ſin autem mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima. &c.* quibus verbis non alio in caſu reum mortis percuſſorem iudicauit, quàm ſi mulier ipſa mortua fuerit, quod & Vlpiano, cęteriſque Romanarum legum authorib. non diſplicuiſſe animaduerti in d. §. qui abortionis. & in 1. caſu ſupra dicebamus ex. l. ſi ſeruus. §. ſi mulierem. D. ad l. Aquil. à quibus & VViſigoti in illorum condendis legibus hac in ſpecie non receſſerunt libro 6. titu. 3. l. 1. quòd ſi quis hac communi fortè lectione cõtentus non ſit, is Hębraicam, & Græcam lectionem audiat, quam de verbo ad verbum ſic doctiſſimi interpretes vertunt. *Si contenderint viri, & offenderint mulierem prægnantem, vt egrediantur nati eius, & non fuerit exitium, puniendo punietur, ſecundum quod illi impoſuerit maritus mulieris, dabitque iuxta arbitrorum ſententiam, & ſi exitium fuerit mulieris, dabit animam pro anima.* Nullum igitur hic verbum de animato, & inanimato fętu, neque alibi in toto Bibliorum libro (quod viderim) hac de re mentio fit. Diui verò Auguſtini verba in ſupradictis locis nõ eò referenda ſunt, vt de animato ſolùm partu loquatur, ſed de illo, qui formatus, & omnino maturus eſt, quaſi verba illa, *& abortiuum fecerit*, de fętu nondum formato intellexerit, vt verè meo iudicio intelligi debent. Partus verò ex Hyppocratis doctiſſimi ſententia, à qua I. C. noſtri in ſimilib. quæſt. non diſceſſerunt, vt in l. ſeptimo menſe. D. de ſta. homin. non ante verè formatus eſt, quàm poſt octauum menſem, vt ipſe in libellis de ſeptimeſtri, & octimeſtri partu author eſt, & nos infra dicemus, & ita omnia iura, ſtatuta, doctorumque authoritates, & ſententias de formatu partu loquentes intelligerem. Quod verò dicitur ex c. ſicut ex literarum. de homicid. vbi de viuificato partu mentio fit, dico distinctionem quidem meritò adinnentam, neque nos ab illa iudicando diſcedere in pœna arbitranda volumus, ſed mortis pœnam delinquenti ob id infligendam negamus, cùm nulla neque canonica, nec ciuili lege cautum reperiatur, & licèt canones hunc delinquentem vt homicidam teneri, & iudicari voluerint. d. c. conſuluiſti. in fi. & d. c. ſi aliquis. de homicid. non tamen verus homicida dici poterit, ideo neque verè homicidæ pœna mulctabitur: ſępius enim multiſque in caſibus ex lege Euangelica quis homicida dicitur, vt in capi. homicidiorum. de pęnitent. diſtinctio. 1. pro quibus mortis pœna quis tamen non plectitur.

Iuriſconſultorum verò nulla reperiuntur loca in omnibus Digeſtorum libris, ex quibus non ſolum hæc opinio, ſed nec diſtinctio illa elici poſ-
6 ſit, & primò † tex. in l. diuus. hoc non probat, imò in fortiori caſu loquens Marcianus, quando ſcilicet ab ipſa matre non caſu, ſed data opera, abactus partus fuit, in temporale exilium dandam eſſe ex Impp. Seueri, & Antonini reſcripto cenſuit. Idemque nulla tamen Impp. mentione habita in græco Baſilicorum libro ſcriptum reperitur lib. 60. tit. 22. cap. 4. minus autem ex l. ſi quis aliquid §. qui abortionis. ſuſtineri hæc ſententia poterit, cũ ibi non niſi illo in caſu vltimi ſupplicij pœna propter abortionis cauſam reo imponatur, ſi ex poculis ſumptione non ſolùm infans, ſed ipſa mulier mortua fuerit, vt Exodi etiam d. c. 21. cauebatur. L. Cicero. in ea parte pro qua citatur, loquitur etiam de ipſa matre, quę accepta pecunia partum medicamentis abegerat, ſic ipſe Cicero in oratione pro Aulo Cluentio loquitur, vnde illa lex deſumpta fuit. Ideoque, vt non ſemper eandem pro abortu pœnam matri imponendam Iuriſconſul. iudicaret, ſubijcit, quòd ſi qua viſceribus ſuis vim intulerit, temporali exilio coercenda eſt. Idemque Vlpianus in d. l. ſi mulierem. D. ad l. Cornel. de ſicar. in ſimili ſpecię ſtatuebat. Denique miror quam ob cauſam in hac quæſtione textum tam ſępe doctores noſtri in medium adferant in l. penult. C. ad l. Cornel. de ſicar. ibi enim non de fętu immaturo, & qui in vtero adhuc eſt Impp. ſcribunt, ſed de infante iam nato expreſſa verba ſunt.

Si quis necandi infantis piaculum aggreſſus aggreſſaúe ſit, ſciat ſe capitali ſupplicio eſſe puniendum.

Hic nulla reperitur diſtinctio, nulla pęnitus de fœtu, & vtero mulieris verba. vbi igitur leges non diſtinguunt, neque nos diſtinguere debemus. Et proptereà repræhenſione dignus erit Accurſ. qui in gloſſ. illius l. nondum natos connumerat, & Faber ibi, qui tamen ſub verbo fortè loquitur.

Vltimò non obſtat ratio, quę deducitur ex l. qui in vtero. 1. & 2. de ſta. homin. quod qui in vtero eſt, habetur pro nato. Reſpondetur enim ex vulgata regula, aliud eſſe tale, & aliud haberi pro tali. Iuriſconſultus enim ibi loquitur cum diſtinctione, vt habeatur pro nato quo ad ſui commodum: illi verò nulla hac in re commoditas exoritur, ſi delinquens pœna capitis, & mortis puniatur: neque enim tam facilè pro immaturi partus extinctione homo formatus, & Reipub. humanoque generi

magis

magis vtilis damnandus eſt. Hæc verò ſententia
7 facilius meo iudicio confirmabitur, † ſi fœtum dum in vtero reſidet, hominem non eſſe demonſtrabimus, quod illa ratione mihi ſatis probari poſſe videtur, quia homo nunquam dicitur verus homo, niſi poſtquam natus eſt, dum enim in vtero eſt formatur, licetque iam animam habeat, nondum tamen formatus eſt, niſi poſt octauum menſem regulariter, indeque verè homo dici non poteſt, quia homo ex anima, & corpore efficitur, & conſtituitur, quorum altero deficiente non eſt homo. Silueſtrin. in ſumma verbo homo. nume. 1. hinc, qui in octauo menſe naſcuntur, viuere nullo modo poſſunt, vt Hyppocrat. in lib. de octimeſtri partu teſtatur, & Plutarch. lib. 5. de Philoſphor. placit. cap. 18. ſcribit, ex eiuſdem Hypocratis, Ariſtotelisq; ſententia, & qui ſeptimo menſe naſcuntur, raro viuunt, & ſi viuunt cæteris prius formatos Philoſophi, ſociabiliaque tunc ſigna repentè infantem Mathematici dicunt, & quamuis integraliter formati non ſint, ita tamen partui propinqui ſunt, vt quòd in formatione ſupereſt, facilè extra vterum capere poſſint. rationemque huius rei pulchram tradit Ferran. adduen. lib. 1. explicat. cap. 6. Prætereà dum fœtus in vtero eſt animal non eſſe, ſed partem ventris matris, communiter inter ipſos Philoſophos Stoici cenſuerunt, vt idem Plutarch. d. lib. 6. cap. 15. teſtatur; quorum ſententiam & inter Iuriſconſul. Vlpianus ſequutus eſt, dum fœtum in vtero exiſtentem partem viſcerum matris eſſe ſcribit. l. 1. §. ex hoc reſcripto. D. de inſpicien. ventr. hinc mulierem abigentem viſceribus proprijs vim inferre Triphoninus in d. l. Cicero. & idem Vlpianus in d. l. ſi mulierẽ. dixerunt. nec immeritò, donec enim infans in vtero eſt, vmbilicus eius ita viſceribus matris adfixus manet, vt pars viſcerum ipſius matris cenſeatur: ſic & fructus dum immaturi, & acerbi ſunt, verè fructus non ſunt, cùm frui non poſſint, nulloque vſui ſint, quibus hominem philoſophi comparant, vt ſcribit Rodigin. lection. antiquar. lib. 15. cap. 22. vnde qui abortui cauſam dat, verus homicida dici non poterit, cùm verus homo, qui in vtero geſtatur, non ſit, ſed vt medici vocant, embrio. neque homo niſi poſt natiuitatem verè dicitur. vnde ſummi vir ingenij Papinianus in l. in l. Falcidia. 9. D. ad l. Falcid.

Partus nondum ęditus (inquit) homo non rectè fuiſſe dicitur.

Quam ſentẽtiam & Baldo (qui philoſophus etiam fuit,) & Io. de Anan. multiſque alijs doctoribus non diſplicuiſſe video, quos refert Placa. d. cap. 26. num. 8. & ſequitur poſt Socin. Alciat. in l. qui liberi. D. de verbor. ſignifica. & Imperator Iuſtinianus fœtum ſpem hominis appellat in l. cum inter. C. de fideicommiſſar. liberta. Iuriſconſultorum veſtigia ſequutus, qui ſpem animantis dicunt. l. negat. D. de mortuo inferen. pluraque huiuſmodi in Digeſtorum, & Codicis libris exempla reperiuntur, quorum Albericus meminit in d. par. 3. ſtatutor. quæſtio. 59. & Menoch. in dicto caſu 557. numero. 8. ex dicto. §. qui abortionis. verbis apertè demonſtrat: Et vterum hominem non eſſe pluribus oſtendit more ſuo Tiraquell. in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donatio. in verbo ſuſceperit liberos. numero 147. 148. & hanc ſententiam expreſsè defendit Brun. in tracta. de forma. articu. 2 colum. 21 per tex. in d. l. in l. Falcidia. D. ad l. Falcidiam. Neque eſt, quod iudicum animos moueat periculum animæ, quæ ſine Baptiſmo perit: quia quamuis hoc grauiſſimum in foro conſcientiæ ſit, non tamen ob id pœna mortis inferri debet, cùm ſi animatus naſcatur fœtus baptizari ſatis poſſit; & conſiderari ſemper debet, quòd dum in vtero matris infans eſt, multa alia accidere poſſent, quæ abortioni cauſam præberent. inde B. Antonin. in ſumma ſua. par. 2. titu. 7. capitu. 8. §. 1. col. 2. dicit hoc homicidium eſſe, & ita reputari ſolùm quo ad peccatum, & irregularitatem. idemq; voluit Caietan. in ſumma ſua litera A. verbo abortus. Brun. vbi ſupra.

Ex quibus omnibus cùm diſtinctionem illam radice, & fundamentis pęnitus carere demonſtratum ſit, mihi in facti ſpecie pro humaniori ſenten-
8 tia iudicandum ſemper eſſe videtur, ita vt † quamuis partus animatus ſit, tamen pęnam mortis reus non ſuſtineat: cùm enim de interpretatione legum agatur, hoc in caſu pœnæ potius molliendæ quàm aſperandæ ſunt. l. interpretatione. D. de pęn. & promptiores eſſe debemus ad liberandũ quàm ad condemnandum. l. Arrianus. de action. & obligat. præcipuè cùm de vita morteque hominis controuerſia ſit. In qua quæſtione eius ſemper fui opinionis, vt quando non habemus tex. claros, & apertos, qui rem decidant, neque lege aliqua municipali compręhenſus caſus eſt, tunc quamuis omnes ferè doctores reum morte dignum iudicent, & vnus aut alter abſolutione magis quam pęna dignum ſolidiſſimis rationibus defendat, pro abſolutione ſemper ſententiam dicere non dubitarem. Nam dicunt doctores, quòd ſi opinio communis dura fuerit, & rigorem ſapiat, contraria verò magis æqua ſit, hæc ſequenda eſt. Ita dicit Purpurat. in l. admonendi. num. 55. de iureiur. Cephal. 93 num. 6. Io. Bolognet. l. 1. nume. 43. ſi cert. peta. præſertim verò hoc in caſu differentia conſtituenda eſt, quando quis occidit iam natum, & quando immaturum, prout inter vterum, & natum puerum plures conſtituuntur à Tiraquel. in l. ſi vnquam. quæ nulla conſtitueretur, ſi vtroſque eandem pœnam męreri iudicarent. Ideoque vera mihi Paul. Caſtren. & aliorum ſententia viſa eſt, qui in l. quod dicitur. D. de libe. & poſthum. voluerunt,
9 quòd † ſi ſtatutum pro homine occiſo mortis pœnam ingerat, hic caſus non compręhendatur, quando ſcilicet fœtus erat adhuc in vtero. In quam rem plures allegat Tiraquell. in d. l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit libertos. numero 150. C. de reuocan. donatio. Non negamus tamen, quin à prudentiſſimis iudicibus, diſtinctio adhibeatur aliqua an fœtus ſit animatus, vel non, imò & id in foro conſcientiæ conſiderandum arbitror à Sacerdote in pœnitentia imponenda, dum tamen pœna hęc arbitraria mortem non inferat: cùm enim pœna

iudicis

iudicis arbitrio imponenda relinquitur, non poteſt
iudex reum morti condemnare, vt eleganter tra-
dit Barbat. in ſimili ſpeciꝫ conſi. 23. in fin. libro 2.
Quãuis gl. in §. in ſumma. in verbo extraordinaria
inſtit. de iniur. contrarium velit, quam communi-
ter reprobatam teſtatur Ludouic. à Peguera Hy-
ſpan. inter deciſ. ſeu quæſtiones criminales, capit. 7.
nu. 12. Afflict. deciſ. 276. nu. 6. & contra illam glo.
tenuit Clar. §. fin. pract. crimin. quæſtio. 83. verſi. ſed
quæro & dixi infra deciſ. 161. Satis vero doctori-
bus illis, qui voluerunt pęna capitali reum afficien
dum, ſatisfactum iri iudicarem, ſi relegationis, exi-
lij perpetui, triremiumúe pœna illi imponeretur,
quia iſtæ pęnæ capitales appellantur. l. 2. & l. capita-
lium. D. de pęn. In hac vero opinione ſolus non iu-
dicabo, & illam ab aliquibus non contemnendę
authoritatis doctoribus ſequutam fuiſſe reperio.
Nempe ab Alexan. in l. quod dicitur. nume. 3. poſt
Bald. ibi. D. de liber. & poſthum. qui pater veritatis
appellatur. Dec. conſi. 535. nume. 3. vbi dicit con-
trariam opinionem iure non probari, illamque
neque lege Moſayca, neque Canonica defendi
poſſe tradit Innocen. in dicto capitu. ſicut ex litera-
rum. de homicid. & videtur probare Alcia. in l. non
eſt pupillus. 161. de verborum ſignificat. Menoch.
expreſsè in dicto caſ. 357. Emanuel Zoarez. in re-
ceptar. ſententiar. theſauro. in verbo abortui. Boſſ.
de homicid. nume. 5. & 6. Et pro hac opinione cre
derem, quòd ſi caſus contingeret ſemper iudica-
ret Senatus, qui mitius in his caſibus agere ſolet
quàm leges diſponant, quemadmodum & in du-
bio pro matre ipſa, quæ infantem iam natum
occiderat (ſine dolo tamen) iudicauit: & aliam,
quæ data opera non vitalem occidit, à pęna mor-
tis abſoluit, vt in ſeq. deciſ. dicemus.

10 Hinc inferri poteſt, mitiorem etiam † pœnam
inferendam illi, qui amoris furore obcęcatus po-
culum amatorium mulieri dedit. ex d. §. qui abor-
tionis. Nam, vt Iacob. Nouell. in tracta. ad defen-
ſam. cap. 1. nume. 58 ſcribit, laſciuia à pœna homi-
cidij ordinaria excuſat, quia nulla facilius ad ma-
leficium cauſa, quàm turpis amor, & intemperatus
libido commouere poteſt: ideo reus exilij, vel rele
gationis pœna mulctandus erit, per tex. in l. lege
Cornelia. §. 1. D. ad l. Cornel. de ſicar. vel tanquam
furioſo bonorum ſuorum adminiſtratio illi inter-
dicenda erit, vt cenſet Stephanus Forcatulus in
cupidine Iuriſperitor. cap. 4. nume. 9. apud quem
plura huiuſmodi amatorij furoris exempla colli-
gere licet. hincque Ariſtotoles lib. 1. Magnor. mo-
ral. cap. 16. Areopagitarum iudicio non malè ab-
ſolutam mulierem illam eſſe ſcribit, quæ ex pocu-
lo amatorio mortem iuueni cauſauerat, quia nul-
la voluntas hominem occidendi ſuberat; quam-
uis morte hoc in caſu reum dignum Vlpianus iu-
dicet in d. §. qui abortionis, & ſequitur. Alciat. lib.
7. παρέργων capit. 25. plura verò de poculum amato-
rium præbentis pœna congerit Paulus Grilland. in
tract. de ſortileg. q. 12. p totam. Menoch. d. cẽtur. 4.
caſ. 358. Et amorẽ furorẽ eſſe pulcherrimis autho-
ritatibus demonſtrat Octau. Simoncell. de decret.
in præfat. nu. 75. nũc ad rem noſtrã redeamus, Et

Tertius caſus proponi poteſt in ſpecie illa, quan
11 do poculum ad aborticandum † datur, non ob ma
lum cauſandum, ſed vt mulier ſanitatem conſe-
quatur, dum in periculo vitæ ob fœtum in vtero
exiſtentem poſita eſt. Quo in caſu quamuis ali-
quorum ſententia fuerit, quos recenſet Placa in
Epitom. delictor. capitu. 20. nume. 6. verſicu. hinc
etiam. vt ſi animatus fœtus ſit, pœna homicidij te-
neatur: mihi tamen altera Socin. & Felyn. ſententia
in capitu. ſi aliquis. de homicid. verior videtur, vt
cùm ex puerperio mulierem morituram cogno-
ſcitur, impunè huiuſmodi abortionis poculum illi
dari poſſit, dum tamen hac in re Medicorum con
ſenſus accedat, vt innuit Carer. in practi. criminal.
in §. homicidii. par. 1. nume. 24. in fin. & par. 2. num.
107. cùm enim hoc caſu non ſolùm ipſius matris,
ſed etiam infantis periculum expectetur, de duo-
bus malis minus eſt eligendum, humaniusque vi-
detur eſſe, vitam matri hoc modo concedere, quæ
alios procreare liberos poteſt quàm infanti, qui
ſemper in periculo poſitus eſt, donec ad generandi
ætatem peruenerit: erit tamen ſalutaris pœna pro
homicidio delinquenti iniungenda, quia pecca-
tum hoc inter mortales connumeratur à B. Anto-
nino in ſumma. dicto capit. 8. §. 2. circa fin. Quod
ſi abſque Medicorum conſenſu id factum fuerit
ſine dolo, miſerationis cauſâ, non pęna capitis, ne-
que ordinaria legis Corneliæ punietur reus, ſed mi
tiori, puta exilij ad tempus, & alia huiuſmodi iu-
dicis arbitrio. Si enim ex Senatuſconſul. relegatam
illam in quinquennium duntaxat mulierem fuiſſę
apud Marcianum reperimus, quæ poculum ad
conceptionem dederat, ex quo ea, quæ acceperat,
deceſſit. l. 3. §. ſed ex Senatuſconſulto. D. ad l. Cor-
nel. de ſicar. cum aliàs vltimi ſupplicij pęna indicta
eſſet. dicto. §. qui abortionis. de pęn ex eo, quod in
ſpeciꝫ illa duplex homicidium committebatur,
non video, quare pęna mortis plectenda illa ſit,
quæ vt matrem ſaluaret, immaturum partum in-
teremit.

Quartus caſus ex doctorum ſcriptis colligitur,
12 ſi mater filiam † habens pręgnantem, poculum
abortionis cauſa dederit, vel ſuaſionibus, & mi-
nis filiam ad accipiendum honoris ſeruandi cau-
ſa impulerit. Et hoc caſu variare noſtri ſolent,
pluresque diſtinctiones afferre, vt eſt videre apud
Boer. deciſ. 216. nume. 4. ego verò ſic reſolutiuè
concluderem, quod ſi hæc mater dato poculo
animatum fętum peremit, cauſaque abortionis
propter impias ſuaſiones fuerit, idque non vna, ſed
altera vice ab ipſa commiſſum fuerit pœna capi-
tis plectendam eſſe, vt hac in ſpeciꝫ latiſſimè con-
ſuluit Dec. in d. conſ. 535. lib. 2. per totum. ſicque
intelligendam deciſ. illam Boerij exiſtimarem,
dum Liburnię ad mortem condemnatam mulie-
rem quandam teſtatur: loquitur enim in caſu De-
cij. Idemque iudicandum, imo & fortius puto, ſi
ex eo poculo mortua filia fuerit, cum hic duplex
parricidium acceſſerit. per tex. in d. §. qui abortio-
nis. ſi verò inanimatus, hoc eſt, (vt Hypocrates de
natura pueri voluit) ante trigeſſimum in puero,
& quadrageſimum in fœmina diem eiectus fue-
rit, idq;

rit,idque ſemel tamen commiſſum eſt, exilij perpetui, vel relegationis pœna mulctandam, vt omnes in d.c.ſicut. & c.ſi aliquis. de homicid.& in d.l. diuus. concludunt. innuitque Boer. d. deciſ. 216. num.4. merito verò hæc impia mater his pœnis afficietur, quia poterat facillimè, ſi in eius poteſtate filia erat, & de illius honore dubitabat, ita rem ſecretam habere, vt nullus illam fuiſſe prægnantem cognouiſſet, ipſique matri imputandum eſt, ſi filiam ita impudicam aluit, quæ ſe hominum amplexibus tam facilè committeret. Et quamuis fortè hoc in caſu etiam dubitarent, an pœna mortis punienda eſſet; ego tamen cùm id non reperiam legibus cautum, imò videam matrem ipſam infantis à mortis pœna liberari, vt mox dicam; exiſtimo idem in matre prægnantis ſtatuendum eſſe: non tamen vtroque caſu ipſa filia fuſtium ictum euitabit, cũ impijs ſuaſionibus acquieuerit: quòd ſi poculum quidem abortionis datum fuerit, ſed abortus ſequutus non eſt, tunc mitiori pœna matrem coercendam dico poſt Barbat.conſil.23. à nume.17. vſque in fin.lib.2. per ea, quæ dicit Carer.in d.§.homicidij.1.par.nume.8. Grammatic.voto 20. cùm ex conſuetudine, & ſtilo iudiciorum nunquam ſoleat eadem pœna puniri affectus, qua effectus punitur. quamuis aliqui voluerint veneнum dãtem licèt non ſequatur mors, tamen mortis pœna plectendum.

Quintus quo ad materiam abortus ſupereſt ca-
23 ſus, ſi mater ipſa † proprijs viſceribus ita vim intulerit, vt abegerit. quo in caſu, & ſi non ſolùm legis Corneliȩ pȩna, ſed etiam parricidij puniendam aliqui eſſe voluerint, ſi fȩtus animatus ſit, tamen legum ciuilium ſanctiones hoc in caſu expreſsè loquentes ego ſeruandas in iudicio arbitror, vt ſiue animatus, ſiue inanimatus fȩtus ſit, exilij perpetui cum fuſtigatione pœna mulctanda ſit: ſic enim ex Impp. Seueri, & Antonini reſcripto exilij duntaxat pœnam matri propter abortum inditam legimus in l. diuus. D. de var. & extraordinar. crimin. vbi Marcianus.

Diuus Seuerus, & Antoninus (*inquit*) reſcripſerunt eam, quæ data opera abegit, à Prȩſide in temporale exilium dandam: indignum enim videri poteſt, impunè eam maritum liberis fraudaſſe.

Quibus verbis exilij temporalis matrem pȩna mulctatam fuiſſe colligimus, quod & Vlpianus ſcribit in l.ſi mulierem. D.ad l.Cornel.de ſicar. & Tryphoninus ſimiliter reſpondit. in l. Cicero. §. ſed & ſi qua. D.de pœn. quibus in locis nulla de fȩtu animato, vel inanimato diſtinctio traditur: nam cùm in vtero conceptus partus eſt, tam ſpem animam interimit, qui inanimatum, quàm qui animatum abegit. hinc eſt, quod Iuriſconſul. nullam hac in re differentiam conſtituere voluerunt. Dum verò dicimus verberatam hanc mulierem in exilium mittendam, id extra Iuriſconſultorum placita non ſubijcimus: ita enim in Græco Baſilicorum libro titu. 22. cap. 4. ſcriptum reperitur. *Quæ data opera abegit partum, verberata in exilium mittitur.* Mater vero ab hac pœna non excuſabitur, ſi propter pudorem, & cauſa honoris ſeruandi id perpetraſſe delictum dicet, vt Dec. voluit in allegato conſil. 535. & inter Theologos B. Antoninus in ſumma ſua par.2. titu.7. cap.8. de homicid.§ 2. in fin. ſcribit.

Non obſtabit ſupradictis l. Cicero. in prin. vbi dicitur mulierem quandam ex eo, quòd medicamentis partum abegerat, capite damnatam fuiſſe, vnde huius criminis pœnam capitalem eſſe. nam reſpondetur animaduertendum ibi non ſolùm ſimpliciter odio mariti, vel alia veriſimiliter iuſta cauſa partum abactum, ſed propter pecuniam à ſecundis hæredibus acceptam, quo in caſu cùm delictum grauius, & atrocius reddatur, vt poſt Grammatic. Capic. & alios dicit Menoch. in d. caſu. 357. num. 13. meritò grauiori pœna digna fuit, cùm ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum Reipublicæ ciuem ſuſtulerit, vt Cicero in oratione pro A. Cluentio ſcribit, vnde illius legis prima pars deſumpta eſt. Mitiori tamen pœna digna erit, quæ in minori ætate conſtituta eſt, vt poſt Dec. in d.conſil. 535. voluit Hyppolit. Riminald. inter conſilia Criminal. Ziletti Tomo 1. conſ. 135. nume. 15. facit l. Senatus. D. ad l. Cornel. de Falſ. & ita in ſequenti caſu cenſuit Senatus.

Mater infantem iam natum occidens qua pœna plectatur.

DECISIO XIII.

1 *Matris infantem occidentis ſupplicium eſt pœna mortis, limita, vt num. 2. 3. 5. 6.*
4 *Delictum ſine dolo commiſſum mitius puniendum.*
7 *Confeſſio qualificata quid operetur.*

SVPRASCRIPTIS caſibus ſextus, & vltimus addi poteſt in ſimili materia, & qui ſȩpiſſimè contingit, & magna conſideratione, & miſeratione dignus eſt de muliere, quæ partum iam natum interemit, in quo breuiores erimus, quàm in ſuprascripta deciſione, in qua vltra inſtitutum noſtrum longiores fuimus ex eo, quòd vbi de vita hominis agitur, diligentius res examinanda eſt, mihique aliquando glorioſum erit audire iuxta defenſionẽ meam veritate rei conſiderata homini mortem condonatam fuiſſe. In quæſtione igitur propoſita regu-
1 la ſic tradi poteſt, † matrem infantem iam natum occidentẽ pœna parricidij plectendam eſſe l. 1. D. & C. de parricid. l. ſi quis necandi. vbi omnes notant. C. ad l. Cornel. de ſicar. & ita in Hiſpania ſe vidiſſe ſeruari teſtatur Clar. in pract. criminal. in §. Parricidium. in fin. in iſtis mulieribus, quæ proprios infantes poſt partum occidunt, vel ſuffocant. Neque

que

que pudor illas excuſabit, vt ſupra poſt Dec.conſilio 535.concluſi.& ita paſſim in facti contingentia ſeruauit Senatus,quod & VViſigotorũ legibus cauebatur,vt libro 6.titu. 3.l.fina. poteſt tamen ſupraſcripta regula multis modis limitari.

2 Prima limitatio eſt †,ſi mulier peperit intra quatuor, vel ſex mẽnſes animatum quidem, ſed non vitalem, & infantem præ pudore,ne ſciretur prægnans ſuffocauit:nam tunc mitiori pęna punietur quàm mortis naturalis per ea,quæ ſupra in quinto caſu diximus de abortu loquentes, & ita ſępius Senatus cenſuit.

3 Secunda † limitatio eſt: ſi mulier interrogata ignorans, & ſine dolo reperta fuerit, vt in caſu de quo per D.Ozaſc.in deciſ. 60.quem caſum, quoniam res eſt notatu digna; ego apertius delineabo, cùm mulieris Saluator extiterim. Quædam infantem pepererat; repertus fuit partus formatus, ſed iam mortuus in Latrina: mulier per me examinata ſemper reſpondit ignoraſſe ſe. fuiſſe prægnantem,& cùm ea nocte, qua peperit ſentiret ventrẽ tumefieri, & dolore angeretur,Latrinam acceſſit cogitans ſe emiſſuram feces ventris, cùm ibi fuit ſentiens neſcio quid exire per vuluam volens, retraxit nates,opponens os vuluæ ori Latrinæ, tunc ſenſit quid magnum exire, & in latrinam cadere, videbatur Senatui ſua hæc reſponſio non veriſimilis:fuit bis torta,perſtitit ſemper idem dicens, diſputatum fuit, quomodo puniẽda. Quatuor Senatores dicebant vltimo ſupplicio, ego contrarium reſpondi,quia non erat probatum doloſum parri-
4 cidium,niſi violentis præſumptionibus†,quo caſu mitigatur pęna.c.tertio loco.vbi Abb.de præſumptio.Iacob.Nouell.in tracta.ſuo ad defenſam. rubrica,homicida quibus ex cau.à pęna mor.excuſet. nume.133. & per ea, quæ latè tradit Bartolomeus Taegius in tracta. criminal. par. 6. nume. 3.& ſeq. Gomez.var.reſolut.lib.3. cap.3.num. 15.Alij dicebant dolum probatum ex illis coniecturis per l. dolum. de dolo. fuitque illa mulier propter plura vota damnata ad mortem, tamen neſcio quo ſpiritu fuit ab executione ſuperſeſſum. Sequenti die iterum diſputata cauſa duo ex dominis probarũt opinionem meam eo quòd nõ eſſet faſſa dolum, & licèt non eſſet veriſimile eo modo peperiſſe, tamen, quia non conſtabat partum victurum eo quòd non erat nouem menſium, fuit reformata ſententia,& iuxta votum meum abſoluta à pœna mortis, & fuſtigata ac bannita.28. Decembris. 1554.Vercellis.

5 Tertiò † limita regulam ſuprapoſitam, vbi interuenit matris ſuaſio, & minor mulieris ætas, vt conſuluit Dec.d.conſil.535.Menoch. d.caſu 357.in fin. & diximus in quarto caſu proximę deciſionis, & in ſupradicto caſu cõſiderauit Senatus, vt etiam teſtatur Ozaſc.d.deciſ.60.in fi.

6 Quartò limita † ſi mulier interrogata reſpondeat ſe peperiſſe mortuum, & illum ſepeliuiſſe, vel mortuum ſtatim poſt natiuitatem:nam tunc licèt
7 † confeſſio hæc qualificata acceptari non poſſit, neque valeat quo ad pœnam omnino euitandam, niſi aliæ adſint coniecturæ per ea,quæ latè congerit Gabriell. inter ſuas communes concluſio. lib.7. concluſ.19.& in ſimili de eo, qui alium dixit occidiſſe,ſed ad ſui defenſionem dicit Anton.Gomezi. lib.3. variar. reſolut. cap.3.nume.26.tamen mitius punitur, vt ille ait. Ideo cùm ſimilis caſus contigiſſet in vrbe Vercellarum,quòd mulier allegaret infantem natum mortuum, cùm fuiſſet per præfectum condemnata ad mortem Sereniſſimus, Emanuel Philibertus Dux noſter in publicis audientijs habito voto Senatus iudicauit fuſtigandam, & banniendam per quinquennium. Taurini 1563.10.Februarij.

Monitos verò velim iudices in huiuſmodi caſibus, ne tam facilè has mulieres vltimo damnent ſupplicio, cùm clarè, & apertè de exceſſu vltra illarum cõfeſſionem non conſtat:ſemper enim in dubio mortuos natos eſſe præſumendum eſt, quia iſtę mulierculę ne videantur grauidę multa in perniciem vteri agere ſolent, dum vel pugnis, aut verberibus ventrem afficiunt, vt abortum faciant. Mortuique inde ſępius filij naſcuntur, & hoc facinus ſemper præſumitur coactè factũ, cùm nullus amor huic æquiparetur, quæ cauſa minuere ordinariam mortis pœnam poterit, quia quælibet cauſa excuſat à dolo.glo.in l.plagij. l.a.2. C.de plagia. Grãmati.vot.10.num.21.& poſt Caſtren.conſ.182. & Corn. 56.col. fin. vol.4. & alios multos per eum citatos, tenet Iacob.Nouell. in d.tracta. ad defenſ. rub.de excuſation. à reo facien.num.18. & quamuis dici poſſit ſatis dolum ſubeſſe ſaltim ex præſumptione, tamen cùm laboremus in incerto, nullaq; ſit ꝯfeſſio niſi ipſius mulieris, ab hac opinione non recederem. Hinc ſępius obſeruaui mulieres etiam damnatas, aliquo caſu, & non ſine diuino mirandoque iudicio liberatas fuiſſe, vt in caſibus ſupra narratis,& nouiſſimè mirabilis, & non reticendus caſus euenit in quadam Cherienſi, quæ vltimo ſupplicio damnata fuerat ex eo, quòd duos iam natos peremiſſe porciſque ad comedendum ſubieciſſe accuſata fuerat, cùm bis ad locum ſupplicij ducta fuiſſet ſemper negando tale facinus, repẽtino aliquo caſu ab exequutione ſuperſeſſum fuit: Tãdem ita volentibus fatis gratiam à Principe impetrauit ad interceſſionem confraternitatis Sancti Io.Baptiſtæ Decolati,dictæ de Miſericordia huius ciuitatis Taurinenſis, & gratia per Senatum fuit interinata 1582.Menſe Nouembris.

Reductio à laudo ad arbitrium boni viri apud quem iudicem petenda ſit, an apud iudicem ordinarium ipſius conuenti, an verò apud iudicem ipſius arbitratoris.

DECISIO XIIII.

1 *Reductio à laudo apud quem iudicem petenda.*
2 *Reductio à laudo eſt inſtar appellationis, & quomodo. num.7.*

3 *Speculatoris opinio de reductione examinata.*
4 *Didaci opinio perpenditur in quæſtione reductionis ad arbitrium boni viri.*
5 *Bar. opinio, vt ad iudicem cauſæ competentem pro reductione recurratur, defenditur. & nu. 8.*
6 *Executio ſententię arbitramentalis ab ordinario iudice peti ſolet.*
9 *Limitationes plures ad opinionem Bartoli traduntur.*
10 *Noua declaratio ad opinionem Bar. vt non procedat, cùm cauſa illuſtri perſonæ committitur arbitranda.*

REDVCTIO à laudo ad arbitrium boni viri, quæ regulariter
1 fieri ſolet, † coram quo iudice petenda ſit, diſputant doctores: variæque ſententiæ reperiuntur. Nam Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. D. pro ſoc. expreſsè voluit iſtam reductionē apud iudicem rei, q iudex competens cauſæ dicitur, petendam eſſe, cuius opinionē ſequuntur ferè communiter Canoniſtæ in c. quintaualliſ. de iureiuran. vbi præcipuè Abb. num. 39. Caſtren. in l. ſi ſuſpecta. §. fin. de inoffic. teſtamen. & in l. 2. C. vbi, & apud quem. & illam latè comprobat Federic. de Sen. conſilio 285. col. 2. Lanfrāc. de arbitr. par. 1. §. reductio. & par. vltima. quæſt. 19. num. 43. Blanc. in tracta. de compromiſſis. quæſt. 10. num. 13. Alexan. Socin. Maran. & alij quos refert, & ſequitur. Rolan. à Valle conſil. 24. nume. 12. lib. 4. qui in caſu huius deciſionis in cauſa Comitis Vitię, conſuluit Senatum Pedemontanum non eſſe iudicem competentem in reductione petita à laudo lato per illuſtr. Magni conſilij Conſiliariſ. D. Carolum ex Comitibus Lucernę, & Dominum Bernardum Trottum Iuriſconſultos, cùm Comes Vitiæ eſſet alterius fori. Pro qua opinione adducit Bartol. rationem, quia iſta reductio aut petitur iure actionis, & ſequendus eſt forus rei c. cum ſit de for. competen. aut officio iudicis, & tunc etiam coram iudice competenti recurritur l. 2. C. vbi, & apud quem. Item ponderat tex. in c. expoſita. de arbitr. vbi cùm cauſa arbitranda Duci Veneto compromiſſa fuiſſet, ad Pontificem, tanquam ad iudicem ordinarium recurritur, ſed huic textui reſponderi poſſet ex ſpecie illius cap. Ducem non tanquam arbitrum à partibus electum fuiſſe, ſed à ſummo Pontifice delegatum, vnde à delegato ad delegantem erat appellandum. l. 1. D. quis, & à quo appellet.

Alia fuit in hac quæſtione opinio, vt ad iudicem arbitratoris recurri in reductione debeat; quam poſt Ange. in l. ſi ſuſpecta. §. fina. de inofficio. teſtamen. tenent Felyn. in c. 1. col. 5. de præſcriptio. Roman. conſilio 265. Pariſ. 45. nume. 11. libro 1. Ioan. Andr. in capitu. ſtatutum. §. cum autem. de reſcript. libro 6. quem refert Roman. Afflict. deciſ. 51. & alij quos refert idem Roland. dicto con-
2 ſilio 24. qui mouentur illa ratione, quia iſta † reductio inſtar appellationis eſt, & eoſdem effectus ſortitur: imò ſub appellationis vocabulo à Iuriſconſul. nominatur. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. D. de arbitr. vbi gloſſ. Burſat. conſilio 184. nume. 11. libro 2. In appellatione verò appellatur ad ſuperiorem iudicis à quo; ergo idem erit dicendum in reductione; nam in reductione à laudo principaliter cognoſcitur de ſententia ipſorum arbitrorum, quod non ab alio quàm ab illorum iudice competenti fieri poſſe videtur, & ob id fortè Bald. & Salicet. in l. præcipimus. C. de appellatio. hanc ſententiam confirmare videntur, dum voluerunt, quòd ſi cauſa in laicum, & clericum ſimul compromiſſa fuiſſet, in reductione ad Epiſcopum recurri debet, & ſic ad ſuperiorem arbitratoris.

3 Tertia fuit opinio † Specu. in titu. de arbitr. §. 1. verſicu. ſed quis. nume. 4. vt neque ad iudicem arbitratoris, neque ad iudicem rei, vel actoris recurratur, ſed ad iudicem loci, nempe vbi compromiſſum fuit factum, & citat text. pro hac ſua opinione, qui nihil probat. in l. continuus. §. cum ita. de verborum obligatio. ſed pro eo adduci poteſt ratio illa, quòd compromiſſum videtur eſſe quædam tranſactio & contractus, ex quo tranſigentes & contrahentes forum ſortiuntur; l. hæres abſens. D. de iudic. capitu. Romana. §. contrahentes. de foro competen. libro 6. vnde cùm agitur de reductione, videtur tractari de reſciſſione contractus, ergo coram iudice loci contractus reductio erit petenda. argumen. l. qui loco certo. D. de condictio. indebit. per quam rationem ita videtur tenere Angel. in quadam ſua diſputa. vt refert Roland. in dicto conſi. 24. numer. 3. in fin. Hæc opinio procedere poſſet, ſi cōpromittentes eſſent ſub iuriſdictione illius iudicis, in cuius territorio factum fuit compromiſſum, vt ſi duo Taurinenſes compromitterent in duos ciues, vel incolas illius ciuitatis, quia ille eſt iudex competens, & ita intelligo opinionem Speculi: ſed ſi duo forenſes in duos ciues Taurinenſes compromitterent, in reductione ad iudicem cauſę competentem non ad iudicem loci recurrendum eſt, per ea, quæ infra in Bartoli opinione defendenda dicemus. Nec obſtat ratio ſupra allegata, quia imò ex eadem ratione defenditur contraria ſententia per text. quem Bartol. allegat in l. cum hi. §. tranſactionis. de tranſactio.

4 Quarta fuit opinio Didaci, qui libr. variarum reſolutio. 2. capite. 12. numero 1. Regula tradita omnes in eo conuenire, vt apud iudicem arbitratoris non ſit petenda reductio, alteram proponens quæſtionem an in reductione petenda ad iudicem actoris, vel rei recurrendum ſit: cenſuit apud iudicem illius contra quem petitur, reductionem petendam eſſe, per text. in l. 2. C. vbi, & apud quem. Ita vt ſi ego ante compromiſſum actor eram, poſtea reus in reductione efficiar ex eo, quòd contra me, qui arbitri ſententiæ acquieſco cauſa inſtituitur, coram meo iudice competenti reductio peti debeat: quæ opinio licèt ſubtilis quidem ſit, & colorata ratione defendi poſſit, quia actor ſequitur forum rei ad exemplum. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. tamen cùm petita reductione cauſa priſtinum ſtatum recuperet, vt nunc dicam, non erit hæc opinio ſuſtentabilis, & à Bart. opinione ob id non recedendum. Neque

officiet

officiet regula.l.2. C. vbi, & apud quem. quia ibi cauſa, & lis principaliter contra indebitum poſſeſſorem inſtituitur, & noua cauſa intentatur, ideo iudex rei adeundus eſt, & illius loci, in quo domicilium is, qui conuenitur, habet; imò ex iſtius. l. regula Bar. opinio defendi poteſt.

Quinta eſt opinio Ancharan. in regu. ea, quæ. quæſt. 17. de regu. iur. lib. 6. vbi diſtinguit ſe remittendo ad quæſtionem per eum diſputatam, incip. Gaius ad quem iudicem trāſmittimus. & cum diſtinctione etiam tranſit Caballin. in ſuis Milleloquijs, milleloqu. 883.

5 † Quid igitur in hac quæſtione iudicandum ſit, ex varijs doctorum noſtrorum opinionibus dubitari continget: & profectò quæſtio hæc non abſque difficultate poſita eſt, & in facti contingentia magna in Senatu facta diſputatio fuit, quibuſdam vnam, alijs alteram opinionem ſequentibus. Mihi verò Bar. opinio, quæ & proculdubio communis eſt, & communem dicunt Alexan. Maran. Roland. Didac. & alij ſupra relati, verior ſemper viſa fuit, vt ad iudicem cauſæ competentem recurratur pro reductione à laudo. Idque vltra Bar. & alios illa ratione, quia cùm reductio ad arbitrium boni viri petitur, cauſa in priſtinum ſtatum reducitur, & idem eſt ac ſi nullum factum fuiſſet compromiſſum, cùm arbitri iam officio ſuo functi ſint, vnde quo quo modo compromiſſum euaneſcat, cauſa coram iudice ordinario litis tractanda erit, per tex. ſatis meo iudicio clarum in l. ſi rem. D. de recep. arbitr. ponderando illius loci vltima verba ibi à I. C. poſita.

Lite apud iudicem ſuo ordine peragenda.

Nam ſuo ordine non poteſt dici tractari cauſa, niſi coram iudice ordinario cauſæ. l. ordinarij. C. de rei vendicat. ergo non coram iudice arbitratoris, neque actoris, ſed rei, qui ordinarius eſt, & competens. l. 2. C. vbi, & apud quem. c. ſi clericus, de foro competen. & ſi dicatur legem illam procedere ante latum laudum, quando compromiſſum factum, vel ob defectum perſonarum, vel rerum, aut aliam ob cauſam non poteſt ſubſiſtere: reſponderi poteſt idem eſſe etiam poſt latum laudum al

6 tera non minus efficaci ratione, quia pro † executione ſententiæ arbitramentalis non ad iudicem appellationis, ſeu ſuperiorem arbitratoris, ſed ad iudicem cauſæ competentem recurritur. l. à diuo Pio. in princi. vbi omnes notant. D. de re iudic. melior text. in l. cùm antea. C. de arbitr. ergo vbi reductio petitur, cùm ibi cognoſci debeat an laudum executionem habere debeat, idem erit ſtatuendum, & iudicandum, vt ad iudicem ordinarium recurratur, quòd & illa de cauſa à legum latoribus in exequutione petenda ſancitum arbitror, ne iudex ordinarius iuriſdictione ſua ex facto alterius ſpoliandus ſit, & vt abuſus euitetur id pariter concludendum, ne ex huiuſmodi compromiſſis iudicis competentis forus, & cognitio declinetur, non ſine maximo ipſius iudicis præiudicio: vnde non malè meo iudicio faciet iudex competens, ſi alterius iudicis ſententiam in alieno foro ſuper reductione latam, requiſitus exequutioni mandare recuſabit.

Non obſtat huic opinioni Aliffi. & aliorum argumentum, quòd reductio ſit inſtar appellatio-

7 nis, † quia iuxta Roland. reſponderi poteſt, hanc reductionem multum ab appellatione differre, imò expreſsè appellatio à laudo prohibita reperitur. l. 1. C. de recept. arbitr. vnde non par cauſa reductionis, quæ appellationis dici poteſt, vt voluit Bart. inter quæſtiones ſuas quæſt. 1. in ſolut. quæſtio. num. 3. Didac. d. capitu. 12. nume. 3. in fin. Imò ſi reductio appellationi ſimilis ſit, ſicuti à delegato, ad delegantis ſuperiorem aliquando recurritur, quando ſcilicet à iudice mandatur iuriſdictio. l. 1. §. ab eo. D. quis & à quo appellet. Idē in reductione dicendum eſt, cùm arbiter delegato æquiparetur, Alberic. in d. l. ſocietatem. §. fin. D. pro ſoc. & cùm ipſæ partes iuriſdictionem arbitro mandauerint, ad ſuperiorem ipſarum partium, & ſic ad iudicem competentem reccurretur, quia iudex appellationis non eſt iudex competens ad ſimplicem querelam audiendam, vt in ſupradicto loco Didacus ait.

8 Sit igitur firma ex his † opinio Bartoli, & regula ſit, in reductione à laudo cauſam coram iudice cauſæ competentem agendam eſſe: iuxta quam multis in locis iudicatur præſertim in Gallia, vt teſtantur Mod. Pariſien. ad conſil. Alexan. conſi. 131. lib. 1. in princi. in verbo ordinarium. vbi etiam lege regia cautum eſt, vt qui ad arbitrum ierint, ordinarium appellare poſſint, iuxta quam ita pronunciatum per curiam fuiſſe teſtatur P. Coſtalius in ſuis aduerſarijs ad Pandectas, in d. l. ſocietatem. in fi. Regiam autem ordinationem refert Rebuff. in tracta. de arbitr. articu. 1. gloſſ. 10. vbi hanc Bart. opinionem firmat nume. 5. & 6. vbi etiam nume. 4. poſt Aufrer. ſcribit, quòd ſi electa eſſet pro bono viro curia parlamenti, ad iudicem ordinarium pars remitteretur cum expenſis. Ita etiam multis præiudicijs in Camera Imperiali Barto. opinionem firmatam teſtatur Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 149. & in eadem Camera iuxta Bart. dicit in pleno conſilio iudicatum anno 1542. 7. Octobris, In illaque cauſa fuiſſe denegatos proceſſus, & ad ordinarium rei cauſam remiſſam ſcribit Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 2. obſeruat. 61. & optimo argumento confirmatur per Vitalem de Camb. in tract. clauſula. in clauſul. de reductione. §. videamus quis eſt iudex. nume. 3. & tandem iuxta illam poſt multas diſcuſſiones cenſuit Senatus 1558. menſe Martij. Et nouiſſimè, in alia cauſa Pancalerij 1585. menſe Decembris. in qua remiſſa fuit cauſa per Senatum ordinario Illuſtriſſimi D. Raconiſij vtili illius loci domino, cùm partes compromiſiſſēt in duos Aduocatos Taurinenſes, ſeu ibi reſidentes.

Regula tamen ſupraſcripta, & Barto opinio vti in caſibus dubijs contingit multas patitur exce-

9 ptiones. Et † primò limitat ipſemet Bart. & declarat opinionem ſuam non procedere, quoneſcunque ex forma ſtatuti laudum paratam habet

executionem.ita Bart. in l.2.num.2. C.vbi, & apud quem. & ibi Bal. qui ad verbum Bart. ſequitur, & refert. cuius limitationem ſequitur Lanfranc. de arbitr.par.1. nume.35. & par.7.quæſt.19.nume. 43. & Abb.in cap.quintauallis. nume.39.verſiculo ſed ego limito.de iureiur. illamque communem dicit Dec. in rub. de appellat. col. fina. P.Ferrarius de compromiſſ. §. nec reductio. nume. 5. Franc. in d. rub.de appellat.P.Nunes.in ſuo tracta.de exequen. manda.Reg.cap.1.nume.27. Maran.in Specul. par. 6.nume.114. in fin. Villalob. inter communes opinio.in verbo reductio, quæ tamen limitatio mihi non probatur, cùm & hoc caſu maximum iudici ordinario præiudicium fieret, & ob id rectè irridetur à Paul. Caſtren. in d. l. 2. num. 2. & reprobant Blanc. de compromiſ. d. quæſt. 10.num.15. Federic.de Sen.d. conſil.285.Calcan. conſil. vltimo.colum.3.Grat.conſil.30.lib.1.& nouiſſimè multis improbat Didac.omnino videndus in d.cap.12.num. 2.verſiculo primo etenim.

Secundo limita, quando eſſet compromiſſa cauſa omnino ſpiritualis à laico, & clerico, quia tunc ad ſuperiorem eccleſiaſtici recurritur, ſiue actor ſiue reus ille ſit. Bertachin. de epiſcop.quæſt. 39.nume. 73.Purpurat.in l. Imperium. nume. 9.de iuriſdict.omn.iudi.Pariſ.d. conſ.45.nume. 21.lib.1. & ita intelligendos arbitror Bal. & Salycet. in d. l. præcipimus, vt in hoc caſu loquantur. Non tamen idem dicendum eſt, quando cauſa eſt ſpiritualis, & laicus cum clerico in ſecularem compromittunt, vt dicit Blanc. in d.tracta.de compromiſſ. quæſt.10.nume.15. verſiculo.aduerte.& firmat Didac.d.capitu. 12. num.1.in fi.quamuis contrarium voluerit Roman.d.conſil. 265. Purpura.in d.l.Imperium.nume.9.Abb.d c.quintauallis.

Tertia exceptio eſt, quando partes illud priuilegium habent, vt illorum cauſæ coram Senatu tractandæ ſint, vt ſunt pares curiæ, viduæ, & miſerabiles perſonæ, quia tũc vt cauſa citius expediatur, ad ſuperiorem iudicem recurritur. Rebuff.de arbi. dicta gloſſ. 10.nume.4.Roland. à Valle conſil. 76. nume.35. libro primo. & ita ſepiſſimè iudicauit Senatus.

Quartò limita, quando proceſſus iam fuiſſet communi partium conſenſu coram iudice appellationis introductus. Rebuff.d.nu.4. vbi ita iudicatum aſſerit.

Quintò fallit, ſi in iudicem ordinarium compromiſſum eſſet factum. Vital.de Camb. in dicto tractatu clauſular.dicto.§. videamus quis eſt iudex.in fin.Didac.dicto capit.12.nume.2. in fin. Aduertendum tamen an hæc limitatio locum ſibi vendicet in quocunque compromittente: cùm enim iudex quis competens cauſæ eſt, non poteſt arbitrium recipere.l.ſed ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex.D.de recep. arbitr. Dicendum igitur limitationem habere locum, quando duo alterius iuriſdictionis in iudicem alicuius extranei fori compromittunt. Nam tunc poſſet ad ſuperiorem arbitratorũ recurri, ſicut ad ſupremum curiæ tribunal pro reductione illum recurrere volunt, quando immediatè is curiæ ſubiectus eſt. ita Andr.Gail.libr. 1.practicar.obſer.obſerua. 1. nu.49. quod tamen mihi hactenus non probatur.

Sextò limitatur de iure regio Hyſpaniæ; quia per legem regiã latam in loco Madrid cautũ fuit, vt ſemper ad iudicem loci pro reductione recurratur, quia per ſanctionem illam locus, & territorium vbi fertur ſententia ſpectatur, non iudex partium, neque ipſorum arbitratorum. P. Nunes in d.tracta.de exequend.manda. reg.cap.1.verſi. & ex his in foro noſtro,&c. Imò fortè cùm locus inſpiciatur, vbi lata ſententia eſt, conſequens eſt ibi forum arbitratorum ſequendum eſſe.

10 Vltimò † ego vltra doctores limitarem ſupra relatam Barto ſententiam, vt non habeat locum, ſi Illuſtri perſonæ puta Præſidi, Senatori, aut magno Cancellario, vel Conſiliario Ducali cauſa compromiſſa fuiſſet, nam tunc ad Principem, vel ad Senatum pro reductione recurri debet. argumen. l.præcipimus. §.ſanè ſi illuſtrium. C.de appellatio. vbi & differentia in delegatione reperitur, ſi cauſa illuſtri, aut priuato delegata fuerit, vt ſi priuato ad præfectum, ſi illuſtri ad ipſum Principem recurratur pro appellatione: neque enim illo caſu æquum eſt, vt iudex minor ſuper cauſa ſuperioris cognoſcat, & ſententiam à prudentiori prolatam ipſe reuideat, & ita in caſibus ſæpe contingentibus obſeruatum vidi, vt à talibus arbitris Illuſtribus ad Senatum rectà deuentum ſit, & à Senatu cauſa retenta.

Principis reſcriptum an valeat, ſi petitorij cauſam ante cognitionem ſpolij, & poſſeſſorij cognoſcendam committat.

DECISIO XV.

1 *Poſſeſſorij cauſa eſt prius tractanda quàm petitorij.*
2 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
3 *Princeps iuſtus contra legem nihil ſtatuere poteſt.*
4 *Princeps ordinem iudiciorum ſeruare non tenetur.*
5 *Princeps poteſt in modico ex certa ſcientia ius tertij lædere, & auferre.*
6 *Princeps à legum ſolemnibus, & iuris apicibus ſolutus eſt, & ab his, quæ iure poſitiuo ſunt inducta.*

POSSESSORII Cauſam priuſquam ad petitorium deueniatur tractandam † ſemper eſſe communem interpretum, &
1 conſulentium axioma eſt, quod firmatur ex l.2. C.de interdict.l.ſi. de vi.D.de iudi. & ex l. ordinarij. C.de rei vindica.cùm ſimilib. ab Accurſio, & alijs interpretibus paſſim cumulatis. Idque & Pontificum decretis cautum fuit toto. tit. extra de cauſ. poſſeſſ. & proprieta.& de ordi. cognit.doctores latè in l. naturaliter. §.nihil commune. D.de acquir. poſſeſſ.

poſſeſſ. ſed Princeps noſter Emanuel Philibertus
optabat,ſi iure potuiſſet, complacere Comiti Ca-
merani, qui dominos Caſtigliolarum ſpoliauerat
de poſſeſſione caſtri, & mobilium ac ſcriptura-
rum, vt cùm fuiſſent illi domini reintegrati in ca-
ſtro,ſed non in mobilibus, & ſcripturis,admittere
tur Comes ſuper petitorio caſtri ante diſcuſſum
ſpolium mobilium, & ſic antequam cognoſcere-
tur ſuper poſſeſſorio reintegrandæ. Quærebatur
an id facere poſſet de poteſtate ſcilicet ordinaria,
cùm de poteſtate abſoluta fruſtra diſputetur.
Principi enim quolibet licet, & nemo poteſt ei
dicere cur ita facis, vt aliqui voluerunt,& dicemus
ſuo loco. Quæſtio hæc fuit diſputata coram ip-
ſo Sereniſſimo Duce,& varij varia dixerunt.

Prima erat aliquorum opinio, quòd Principi
ita reſcribere non liceret. Primò, quia obſtabat
d.regu.l.ordinarij, & aliarum legum ſupra relata-
rum.Secundo,quia erat contra regul.c.reintegran-
da.3.quæſt.1. & c.conquærente. & c.gratis.de reſti-
2 tu. ſpoliato. vbi † ſpoliatus ante omnia venit reſti-
tuendus:& ſpolians non auditur,niſi reſtitutis om-
nibus vſque ad obolum, ac etiam damnis, fructi-
bus,& expen. cùm ſpolium in primis vſque ad mi
nimum quadrantem purgandum ſit. Rot. deciſ.
113. & 319. in nou.Curt. Iun.conſ. 41. in fin. Pariſ.
conſil.105.per totum. volum.3.Crauet. 140.num.
3. ita cenſuit nouiſſimè Rota Roma. apud Veral-
lum.deciſ.171.& 176.par.3. Littera S. cùm igitur
id lege cautum ſit non ſolùm Canonica,ſed etiam
3 ciuili in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. † non pote-
rit iuſtus Princeps ſaltem de poteſtate ordinaria
venire contra legem. l. digna vox. C. de legib. l. ex
imperfecto.C.de teſtamen.capitu.quæ in eccleſia-
rum.[vbi omnes Canoniſtæ. de conſtitution. Imò
nec etiam de plenitudine poteſtatis, quia re vera
non poſſumus niſi quod iuſtè, & licitè poſſumus.
c.faciat homo. 22. quæſt. 2.l. nepos proculo. D. de
verbor.ſignifica.Hincque elleganter,& doctè mo-
re ſuo Claudian.

Nec tibi quid liceat,ſed quid feciſſe decebit
Occurat,mentemque domet reſpectus honeſti.

Præſertim, cùm regula ſupraſcripta maximam
æquitatem, & iuſtitiam complectatur, à qua ſi
Princeps diſcedere vellet, diceretur iniuſtus, & ini
quus,quod cùm dicendum minuſque præſumen-
dum vllo modo ſit,proculdubio dicendum vide-
retur Principem de poteſtate ordinaria hoc face-
re non poſſe, ſaltem ſalua conſcientia. Nam &
contra iuris præcepta in caſu propoſito reſcribe-
ret, quibus cauetur honeſtè viuendum, alterum
non lędendum, ius ſuum vnicuique tribuendum
eſſe.& contra ipſius iuſtitię diffinitionem.in l.iuſti-
tia.D.de iuſtit.& iur. Hic enim & illi lęderentur do
mini, & ius ſuum non ſolùm vnicuique tribuere-
tur,ſed etiam illud, quod à lege conceditur,aufer-
retur in gratiam alterius,quod minus Principi per-
mittendum eſt, cùm non liceat illi vnum altare
diſcooperire, vt alterum cooperiat, vt dicit D.
Ozaſc.deciſ.169.nume. 21.poſt Bal.ibi allegatum,
& non poteſt rem vni auferre, & alteri dare. Sil-
ueſter.in verbo.Princeps ideoque ex his omnibus
reſcriptum illud tanquam contra ius elicitum re-
futandum eſſe,aliquibus videbatur, ex facultate iu
dicibus conceſſa. in l.reſcripta. C. de precib. Impe-
ra. offeren. & iux. opinionem Grammatici in
conſil. 84. nume. 3. inter ciuil. quem ſequitur Ga-
briell.libro 5.concluſ.titu.de reſtitut.ſpoliato. con-
cluſ.1.nume.14.

Altera erat in hac quæſtione aliorum opinio,
quòd Princeps poſſet id concedere de poteſtate
4 ordinaria.Primo, quia † Princeps non tenetur ſer-
uare ordinem iudicior.vt dicit Afflic.deci.361.nu-
me.13.Grammatic. conſil. ciuili.79. nume. 19.præ-
ſertim quando à iure poſitiuo eſt inductus, vt per
eundem Afflict.deciſ.283.nume. 6.regulæ verò ſu-
pra aductæ à iure poſitiuo inductæ ſunt,& deſcen
dunt.Brun.conſil.19.col.2. & ordinem hunc poſſeſ
ſorij,& petitorij eſſe iuris poſitiui, & de meris iuris
ciuilis apicibus dicit Burſat. conſil.129. nume.19.
libr.2.poſt Ozaſc.deciſ.1.nume. 28.ideo ad libitum
ſupremum Principem illud tollere poſſe conclu-
dit. Ratio eſt, quia in his poſitiuis ſola voluntate
Princeps moueri poteſt, vt poſt Innocen. Imol.
Abb. & alios ſcribit Grammatic. conſil. ciuil. 100.
nume. 54. & conſil. 85. nume. 2.non minus quàm
ſi in priuilegio, ſeu reſcripto cauſam Senatui cō-
miſiſſet cum illa clauſula. *Sola facti veritate inſpecta*,
vt dicit D. Ozaſc. d. deciſ. 1. nume. 28. neque di-
cendum eſt contra ius tunc Principem reſcribere,
ſed magis ſupra ius poſitiuum diſpenſare, vt de
Pontifice dicitur in c. propoſuit. extra de conceſſ.
præben. quia Princeps ſummus ſupra ius poſi-
tiuum eſt.Natt.conſ.367.nume.8.lib.2.

5 Secundò, quia † Princeps poteſt in modico ius
partis ex certa ſcientia lędere,cùm res leuis,& par-
ui præiudicij eſt, vt in hoc caſu argumentatur
Alexan.conſi.54.nume.3.libro 5.etiam ſine cauſa,
vt aliqui voluerunt poſt Barto. & Iaſ. quos refert,
& ſequitur Sebaſtian. Medices in tractatu regular.
regu.5.in verbo Princeps. Grammatic. conſi.ciuil.
103. in fin. Natt. conſi.340. nume. 23. libro 2.& ita
communiter tenere Doctores in c.quę in eccleſia-
rum. teſtatur Roch. Curt.in tracta. de conſuetudi.
ſect.5.nume.19.cùm ergo hic de re modica tracte
tur,nempe de ſolis mobilibus,quæ inſpecto caſtro
& immobilibus modicæ, & paruæ res dici poſ-
ſunt,poterit Princeps hoc ius,(ſi quod habet pars,)
ſuo reſcripto auferre, cùm & ipſa poſſeſſorij cauſa
leuis præiudicij dicatur à Burſat. dicto conſi. 129.
nume.19.in fi.quamuis contrarium ſit in Rota Ro
mana,vbi de ſtilo poſſeſſorij cauſa magni præiudi
cij eſt,vt teſtatur P. Aemilius Verall. inter nouiſſi-
mas deciſ. Rot. deciſ.341. par.2. in litera.P. Maxi-
mum enim eſt commodum poſſeſſionis. inſtitu.
de interdict. §.retinendæ. verſicu.commodum. &
latè poſſeſſionis commoditates enumerat Rip. in
capitu.ſæpe.nume.2.de reſtitu.ſpoliat.

Tertiò pro hac opinione adduci poterat, quod re-
ſcripta Principum, quæ ius partis non tollunt, ſed
dilationem duntaxat ad ſuum recuperandum in-
ducunt, omnino ſeruanda, & cuſtodienda ſunt. l.

quoties.

quoties. C.de precib. imperato. offeren.per quem text.doctores poſt Salyce. ibi concludunt, dilatoriam exceptionem à Principe poſſe permitti, ergo hic cùm non auferatur, ſed differatur ex Principis reſcripto mobilium reſtitutio, donec ſuper petitorio cognitum fuerit, reſcriptũ vires obtinebit: vulgatum enim prouerbium eſt, quòd differtur non aufertur, ex qua ratione contrarijs facillima patebit reſponſio illa enim procedent: cùm Princeps vult in totum auferre ius alterius, quia hoc facere iuſto iure nullo modo poterit, ſi iuſtus dici velit, ſecus verò ſi differat, & dilatoriam exceptionem concedat, & cùm regulæ.l.ordinarij. & cap.reintegranda.cum ſimilib. ſupra relatis videantur ex ſolennitate quadam iudiciorum potius in odium ſpoliati pro pœna inductæ, quàm firmo iure ſanci tæ, & iuris poſitiui eſſe ſupra diximus, quamuis Princeps non ſit verè ſolutus legibus. dicta l.digna vox. iſtis tamen ſolemnibus non ligatur, vt omnes in l.Princeps. D.de legib.& in dicto capitu. quæ in eccleſiarum. tenuerunt Coraſ. libro 2. Miſcellan. capite. 25. Menoch. de arbitrar. libro 1.quæſtio.7. numero 70. Et pro hac poſteriore opinione multi non aſpernendi authores adducebantur. Nempe Alexan. dicto conſi. 54. libro 5. Capicius deciſ.69. nume.13. Rebuff. in commentar. Regiar.conſtitu. titu.de cauſa beneficior. poſſeſſor. articu.14. gloſſ. vni. nume.5. Neuizan. conſi.97. nume.13. Crauet. in reſpon. pro genero numero 239. quos omnes refert, & ſequitur in terminis Menoch. in 15.remedio recuperan. poſſeſſio. num.371.& 372. qui etiam citat Ruin.& Abba. quos in locis citatis hoc dicere non reperi. alios citat Neuiza. in dicto conſilio 97. qui videri poterunt. Neque ab hac opinione mihi videtur receſſiſſe Grammatic. in dicto conſi. 84. licèt illum pro contraria alleget Gabriel. nam ibi negat quidem id Viceregi, & Principi ſubdito licere, ſed ſupremo Principi expreſsè cõcedit, vt etiam voluit Brun. conſil. 108. colum. 4. circa fin. Natt. conſ. 591. nume. 7. & quamuis hæc opinio de honeſtate, & æquitate dura fortè videatur præſertim in caſu propoſito cùm Princeps, qui erga omnes ſubditos æqualitatem pro adminiſtranda iuſtitia ſeruare dẽt, vt vni complaceat alterum lędit, atque ego; vt ab huiuſmodi reſcriptis abſtineret, ſemper Principi conſulerem. tamen de rigore iuris vti vera, & communis erit ſequenda, & ita iux. votum poſteriorum, & Senatus, cenſuit Dux Sereniſſimus in ſupradicta cauſa.

Furnorum, & molendinorum conſtructionem an vaſallus ſubditis ſuis in feudo prohibere poſſit.

DECISIO XVI.

1 *Furnos in ſuo facere quilibet poteſt, & molendina conſtruere.*

2 *Furnorum ædificationem, & vſum dominus feudi ſubditis prohibere non poteſt regulariter.*

3 *Præſcriptio non currit in his, quæ merę facultatis ſunt, & quid ſi præſcriptio immemorabilis ſit.*

4 *Præſcriptio immemorabilis, & centenaria habet vim tituli, & conceſſionis.*

5 *Princeps non poteſt prohibere ſubditis, ne vadant ad illorum molendinum.*

6 *Princeps ſoluendo intereſſe poteſt aliud molendinum in vaſalli præiudicium conſtruere.*

7 *Furnorum, & molendinorum conſtructionem vaſallus hominibus prohibere poterit, ſi prohibitioni ſemel iam illis factę acquieuerint.*

8 *Probandi onus cui incumbat ad demonſtrandam prohibitionem factam, vel non.*

9 *Furnorum, & molendinorum conſtructionem vtrum dominus feudi ſubditis prohibere poſſit, ſi de furnis, & molendinis inueſtitus fuit.*

10 *Nouus furnus ad æmulationem conſtrui non poteſt.*

11 *Vaſallus furnorum ædificationem prohibere poterit, ſi hoc ius habeat ex priuilegio, pacto, & conſuetudine. & num. 12.13.*

14 *Conuentio cum ſubditis inita, vt furnos publicos habere liceat, vaſallo ius prohibendi tribuit.*

FVRNOS in ſuo facere quilibet poteſt, molendinaque ad libitum † conſtruere, & ibi coquere, ac molere, quia cuilibet licet in ſuo quodlibet facere. l.fluminum.cum ſequen. D. de damno infecto. l. altius. C. de ſeruitutib. cum ſimilib. quas ad hoc citat Iacobin. in ſua inueſtitura feudali. in §. & cum molendinis numero 5. Boer. deciſ. 125. colum. 2. Faber in §. æquè. colum. 6. Inſtitu. de actio. Guido Pap. quæſtio. 290. Bald. de præſcriptionibus. 4. par. 5. par. principal. Caſſan. in conſuetud. Burgũd. titu. Des fief. §. 2. numero 26. Natt. conſi. 227. & 365. libro 2. Menoch. de arbitrar. iudic. centur. 2. libro 2. caſu 500. numero 8. Ozaſc. deciſ. 17. numero 4. Capic. deciſ. 209. numero 26. & ita ſeruat huius patriæ generalis cõſuetudo, quam & apud antiquos receptam fuiſſe Iuriſconſultorum noſtrorum loca demonſtrant. in l. ſi fornus ſeruum. §. ſi fumum. D. ad l. Aquiliam. & in d. l. fluminum. §. præterea. de d.
inno infect. Quam legem, & conſuetudinem eius efficaciæ, & roboris eſſe reperimus, vt hinc altera ab interpretibus regula colligatur; † Dominum feudi non poſſe ſubditis, & hominibus ſuis prohibere molendinorum, & furnorum conſtructionem, ac iam ædificatorum vſum, & hæc eſt vera, & communis concluſio, quam comprobant Faber, & alij in locis ſupra citatis. quibus addo Clar. in §. feudum. quæſtio. 30. Anton. Gubertum inter ſuas iuris quæſtio. cap. 17. numero 38. qui adducit rationem Franciſc. Marc. deciſio. 123. Roland. conſilio 12. libro 2. numero 6. Neuiza. 43. numero 7. Paris. à Puteo in tractatu de ſyndicat. titu. de exceſſib. Baron. numero 15. Idemque pluribus areſtis in Gallia pronunciatũ teſtatur Renat. Copin. libro 1. de leg. b. Andium. capitu. 14. in principio. probant Bald. conſi. 410. libro 5. Villalob. in communium opinionum lib. in verbo Dominus

minus.nume. 114. Didac.in repetitio. regu. poſſeſ-ſor. §.4.nume.7. Purpur. 86. Cephal. conſi. 451. numero 356.& ſeq.Brun.conſi. 56.Natt. conſi.106. & iuxta hanc communem regulam ſemper vbi caſus contigit iudicauit Senatus, & vti commu-nem, & veram ſeruare ſolet, pro qua regula vltra doctores ſoleo adducere text.in l.quæro.D.de iure-patronat.ex qua lege in fortioribus etiam terminis argui poteſt, quòd etiamſi dominus proprios ha-beat furnos,non tamen cogere ſubditos poterit, vt ad illos accedant. Idque pragmatica ſanctione Caroli V. Impe. in regno Neapoli cautum fuit, vt inter pragmatic.regni.cap. Audiuimus etiam com plures Barones,&c.

Hæc verò ſic poſita regula multas recipit am-pliationes, & limitationes patitur: quarum vtilio-res huc ex interpretum varijs locis transferre libet, aliquas inſuper addendo. Amplia igitur hanc regu-lam Primo, vt habeat locum, etiamſi per longiſſi-mum tempus putà mille annorum ſubditi, & ſui anteceſſores fuiſſent conſueti ad furnos domini accedere, quia hæc acceſſio merè facultatis eſt, &
3 illa † quæ merè facultatis ſunt, non poſſunt præ-ſcribi. Cyn. Bal. & alij in l. 1.C.de ſeruitu. & acqu. & in l.2.C.quæ ſit longa conſuetu. Rip. in l.quomi-nus.nume. 131.poſt multos ibi per eum relatos.D. de fluminib.Iacobin.in d.§.& cum molendinis.nu me.4. Neuiza.d. conſil.43.nume. 10.Balb.d.tracta. de præſcript.par. 4.5.par.quæſt. 5.ita videtur ſenti-re P.Iacobus in ſua prati. titu de furno. nume. 5. dum inquit hoc procedere, quamuis fuiſſet obſer-uatum tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Idemque voluit Nat.d.conſil. 106. nume. 9. Brun. inter feudal. conſil. 56. nume. 1.& dicto conſil. 131. colum.3. & communem di-cit Gabriell. in titu. de præſcriptionib. concluſ. 10. vbi id magis procedere vult, quando facultas eſt publica. Roland. conſil. 52. nume. 29.libr. 3.facit. l.viam.D.de via pub. Bertrand. latè conſil. 234.libr. 3. vbi multa dicit notanda; facit etiam ratio altera, quia per non vſum non tollitur facultas actum fa-ciendi. Bart.in dicta. l.quominus. nume.27. Roch. Curt. de conſuetud.ſect. 4. nume. 77.Socin. in ter-minis conſil.272.non proſequendo.lib.2.

Sed contra hanc ampliationem vrgere videtur,
4 quia tempus † illud immemorabile, cuius initij memoria in contrarium non extat; habet vim ti-tuli conceſſionis, & conſtituti.l.hoc iure. §.ductus aquæ. D.de aqu. quotid.& æſtiu. capitu. ſuper qui-buſdam. §.præterea.de verborum ſignificatio. vbi Abb. Iaſ.in dicta l. quominus. nume. 42. de flumi-nib.Socin.Iun. conſil.76.nume. 92.& 94. & plura congerit Gabriell. in titu. de præſcript. concluſ. 1. nume. 44.& ſequen. Decian. conſil. 24.num. 110. & ſequen.quod iuxta aliquorum ſententiam adeo verum eſt, vt probatio tituli non requiratur. Ale-xan.conſil. 24. nume. 15. libr. 5. Tiraquell. de præ-ſcript.§.1.gloſſ. 4. verſiculo 31. vnde ſi per imme-morabile tempus dominus ſolus poſſedit furnos & molendina, ad quæ homines loci ſolebant acce dere,videtur ex præſumpto titulo ius prohibendi acquiſiuiſſe.Item facit, quia regalia, (inter quæ & ius furnorum ac molendinorum tanquam feuda-lis res poteſt aſcribi) longa conſuetudine, & præ-ſcriptione poſſunt acquiri. Alexan. conſil. 6. lib. 1. Brun.120. colum.3.in fin. inter feudal.libr. 1.& ideo innuere videtur Iaſ. in dicta l.quominus.nume.31. in fin. verſiculo cogita tu. quod ſi agimus de tem-pore, cuius initij memoria non extat in contra-rium, dominus poterit cogere ſubditos, vt perſe-uerent ad coquendum, & molendum in ſuo fur-no, & molendino: dum dicit, quòd doctores ſo-lum loquuntur de longiſſimo tempore, & hoc etiam videtur de mente Guido. Pap. quæſt. 298. in fin. & ita etiam concludit Boer. in dicta deciſ. 125.vbi pro domino iudicatum teſtatur. Hoſtien. & Ioan. Andr. in capitu. ſignificante. de appellat. verùm quicquid voluerit Iaſon,non erit meo iudi cio recedendum ab ampliatione, quæ & commu-ni fulcitur opinione, neque in his terminis expreſ-ſum contradictorem habet. Imò quamuis Iaſon dicat doctores loqui de longiſſimo tempore, ta-men illi quos allegat loquuntur de immemorabi-li tempore, & in ſpecie ita loquitur Cępol.de ſer-uitu.rubrica de furno. nume. 2. quæſt. 3. P. Iacob. in dicto titu. de furno. nume. 5. & in terminis Ber-trand. dicto conſil. 234. nume. 1 libro.3.Natt.dicto conſil.106. nume.9. Boſſ.dicto titu.de regalib. nu-me.41.Crauet. de antiqu. temp.§.materia iſta.nu-me.98.& ſi qui ſunt,qui contrariam defendant opi nionem, vt Boer.& alij, illi intelligendi ſunt, vt lo-quantur de præſcriptione, quæ poſt prohibitio-nem factam currit,non de ſimplici præſcriptione: neque obſt. quòd immemorabilis præſcriptio ha-bet vim tituli,& conceſſionis, quia illa regula pro-cedit in rebus illis, quæ regulariter ex ſola, & ſim-plici præſcriptione acquiruntur nulla etiam acce-dente prohibitione: ſecus verò in illis, quæ merè facultatis ſunt, & quæ per non vſum non amittun tur, vt ſupra diximus. Ad Hoſtien. & Ioan. An-dre. reſpondet Bertrand.conſi. 329. lib. 2. quod illi loquũtur de Principe, & directo domino villę ac loci, non de vtili, & vaſallo: neque verum eſt ius furnorum, & molendinorum regulariter inter re-galia connumerari, quia nulla de his mentio fit in titu.de Regal.libr.3.feudo.& in terminis noſtris ex-preſsè multis defendit Crauet. conſil. 861. & 896. libr. 5.ideo in quadam cauſa communitatis,& do-minorum Scamafiſij Senatus cenſuit eſſe relin-quẽdum liberę volũtati ſubditorũ an vellent mo lere ad molendina Dominorum an alibi. 17. Septembris 1583.

Sed quoniam maximam rebus authoritatem vetuſtas tribuit, præſertim immemorabilis illa cõ-ſuetudo l. fina. D. de aqu. pluuia arcen. & contra immemorabilẽ vſum iudicare periculoſiſſimum in re dubia eſt,egoque ſemper iudicare dubitarem per ea, quæ non ſolùm huic immemorabili, ſed etiam centenatię conſuetudini, & præſcriptioni interpretes tribuunt, vt poſt Gabriell nos tradidi-mus ſuo loco, præſertim cùm hic agamus de præ-ſcriptione ſeruitutis, quæ ex immemorabili tem-pore inducitur, vt eſt text.clarus in l. in ſumma.§. idem labeo. verſiculo planè.dicto titu. de aqu.plu. arcen.

arcen.& plura eiuſmodi congerit Hyeronim. Elemus Diatribarum. libr. 2. cap. 11.dicerem hoc caſu ſtantibus aliquibus coniecturis puta, quòd furnum eſſet antiquũ in villa, & tamen homines ad illum non accederent,ſed per immemorabile tẽpus ad furnos domini acceſſiſſent, vel viderentur ruinę furnorum ſemel extructorum, aut denique inueſtitura facta eſſet cum furnis, & ſemper poſt inueſtituram ſoli furnos habuerunt domini,quòd tunc hoc tempus ius prohibendi expreſſè tribuere videtur ipſis dominis,transfertque onus contrariæ probationis in ſubditos, idemque de molendinis iudicandum eſſet,vt dixi infra in 2.limita.

5 Amplia ſecundò, vt nec etiam † dominus directus,& Princeps poſſit prohibere ſubditos quinant ad proprios molendinos,vt latè hoc in caſu conſuluit Brun.in allegato conſil. 131. per totum, quod intelligo,quando ius quæſitum aliquo modo ipſis ſubditis iam eſſet, quia illud Princeps auferre non poteſt,vt notant Canon. in capitu. quæ in eccleſiarum.de conſtitution. doctor.in l.Princeps.D.de legib.aliàs eſſet contra tex. in dicta l. quominus. vbi imperatori ac Senatui libera tribuitur facultas huiuſmodi prohibitiones facere etiam in illis, quæ merè facultatis ſunt, non tamen hoc caſu Principis prohibitio clericos ligabit. Burſa. conſil. 42. nume.18.lib.1.

Amplia tertiò, vt non ſolùm tertius, ſed etiam
6 † dominus directus, qui infeudauit, poſſit facere aliud molendinum, vel furnum in præiudicium vaſalli, duobus tamen concurrentibus nempe,vt id ex cauſa faciat,deinde vt ſoluat intereſſe.Bald. in §.ſi quis de manſo. nume.8.de controuerſ. inueſtitur. & ibi Barbat.Bertachin.in §.molendin.num. 11.Iacobin. in §.& cùm molendinis. col.1. præſertim ſi Princeps ſit iura imperialia habens, & de hoc videtur text. apertus in dicta l. quominus. D. de fluminib.

Quarto amplia, vt hæc regula locum habeat etiam ſi dominus feudi cenſum, & emolumentum habeat ex furnis extantibus, vt conſuluit Bertrand. in conſil.29. lib.3.nã etiamſi emolumentum habeat ex furnis, non tamen ius prohibendi conſequitur.

Quintò amplia, vt nec etiam per indirectum poſſit Dominus furnis priuatorum præiudicare, vt ſi edictum faciat, vt fornarij ſui teneantur gratis panem ſubditis coquere, & ſeruitia debita ad coquendum panem præſtare: nam tunc cùm ex hoc edicto iuribus priuatorum furnos habentium præiudicium inferratur, edictum huiuſmodi vti ambitioſum annullandum erit,idemque in vniuerſitate dicendum eſt,vt non poſſit hoc ſtatuere, & ita cenſuit Senatus in quadam Soſpitelli Comitatus Nicien.de qua plura D.Ozaſc.deciſ.17. per totam.Nai.conſi.106.nu.2.

Sextò amplia, vt huiuſmodi bannis indiſcretis non teneantur ſubditi parere etiam ſi fidelitatis ſacramento ſint aſtricti, vt tradit Pariſ. in dicto. §. excedunt etiam.nume.17.Soci. conſi.272. colum. 3.in 2.fundamen.& Socin.Iun.conſi.98. nume. 12. & 17. & hoc caſu iuſtè recurrunt ad Principem. Betrand. conſi.125. nume.3. ad fin. Bero.conſil.81. nume.18.& 30. nec hoc caſu opus erit opponere proclamatibus. Roland. 9. nume.15. libro 2. & ſi fiant à Domino hæc proclamata, illiſque ſubditi non pareant, perſiſtunt in quaſi poſſeſſione libertatis. Crane.conſi.658. num.7. & ſeq. Bertazol.conſi. 419.num.8.

Limitatur nunc ſupradicta regula, quòd Dominus non poſſit conſtructionem furnorum ſubdi-
7 tis prohibere, vt non procedat, † ſi aliquando prohibitum ſubditis per publicum proclama fuiſſet, ne aliò accederent pro coquẽdo pane;vel ad aliud molendinum, quàm ad furnum, vel molendinum Domini, & huic prohibitioni ſubditi per plures annos acquieuerunt illi obtemperando. Ita tenent communiter omnes poſt Iacobin. in dicto. §. & cùm molendinis. colum.2. in fin. verſicu. & hanc concluſionem. qui allegat Ioan. Andr. Innocen. Butr.& alios Canon. in capitu. ſignificante. de appellation. Guido Pap. dicta quæſtione 298. Boer. dicta quæſtione 125. nume.5. Crauet.de antiquitatempor.par.4.§.materia iſta.nume 99. & communem dicit Roland.conſi.22.num.23. libro 2.vbi latiſſimè conſuluit in hoc caſu. Bertran. dicto conſi. 329.numme.1.& conſi.1.in fin.lib. 3. Anton.Gubert. in dicto cap.17.nu.37.Menoch. d. caſ.160.num.10. Antonius de Padilla Hiſpanus in l.1.num.10.C.de ſerui. Schnei Odeman.in Epit.feu.par.2. nume.47. 49. & 54.

Sufficereque hoc in caſu doctores dicunt,ſi prohibitio fiat maiori parti, vt per Boer. dicta deciſ. 125.nume.5.poſt P.Iacob.in dicto titu. de furno,& in fin.deciſ.verſicu. ſed ſi hoc eſſet verum. Aliàs ſi fiat vni perſonæ, non nocet alijs. Afflict.deciſ.388. nume.1.& 3.Item ſufficiet ſi extraiudicialiter facta ſit. Capic.dicta deciſ.209. nume. 26. poſt Abba. & alios per eum relatos. Iaſ.in dicta l.quominus. nu. 31. vbi etiam dicit ſufficere, quòd tali prohibitioni fuiſſet obtemperatum pro bono pacis. poſt Abba.in dicto capitu.ſignificante.& in cap.Abbate ſancti Siluani. colum.1. de verborum ſignificatio. Balb.in dicto tractatu præſcript.4. par. 5. par principal.quæſtio. 5.numero 4. Natta dicto conſi. 325. nume.1.& 522.nume.4. libro 3. Capic.dicta deciſ. 209.nume.25. Roland. dicto conſilio 22.nume.24. Huius verò limitationis illam P.Iacob. rationem affert. nume.6. quia ſemper ſubditi ſunt in quaſi poſſeſſione conſtruendi furnos, donec illis prohibitum ſit, & poſt prohibitionem ceſſauerunt alio accedere,poſtquam verò prohibitioni acquieuerũt, amiſſa eſt illa quaſi poſſeſſio, & hinc Dominus incipit præſcribere ſeruitutem ex illo tacito conſenſu populi,vt idem P.Iacob.ait in titu.de condictio. ex conſuetud.nume.2.& illa præſcriptio non niſi à die prohibitionis currere incipiet. Cæpol.d.titu.de furno.nu.2.verſi.vel niſi eſſet. & in his conueniunt vbiq; doctores.

Diſſentiunt tamen in illo,quanto tempore inducatur præſcriptio poſt prohibitionem factam, & P.Iacob.in dictis locis,& poſt eum Boer.d. num.5. dicunt hanc præſcriptionem inductam cenſeri per decem annos inter præſentes, & viginti inter

abſentes,

abſentes, quod vltimum raro euenit in vniuerſitate, quæ raro abeſt. Alij vero (& rectiùs) triginta annorum tempus requirunt, vt poſt Roland. voluit Ioſeph. Ludouic. deciſ.Peruſi. 106. nume. 15. Brun.dicto conſil. 56.verſiculo eſt verum. & dicto conſil. 131. verſiculo tertio ſi dicatur. quam ſententiam ſequuntur Guid.Pap.conſil. 171.nume.5. Natt.conſil.522.num.1.& 523. nume.22. Chireou. lib. 2. commun. opin. tom. 2. in verbo. molendinum.Bellamer. conſil.7.colum. 2. pro qua opinione adduci ratio illa poteſt, quia poſt prohibitionem ſubditi actionem habent contra dominum, vt inhibitionem auferant, aliàs ad ſupremum dominum recurrere poterunt, vt in ſimili de venatione dicit Iacobin. in §. & cum venationib. nume. 2. in fin. verſiculo. Cautela etiam. hæc verò actio ſpatio triginta annorum amittitur, & præſcribitur. l. omnes. & ibi omnes notant, & l. ſicut. §. hę autem actiones. C. de preſcript. 30. vel 40. annor. quod intellige niſi coacti, & propter metum acquieuiſſent, vt dicit Natt. dicto conſil. 106. nume. 12. nam præſcriptio ex violento actu non acquiritur. Gabriell.libr. 5. concluſ.titu.de præſcript. concluſ. 1.nume. 11.Crau. dicto conſil.861. nume. 7.verſiculo 3.ad conſuetudinem.Hæc autem obedientia erit præſtanda per totam vniuerſitatem non per duos, vel tres particulares;& hoc caſu crederem ſufficere, ſi vniuerſitas prohibitioni palàm factæ per illud tempus non ſe oppoſuit per ea, quę dicit in terminis Capic. dicta deciſ. 209. nume. 28.& ſeq.

Sed quando ſumus in dubio, quæſitum fuit cui
8 incumbat onus † probandi, quòd obtemperatum fuerit, vel non, prohibitioni à dominis factę, & videbatur pro dominis pronunciandum, quia pro illis præſumitur, niſi ſubditi contrarium probent, & oſtendant, vt in hoc caſu voluit Nat. conſil. 522. nume.7.libr.3.contrarium tamen verius eſt, & probatur ex eo, quia præſumptio iuris, quæ pro ſubditis facit, & ex regula ſupra poſita deſcendit, ita efficax eſt, vt onus contrarię probationis in aduerſarium transferat, vt facit quælibet iuris pręſumptio. l.cum de indebito. D. de probatio. Roland. conſil. 46.nume.47. libr.3.& in ſpecie, quòd alleganti prohibitionem incumbat onus probandi, clarè dicit text. in l.ab ea.dicto titu. de probationib. præterea cùm de prohibitione non conſtat domini neceſſariò fundant ſe in lungo vſu, & conſuetudine. at qui fundanti ſe in conſuetudine illi incumbit probatio. Roland. conſil. 2.nume.118. & communem dicit Roch. Curt. de conſuetud. ſectio.8. num.25. & in terminis furnorum ita determinat Crauetta dicto conſilio 861.nume.6. Bertrand. d. conſi. 329. nume. 2.& conſi.234.lib.3.nume.5. verſicu.ex quibus.& ita deniquc cenſuit Senatus in quadam cauſa furnorum Comitũ ſancti Martini, in qua iudicatum fuit contra Comites, anno 1582. Menſe Februario, & ita etiam contra actorem non probantem ius prohibēdi fuiſſe per totum conſilium pronuntiatum dicit Afflict.deciſ.388.nu.10.

Secundò fallit, & limitatur ſupraſcripta regula,
9 quotieſcunque † vaſallus tale ius nominatum haberet in ſua inueſtitura, vt eſt ſtilus, & mos huius patriæ, in qua plerunque nobiles inueſtiuntur de feudo cum molendinis, furnis, &c. tunc enim poteſit prohibere ſubditos aliò accedere ad coquendum, vel molendum, vt latè conſuluit Iaſ. conſi. 161.li.2.vbi ꝯſuluit pro Dñis Gōzani, & hoc videtur de mente Guido.Pap. dicta quæſtione 298. nu. 2. verſicu. & præmiſſa vera. & ex hoc inferebam, quòd nos qui inueſtiti ſumus de caſtro, furnis, & molendinis Sarmatoris, poterimus prohibere ne ſubditi noſtri alibi molant, vel coquant, quàm in molendinis, & furnis noſtris, & hoc non ſolum ratione iuris nobis competentis ex inueſtitura, cuius verba aliquid operari debent, ſed etiam ratione illa, quia aliàs infertur damnum Principi, cuius directum dominium eſt ipſorum furnorum.

Contrarium tamen expreſsè tenet Crau. dicto tractatu de antiquit. tempor.par.4. §.circa præmiſſa.nume. 1 & 2.vbi reſpondet ad conſilium Iaſon. Roland.conſi.46.nume.64.lib.3.Crauet. latè conſi. 861.871. nume.5. & 9. & conſilio 896.per totum. Burſat.41.lib. 1. & ita etiam videtur velle Iacobin. in dicto.§.& cum molendinis.nam ibi tractat hanc quæſtionem in ſpecie inueſtituræ factæ cum molendinis, & hæc eſt magis communis opinio. Verũ ſi cùm multiplicatis inueſtituris antiquis, & nouis eo modo à Principe factis cōcurreret ſpacium 60. annorum, & vltra, & vſus continuus accedendi ad molendina, ſeu furnos vaſalli, crederem indubitanter procedere hanc limitationem per ea, quæ ſupradicta ſunt in prima ampliatione, & ita cenſuit Senatus in quadã Ceucli referēte. D. Senatore Malopera.1564.& tātò magis ſi cùm his accedat etiam conſuetudo maioris partis prouinciæ, vt euenit ferè in tota patria Pedemontana, vbi vaſalli inueſtiuntur à Principe cum molendinis, & furnis, & hoc iure ab antiquo vſi ſunt, vt non permittant ſubditos ad alios furnos accedere, vt dicam infra in 5.limita.

Tertia iſtius regulæ exceptio eſt, vt non proce-
10 dat, ſi ad † æmulationem conſtrueretur nouus furnus, vt quando quilibet ſubditus vult domi habere vnum furnum, licèt plus impendat quàm ſi communiter coqueret ad furnos Domini, tunc enim expreſsè apparet, ꝙ per æmulationem fit, vt inferatur damnum Domino, quod non licet. Clar. in §.feudum.quæſtio.30. in fin. vbi in ſimili iudicatum teſtatur, & plura notat vir doctiſſimus Andr. Gail.libro 2. practicar.obſeruat. obſeruat.69.num. 17.& ſequen. vbi pro hac re affert text.notab. in l. opus nouum.D.de operib.public.& de diuerſione aquæ.dicit gl. in l.ſi in meo fundo D.de aqua pluu. arcen.& de attollente parietem Alexan.conſi.174. opportunę conſideratis.lib.2. vbi multa dicit ad propoſitum iſtud.Ex quo infertur ad quæſtionem, quæ de molendinis tractatur, an ipſa poſſint conſtrui in ſuperiori parte fluminis ad damnum alterius. Nam diſtinguendum eſt, an ad æmulationem hoc fiat, vel non, vt primo caſu non poſſint conſtrui, ſecundò ſic. qua de re vide Ioan. Schneideuuin.in Epito.feu.par.2.nu.50.Iaſ.conſi.98.col.1. lib.1.& dicam infra deciſ.41.

11 Limita quartò, ſi talè † ius prohibendi acquiſitũ
fuiſſet ex pacto prædeceſſorum. Afflict. dicta de-
ciſ.388.nume.2. & Boer. dicta quæſt. 125. colum.3.
verſiculo.& per illud ius.dicẽs communem. Tunc
enim dicitur impoſita obligatio, vel ſeruitus perſo.
nalis, ex qua prohibetur furni noui conſtructio, &
acceſſio. Cępol. de furno. nume.2. verſiculo. & præ-
dicta intellige. Idemque dicitur, ſi ius furnorum
12 vaſallus habeat cum poteſtate prohibendi ex pri-
uilegio principis. Boer. dicta quæſt.125.col.2.verſi-
culo. quæ quidem tamen iura. Clar. dicta quæſt.
30. Capic. dicta deciſ.209. nume.50. Guido Pap. di-
cta quæſt.298. nume.1. Natt. dicto conſil. 227.nu-
me.2.in fin. Franciſc. Mar. dicta deciſ. 121.nume.2.
quod enim principis authoritate fit validum eſt,
& prohiberi non poteſt. l. quod Principis. D. de
aqu. pluu. arcen. quod intelligo, dummodo iuri
iam fortè hominibus quæſitum præiudicium nul-
lum inferatur, quia illud ius Princeps auferre non
poteſt, vt communis doctorum ſententia eſt, de
qua in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitution. & te-
net Brun. dicto conſil. 131. verſiculo, & eſt indubi-
tatum, vſque in fin.

13 Quinto fallit, ſi ex conſuetudine patrię vaſalli
habent tales furnos proprios cum facultate prohi-
bendi, vt in Calabria exemplificat Boer. d. quæſtio.
125. colum. 3. verſiculo & prędicta. poſt Luc. de
Penna in l. 2. colum. 1. verſiculo ſic etiam. C. de
fund. limitroph. libr. 11. & in patria Delphinat. de
molendinis dicit Marc. deciſ. 356. in fin & Craue.
in dicto. §. circa præmiſſa. nume. 2. ac in multis Gal-
lię locis hanc conſuetudinem vigere, & in viridi
eſſe obſeruantia ex recentioribus teſtis eſt Rena-
tus Copinus libr.1. de legib. Andium. capitu. 14. nu-
me 2. poſt ſummam ruralem.

Sexta ſequitur exceptio iſtius regulę, vt non pro
cedat quando primum molendinum fuiſſet publi
cum. & in eius vtilitatem verteretur publica vtili-
tas, vel etiam ſi eſſet fiſcale. Tunc enim poteſt
dominus, vel reſpublica prohibere, ne alij con-
ſtruant noua molendina, vel furnos, vt eſt Tauri-
ni, vbi molendina ſunt Ciuitatis. Ita tenet Iacobin.
in dicto. §. & cum molendinis. verſiculo quid dicen
dum. poſt. Bal. in conſil. 412. quæritur vtrum domi
nus. libr. 5. Natt. conſil. 106. nume. 1. & conſ. 227. nu-
me. 4. Boſſ. dicto titu. de Regalib. nume. 41. & licèt
Iacobinus formet quæſtionem in prohibitione, ta
men idem videtur reſultare in caſu limitationis
noſtrę: nam ſi poteſt dominus prohibere propter
vtilitatem publicam, vel Principis ne quis ad mo-
lendina iam conſtructa accedat, tantò magis ne de
nouo cõſtruantur, cùm facilius impediatur actus
dum fit quàm deſtruatur perfectus. l. patre furio-
ſo. cum ibi nota. per Iaſ. D. de his, qui ſunt ſui, vel
alie. iur. & ita videtur concludere, & intelligere di-
ctum Bald. & Iacobin. Craue. in d. §. circa præmiſ-
ſa. nume. 6. verſiculo ad iſtud reſpondetur. Natt. di-
cto conſil. 106. num. 1.

Hinc ſeptima, & vltima ſequitur limitatio: vt
14 non habeat locum regula, quando † domini ha-
berent conuentionem cum ſubditis, quòd liceat
ipſis dominis habere furnos publicos, & molendi-
na, licèt enim expreſsè non dicatur, ita vt prohi-
beantur ſubditi ad alia accedere, tamen id intelligi
tur, & ita iudicauit Senatus: ratio eſt, quia cùm lici-
tum ſit non ſolùm dominis, ſed etiam alijs furnos
in proprio conſtruere ad hoc, vt tale pactum ope-
retur videtur tacitè induci prohibitio, ſicut in ſimi-
li notat Bald. in capitu. cum olim. in fin. de conſti-
tution. ſi Papa concedit Epiſcopo creationem
quam aliàs habebat, intelligitur etiam ſine conſen-
ſu capituli. Idem Bald. in l. nullus. C. ad l. Iuliam ma
ieſta. & plura exempla ponit Felin. in capitu. ſicut
Romana. colum. 3. de reſcrip. aliàs ſequeretur ab-
ſurdum dominis concedi, quod vnicuique priua-
to licet. Ita cenſuit Senatus in cauſa furnorum
Comitum Morę agri Vercellen. vbi talis erat
cõuentio, & coacti fuerunt ſubditi furnos factos
deſtruere. 1550. in qua cauſa plurimum mouit do
minos dictio illa publicos: nam ſi licèt habere fur-
nos publicos, videt inferri, vt ad eos populus publi
cè accedat. Cęterum ſi fuiſſet ſolùm dictum, quòd
liceret habere furnos, non videretur inducta pro-
hibitio & ſeruitus, cùm ſtrictè eſſent interpretan-
da verba. l. veteribus. D. de pact. quinimo potius in-
terpretandum vt ſuperflua eſſent, quàm quòd
damnum alijs indebitè inferant. Bart. in l. fin. §. in
computatione. in fin. C. de iur. delíberan. & alias di-
ceretur illam conuentionem ideo factam, quia
fortè aliàs non licebat dominis ex pacto, vel con-
ſuetudine antiqua furnos in præiudicium ſubdito
rum conſtruere.

Poſitionibus an per procuratorem litis reſponderi poſſit Domino ita abſente, vt de illius vita dubitetur, & de facili haberi non poſſit.

DECISIO XVII.

1 *Poſitionibus per principalem regulariter eſt reſponden-*
dum, & qualiter id procedat. num. 3.
2 *Procurator an de calumnia pro domino abſente iurare*
poſſit.
4 *Poſitionibus an per procuratorem reſponderi poſſit, ſi do*
minus ita abſens ſit, vt de facili haberi non poſſit.

POSITIONIBVS per prin-
cipalem ipſum cauſæ actorem,
1 ſiue reum, non autem † miniſte-
rio procuratoris regulariter re-
ſpondendum eſt. l. 1. & l. voluit.
cum multis alijs. titu. de interro-
gator. action. Iacob. de Aren. de
poſition. in princip. nume. 4. Vbertus de Bob. eod.
titu. nume. 70. Barto. in l. non ſolum. nume. 1. D. de
procurator. Canon. in capit. 1. de iuramen. calum.
& capit. fin de iureiuran. capit. 2. de confeſſ. in 6. &
in capit. præſentium. de teſtib. eodem lib. 6. Præſer-
tim cũ principalis melius de cauſa propria quàm 2
procu-

procurator cenſeatur inſtructus, vt per Barto in l.
ſi actor.de procurat.& in l.fin.C.eodem. vbi dixi.&
ſi in die termini non reſponder,contumax dicitur,
& poſitiones in contumaciam non reſpondentis
ad electionem partis ponentis,& interrogantis pro
nunciantur pro confeſſis,iuxta l.de ætate. §.qui ta-
cuit. D.de interrogatio. action. & ita in hac patria
ſolet continuò practicari per noua decreta Ema-
nuelis Filiberti ſub titu. *Delle poſte ò tij poſitioni. §. ſe
nel detto.* cuius decreti illa vis, & efficacia eſt, dum
propriam principalis perſonam requirit, vt nec
etiam per ſpeciale mandatum illi ſatisfactum ſit,
vt latè firmat D. Ozaſc. deciſ. 113. per totam. vbi
ita per Excellentiſſimum Senatum in cauſa Aſten.
2 iudicatum fuiſſe teſtatur, neque † hinc procura-
tor ſpeciale mandatum habens in animam ſui
principalis reſpondere, & iurare de calumnia pote
rit, quamuis de iure communi ad iurandum talis
procurator admitti ſoleat, & debeat per tex. ex-
preſſum in cap. vltim.& ibi gl. de iuramen. calum.
lib.6. per quem text. communem illam regulam
ſupra poſitam limitant docto. vt hoc caſu non
procedat, & ita intelligunt cum hac limitatione
text. in l. 2. §.ſin autem abfuerit. C.de iureiur.prop.
calum.dan. vbi Pau.de Caſtr.nume. 3.& 5. & iuxta
hanc opinionem fuiſſe iudicatum teſtatur Capell.
Tholoſan.deciſ.132. quæ ſubijcit de iuris rigore ſu-
periorem opinionem veriorem eſſe. Imo, quòd
etiam reſpondere poſſit procurator, videtur text.
in l.non ſolum.in princip. D.de procuratorib. pro-
pter quem Barto.ibi multa dicit. Si vero in contu-
maciam non reſpondentis poſitiones pro confeſ-
ſis pronũciatę fuerint etiam ruſticus,& mulier per
vigorem illius decreti reſtitutionem in integrum
petere non poterunt, vt cenſuit Senatus in cauſa
Niciē.Catherinæ de Brandis,& Petri de Albertis,
quam deciſionem latè comprobat D.Ozaſc.deciſ.
87 quod limita,niſi notorium impedimentũ eſſet
in cauſa, quia tunc non ſolùm ruſticus, & mulier
reſtituentur ſed etiam maior, procuratoris contu-
macia minimè obſtante, neque illo caſu reficere
expenſas tenebuntur, vt per eundem Senatum
Excellentiſſimum pronunciatum fuit in altera
cauſa Selle, & Comini Andumenſium. 1556.
Menſe Nouembris. de qua per eundem Ozaſc.
deciſ.9.per totam. Supraſcripta verò generalis re-
gula, vt poſitionibus per principalem reſponderi
3 debeat †, intelligenda eſt, vt procedat ſecundum
ſtatuta Sabaudiæ, quando illæ poſitiones per prin-
cipalem fuiſſent poſitæ, aliàs procurator reſpon-
dere poterit. Itemque procedit parte hoc petente,
non aliàs,vt habetur in ſtatu. Sabaud.lib.6. cap.10.
diſfugij.& libro 7.capit.8. diſfugij. & innuit Capella
Tholoſa.q.224.

Sed dubium eſt,quid ſi Dominus ſit abſens à lo
co iudicij, ita vt in dicta cadente mĩdere non poſ-
ſit,an tunc procurator admittatur, ſi de cauſa in-
ſtructus eſt,& generale mandatum habeat?& qui-
dem ſi dominus ita abſens ſit, vt de facili, vel ip-
ſe,vel illius iuridica reſponſio haberi poſſit, res in
aperto eſt, eſſe ſeruandam diſpoſitionem decreti
& formam,quam in hoc caſu doctores tradere ſo
lent poſt Specul. in titu.de iuramen. calumn. poſt
Vincen.§.reſtat.nume.11. & formam exprimit D.
Ozaſc.in dicta deciſ.113.nume.11.& ſeq.ſed ſi do-
4 minus † ita abſens ſit, vt de facili haberi non poſ-
ſit,quia ſit in longinquis vltra mare,vel fortè igno-
ratur vbi ſit,vt dicit Cyn.aut dubitatur an ſit mor
tuus,vel viuus,tunc magna dubitatio oritur, quid
per iudicem agendum ſit, & videretur dicendum,
quòd tunc dari deberet curator bonis omnibus,
iuxta communem practicam, quæ hoc ſeruat in
iuramento calumniæ,vt refert gloſſ. in dicto capi-
tu. cęterum. in verbo ab vtraque. de iuramen. ca-
lum.& ibi communiter Canoniſtæ notant. & ita
in facti ſpecie ſimili tenet Cyn. poſt Iacob.de Are.
in l. 2.§.hoc etiam.in fin. de iureiurau.prop.calum.
hancque Vltramontanorum practicam eſſe dicit
Bart.in dicta l. 2.§. ſin autem abfuerit. num. 5.& in
l.qui bona.§.ſi alieno.D.de dam.infec.pro qua pra-
ctica facit, quia curator iſte bonis datus, perſo-
nam ipſius principalis abſentis repreſentat, & hoc
modo cauſa in longũ cum alterius partis incom-
modo,& grauiſſimo damno non trahetur.In con-
trarium videretur expectandum eſſe principa-
lem, qui reſpondere debet attenta forma decreti;
& communi regula ſupra poſita, pro qua videtur
tex. apertus in l.5. in princi.de interroga. action.ibi.

Ex ſua in iudicio reſponſione.

Et hoc ſaltem, vt euiteſur excuſatio principalis ab
ſentis, & cautela illa, quod procurator malè re-
ſpondit., & quòd ipſe offert ſe paratum aliter re-
ſpondere. Item, quia procuratore iurante pars
non incidet in periurium, & ita ſemper excipere
poterit. iux. Bald.in dicto. §.ſin autem abfuerit, &
per Alex.in dicta.l.qui bona.§.ſi alieno.

Verum Bar. in dicto. §. ſin autem, & in dicta. l.
qui bona.§.ſi alieno.voluit, quòd hoc caſu in iura-
mento calumnię non detur alius curator bonis,
ſed ſufficiat procurator cauſę per rationem ſatis
meo iudicio concludentem, quam in dictis. §. §.
allegat,& Bar. ſequitur Abb. in dicto.capitu. cæte-
rum. nume.7.& in capitu. in pertractandis. nume.
5.cod. titu. de iuramen. calum. & idem poſt Io.de
Deo quem allegat innuit Specul. in dicto. titu. de
iura.calum.num. 13. verſiculo tamen nota. libr.2.
quam oppinionem etiam Barto. vult procedere
in iuramento poſitionum, vt innuit in dicto §.ſin
autem. dum allegat Specul. in materia poſitio-
num, & idem in iuramento veritatis, & affectio-
nis in dicto §.ſi alieno.& generaliter, vbi dominus
haberi: nequit & tantò magis iſtud procederet,vbi
procurator eſſet de cauſa inſtructus ac dominus,
vt dicit Barto.in dicta.l.ſi actor. de procurator. &
quamuis Barto.dicat Specula. in poſitionibus tene
re contrarium,reperio tamen.quod ipſe idem vo-
luit in procuratore de cauſa inſtructo in titu. de
poſitionib.§.ſexto.nume.18. & licèt aliqui contra-
riam opinionem ſequuti fuerint, quòd imò dan-
dus ſit curator bonis omnibus,& hanc Bart.ſenten
tiam truffam eſſe dicat Bald. in dicto.§. ſin autem
verſiculo ſed pone. & alteram veriorem arbitre-
tur Alexan.in dicto §. ſi alieno. nume. 13. & com-

munem dicat,& expreſsè contra Bart.& Abba.defendat Neuiza.conſil.70.nume.29.& 30.dicens malè ipſos tenuiſſe, tamen veriorem exiſtimo Barto. & Abba.opinionem ex eo, quia cùm hoc caſu nihil reperiatur in iure nouo deciſum,neque decreta hac de re loquantur,imò Summus Pontifex ſimpliciter dicat eſſe alio modo ponenti prouidendum. in capitu. fin. de confeſſ. lib. 6. in fin. videtur caſus omiſſus in puris terminis iuris antiqui, quo iure etiam ſine ſpeciali mandato alieno nomine per procuratorem iurari poterat,dicta l. qui bona. §.ſi alieno. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. fin. de iureiuran. quid enim quæſo plus facere poterit hoc caſu curator ille bonis datus, quàm procurator,qui defenſor cauſę conſtitutus fuit, & de illa magis quàm quilibet alius inſtructus eſt,neque ad totam cauſam curator quis dari poterit, cum iam procurator à domino conſtitutus alius ſit,vt rectè, & ſubtiliter dicit Panormitan.in dicto capite. cæterum.nume.7. in fin. & ſi velimus curatorem adhuc hoc in caſu conſtituere, ſufficiet ad hunc actum dare ipſum cauſę patronum tāquam melius inſtructum per ea, quæ dicunt Ant o. Marian.Barbat.Fulgo.& alij,quos refert Neuiza.dicto conſil. 70. licèt ipſe non ſequatur, cùm velit dari ad totam cauſam, quod tamen neceſſe non eſt, cùm de illo duntaxat articulo dubitetur, & propterea non eſt contra voluntatem abſentis dandus curator omnibus bonis. Non obſtat, quod dicebamus eſſe per ipſum principalem reſpondendum poſitionibus, vel expectandum, iux. dictā l. 4.in princi.& d.l.2.§.ſinautem. quia, vt dicit Barto. ibi hoc intelligendum eſt,quando principalis de facili haberi poteſt,ſecus ſi in longinquo ſit,& vbi ſit ignoretur.atque ex his ego iudicando ſeruaui practicam Bart.& Abba.vt procurator tanquam dominus litis, & de cauſa inſtructus, & quem ad hunc actum curatorem abſentis conſtituimus,reſponderet poſitionibus à parte aduerſa productis cùm dominus cauſę principalis commodè reperiri non poſſet,atque id pronunciaui in cauſa Paſquerij, & Qualcherij. Niceę anno 1559.14.Martij. dum ibi iudex maior pro Sereniſſimo Eman. Philiberto Duce noſtro conſtitutus eſſem, & meam ſententiam confirmauit Senatus Pedemontanus tunc Vercellis reſidens,Excellentiſſimo D. Caſſiano Puteo Præſide.

Iniuriarum actio ciuilis an excludat criminalem: & quando ciuilis cauſa cum criminali concurre poſſit.

DECISIO XVIII.

1 *Iniuria non eſt impunita relinquenda.*
2 *Cumulatio actionum an in criminalibus admittatur.*
3 *In actione iniuriarum ciuilis extinguit criminalem. fallit nume.8.9.& 11.*
4 *Duæ perſonę quando ſimul cumulare poſſint diuerſas actiones.*
5 *Iniuria à iudice per ſententiam vindicatur.*
6 *Libellus,in quo diuerſa petitur, & duplex vindicta, ipſo iure vitiatur.*
7 *Iniuria ſi reſpiciat plures perſonas, poteſt pro ea reus & ciuiliter erga partem, & criminaliter erga fiſcum damnari.*
10 *Quando à pluribus perſonis agi pro iniuria poſſit.*
12 *Pro iniuria, quæ tranſit in aliam ſpeciem delicti, poteſt quis dupliciter puniri.*
13 *Procedenti de facto licet de facto reſiſtere.*

1 INIVRIA quælibet ſiue atrox, ſiue minima ſit, nunquam impunita à iudice relinqui debet: per illam enim & publica pax, & priuata quies contra bonos mores turbari ſolet, Hincque à iuris ciuilis authoribus iniuriarum actio inſtituta eſt, toto titu.D. & C. & in inſtit. de iniur. & conſtituta à lege differentia inter leuem,& atrocem ex circonſtantijs,vt eſt pulcher text.in l. 1. D. de iniur. in §. atrox. inſtitu. eodem. ſed pulchrior, & notabilior in l. aut facta. D.de pœn. & non ſimplex pœna illa, ſed arbitraria, vel ciuilis, vel criminalis introducta, vt aliquo modo huiuſmodi plecteretur delictum. §.in ſumma.inſt. de iniur. l.quod Senatuſconſultum, & l.prætor.§. poſſe.D.eod.l.1. C.quando ciuil. act.crimina. præiud. Azo in ſumma Codicis. titu. de iniur. nume. 28. ſicque non ſolùm priuato, ſed etiam publico iudicio experiri in hoc crimine poterit, quamuis re vera delictum hoc vt plurimum priuatum ſit, & ideo inter priuata iudicia iniuriarum querella connumeretur.l.iniuriarum.& l. fina. in prin.C. de iniur.& Tribonianus in partitione Digeſtorum titulum de iniurijs inter priuata iudicia poſuit. Niſi atrox adeo ſit, & in aliam ſpeciem delicti quā ſimplicis iniuriæ tranſeat,vt infra dicetur.

Sed cùm ciuilem, & criminalem hinc oriri actionem dixerimus,dubitatum in Senatu in facti contingentia diu fuit, an electa iniuriarum actione ciuili, ceſſare debeat criminalis, ita vt cauſa ciuilis cum criminali tanquam nihil inter ſe commune habentes concurrere non poſſit. Puta ſi iniuriatus agat in iudicio pro iniuria petendo aureos centum ratione iniurię, & vlterius ipſum iniuriantem puniri ad vindictam excitando fiſcum, qui fiſcus acceptat, & inſtat vnà cum iniuriato vt condemnetur ciuiliter erga partem ad emendam, ſeu extimationem iniuriæ, & in pœnam erga fiſcum, & ambobus coniunctim inſtantibus, vel inſtante ſolùm iniuriato ad condemnationem emendæ, & pœnæ, vt in hac patria moris eſt, ꝙ pro damno dato in prædijs duplex ex ſtatuto, ſeu conſuetudine fit condemnatio, vna in emendam damni erga partem, alia in pœnam banni, vt vocant, & hoc caſu ita inſtante iniuriato iudex primus condemnauit in aureos centum erga iniuriatum pro iniuria iuxta illius petitionem, & æſtimationem, & vlterius in aureos centum erga

fiſcum pro pœnâ, à quâ ſententia appellatum fuit
ad Senatum per condemnatum. Quærebatur an
iudicis à quo ſententia ſuſtineri poſſet: & pro fiſ-
co dicebatur, quod ipſe interueneniebat vt ſepara
ta perſona, & quod pro intereſſe publico mul-
ctam petebat, licèt hoc faceret ad iniuriati inſtan-
tiam, quo caſu poterant duæ diuerſæ perſonæ ſi-
mul cumulare actiones, quas vna ſola cumulare
non poſſet, prout dicit Bart. in l. ſi quis libertatem.
2 nume. 22. D. de petitio. hęre. Item quia † in crimi-
nalibus admittitur cumulatio ſecundum Fran-
ciſc. Marc. deciſ. 720. num. 6. & ad improborum
audaciam coercendam inductum videtur, vt ciui-
liter, & criminaliter ſimul pro iniuria agi poſſit. di-
cto. § in ſumma. l. licitatio. aliàs locatio. §. quod illi-
citè. D. de publican. Iacob. Concennat. lib. 1. quæ-
ſtio. iur. ſingular. quæſt. 7. nume. 2. & duplicem pœ-
nam hinc oriri dicit Gramm. vot. 15. in fin.

Verum pro reo dicebatur malè proceſſum, &
3 iudicatum, quia † in actione iniuriarum ciuilis ex-
tinguit criminalem, ergo vna tantum pœna erat
condemnandus. dicta l. quod Senatuſconſul. in fin.
verſiculo planè. & l. prætor. §. 1. vbi Barto. notat.
D. de iniur. dicta l. 1. in princip. C. quando ciuil.
act. Boniſ. de iniur. nume. 43. Ioan. Faber. in l. da-
mus. C. ad l. Cornel. de falſ. Petrus à Placa in epito-
me delictor. capite. 6 num. 10. & in terminis, quod
talis libellus non procedat, tenet Marant. de ordi.
iudi. par. 4 nume. 5 & 12. diſtinct. 1. qui allegat Bart.
in l. 1. C. quando ciuil. act. & in dicta l. prætor. §. 1. de
iniur. idem tenet Franciſ. Caſon. in tracta. quæſtio-
num criminal. cap. 3. nume. 10. Hartman. Piſtoris
practicar. obſeruat. forenſ. titu. de iniur. cap. 3. ratio
illa eſt, quia pro ſimplici iniuria quis poteſt vna
tantùm pœna puniri, quæ pœna ſiue ciuilis, ſiue
criminalis ſit ideſt ſiue fiſco ſiue parti applicetur,
debet ſufficere, cùm vtraque tendat ad meram
vindictam, & nemo bis pro eodem delicto puniri
debet, vt dicit Azo dicto nu. 28. & ibidem VVe-
ſembech. titu. D. de iniur. nume. 16. & 18. Maran.
qui latiſſimè hanc quæſtionem examinat in dicto
loco à nume. 5. vſque ad 27. & repetit par. 6. num.
91. Iaco. Concennat. dicta quæſt. 7. num. 3. Alexan.
conſil. 212. num. 4. libr. 2. Boſſ. in titu. de iniur. nu-
me. 12. & facit text. in Litem apud. §. ſi quis ſeruo.
dicto titu. de iniur. Iacob. de Beluiſ. in conſuetu.
feu. titu. de pace iuram. firman. in §. iniuria. vbi alij
Feudiſtæ.

Neque obſtat dictum Mateij, quòd admittatur
cumulatio actionum, quia illud procedit quan-
do ex vno facto plura delicta naſcuntur, vt docto-
res in ſupradictis locis adnotarunt, & ita innuit ibi
Marc. poſt Salycet. in l. ſi quis homicidij. C. de ac-
cuſat. doctores in l. edita. vbi Bart. nume. 15. C. de
eden. vbi latè ſimilis cumulationis materia tractat.
minus officit dictum Barto. in dicta l. ſi quis liber-
tatem. quòd poſſunt duæ diuerſę perſonę ſimul
4 cumulare actiones, quas vna non poteſt, quia † id
procedit quando perſonæ ſunt omnino diuerſæ,
& agunt ex diuerſa cauſa, atque actiones ex diuer-
ſo fonte deſcendũt, vt dicit Faber in dicto loco, ſe-
cus in caſu noſtro, vbi pro eademmet cauſa agũt
coniunctim, & ad partis inſtantiã ſcilicet ad puni-
endum iniuriantem, & ad emendam ratione iniu-
riæ: prætereà id procederet quo ad actionem non
autem quo ad condemnationem, quia ante rem
iudicatam vna per alteram non tollitur, ſed poſt
rem iudicatam vna facit ceſſare alteram quando
ad vindictam agitur, vt dicit Boſſ. in dicto titu. de
iniur. & in titu. quomodo proceda. per action. in de
lict. nume. 50. iniquum verò eſſet, quod quis con-
demnaretur ad ſoluendum bis idem etiam diuer-
5 ſis perſonis, cùm † iudex iniuriam per ſuam ſenten
tiam vindicaſſe cenſeatur, & vnica vindicta ſuf-
ficiat, per text. expreſſum in l. ſed ſi vnius. §. ſi ante.
D. de iniur. ideo quamuis dici poſſet proceſſum te-
nere iuxta theoricam Barto. in l. edita. nume. 23. C.
de eden tamen condemnatio fieri non debebit ne
6 duplici pœna afficiatur. † Quinimo voluit Maran.
in dicta par. 4. nume. 12. quòd talis libellus ipſo iu-
re vitietur per rationes ab illo allegatas. Quod etiã
procederet, ſi de ſtilo procedi ſoleret ſimpliciter,
& de plano, vt per Aretin. in l. 1. §. ſi quis ſimplici-
ter. de verborum obligatio. Curt. in d. l. edita. &
Purpurat. ibidem nume. 239. Idque & iuris ipſius
authoritate probatur, dum Iuſtinianus vel ciuili-
ter, vel criminaliter agendum eſſe pro iniuria de-
creuit in d. §. in ſumma. inſtitu. de iniur. & ſic vel
accuſationis via, vel actione ſimplici ad intereſſe
conſequendum, quo caſu pœna applicatur parti.
Barto. in l. gratia. D. de termi. mot. Boſſ. dicto titu.
quomodo proceda. per actio. in delict. nume. 12.
& 13. Ex quibus omnibus, & alijs hincinde dedu-
ctis, omnibuſque maturè diſcuſſis, in caſu propoſi
to cenſuit Senatus bene iudicatum, quatenus con
demnatus fuit reus erga partem læſam præſertim
in emenda ſatis egregia attentis circunſtantijs: ma
lè verò quo ad criminalem erga fiſcum, in quo
capite reum abſoluit. 1560. die 10. Februarij.

Fallit verò ſupradicta regula, quòd iniuriarum
actio ciuilis faciat ceſſare criminalem, quando
7 † iniuria reſpicit plures perſonas ſeparatim, vt ſi
talis iniuria adeo ſcandaloſa eſſet, vt ſine iniuriati
inſtantia fiſcus ad publicam vindictam inſurge-
ret: vel quia iniuriati eſſent plures, & vnus ad iniu-
riæ emendationem priuatim ageret, alter verò
eum interuentu fiſci peteret criminaliter iniurian-
tem puniri, poſthabita priuati ſui honoris ratio-
ne, vt in l. 1. §. fina. de iniur. argumen. l. lex Corne-
lia. §. illud quæritur. eodem. & in caſu quem ponit
Abb in cap. parochianos. in fin. de ſenten. excom-
municat. vbi agit clericus ad emendam pro iniu-
ria ei facta, & etiam ſua Eccleſia ad aliam emen-
dam: item in caſu officialis, qui priuato iniuriam
facit, ponit Afflict. in conſtitution. titu. de iniur. §.
eos. nume. 5. vel denique ſi, & priuatæ perſonæ, &
iuri publico facta iniuria fuerit, quia tunc duplici
pœna reus afficitur, vna ordinaria erga partem læ-
ſam, altera extraordinaria erga fiſcum, & ita pro-
cedit, & intelligitũ d. l. locatio. § illicitè. D. de publi-
can. & tunc licèt iam ad inſtantiam accuſantis
reus vna pœna affectus ſit, tamen tertius, vel fiſ-
cus iterum ad accuſationem admittetur, vt latè
ſcribit Maran. in ſuo Specu. de ordine iudi. in alle-
gata

gata parte ſexta.nume.93.verſicu.ſecus eſt. & in ſi-
mili cùm caſus contigiſſet, ita iudicauit Senatus
1568.Menſe Martij. quæ ſententia fuit in reuiſio-
ne cōfirmata inter Oſſellam,& Viariſium,fiſco ſe
paratim, non ad partis inſtantiam, ad vindictam
publicam hoc poſtulante, in qua cauſa fuit Oſſel-
la condemnatus pro iniuria alteri illata in libras
vigintiquinque erga fiſcum, & in alijs vigintiquin-
que erga partem læſam: verum hoc caſu pœnæ
ita arbitrari debent, vt leuiores ambæ ſint,ne reus
indebitè ſummarum coaceruatione opprimatur
iuxta text.aureum, & filoſophicum in l.reſpicien-
dum. D.de pœnis.
8 Fallit ſecundo ſi ſit †, iniuria afferens damnum
intrinſecum vt debilitatio, tunc enim poterit agi
ad pœnam,& vlterius peti damnum.Flor.in l.iniu
riam.colum fina.ad l.Aquiliam. Alberic. in dicta l.
1. C.quan. ciuil. act.colum. 1.verſicu. oppo. quod
vna ſola. quinimo hoc caſu etiam ſi ſolus fiſcus
compareat, ſolet Senatus eadem ſententia con-
demnare reum in intereſſe, erga partem læſam,
quæ in exactione ſui intereſſe, & damni paſſi præ-
ferri ſolet,iuxta rubricā,*pœnis fiſcalibus creditores præ
ferri*.Et ita cēſuit Senatus in quadā cā Mōtisbaſilij.
9 Limita tertio ſi proponatur † iniuria à pluribus
perſonis, ſeparatim vna ab alia eodem proceſſu,
vt dixi ſupra in prima fallen. vel tantò magis ſi ſe-
parato proceſſu vnus intentet ciuilem alius verò
criminalem, licèt pro eodem facto, tunc poterit
proponi ciuilis, & criminalis, vt per Alb. in l. 1.C.
quan.ciuil.act.nume.1. per l.fina. C.de ordin.iudic.
Faber.in d.l.damus.C.ad l.Cornel.de fal. in materia
enim cumulationis ceſſat rña impeditiua, qñ agit
à plurib.perſonis.Bar.in l.ſi qs libertatē.n.12. de pet.
hær.ſequit Rimi.in l.edita. col. 16. verſi.in materia.
10 C.de eden.† A plurib.verò perſonis ꝑ iniuria agit,
qñ iniuria quemlibet ipſorum reſpicit,vel ſi ex eo-
dem crimine plures actiones naſcuntur, vt Papi-
nianus ait libr.6 *Βασιλικῶν* titu. 33.capit.22.§.ſi verò.
cuius hęc verba ſunt latinè à viro doctiſſimo Cuia
cio ita reddita. *Si verò ex eodem crimine plures actio-
nes naſcantur, poteſt à diuerſis perſonis accuſari.* & Dua-
ren.libr. 1. diſputat. anniuerſar. cap.39. accuſatio-
nem à pluribus intentari poſſe, etiamſi vnum dun
taxat iniuria reſpiciat, ſi inter ipſas conueniat,con-
tra receptam opinionem ſubtiliter contendit. pro
quo facit Solonis gręca lex, quam Prateius in li-
bro de iuriſprudentia veteri refert cap. 66.ibi, *Om-
nibus de iniuria alteri illata ſupplicium ſumendi ius eſto.*
cęterum ſupraſcriptam fallentiam ego non credo
veram niſi duobus in caſibus. primus eſt in caſu
poſito ſupra in 1.fallen.quando re ipſa ſeu iuris in-
terpretatione iniuria facta eſt duobus,vt quia vxo
ri, & conſequenter etiam viro.l.non ſolùm.§.pla-
ne.l.1.§.ſiuc autem. & §.ſequen.D.de iniur. vel pa-
tri,& ſic etiam filio. dicta l. 1.§.fin. l.lex Cornelia.§.
illud quæritur. l.ſed eſt quæſtionis. §. parui autem.
l.ſed ſi vnius. §.ait prætor. cum §§. ſequen. l.pater.
eo. titu. quo tamen caſu quando filio iniuria facta
eſt, licèt vnicuique iniuriarum actio competat,
modo in poteſtate filius non ſit l.prætor.§. ſed & ſi
quis.eo. & vnius actio alterius non excludat actio-
nem. dicta l. 1.§.fin.tamen vnica ſufficiet condem-
natio quo ad iniuriam per text. in l.ſed ſi vnius.§.ſi
filiusfamilias. eod. niſi vna perſona ſeparatim vna
actione puta ciuili vtatur altera verò criminali,
vel niſi iniuria in aliud etiam genus delicti tran-
ſeat, quia tunc, & patri, & filio diuerſa competit
actio, ita interpretor. l.lex Cornelia. §.illud quæri-
tur.& dictā l.pater. eod.atque his caſibus cum duę
ſint perſonæ iniuriatę, duplex dabitur emenda, vt
in dicta 1.fallen. ſed ſi illata eſt iniuria priuato per
priuatum,licèt interueniat in agendo pars iniuria-
ta, & etiam fiſcus ad eandem partis inſtantiam,&
ſic duæ perſonæ, tamen vnica tantum debebitur
emenda: nulla enim fiſco facta eſt iniuria realiter
nec interpretatiuè ſicut facta eſt marito per iniu-
riam vxori illatam,& ita cenſuit Senatus in cau-
ſa contra Baiulum Leuſolę mota.
Secundus caſus,in quo quarta limitatio proce-
dere poſſet, eſſe poterit ſi illata foret iniuria atrox
perſonę humili, quæ iniuria talis eſſet quam ipſe
iniuriatus remittere non poſſet, vt exemplificat
Barto. in l. 1.§. vſque adeo. de iniur. tunc enim ſi lę-
uiter extimaret ille iniuriatus damnum, poſſet
fiſcus etiam priuato inſtante, ne delictum id rema
neret in ſcandalum, aliquid plus petere vltra eam
condemnationem, iuxt. nota per Barto. in l. Sena-
tus. de accuſat. & præſertim ſi iniuria publicè fa-
cta fuerit,quo caſu & Solonis lege.cap.43.cautum
eſt, vt parti iniuriatę drachmas tres, ærario publi-
co duas perſoluat.præterea iſtius caſus exemplum
peti poteſt apud Ludouicum à Peguera Hiſpa-
num inter ſuas quæſtiones criminal. dicto cap. 13.
vbi pro iniuria atroci, & contumelioſa cuidam
illata,nempe dum dixit falsò,ꝙ Iudæus erat,& hoc
animo iniuriandi dictum fuerat, ſcribit fuiſſe con-
demnatum erga iniuriatum in pœnam ſatisfactio
nis publicę,& erga fiſcum in pœnam corporalem
banni per annum, Barcinonę. 1583. 28. Nouem-
bris.moti fortè eo caſu iudices ea ratione,vt euita
ret rixas, & ſcandala inter partes offenſas.qua in re
multum circonſpectè procedit non ſolùm Sena-
tus noſter, ſed etiam ipſe Princeps, qui non ſolet
alicui delictum condonare, præſertim ita vt domi
offendens commoretur, niſi habita pace ab offen-
ſo, per l. æquiſſimum. D.de vſufruc.de qua tamen
rè dicam infra deciſione 21.Gratiam.
11 Quintò fallit †, ſi actio iniuriarū ciuilis inſtituta
familiariter fuerit pro ſimplici ęſtimatione damni,
& intereſſe non autem ad vindictam,& extima-
tione iniurię: nam tunc cùm familiaris hęc actio
ſit, poterit poſteà contra reum criminaliter agi,&
ita loquitur Imperator in allegata l. 1. quæ eſt vni-
ca.C.quand.ciuil.act.criminal.præiud. & ita voluit
Barto.in dicta l. prætor. §.1. nume. 1 verſiculo di-
camus igitur.D.de iniur.Andr.Gail.practicar.obſer
uat.libr. 1.obſeruat. 65.nume.2. ita cumulationem
in cauſa iniuriarum, & l.Aquilię admiſſam fuiſſe
in Camera Imperiali teſtatur Myſinger. ſingula.
obſeruat. cent.1. obſer. 25.quia actio vtraque ten-
dit ad diuerſa, & in caſu huius fallentię cenſuit Se-
natus 1586.2.Maij,in qua cauſa duplici pœna fuit
pars condemnata vna erga fiſcum, & altera erga
partem,

partem, quando pars ad ſolam æſtimationem reũ condemnari petierat, & fiſcus ſeparatè ad vindictam publicam, & hoc modo accipiendum eſt quod ſcribit Grammatic.deciſ.57.num.11.

12 Fallit.6.ſupraposita regula, ſi † ſit illata iniuria, q̃ tranſeat in aliã ſpeciẽ delicti, vt quia aliquis verberatus ſit in eccleſia, vel in loco publico, aut in palatio principis, aut corã Iudice iniuria verbalis tertio facta fuerit: nam tunc poterit agi per verberatum actione ciuili ad æſtimationem iniuriæ, & nihilominus etiam per fiſcum ad pœnam pro crimine ſacrilegij, vel leſę maieſtatis: idemque videretur dicendum, ſi fuerit facta iniuria alicui officiali, & perſonę publicę: nam vltra actionem ciuilem intentatam per eum ad refectionem, poſſet etiam agi criminali actione leſę maieſtatis ob contemptum principis committentis officium, vel exequutionem aliquam: neque abſurdum erit non obſtante actione partis procedi etiam criminaliter per inquiſitionem, iuxt. text. in dicta l. lex Cornelia. §.illud quæritur.de iniur. & notat Purpurat. in dicta l. edita. nume. 193. & 194. & ideo in caſu prædicto Baiuli Leueſiæ de Santo Stefano, ſiue leuſolæ. defendebam rectè condemnari poſſe iniuriantem etiam in pœnam erga fiſcum ex eo, quia mentitus fuerat commiſſarium per gulam, & cùm obijceretur, quòd commiſſarius procedebat

13 de facto, quo caſu † licet de facto reſiſtere, per l. prohibitum. C.de iure fiſ. quod autem procederet de facto apparebat, cùm ea commiſſio in illa parte qua illam exercebat non erat in litteris, ſed in Apoſtilla. Replicabã, quòd ſatis conſtabat eum eſſe commiſſarium, & ei apoſtillę credendum, cùm fuiſſet manu eiuſdem notarij perſonę grauis, & ideo ei credendum in dubio, & parendum, vt dicit Bal. in cap.cum in iure. colum.3.poſt Innocent. de offic. delega. verùm hoc non obſtante maior pars dominorum fuit in contrario voto, & proptereà cenſuit Senatus vnicam pœnam ſufficere, quæ parti leſæ applicaret. Carignani.1560. cùm illa pęna attenta perſonarum, & rei qualitate fuiſſet ſatis grauis.

Fallit denique, ſi ex lege Principis, ſeu ſtatuto, vel conſuetudine ita decretũ ſit, vt pro iniuria quis additatiuè puniatur erga partem ad ſolutionem, & refectionem iniuriæ & damni, quæ propriæ non eſt pœna, ſed noxia, & vlterius in pœnam erga fiſcum, quę propriæ pœna eſt, cùm fraus vel dolus interuenit.l.aliud eſt fraus. vbi docto. D.de verbor. ſignificatio. iſtis enim caſibus ad vtrunq; quis condemnatur, licèt enim durior ſit lex, tamen obſeruanda eſt.l.proſpexit.D.qui, & à quib. tanto magis hæc quæ ſancta eſt, vt malorum frenetur audacia, & boni quietè viuãt. c.factæ autẽ.diſt.4.& c.nõ fruſtra.23.queſtio.5.

Contumax an quis dicatur tam in ciuilibus quàm in criminalibus, ſi in die cadentis citationis contumacia nõ accuſatur.

DECISIO XIX.

1 *Contumax quando quis dicatur.*

2 *Contumacia rei non accuſatur, quando proceditur criminaliter per inquiſitionem, quod declara, vt num.3.*

4 *Contumacia an accuſari debeat, ſi procedatur criminaliter per accuſationem.*

1 CONTVMAX quis non eſt, niſi in die cadẽtis termini actor compareat, † & alleget contumaciam non comparentis, iux. doctri. & conſilium Barto. in l. ſi finita. §.Iulianus. nume. 15.de dam. infec. quam probat ibi Alexan.num.24. Iaſ.in l. properandum.§.& ſi quidem. num.7.C.de iud. Maraut. de ordi. iudi.par.6. titu. de contuma. nume. 1.verſiculo. Item debet. Hinc generalis practica apud cauſidicos, & procuratores hodiè orta eſt, vt ſemper comparendo ferè in quocunque actu, & memoriali allegent contumaciam alterius partis, idque expreſsè per noua decreta Sereniſſimi Ducis noſtri Emanuelis Philiberti cautum fuit, in titu. *Della contumacia.* §. *& queſto che habbiamo detto. &c.* pro qua regula ſolet adduci text. in dicta l. properandum. §. & ſiquidem.ibi.

Parte actoris abſentiam incuſante.

Ex quibus verbis communem illam practicam à doctoribus deſumptam fuiſſe ſcribit Ancharan. conſi.97.colum.2.verſi.quarto ad idem. vbi etiam hoc procedere vult in terminis ſtatuti diſponentis citatum haberi pro contumace, contra doctri. Bal. in l.ſi tutor.nume.1.C.de interdict.matrimo. cuius conſilium in eadem facti ſpecie ſequitur Natt.conſilio 364.à nume.1.vſque ad num.8.latè D. Ozaſc. deciſ.3.num.2.Hoc tamen, quod dictum eſt requi-

2 rendam præſentiam accuſantis, fallit † ſi procedatur criminaliter per inquiſitionem. Barto. in extrauagan.ad reprimendam.in verbo neglexerit. Iaſ. in dicta l.properandum.§.& ſi quidem.nume.7. Alex. conſi.120. nume.8. lib.7.Foller. in practi. crimina.1. par.2.par.num.10.Afflict.libro 1.conſtitutio. in tit. de pęn.nume.12.Ozaſc.deciſ.71.nume.48.& cum hac opinione, & fallentia tranſiuit Senatus 1560. 13.Ianuarij.Quæ tamen fallentia declaratur vt ha

3 beat locum, & procedat quando iudex † ex mera inquiſitione procedens ſumit partes accuſatoris, & rei, vt innuit Barto.in l.inter accuſatorem.nume.8. D.de public.iudic. & ita videtur etiam loqui. in d. extrauaganti ad reprimendum. Alex.dicto conſi. 120.& ideo quotieſcunque iudex defectum partis ſupplet, ac pro fiſco comparet, non erit neceſſaria accuſatio contumaciæ, quia iudex ipſe accuſat, & ex officio procedit. P.Foller. inter conſil. criminal. Ziletti.lib.1.conſi.141.in fi.ita dicit in Ducatu Mediolanenſi obſeruari Clar.in pract.crimi.§.fi.quæſt. 44.verſic.dictum eſt.atque id exemplificari poteſt in cauſis Poteſtatum Villarum, vbi non adeſt procurator fiſci, ſed iudex ſupplet, vnde fortè ſententia

Senatus

Senatus ſimpliciter loquendo non ſubſiſteret, & non procederet eo modo procedendo, vt continuè ſit inſtante procuratore fiſci, quia tunc non proceditur ex mera inquiſitione, ſed inquirens accuſator dicitur, & accuſatoris partes ſumit, iuxta Hyppoli. de Marſil. in conſi. 50. num. 8. 9. & 10. Ideo neceſſaria erit ad contumaciam inſtantia ipſius procuratoris fiſci, vt tenet D. Ozaſc. dicta deciſio. 71. nume. 48. & 49. dicens ita iudicatum in cauſa Barberij.

Hinc dubitatum aliquando in Senatu fuit, quid ſtatuendum eſſet, & iudicandum quando proce-
4 ditur per accuſationem †, an tunc rei contumacia erit expreſsè accuſanda: dubium facit, quia inquiſitio, & accuſatio eiuſdem naturę ſunt, & à pari procedunt, vt poſt Barto. & alios voluit idem Ozaſc. deciſ. 149. nume. 8. vnde ſicuti quando proceditur per inquiſitionem, non eſt neceſſaria contumacię accuſatio, ita & hoc caſu. Verùm Bart. in dicta extrauagan. ad reprimendum, & clarius Iaſ. in dicto. §. & ſi quidem. num. 7. dicunt hoc caſu deberi accuſari contumaciam prout in ciuilibus, per regu. l. abſentem. §. 1. D. de pœn. & ita conſuluit Rolan. conſi. 90. num. 11. lib. 3. ratio illa eſt, quia ſi in ciuilibus accuſari debet contumacia, multò magis id in criminalibus locum obtinebit, vbi de grauiſſimo præiudicio ipſius perſonę agitur, & D. Ozaſc. loquitur, quando iudex ex officio procedit, vt videri poteſt, non quando procuratoris fiſcalis pręſentia requiritur. Ideo hanc poſteriorem opinionem in quadam cauſa Nicienſi ſequutus eſt Senatus referente D. Senatore à Coſtaforte Foſſanenſi. 1562.

Emphytheota, cui regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio, an propter caſum fortuitum, vel deuaſtationem maioris partis rei emphytheoticę à ſolutione canonis liberetur.

DECISIO XX.

1 *Emphitheotę regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio.*

2 *Emphytheota non poteſt inuito domino emphyteoſim remittere.*

3 *Emphytheota an rem deſtructam reſſicere teneatur. & nume. 7.*

4 *Emphytheota non liberatur à ſolutione niſi re in totum penitus perempta.*

5 *Quando pro re emphytheotica magna ſoluitur penſio fructibus correſpondens, iudicatur vt de locatione ad longum tempus.*

6 *Emphytheota vbi ſoluitur magna, vel mediocris penſio pro re emphytheotica, liberatur pro rata penſionis, quæ non poteſt ex ea re colligi. & nume. 8, & 9.*

EMPHYTHEOTAE Regulariter ob ſterilitatem, vel aliud damnum contingens non ſolet fieri remiſſio, † vt communis
1 omnium ſententia eſt, de qua teſtantur Cotta inter memoral. in verbo conductor, & in verbo, emphytheota, in prin. Clar. in §. emphyteoſis. quæſt. 8. verſiculo, ſed nunquid. & poſt eos, & alios multos inibi citatos quos prætermitto, Emanu. Soarez. in Theſauro receptar. ſentent. Littera E. nume. 106. qui poſt Iaſ. conſil. 54. nume. 2. libr. 1. & Clar. limitat, niſi emphytheota ob aliquam bellorum calamitatem nullos fructus percipiat, quam limitationem probare videtur Alexan. in l. interdum. §. quod ex naufragio. nume. 7. D. de acquir. poſſeſſ. Præpoſ. Alexandrinus in titu. de alienat. feu. colum. 1. & 2. & nouiſſimè Aurelius Corbu. in ſuo tracta. de cauſ. ex quib. emphyt. iure ſuo priuat. titu. de can. ptiuat. ob non ſolu. canon. ampl. 11. per totam, & A. 12. Ex quibus in Senatu ſuper huiuſmodi facti ſpecie dubitatio orta fuit. Emphytheota pro re, quæ locari poterat viginti, ſoluit quatuordecim, euenit, quod res illa, quæ erat fundus in quo fiebat hortus tempore belli fuit deuaſtata, & ablata cruſta prædij, reductaque in eum modū, vt aqua ſupernataret, ita vt ferè nullius vtilitatis eſſet, percipiq; ſingulis annis non vltra valorem vnius floreni poſſet, emphytheota volebat rem remittere, & petebat ſe liberari à Canone. Dñs verò non eſſe liberationem faciendam contendebat.

Pro parte domini vltra regulam ſupra poſitam
2 dicebatur, non poſſe † rē emphytheoticā remitti inuito domino, vt ſentit text. in l. 2. in verbo volente. vbi Bald. C. de iur. emphytheo. & ibi Iaſ. nume. 28. Guido de Suzar. in tracta. de emphytheo. nume. 53. quæſt. 30. Capell. Tholoſa. quæſt. 404. Tiraqu. de retract. lignag. §. 34. gloſſ. 1. nume. 2. Barto. in l. is cum quo. D. de aqu. plu. arcen. vbi Alex. addit. Summa Silueſtri. in titu. de emphyteo. nume. 12. & id communiter receptum teſtatur Eman. Soarez. dicta litera E. nume. 94. cùm enim communi conſenſu contractus celebratus fuerit, non poteſt niſi vtriuſque pariter accedente conſenſu diſſolui, vt ratiocinatur Specul. in titu. de emphy.
3 quæſt. 128. item quia † quamuis res eſſet pro maiori parte deſtructa, tñ poterat reſſici & debebat poſſidēs, & ſoluere canonē, vt voluit Ang. in §. qa verò leonis. auth. de non alien. aut permu. reb. eccle. quē ſequit̃ Bertach. in §. emphytheoſis, & citat Cotta in d. verbo emphytheota. in ſi. Alcia. ꝯſi. 265. vbi latè.

Denique videbatur hac de re pro parte domini text. clarus, & apertus in l. 1. C. de iur. emph. ibi.

Prorſus, & ibi, interitum.

& in §. adeo. Inſt. de loca. in illis verbis.

Totius rei interitus.

4 Vnde communis regula elicitur, † quòd nullo modo nec à toto nec à parte emphytheota liberatur, niſi re in totum penitus perempta, vt ponderat Alcia. in dicto conſil. 265. & Natt. conſil. 49. & hanc opinionem communiorem dicit Clar. in §.

emphy-

emphytheoſis. dicta.quæſt.8.verſicu.quæro etiam.
Ideoque ſufficiet aliquid remanere de re emphy-
theotica,vt non liberetur.Iux.glo.in dicto. §.adeo.
& Iaſ.in dicta l.1.num.77.& expreſsè in hac quæ-
ſtione voluit Specula. in titu.de loca.§. nunc ali-
qua.quæſt.135. verſiculo alij dicunt, & melius,per
huius rei vulgares verſus Cyn. in dicta l.1. & vide-
tur ſentire Burſa. conſil.11. nume.22.libr.1.& hanc
opinionem etiamſi magna penſio eſſet conſtituta
duodecim arg.firmat, & ſequitur Corbul.in dicta
ampl.12.nume.4.& ſequen.

In contrarium pro empytheota, quòd videre-
5 tur deſtructione rei liberatus,adducebatur, † quòd
hæc non erat vera emphytheoſis, cùm ſolueretur
penſio magna non autem canon exiguus, quo
caſu eſt locatio, & iudicatur vti de locatione ad
longum tempus,& dicitur potius penſio, vel cenſus
quàm Canon, & pro cenſuali potius præſumitur,
Caſſan.in conſuetu.Burgun.in titu.de cenſ.§.quin-
to.ver. *& le dix ans paſſes.* nume.6.poſt Iaſ.in l.2.co-
lum.35. C.de iur. emphyt.vt ſentit gloſſ. l.1. de ſu-
perf.vbi Barto. nume.5. Iaſ.dicta l.1.num.35.Are-
tin.55.nume.4. Alex.112.nume.3.lib.1.Barbat.con-
ſil.14.nume.36.libr. 2.vbi dicit ſe ita pluries conſu-
luiſſe,& Ruin. conſil.50.num.4.77. nume.7.libr.2.
Bald.capitu.2.nume.3.de dilat. Corſet.in ſingula.in
cip.contractus. Franciſc.Bec.conſil.3.num.23. Ce-
phal.conſil. 9.nume.12. libr.1.vnde ſi iudicatur vti
de locatione, fiet remiſſio huic emphytheotę, &
liberabitur à ſolutione Canonis, vt in conductore
omnes doctores concludunt, & in his terminis
Alexan dicto conſil.112.& Neuzan. conſil.92.nu-
me.12.& 51.

Præterea dato, quòd re vera hęc eſſet emphy-
teoſis, quia verba ſonabant in emphyteoſim, vt
voluit Barto. in l.cotem.§.qui maximos. D.de pu-
blican. Alexan. conſil.3.nume. 1.libr. 1. & clarè ita
tenet Oldrad. conſil. 159.in 2. dub. Dec. conſil.32.
6 nume.3.Crau. conſil.20.num. 4.tamen † adhuc vi-
debatur, quòd eſſet liberatus pro rata penſionis,
quæ colligi non poteſt ex ea re, vt tenet Barto. in
dicta l.1.nume.9. C. de iur.emphyt.& per ea, quæ
dicit idem Cotta in dicto verbo emphytheota.
poſt Roman. conſil. 169. nume. 32. Barbat. dicto
conſil.14. Præpo.in dicto titu.de alienat. feu.vbi ita
magis communiter teneri teſtatur, aliàs quis litera
ti diceretur cum alterius iactura, cùm res inutilis
eſſet hoc caſu emphytheotis,quo caſu Tiraquell.
in dicta gloſſ.1. nume. 4. voluit poſſe emphyteo-
tam empytheoſi renunciare. quamuis opinio-
nem Barto.reprehendat Alcia.dicto conſil.265.di-
cens illam de ſuo capite adinueniſſe, neque vlla le-
ge probari dicat Bald. in dicta l.1. 2.lectu.nume.7.
& contra Bart. communem eſſe teſtetur Abb. in
cap.potuit.num.16.de loca.quibus tamen reſpon-
debatur, illorum opinionem procedere, quando
eſt vera empytheoſis, & ſoluitur, quid exiguum
magis pro recognitione dominij quàm attento
valore fructuum, qui percipi poſſunt, non autem
quando eſt magna, quia tunc debemus recedere
à terminis emphyteoſis, Rolan. conſil. 96. nume.
26.Bellon. conſil.21.nume.8. verſiculo vltimo no-
tabiliter, & ſic ſaluari poteſt opinio Bartoli. Hinc-
que reſponderi etiam poterat ad doctr. Angel.
7 quia non tenetur † empytheota reficere, quando
penſio eſt exceſſiua, cùm excedat terminos em-
phyteoſis, vnde non eſt mirum ſi exceditur à ſuis
terminis, l. Lucius, vbi gloſſ. D. depo.& in iſtis termi
nis ita arguit Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. §.
62.nume.30.de cenſib. & reſpondet Cotta in dicto
loco. Præterea res hæc cùm propter alluuionem
decreuerit,non poteſt facilè refici, ita vt non ſit ad
refectionem empytheota cogendus, licèt aliàs
regulariter emphyteota reficere teneretur, vt in
empytheoſi eccleſiaſtica concluſit Capell. Tho-
los.in quæſt.353.vbi Aufrer.

Verùm adhuc pro parte domini videbatur di-
cendum, quòd in caſu iſto penſio non erat adeo
magna, vt ęquiualeret fructibus, vt videtur con-
ſiderare P.Ioann. Ancharan.quæſtionum familiar.
libr.3.quæſt. 78.nume. 6.& 7. vnde magis conclu-
dendum erat,vt non ſolùm teneretur reficere, ſed
etiam canonem debitum ſoluere, ſed reſpondeba-
tur,quòd etiam non eſt parua,cùm ſit in ſatis egre
gia ſumma, quæ longè fructuum perceptionem
excedit, & ſic poterit dici mediocris, quo caſu
8 † etiam non attenditur propria natura emphy-
teoſis,prout eleganter in terminis diſtinguit [redacted] Grat. conſil.268 libr.2.Neuiza. dicto con-
ſi.92.nu.45. & ſequen. & conſiderauit collegium
Mediolan. vt refert Cuman. apud Alexan. in di-
cto.§.quod ex naufragio.num.7.Sebaſtian.Med.de
fortuit.caſib. par.2.quæſt. 10. nume. 37.& 38.& in
terminis pro hac opinione, quòd pro rata fructuū
fiat remiſſio Canonis,tenet nouiſſimè Bero. conſil.
130.nume.8.& 12.libr. 1.qui ita intelligit. l.1. C. de
iur.emphy.& conſil.131.num.4.eo.lib.

Ex his videre licet quàm anceps, & dubia hæc
quæſtio ſit,vti fatetur Corbul. in dicta amplia.12.
nume.4.& ob illius difficultatem aliqui iudicis ar-
bitrio reliquerunt, vt Barto. & Syluest.Aldobran.
in dicto.§. adeo. ac de rigore iuris videretur con-
tra emphyteotam pronunciandum,vt non niſi re
in totum perempta liberaretur à ſolutione penſio
nis. Cæterum cùm ius in ambiguo ſit, diſſenſio-
que non modica reperiatur in tex. in dicta l. 1. &
§.adeo.ſint intelligendi de re pro maiori parte per
empta vel in totum, vt dicit Azo in dicta l.1. in fi.
æquior mihi videbatur opinio Bartol. & Pariſien.
quam Natt. dicto conſil. 49.nume.13. verſiculo vl-
timo pro iſta parte. dicit vti amicam æquitati ſibi
aliàs placuiſſe,& illam ſequutum fuiſſe:ac Alexan.
in dicto §. quod ex naufragio. dicit ſapere æquita-
9 tem, & illam tandem † poſt multas hincinde fa-
ctas diſputationes in hac facti contingentia ſequu
tus fuit Senatus, Cenſuitque mediam viam am-
plectendam, & ſequendam opinionem Pariſien.
attento,quòd erat penſio mediocris, & ſic declara
tum fuit emphyteotam teneri ad ſolutionem
Canonis, iuxta declarationem teſtium pro rata
fructuum, qui percipi poterant ex re emphy-
theotica, anno 1560. Men. Februarij.

Gratia, & remiſſio delicti à Principe facta an ſit ante obtentam ab offenſo pacem interinanda.

DECISIO XXI.

1 *Gratia, quæ de delicto à principe fit, quando valeat.*
2 *Gratia facta ſuper falſa narratione non tenet.*
3 *Gratia in præiudicium partis fieri à principe non poteſt, & ante obtentam ab offenſo pacem.*

GRATIAM, & remiſſionem delicti Princeps cuique facere poteſt l. generalis. l. cum indulgentia, & toto titu. C. de ſentent. paſſ. Burſa. conſil. 177. nume. 1. libr. 2. ſoloque principi ſupremo, & Imperialia Regaliaque iura habenti id conceſſum cenſetur. Ozaſc. deciſ. 1 101. nume. 1. † quæ tamen non prius valere conſueuit, quàm ſi à Senatu interinata ſit, vt vbique in omnibus regnis, & Ducatibus ſeruatur, ac de Ducatu Mediolanen. teſtatur Clar. §. fin. pract. Criminal. libr. 4. quæſt. 55. verſiculo, & quæ [illegible] vbi plura de his, & in patria iſta extat elegans decretum Caroli ſub rubrica. Interinentur gratiæ. Ideo cùm iux conſuetam obſeruantiam interinanda quædam gratia Senatui oblata eſſet, quæſtio orta fuit ſuper interinatione an admittenda, & obſeruanda eſſet, vel non, & dicebatur non eſſe interinandam ex eo, quòd homicida cui gratia facta fuerat de pœna delicti, narraſſet ſe prius fuiſſe quibuſdā verbis iniurioſis affectum ab occiſo, quod non probabat, imò de contrario conſtabat ex proceſſu. vnde hoc caſu illa ſubreptitia videbatur, & nō 2 valere, † quia ſpecificè, & clarè non fuerat narrata delicti perpetratio, & qualitas ipſius facti, vt fieri debet. gloſſ. & doctores in capitu. dilectus filius. de reſcript. Alexan. Stiat. libr. primo. conſilior. criminal. Zaletti conſil. 117. nume. 6. & 7. & diſponitur in dicto Caroli decreto. Maſcard. de probation. libr. 2. concluſ. 846. num. 16. & 17. niſi aliter de expreſſa mente Principis conſtaret. Crau. conſil. 2. num. 14. libr. 1. Syluan. conſil. 50. num. 13. & 20. Franciſ. Marc. quæſt. 504. nume. 16. non obſtante, quòd exciperetur impoſſibile fuiſſe eas iniurias probare, cùm dictæ eſſent nemine præſente; ideo dictum fuit per Senatum alio non facto gratiam illam non eſſe interinandā. itaq; is denuo recurrit ad principem, & obtinuit ampliationem gratiæ iux. dictā quæſtionem Marci. 504. colum. fin. par. 1.

Sed poſteà gratia iterum ampliata, & pro interinatione exhibita coram Senatu dubitatum fuit, an eſſet interinanda ex eo, quòd pacem ab offenſo 3 non haberet, qui erat frater occiſi, † quo caſu gratiam non valere aliqui voluerunt. Grammatic. conſil. criminal. 34. num. 1. & vot. 35. nume. 7. & 9. vbi peccare principem aliter facientem, ſcribit. Carrer. in pract. criminal. §. homicidium. numero 377. Luc. de Pen. in l. 1. colum. 3. C. de his, qui in exl. lib. 10. Ferran. Gangiar. libro 1. conſi. crimin. conſi. 121. in fin. latè Plot. conſi. 78. nume. 27. & 28. vbi etiam nume. 33. peccare Principem mortaliter aſſerit, qui talem gratiam ante factam reconciliationem concedit. Nam vt inquit Ozaſc. deciſio. 138. nume. 11. Per gratiam, & remiſſionem à Principe factam non cenſetur remiſſum ius parti offenſæ ex delicto acquiſitum. per text. in l. venia. vbi omnes notant. C. de in ius vocan. Idque etiam apud inferos obſeruatur, vt in Phædone Plato, ſeu de anima. col. antep. ſcribit Contrarium aliqui defendebant, quia quando gratia de delicto fit, non eſt neceſſaria pax ab hæredibus, vel propinquis offenſi, vt tenet latè Aegid. Boſſ. in titu. de remiſſio. ex ſola clement. princip. nume. 23. Imò nec ab offenſo vt ibi, quamuis dicat aliter ſeruari in Senatu Mediolanenſi, etiamſi non perſona, ſed res offenſa fuerit, & per totam Italiam ita ſeruari poſt Ioan. Baptiſtam Plot. tradit Burſat. dicto conſi. 177. nume. 19. & hoc iure iuxta priorem ſententiam ſemper vti ſolet Senatus Pedemontanus, & quamuis dici poſſet gratiam valere, ſaltem quo ad pœnam corporalem delicti, vel pecuniariam, in qua offenſus nil iuris habet, tamen ad id quod particulariter ipſum tangit circa proprium intereſſe, gratia Principis, (quæ aliàs latiſſimam haberet interpretationem, c. beneficium de regu. iur. in 6. l. beneficium. de conſtitu. Princip.) non ſe extendet. Hinc in dicto decreto iubet Dux in interinatione ponendam clauſulam, *ſatisfacto prius parti læſæ*, quæ ſatisfactio vera fieri non poteſt ſine pace. Ideoque in caſu propoſito cùm fuiſſet reſponſum, & probatum, quòd pars pacem omni conatu procurauerat, quam tamen ob refrigeratam charitatem, & malum offenſi animū obtinere nō potuerat, ex eo, qđ petiiſſet etiam aureos octocentum pro intereſſe, & iniuria. Tandem Senatus moderatus eſt intereſſe, in quo homicidam erga fratrem occiſi condemnauit, quo ſoluto aut facto depoſito, mandauit gratiam interinari, etiamſi pars læſa pacem facere recuſaſſet, cùm id videretur calumnioſè facere, & hoc fuit reſolutum in cauſa D. Aymonis della Ripa. 15. Ianu. anno 1561. dum ego Præſiderem Senatui tunc Carignani reſidenti, abſentibus DD. Præſidibus Puteo, & Ozaſco. In cauſa autem Plateæ iudicatum fuit interinandam gratiam, verùm abſtinere debere reū ab opido Bugellæ, vnde oriundus erat, & domicilium habebat, donec pacem à matre occiſi, quæ intereſſe maximum prætendebat, obtinuiſſet, cùm in gratia diceretur, ſatisfacto prius parti læſæ. Aequius tamen eſt, vt iuxta priorem ſententiam antequam gratia interinetur fiat reconciliatio, aliàs poſſet ſua ſpe fruſtratus remanere Senatus, aut ſaltem mandare, vt occidens abſtineat à loco, vbi ſunt perſonæ coniunctæ occiſi, donec habita ſit pax, quæ moderatio ſemper placuit Sereniſſimis Principibus noſtris, & huic ampliſſimo ordini, quod remoueat occaſionem rixarum, vt dixi ſupra deciſ. 18. iniuria. verſic. quarta limitatio. nume. 10. De viribus verò illius clauſulæ, quæ apponi ſolet in his reſcriptis, *Pace*

prius

prius impetrata, vide Quintilla. Mandoſ. in tracta. de ſignatur. grat. pag. mihi. 93. & de materia pulchrè rota Auinionen.deciſ.47.per totam.

Colonus eccleſię, aut eccleſiaſticę perſonę, an in cauſa contra ipſum mota fori obtineat priuilegium.

DECISIO XXII.

1 *Colonus eccleſię an gaudeat fori priuilegio.& num.4.*
2 *Coloni,& maſſarų dicuntur perſonę domeſtica, & familiares.*
3 *Fori priuilegio gaudente patrefamilias, tota domus, & eius famalia vti eodem debet.*
5 *Serui perpetui eccleſię eodem priuilegio cum eccleſijs vtuntur.*
6 *Famuli epiſcoporum, illorum gaudent priuilegio.*
7 *Priuilegium inductum à Papa, vt coloni eccleſiarum idem priuilegium habeant, quod eccleſijs conceſſum eſt, non valet in praeiudicium dominorum laicorum, in quorum territorio tale priuilegium imploratur.*

COLONVS, ſeu maſſarius eccleſię, vel eccleſiaſticę perſonę, in cauſa coram Senatu mota, intendebat fori priuilegio gaudere, petebatque coram eccleſiaſtico iudice vti competenti remitti, dubitatum fuit, an iure id po-
1 ſtularet: dicebatur non eſſe remittendum, † quia poteſt ille coram laico iudice conueniri; prout tenet Federic.de Sen.conſil.111.aliàs conſil. 13.colum.pen.num.9.Specul.de competen. iud.§.1.nume.27.verſiculo, vigeſimus ſeptimus. vbi ſi conueniantur iſti ex delicto, vel contractu ſortiuntur forum laicale. Abb.Felyn.& Aretin in capitu.2.de foro competen. Præpoſ.in capitu. eos.32. diſtinct. & addit.noua ad Felin.in dicto cap. 2.& idem Præpoſ. poſt Ioann. de Fantu. & Gemin. capit.1. 11. quæſt. 1. & hanc opinionem tutiorem, & ſeruari in practica dicit Stephan.Aufrerij in tracta. de poteſta.ſecula.ſuper Eccleſ.perſo.regu.2.num.36.Didac.practicar. quæſtio. cap. 35.nume. 2. verſiculo quinto non video. & magis communem dicit Capic. deciſ.12. nume.2. cir. fin. pro qua ſententia duæ adduci poſſũt rõnes. Prima, ꝙ coloni,& familiares monacorum non liberantur à collectis, licèt ipſi immunes ſint, vt dicam infra deciſ.116.& ſcribit Grammatic.conſil.ciuili.101. per totum, & nume.16 dicit communem, vt coloni,& familiares ad tempus ſeruientes, non gaudeant priuilegio dominorũ. Secũda, quia ſi clericus agat contra laicum rei vindicatione, vel actione perſonali ſuper re eccleſię aut ipſius clerici, debet illum coram iudice ſeculari conuenire per authoritates,& iura, quæ allegat Aufrer. in dicto tracta. regu.4.num 9.

Contrariam partem multa adiuuabant argu-
2 menta. Et primò, quia tales † dicunt perſonæ domeſticę,& familiares, l.pręſenti.§.poen.de his, qui ad Eccleſ.confug.Alexan.conſil.114.nume.30.volum.4.& Dec.conſil.100.nume.8.& licèt circa priuilegia alijs cõceſſa ſolear dubitari, an ad familiares tranſeant, vt per Cyn. & alios in l 1 C. de vxor. mil. Alexan.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. nume. 7.& 8.de dam.infec. tamen in clericis, & eccleſiaſticis id ſine dubio procedit. Caſtren.in l.1.num 8. C.de epiſcop. & cler. Rip. in tracta. de peſte.ritu. de pręſerua. remed. §. deuenio nunc. nume. 124. Capic. dicta deciſ. 12. in fin. & videtur text. ſatis apertus in l.1.circa med. C.de epiſcop.& cler.ibi.

Verum etiam hominibus eorundem.
Et ad fin.dictę.l.1.verſiculo, omnibus.ibi,
Eorum quoque miniſteria.

3 Secundò facit, † quia exempta perſona ab alicuius foro videtur etiam exempta tota domus,& eius familia. l.non aliter.de iud. & melior text. in l. 1.C.ſi qua prædit.poteſta.& licèt Ang.ibi,& Innocen.in capitu. Inſinuante. vbi Dec. de offic.deleg. vellent illum text. procedere tantum in caſu ſuo, tamen ego idem arguo ex ratione, quæ eadem eſt in caſu noſtro; eximitur enim ibi tota domus, quia ſicut præſumitur iudex futurus infeſtus domino, ita etiam familię, quæ ratio vexationis militat in caſu noſtro: ob hanc enim cauſam fuerunt eccleſiaſtici exempti à foro ſeculari, vt per Iaſ.in l.cum quædam puella. de iuriſd. omn. iud. & capitu.cum ſit generale.de for.competen.

Tertiò facit, quia priuilegium conceſſum ſcholaribus per auth. hab.ta. C. ne fil. pro patre.habet etiam locum in illorum nuntijs, & famulis, vt ibi per Bald.colum.2. Salice.nume 7.ac add.ad Barto. ibi.ergo tantò magis in caſu noſtro. Alias rationes pro hac opinione refert Felin.in dicto capitu. cum
4 ſit. de foro competen.& fortè † hæc opinio de iure verior eſt, quòd indiſtinctè familiaris, & colonus Eccleſiæ ſequitur forum Eccleſiaſticum. pro qua opin.eſt text.in cap. continua.11.quæſtio.1. & cap.fi. de offic. Archidia. & illam ſequitur gloſſ.in capi.eos.32.diſtinctio.& in capitu.1. & in capit.clericũ. 11.quæſt. 1.in c. generaliter. §. nouarum. 16. quæſt.1. & capitu. eccleſiarum ſeruos. 12.quæſt.2. quod tamen loquitur in aſcriptitijs, & mancipijs. Rip.in dicto.§.deuenio nunc.num.128.& licèt alia gloſſ. in capitu. iudicatum. aliter diſtinguendo teneat, tamen maior authoritas eſt plurium gloſarum.Neuiza.in ſilu.nupt.par.5.num.25.hanc pariter ſententiam ſequitur Archidiacon. in dicto. capitu.clericum.11.quæſt.1.quem refert, & ſequitur Abb. ſibi contrarius conſil.53.libr.1.Alberic.& Caſtren.in l. ſi quis. C.vbi cau. fiſcal. Gemin. in dicto capitu. eos. 32. diſtinct. Roman.& Iaſ. in dicta l. cum quædam puella. qui dicit idem eſſe in concubina clerici, Barbat.in dicto capitu. 2. Marian.in capitu. 1.de for. compet. Aquen. & Cagnol. in dicta l. cum quædam puella. vbi expreſsè dicunt, quòd familia clerici gaudet fori priuilegio.

Verùm retenta opinione prima, quòd hoc priuilegium non tranſeat ad colonos, & familiares

clericorum, pro qua vidi ſępius iudicare Senatum preſertim in cauſa Scanzoti, de qua per D.
Ozaſc.deciſio.32.ſtante maximè forma decreti an-
5 tiqui,& noui Sabaud. Fallit primò † in ſeruis perpetuis Eccleſiæ. Abb. in dicto capit. 2. Ripa dicto nume.128. Graminat.dicto conſi.102.nume.15.& 16.qui ita intelligunt text. in dicto capit. eccleſiarum ſeruos. & ita intelligēdi ſunt loci ferè omnes, qui pro contraria ſententia adducti fuerunt, præſertim.l.1.& 2.C.de epiſcop. & cleri. Diuerſa enim ratio eſt in famulis & operarijs, qui ſunt perſonæ liberæ, à ſeruis qui ſunt in dominio eccleſiaſtico-
6 rum. Fallit ſecundo in famulis † Epiſcopi, quia ipſi gaudent priuilegio Epiſcoporum, vt latè per Burſar. conſi.25. per totum. & numero 13. libro 1. Caple.deciſio. 12.nume.1. ſicque limitatur text.in dicto capitu. fina. de offic. Archidiaco. ſecundum Abba.& Felyn. in dicto capitu. 2. multa enim Epiſcopis conceduntur,quæ alijs non concederentur,
7 vt dicit Aufrer.dicto num.36. Tertiò limitatur †, ſi eſſet tale priuilegium ab Imperatore conceſſum, vt etiam familiares Eccleſiæ eximerentur à foro ciuili.Abb.dicto cap.2. Burſat. dicto conſi.25.nu.9. & duob.ſequen. ſi autem tale priuilegium fuiſſet inductum à Papa nihil operaretur, niſi in terris eccleſiæ, & ita vidi in facti contingentia ſeruatum in Senatu Sabaudiæ contra Bullam Leonis X I. ex eo, quòd non legebatur publicata. Fallit quarto, quando habent generalem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem. Abb.dicto capit.2.nume.6. glo.dicto capitu. iudicatum 89.diſtinctio. Limitatur quinto in libertis. glo. in dicto capitu. iudicatum. & capit. clericum. Sextò fallit, quando tales ruſtici, ſeu coloni eſſent in eccleſia illius loci, cuius iuriſdictio temporalis pertinet ad eccleſiam. Præpoſi. d.capit. 2.11.queſtio.1.colum.penu. Fallit ſeptimò, quando veniret clericus, vel eccleſia ad defenſionem coloni, & lis hoc reſpectu intentaretur contra eccleſiam. Rip.in cap.decernimus.num.2. & 4. de iudic. Præpoſi.in cap. clericum il 2.11.quæſtio.1. Vltimo fallit, ſi conueniantur pro rebus quas ab eccleſia tenent. Specu.dicto nume.27.in fin. quam tamen limitationem in dicta cauſa Scanzeti non probauit Senatus.per reg.Aufrer.ſupra poſitam.

Paries quando communis dicatur, & quando in dubio ad altius eleuandum deſtinatus videatur, poſſitque inuito ſocio eleuari.

DECISIO XXIII.

1. *Paries deſtinatus ad eleuandum poteſt inuito ſocio attolli.*
2. *Paries quando communis in dubio iudicetur.*
3. *Paries quando dicatur ad altius eleuandum deſtinatus.*
4. *In pariete antiquo an liceat ſuper ædificare.*
5. *Si murus ſit deſtinatus ad altius eleuandum, poteſt attolli etiam inuito ſocio.*

PARIES communis erat duorum vicinorum, alter volebat attollere allegando, quòd erat deſtinatus ad eleuandum, quo ca-
1 ſu etiam † inuito ſocio poteſt, vt eſt communis docto.opinio, per text. in l. cum duob. §. item mela. D. pro ſoc. l.ſi ædes. D. communi diuidun. Burſa.conſil. 57.num.2.libr.1.Bero. quæſt.26.num. 2.& dicam latius infra deciſ. 41. ſocius inuito ſocio.nam, vt ſcribit Cicero in Top. omnibus ius eſt parietem ductum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. quòd autem
2 paries eſſet communis † probabatur, quia apparebant in fundo parietis indicia communionis pro indiuiſo, de quibus per Cępol.in tracta.de ſeruitu.vrba.prædio.cap.de pariete, & latè Boer.cōſil. 5.Socin. conſil.44.libr.4. Grammat.conſil. ciui. 164. nume. 4. vbi latè quando paries communis, vel proprius iudicandus ſit ſcribit.

Cùm autem conſtaret eſſe communem à dimidio infra, magna orta fuit quæſtio, an etiam eſſet communis à dimidio ſupra, & quòd non eſſet communis arguebatur ex quibuſdam indicijs; per quæ periti deponebant à dimidio ſupra non videri communem, ſed proprium ſocij prohibentis, quibus cum ſacramento præſertim deponentibus, maxima fides adhibenda eſt. l.nemini. §.iuriſperitos. C.de aduo.diuerſo.iud. gloſſ.in l.comparationes.in verbo. deponentibus. C. de fide inſtrumen. Lanfranc.deciſ.centur. 2. deciſ.142. Alexan. conſi.15.colum.penul.libro 1.& 241.eodem libro. Sed contraria pars probabilior viſa fuit per ea, quæ in terminis adducit Socin. dicto conſi.44. & Cæpol. conſi. ciuil. 35. celeberrimæ. nume. 6. vbi etiam plus voluit, quòd is, qui ſuper muro communi ædificat, facit eum murum nouiter eleuatum communem, etiamſi non ſoluatur ei pretium ſuæ partis, vt ibi per eum nume.13. verſicu. de tertio. Bene verum eſt, quòd vicinus, qui talem murum non ſuperędificauit, non poterit eo vti, niſi prius ſoluta portione ſua expēſarum in eo factarum. Et ita cenſuit Senatus parietem in totum communem pro indiuiſo, licèt vota inter dominos eſſent ſecta.

Maior verò oriebatur difficultas, nunquid ille paries videretur deſtinatus ad altius eleuandum, vt haberet locum regu. in principio deciſio. po-
3 ſita. † Et quamuis tigna in eo pariete eſſent hinc inde poſita, ita vt videretur conſtructus ad ædificandum, non tamen hinc videbatur argui pro eleuatione: diuerſa enim ſeruitus eſt tigni immittendi, & altius tollendi, vt ex tractatu ſeruitutum ſatis apertè colligere licet, vnde ex diuerſis concluſio neceſſaria non infertur. l. Papinianus de minorib. & ita in his terminis innuit Grammat. dicto conſi. 164.& dixi infra d.deciſ.41. tantò magis, quia in caſu noſtro magis nocebat vicino eleuatio, quæ à ſocio fiebat, quàm tigna ab eius parte parieti impoſita, ex quo arguebatur veriſimilis ſociorum mens ne altius eleuaretur, quæ ſequenda eſt. gloſſ.in l.tale pactum.D.de pact.& ita in terminis

minis videtur tenere Burſat. dicto conſil. 57.num. 6.& 7.& conſil.58.num.22.libr.1.

Secundo pro ſocio prohibente allegabatur, quòd is murus de quo controuerſia orta fuerat, diu, & per multos annos ſteterat in ea forma,
4 † ideo non videbatur licere altius eleuare per ea, quæ dicit Caſtren. conſil. 334. incipiendo. libr. 2. Bald. 233. ſi per inſtrumenta. libr.1. Corne. conſil. 78.libr. 4. per text. in l. qui luminibus. in princi.D. de ſeruitu.vrba.prædio.

Tertiò dicebatur, quòd talis eleuatio multum nocebat ſocio; quo caſu non videtur licere ædificare in pariete communi, quia permittitur quidem regulariter ædificatio, ſed non ad damnum vicini, vel parietis. Bald.dicto conſil.233.in princ. Burſa.dicto conſil. 57.num.10.

In contrarium tamen, quod poſſet murus eleuari adducebatur, quòd ille paries non erat factus pro clauſura, ſed pro ædificio, vnde videbatur, quòd ſicuti erat deſtinatus ad tigna recipienda, ita etiam ad altius eleuandum, quia regulariter non ſolent illa ſigna relinqui niſi pro ædificando, & tantò magis contra regu.diuerſorum,& veriſimilitudinis ſumenda erat hęc interpretatio fauore ædificiorum, vt ciuitas ornaretur commodioribus ædificijs, vnde ceſſant per Burſa. adducta. in dicto conſ.57.& 58. Ad ſecundum reſpondebatur, quòd doctores illi nihil validi allegabant pro illa opinione, quòd antiquus ſtatus immutandus non eſſet, & l. qui luminibus. non militat eo caſu, quando paries erat ad eleuandum deſtinatus, ſed habet locum in ſeruitute præſcripta patientia aduerſarij, vt ſentit ibi gloſſ. itaque dato, quòd ſocio liceat altius tollere, cùm iſtud ſit merę facultatis ei non præſcribitur, ſicuti nec impeditur quis domum ſuam attollere, quamuis per mille annos nunquam eam elleuaſſet. ad nota. in l. altius. C.de ſeruitu.& diximus latè ſupra deciſ.16. in prin. quia iura cuiuſque ex non vſu minimè pereunt. l. hęc autem. D.de ſeruitu.vrb.prædio. & in muro ad id deſtinato admittit Burſa. dicto conſil. 57. nume. 26. latèque Iaſ.conſil.98.lib.1.

5 Non obſtat nunc allegata offenſio, quia † in pariete ad eleuandum deſtinato non conſideratur an noceat prohibenti, ſed nunquid proſit facienti. Ita in terminis Iaſ. dicto conſil. 98. colum. 3. lib.1. Alex.in conſil.9.num.1.vol.6. & dicam infra dicta deciſ. 65. illa verò offenſionis conſideratio habetur in muro diuiſorio, & ita loquitur Burſa. dicto conſil. 57.& 58. & ex his non poſſe prohiberi ſocium ædificantem, murumq; eſſe ad id deſtinatum cenſuit Senatus. 1561. menſe Decembris.

Animaduertendum tamen eſt, quòd opinione hac admiſſa, vt his in caſibus liceat ſuper pariete communi ædificare, paries, qui poſteà per ſocium in pariete communi ædificatus fuerit, communis redditur per notab. doctr. Bart. in l. quidam Hyberus. num.2. D.de ſeruitu. verban. prædio. de qua dicam infra deciſ. 41. vbi vide latius de hac materia, & ſi hoc animo ædificaret, vt commune faceret additum ædificium, poſſet abſque difficultate ædificare. Bero.dicta quæſt. 36. nume.3. maleque meo iudicio faceret ſocius, ſi mediocri extante offenſione prohiberet hoc caſu opus fieri. Quādo verò paries pro diuiſo, vel indiuiſo communis cenſeatur, ſcribit Gabriell. conſil. 149.& quibus ſignis paries communis probetur, vide Maſcard. de probat. litera P. lib.3. concluſ. 1144. per totam.

Incendium à quibus in dubio immiſſum in domo, vel prędio iudicetur, & quæ indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint.

DECISIO XXIIII.

1 *Inimicitia an ſit ſufficiens indicium ad torturam. & nume.7.*
2 *Mendacium, & variatio in inquiſito quid operentur. & nume.8.*
3 *Minę quando indicium faciant ad torturam. & num.9.*
4 *Palor, & trepidatio in inquiſito an ſint perpetrati delicti ſufficientia inditia. & num.10.*
5 *Abſentia à domo propria tempore facti delicti aggrauat indicium contra inquiſitum, & num.11.*
6 *Indicia ad torturam debent eſſe luce meridiana clariora.*
12 *Indicium remotum non eſt aptum ad torturam ſuadendam.*
13 *Extantibus in contrarium coniecturis non deuenitur ad torturam.*

INCENDIVM commiſſum fuit in quodam rure I. G. de S. Albano de nocte. Inquiruntur de eo. B.B.& alij quatuor, quęritur an ſint torquendi, & qualiter. Pro fiſco multa allegabantur indicia hoc ſuadentia, & primò, quòd erant notoriè inimici, quæ inimicitia
1 † indicium facit ad torturam ſecundum doctri. Specu.in titu. de præſumpt. §. 2. verſiculo. ſed pone. quam videtur ſequi. Carer. in pract. crimin. in prin.num.118. Grammat. voto 15.num.3. Franciſ. Brun.in tract.de indic. & tortu. quęſt. 3. primę par. nume.29.

2 Secundò allegabatur mendacium, † & variatio inquiſiti, quia interrogatus Barleſus an audiſſet ea nocte campanam, & ignem immiſſum, reſpondit, quòd non: tandem in alia vltima repetitione contrarium dixit, vnde reſultat indicium ad torturam. Iuxt. Bart. in l. de minore. §. plurimum. nume.4.& in l. fin. D.de quæſtion. Ozaſc. deciſ.79. nume.5. poſt Hyppol. ſingula. 103. Lud. Roma. conſil.8. Franciſc. Caſon. in tracta. de maleſi. tracta.9. capit.2. Boſſ. titu. de indic. nume. 36. vbi vult hoc indicium ſolùm eſſe ſufficiens ad torturam. idem ſubdens de variatione nu. 38. & re vera apud me hoc indicium maximè vrget, ita vt ſtante alio etiā leui indicio non dubitarem deuenire ſaltem ad primum, & ſecundum gradum torturę.

Tertiò,

Tertiò, contra vnum ex inquiſitis aderant minæ,
3 quæ † etiam indicium faciunt ſecundum Specu.
dicto titu.de præſump.§.ſpecies. verſicu.ſed pone.
Luchin.de Cur.in terminis incendij conſi.61.num.
8.libro 1.conſi.crimina. Ziletti. & quamuis in caſu
iſto minæ non eſſent in ſpecie de incendio, ſed
erant æquiuocè prolatæ, quo caſu capi poterant
in bonam, & malam partem, nam illis verbis mi
natus fuerat, *Io ti farò gratar la rogna*, quæ verba.
poterant intelligi via iuris, vt tradunt docto. in l. 1.
C.de his,quibus vt indign.Cephal.conſi.424.num.
22.libro 3.Tamen ſapiens iudex debet propter ta-
les minas, præſertim alijs concurrentibus,deueni-
re ad torturam.ſecundum Ange.quem refert & ſe
quitur Iaſ.in dicta l.1.nume. 5.C.de his quib. vt in-
dign.& videtur tenere Vaſqu.de ſucceſſ.reſolu.lib.
1.§ 3.num.45.
Quartò adducebatur palor: cùm enim collo-
queretur quidam cum inquiſito, verba mouens
4 de incendio expaluit, vnde hoc indicium † vide-
tur eſſe coadiuuans ad torturam, vt per Iacob.de
Beluiſ.in ſua praxi. criminal.titu. de quæſtio.nume.
20.verſicu.primum tremor, & loquela. Franciſc.
Caſon.de malefi.libro 1.capitu.8. facitque Ouidia-
num illud.

O quam difficilè eſt crimen non prodere vultu.

Ex pallore enim timor oritur,quod perpetrati de-
licti ſatis apertum indicium eſt, vt eleganter Gell.
ſcribit noct.Attica. libro 19. capite.6. vnde Cicero
libro 2. de Oratore, vultum eſſe imaginem animi
ſcribit.
Quintò allegabatur contra dictum Barleſum
5 vnum ex inquiſitis ſua abſentia †: nam eo veſ-
pere quo factum eſt incendium,ipſe ſtetit per ali-
quot temporis ſpatium extra domum propriam,
vnde ſatis probabilis coniectura oritur, quòd ad
locum incendij acceſſerit,idque ipſe commiſerit.
Quæ omnia indicia, & ſi ſingula per ſe non ſint
ſufficientia,tamen coniungi debent,vt deueniatur
etiam ad condemnationem in criminalibus. Ia-
cob.de Belu.dicto titu.de quæſt num.82. nam quę
non proſunt ſingula multa iuuant. Et in caſu in-
cendij ita arguit Crau. conſil.35.nume.3.& 17.Lu-
chin. de Cur. dicto conſi.61. nume.10. & ſequen.
præſertim attẽta qualitate criminis occulti,cuius
difficilis eſt probatio,in quo ideo procliuior debet
eſſe animus iudicantium ad torturam inferẽdam,
vt dicit D.Ozaſc. dicta deciſ.79. num.10. ſubdens
ex hoc inoleuiſſe practicam apud auditores exer-
cituum, vt ob difficultatem probationum inci-
piant à tortura, quam tamen practicam reprehen
dit Hyeronim. Gigaſ. in tracta. de crim. lęſę maie-
ſta.ſub rubrica quomo. & per quos crim. lęſę ma.
probet. capite. 26.nume. 3.Guido de Suzar.in tra-
cta. de indic. & tortu. verſiculo eſt aliud. nu. 100.
& quamuis hę præſumptiones ſolę imperfectę vi
deantur,tamen ſimul iunctę facient indubitatum
& plenum indicium, vt idem Guido de Suzar.
ſcribit num. 101. & ibi examinat remiſſiuè Bolo-
gnin.num.103.

Pro reo inquiſito dicebatur,indicia iſta non eſſe
ſufficientia ad torturam, cùm in libero homine.
6 torturę ſubijciendo debeant eſſe † clara, & certa,
& probabilia l.milites.C.de quæſt.& talia,quod ſo
la confeſſio rei deeſſe videatur. l. 1.2. reſponſo. D.
de quęſt.& in criminalibus probationes debent eſ
ſe luce meridiana clariores. Cęphal. dicto conſil.
424.libr.3.num. 40.iſta autem non videntur in ca-
ſu iſto talia. Nam, vt ſingula examinemus, præ-
ſuppoſita prius regula generali, quòd incendium
præſumitur factum culpa inhabitantium. l.3.§ 1.
D. de offic. præfec. vigil. latè Maſcard. de probat.
libr. 2. concluſ. 893. Ad primum dicitur inimici-
tiam, cùm non probetur capitalis, non eſſe ſatis
7 † ſufficiens indicium ad torturam ſecundum Ro-
man.in l.1.§.hoc reſcriptum.D. ad Senatuſconſul.
Sillan.Carer. in prin.pract.criminal. num. 118.qui-
nimo ſubdit idem Carer.communem eſſe opinio
nem, quòd vltra inimicitiam alia etiam debent
concurrere,nempe, quòd ſit capitalis, & concur-
rat fama.Io.de Amic.conſi.51.Iacob Nouel.in tra
cta.ſuo ad defenſam.ſub rubrica An indic.pro reo
dan. ſint.num. 42. qui ita intelligit dictum Specu-
li. Marſil. conſil.72.num. 4.7.& 8. qui dicit doctri-
nam Speculi in hoc caſu nunquam ſibi placuiſſe,
& reuera ſimpliciter accepta nimis rigoroſa, &
dura mihi ſemper viſa eſt, nullis alijs concurrenti-
bus indicijs, ideo illa non erit à probis iudicibus ſe
quenda,vt dicit ibidem Marſil. nu.12. & indicium
inimicitię non eſſe ſufficiens ad torturam, tenuit
expreſsè Grammatic. voto.34. nume.4. 5.& 7. &
conſil.crimina.44. num. 9.& in voto 22. vbi con-
trarium defendere videtur, & dicit cõtrariũ fuiſſe
votatũ nec firmãt illam opinionem,idemque te-
net Marc.Antonius Blanc.in tract.1. de indic.num.
175.& 175.vbi plura de inimicitia.
Prætereà non procedit contraria opinio,quan-
do accuſator multos alios inimicos habet,quo ca
ſu propter incertitudinem ceſſat indicium. arg. l.
duo ſunt Titij.D.de teſta.tutel. vt dicit Bald. in ter-
minis conſil.78. colum. 2.verſiculo dubitatur vtrũ
fama. libr. 3. & in hac materia ſolent concludere
magis cõmuniter doctores, præſertim cùm hoc
indicium ſit remotum à facto, vt dicit Gram-
mat.dicto vot.34.num.7.& voto 30.num.20.Imò
rectè voluit Boſſ.in dicto tracta. de indic. num.47.
quòd etiamſi inimicitia eſſet capitalis, non tamen
hoc indicium ſit ſufficiens ad torturam, niſi alia
adminicula concurrant, & ita practicari teſtatur.
Quamuis Clarus.in §.fin.pract. crim. quæſt. 21.
verſiculo inimicitia.in fin. dicat, quòd in delictis
occultis vidit aliquos torqueri, cùm nullus alius
imputatur de delicto, ex ſola ſuſpicione inimici-
tiæ, quæ tamen obſeruantia ſi alia non concur-
rant periculoſa mihi admodum videtur, & hanc
opi.tutiorem,& mitiorem dicit Vaſqu.in dicto.§.
3.num.47.
Ad ſecundum de mendacio reſpondebatur
8 parte rei, quòd communis opinio † eſt in contra-
rium, vt dicit Carer.in l.obſeruare curabis, ſeu in
pract.crim.in prin.num.119.verſiculo communi-
ter autem.ſubdens iſtud eſſe indicium remotum.

Grammatic. dicto voto 30. nume. 16. quo caſu plura debent concurrere indicia. Natta in terminis incendij conſi. 42. nume. 6. libr. 1. & intelligitur, quod cùm alijs ſit ſatis ſufficiens coniectura, ſi eſſet circa principale, vt per Carer. dicto nume. 119. in fin. poſt Pand. de Put. quod non eſt in caſu iſto. Iacob. Nouell. in dicta rubrica, an indic. pro reo. nume. 54. Marſil. conſilio 15. numero 15. & Barto. loquitur, quando cum variatione concurrunt palor, & trepidatio.

Tertiò, minas non eſſe probabilem coniectu-
9 ram ad torturam, demonſtratur, quia † hæc coniectura procedit in illo, qui ſolitus eſt minas exequi, & in viro malæ famæ, vt per Carer. dicto loco. nu. 126. dicens ita communiter teneri. Idemque firmat Iacob. Nouell. nume. 51. Idem de illo, qui ſe iactauit ſubdens numero 76. Franciſ. Brun. in dicto tracta. de indic. dicta quæſtio. 3. nume. 33. Boſſ. num. 44. & hoc dictum, vt minæ probent contra reum, iuxta M. Anton. Blanc. in dicto tract. de indic. num. 179. videtur habere locum, vbi de delicto iam clarè ſaltem per confeſſionem rei conſtat. & ita in terminis incendij conſuluit Natta dicto conſi. 42. numero 2. vbi plus addit ad caſum noſtrum, quod illud de minis intelligitur, quando neceſſario ſonabant in delictum ſpecificum, vt quia dixit, quod incenderet, ita vt eſſent in ſpecie de incendio, vt in caſu Crau. dicto conſi. 35. ſecus autem ſi poterant in bonam partem accipi, vt quia dixit, *Ti farò pentire*, & ſimilia, quia intelligitur via iuris, vt ſupra dixi. & ita in caſu minarum, quæ factæ fuerant verbis illis, *Io te ne impagarò*, conſuluit Marſil. dicto conſi. 72. & rectè in ſimili Dec. conſi. 188. nume. 17. libro 1. Et idem putarem ſi minæ tenderent ad aliud delictum, vt de verberibus, vel vulneribus inimico inferendis, & inde ſequatur incendium: licèt enim minæ probentur, non tamen probatur factum, quod longè quidem iuxta commune prouerbium à verbis diſtat, ſæpiuſque calore iracundiæ multa dicuntur, quæ poſteà executioni mandari non ſolent. & de his minis loquitur Gramma. in crimi. conſi. 57. num. 8. quia indicant illationem mortis.

10 Palor verò, † & trepidatio nullum faciunt indicium, vt dicit idem Carer. numero 120. cùm multi adeo puſillanimes ſint, vt leui metu etiam innocentes terreantur. idem dicit Ægid. Boſſ. in dicto titul. de indic. numero 41. Idem expreſsè tenet Grammatic. voto 32. numero 17. & quòd iudex ex ſolo pallore faciei non moueatur, docet Bald. in l. presbyteri. C. de epiſcop. & cleric. certèque hoc indicium fallace eſt: nam vidi multos de aliqua etiam leui culpa accuſatos, qui innocentes faciem varijs coloribus pingebant, prout alij alijs timidiores ſunt. l. quæ ſub conditione. §. cum enim faciles D. de condi. inſtit.

11 Vltimò † abſentia à domo non eſt ſufficiens indicium, cùm ſit de remotis, vt tradit Menoch. de arbitrar. iudi. caſu 270. nu. 22. vbi plura congerit de indicijs ad torturam.

Quibus ſic ſtantibus dicitur talia indicia non poſſe ſimul coniungi ad faciendum plenum indicium ad torturam, cùm nullum ſit perfectum in genere ſuo per ea, quæ in his terminis adducit Natt. dicto. conſil. 42. num. 10. & ſequen. conſil. nume. 3. & D. Crauet. in dicto conſil. 35. loquitur in fortioribus terminis, & grauioribus præſumptionibus, & vbi minę erant in ſpecie de incendio, & alia concurrebant indicia, quę erant in genere ſuo perfecta.

Verùm iſtis hincinde deductis Senatus cenſuit, locum eſſe torturę contra vnumquemque mitius, vel leuius vti erant leuiora, vel grauiora indicia: & is contra quem ſupraſcripta omnia militabant, fuit tortus in quarto gradu torturæ, vt per Grilland. in tracta. de quæſtio. & tortu. quæſt. 4. num. 9. fuit enim eleuatus altitudine vnius hominis, & ibi detentus per quartam horæ partem, quę eleuatio, & detentio abſque quaſſatione maiorem infert dolorem ac tormentum quàm quaſſatio, vt dicit Carer. in dicta l. obſeruare. nume. 178. verſiculo, & nota. licèt Grilland. quaſſationem ponat in quinto gradu torturæ. Ab hac tamen ordinatione fuit per fiſcum appellatum, quia læuius fuiſſent torti quàm debuerant, & quod erat deueniendum vſque ad quintum, & vltimum gradum torturę, & mutāda genera tormentorū de quibus in practicis Maleficiorum, præſertim per Marſil. in l. 1. nume. 17. D. de quęſtio. cùm eſſent indicia multa, caſus grauis, crimen occultum, vnde militabāt ea, quæ ad quintum gradum requirit Grilland. loco ſupra citato, & cùm nocturnum, & ſecretum maleficium eſſet, maior tortura erat adhibenda, iux. Boſſ. dicto titu. de indic. nume. 172. & 200. Sed facta maiori caſus diſcuſſione, cùm tormenta adhibenda non ſint, quanta accuſator poſtulat, ſed vt moderatę rationis temperamenta deſiderant. l. de minore. §. tormenta. D. de quæſt. fuit iterum
12 confirmata ſententia Senatus, dictumque † attenta rei, & Indiciorum qualitate, quia quidam ex reis erat quinquagenarius, bene fuiſſe arbitratum Senatum, præſertim etiā, quia ex parte reorū probata fuerat illorū bona qualitas, & fama, & quod accuſator habebat alios inimicos: item quòd hoc delictum potuerat etiam ſine facto inimici, ſed caſu eſſe commiſſum, quæ omnia excuſant, & eximunt à tortura. dicta l. de minore. §. plurimum. D. de quæſt. Grammat. conſil. crimina. 44. num. 6. nam regula eſt, quam ponit Ioann. Andr. in capit. cum in contemplatione. extra de regu. iur. & firmat Grammat. vot. 30. num. 30. quòd ſi contra indicia aliquid vrgeat in contrarium, ſintque aliæ coniecturæ, non eſt deueniendum ad torturam, & ita fuerunt illi liberati per Senatum cùm perſiſterent in tortura, ob idque purgaſſe indicia cenſerentur, vt per Iacob. Nouell. dicto tracta. ad defenſ. nume. 156. qui multos allegat, & viſum fuit Senatui inſtigatorem non eſſe inſcribendum, nec actionem ipſis inquiſitis contra eum dandam, vt moris eſt. 1562. Menſe Februario.

Sententia lata de conſilio periti in arte; vel ſapientis an tranſeat in rem iudicatam.

DECISIO XXV.

1 *Sententia lata de conſilio expertorum an retractari poſſit, & nume. 2.*

3 *Sententia lata de conſilio ſapientis an tranſeat in rem iudicatam.*

SENTENTIA lata de conſilio periti an tranſeat in rem iudicatam, ita vt retractari de cõſilio peritiorum non poſſit, diſputant doctores, & diſſenſio eſt inter eos, ſed ne terminos in hac quæſtione confundamus, duos
1 caſus diſtinguemus. Primus eſt, † quando ſententia fertur à iudice ordinario, & doctore ſuper re, in qua iudicium artificum adhibendum eſt, veluti in vulnere illato medicorum, aut chirurgorum, vel in noui operis nunciatione architecti, aut fabri lignarij, & ſimilium in genere ſuo iuxta caſuum, & rerum diuerſitatem, & tunc ſententiam latam iuxta conſilium horum peritorum non tranſire in rem iudicatam, ſed retractari poſſe conſilio peritiorum adhibito tradit Ioann. Andr. in additio. ad Specul. titu. de homicid. §. 1. verſiculo de facto quæritur. littera b. qui loquitur eo caſu, quando plures in rixa occiderant aliquem, qui dicebatur occiſus ab vno illorũ ex lethali vulnere, prout periti deponebant, quem iudex tanquam homicidam morti condemnauit, & tunc reclamante reo, adhibitis peritioribus, & contrarium concludentibus ſententiam retractari poſſe voluit, quem ſequitur Anton. de Butr. in c. propoſuiſti. verſiculo nunquid autem. extra de probat. argumen. l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrum. Bal. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. D. ſolu. matrimon. & in l. ſi quis teſtibus. in fin. D. de te lib. Ang. in l. quod ſi nolit. §. quod ſi mancipium. D. de ædilit. edic. & communem dicit, & ſequitur Andr. Barbat. in tracta. de Card. leg. de latere. 2. quæſt. nu. 10. & 11. & in addit. ad Abba. in dicto capitu. propoſuiſti. Iaſ. in l. 1. §. fin. num. 11. de verbor. obligat. Cremen. in l. 2. num. 299. C. de reſcinden. vendit. Maran. de ordi. iud. par. 6. §. expedita. nume. 131. poſt Felyn. in dicto capitu. propoſuiſti. & Philipp. in capitu. cùm ceſſante, & capitu. intimaſti. de appellat. Iaſ. in repetit. l. admonendi. nume. 41. & in l. lectu. numè. 47. & communem etiam dicit poſt Cagnol. Villalob. libr. 17. commun. opinio. litera S. & conſulendo Burſa. conſil. 184. nume. 4. libro 2. Bertachin. in §. ſententia in rem iudicatam. verſiculo ſententia ex relatione. & re vera paſſim receptam hanc opinionem video, de qua Gail. practicar. obſeruat. 111. num. 18. libr. 2.

2 Contra quam † tamen multa, & non contemnenda argumenta adducit Abb. in dicto capitu. propoſuiſti. num. 11. & à communi recedens Dec. ibidem. nume. 14. quibus motus Alexan. communem hanc opinionem reſtringebat ad caſum, quando iudex procedit per inquiſitionem, quia tunc ceſſat timor ſubornationis, qui Abba. ab hac ſententia remouit, & idem Alexan. conſil. 148. colum. fin. libr. 2. à priori recedens opinione variauit, Abb. ſententiam ſequendo. Varius pariter fuit Butr. conſil. 6. illa ratione, vt litium circuitus, & infinitas euitetur. quem ſequitur Burſa. dicto conſil. 184. nume. 3. libr. 2. & defendit vir magni ingenij, & doctrinę Arius Pinell. in dicta l. 2. par. 3. capit. 4. nume. 6. poſt Aretin. in dicto capit. propoſuiſti. qui & ipſe variauit conſil. 110. clariſſimè, vt refert Dec. & Moder. Pariſ. ad Dec. in dicto cap. propoſuiſti. litera d. dicitq; Pinell. in materia l. 2. de reſcin. vend. opinionem communem in praxi non ſeruari. Et quidem attenta hac Doctorum varietate difficilis, & dubia redditur, mihiq; cõmunis non probatur, neque illam ſequendam iudicarem, niſi cum modificatione quam inferius ponam. Nam aliàs incertus ſemper eſſet rerum euentus, & cauſæ ſtatus mutabilis contra ſanctam Iuſtiniani mentem in l. properandum. C. de iudi. cùm enim iudex ſententiam proferre debeat, diligens cauſę cognitio, & multorum peritorum, & expertorum conſilium requiratur, regulariterque fit. vnde cùm pro ſententia poſt lapſa appellationis tempora præſumatur, procul dubio tranſire deberet in rem iudicatam. Neque obſtat, quòd ſuper falſis inſtrumentis lata ſententia retractatur: nam longè diuerſa ratio eſt, vt quilibet ſatis clarè conſiderare poterit, imputeturque parti contra quam ſententia lata fuit, quæ vel non appellauit, vel in tempore retractari ſententiam, peritioribus expertis adhibitis non petijt: ſcire etenim debuerat, vigilantibus, & non dormientibus iura ſubuenire. Quòd verò appelletur à ſententia, in qua ſapientum conſilium requiritur, ſcribit, & probat Caſſan. in conſuetudi. Burgund. §. 7. car. mihi. 117. nu. 32.

Secundus caſus eſt, quando vel per ſtatuti diſpoſitionem, vel alio modo de conſilio ſapientis
3 ſententia profertur, quo caſu † variæ ſunt pariter doctorum opiniones, ipſique varij nunc affirmatiuam, nunc negatiuam firmant, & defendunt regulam. Omniumque primus variauit Butr. ergo illius ſententiæ exiſtens, volens quòd hæc ſententia non tranſeat in rem iudicatam, idque ſingulariter tradens in dicto capi. propoſuiſti. de proba. contrarium poſtea conſuluit conſi. 6. variauit & Aretin. quem refert Dec. in dicto capit. propoſuiſti. & ipſe Dec. qui legendo defendit Abba. ſententiam, à qua tanquam communi conſulendo receſſit conſilio 278. in fin. libro 1. licèt ibidem alteram veriorem fateatur: & vti iuri conſonam ex recentioribus ſequuntur Curt. iun. in repetit. l. admonendi. numero 20. de iureiuran. & Pax à Scala. qui multis contra communem defendit in tracta. de conſi. ſapien. lib. 4. c. 11.

Butrij tamen opinionem in dicto capit. propoſuiſti. & communem ſequitur Roman. conſi. 228. in fin. & illius dictum ſingulariſſimum dicit Alex.

in l.

in l.ſi ab hoſtibus.numero 12. D. ſoluto matrimo. & inter ſingularia ponunt, Petrus Gerar. ſingu. 20.& Marit. ſingu. 427.& in l. 1. §.fi. nume. 55.D. de quæſtio.Iaſ. in l. ſi conuenerit. nume. 21. de re iud.Maran.de ord. iud.par.6. §.expedita. num.130. Ioan.Crot.de teſtib.par.7.numero 53. Bertachin.in dicto.§.ſententia.verſicu.ſententia ſecundum conſilium.& ver.ſequen.ac numero 30. diciteque communem Gribald .inter commun.opin. dicto libro 17.litera S. Chaſſan. in conſuetud. Burgund.dicto §.7.car.127.numero 35.Cephal.poſt Ruin. conſilio 103. numero 4. libro 2.& verè communis eſt. & pro illa videtur vrgere text. quem vti ſingularem adducit Barbat. ad Abba. & in dicto tractatu de Card.leg.de latere.numero 11.quæſtio.2. in l. Diui fratres.in primo reſponſo.D. de iure patronat. vbi de peritiorum conſilio ſuam iam promulgatam ſententiã, & à Voluſio Mçciano confirmatam, Diui illi fratres Verus, & Antoninus retractarunt. Verùm hęc lex parùm mouet,tum quia de ſententia Principum, & Imperatorum loquitur, quibus id ſemper licuit,tum etiam quia eſſe poteſt,vt per viam recurſus, & appellationis prior ſententia retractata fuerit, non tamen ibi negatur quin tranſeat poſt tempora à iure ſtatuta ſententia in rem iudicatam. Imò, vt ingenuè fatear, nullam video rationem quare ſententia lata de conſilio ſapientis non tranſeat in rem iudicatam, cùm à Iuriſconſ. profertur, per ea quæ in primo caſu adduximus, illo addito, quòd ſi hæc, vti cæteræ, ſententiæ nomen obtinet, eundem effectum ſortiri deberet. Rebus etenim iudicatis ſemper eſt ſtandum.l.1.C.de re iudica. Itaque communis doctorum opinio in vtroque caſu illum recipiet intellectum, vt hæc ſententia ante decurſa appellationum tempora retractari poſſit, nec quo ad eundem iudicem tunc in iudicatum tranſeat, poſſitq; poſt latam ſententiam petere, vel peritiores artifices,& expertos, vel ſapientiores conſulentes conuocare pars illa,contra quam iudicatum fuit, non autem poſt decurſa appellationis tempora, vt videtur ſentire P.de Beniintendis deciſ.Bononien.97. numero 2. & hoc modo intellecta communis hæc opinio omni difficultate carebit.

Qua tamen admiſſa inferri poterit ad ſententias,quas Poteſtates villarum tam nomine Principis quàm vaſallorum de conſilio aſſeſſorum proferunt, quòd illæ nunquam tranſeant in rem iudicatam, & quandocunque retractari poſſe peritioribus, & ſapientioribus aſſeſſoribus adhibitis,& ita in facti contingentia cenſuit Senatus ſententiam latam de conſilio periti per poteſtatem Raconiſij non tranſijſſe in rem iudicatam. 1560. 9. Maij. Quamuis contraria magis hoc caſu arrideat ſententia per ea, quæ in omnibus ſupradictis, & alijs caſibus tenuit Ioan.Bapt. Lup.de vſur. tracta. 2. ad l.2.C.de pact.inter empt.§.5.nume.41. quem vide omnino.

Et cùm iterum in Senatu talis caſus contigiſſet, re melius diſcuſſa fuit per Senatuſconſultum ordinatum, vt omnes ſententiæ Prætorum ſiue mediati,ſiue immediati ſint, qui iudicant de conſilio Iuriſconſulti, ſeu Iuriſperiti poſthac tranſeant in iudicatum prout cęteræ ſententiæ aliorum iudicum, qui ſunt Iuriſperiti. annò 1565. Referente Domino Enuiarum.

Inſtrumenta quando habeant paratam exequtionem, & quid ad impediendam exequtionem guarentigiati inſtrumenti opponi poſſit.

DECISIO XXVI.

1 *Inſtrumenta regulariter non habent paratam exequtionem.*

2 *Statutum dictans, quòd inſtrumenta habeant exequtionem paratam, eſt contra ius commune, & reſtringendum.*

3 *Inſtrumentum dotis non habet exequtionem paratam.*

4 *Laudum an habeat exequtionem paratam.*

5 *Inſtrumentum, quod habet exequtionem paratam, non exequetur niſi prius fuerit liquidatum.*

6 *Inſtrumentum an ex priuatorum conuentione exequtionem habere paratam poſſit.*

7 *Inſtrumentum iuratum quando exequtionem habeat paratam.*

8 *Inſtrumentum depoſiti an paratam habeat exequtionem.*

9 *Teſtamentum an paratam habeat exequtionem, & quid in legato.nume.10.*

11 *Inſtrumentum in forma Cameræ habet paratam exequtionem.*

12 *Inſtrumentum guarentigiæ habet paratam exequtionem, & quid à Camerali differat obligatione.*

13 *Inſtrumentum confeſſionatum paratam habet exequtionem, & an idem ſit cum guarentigiato inſtrumento, quidque guarentigia, & guarentizare nume.14.*

15 *Inſtrumento habenti paratam exequtionem an exceptio erroris opponi poſſit.*

16 *Inſtrumentum habens paratam exequtionem non impedit quin dilatio legalis debitoribus detur.*

1 INSTRVMENTA regulariter † non habent exequtionem paratam.tex.eſt in l.minor viginti quinque ann. cui fideicommiſſum. de minorib.quem Ang.& Alex. in l.ſi cum dotem. §.eo autem tempore. nume. 6. D.ſoluto matrimo. dicunt meliorem de iure, & ibi Alexan.ponit concordantes: ſed melior text.in l.ſi pacto quo pęnam. C.de pact. vbi Alciat.in verbo more iudiciorum.idem Alex.conſi.192. libro 7. numero 1.Iaſ. conſi.9. in princip. libro 1. Franciſc. Marc. quæſtio.393. & communem hanc regulam plures allegando poſt Zoar. dicit Franciſc. Becius conſi.17. numero 2. & firmat D. Ozaſc. deciſ.129. nume.2.Socin.Sen.conſi.231. libro 2. colum.5.in fi.

Boer.deciſ.295.nume.5.Huius regulæ ratio illa eſt,
quia antequam exequtio detur, cauſæ cognitio
requiritur, inde condemnatoria ſententia præce-
ptum exequtionis præcedere debebit, cùm ab exe
qutione non ſit incipiendum.l.1.& 2. C.de exequt.
rei iudica. Hæc regula adeo vera eſt vt hinc infe-
2 rant doctores, quod ſi † ſtatutum dicat inſtrumen-
ta habere exequtionem paratam, ſit tanquam con
tra ius commune factum reſtringendum. Alex.
dicto.§.eo autem.numero 6. Marc. dicta quæſtio.
393.numero 1, Ange. in l.ait prætor. §. ſi iudex. de
re iudi. qui tamen aliud eſſe voluit in inſtrumento
guarentigiato per rationem, quàm doctè adfert
Corne.conſi.238. nume.3. libro 3. quod eſt repeti-
tum, licèt non eiſdem verbis, conſi.259.eod.libro.
Et hoc iure nos vtimur in hac patria in Tribunali
bus iuſtitiæ. Licèt per conſilium ſtatus ſoleant fie-
ri literæ exequtiuę, committendo exequtionem,
& in caſum oppoſitionis remittantur partes co-
ram ſuis ordinarijs, ſeu coram Senatu, vbi eſt ſub-
miſſio, non retardata exequtione media cautione.
Sed hęc practica eſt iniquiſſima, & contra omnia
iura mundi, & omnem æquitatem, & contra eam
ſæpius exclamaui, nec videtur ferenda.capit. erit
autem. lex. 4. diſtinctio. & ſi à tali Commiſſario
pars appellet ſolet, & debet Senatus appellatio-
nem admitiere, & interim appellatione pen-
dente inbibet exequtionem, niſi appareret de op-
ponentis manifeſta calumnia, vt quia nihil om-
nino in contrarium allegaret, vel aliquid manife-
ſtè calumnioſum.

Ampliatur præterea ſuperior concluſio quo ad
3 † inſtrumenta dotalia, quæ non habent exequtio-
nem paratam. Alexan.dicto.§.eo autem. Alciat.in
dicta l.ſi pacto. Hineque non valere ſtatutum, quo
diſponitur, vt inſtrumenta dotalia habeant exequ-
tionem paratam, tanquam contra ius commune
facta dicit poſt Ange. idem Alexan. quamuis ego
in terminis ſtatuti fauore dotis dicerem contra-
rium, cùm dos admodum priuilegiata ſit, & do-
tium cauſa inter pias cauſas connumeretur, vti in
quibus non minimum reipub. intereſſe conſiſtat.
Idem in minorum inſtrumentis, vt ipſorum fauo-
re ab exequtione non ſit incipiendum, tenet Alcia.
in dicto loco, ſicut non valet hoc inſtrumentum
cum minore factum ad dandam exequtionem, ni
ſi cum interuentu tutoris, vel curatoris factum
fuerit. Benedict.de Barz.in tract. de guarentig.par.
1.quæſt.3.

4 Ampliatur tertiò regula ſupra poſita in † laudo,
quod non habet exequtionem paratam. Alexan.
conſi.85. libro 5.numero 5. & innuit Innocen. in c.
quintauallis. de iureiuran. Quod tamen intelligit
procedere Caſtren.conſilio 260. viſis compromiſ-
ſo.numero 4.libro 1. ſi non continet præceptum
guarentigiæ, nam ſi contineat illud præceptum
habebit exequtionem, quam etiam media cautio-
ne habere innuit Bertachin. in verbo, exequtio.
nume.90. Quod extendunt nonnulli etiamſi eſſet
iuratum, Barto. in l. arbitrorum. §. ſocietatem. D.
pro ſoc. Roderic. Xuar. in l. poſt rem iudicatam.
not.2. D.de re iudica.numero 8.& in 2. par.§.circa
iudicem.numero 12. & 13. quod mihi non proba-
tur per ea, quæ de iuramento infra dicemus, præ-
ſertim quando eſt à partibus ratificatum, quia
tunc ceſſare debet ratio, quæ ex cauſa appellatio-
nis deduci poteſt, & ita intelligendus Bald. in l.1.
C.de arbitr.Menoch.de arbitrar.iudic.lib.1.quæſt.
70.num.20.

Amplia quartò, quòd etiamſi eſſemus in caſu
inſtrumenti guarentigiati, quod habet exequtio-
5 nem paratam †, tamen ſi non ſit liquidum non
exequetur niſi facta liquidatione. Corne. 221.
nume.2. libr.4. Ozaſc. dicta deciſ. 129. nume. 4.&
ſequen.niſi incontinenti liquidari poſſit, vt conſu-
luit idem Corne. conſil.223.nume. 4.libr.2. & fir-
mat Benedict. de Barzis latè dicto tracta. de gua-
rentig. quæſt. 2. par. 1. licèt id relinquat cogitan-
dum Marc.quæſt.395.

Quod Bart.in l.1. D. de eden.& in l. defenſionis,
C.de iur.fiſci. libr. 10. intelligit eo modo procede-
re, vt liquidari in exequtione poſſit. qua in re vi-
dendus vir doctiſſimus Mylinger. ſingular. obſer-
uat.centur. 2. obſeruat.6. & eleganter praxim
petendę exequtionis inſtrumenti non liquidi ad-
fert Didac.libr.2.reſol.capit.11.

Ampliatur, & extenditur quintò regula ſupra-
6 dicta, vt procedat † etiamſi partes contrarium
conuenifſent: nam pacto fieri non poteſt, vt inſtru-
mentum habeat exequtionem paratam. Iaſo.in l.
quæ de legato. nume. 6. & 7. de lega.1. Lanfranc.
Balb.deciſ.ſeu concluſ.226. Fran.Marc.quæſt.396.
qui id etiam admittit ſtante ſtatuto, cuius exten-
ſionis ratio illa videtur præ cęteris ſatis ſufficiens,
quia cùm ordo iudiciarius ſit de ſubſtantia in quo-
libet actu, pactis priuatorum tolli nec peruerti po-
teſt, vt clarè ſunt iuris noſtri deciſiones, & in ſpe-
cie tenet Myſinger. conſil.28. num.32. vnde vrba-
nius eſſe ſine iudice poſſeſſionem non apręhende-
re inquit Imperator in l.3. C. de pignor. quod ta-
men intelligo iuxta doctrinã Anton. de Canar. in
tracta. de exequt. inſtrumen.quæſtio.32.vt proce-
dat in obligatione perſonali, quæ pacto fieri non
poteſt, puta, vt ſtatim quis pro debito incarcere-
tur ſine præcepto iudicis, quia nemo eſt dominus
membrorum ſuorum, vt vulgò dicitur, ſecus ve-
rò ſi paciſcantur partes, & conueniant, vt inſtru-
mentum habeat in bonis debitoris exequtio-
nem paratam, quia valet conuentio, & ideo ge-
ſta virtute talis conuentionis in vim pacti valere
tenet idem Lanfrancus poſt Abba.in capit.de cau-
ſis.de offic. delega. cuius dictum probat Anton.
Maſſa Galeſ. in tracta. ad formul. Cameral. obli-
gat. 3. particula. quæſt. 4. in fin. Franciſ. Bec. dicto
conſil. 17. nume. 2. in fin. imò etiam virtute talis
conuentionis, & obligationis perſonalis conſuetu
do ſeruat, vt ſi debitor ſit ſuſpectus de fuga poſſit
media cautione in carcerem detrudi, & ita vidi in
patria iſta multoties practicari, & ſeruari, & quòd
tale pactum iure ſubſiſtat, tenet Federicus de Se-
nis conſil. 60. & in condemnatione ſpontanea di-
cit vbique ſeruari Caſtren. in l.Titio genero. §.Ti-
tio centum. de condit. & demonſtr. A.Maſſa Ga-
leſ. ad formul. Cameral. obligat. 3. par. quæſt. 6.
quod

quod intelligo modo præceptum iudicis præce-
dat, & ita fit, & quo ad me ſi in illo inſtrumento
iuramentum acceſſerit, & conuentio iurata fue-
rit, hoc non inuenit difficultatem, nec habet meo
iudicio principium dubitationis.

Sed dubium oritur, quid ſi huic inſtrumento
iuramentum acceſſerit, an hoc ſtante inſtrumen-
tum habeat exequtionem paratam, contra com-
7 munem regulam? & quòd habere debeat † exe-
qutionem tenēt multi Bartolum ſequuti. in l. 2. in
fin. D. de iureiur. vbi adit. magna ſuper verbo iura-
mentum. Ita Fulgoſ. vbi Alexan. in dicto. §. eo au-
tem. nume. 6. & latè tractans Iaſ. ibi. in dicta l. 2. nu-
me. 10. & ſequen. qui ponderat text. in l. 1. C. depo-
ſit. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. idem Iaſ. con-
ſil. 9. nume. 1. libr. 1. poſt Ang. Salycet. & Aretin. per
eum citatos, & communem dicit Curt. in dicta l.
2. nume. 7. & ibidem Socin. nume. 4. qui dicit hoc
de plano procedere duobus in caſibus, primò quā-
do contractus fuit factus in iudicio. ſecundò quā-
do fit coram notario iudice ordinario, idem So-
cin. conſil. 231. colum. 6. libr. 2. Dec. 682. num. 6.
Marſil. ſingula. 356. iuramentum. Rip. in l. 2. nume.
50. D. ſolu. matrimon. Matheſilan. notab. ſiue ſingu
la. 20. & communem dicit ac veriſſimam poſt Ti
raqu. Anton. de Padill. & alios Ioann. Guter. Hi-
ſpan. in tracta. de contractibus iurat. capit. 62. in
cuius capitis fine vult iuramentum hoc etiam
ſimpliciter pro confirmatione poſitum vim, & ef
fectum guarentigię clauſulę inſtrumento tribue-
re, & pro hac ſententia videtur text. ſatis clarus in
l. ſed ſi poſſeſſori. §. fin. de iureiur. vbi rationem po-
nit P. Coſtalius, & hoc caſu ita iudicatum dicit
Boer. deciſ. 295. nume. 9. qui tamen loquitur quan-
do debitum erat confeſſionatum, & ita in Germa
nia practicari ſcribit P. Termineus in ſuo proceſ
ſu iuris ſcripti German. cap it. 48. §. ſi actor, & hoc
poteſt eſſe verum ſtante generali doctorum regu
la, quod iuramentum habet paratam exequutionem,
de quo latè per Tiraquell. in l. ſi vnquam, In verbo
donatione largitus. nume. 104. C. de reuocan. do-
nat. & nouiſſimè per Ioan. Baptiſtam Aſin. in tra-
cta. de exequt. §. 8. capit. 102.

Contrariam partem defendunt Angel. in dicta
l. 2. de iureiur. Bald. in l. ſi duo patroni. §. ſi iuraue-
rit. eod. Abb. in capit. fin. num. 3. de iureiur. dicens,
quòd opinio Bart. nunquam illi placuit, & contra
Bart. concludit Roman. in dicta l. 2. num. 13. & l.
ſed ſi poſſeſſori. num. 20. Socin. Sen. dicto conſil.
231. colum. 6. verſiculo 2. præmitto. Moder. Pari-
ſien. ad Dec. dicto conſil. 682. nume. 5. qui tamen
nihil allegant, ſed pro hac ſententia facit, quòd ſu-
pra tradidimus, priuatorum conuentionibus ef-
fici non poſſe, vt inſtrumenta habeant paratam
exequtionem. vlterius vrget, quòd hoc admiſſo,
omnia inſtrumenta ſine ordine iudiciario exequ-
tioni mandarentur, cùm regulariter ſoleat iura-
mentum accedere, quod eſſet contra ius commu
ne, & communem practicam. Certè omnibus di-
ſcuſſis, & diligenter examinatis articulus iſte dif-
ficilis admodum, & inextricabilis repertus fuit: ad
quid enim tot iuramenta, tot conuentiones iura-
tę, cum tot tantiſque promiſſionibus de non con-
trauenien do adinuentę, vſuque receptę ſi adhuc
inter partes ſuper ipſius contractus validitate iur-
gijs, longiſque diſceptationibus diſputandum eſt?

Sed vt breuiter agamus, & in media ambule-
mus via, diſtinctionis fędere vtraque opinio ve-
niet concordanda, nempe, vt Bart. & ſequacium
opinio in iuramento deciſorio ſiue à iudice, ſiue
ab ipſa parte iudicialiter delato procedat. Ange-
li verò, & aliorum de iuramento confirmatorio
intelligatur, ita conciliare videtur Alexan. in dicto
§. eo autem. num. 6. addit. ad Barto. in d. l. 2. de iure-
iuran. Iaſ. in §. item ſi quis. numero 87. inſtitu. de
actio. vbi latè. & in d. l. 2. numero 20. Alciat. in dicta
l. ſi pacto. in verbo mote iudiciorum. C. de pactis.
& cum hac conſideratione tranſit vir ſubtilis Ro-
dericus Xuares. in repetitio. l. poſt rem iudicatam.
Notab. 2. numero 5. D. de re iudica. vbi in hoc in-
quit multos ex recentioribus decipi, qui generali-
ter intelligunt verba Bartoli, quod etiam poſt Iaſ.
adnotauit D. Senator Sola in Decre. ſubditos no-
ſtros. gloſſ. 1. numero 6. & re vera ſi bene pondere-
tur dictum Barto. & Iaſ. concluſio in dicto §. item
ſi quis. ipſi loquuntur in ſpecie illa, quando poſita
fuiſſet in inſtrumento clauſula, quæ continet dela-
tionem iuramenti iudiciali, & deciſorio ſimili,
cùm tunc accedat ad tollendas dubitationes, &
iurgia, & præſertim quando ſubſequitur ſponta-
nea condemnatio, cum aſſiſtentia iudicis, & ita
nos obſeruamus. Ideoque Iaſ. in dicto conſilio 9.
numero 1. ſubijcit id procedere, quando iuramen-
tum eſſet præſtitum poſt contractum, & cùm hac
conciliatione in facti contingentia tranſiuit Sena-
tus, quicquid voluerit Guter. dicto capit. 62. &
hoc modo intelligenda eſt l. ſed ſi poſſeſſori. in fin.
de iureiur.

Ex his infertur limitatio ad communem regu-
lam, vt inſtrumenta paratam habeant exequtio-
nem, ſi iuramentum deciſorium, vel huic ſimile
aliud acceſſerit, vel ſi in inſtrumento ſit illa clau-
ſula, *quæ omnia ſupra, & infraſcripta partes cum iura-
mento attendere promiſerunt*, nam hæc clauſula aſ-
ſertorium iuramentum promiſſorium facit, vt in-
nuit eleganter D. Ozaſc. deciſio. 92. nume. 36. quod
tamen in practica nos vt dixi non obſeruamus,
ſed audiuntur partes in ſuis iuribus, & ſi non al-
legetur ſolutio, vel pactum de non petendo, vel
quid ſimile, tunc auditis partibus ordinatur audien
dum reum in ſuis exceptionibus non retardata
exequtione media cautione, & hac forma conci-
liantur opiniones iſtæ contrariæ.

Secunda eſt limitatio, quæ & ipſa diſſenſione
non caret, vt non habeat locum recepta regula
8 † in inſtrumento depoſiti. Alexan. in dicto §. eo au-
tem. numero 6. & in l. fina. C. de edict. diui Adria.
tollen. Iaſ. conſi. 85. libro 2. volens etiam falſi exce-
ptionem non impedire exequtionem, pro qua eſt
tex. quem ponderat ibi Barto. numero 3. in l. ſi quis
in principio. C. depo. & quamuis contrarium videa
tur voluiſſe idem Iaſ. in dicta l. fina. colum. 2. C. de
edict. diui Adrian. tollen. & Anton. de Canat. in di-
cto tracta. de exequtio. inſtrumen. quæſtio. 7. dicens

ita eſſe de conſuetudine & contra Bart. dicit fuiſſe iudicatum Iacobin in dicta l.fin.numero 5. tamen & hæc cócordari diſſenſio poterit ex diſtinctione, quam ex Bald.in his terminis adfert Poma. ad Bar. in dicta l.ſi cum dotem. §.eo autem. ſoluto matri. in verbo iudicis officium.in fin. inter reale,& confeſſionatum depoſitum,vt Alexan.& aliorum opinio intelligatur procedere in depoſito reali, aliorum vero in confeſſionato: cùm enim realiter depoſitum factum eſt, nullæ exceptiones de facili ſunt admittendæ. ita intelligit limitationem Boer. dicta deciſio.295.numero 8. Chirchou. commun. opin.centur.1.concluſ.67.litera D.nume.8.Quamuis Rolan a Vall. conſi.17. per totum.libro 1. velit etiam inſtrumenta habere paratam exequtionem in confeſſionato depoſito, & re vera apud me idem eſt depoſitum eſſe confeſſionatum, vel reale: nam cum in confectione ipſius inſtrumenti ambę partes interueniant,quis cogit depoſitarium fateri depoſitum recepiſſe, ſi non recepit: negatio igitur pro perfidia, & calumnia habebitur, quæ à bonę fidei contractibus ſemotæ ſemper eſſe debent,imputetque ſibi depoſitarius ſi id quod non erat eſſe fecit, aliàs deciperetur is pro quo fit depoſitum.

9 Tertiò fallit † ſupra poſita regula in caſu l. ſi.C. de edic.diu.Hadria. tollen. vbi Bart. Alexan. & Iaſ. idem Alex.in §.eo autem.num.6. nempe cùm petitur miſſio in poſſeſſionem ab hærede virtute teſtamenti non aboliti nec cancellati: nam tunc ordine iudiciario minimè ſeruato voluntas teſtatoris exequetur, niſi legitimus contradictor compareat, vt tenent doctores ibi, & alij quos allegat addit.ad Bart. num.14.litera.a. ad quam tamen limitationem videndum, quod ex Bald. & Iaſo. refert. Cattellan. Cotta in memorabilib. in verbo inſtrumentum. & Iaſonis dictum intelligit procedere Ioſeph Cum. in ritus magnę cur. capit. 19.nume. 70. quotieſcunque non eſt inſtrumentum huiuſmodi mutilatum, vel in eo viſibile, & extrinſecum aliquod vitium nõ apparet, aliàs iuxta eum teſtamentum non habebit de iure communi exequtionem paratam. Ita in ſimili de inſtrumento teſtamenti cancellato ſcribit Iacobin. de Sancto Georg in dicta l.fin.num.27.

Declaratur quartò, vt non procedat generalis
10 concluſio, quando petitur † legatum in teſtamento relictum. Iaſ.dicta l. fin.num.6. & in dicta l.quæ de legato.num.5 Alexan. dicto.§.eo autem.num. 6. latè Beeius dicto conſilio 17. per totum. cùm enim fauore principalis voluntatis teſtamentum exequtionem paratam habere dicatur, meritò idem de acceſſorijs eiuſdem voluntatis iudicandum erit; Sed contra hanc limitationẽ tenet idem Alexan.& Al.in dicta l.ſi pacto.& video in practica illam non ſeruari, quam etiam impugnat acerrimè Menoch. in tracta. de adipiſcen.poſſeſſ.4.remed. num. 693. & ſequen. & multos allegat Bee. dicto conſil. 17. nume.5. facitque text. quem pro ſe allegat Iaſ.in §.illud.Authen.de hæred.& Falcid. & ita etiam obſeruat Senatus. Abſurdum enim eſſet, magis fauere cauſæ lucratiuæ quà onerosę contra l.fin.§.licentia.C.de iur.deliberandi.

11 Fallit quintò in † inſtrumento in forma Cameræ, quod nomen à Camerali illa obligatione ſortitur. Imol.& Alexan.in l. ait prætor. §.ſi iudex.de re iud. qui tamen non loquuntur ita expreſsè, vt Caſtren.in dicta l.poſt rem.eo. imo eo caſu condemnatus non poteſt appellare. Socin.Iun. conſil.138. nume.5.libr.3.& de hoc inſtrumento plura ex profeſſo ſcribit Anton. Maſſa Galeſius ciuis Romanus in tracta.ad formul.Cameral. obligat. & ideo vbi agitur de pecunia fiſcali ſolemus tunc exequtionem inſtrumenti Cameralis concedere.

12 Sextò fallit ſuprapoſita regula in † inſtrumento guarentigiato, in quo præceptum iudicis de ſoluendo accedit, Iaſ.dicta l.fin.nume.6.Marc. dicta quæſt.393. nume.1. hoc enim habet paratam exequtionem: nam nil aliud eſt inſtrumentum guarentigię clauſulam continere, quàm paratam exequtionem habere, ita vt vigore illius competat exactio ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & de facto incipiendo à captura perſonę, vt dicit Roman. conſil. 133. nume. 1. & communiter per Italiam ſtatutum vigere dicit Marſil. ſingu.7.quòd contra inſtrumentum guarentigiatum nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſit actio cedendarum actionum, quæ à fideiuſſore ſeu correo proponitur, & dicit Bart.in l.cum vnus,in prin.nume.11.D.de bon.autho.iud.poſſiden.quòd hodiè hęc inſtrumenta habent vim ſententię diffinitiuę; vult tamen Anton. de Padill.poſt Bald. & Iaſ.in l.1.nume.20.C.de iur. & fac. ignorant. quod antequam exequtioni mandentur, requiratur citatio partis, ſed communis ſtilus ſeruat contrarium. Nam quando agitur de inſtrumento in forma Camerę, vel guarentigiato non ſolet citari pars, ſed præſentato inſtrumento iudici, & datis fideiuſſoribus, exequtio realis conceditur. Ita ſeruatur per totam Italiam, vt dicunt Caſtren. Alexan. Iaſ. & alij præſertim in Tuſcia, vbi etiam fauore mercatorum illud obſeruari audiui, vt ſuper ſimplici apocha debitores de facto ad petitionem creditorum, ſtatim atque dies ſolutionis ceſſit ſine præcepto iudicis in carcerem detrudi poſſint. & de Florentino ſtilo circa inſtrumentum guarentigiatum teſtatur Mandoſ. de inhibitionib.quæſt.71.nume.10. quod & in inſtrumento guarentigiato Hiſpania omnis obſeruat, vt teſtatur Anton.de Padill. in dicto loco, & num. 21. neque enim ad inſtrumenta omnia publica hanc practicam extendi ipſe voluit, per l.fi. titu.8.libr. 3.ordinamentor. poſt Didac. libr. 2.variar.reſolut.capit.11. nume.3. verſiculo illud ſanè. in hac patria verò non ſolet ſine præcepto iudicis exequi huiuſmodi inſtrumentũ niſi datis primò fideiuſſoribus de expenſis, & iniuria, & iuramento creditoris accedente, quòd debitor ſit de fuga ſuſpectus, quo facto carceratur debitor, nec dimittitur niſi prius idonea cautione præſtita, vel ſoluto debito; quamuis decretum antiquum Sabaud. libr. 2.titu.de modo procedendi in cauſis debitor. pecunial. & duob.ſequen. velit inſtrumenta quæcunque vim rei iudicatę obtinere, quo ſtante eſſet ſuper quocunque publico inſtrumento abſque difficul-

difficultate concedenda exequtio: ſed aduertendum verba decreti non ſe extendi vltra ea inſtrumenta, quæ fuerint ſigillo Senatus, aut conſilij munita; illiuſque decreti practicam ponit eleganter, D. compater meus Antonius Sola in Gloſſ. illius decreti. Ideo hoc ſtante monitos velim dominos aduocatos, vt quando principalibus hac de re interrogati reſpondent, faciant ſemper citare ſeu euocare debitores, inde facta ad opponendū aſſignatione per iudices, facta friuola oppoſitione, & exceptione obſcura, & illiquida p debitores, in 2. memoriali petant ſemper exequtionem inſtrumenti media cautione; quam iudices denegare minimè poterunt modo quo ſuper dictum fuit, attenta generali totius Italię conſuetudine, & decretorum forma, & æquitate etiam ipſa, vt creditoribus ſatisfiat ſuadente, aliàs grauarentur partes, & grauati ad ſuperiores recurrere poſſent; neque hanc practicam legibus contrariam eſſe video. Nam quamuis Iuriſconſultórum reſponſis, & Impp. edictis cautum fuerit, vt ab exequtione non incipiatur, tamen id locum non obtinet, quoties euocata pars eſt, & terminum ad opponendum habuit debitor, indeque præceptum iudicis accedit, & hoc modo euitantur ea, quæ contra talis inſtrumenti exequtionem adfert nouiſſimè D. Senator Sola in Decr. ſubditos noſtros. gloſſ. 2. nume. 24. qui etiam in hanc opinionem videtur deſcendere ibi. nume. 15. Cęterum de hoc inſtrumento guarentigiato tractarunt ex profeſſo Guido de Zuzar. & Benedict. de Barzis poſiti tomo. 7. par. 2. tractatuum nouiſſimè Venetijs impreſſorum. Quid verò hoc inſtrumentum guarentigię à Camerali differat obligatione docet Anton. Galeſ. in dicto tracta. ad formul. Cameral. obligat. par. 1. quæſt. 2. licèt doctores noſtri ſoleant confundere terminos, vt mox videbimus.

Huius effectus eſſe communiter magiſtri noſtri voluerunt obligationem illam, & confeſſionem, quæ fit coram iudice parte pręſente, & acceptante, quæ vulgò condemnatio ſpontanea appella-
13 tur, † vt hæc habeat paratam exequutionem, & hoc re vera eſſe confeſſionatum illud inſtrumentum, de quo loquitur Iaſ. in dicta l. fin. nume. 6. C. de edic. diui Adri. tollen. exiſtimo, & de quo. Dec. in l. in bonę fidei. colum. penu. C. de pact. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Cagnol. in l. in teſtamento. nume. 10. de regu. iur. Afflict. in conſtitut. regni. capit. dilationem. Nota. 3. Ioann. de Amic. conſil. 129. cuius limitationis rationem ponit Bald. conſil. 432. in fin. libr. 1. quia hæc confeſſio habet vim ſententię, & ex ea oritur actio in factum, & ab hac condemnatione ſpontanea non puto differre obligationem illam, quæ apud acta fit, quam & ipſam exequtionem paratā habere defendit Afflict. deciſ. 387. per totam. etiam non obſtante nullitatis exceptione. Vincent. de Franch. deciſ. 118. num. 7. confeſſionatum autem inſtrumentum Bart. in dicta l. cum vnus. in fin. princip. D. de bon. auth. iud. poſſiden. & Iaſ. vt video. in l. fina. C. de edict. diui Adri. tollen. guarentigiato inſtrumento comparant, & ſequitur Benedict. de Barz. de guarentig. 1. par. principa. quæſt. 1. atque innuere videtur Galeſ. in dicto tracta. ad formul. Cameral. obligat. par. 1. quæſt. 2. nume. 13. & ſequen. vbi ſemper inſtrumentum guarentigiatum confeſſionato coniungit. Sed ego exiſtimo non minus hæc duo inter ſe differre quàm differat ab his formula Cameralis obligationis. Nam in guarentigiato inſtrumento nil aliud de ſubſtantia requiritur, quàm vt præceptum iudicis, vel notarij iudicis chartularij accedat, vt communiter teſtantur doctores in confeſſionato vero, & confeſſio partis, indeque attenta confeſſione pręceptum iudicis de ſoluendo infra tantum temporis accedit, & pro corroboratione ad formam Cameralis obligationis procurator ad fatendum debitum conſtituitur, qui tempore adueniente fatendo debitum non diſſentit principalem conſtituentem condemnari in ſumma debita ſaluo iure excipiendi ipſi debitori, quo facto exequtio ſtatim omni oppoſitione ceſſante conceditur; Imo fortior hæc condemnatio ſpontanea. pro debito cōſequendo erit quàm inſtrumentum guarentigiatum, quia in hoc requiritur cognitio iudicis, & etiam regulariter partis citatio, in alia verò condemnatione non item: neque enim ſtatutorum diſpoſitionibus opus fuiſſet, ſi idem eſſet inſtrumentum guarentigię, quod condemnatio ſpontanea. In Camerali etiam obligatione conſtituuntur procuratores ad confitendum debitum, ſed alia additur clauſula, quod debitor ſe omnibus curijs pro conſequtione debiti ſubmittit, quod in guarentigiato etiam inſtrumēto cōtineri defendit Guter. dicto capit. 62. num. 6. virtute cuius clauſulę exequtionem concedi idem tradit, ſed probabilior eſt ſententia, vt clauſula illa non faciat guarentigiam, cùm regulariter ſi de guarentigiato inſtrumento loquantur doctores, atque etiam municipales leges, in præceptiua illa clauſula iudicis ſeu notarij quam præceptum guarentigię appellant, fundant ſe, vt per Guido. de Zuzar. in tracta. de inſtrum. guarentig. in prin. & Benedict. de Barz. eod. tracta. 1. par. principa. quæſt. 1. Alia etiam differentia colligitur circa confeſſionatum inſtrumentum, & guarentigiatum ex dictis Ang. in l. ait prætor. §. 1. D. de re iud. Nempe quia inquit, quòd guarentigia reſultat ex præcepto facto à notario de obſeruando promiſſa, & confeſſata in inſtrumento, quod in condemnatione ſpontanea non fit, cùm ſola condemnatio iudicis cum iniunctione de ſoluendo ſuccedat. Prætereà animaduertendum eſt, quod pręceptum guarentigię fieri poteſt à notario, etiamſi non ſit iudex, vt dicunt paſſim doctores in locis ſupra citatis, præſertim Alexan. in l. ait pretor. §. 1. nume. 7. & 8. de re iud. & ſequitur nouiſſimè Math. Coler. in tracta. de proceſſib. exequt. par. 1. capit. 3. nume. 16. Socin. Sen. conſil. 79. nume. 49. libr. 4. in condemnatione verò ſpontanea, & confeſſionato inſtrumento requiritur iudicis ordinarij ſententia, & præceptum. iux. l. ſi debitor. D. de iudic. ex quibus videmus errasse multos è doctoribus, qui hos terminos confundunt.

14 Guarentigiæ autem † nomen, (vt id obiter dicamus) à verbo *guarentare*, ſeu *guarentizare* deſcen-

deſcẽdiſſe video, quod verbum vti barbarum pro
validare, & confirmare ſumptum à Longobardo-
rum lingua proceſſiſſe coniectura eſt, cùm in eo-
rum legibus id ſcriptum paſſim reperiatur, eo-
demque hinc verbo feudiſticę farraginis compila-
tores vſi ſunt lib. 3. feudo. titu. 12. §. ſi autem inter
pares. de lege Corradi, ibi, *Si poſſidendi dominus gua-
rentizare voluerit*, alij legũt, *guarentare*, quo loci ver-
bum illud pro promittere, & confirmare inueſti-
tum in poſſeſſione poſitum eſt: hincque eo modo
corroborata inſtrumenta, & confirmata ita, vt ſo-
lam exequtionem deſiderent, guarentigiata dicta
ſunt. quod verbum etiam eſſe vulgare Tuſcorum
dicit Martin. Lauden. poſt Bald. ibi num. 2. ſicuti
guarent, in Francogalia teſte Hotoman. in dictiona.
verbor. Feudal. in verbo guarentare, pro ipſo au-
ctore, & euictionem promittente vſurpatur, quaſi
quod is contractum emptionis factum pro em-
ptoris ſecuritate confirmet; cùm legitimam pro
re empta euictionem promittat, & hoc modo
etiam verbum illud, *guarentare*, in libr. feudo. po-
ſitum intelligit Iacobin. in verbo, & dicti vaſalli
pro dictis rebus nume. 37. pro defendere, & Cuiac.
ibi. Hinc videmus malè ſumpſiſſe hoc verbum
Coler. in dicto tracta. de proceſſib. exequt. pat. 1. ca
pit. 3. num. 19. à guardia, quæ nobis cuſtodia, & ſe-
curitas eſt: nam rectius à Germanico, ſeu Longo-
bardico verbo illo *guarentare* deſcendiſſe conie-
ctura eſt. Reliquas ad hanc regu. limitationes vi-
dere licet apud interpretes in locis ſupra citatis,
& prę ceteris vidi plures notatas in quæſtionib. D.
Auguſtini Molignani viri doctiſſimi, & Epiſcopi
Petri Honorij meritiſſimi q. 102. quas apud me
manuſcriptas habeo, & notat Boer. dicta deciſio.
295. & nouiſſimè 14 limitationes ponit ad hanc re
gulam Ioann. Baptiſta Aſin. in tracta. de exequtio-
nibus §. 1. vſque ad capit. 26.

An autem ſtante inſtrumento iurato, ſiue in
forma Cameræ, & ex his, quæ diximus ex con-
ſuetudine, vel ſtatuto, aut aliàs de iure commu-
ni habere exequtionem paratam, aduerſus quos
nulla poſſit opponi exceptio, vt dicunt Guido de
Suzar. & Benedict. de Barz. in ſupracitatis locis, &
Marſil. in dicto ſingula. 7. (licèt decreta antiqua
Sabaudię omnes perẽptorias exceptiones admit-
tant, vt animaduertit D. Sola, qui ad omnia ſtatuta
extendit, in comment ſuis ad decreta antiqua Sa-
baudię in conſtitutione. Ad cauſarum. gloſſ. 3.)
15 an inquam his caſibus poſſit † opponi ad retar-
dandam exequtionem exceptio erroneę promiſ-
ſionis, dubij iuris eſt, & videretur affirmatiuè
pronunciandum, ex doctrina Bartol. in l. non
fatetur. numero 5. & 15. D. de confeſſ. vbi di-
cit, quòd talis error etiam in inſtrumento gua-
rentigiato poteſt reparari, & Bartol. ſequitur. Iaſ.
in l. 2. C. de iur. & fac. ignoran. num. 23. idque non
ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus pro-
cedere, oſtendit Carer. in pract. crimina. in princi.
nume. 50. dicens, quod contra confeſſionem gemi
natam, & iuratam poteſt error deduci, & interim
non fiet exequtio, & re vera nil magis contrarium
eſt conſenſui quàm error, vt Iuriſconſul. ait. ve-
rùm Bart. & Iaſ. non ita clarè loquuntur: volunt
enim poſſe quidem doceri de errore, non tamen
dicunt, quod impediatur exequtio: poſſunt enim
iſta ſimul ſtare, quod liceat de errore deducere, &
exequtio non impediatur fauore talis inſtrumen-
ti, vt in ſimili tenet Barto. in l. 1. §. & parui. colum.
fi. D. quod vi, aut clàm. & ideo voluit Bal. quod ha-
beret inſtrumentum hac exceptione non obſtan-
te exequtionem paratam, dicens Bart. non bene
loquutum in l. error. C. de iur. & fac. ignorant. So-
cinus tamen Senior, qui hanc quæſtionem in ter-
minis examinat conſilio 79. ſi eſſemus. nume. 50.
libr. 4. per multa ibi adducta conſuluit etiam in ter-
minis ſtatuti diſponentis, quòd nulla poſſit opponi
exceptio, quòd huic inſtrumẽto etiã guarẽtigiato po-
tẽt opponi exceptio erroris, quia error deſtruit
confeſſionẽ, & confeſſionis defectus guarẽtigiam,
& eadem ratione hoc probat Benedict. de Barz.
d. tractatu de guarentig. quęſtio. 7. in fi. & fortè illa
opinio Socini poſſet procedere, ſi in cõtinẽti paratus
eſſet debitor de errore docere, opponens etiam
per inſtrumenta liquida, ſecus ſi per viam capitu-
lorum, prout videtur ſatis apertè deduci ex ver-
bis dictę l. error. C. de iuris, & facti ignoran. ſi bene
ponderentur & inducantur, atque ita in termi-
nis exequtionis paratæ, cui opponebatur falſitas,
reſpondit Iaſ. conſi. 85. punctus. colum. 2. libro 2.
facitque, quòd ſi non offertur in promptu proba-
tio, non differtur exequtio. l. fina. C. de ordin. cogn.
B. de Barz. dicto loco parte 3. quæſtio. 9. & cum
hac opinione tranſiuit Senatus in quadam cauſa
per me relata. An autem exceptio compenſatio-
nis opponi huic inſtrumento poſſit, vide Roma.
conſilio 76. & Benedict. de Barz. dicta parte 3. quæ-
ſtione 3. ac Dominum Solam in ſupra allegata
Gloſſ. 3. illius decreti. vbi de alijs peremptorijs ex-
ceptionibus meminit, & latè Dom. Ozaſc. deciſ.
92. per totam. Natta conſilio 54. Non erit tamen
ſine cautione concedenda exequtio, vt ſupra di-
xi. Cæterum illud ſilentio inuoluendum non eſt,
16 ſed ſingulariter notandum, quòd † quamuis ſu-
pradicta inſtrumenta paratam habeant exequ-
tionem, tamen eadem dilatio debitoribus conce-
detur, quam miſerationis cauſa lex eiſdem poſt
ſententiam tribuit. in l. ſi debitori. D. de iudic. per
doctrin. Bald. in l. promiſſor Stichi. §. 1. D. de con-
ſtituta pecun. per illum text. quem ſequitur Bene-
dict. de Barz. in dicto tract. par. 2. quæſtio. 4. Item
nota, quòd huiuſmodi inſtrumentum per quem-
cunque iudicem mandari poterit exequtioni, ita
ſingulariter poſt Bald. notat Xuar. in repetitio. l.
poſt rem iudicatam. pag mihi 702. numero 7. &
704. numero 10. 11. & 12. & 705. numero 13.
fin. colum. An verò hæredi, & contra hæredem
eiuſmodi exequtio concedatur ſtante ſtatuto exe
qutionem permittente, vide Mich. Graſſ. in §. hæ-
reditas. quæſtio. 12. numero 4. & 5 poſt Alexan. in
l. poſtulante. D. ad Trebellia. eſt enim regula quòd
hæres pacto, quod defunctus fecit, fidem præſta-
re debet. l. epiſtola. 52. §. 1. an fin. D. de pact.

Bona filij inteſtati morientis qualiter inter patrem, & matrem, & aſcendentes ſint diuidenda: examinatur Barto. diſtinctio inter bona ex linea paterna, & materna acquiſita.

DECISIO XXVII.

1 *Bona filiorum inteſtato decedentium ad aſcendentes ſi liberi non extant regulariter perueniunt.*

2 *Bona ex linea paterna, vel materna profecta in filium an inter aſcendentes æqualiter diuidantur.*

3 *Probatur Bartol. diſtinctio inter bona paterna, & materna.*

4 *Bar. diſtinctio inter bona ex paterna, vel materna linea acquiſita declaratur. & nu. 5.*

1 BONA † filiorum inteſtato decedentium nullis relictis liberis ad aſcendentes ſpectare ius voluit. l. ſcripto hærede. §. non ſic parentibus. D. vnde libe. l. ſancimus. C. commun. de ſucceſſion. §. ſi igitur. 1. authen. de hæredi. ab inteſtat. venient. authentic. defuncto. C. ad Senatuſconſul. Tertullian. ſiue hæc aduentitia, ſiue caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia fuerint. dicta l. ſancimus. idque miſeratione quadam, & æquitate ſuadente turbato ſucceſſionis gradu noua lex induxit. l. nam & ſi parentibus. D. de inoff. teſtam. dicta l. ſcripto. vnde libe. in qua ſucceſſione ſicut in omnibus alijs per Iuſtinianum nouiſſimo iure adequata fuit ſexus qualitas, ita vt pater, & mater ſimul, & æqualiter ad filiorum ſucceſſionem admitteretur. dicto. §. ſi igitur. l. maximum vitium. C. de hæred. inſtituen. Benedict. in capit. Raynutius. in verbo, & vxorem. nume. 635. contra quàm aliàs Tertulliano Sanatuſconſul. cautum fuit, ex quo pater matrem excludebat. l. 2. §. obijcitur. D. ad Senatuſconſul. Tertullian. quod etiam Iuſtinianus non ſine dubitatione reliquit in §. præferuntur. inſtitut. eod. idemque in vtriuſque ſexus, & gradus aſcendentibus obſeruatur, vt auus & auia, proauus & proauia, & cæteri ſi qui ſupereſſe poterint æquo iure ſuccedant hæreditate in ſtirpes diuiſa. dicto. §. ſi igitur. ſalua tamen ſemper gradus prærogatiua. auth. defuncto. ad Tertullian. & originaliter in §. ſi igitur. de hæred. ab inteſta. venient. Ita vt pater & mater, auo vel auię præferantur. Benedict. in dicto verbo, & vxorem. nume. 636. quæ omnia de plano, & abſque difficultate procedunt, vbi hæreditas filij ſeparata à ſubſtantijs parentum penitus eſt, neque ab vnius, vel alterius liberalitate proceſſit, vt innuit Benect. in dicto verbo, & vxorem. nume. 636.

Sed ſi bona ab vno ex aſcendentibus vtriuſque
2 ſexus profecta fuerint, filio mortuo † qualiter bonorum diuiſio facienda ſit, non ſine controuerſia poſitum eſt. Nam aliqui voluerunt tunc eſſe diſtinguendum inter bona ex linea paterna, & materna acquiſita, vt pater, & reliqui aſcendentes ex parte patris bona paterna accipiant: aſcendentes verò ex parte matris materna habeant. ex doctr. Barto. in auth. itaque. nume. 2. C. commun. de ſucceſſion. & in l. poſt dotem in fin. D. ſolu. matrimon. vbi regulam conſtituit, quòd in bonis paternis præferantur in ſucceſſione parentes ex latere paterno: in maternis verò ex latere materno. quam tegu. Barto. deducit ex. l. quod ſciris. in §. ſi autem. ſecũdum vnum intellectũ, quem ponit Caſtren. ibi nume. 2. C. de bon. quæ libe. quem text. ad hoc ſingularem eſſe dicit, ex eoque in ſupra dictis locis inferebat ad caſum, quòd quãdo mortua eſt filia, cui pater dotem dederat relicto patre, & matre, pater excluſa matre ſuccedat, atque ita interrogatus in facti contingentia reſpondit conſilio 18. nume. 4. lib. 1. & ſequitur in eodem caſu Iaſ. in dicta l. poſt dotem. num. 105. & ſeq.

Contrarium Bald. defendit, Barto. ſententiam reprobando in auth. defuncto. C. ad Senatuſconſul. Tertullian. quem eo loci ſequuntur Salicet. Fulgoſ. & Caſtren. qui nullam voluerunt conſtitui poſſe differentiam inter bona paterna & materna: ſed patrem & matrem, & his deficientibus aſcendentes paternos, vel maternos indiſtinctè, & æqualiter, ſalua gradus prærogatiua, admitti cenſuerunt, quam ſententiam antiquos omnes ante Barto. tenuiſſe dicunt, & Alberic. præ cæteris magnus practicus, & antiquus doctor dicit ita vidiſſe conſultum, & inquit Cuman. conſilio 122. quòd iſta opinio contra Bart. ſemper ſibi viſa fuit veriſſima, vt etiam refert Iaſ. in dicta l. poſt dotem. & Bald. ſequitur Nicola. de Vbal. in tracta. de ſucceſſionib. ab inteſta. par. 2. nume. 4. multoſque contra Barto. adducit Gabriell. libr. 4. commun. opin. titu. de ſucceſſ. ab inteſta. concluſ. 3. nume. 3. vbi enumerando doctores examinat, & plures citat Neuizan. conſilio 8. nume. 35. H. Gabriell. conſilio 136. & nouiſſimè contra Barto. Bald. opinionem defendit ſex validiſſimis fundamentis Valentin. Forſter. in tracta de ſucceſſ. ab inteſta. libr. 3. primo caſu. concluſ. 4. verſiculo neglecta autem. pro qua parte adducunt præcipuè tex. in dicta authen. defuncto. & in dicto. §. ſi igitur. verſiculo ſi autem plurimi. auth. de hæredib. ab inteſta. venient. quibus in locis nulla bonorum diſtinctione, & differentia facta Iuſtinianus æqualiter patrem & matrẽ, auum vel auiam ad filij hæreditatem vocat, videturque huius rei caſus in l. ſancimus. C. commun. de ſucceſſion. vbi bona ex materna linea quæſita ad patrem ſpectare Imperator cenſuit. vnde in caſus cõtingentia dicebar Corn. conſi. 265. nu. 1. lib. 4. quod hæc opinio ſemper ſibi viſa fuit verior, & pro illa eſſe plures numero, & authoritate doct. reſpondendo ad l. quod ſciris, ex qua profecto non video quomodo Barto. regulam illam deduxerit. Nam Imperatores Theodoſius, & Valentinianus ibi de ſucceſſione inter patrem, & auum paternum diuidenda decernunt, ita vt pater in bonis ex materna linea quæſitis tanquam ab hæreditate,

&

& bonis aui ſeparatis in proprietate ſuccedat, auo vſufructu duntaxat reſeruato, neque enim aliam ob cauſam bona ibi materna, ſeu ex eius linea paterna ſeparantur, quàm vt auus ab illorum proprietate excludatur, & illam regulam Barto. non probare, doctè more ſuo defendit in hac quæſt. Didacus Couarruu. in tractatu de ſucceſſion. ab inteſtat. nume. 2.

3 Verùm quicquid Bald. cæterique illum ſequuti voluerint, mihi † ſemper placuit Bartoli diſtinctio, quæ grauiſſimorum interpretum, & conſulentium authoritate non deſtituitur, quos refert Gabriell. dicta concluſ. 3. in princi. & H. Gabriell. conſilio 136. vbi illam magis communem dicit, & tenendam poſt Iaſ. in dicta l. poſt dotem. & Alexan. conſil. 168. colum. 3. libr. 7. Roma. 40. Rub. 79. & communiorem teſtatur Boer. deciſ. 192. in fin. Benedict. qui omnium clarius rem explicat in dicto verbo; & vxorem. nume. 637. alioſque multos refert poſt Tiraquell. Couarru. dicto nume. 2. qui dicit hanc opinionem eſſe frequentiſſimam, & Barto. ſententiam magis æquam, & rationi conſentaneam inquit Gerard. Mulert. in ſuis addit. ad tracta. de ſucceſſion. ab inteſta. Roland. Paſſager. nume. 11. Oliuer. textor. eodem tracta. nume. 71. & Bald. opinionem communiter reprehenſam dicit Ioann. Roias. in epitome ſucceſſ. capitu. 19. nume. 33. & 34. Vincent. de Franch. deciſ. 59. nume. 6. & 7. pro qua opinione facit æquitatis ratio illa à Iuſtiniano conſiderata in §. quod nobis. inſt. per quas perſon. nobis acquir. quod nulla inuidia eſſe debet, vt quod ab vno ex parentibus profectum eſt, ad illum reuertatur: cùm enim morte filij bona à ſubſtãtijs parentum ſeparata remanſerint, æquum non eſt, vt quòd ab vnius liberalitate proceſſit, ad alterum donante viuo tranſeratur: quo fit, vt malè reſtrinxerit Bald. differentiam hanc bonorum ad donationem propter nuptias; cùm in vtraque liberalitate, quæ in filium in poteſtate conſtitutum exercetur, eadem ratio veniat conſiderenda, aliàs ſequeretur abſurdum, vt ex beneficio ſuo damnum quis conſequatur. vnde non mirum ſi hæc opinio tanquam altera mitior in iudicijs obſeruatur, & iuxta illam vbi caſus contigit (cum declaratione tamen infra poſita) ſemper cenſuit Senatus noſter.

Et quamuis in indiuiduo nulla videatur iuris deciſio aperta & clara, tamen tam in dicta l. quod ſcitis. quàm in l. ſancimus. C. commun. de ſucceſſ. videmus bona ex linea paterna filio profecta à maternis ſeparari: neque mouet, quod in dicta l. ſancimus. ſtatuitur, nempe bona ex materna linea quæſita ad patrem ſpectare; quia illud intelligendum eſt, vbi mater non exſtat in medio, quæ patrem à ſuorum bonorum ſucceſſione excludat; & in ſimili diſtinctionem horum bonorum apertè à Iuſtiniano factam in tranſuerſalium ſucceſſione reperimus in l. de emancipatis. in fin. C. de legitim. hæredib. contra quam non admittitur Valentini Forſteri reſponſio tanquam erronea, & ipſius text. verbis apertè contraria, & repugnans.

Retenta igitur opinione, & regula Bartoli, tanquam veriori, communiori, & æquiori, vltra Gabriell. in dicta concluſ. 3.

4 † Declara illam locum habere, & procedere, quando aſcendentes ſunt in pari gradu: nam tunc vnuſquiſque bona ſua recuperat, ſecus ſi in diſpari, quia eo caſu proximior in gradu ſuccedit, non habita bonorum ratione excluſis remotioribus aſcendentibus, vt tradit Cyn. in tractatu de ſucceſſion. ab inteſta. parte 2. numero 4. inquit enim Caſtren. in dicta l. quod ſcitis. numero 2. in fin. quòd perſona propinquior attenditur, non autem is à quo originaliter bona proceſſerunt, ita Barto. doctrinam intellexiſſe videtur Iaſ. in dicta l. poſt dotem. numero 107. & 108. Neuizan. dicto conſilio 8. nume. 35. Gabriell. d. conſi. 136. num. 6. ex quo inferebatur in Senatu, quòd ſi materna auia donet nepoti, qui decedat ſine filijs, viuo patre, & auia donatrice, pater præferendus erit etiam in illis bonis à materna auia prouentis, vt conſuluit in terminis Neuiza. dicto conſil. 8. Atque ita concluſum fuit per Senatum repellendo auiam à bonis ab ipſa prouentis, in quadam cauſa Nicienſi Colle, & Pagherij, & iterum in cauſa Ghiſulphi, & Lupperiæ Cunienſium, vbi auus donauerat filio; qui deceſſerat, relicta filia, quã mortua relicta matre, & auo donante, admiſſa fuit mater expulſo auo à bonis ab ipſo prouentis, anno 1567. Menſe Nouembris. & denuo anno 1581. quòd quidem in bonorum ipſa proprietate procedere intelligo, non autem in vſufructu à lege antiqua parentibus delato tam ex verbis dictæ l. quod ſcitis. quàm æquitatis ipſa ratione ſuadere, ne donator proprijs bonis ſimul, & vſufructu priuetur, qua de re tamen non modica inter interpretes controuerſia oritur, vt ſuo loco dicemus deciſio. 156.

5 Declaratur ſecundò regula Barto. † vt non procedat eo caſu, quando cum aſcendentibus tranſuerſales pura fratres concurrunt, vt voluit Craue. conſilio 176. per totum. Gabriell. dicto conſilio 136. & ita communi voto dominorum in conſilio Neapolitano iudicatum fuiſſe teſtatur Vincen. de Franchis dicta deciſ. 59. Bertrand. conſilio 229. volum. 3. & plures allegat more ſuo Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloſſ. 2. num. 4. & pluribus ſequen. Plures alias declarationes videbis lector apud Gabriell. & Tiraquel. in locis ſupra citatis; & apud interpretes ſuis locis his enim ſolis nos contenti ſumus, ne pro deciſione tractatum conſtruere videamur.

Teſtium repetitione ob nullitatem examinis conceſſa, an alij teſtes vltrà iam examinatos produci poſſint.

DECISIO XXVIII.

1 *Cap. fraternitatis non procedit, quando primum examen eſſet nullum.*

Teſtium

2 *Teſtium repetitione conceſſa, an alij teſtes cum repetendis examinari ſuper eiſdem capitulis poſſint.*

CAPITVLVM Fraternitatis.
de teſtib. quo diſponitur, quòd
poſt publicatos teſtes non liceat
vlterius examinare propter ti-
morem ſubornationis, patitur
plures fallentias de quibus per
doctores omnes in dicto capit.
fraternitatis. Socin. regu. 503. & 498. Donatum Fi-
nam. in libr. regularum. titu. de teſtib. Gabriell.
commun. opin. libr. 1. titu. de teſtibus concluſ. 21.
1 & inter ceteras illam adferunt, † quando pri-
mum examen eſſet nullum, quia nõ ritè factum:
nam tunc & examinari ſuper eiſdem atteſtatio-
nibus poſſunt & referre ſe ad depoſitionem in pri
mo examine factam. Alexan. conſilio 16. numero
6. libro 1. Atque ita per Rotam Romanam iudica
tum teſtatur nouiſſimè Paul. Aemilius Verallus
deciſ. 287. litera T. parte 3. poſt Salicet. Anchatan.
Aquen. & alios per eum citatos, vbi ponit ratio-
nem, quia non poſſunt dici incerti, cùm habeant
certã relationẽ ad id, quod prius licèt nulliter factum
fuerat: & faciunt, quæ cumulat Gabriell. dicta
concluſio. 21. numero 19. 20. & 24. Guido Pap.
deciſio. ſeu quæſtio. 72. præſertim ſi nullitas à cul-
pa iudicis proceſſerit. idem Guido Pap. quæſtio.
124. qui dicit ita eſſe de conſuetudine omniũ cu-
riarum. Roland. conſilio 52. numero 18. libro 4.
Et ita omnes tenere teſtatur Iaſ. in l. qui per ſalu-
tem. numero 3. de iureiuran. Quamuis dictum
doctorum tunc procedere intelligat Campeg. in
tractatu de teſtib. regu. 176. cùm pars teſtificata
non didicit: nam contra hanc reſtrictionem eſt
communior interpretum ſchola.

Sed quærebatur in Senatu, an eo caſu quando
2 iterum † examinantur teſtes debeant examinari,
ſeu repeti illi tantum teſtes, qui aliàs fuerunt nul-
liter examinati, an verò etiam alij de nouo: & vi-
debatur illos ſolos, qui prius depoſuerant repe-
tendos, & examinandos eſſe, quia quo ad eos non
cadit timor ſubornationis: cum communiter
ſoleant ſe iam dictis referre: in alijs verò ſuborna-
tionis ſuſpicio cadit, vnde hoc conceſſo fraudare-
tur legum intentio, quæ eſt vt poſt didicita teſtifi-
cata, & publicatos teſtes ſuper eiſdem capitulis
nouum examen nõ fiat, vulga. l. per hanc. & auth.
at qui ſemel. C. de probatio. dicto capit. fraternita-
tis. cum ſimilib. Nihilominus, quia doctores gene-
raliter volunt, quòd poſſint teſtes de nouo exami
nari, præſertim allegati per Gabriell. d. concluſ. 21.
nume. 18. Senatus cenſuit poſſe examinari etiam
alios vltra iam examinatos, quod notã, quia eſt
magna cautela ad euadendam deciſionem dicti
cap. fraternitatis. ſuper qua in puncto iuris ego
ſemper dubitaui, & eram in contrario voto per
ea, quæ dicit Iaſ. in dicta l. qui per ſalutem. nume. 3.
vbi tamen ab hac opinione poſtea recedit, & pro
Iaſo. opinione videtur facere text. in capit. ve-
niens. in fi. & c. cum in tua. de teſtib. & clementina
de teſtibus. eodem. per quem text. ita tenuerunt
Domini de Rota in nou. tit. de teſtib. deciſ. 13. aliàs
163. & titu. de probat. deciſ. 1. aliàs 391. & in an-
tiqu. deciſ. 1. eod. titu. aliàs 42. Afflict. in §. 1. nume.
62. titu. ſi de inueſti inter dom. & vaſall. lis oria.
libr. 1. Feu. & cum hac cautella videtur tranſire
nouiſſimè Raymundus Pius Fichardus cautel.
81. & 85.

Remedium Canonis Reintegranda an
contra titulo poſſidentem detur, &
quanto tempore; vtrumque bonę fi-
dei poſſeſſor, contra quem hoc re-
medium intentatur, omnes fructus
reſtituere ſit compellendus à die
poſſeſſionis, an verò à die motæ li-
tis.

DECISIO XXIX.

1 *Remedium Canonis reintegranda. datur contra titu. poſſidentem, & bona fide, & in cauſis laicorum.*
2 *Remedio capit. reintegrandę. præſcribitur per decem annos inter præſentes.*
3 *Fructus percepti an in remedio capit. Reintegranda. veniant à die perceptionis, an verò à die litis motæ, & nume. 6. & 8.*
4 *Reſtituere, & reintegrare verbum, quid importet, & nume. 9.*
5 *Locupletior an quis dicatur eſſe ex ſola fructuum perceptione, & nume. 10.*
7 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus ſuos facit, quid in poſſidente errore iuris. num. 11.*
12 *Fructus tempore inſtantiæ per emptã pertriennium percepti ad bonæ fidei poſſeſſorem ſpectant.*

1 REMEDIVM capit. reinte-
granda. 3. quæſt. 1. datur etiam
cõtra titulo poſſidentem, & bo
na fide, ſingularemque ſucceſſo
rem, & iſta eſt magis cõmunis
doctorum in hoc articulo ſcri-
bentium ſententia, vt teſtatur,
& ſequitur Ripa in capit. ſępe. num. 28. de reſtitut.
ſpoliato. Dec. 57. nume. 6. Plot. in repetit. l. ſi quan-
do. nume. 65. C. vnde vi. Afflict. deciſ. 361. num. 73.
Maran. de ordi. iudi. §. ſeptima. num. 46. vbi mul-
tos concordantes allegat. Caſſiodor. deciſ. 7. de re-
ſtitu. ſpoliato. Rota Bonon. inter deciſ. Petri de Be
nintendis. deciſ. 33. vbi teſtatur de communi.
Gabr. titu. de reſtitut. ſpoliato. concluſ. 5. num. 31.
& 73: vbi multi congeruntur, dicens hodie hanc
eſſe magis communem, etiam ſi bonæ fidei poſ-
ſeſſor titulum à nõ vitioſo authore habeat, quod
mihi durum videbatur, & pro hac parte multi
numerantur ab Oraſc. deciſ. 91. qui in vtranque
partem diſputat, quibus addo Purpurat. conſilio
374. nume. 15. & 16. libro 1. Gabriell. conſilio 36.

nume.2. & pluribus ſequen. Cephal. conſilio 289. num.21.& 22.libr.2. Ioſeph. Ludo.deciſio.Peruſi. 59.nume.7.& 8. Rolan.72. nume.7.libr. 2. & conſilio 6.numero 40. libr. 3.Iacob. Bou. in tracta. de ſtatutar.vrbis præſcript.gloſſ.19.nume.237. & hæc opinio re vera receptior eſt, & in iudicijs ſemper fuit obſeruata, vt tradit Alexan.in l.rem quæ nobis.D.de acquir. poſſeſſ. & ex deciſionibus forenſibus ſupra allegatis videre licet. Iuxtaque hanc opinionem ſemper iudicauit Senatus noſter Pedemontanus reprobando ſententiam priorum iudicum, qui contrarium iudicaſſent, vt in cauſa de qua per D.Ozaſc. dicta deciſio. 93. & iterum in cauſa Betini, & Braidę Claraſcen. vbi Vicarius Aſtenſis iudicauerat ſecundum aliam opin. & fuit per Senatum reprehenſus, & cum hac opinio ne ſolet tranſire Camera Imperialis teſte Iohachimo Myſingerio ſingula. obſeruat. centu.3. obſerua.85. vnde ſtantibus tot deciſionibus, & grauiſſimorum hominum ſententia non erit in poſterum hæc opinio tanquam verior, & receptior in dubium reuocanda præſertim in patria iſta, & dominio Sereniſſimi Ducis noſtri attento ſtilo Senatus, quamuis cum opin.Barto. contraria in dicta l. rem, quæ nobis. alij multi tenuerint, & illam ſequantur Pariſien. ad Alexan. conſilio 6. nume.17. & 91.nume. 6.libr. 5.Rub. Alexandrin. latè conſil. 4.nume.6. poſt alios relatos per Rolan. dicto conſilio 72.nume.7. & 18.libr. 2.Natt. 188.nume.6.& D.Ozaſc.dicta deciſio.93. ad quos ne rem actam agamus benignum lectorem tranſmittimus.declarante Barto. dictum gloſſ. & Innocen. procedere in malę fidei poſſeſſore, & inualido titulo poſſidente. Quod remedium licèt aliqui iterum in dubium refricare voluerint, contendentes in perſonam laicorum non procedere, inter quos Philippus Francus in ſua diſputat.in mater. petitorij, primo dub.nume. 17.tamen communis practica obtinuit, vt etiam à laicis, & contra laicos intentari poſſit, vt firmat Purpu. dicto conſilio 374.nume. 15. poſt Butr. Angel. Alexan. & Socin. per eum citatos.

Moderabatur tamen Senatus in facti contingentia hanc opinionem aliàs quidem duram, & ri-
2 goroſam hoc modo, † vt ſi tertius poſſeſſor ex titulo, & bona fide poſſediſſet per 10.annos, inter præſentes præſcriberet, ita vt excluderet agentem ex remedio dicti capit. reintegranda. vt quia excedit ſuos terminos, excedatur à non ſuis terminis, Abb.in capit.contingat. de dolo, & contuma. Ita tenuit Balb. de præſcript. 4. par. 4. par. principa. quæſt. 4. nume.5. circa fin. Rui.61. nume. 14. libr. 1. deciſio Bonon. 10. num. 2. & 3. Roland. dicto conſilio 72. nume. 21. Menoch. in ſuo locupletiſſimo tractatu de recuper. poſſeſſ. remed. 15.num. 425.& ita cenſuit Senatus in cauſa Ruffinę, de qua cauſa dicam etiam infra deciſ. 33.

3 Sed dubitatum aliquando fuit, † an is contra quem huius canonis remedium intentatur, bona fide, & iuſto titulo poſſidens fructus omnes à die perceptionis reſtituere teneatur, an verò ſolum perceptos à die litis motæ? & quòd omnes indiſtinctè reſtituere teneretur, volebant aliqui ex dominis, ſequentibus rationibus. Primò, quia capit. reintegranda remedium intentans, cum omnibus acceſſorijs ſuis, & cauſis intentare videtur, in idque iudicis officium implorat, vt integram rerum ſuarum reſtitutionem habeat, & poſſeſſionem cum ſua cauſa recuperet. At ex remedio reintegranda reſtitutus ad omnia indiſtinctè reſtituitur: generalia enim ſunt verba tex.in d.c.

Reintegranda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis epiſcopis, &c.

Cùm ergo reſtituendus ſit in poſſeſſione verus dominus, erit etiam neceſſariò ad omnes fructus reſtituendus, & in his veniet bonę fidei poſſeſſor
4 condemnandus; cui rationi adſtipulatur † verbi *reintegrare*, & *reſtituire* ſignificatio: non enim diceretur quis reintegratus & reſtitutus, niſi omnia, quæ perdiderat occaſione poſſeſſionis amiſſæ, recuperaret l. quod ſi minor. §. reſtitutio. vbi Bart. D. de minorib. & in his terminis arguit Didac. libr. 1. var. reſolut. capit. 3. in prin. & videtur text. hac de re ſatis clarus in l. videamus. §. in ſauiana. & §. item ſi vi. D. de vſut. vbi verbum *reſtituere* à prætore prolatum plenam habet ſignificationem, vt ad fructus extendatur, quod & Caio placuit in l. plus eſt. 22. vbi Alciat. Brechęus, & Forner. D. de verbor. ſignificat. cui conuenit. l. reſtituere. 35. & 75. & l. fin. eodem titu.

Secundò adducebatur, quòd bonæ fidei poſſeſſor ad id, ex quo locupletior factus eſt, regulariter tenetur. l. ſed, & ſi lége. §. conſuluit. D. de petit. hæ-
5 red. † locupletior verò dicetur effectus is, qui fructus percepit. l. de fructibus. ibi.

locupletata, ſit.

D. de donat. inter vir. & vxo. Angel. in l. vtrum. D. de petit. hæred. Cran. conſi. 550. nume. 10. libr. 3. Ergo in his veniet licèt tit. poſſidens condemnandus, præſertim cùm eò officio iudicis res producenda ſit, ne quis cum alterius iactura locupletetur. l. planè verſiculo. & id ipſum. dicto titu. de petit. hæred. & prætor id agere debet, vt perinde ſint omnia ac ſi nihil actum eſſet, verusque dominus ſemper in poſſeſſione manſiſſet. dicta l. videamus. §. in Fauiana. idque innuit Iuſtinian. indiſtinctè loquens in §. 1. inſt. de offic iud.

Tertiò pro hac parte mouere videbatur Vlpiani conſideratio in l. qui ſcit. 25. in princ. D. de vſur. quòd fructus omnis non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipitur: ſolum verò alterius eſt, ergo & fructus ab ipſo ſolo percepti, licèt ſeparati iam ſint; veniunt cum re ipſa reſtituendi.

6 † Ex quibus, & ſimilibus moti rationibus volebant multi ex dominis bonæ fidei poſſeſſorem omnes fructus indiſtinctè etiam ante litem motam perceptos eſſe reſtituere compellendum, in qua opinione Decius fuit in conſilio 57. an fin. poſt Archidiacon. & Domin. in dicto capit. reintegranda. quos ſequitur Ægid. Bellam. ibidem nume. 19. & 13. qui illa ratione hoc defendunt, quia cum ſit in rei à qua verus dominus eiectus eſt poſſeſſione,

ſione fingitur ipſe eieciſſe,& ſecundum hanc opinionem iudicauit Senatus allegando ita eſſe ſtilum non obſtante deciſione Rotę,quę in contrarium adducebatur.

Pro contraria verò parte facit regula illa generalis, quæ in hac materia communiter tradi ſolet.

7 †Bonæ fidei poſſeſſorem fructus ſuos facere,cuius regulę author Paulus fuit in l.bonæ fidei. 40.D.de acquir.rer.domin.vbi clara hæc ſunt verba.

Bonæ fidei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam ex aliena re ſuos interim facit non tantum eos, qui diligentia, & opera eius peruenerunt, ſed omnes:quia quòd ad fructus attinet loco domini penè eſt.

Cuius text. diſpoſitionem æquiſſimam iudico, & non niſi per maximam cauillationem ſubuerti poſſe credo poſt Iaſ. in l. Neſennius.§.fundum.nume. 4. D. de re iud. ex eoque text. regulam illam fundabat Barto. in l. ex diuerſo.nume. 5. D. de rei vindicat. cum Iacobo Butriga. Areti. & Oldra. quos communiter noſtri ſequuti ſunt, & in hac ſpecie Stephan. Forcatul. in penu. iur. capitu. 18. atque hanc regulam etiam ad bonæ fidei poſſeſſorem titulum a vitioſo poſſeſſore habentē Iuriſconſul.ibi extendit. cui conuenit Vlpiani dictum in dicta l.qui ſcit. §.porro. D.de vſur.quo loci voluit bonæ fidei emptorem illud iuris habere,quod dominis prædiorum tributum eſt.

Secundò adducitur, quòd fructuum perceptio à die morę conſideratur, quæ cùm non niſi à die interpellationis iudicialis incipiat, fructus non niſi à die moræ litis quaſi à die moræ reſtituere tenebitur, quia tunc deſinit eſſe in bona fide poſſidens. l.certum.C.de rei vendicat. gloſſ. in c.grauis. de reſtitutione ſpoliatorum. Rebuff. de fructib. & cor. reſtitut. articu. 1. gloſſ. vnica. numero 31. vnde Vlpian. in l.ſed & ſi lege. §.ſi ante litem conteſtatam. D.de petitio. hæredita. huius interpellationis effectum conſiderans, bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionem fructuum illa ratione compellit, quia poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe: cępit enim ſcire rem ad ſe non pertinentem poſſidere is, qui interpellatur, & tunc vti prædo factus,erit ad fructuum ab eo tempore perceptorum reſtitutionem condemnãdus. l.ſed & loci. §.poſt litem. D. finium regundorum. tempus autem litis conteſtatæ hodie à die motæ controuerſiæ connumeratur. d.l.ſed & ſi. §.ſi ante litem.de pet.hære.

Tertiò, quòd non niſi à malæ fidei poſſeſſore fructus ante litem conteſtatam percepti condicantur, clarè elicitur ex l. neque eorum.l. is. D. de vſur. ibi,

Neque eorum, qui prius percepti quaſi malæ fidei poſſeſſori condicuntur.

condictio etenim horum fructuum contra malæ fidei poſſeſſorem datur, quòd & ſuadet vrgens ratio, quia aliàs fruſtra tot Iuriſconſul. reſponſis, & Impp. conſtitutionibus, ſanctorumque Pontificum decretis, bonæ fidei poſſeſſor à malæ fidei poſſeſſore ſeparatus fuiſſet, ſi tanquam malæ fidei poſſeſſor eſſet in fructibus à die poſſeſſionis condemnandus, ſufficereque reſtituto, & reintegrato debet rem ſuam recuperare, quàm penè perdiderat, ſine graui alterius damno: & hæc ſententia maxima coadiuuatur æquitate, quæ cùm æquitas ſuaderet, vt is, qui bona fide rem vti ſuam poſſedit per aliquot annos re ipſa, & omnibus fructibus quos tanta diligentia, & opera percepit, ſe ſpoliatum videret, ſub ſpe intereſſe iſtius damni à venditore conſequendi? Afflictio etenim afflicto daretur, quod iuris æquitas non admittit. Aliàs fruſtra Iuriſconſul.noſtri in ſupra relatis reſponſis præſertim in l. qui ſcit. §. porro. & in dicta l. bonæ fidei. bonæ fidei poſſeſſorem vero domino in fructuum perceptione comparaſſent, fructus autem dominum ſequuntur l.Herennius.D.de vſur.

8 Quocirca † hæc opinio mihi ſemper viſa fuit de iure verior, & æquior, altera vti nimis rigoroſa reiecta: pro qua adducebatur in terminis deciſio Rotæ ſub titulo de reſtitutio. ſpoliator. deciſ. 4. aliàs 24. Addo Rotam Bononien. inter deciſio. Petri de Benintend.deciſio. 20. vbi à die litis motæ duntaxat poſſeſſor fuit ad reſtitutionem fructuũ condemnatus, Ioan.de Deo in ſua doctrina aduocator. libro 6. capit. 5. numero 5. hancque opinionem defendit Natta conſilio 14. numero 14. & 15. libro 1. qui omnes indiſtinctè loquuntur nulla fructuum diſtinctione facta, prout etiam ex recentioribus aliqui non inerudité defendũt, inter quos Charundas libro 1. veriſimil. & ex noſtris Ludouicus Vitalis libro 1. variarum lectio. capit. 19. & innuit Cuiac. tractatu 7. ad African. in l. quæſitum. 40. D. de acquiren. rerum dominio. Idque apertè indicat Græci interpretis Conſtantini Harmenopoli dictum, qui libro 2. promptuar. titulo 1. §. qui alienas.in fin. ſcribit, fructus omnes quoquo modo perceptos,& à ſolo ſeparatos ad bonæ fidei poſſeſſorem ſpectare. Marquard. libro 2. parerg. capit.24.in fin. ſicut & à die moræ omnes indiſtinctè deberi Rebuff.ſcripſit. in dicto tractatu de fructib. & reſtitut.cor.articu.1.glo.vnica. numero 37. & hanc poſteriorem opinionem maturiori deliberatione facta, priorem ſuam ſententiam reparando ſequutus fuit Senatus in cauſa Prouanæ, & Biraghi, in qua condemnatus fuit Biraghus ad fructus poſt litem cęptam tantummodo, & ab alijs abſolutus, & ita fuit per totum Senatum concluſum fieri debere, & in futurum obſeruandum, & vidi poſtea ita ſemper fuiſſe in ſequentibus cauſis obſeruatum, ſiue eſſemus in fructibus induſtria lib. ſiue naturalibus extantibus, aut conſumptis: nam illa diſtinctio extantium, & conſumptorum, locum habet poſt motam controuerſiam, & poſſeſſore ſine titulo poſſidente, ſicque intelligi debet. l.fructus. D. de vſur. quæ aliàs eſſet indiſſolubilis, cum dicta l.bonæ fidei, prout illam intelligit Bart. & cum eo ferè omnes magis communiter in d. l. ex diuerſo. de rei vindic. quicquid voluerit Ioan.

Cop. in tractatu de fructib. libro 2. titu. 4. capit. 6. Et ratione æquitatis hoc iure hodie vtimur in Senatu, & ita in Gallia ſeruari dicit Rebuff. de reſciſ. contractuum. in proœm. nu. 5. & ſentit Coſtal. in l. fructus 23. D. de rei vindi.

Non obſtant contraria. Nam ad primum dico remedium reintegranda principaliter contra violentos poſſeſſores, & ſpoliatos Epiſcopos inuentum fuiſſe, vt ſonat litera ibi,

Spoliatis, & eiectis Epiſcopis.

Et ſi aliquando contra tertios, & bonæ fidei poſſeſſores producitur, non eſt in duriorem partem illius diſpoſitio extendenda, ita vt omnia cum fructibus reſtituere teneatur, cùm id equitas non ſuadeat, vt ſupra dixi, ſalremq; non erit hoc remedium ampliandum vltra rem vitio reali affectam, vt voluit Natta d. conſilio 14. numero 14. ita interpretando dictum Archidiaco. in dicto cap. reintegranda. Quamuis ego & eo caſu dicerem modo bonæ fidei poſſeſſor ſit, & ignorans rem tali vitio affectam, illum fructus omnès lucrari. iuxt. l. bonæ fidei, in qua vitium rei Iuriſconſul. non conſide-
9 rat, & in hunc † ſenſum accipienda ſunt Iuriſconſultorum loca, quæ de reſtitutione loquũtur in dicta l. videamus. §. in Fauiana. & dicta l. plus eſt. & l. reſtituere. cum ſimil. ſic enim verba rex. in dicto. §. in Fauiana. rectè Accur. ibi ad interdictum vnde vi ſpeciali, & ſingulari quodam iure in odium ſpoliati refert. ſicque Iuriſconſul. ipſe loquitur, & interpretatio ſumitur ex. l. 1. §. ex die. D. de vi, & vi arma. Diceréque vlterius poſſumus reſtitutionis verbum tunc demum ad fructus extendi, ſi male fidei poſſeſſor ſit, qui reſtituere condemnatus eſt, non autem ſi bona fide, & titulo poſſideat, quoniam nullibi de bonæ fidei poſſeſſore eo caſu Iuriſconſulti verba faciunt, vnde interpretatio erit in benigniorem partem facienda, hocque pariter modo accipienda eſt viri doctiſſimi Didaci ſententia de reſtitutione minorum in dicto libro 1. variar. reſolut. capite. 3. qui voluit etiam naturales fructus ad bonæ fidei poſſeſſorem ex recepta opinione ſpectare, vt etiam poſt Barto. voluit Abb. in capit. grauis. nume. 4. de reſtitut. ſpoliato.

Non obſtat ſecunda ratio ex l. ſed & ſi §. conſuluit. D. de petitio. hæred. quòd fructus reſtituere tenebitur etiam bonæ fidei poſſeſſor, eo quia locupletior ex illorum perceptione effectus fuerit.
10 † Nam illud verum eſt, ſi ita egregiè locupletatus fuerit, vt augmentata fuerit hæreditas, & ipſius patrimonium, manifeſteque appareat id ex fructuum perceptione prodiiſſe, & hoc augmẽtum extet, puta in domo, vel fundo acquiſitis, hæc enim tanquam fructus extantes venient cum re ipſa reſtituenda, ſi naturales illi ſint. l. illud quoq;. 40. in fin. prin. & l. hæres furioſi. §. fructuum. dicto titu. de petit. hæred. Achilles Perſonal. in tract. adipiſcen poſſeſſ. titu. de petit. hæred. num. 656. & aliquot ſequen. licèt etiam extantes ante litem motam ſuos effeciſſe pro cultura, & cura dicere poſſemus. per text. vbi Iuſtinianus clarè, & indiſtinctè loquitur in §. ſi quis à non domino. Inſt. de rer. diuiſ. l. quod in fructu. 46. D. de vſur. Nam & extantes fructus dicere poſſumus eos, qui nondum percepti ſunt, & à ſolo minime fuerunt ſeparati, vt colligitur ex. l. certum. C. rei vind. & innuere videtur Boer. deciſ. 98. nume. 1. & ad illos priorem opinionem extendi debere. An verò quis in dubio ex ſola fructuum perceptione locupletior dicatur effectus, non ſine difficultate poſitum eſt, vt videre licet apud Crau. dicto conſilio 550. nume. 10. & Vincent. de Franchis deciſio. Neapol. 31. nume. 2. Gabriell. conſilio 108. num. 10. & 13. vide Maſcard. de proba. lib. 3. litera P. concluſ. 1164. & 1165.

Denique non mouet ratio. l. qui ſcit. in prin. D. de vſur. quia Iuriſconſul. ibi diſtinguit in his terminis bonę fidei poſſeſſorem à vitioſo. in §. porro. vnde illa conſideratio in contrarium facta contra malę fidei poſſeſſorem militabit. Ad dictum Archidiaco. reſpondet Natta dicto conſilio 14. nume. 15. quia ipſe, & Aegid. loquuntur in ſpecie illa, quando quis eiectus à poſſeſſione fuit, & poſſeſſio in alterius manum peruenit: nam tunc iure quodam ſpeciali vt ſupra dicebamus fructuum reſtitutio fit, ſecus in alio bonæ fidei poſſeſſore, & ita concluſum fuit per Senatum.

Cæterum de diſtinctione horum fructuum ſi quis indagare velit, quid de his ſentiant doctores, videatur Barto. in dicta l. ex diuerſo. & in l. Neſennius. §. fundum. D. de re iud. doctores ibi, & in §. ſi quis à non domino, Inſt. de rer. diuiſ. Ang. conſil. 160. & 134. latè Didac. dicto capitu. 3. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. à nume. 573. vſque ad num. 639. & de arbitrar. iudi. centur. 3. caſu 210. Maſquard. Auguſtan. libr. 2. parerg. cap. 24. & qualiter in petitione fructuum ſit formandus libellus Abb. in capit. grauis. nume. 21. de reſtitut. ſpoliato. omnium latè, & ex profeſſo Ioann. Copus de fructib. libr. 1. titu. 2 & 3.

Non erit tamen prætermittenda hoc in caſu doctorum conſideratio, vt non procedat hæc ſecunda opinio, quando ex contractu reprobato
11 † res affecta vitio reali ad bonæ fidei poſſeſſorem peruenerit, quia tunc fructus omnes ſaltem extantes erunt à die perceptionis reſtituendi, per doctr. Barto. in dicta l. ex diuerſo. ita tenet Rota Romana de reſtitut. ſpol. deciſio. 10. aliàs 129. in antiqu. Natt. dicto conſilio 14. nume. 15. atque ita intelligenda Ozaſci deciſio 160. qui loquitur in contractu celebrato contra ius, licèt & eo caſu dubium non minimum faciant rationes ſupra adductę, & præſertim text. in dicta l. bonæ fidei, in princi. vbi vitium tituli contra ius obtenti non conſiderat Iuriſconſul. vt ſupra dixi, & contra Ozaſcum videtur facere, quod Ioann. Rupellanus in Enchiridio iur. Gallię, litera P. §. poſſidens, & Boer. deciſ. 98. Hyeron. Magonius deciſ. Rotę Lucen. 33. num. 32. & 37. & de his ac ſuperiori quæſtione nouiſſimè diſputat Hartman. Piſtor. practicar. obſerua. forens libr. 2. titu. de fructib. cap. 3. Alexan. Rauden. de Analog. capit. 37. num. 14. & plurib. ſeq.

Sed quid ſi lite mota ceſſatum fuerit per trien-
12 nium, an perempta † inſtantia veniant fructus medio tempore percepti, pulchra eſt quæſtio, & dubia,

dubia, & pro illius reſolutione viden. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. glo. 2. numero 17. & ſequen. & ego dicerem triennio vſucapi tanquam res mobiles, data tamen bona fide, ſicut de penſione rei emphyteoticæ dixi infra deciſ. 114.

Poſt, dictio quid importet, & an teſtis dictum deponentis Titium poſt Caium poſſediſſe, concludat.

DECISIO XXX.

1 *Poſt, dictio aliquando in continenti, aliquando ex interuallo ſumitur apud ſcribentes.*

2 *Poſt, & poſtea dictiones à teſte prolatæ non concludunt, ideo declaratione euſdem deponentis opus habent.*

1 POST, † dictio apud ſcriptores vario modo ſumitur: nam aliquando pro incontinenti profertur, & tempus ſtatim, & immediatè ſequens denotat, vt quando dicimus vnus poſt alium ad eum acceſſerunt, & huiuſmodi, & in hac ſignificatione accipi debent plura apud Ciceronem loca, præſertim illud libr. 4. ad Herennium. ibi, *Id fieri poterit ſi quæ ante, & poſt, & in ipſa re factum erit, comprabendemus*, & hac eadem ſignificatione plures ex antiquis ſcriptoribus vſi ſunt, & Iuriſconſul. noſtri dictionem hanc pro immediato tempore, & nullum interuallum habente aliquando ſumpſerunt, vt colligimus ex l. iuriſgentium. §. quinimo. & §. ſequen. D. de pact. & ex alijs pluribus locis, quos latè congerit more ſuo Tiraquell. in l. ſi vnquam. in verbo, & poſtea. numero 12. & 22. C. de reuocan. donatio. quod & voluit Iaſ. in l. poſt dotem. numero 3. ſoluto matrimon. ideoq; hanc dictionem non ſemper interuallum denotare, ſcribit Albert. Pergam. in tracta. Præpo. numero 85. & ante omnes Alberic. in dictionario ſuo. in verbo poſt, & poſtea, quæ idem eſſe rectè pluribus authoritatibus comprobat Tiraquell. in dicto loco. numero 13. 14. & 15. Nam ſicut ante dictio tempus, quod præcedit ſignificat, ita & poſt illius contrarium tempus, quod ſequitur denotabit. Coraſ. in l. qui ante calendas. numero 2. D. de verborum obligatio. Aliquando vero pro temporis interuallo hæc dictio ſumitur, & quidem magis communiter, vt ex locis per eundem Tiraquell. notatis videre licet, & ita hanc dictionem Accur. interpretatur in l. non erit, §. fin. de iureiuran. & in l. pacta conuenta. in principio. D. de contrahen. emp. Cagnol. in l. 2. in princip. numero 22. de orig. iur. & in proœmio Digeſtorum, numero 268. Idque illius dictionis proprium, & naturale eſſe notat Corſet. in ſingularibus litera P. verſiculo dictio poſtea. Vnde cùm hæc dictio variè à ſcriptoribus prolata fuerit; dubium tempus illam denotare voluerunt aliqui, ita vt hæc dictio ambigua, & promiſcua ſit, & hæc fuit originalis opinio Dyni, vt refert Barto. in l. fructus. in fin. D. ſolu. matrimon. & illam tempus dubium denotare voluit Cyn. in l. 1. in 6. oppoſit. D. ſi cert. peta. in qua ſententia poſt multa reſidet Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam. num. 7. 16. & 17.

Ex quibus mouetur quæſtio ab interpretibus

2 de teſte deponēte † Titium poſſediſſe poſt Caium, an hæc depoſitio ſit concludens, & probet. Nam aliqui voluerunt, interpretationem ab ipſius vocabuli, & diſtinctionis natura diſcerni poſſe ita, vt intelligatur Titium immediatè, ac ſine interuallo nemine interpoſito poſſediſſe poſt Caium: in qua opin. fuit Dominic. in capit. frequens. in princ. de reſtitut. ſpol. in 6. vt refert Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam. nume. 12. in fin. Iaſ. in l. poſt dotem. nume. 3. ſolu. matrimon. poſt Geminian. in capit. 2. de confeſſ. libr. 6. Contrarium defendit idem Tiraquell. in dicta. l. ſi vnquam. nume. 20. poſt eundem Dominic. Franc. Cardi. Alexan. Barb. Anto. de Burgos, & alios in ſimili per eū citatos. & concludit, quòd cùm huiuſmodi dictiones poſſint vtrunque tempus & immediatum, & mediatum denotare, probationem, quæ de tempore requiritur non concludere tanquam ambiguam; ideoque erit neceſſaria declaratio ipſorum deponentium per ea, quæ ſuperius ex opinione Cyni, & Dyni ſcripſimus, & in ſimilibus quæſtionibus notat Iaſ. in dicta l. fructus. nume. 6. 7. & 8. & facit text. elegans, quem pro hac ſententia conſiderat idem Tiraquell. in capitu. in præſentia. de teſtib. vbi deponens aliquem eſſe minorem annis nullo addito, cùm illud verbum duplicem poſſit habere ſignificationem, ſcilicet annorum 14. & 25 dictum illud parti non nocet, & facit gloſſ. ibi in verbo dubium. ex quibus cùm in Senatu productum fuiſſet examen, in quo teſtes deponebant, quòd Titius poſſedit tempore vitę, & mortis, & poſt eum Caius, fuit communi voto concluſum, teſtes eſſe repetendos, vt dictum ſuum declararent.

Sed vt hę quæſtiones in iudicijs non cadant, aduertant iudices, cautique ſint in examine recipiendo, vt dilligenter interrogent teſtes de tempore intermedio huius poſſeſſionis, ne deueniatur ad interpretationes has, vt rectè monet gloſſ. ſuperius allegata in dicto capit. in pręſentia. & cauillationibus via claudatur. Ideoque rectè ſancitum fuit per nouas conſtitutiones Sereniſſ. Eman. Filiberti, vt in cauſis grauib. coram Senatu vertentib. examina teſtium fiant per Senatores: ex his enim pendet veritas negotiorum, & cauſarum victoria.

Homicidium à pluribus animo deliberato commiſſum qualiter in re dubia ſit puniendum.

DECISIO XXXI.

1 *Homicidio à pluribus vnico vulnere commiſſo an omnes de occiſo teneantur, & nu. 3.*

Incer-

2 *Incertitudo rei impedit condemnationem.*
4 *Tex.in l.item mela.§.ſed ſi plures.& l.ita vulneratus.ad l.Aquil.declarantur,& reſtringuntur.*
5 *Homicidium quando à pluribus in rixa commiſſum fuit licèt vnico vulnere, omnes delinquentes venient extraordinariè arbitrio iudicis puniendi.*

1 PLVRES ex propoſito, & animo deliberato Tirium vnico vulnere occiderunt, de occiſore non conſtat, dubitatum † fuit, an omnes vti homicidæ teneantur pena mortis, & ſic ordinaria l. Corneliæ de ſicarijs, an verò extraordinaria: Et videbatur dicendum illos non teneri pœna mortis ſecundum opinionem Dyni, quam ponit Bartol.in l.ſi in rixa.numero 10. verſicul. ſed hinc inſurgit. D. ad legem Corneliam de ſicar. Pro qua opinione adduci poteſt text. in l.ſi in rixa. vbi condemnatio iuxta ictuum cuiuſq; diuerſitatem facienda eſt: vnde cùm hic vnicum vulnus acceſſerit cùm non conſtet de inferente non poterit deueniri ad condemnationem, quia
2 incertitudo † rei impedit cōdemnationem. l.idem Pomponius.aliàs ſi frumentum.§.fina. vbi nota.D. de rei vindicat.quam regulam licèt ibi gloſſ. videatur reſtringere quando ciuiliter agitur, tamen etiam ad criminales cauſas eſſet extenenda, vt in hac ſpecie præfatur Clar.in §. homicidium. verſic. alia etiam eſt.quia in his regula generalis eſt, quòd in dubio magis eſt nocentem abſoluere quàm innocentem condemnare. l.abſentem. D.de pœn.& in obſcuris quod minimum eſt ſemper ſequimur. capitu. in obſcuris. de regu.iur. in 6. cum concordatis: & in delictis probationes luce meridiana clariores requiruntur. l.fina. C.de probatio. Alexand. conſilio 15.numero 2.libro 1. Neque obſtat ſi diceretur, quòd inſpicitur animus, & propoſitum delinquentis in pœnalibus per text. in l.1.in princi. D.ad legem Cornel. de ſicar. l.verum eſt. vbi Bart. D.de furt.ex quibus dolus, & culpa manifeſtè arguitur, quæ duo pœnam mortis inferre delinquentibus ſolent. Nam reſponderi poterit, ab his regulis tanquam rigoroſis æquitate ipſa ſuadente generali conſuetudine receſſum eſſe, vt poſt Speculato. tradit idem Bartol. in dicta l. 1. §. diuus. ad legem Cornel.de ſica. doctor. ad l.is qui cum telo. C. eodem titulo. & dixi latè infra deciſio. 230. in quam ſententiam inclinare videtur Specula.in titulo. de homicid.§.1.nume.5.vbi iudicem admonet, vt penam pecuniariam tunc imponat, & expreſsè ita voluit gloſſ.in dicta l.Item mela.§.ſed ſi plures. in verbo plures. vbi addit. marginalis. ad l. Aquil. Aurelius Mutinen. in terminis inter conſilia Alexan. conſilio 46. per totum. libr. 4.& ipſe Alexan. conſilio 15.libr.1. referens Gandin.ita tenentem in titu. de homicid. Boſſ. de homicid. nume. 26.vbi dicit communem.Grammaticus conſilio 5.num. 8. & ex recentioribus cum hac opinione tranſire videtur Petrus à Placa in epito. delicto.libr. 1. capite. 12.nume. 1. verſiculo ceterum hanc de qua agimus. vbi voluit alteram doctorū opinionem, quòd omnes puniantur, eſſe quo ad torturam dūtaxat, intelligendam, non autem quo ad pœnam mortis infligendam. faciunt, quæ in ſimili caſu ſcribit idem Placa dicto capit. 12.nume.4.& Gomez. libr. 3. variar. reſolut. capit.3.nume.36. verſiculo, quarta concluſio. Ludouic.à Peguera deciſio. ſiue quæſtio. Criminal. capit.14. nume.6. Alberic.3. par. ſtat. quæſtione 61. Marſil. in repetit. rubr. de probat. capit.nume. 418. vbi dicit ita pluries conſuluiſſe, & obnuiſſe. Ioann. Fichard. communium opin. libr. 8. litera H.in verbo homicidium. & plura pro hac parte allegat Rolan. conſilo 63. nume.10. & 12. libro 2.& hęc opinio ſatis æqua videtur, & in his caſibus vbi de vita hominis agitur amplectenda.

3 Pro contraria † tamen parte, quam ipſe Barto. tenuit in dicta l.ſi in rixa. in prin. & num. 10.verſiculo quandoque non poteſt. ad l.Cornel. de ſicar. & ante illum Dynus ipſe in regu.in obſcuris.in fin. de regu. iur. in 6. & gloſſ. in dicta. l. ſi in rixa. facit text.ſatis meo iudicio clarus, & ad litteram in dicta l. item mela. §. ſed ſi plures. D.ad l.Aquil. iunctis Vlpiani verbis in l. ita vulneratus. verſiculo. Idque eſt conſequens.eod.titu.vbi veterum auctoritati hanc ſententiam aſcribit. argumentoque eſt quòd de re deiecta idem Vlpianus ſcribit in l. 1.§. fin.de his, qui deiecer.vel effuder.cuius iuris rationem Caius in l.ſequen.impoſſibilitati,& incertitudini attribuit, & videtur text.in l.ſi quis, in fin. cum l.ſequen.D.de iuriſdict.om.iud.ſicut & Dynus culpæ delinquentium, & publicę rationi ne delicta impunita remaneant in dicta l. in obſcuris. aſcripſit. Idque etiam Canonum auctoritate comprobatur, nempe ex capit. fin. 23. quæſt. 8. ex capit. ſignificaſti. 2. & capitu. ſicut. de homicid. & Barto. ſententiam illo in caſu quando delictum animo deliberato à pluribus commiſſum fuit, licèt vnicum vulnus illatum ſit, reperio communiter ab omnibus approbatam, & communem receptiſſimamque teſtantur Placa.dicto capitu.12.nume. 1.Anton.Gomez. var.reſolut.libr. 3.capit.3.nume. 36. concluſ.1. Gramaric. conſil. 4. inter Criminal. nume. 7. Paul. Grillan.de relaxat. carceraror. titu. de abſolut.Innocen. quæſt.6.num.2. & 3.Menoch. de arbitrar.iud.libr.2.centur.4. caſu 362.nume.25. Clar.in §.homicidium. libr.5. verſiculo. alia etiam eſt. vbi id ex indubitata iuris concluſione probat, quòd præſtans auxilium ei, qui committit homicidium animo deliberato, punitur pœna mortis, omnes enim ſimul cum dolo, & culpa dant operam rei illicitę, & aliquādo ac ſępius accidit, quòd is, qui occidit niſi ſe amicorum ſimul exiſtentium corona ſtipatum videret, tale facinus perpetrare minime auderet, vnde hi tanquam dantes opem delicto veniunt in dubio pari pœna puniendi, vt in ſimili de re à pluribus furto ſubtracta doctè ſcribit Hotoman. in lib.quæſtionum Illuſtr. quæſt.31.& ſimili ratione firmat Ronchegall. in l. reos.nume.12.C.de duob.reis.& cum hac opinione nouiſſimè tranſit D.Andr.Gaill.Germanus practicar.obſeruat. libr.2. obſeruat. 109. nume. 10. & omnium latè defendit doctiſſimus Didac. in clementina

mentina

mentina Si furioſus.par.2.§.2.nume.3.Ludouic.à Peguera.deciſ.criminal.quæſt.ſiue capit.14.nume. 6.vbi multa ad hanc materiam non contemnenda adducit Luchin. de Curte inter conſilia crim. Zaletti.libr.1.conſi.60.num.2.

4 Et ita reſtringendo † verba tex. in dicto §. ſed ſi plures. & in dicta l.ita vulneratus. ad gloſſ. ibi, & Speculũ ac alios ſupra in cõtrarium allegatos, nec non iuribus, & argumentis pro illa opinione allegatis facilis patet reſponſio, vt illa procedãt quando non animo deliberato, ſed caſu homicidio aſtiterunt, vt dicam infra: hocque modo gloſſ. contrarias concordat Iacob. de Belu. in pract. criminal. titu. de quæſtion. cir. fin. quem refert, & ſequitur, Marc.Blanc. in tracta.de indic. & tortu.num. 227. & contra Alexan. eſt communis doctorum opinio; & doctè contra illum diſtinguit ibi. in dicto conſilio 15.libr.1.Pariſien. & contra Placam tenẽt Clar.ac Menoch.in locis ſupra citatis, & ad generalem conſuetudinem Italię reſpondet Gomez. dicto num.36.Quid tenendum?

Certè hęc quæſtio ardua admodum, & difficilis eſt, & ob illius difficultatem plures in hac ſpecie caſus Doctor.noſtri in locis ſupra citatis diſtinguunt; Ego, ſiquidem de interpretatione legum in his terminis agitur, mitiorem partem ſequerer, licèt à communi recederemus opinione, vt dixi aliàs deciſ.12.præſertim ſi inquiſiti torti fuerint, & ex ore illorum veritas haberi non potuit, vt innuit Blanc.dicto tracta.de indic.nume.228. & hæc ſententia maximam ſapit æquitatem, qua attenta dicerem eſſe omnes inquiſitos de huiuſmodi homicidio primo iuxt. opinionem Placę. & Clari torquendos, inde alio non apparente eſſe à morte naturali liberandos, & ad triremes ꝑpetuò damnandos. Verum opinio Barto. in puncto iuris eſt verior, & tanquam communiorem illam in facti contingentia ſequutus fuit Senatus. 1561. 15. Septembris. in cauſa cuiuſdam de Viola, qui tamen propter longinquitatem temporis 18.annorum à delicti perpetratione fuit à morte naturali liberatus, & ad triremes damnatus, quod etiam facere potuiſſet Senatus ea ratione, quòd extet decretum Sereniſſimi Ducis Emanuelis Filiberti, qui anno 1556. constructis aliquot triremibus in portu illo ampliſſimo Villęfrancæ, ne deficerent remiges ſtatuit, arbitrarium eſſe Senatui, vt etiam pœnam mortis ex iuris rigore merentes, ad perpetuas triremes relegare poſſet.

5 Ex his † infertur ad caſum, quem in hac ſpecie proponunt doctores in locis ſupra citatis, quod ſi non animo deliberato, & appenſato, neque ex propoſito delictum tale, ſed in rixa, & caſu perpetratum fuerit; cùm ignoratur à quo fuerit commiſſum facinus, pœnam extraordinariam arbitrio iudicis delinquentes ſubire debeant, ita Menoch. Placa.Gaill.& ipſe Bartol. in dicta l. ſi in rixa. ita interpretando illum text. Rolan. dicto conſilio 63. numero 17. atque iuxta hanc ſecundam opinionem hoc in caſu per eundem Senatum concluſum fuit in cauſa ſancti Germani. 1568.26. Maij. vbi fuerunt tres banniti, & in iſtis terminis loquuntur Peguera, & alij ſupra contra Bartol. allegati. Quando vero propoſitum demonſtretur in dubio, & quæ coniecturæ requirantur, vide Ludoui. à Peguera dicto capit. 14. numero 9. & latè diſſerentem Menoch. dicto libro de arbitrar.iudic.caſu 361. Ægid. Boſſ. in titulo de homicid. numero 25. & quæ inditia tractatum demonſtrent, Marc. Blanc.de indic. & tortu. numero 231. & ſequentib. Franciſ.Caſon.de maleſi. tract. 3. per totum. Quid verò ſtatuendum ſit quo ad intereſſe partis dicam infra ſuo loco.

Donatio inter virum & vxorem, quæ iure prohibita reperitur, an conualidetur iuramento, & quid ſi donator ſuperuixerit donatariuſque præmortuus fuerit.

DECISIO XXXII.

1 *Donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem an confirmetur iuramento. & nu. 3. noua adſertur diſtinctio. nu. 9.*
4 *Regula non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. qualiter ſit intelligenda. & nu. 5.*
6 *Iuramentum contra legum formam præſtitum cõtractum non firmat. & qualiter id intelligatur.*
7 *Aſſertorium à promiſſorio differt iuramento.*
8 *Confeſſio dotis receptæ non firmatur iuramento.*
10 *Donatio inter patrem, & filium firmatur iuramento.*
11 *Donatio etiam iurata non ſubſiſtit, ſi ad importunitatem impetretur.*
12 *Donatio Iudæorum an firmetur iuramento.*
13 *Donatio iurata an ſubſiſtat præmoriente donatario.*

1 DONATIO inter virum, & vxorem regulariter legibus prohibita † reperitur. toto titulo. D. & C. de donation. inter virum, & vxorem. capit. fina. extra eodem. Vlpian. in corpore titulo 7. qui id moribus antiquis inualuiſſe ſcribit in l. 1. D. eodem. cuius moris diuerſæ rationes conſtituuntur in l. 1. 2. & 3. in princi. D. eodem. Alteramque non contemnendam tradit Plutarch. inter quæſtiones Romanas quæſt. 7. vt coniuges oĩa inter ſe cõia ducerẽt: ac ſicut vnum corpus ipſi catholicè finguntur, & conſtituuntur, ita & vnicum patrimonij totiuſque ſubſtantiæ corpus ſit, quod & ſanctæ admodum Romulus ſtatuit l. 14. apud Pratcium in libello veteris Iuriſprudentię illis verbis. *Mulier viro legitimè coniuncta fortunarum, & ſacrorum ſocia illi eſto: vtque domus ille dominus, ita & illa domina.* hincque vxorem diuinę, & humanę rei ſociam eſſe Impera. Gordianus ſcripſit in l. 3. C. de crim. expila. hæred. Plutarchi rationem comprobant Coraſ. libr. 5. Miſſellan. capite. 2. nume. 2. Alciat. libro 3. diſpunct. capit. 14. Connan. Cõmentar. iur. ciu. lib. 8.

capit.

capit. 11. num. 1. eandemque rationem nulla Plutarchi mentione habita adfert Agripp. in libello de excellent. fœmin. ſex. colum. 33. Ferrand. Adduen. libr. 1. explicat. capit. 21. Poteſt & huius iuris noua conſiderari ratio, quam & ſubtiliter Hotomanus in ſua diſputat. de donationibus propoſuit licèt obſcurè, nempe moribus id inductum fuiſſe illoſque communi vſu approbatos ne vxor, vel maritus diuortio facto, bonis ſuis ſpoliati remanerent, & liberalitatis ſuæ maximum detrimẽtum, & incommodum ſentirent. vnde diuortio facto (niſi in eum caſum donatio collata eſſet) non valere nec ſubſiſtere donationem in l. ſed interim. §. fin. & duab. ſequen. & in l. & ideo. 62. Iuriſconſul. ſcripſerunt. Hancque regulam ita veram eſſe reperimus, vt nec quidem in alium, qui in vnius, vel alterius coniugum poteſtate ſit, donationis titulo, quæ inter viuos appellatur, facta liberalitas ſubſiſtat. l. 3. §. ſecundum hæc. eod. titu. Nulloue vnquam caſu niſi per donantis mortem ex beneficio Antonini Auguſti hæc inter viuos donatio confirmata reperitur. l. cũ hic ſtatus. in prin. D. eod. & capitu. fin. extra eodem titu. de donat. inter vir.

Sed hic antiqua, & à prudentibus in vtranque partem agitata oritur controuerſia, quam difficilem dicit Abb. conſil. 95. in prin. libr. 2. & diſputabilem ac pro aimco Franciſ. Curt. in l. pacta quæ cõ-
2 trà. num. 10. C. de pact. num hæc † donatio donantis iuramento conualidetur. Ambigua certè, & difficilis eſt quæſtio hęc, & pro vtraque parte grauiſſimos Iuriſprudentię profeſſores extare, duoque huius noſtrę ciuilis ſcientię lumina contraria, variaque dixiſſe reperimus, ita vt de communi opinione, quoniam vtraque communis dicitur, & de veriori quoniam vnaquæq; verior appellatur, non parum inter noſtros dubitetur: cuius rei, vt ſcrupulum pariter, & laborem poſteris, & lectoribus tollamus, improbitatem noſtrorum temporum ſequuti, in tot tantiſque voluendis, & dinumerandis doctorum libris, & authoritatibus, ſingulorum interpretum conſulentiumq; nomina, quos tamen videre potuimus, & ab aliis vulgò referuntur, quorum ſcripta facilè reperiri non poſſunt, in medium adferemus, rationeſque ſimul aliquot pro vtraque parte adducemus, vt facilè, & quæ verior, & quæ communior ſit inde dignoſcamus.

Atque, vt à doctorum auctoritate, & numero rem aggrediamur, donationem hanc inter virum, & vxorem iuramento confirmari, indiſtinctè tenuerunt infraſcripti. Bartol. in l. ſi quis pro eo. in princ. nume. 17. D. de fideiuſſor. in l. Seius, & Angerius, in fin. D. ad legem Falcid. qui citat Gul. de Cun. ita tenentem in l. 1. de donat. inter. vir. & in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. D. de iureiur. Alberic. in dicta l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. num. 9. Ioann. Berber. in viator. iur. par. 2. titu. de donat. inter vir. in fin. Abb. in capit. fin. nume. 9. de donat. inter vir. & in capitu. cum contingat. nume. 30. de iureiur. Caſtren. in l. pacta quæ contra. num. 4. C. de pact. Iaſon ibidem nume. 5. Dec. nume. 7. Alexan. in dicta l. Seius, & Angerius. nume. 13. ad l. Falci. vbi dicit ita pluries conſuluiſſe, cuius conſilia referam infra. Iacobin. in l. qui teſtamentum. nume. 2. D. de probat. Ioann. Lup. in repetit. capit. per veſtras. §. 51. nume. 1. de dona. inter vir. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita. nume. 48. de verbor. obligat. & in l. probrum. 42. de verbor. ſignifi. Alexan. de Neuo. in dicto capit. fin. num. 13. & 14. de donat. inter vir. Anton. de Petrutia in repetit. l. 1. nume. 27. 29. & 44. de iureiuran. Franciſc. Curt. in dicta l. pacta quę contra. nume. 10. C. de pact. dicens ita pluries conſuluiſſe. Clar. in §. donatio. quæſt. 9. verſiculo, ſed quid ſi in ipſa. Fortun. Garzias de vltimo fin. inter. Canon. & ciuil. nume. 324. Bald. nouell. de dote. par. 6. priuileg. 21. nume. 14. in fin. Ioann. Boſcheus in tracta. de nupt. libr. 3. nume. 21. Anton. Corſet. in tracta. de iuramen. priuileg. 25. nume. 49. Socin. regu. 141. fal. 3. P. Duennas regu. 219. in verbo donatio. Didac. de teſtamen. par. 2. num. 10. & variar. reſolut. libr. 1. capit. 7. nume. 3. verſiculo, quinto eadem ratione. Anton. Gómez. variar. reſolut. tom. 2. capite. 14. nume. 24. verſiculo quinto infertur. Ioann. Guter. Hiſpanus in tracta. de contractib. iurat. capi. 3. per totum. vbi præ cęteris latè diſputat, & defendit. Ioann. Crot. in repetit. l. frater à fratre. nume. 41. D. de condict. indeb. Gabriell. commun. concluſ. libr. 3. titu. de Donat. concluſ. 3. & in hanc ſententiam trahunt aliqui dictum Alberici in tracta. ſtatut. quæſt. 122. numer. 5. dum voluit donationem aliàs inter virum, & vxorem prohibitam firmari ex cauſa religionis: nam & iuramentum religio eſt. Sed re vera alia eſt intentio Alberici, vt illius argumenta ibi demonſtrant, & hanc opinionem firmat Catellan. Cotta inter memorab. in verbo donationes inter virum. & in verbo donatio cauſa mortis. VVeſembech. in titu. D. de Donat. inter vir. nume. 5. Xuares in l. 1. fori titu. *de las arras*. quæſt. 3. nume. 23. Ioannes Saiſon in conſuetud. Turonen. capit. 24. artic. 2. in prin. Kirchou. commun. opin. centur. 2. litera D num. 18. concluſ. 77. Michael. Graſſ. commun. opin. libr. 1. quæſt. 5. cap. 8. Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 2. obſeruat. 33. P. Ioann. Ancharan. quæſtionum familiar. libr. 2. quæſt. 12. num. 14. & quęſt. 32. num. 12. Emanuel Zoarez. in receptar. ſentent. Teſtam. in verbo donatio. Fr. Turzan. in dicto verbo donatio. Vin. commun. opin. libr. 1. in verbo donatio. Gribald. inter communes. in dicto verbo donatio. B. Villalobos. ibidem. Imol. in cap. quintauallis. de iureiur. Raph. Comen. in dicta l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſſor. Ioan. de Imol. Anchara. & Ant. in dicto capit. cum contingat. Præpo. in capitu. fin. de donat. inter vir. Ioann. de Ligna. Imol. & Andr. Sicul. in clemen. Romani. de iureiur. Imol. in l. ſi quis inquilinos. §. fina. de legat. 1. Corn. in authen. ſacramenta puberum. Riminald. Ioſt. de donat. §. 1. num. 291. Claud. in l. ſi is cui bonis. nume. 24. & l. ſi diuortio. num. 11. de verbor. obligat. & ex Hiſpanis multi hanc ſententiam ſequuti ſunt, quos videre non potui, ſed referuntur à Guter. in dicto capitu. 3. Segura in l. 1. §. ſi vir vxori. D. de acquir. poſſeſſ. Gregor. Lopez. in l. 4. Tauri. gloſſ. 1. titu. 11. par. 4. Anton.

Gomez.

Gomez.in l.58.Tanri.nume.66.Tell.Fernand. l.17. nume.92. & multis defendit Vaſqu. Menchac. de ſucceſſ.creat.libr.3.§.29.nume.11.vbi ponit rationes. Et pro hac parte conſuluerunt tam incidenter quàm ex profeſſo Dec. conſilio 202. 240.232. Rube.25. nume.5.54.nume.3.130. nume.6. Abb. 95. libr.2. Alexan. conſilio 8. nume. 2. libr. 2. 157. eod. 152.libr. 654. libr.7.Cępol. conſil.ciuili.8.nume.4. & ſequen. & Cautel. 112. Roman. conſilio 43.numę. 5. & conſilio 293. nume.3. licèt non firmet expreſsè. Federic. de Sen. conſ. 140. Franciſc. Aretin. conſilio 74 colum.3. verſiculo, ad ſecundum igitur.Barbat.59.nume. 29. libr.2.Socin. Sen. conſil. 77.colum. 8. verſiculo nec obſtat 7.libr.1. Bellon.conſilio 4.num.2.87.num.3. Siluan.40. nume.20.Corn.163. nume.2.libr. 1.37.libr.4.Bec. 79. nume. 7.Cephal. 61.nume. 15. libr.1. Celſ. Hugo. 115.nume.7.Curt.Iun.198.num.15.Gabriel.conſilio 63. nume. 2. Bertrand.174. nume.3. libr.1. 163. nume.1. libr.2.208. nume.5. libro 3.& alibi ſępius. Purpurat. conſilio 9. nume. 7. 173.nume. 1. 394. nume.8.lib.1.Chaſſan.conſilio 2.Simon de Prætis. conſilio 10. nume.17. Cran. 81. 101.852. nume.6. Schurf. conſilio 46. nume. 8.centur. 1. Burſat.183 nume. 3. libr. 2. Roland. 77. libr. 1.nume. 1. & 20. Pariſ.86.nume.19. & 46.libr.3. & hæc opinio non ſolùm communis, ſed magis communis appellatur à doctoribus, & conſulentibus ſupra citatis, ab illaque in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe ſcribit Dec refertque Anton. de Petrut.pro illa conſuluiſſe Ioann.Papienſem, & longè communiorem ac indubitatam dicit Burſat. nec deſunt deciſiones nempe Capell. Toloſ. 261. Boer.92. in fin. Guid.Pap.190.colum. 2.And.Gail. 40.lib.2.ob.

3 Contrarium verò, quòd donatio † iuramento vallata non ſubſiſtat, tenet ſibi contrarius Barto.in l.1.D.de donat.inter vir.vbi tamen refert ſe ad notata in dicta l. ſi quis pro eo. in l. cum quis decedens §.Titia.de lega. 3. Bal.in dicta l.1.& poſt Dyn. in l.ſi quis inquilinos. 112.§.Diui. de lega. 1.in l. cũ multę. C. de donat ante nupt. & clarius latiuſque in capitu. cum contingat. nume. 37. de iureiur. Fulgoſ. in dicta l. 1. de donat. inter vir. Salyce. in dicta l.cum multę. nume.4. C de dona. ant.nupt. & in l. ſi ex voluntate. nume.2. C. de donat. inter vir. vbi tamen dubitatiuè loquitur, vt in authen. quod locum, in fin.C.de do.cau. Chaſſan.qui multa,& quidē vrgentia fundamēta allegat in ꝯſuetudin. Burgund. §.7. ſuper tex. *ſuppoſe que les dictz* à nume. 4. vſque ad 28. vbi nume. 27. hanc partem dixit tenere longè plures, & excellentiores doctores,& longè maioris authoritatis poſt Socin. infra citandum Angel.in l.cum quis decedens. §.Titia. de leg.3.& in l.ſi quis pro eo.in prin c.D.de fideiuſſor.Henrich.Boich. in capit. cum contingat. de iureiur.& in capit. fin.de donat.inter vir. & ibi. Cardin.Alexand. Roman. in rubr. de iureiur.concluſ. 5.Guglielmus de Monte Lauduno in clemen.1.de iureiur. Cardin. in clemen. 1. §. porrò. de iureiur. Alciat.in dicto capitu.cum contingat. nume.292. Pyrr. poſt conſuetudin. Aurelię in quæſtione de pactis, & pro hac ſententia ſubtiliter conſuluerunt Bald.conſilio 29 & 398.libr.1.Caſtrèn.61.notandum eſt.libr.2.vbi tamen non firmat, ſed clarè id conſuluiſſe videtur conſilio 193.ſuper iſto puncto.lib.2.Socin.Sen. conſilio 65.& 66.libr. 1.Bologuet.conſilio 18. num. 16. Guid.Pap.conſilio 238. num.2. & ita in Gallia practicari dicunt Moderni Pariſ.ad Dec. & ſequuntur dicto conſilio 202. & pro hac parte latè conſuluit Purpurat. conſilio 394. libr.1. & hæc opinio verior dicitur à Caſtren. & communior à Socin. & Chaſſan. referunturque ab eodem Socino, & Cępol.dicto conſilio 8. pro illa, conſilia Ludouici Pontani doctoris nobiliſſimi, Franciſci de Albergotis, & aliorum, & tē vera doctores, qui hanc partem tenuerunt ſunt magnę authoritatis, & qui conſuluerunt ſubtiliter admodum, & fundatè ſcripſerunt. verùm ſi communis a doctorum numero appellanda erit ſententia, dubio procul magis communis, & à maiori parte ſequuta illa opinio eſt, quæ pro donatione facit, & non deſunt potentes, & graues defenſores, vt ex ſupraſcriptis videre licet, tametſi multi illorum varij fuerint, nempe Barto. Bald. Socin. Purpurat. Gui. Pap Ruin. & alij tam legendo quàm conſulendo, licet ſaluari conentur illorum varię ſententię, præſertim Barto.ſed Barto. in l.1.de donat. inter vir.loquitur in vera, & ſimplici donatione, quamuis ſe referat ad notata in dicta l. ſi quis pro eo. ſed hactenus de communi, quæ parum me moueret ea ſola doctorum authoritate conſiderata cùm doctorum authoritas non ſit, vt dicitur neceſſariò legis inductiua, ſed probabilis. ideo videamus de rationibus, & iuribus vtriuſque, vt inde facilius quænam pars verior ſit dignoſcamus.

Et quidem ſi vtriuſque opinionis fundamenta conſiderentur rem difficilem omnino, & dubitationis plenam reperiemus, & quamuis multa adducantur præſertim à Guter. Vaſqu. Ripa. pro donatione, & Bald. Socino Chaſſan. ac Purpurato contra donationem, ego tamen rem breuibus cōcludam, ne & nobis tędium, & lectoribus nauſeā tantis repetitionibus, & longa oratione paramus: & in primis, quod donatio inter virum, & vxorem iurata teneat ita, vt omnino ſit irreuocabilis, vulgatum illud adduci ſolet, quòd quotieſcumque iuramentum pręſtitum ſine interitu ſalutis æternę ſeruari poteſt, illud omnino ſeruandum eſt, capitu.cum contingat.de iureiur.capitu.quamuis.de pact. libr.6. tanti enim æſtimatur iuſiurandi religio, vt nefarium iudicetur à contractu iuramento firmato recedere: ſacra enim hæc res firmum rei geſtę ſignaculum eſſe debet, ideoque omnia iuris ciuilis ſolemnia firmare dicitur, & qui illud non ſeruat mortaliter peccat. Alexan. conſilio 21.libr.3. vnde cùm de animę periculo diſputetur, erit illa amplectenda ſententia, quæ pro iuramento facit cùm in his dici ſoleat tene certum, & dimitte incertum, capitu. iuuenis. de ſponſal. & ſi tantam contractui firmitatem decretum, & pręſentia iudicis adhibet, quantam huius ſacramenti præſtatio tribuere debebit?

Secundò mouetur Bartol. vt coniecturari licuit
ex ſcriptis in dicta l. ſi quis pro eo. quia quando ali-
quid prohibetur propter particulares ſubditorum
vtilitates, tunc iuramentum obligat, & præſtitum
contractum confirmat: ſicut enim quilibet poteſt
fauori ſuo renunciare, & tenet renunciatio. l. Titio
centum. cum ſimill. D. de condic. & demonſtrat.
multò magis iuramento accedente contractus
vires obtinere debebit: ſibi enim imputet, qui le-
gis beneficio vti non voluit. Neque obſtabit ex-
preſſa legis prohibitio, quia ius canonicum, imò
etiam nouæ iuriſprudentiæ decreta ſtatuunt iura-
mentum prohibitionem legis annullare; exem-
plum in dicto capitu. quamuis. & in authen. ſacra
menta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. & multa hu-
iuſmodi ponit Dyn. in capitu. non eſt obligato-
rium. de regu. iur. in 6. idque facilius hac in ſpecie
ſuadetur, quia prohibitione legis non obſtante be-
neficio Imperatoris Antonini inductum fuit, vt
hæc donatio morte donantis confirmaretur. l.
cum hic ſtatus. dicto titu. de donat. inter vir. non
erit igitur abſonum eandem iuramento conua-
lidari.

Denique mouet, quod de legato in teſtamento
nullo, & iuramento firmato Iuriſconſul. ſcribit in
l. cum pater. 77. §. filius matrem. de lega. 2. illud
nempe valere, quaſi ex iureiurando eiuſ voluntatis
intentio demonſtretur.

In contrarium donationem iuramento valla-
tam, inter perſonas à iure prohibitas non firmari
iuramẽto, non minora probãt argumenta, & pri-
mò adduci poteſt ratio Bald. quod moribus indu-
ctum eſt, vt hæc inter virum, & vxorem donatio
prohibeatur. l. 1. D. de donat. inter vir. qui mores
ita boni iudicati à prudentibus ſunt, vt in nume-
rum ſcriptarum legum referrentur, ita vt quod
priuatum ius erat prius cuiuſque, publicum per
4 leges effectum fuerit. Atqui iuris Pontificij † extat
regula, non eſſe obligatorium contra bonos mo-
res præſtitum iuramentum. capit. non eſt obligato
rium. de regu. iur. libr. 6. ſi non obligat, non erit ef-
ficax in inſtrumento poſitum, & tanquam ſine iu-
ramento facta inefficax redderetur donatio. Neque
mouet reſpõſio Caſtren. in dicta l. pacta. & Abba.
in dicta capit. fin. nume. 9. & dicto conſilio 95. co-
lum. 3. verſiculo ad tertium, ac aliorum, quæ deſu
mitur ex diſtinctione Dyni in dicto c. non eſt. in
5 fin. quòd regula illius capit. procedit † in moribus
naturalib. ex quorum inobſeruantia, & iuramẽto
turpitudo oritur, ideo tunc non erit obligatorium
hoc iuramẽtum, ſecus verò in moribus ciuilibus,
qui ex populi conſuetudine introducti ſunt, ex
quorum inobſeruantia neque turpitudo neque
peccatum oritur, quia replicari poterit regulam
illam generalem eſſe, & cum de morum à lege re
ceptorum obſeruantia agitur, generaliter intelli-
gendam eo etiam reſpectu, vt iuramentum mi-
nus lædat ipſam legis prohibitionem, aliàs ſequere
tur maximum abſurdum, & inconueniens om-
nes leges tanto ſudore à legumlatoribus poſitas,
quorum inobſeruantia peccatum non inducit
nec turpitudinem, medio iuramento annihila-
ri poſſe, quod fortè mirum non videretur, cùm
pactionibus priuatorum ipſas leges rumpi per-
miſſum ſit.

Secundò facit, quia quòd hæc donatio non ſub
ſiſtat non ſola lege ciuili, ſed etiam canonica ex-
preſsè cautum eſt, capitu. fin. extra de donat. inter
6 vir. at † iuramentum contra legum diſpoſitionem
præſtitum contractum non firmat, vt clarè pro-
bat text. in l. iuris gentium. §. & generaliter. de pact.
in l. non dubium. in fin. C. de legib. imò veniens
cõtra huiuſmodi legum præcepta mortaliter pec
cat, vt in ſpecie docet Purpurat. conſilio 396. nu-
me. 11. vnde videtur indubitatè concludendum,
iuramentum contractum non firmare, quia alias
lex canonica eſſet nutritiua peccati. Niſi dicamus
cum Guterio legum illarum diſpoſitionem per
ius Canonicum hodiè correctam, quod magis ani
mæ periculum, quàm ius ipſum conſiderare vo-
luit. Verùm hæc reſponſio fortè non ſubſiſtet, quia
& iure Canonico hæc prohibita reperitur dona-
tio, vt ſupra dixi, & Imperatores ipſi, qui l. non
dubium. condiderunt Chriſtiani erant, neque ho-
nos debitus legum potentiæ detrahẽdus eſt, quas
inuẽtum ac munus Deorum eſſe Demoſthenes,
& diuinarum atque humanarum rerum Reginas,
Chriſippus dicunt in l. 2. D. de legib. ideo rectius
meo iudicio reſponderi poſſet, rectè quidem
etiam ſacramento adhibito contractum ſtipula-
tionemue non ſubſiſtere, quotieſcunque contra
ipſius iuſtitiæ præcepta non renduntur, quæ tria ſunt
honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cui-
que tribuere, alias enim & ipſæ leges decernunt in
re ſua quemlibet moderatorem, & arbitrum eſ-
ſe. l. in re mandata. C. mandati. l. nemo exterus.
de iudic.

Vltimò adduci poteſt contra donationem, quod
ex Diuorũ Seueri, & Antonini reſcripto Marcia-
nus ſcribit in l. ſi quis Inquilinos. 112. §. fina. de leg. 1.

Iuſiurandum contra vim legum, & authoritatem iuris in teſtamẽto ſcriptum, nullius eſſe momenti.

Cui conueniunt verba Pontificis poſita in capit. ſi
diligenti. extra de foro competen. quæ verba mul
tum mouent pro hac poſteriori ſententia, licèt
tex. in dicto capit. ſi diligenti. habeat ſecum ſolu-
tionem.

Ex quibus omnibus perſpicere licèt quàm an-
ceps, & dubia ſit hæc quæſtio, ita vt iudicem in
proferenda ſententia noris antiquis. N. L. vti poſſe,
non malè concluderetur. Hancque difficultatem,
& ambiguitatem aliqui è doctoribus conſideran-
tes diſtinctionis ſedere vtranque opinionem, & va
rias doctorum ſententias conciliare conati ſunt.
7 Nam aliqui † iuramentum aſſertorium à promiſ-
ſorio ſeparantes, voluerunt promiſſorio contra-
ctum firmari, aſſertorio nequaquam, ita reſpon-
det Rip. libro 3. reſponſor. capit. 17. Ioan Boſch. de
nuptr. dicto libro 3. numero 21. & hoc modo com-
munem intelligit ſententiam Anton. Corſet. in tra
ctatu de iuramen. priuileg. 25. numero 39. ſicque
accipi-

accipienda ſunt Bald. verba in repetitio.l.2. nume. 133. D.de iureiuran.Barba. dicto conſilio 59. lib.2. in fin. Aretin.dicto conſi.74. Et hæc vt video fuit originalis opinio Cyni in l.1. C.de ſacroſan. eccleſ. quem videtur ſequi Socin. Sen. dicto conſilio 66. colum.7. verſiculo quarto reſpondetur.pluresq; refert Bec.dicto conſi.79. numero 8. Rolan.76. nu. 9. libro 4. Ruin. 142. numero 8. volumi.1.Gaill.d. obſer.40.nu.6.lib.2.

Alteram ex ſuperiori alij diſtinctionem adferunt, quòd aut loquimur in confeſſione dotis receptæ, & maritus fatetur illam habuiſſe in teſtamento, vel alio inſtrumento,& tunc non firmari iuramento huiuſmodi confeſſionem volunt, quia iuramentum eo caſu præſtatur ſuper eo, quod eſt de præterito, & præſumitur factum in fraudem legis, & ſimulatè, & ita loqui Barto.in l.cum quis decedens.§.Titia.de leg.3. & ferè omnes doctores per Alciat.& Chaſſan. allegatos, præſertim Socin. dicto conſilio 65. & 66. Aut verò loquimur de vera donatione, & iuramento, quod ſuper futuro præſtatur, cum promiſſione de non reuocando, & tunc valere, ita poſt Ioan.de Imol. Socin. Curt. Iun.& Dec.diſtinguit P. Duenn. dicta regula 219. verſiculo eſt tamen verum, & probat Bocr. dicta deciſio. 92. in fin. Iacobin. in l. qui teſtamentum. numero 2. de probatio. Alexan. in l.ſi donatione. numero 6. C.de collat.Anton.de Petrut. in dicta l. 1.numero 47. de iureiur.Clar.in §.donatio.quæſt.9. verſiculo hęc tamen concluſio. Gabr. dicta concluſ.3.numero 3. Didac.var.reſolut. libro 1.capi.7. Simon.de Prat. conſi.10. numero 16. & in his terminis loquitur Ioan.And.ad Specul.in dicto titulo de donatio. inter virum. Purpurat. conſilio 236. numero 7. Pariſ. 86. libro 3. Ruin. 183. volumin.1. Roland.Bec.& alij ſupra relati. Rationem differentiæ ponit Guter.dicto capit.3.nume. 10. & ſequen. verùm hæc diſtinctio communi admiſſa ſententia non rectè excludit vim iuramenti, ideo Alciato meritò diſplicuit, & in puncto iuris eſt valdè dubia, & ex rationibus pro priori ſententia ſuperius adductis facilè ſubuerti poteſt, & illam impugnaſſe videtur Barbat. dicto conſilio 59. Ad aliamque diſtinctionem ob id Vaſqu. in dicto.§.29.num.12. & Bellon. conſilio 4. numero 7. confugiunt, quæ tamen & eiſdem rationibus refelli poterit. Imo ex ea non reuocari donationem ex confeſſione dotis tacitè reſultantem promiſſorio ſtante iuramento contra Roma.& alios conſuluit Natt. conſi.28. nu.8.& 9.

Ego in tanta doctorum varietate cogitabam di-
9 ſtinctionem, quod aut † ipſe donans vult reuocare donationem,& venire contra promiſſionem iuramento firmatam, & tunc cum ipſius donantis iuramentum acceſſerit, à quo ſine ſalutis æternæ maximo periculo diſcedi non poteſt, reuocari donationem non poſſe, quia iuramentum licèt non firmaret contractum, claudit tamen os iurantis, vt in hac ſpecie dicit Anton. de Butr. in dicto capitu. cum contingat. ita vt non niſi prius impetrata abſolutione agere donator valeat, iuxta Alciat. in dicto capit. cum contingat. numero 293. & ante eum Paul. de Caſtro dicto conſi. 193. Aut verò inter donatarium, & hæredes donantis, vel eos ad quos ſucceſſio de iure ſpectat, controuerſia oritur, & tunc diceren non aſtringi illos ad contractus obſeruantiam, quia regula, quæ habet, quod iuramentum propter animæ periculum ſeruari debeat, non militat in hærede, qui non iurauit, cùm iuramentum ſit perſonale, & in hærede non cadit periurium, quod in donante timetur, & hæc diſtinctio non ſolùm fauore prohibitionis legalis, ſed etiam ne detrimentum, & damnum tertio fiat, (quod & Pontifex in dicto capi. quamuis rectè aduertiſſe videtur) ſubſiſtere poterit.

Et in hanc ſententiam video inclinare Caſtren. in dicto conſilio 193. ſuper iſto puncto. libro 2. Bald.398.libr.1. colum.2.& in donatione iurata inter patrem; & filium firmat Signorol. conſi. 199. Neque oberit, quod dici ſolet, hæredem factum defuncti ſeruare debere, & quemlibet ſucceſſorem teneri ad cõfirmationem eorum, quæ author ſuus fecerit, ex regu.l.cum à matre.C.de rei vindic. Item iuramentum obligare ad factum, & obſeruantiam contractus non ſolum iurantem, ſed etiam ipſius hæredem, per text. clar.in authen. de iureiuran. à morien. præſti. §.1. Anton. Corſet. de iuramen. priuileg. 21. numero 45. poſt Bartol. & Caſtren. quos allegat Bald. in repetitio. l.2.num.85. de iureiuran. latè Ioan. Bapt. Aſin. in tractatu de exequt.§.5.capitu.165.colum.40. verſic. quæſitum etiam. Quia reſponderi poteſt ceſſare hæc omnia, quando contractui lex reſiſtit, & præſtitum contra legum authoritatem iuſiurandum eſt,& quando per alienationem, vel aliam diſpoſitionem excluditur hæres à beneficio legis, ipſe contra factum defuncti venire poteſt. Tiraquell. de vtroque retract.1.par.§.1. glo.9. nume.57. & ſi media abſolutione, iuxta Alciat.& aliorum ſententiam reuocari per iurantem donatio poterit, multò magis id erit hæredibus permiſſum ſine abſolutione, cum is non iurauerit per ea, quæ ſupra dixi, & ſcribit Gabriell. libr.2. concluſ. titu. de iureiur. conclu. 6. nume. 5. eſt enim etiam in ſimplici donatione iuramentum hoc in fraudem legis prohibentis præſtitum, ideo ſaltem ab hærede ſubuerti poterit, cùm fraus etiam præſumpta vitiet contractũ non obſtante iuramento glo.in l.3. C.plus valere, quod agitur. Gabriell. dicta concluſ. 3.nume.10. Ponderabis verò verba text.in l.cum hic ſtatus.§. ait oratio.D.de dona. inter vir. Verùm in facti contingentia Senatus communem ſequutus ſemper fuit ſententiam, valere ſcilicet donationem iuramento firmatam, & illam indiſtinctè tenuit tanquam veriorem, & melioribus rationibus munitam, quæ tamen diſputatio hodiè in patria noſtra ceſſabit quo ad mulieres, cùm ex forma nouarum conſtitutionum in nullo actu iuſiurandum interponere poſſint in præiudicium ſuarum dotium. Ideo quo ad illas erit res redacta ad puros terminos iuris ciuilis, & neceſſaria hodie erit in donationib. mulierum inſinuatio, vt prius, quando de dotium alienatione tractatur.

Præſuppoſita igitur communi ſententia pro ve
10 ra amplia, † vt procedat etiam in donatione iurata, quæ à patre filio fit, quia hæc à pari procedunt. Gud. Pap. quæſt. 146. per totam. Ant. Corſet. in dicto tracta. de iuram. priuil. 24, numero 49. P. Duenn. regu. 219. in verbo donatio. verſiculo pro qua opinione, & quamuis controuerſa pariter hæc quæſtio ſit, vt demonſtrat Gabriell. dicto titu. de Donat. concluſ. 3. Ioann. Guter. in dicto tracta. de contractib. iurat. capitu. 4. in prin. doctores in l. frater à fratre. vbi Crot. & alij repetentes. Vaſqu. de ſucceſſ. reſolut. libro 1. §. 3. numero 8. neque minus dubia ſit propter iniuriã, quæ cæteris filijs fit. Tamen Senatus illam ſequitur, & iuxta illam plu ries cenſuit præſertim in cauſa de qua infra, & itemm in cauſa Guerrę, & Lexonę 1589, 13. Martij. referente D. Crauetà. quam tamen opinionem ego ita declaro, vt ſi ex hac donatione pluſquam legitimam, vel dimidiam hæreditatis tanquam pro portione ſua filius acceperit, non poſſit aliud de patrimonio patris conſequi, niſi facta collatione. iuxt. l. pen. C. de collat. & §. illud quoque. auth. de trien. & ſemiſſ. ratione æqualitatis ſeruandę, vt notat Rupellan. in Enchyridio iur. Gall. in verbo donatio inter virum. hæc enim donatio in omnem caſum vſque ad legitimam reuocatur, vt eſt communis opinio, quam ex recentioribus firmat Eman. Coſta. in repetir. capitu. ſi pater. 3. par in verbo priuari nõ poſſit. & per Vital. de collat. quæſt. 1, etiamſi ex cauſa nuptiarum, & contemplatione matrimonij facta donatio fuerit, quo caſu plus dico, bona donata eſſe hypothecata pro dote, & bonis vxoris, quia ſemper donatio cauſam illam habet, vt ſeparatum aliquod patrimonium filius habeat, ſuper quo dos aſſecuretur, licèt de hoc in donationis inſtrumento expreſſa mentio non fiat, vt clarè tenet Didac. var. reſolut. libr. 3. capit. 6. nume. 10. verſiculo. quarto non tantum. & poſt Bal. notat Dec. in l. vt liberis. nume. 7. C. de collat. & donationem propter nuptias conferendã eſſe dicit Bertrand. conſilio 237. volum. 3. & dixi infra deciſ. 46.

Limitant verò doctores ſupraſcriptam communem ſententiam. Primò, vt non procedat ſi donans ſit minor, vt per Alc. in l. 1. §. ſi quis ita. nume. 48. de verbor. obligat. ſed hæc limitatio non militat ſtante diſpoſitione auth. ſacramenta puberum. econtra eam conſuluit Dec. conſilio 232. minoris, etenim contractus iuramento firmatur.

11 Secundò limita † ſi ad importunitatem, & continuam petitionem ac inſtantiam facta fuerit donatio: nam tunc non valet etiam iurata. Aymo in conſuetudin. Aluern. titu. 21. arti. 3. Purpurat. conſilio 64. nume. 2. libro 1. Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. §. 81. in princi quod intelligo niſi iuratum fuerit in inſtrumento ſponte, & ſine ſuaſione donationem fieri, quia tunc magis ob animæ periculum iuramento ſtandum erit, quàm iuris præſumptioni: idemque ſi minus inducta mulier ſit, quo caſu optimè faciet ſi proteſtetur antequam donet, & hoc caſu præmoriente donatario magis reuocabitur, vt cenſuit Senatus in cauſa Buſtini, & Buſtini Tantinen.

12 Tertiò limitant aliqui in † donatione Iudęorũ. Dec. in l. pactum quod dotali. de collat. Lancello. Gall. de ſtatut. in verbo maritus. quæſt. 7. nume. 3. Socin. Sen. dicto conſilio 66. col. 8. faciunt, quę ſcribit Corn. conſilio 163. nume. 7. libr. 1. contrarium tamen verius puto, quia & Iudęi ſacramento ligantur, & noſtris tenentur legibus ſub imperio noſtræ reipublicæ militantes, & ita tenet P. Duenn. regu. 221. in verbo donatio, ampliat. 5. Gabr. num. 26. Felin. conſilio 30. per totum.

Quartò limitatur communis opinio, vt non ha
13 beat locum † præmoriente donatario, quia tunc ipſo iure reuocatur donatio iuramento non obſtante: quam limitationem video originaliter poſitam à Bald. in conſilio 29. & 398. libro 1. & 194. libro 3. latè Dec. conſilio 240. & ibi Moder. Pariſ. & conſilio 536. Caſtren. conſilio 86. viſis, & conſideratis, volum. 2. Sylua. 40. nume. 10. Grammat. deciſ. 103. nume. 75. Alc. 154. nume. 8. dicens ſe ita ſolitum tenere. Rip. reſpon. 4. libro 3. & D. meus Molignatus deciſ. 208.

Contrarium tamen tenuit Crau. conſilio 102. per totum, vbi impugnat conſiliũ Dec. Alc. in capitu. cum contingat. nume. 297. Gui. Pap. quæſt. 147. Alb. conſilio 4. nume. 7. Didac. in rubr. de teſtamen. par. 2. nume. 10. Roland. conſilio 7. nume. 24. & 77. nume. 8. iam in donatione facta inter virum & vxorem, quàm inter patrem & filium. Purpurat. conſilio 236. nume. 2. Didac. var. reſoluit. libro 2. capitu. 7. nume. 5. Gabr. dicta concluſ. 3. nume. 17. & ſequen. vbi dicit opinionem Dec. eſſe falſam. & H. Gabriell. conſilio 53. per totum. Cephal. conſilio 61. nume. 22. Burſat. 183. per totum, libr. 1. vbi ponit rationes. Cotta in verbo donatio cauſa mortis. Ioann. Guter. capit. 4. nume. 8. Vaſqu. dicto. §. 29. nume. 13. And. Gail. pract. obſeruat, lib. 2. obſer. 40. num. 5. & re vera hæc opinio eſt verior præſuppoſita communi opinione: nam alias fruſtra dubitaretur an hæc donatio ſubſiſtat, cùm ſatis legibus cautum ſit, donationem morte donantis confirmari, quod etiam in confeſſione dotis receptę hoc caſu magis communiter doctores admittunt, vt teſtatur Franciſc. de Eccleſ. inter conſilia feud. varior. conſilio 12. nume. 16. ideo opinionem Crau. contra Dec. ſequutus fuit Senatus, & ita cenſuit in cauſa Luperię: in donatione facta filio iurata, qui deceſſit patrę ſuperſtite, in qua etiam agebatur de tranſmiſſione infantis hæreditatis, qua de re dicam infra ſuo loco, & hoc anno. 1563. 26. Nouembris.

Cæterum ad materiam huius Deciſionis, vide quæ nouiſſimè ſcribit ægregius doctor Senenſis Seraphinus de Seraphinis in tracta. de priuileg. iuram. priuileg. 71. per totum vbi multis Ampliationibus, & limitationibus communem Regulam exornat, qui dum hoc prælo darentur ad manus noſtras peruenit.

Relata in Senatu cauſa, quæ collata dicitur, an poſt data dubia poſſit interrumpi.

DECISIO XXXIII.

1 *Cauſa relata in Senatu per proceſſus Relatorem, an & quando poſſit interrumpi.*

STILVS Senatus eſt, q̃ cùm per relatorem cauſa cępta eſt referri in Senatu, tunc dicatur collata: item & quando Senatus dubitat ne ad diffugium pars interrumpat, quę non curat cauſam expediri, tunc etiam Senatus poteſt declarare cauſam haberi pro collata, vnde amplius interrumpi non poſſit: eſt enim datum partibus tempus debitum pro relatione ita, vt ante eam ſi aliquid dicendum, & agendum ſupereſt, producere, & in medium adferre valeant, vt poſt multa diffugia debitus finis litibus imponatur, iux. l. properandum. C. de iudic. capit, finem. litibus. de dol & contu.

Quæſitum tamen fuit per Dominos, nunquid ſi ante collationē cęptam in Senatu relator verita
1 tis indagandæ cauſa det dubia partibus, tunc † cauſa poſſit interrumpi, quòd magis eſſe videretur, cùm ad id dubia dentur, vt clarius intentionem ſuam iudici pars demonſtret: vnde ſi aliqua probatio eſſet neceſſaria, cauſa poterat interrumpi, & cùm hic caſus diſputaretur in Senatu in cauſa Parellæ fuit dictum, quòd ſi dubia concernerent factum, tunc interrumpi poſſit, & fieri noua deductio, ſecus ſi in iuris duntaxat ſubtilitate, & illius intelligentia conſiſterent, & ita reſolutum fuit, cauſam non haberi pro collata. cùm D. Ozaſcus, & Malopera collegæ noſtri collata inter eos ſolos cauſa extra Senatum ex eorum mero officio aperuiſſent dubium in facto aduocato partis, cum hac diſtinctione, & modificatione dubium aliàs Senatus ſtilum interpretantes. Menſe Martij. 1561. Et hęc non ſolùm in Senatu procedere arbitrarer, ſed etiam ſi cauſa coram alio iudice tractaretur, vt poſt data dubia in iure non poſſit amplius interrumpi, nec de nouo capitulari. Ideo cauendum erit, ne iudex det dubia in facto per notata in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocatis partium. iud. ſup. ſed dari poſſunt dubia in iure, vt aperiātur occuli aduocatorum ad conſiderandum, & allegandum in iure.

Lucrum, quod alicui per ſtatutum defertur, an per vltimam voluntatem, vel aliam diſpoſitionem auferri poſſit, & quomodo ſit intelligendum tale ſtatutum, & an valeat.

DECISIO XXXIIII.

1 *Lucrum à ſtatuto delatum à teſtatore auferri non poteſt, nec etiam ex alia diſpoſitione. nu. 4.*
2 *Statuti diſpoſitio alterari per teſtatorem non poteſt.*
3 *Statutū auferens liberam teſtandi facultatem an valeat,*
5 *Forcpſis agnatus an gaudeat ſtatuto.*

1 LVCRVM, † quod alicui defertur à ſtatuto, non poteſt per eum cuius res ſunt auferri exemplum, ſi ſtatutum dicat, quod muliere decedente ſine liberis maritus, vel alius lucretur dotem, vel partem. Nam hoc casu non poterit mulier teſtari de ea dote, vel parte, quia debet, velit, nolit, relinquere eam illi, cui defertur à ſtatuto, vt ſubtilis Pauli Caſtren. opinio fuit in l. ſi cum dotem. in princip. numero 11. D. ſolu. matrimon. Bald. in l. 2. colum. pen. verſiculo, & ad euidentiam. C. de hæred. act. latè Bec. conſilio 76. numero 8. ratio eſt, quia quod lex dat, homo non tollit, l. ſi atrogator. §. ſed an impuberi.
2 D. de adopt. non enim † poteſt teſtator venire cōtra ſtatuti diſpoſitionem, neque eius mentem alterare. l. quidam decedēs. D. de admin. tutor. Fabian. de Monte in tracta. de empt. & vendit. 3. quæſtio. principa. numero 52. quod quidem ſtatutum tūc demum vires obtinet, ſi loquatur per verbum lucretur. Caſtren. in dicta l. ſi cum dotem. Iaſ. conſilio 127. libro 1. vbi latè, Fulgoſ. conſilio 203. Bald. 107. colum. fin. libro 1. Dec. 386. colum. penul. verſiculo, venio ad ſecundum dubium. aut per verbum habeat, vel per verbum relinquere teneatur, vt videtur fuiſſe caſus, in quo conſuluit Alexan. conſilio 55. conſideratis. colum. 1. libr. 1. qui idem voluit in verbo petere poſſit. ſecus verò ſi ſtatutum vtatur verbo ſuccedat, vel pertineat, tunc enim ſtatutùm illam patitur reſtrictionem iuxt. Caſtren. vt ſuccedant vocati iure hæreditario, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, non tamen auferatur ex eo libera teſtandi facultas; ſecundum quam opinionem dicit Caſtren. ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, eiuſque conſilium reperitur in noua impreſſione libro 1. conſilio 82. in negotio. circa fin. atque ita conſuluit Dec. dicto conſilio 386. colum. fin. ad fin. & his omnibus in caſibus cenſuit Senatus, vt videre etiam licet apud D. Ozaſcum deciſ. 20. qui hanc pariter quæſtionem examinat; ideo ego ne rem actam agam, ad ipſius ſcripta lectorem remitto. quamuis, quòd in verbo ſuccedat etiam obſeruetur ſtatutum teneat Bec, dicto conſilio 76. nu. 17.

Dubitatum tamen fuit non ſolùm in cauſa de qua per D. Ozaſcum, ſed etiam aliàs. Nunquid
3 † hoc ſtatutum ſubſiſtere poſſet, & ſecundum illud eſſet in facti contingentia iudicandum. Dubitationem mouebat, quia per illud videtur auferri libera teſtandi facultas, quo caſu ſtatutum non valere communiter concludunt doctores in l. ex facto. vbi Caſtren. & Alexan. per illum text. D. de vulga. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbor. obligat. l. fin. C. de pact. Ang. conſilio 281. nume. 2. Alexan. conſilio 205. vltima colum. libro 2. item, quia teſtamenti factio iuris naturalis eſt, vt aliquorum proba ſententia fuit, quam ſequitur Didac. libro 3. reſolut. capit. 6. numero 7. & nouiſſimè defendit Anton. Guibert. quæſt. iur. capit. 6. at ſtatutum iura naturalia tollere non poteſt. Alberic. de ſtatut. libr. 1. quæſt. 129. nume. 6.

Contrarium

Contrarium tñ in terminis iſtius ſtatuti viſum fuit de iure verius, quia per hoc non impedit̃ libera teſtandi facultas, cùm alia bona vltra dotem habere poſſit mulier, de quibus teſtari poterit, vt reſpondet Cagnol. quem ad hoc refert Ozaſc. dicta deciſ. 20. numero 7. verſiculo non obſtant conſilia. faciunt, quæ ſcribit Iaſ. in dicta l. ex facto. numero 9. ideo tale ſtatutũ valere concluſum fuit die. 9. Iunij. 1554. licet dominus meus Ozaſcus tunc Præſes Aſtẽ. repugnaret multis rationib. motus: & quod contra huiuſmodi ſtatutum non valeat teſtamentum, iterum tenuit Senatus in cauſa Fazardi, & Motę. 16. Martij. 1567. & conſuluit Rolan. conſilio 62. numero 30. libro 1. ampliando, vt
4 non † ſolum impediatur per illud teſtandi facultas de illis bonis, ſed etiam quælibet inter viuos donatio, & diſpoſitio. iuxt. Alexan. dicto conſilio 55. & Dec. dicto conſilio 336. & ſimile ſtatutum fauore filiorum teſtamentum prohibens, & impediens firmauit Senatus in cauſa Foſſanen. de qua dicam infra deciſione 250.

5 Limitatur verò hoc ſtatutum, vt non † habeat locum in agnato forenſe, quia ille non poterit tali ſtatuto gaudere, vt dicemus infra ſuo loco, deciſione 306.

Vis publica an eo caſu dicatur facta, quando quis ſolus, & armatus aliũ vulnerat, & de pœna l. Iulię de vi publica.

DECISIO XXXV.

1 *Vis publica quando commiſſa dicatur.*
2 *Lex Iulia de vi publica quare introducta fuerit, & cur ſic dicta. nume. 3.*
4 *Lex Iulia, de vi publica an tunc locum habeat quando nullis coadunatis hominibus quis alium cum armis aggreditur, & nume. 6.*
5 *Text. in l. 3. §. eadem, D. ad l. Iul. de vi publ. ponderatur, & diſcutitur. num. 7.*

1 VIS publica † committitur regulariter, quando quis coadunatis hominibus violentiam alicui infert, toto titu. D. & C. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. & l. qui dolo malo §. hac lege. D. eo. quæ violentia non ex ſola hominum coadunatione publica dicitur, ſed ex eo præcipuè, quia cùm armis fit, vt per Natt. conſilio 665. libro 4. & conſilio 240. nume. 10.

2 Cuius † ſic conſtituti iuris rationem ſubtiliter aliqui perquire conati ſunt, cùm mirum videretur ſolam armorum præſentiam publicum nomen inducere, & inſultum huic legi viam aperire, cùm inſultus etiam in priuata vi accedat: quare Duaren. libro 1. diſputat. anniuerſar. capit. 11. ſenſit id ideo conſtitutum, quia arma in publico loco reponi erant ſolita, & priuatis hominibus armorum vſus erat interdictus, quaſi quod inferre hinc velit publicum ius ex hac armorum delatione turbari, & vim publico fieri; quam rationem probaſſe videtur Manut. in libr. de legib. Roman. pag. mihi. 208. in parua impreſſione, & Hotoman. in dictionar. in verbo vis alia publica. & hac fortè ratione multę reſpublicę ac etiam alij principes ſolent delationem enſium, & ſimilium offenſiuũ telorum vſum prohibere, quòd inconcuſsè in republica Genuen. ſeruatur, ſed hæc Duare. reſolutio licèt ſubtiliter propoſita non ſatisfacit, non ex eo, quòd Menoch. illam impugnando ſcribit de arbitrar. caſu 394. nume. 3. ſed quia videmus & eadem lege Iulia de vi publ. teneri, qui incendium cauſauit, qui ſtuprauit, qui rapuit, & ſimilibus vtentem violentijs, in quibus neque arma accedunt, neque armorum vſus neceſſarius eſt; item, quòd nouum vectigal exercens huius l. pœna plectitur l. fin. D. eod. vnde Robertus Aurelianen. lib. 3. ſentent. iur. capit. 22. & Menoch. dicto caſ. 394. ad alias recurrũt rationes, tandemque Menochio doctiſſimi Cuiacij ſolutio non diſplicet, quæ tamen omnes ſuis non carent obiectionibus, & difficultatibus: imò nobis magis dubiam quæſtionem relinquunt.
3 Itaque ego † vt breuibus expediam exiſtimabam non eo ſolo publicã dici vim, quòd arma accedant quarum delatione ius publicum offendatur, ſed publicam vim generalius dici quotieſcunque ius, & bonum publicum publicè ac à publicis hominibus principaliter offendũduntur, quod cum armis ſolet vt plurimum fieri. l. 1. & penu. in prin. D. eo. idque magis coactis hominibus armatis ſuccedit, aliàs l. Iulię de vi priuata locum eſſet. l. hac lege. D. ad l. Iul. de vi priua. l. ſi criminis, cum l. ſequen. C. eo. ideoque offenſio publicis ædificijs, facta vectigalis impoſitio noua, raptus, & ſtuprum (propter criminis odium) rei ad magiſtratus prodeuntis detentio, offenſio à magiſtratu vti à publica perſona facta inter publica facinora, & in edicto l. Iulię de vi publica referuntur l. 3. §. item tenetur. & §. prætereà. l. qui cętu. in prin. & §. qui vacantem. l. & cum. & l. Iulia. 1. & 2. l. qui dolo. & l. qui noua. D. eo. quod, & Cuiac. in ſuis ad hunc titulum tam in D. quam Cod. Paratitlis adnotauit. & ſequitur VVeſembechius in notis ad eundem titu. in prin. atque hoc idem Cicero in oratione de Aruſpicum reſponſis demonſtrat illis verbis. *Decreuit Senatus eos, qui id feciſſent lege de vi, quæ eſt in eos, qui vniuerſam rempub. oppugnaſſent, teneri.* Non enim ſolam armorum delationem l. Iulia de vi publica conſiderat. l. penul. §. qui telum. D. eodem. ſed cum arma, & in actu publico, & malo animo deferuntur, vt clarè elicitur ex Vlpiani verbis illis in l. qui dolo. D. eo.

Item, qui cum telo dolo malo in concione fuerit, aut vbi iudicium publicè exercebitur.

Et hæc diſtinctio inutilis non eſt ratione pœnarum, quæ diuerſimodè ab vna, & altera harum

legum

legum inferuntur. dicta l. qui dolo. in fin. & l. 1. in prin. D. ad l. Iul. de vi prima. Quamuis hodiè vtraque pœna arbitraria ſit, vt demonſtrat Menoch. & vtranque legem Impp. & rubr. & re ipſa in Codice coniunxerunt, & pęnam illam publicationis bonorum per l. Iuliam illatam correctam eſſe dicit Guid. Pap. deciſio. 437. num. 4. licet Natt. dicto conſilio 240. voluerit pœnam eſſe bonorum deportationem.

4 Dubium tamen oritur, nunquid † vis publica tunc dicatur facta, quando quis ſolus, & armatus alium vulnerat, vel inſultat nullis coactis hominibus, quo caſu ampliare legem illam vis publicę aliqui voluerunt, ita vt talis vulnerans pœna huius. l. mulctaretur. Sed hæc ampliatio viſa mihi ſemper fuit dubitabilis, & nimis rigoroſa, & dum interuenirem collationibus cauſarum Senatus Sabaudiæ in hac patria Pedemontana tunc Vercellis reſidenti. 1552. die 22. & 23. Decembris, per illos duos dies diſputata fuit hæc quæſtio, exiſtente tunc Præſide ſuperilluſtr. & doctiſſimo D. Nicolao Balbo, & maior pars dominorum inclinabat in mitiorem partem, quòd hoc caſu non diceretur vis publica, & ita iudicatum fuit, licèt non multis antea diebus in ſacris audientiis re non ita plenè diſcuſſa contrarium ſtatutum fuiſſet. Ego igitur quo magis quæſtionem hanc dubitabilem iudico, ac quotidianam, eò magis pro veritatis indagatione in eius examinatione perſiſtere decreui arguendo ad partes, & authoritatibus vtranque opinionem comprobabo. Quòd igitur vis publica tunc dicatur commiſſa, quādo quis ſolus cum armis alium vulnerat tenuit ex profeſſo, Thom. Grammatic. conſil. crimi. 43. per totum. vbi ita iudicatum teſtatur, & communi vſu iudiciorum hodiè ſeruari dicit, vt committens inſultum cum armis teneatur l. Iulia de vi publica. Pro qua opinione allegat Maria. de Caram. in apparatu conſtitut. regni ſi quis aliquem. qui dicit ita communiter teneri, & Nicola. de Petra. & Petr. de Monfor. ac quoſdam alios Neapolitanos, præſertim Andr. de Iſern. quem ita tenentem vidi in conſtit. de Illicita portat. armor. libro 1. conſtitut. titu. 10. in 1. gloſſ. verſicu. ſed ſi damnum. & verſicul. multò quoque magis. & communiter ita etiam teneri ſcribit apoſtillator ad Luc. de Penna per eum relatus in fin. dicti conſilij, qui tamen relinquit cogitandum. eandem opinionem tenet Math. de Afflict. in dicta conſtitut. ſi quis aliquem. glo. fin. colum. penul. referens illam gloſſ. per ipſum allegatam communiter approbari, & Carer. in ſua praxi. §. circa. numero 343. idem Grammat. conſi. 55. numero 2. & 3. inter criminal. ſequitur, & communem dicit Iul. Clar. in pract. crimina. §. fina. quæſtio. 83. verſic. vim publicam. poſt eundem Grammat. ſuper conſtitu. regni. Sunt & alij authores, qui pro hac parte citantur, & citari poſſunt, qui tamen non clarè exprimunt, ſed ſimpliciter dicunt, quòd pro inſultu cum armis, aut etiam pro vulnere competit lex Iulia de vi publica. ita Alberic. in l. ſi criminis. C. eodem. Azo in ſumma eiuſdem titu. in princip. Gomez. libro 3. variar. reſolut. capit. 4. in princip. vbi volunt legem illam Iuliam locum habere aduerſus eum, qui arma in publico portauerit, ergo multo magis ſi aliquem vulnerauerit.

Pro hac autē opinione adfert in primis Grammatic. text. † in l. 3. §. eadem. de vi public. ibi, 5

Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit.

Arguendo à maiori: nam ſi hoc verum eſt, quòd ſtans in publico cum telo punitur hac l. ergo à maiori ſi quis inſultet, aut vulneret cum telo, & cùm hic text. loquatur in ſingulari, non eſt vlterius quærendum. ego vlterius pondero hunc tex. in illa dictione *cum telo*, quæ ſub ſingulari ſermone non fuit fortaſſe perperam prolata, vt demonſtret Iuriſconſul. non ex pluralitate armorum, & telorum vim publicam induci, ſed etiā vnico telo. In quem ſenſum ponderari etiam poſſunt aliæ leges huius titul. de vi public. quæ pœnam pro delicto à ſolo homine commiſſo inferunt etiam ſine armis, vt dicta l. 3. §. præterea. & §. ſed & qui incendio, cum gladio aut telo. l. qui cętu. §. qui vacantem. cum ll. ſequen. vſque ad §. *hac l. qui dolo*. D. eodem. faciunt etiam, quæ ſcribit Menoch. dicto caſu 394. num. 4. & plurib. ſeq.

Secundo adducitur per eundem Grammatic. text. in l. 1. D. eodem titulo. vbi is, qui in domo, vel foris tenet arma ad alium finem quam tuendi, nauigandi, vel venandi cauſa, tenetur illa lege, cùm illius legis præcipuum edictum ſit, ne quis arma domi habeat, vel foris: quod quidem edictum non ad plura armorum genera, & plures homines, ſed ad vnicum telum, & ſingulos homines referri poteſt.

Tertiò ego pro hac parte dicebam eſſe text. in l. nec intereſt. §. fina. D. ad legem Iuliam. de vi priua. vbi tenetur quis de vi priuata, non ſolum ſi ad facinus conuocati homines ſint, ſed etiam ſi nulli fuerint conuocati, imò etiam ſi nulli vulnerati, vel pulſati, vt etiam Calliſtratus ex oratione Diui Marci oſtendit in l. penult. D. eodem. ibi,

Tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur?

Quæ verba de vi publica accipienda ſunt, quia vulnera fiunt cum armis. Neq; ſolam hominum conuocationem priorem l. Iuliæ partem conſideraſſe videmus, vt in primo argumento diximus, ſed armorum delationem etiam à ſolo factam, vt pariter innuit Iuſtinianus in §. item lex Iulia. Inſtitu. de public. iudic. nam ſi ſine armis per vim factum aliquid fuerit, vel ſine magiſtratus authoritate, vis priuata ſuccedit, vt nouiſſimè oſtendiſſe videtur Anton. Auguſtin. in nouiter edito elegantiſſimo de legib. libello ſub illa l. de vi publi. & priua. & ex illarum legum capitibus apertè elici poteſt, & Iuſtinianus in dicto. §. item lex Iulia. vim cum armis factam punit nulla diſtinctione adhibita an vocato cętu, vel non, ergo nec nos diſtinguere debemus.

Quartò, & vltimo adducitur pro hac parte ineuitabilis tex. quem citat quidem Grammatic. ſed

non

non põderat in l. 3. §. ſed & ſi vnus. D. vi bonorum raptor. vbi edictum illud ſic Vlpianus in verbis illis *hominibus coactis*, interpretatur, vt etiam qui ſolus vim fecerit, nihilominus edicti verbis comprehenſus cenſeatur: vnde quamuis ſupra citatis legibus reſponderi poſſet ea procedere, quando coactis hominibus vis facta eſt, hanc tamen ſolutionem lex hęc non admittit: imò videmus in titu. l. Iulię de vi publ. caſum illum de hominum conuocatione ſeparatè poſitum fuiſſe.

6 Contra hanc ampliationem, & quòd † tunc non dicatur vis publica ſed priuata, tenuit expreſſè Barto. in l. ſi criminis. C. eod. vbi Salicet. Boniſac. in titu. de vi pub colum. 2. verſiculo item. & ille tenetur, qui conuocatis. &c. Pro qua opinione allegatur in primis text. in dicta l. ſi criminis. quem ad hoc ponderat Barto. & quamuis Barto. ibi teneat non eſſe vim priuatam ſi homines conuocentur, tamen veritas eſt in contrarium, quia vis priuata etiam tunc dicitur cùm homines coadunantur, vt eſt text. clarus in l. hac lege. D. ad l. Iuliam. de vi priua.

Secundo adduci poteſt l. 3. in princi & §. fin. & l. qui cętu. D. eo. ad l. Iul. de vi publ. vbi nunc demum tenetur quis pœna illius legis, ſi cętum aut turbam eamque cum armis conuocauerit. ergo, vt vis publica dicatur, requiritur hominum armatorum conuocatio, aliàs erit locus ſecundo capiti illius legis, nempe de vi priuata. ideoque in l. pen. ad l. Iul. de vi publ. in princi. delictum factum in turba, & cum telo puniri illa l. Iuriſconſul. ſcribit.

Tertiò facere pro hac parte videtur, quod clarè ſcribitur in l. qui dolo. §. hac lege. D. eo.

Hac lege tenetur, & qui conuocatis hominibus vim fecerit, &c.

& quamuis illa copula, *&*, ibi poſita caſum ſeparatum conſtituere videatur, tamen quia vis non ſolet fieri niſi conuocatis hominibus, magis dicendum eſt illa verba ad omnia legis Iulię capita referenda eſſe, & hoc modo reſpondebitur ad omnia argumenta pro contraria parte adducta, vt intelligantur procedere ſi à feriente conuocati homines armati fuerint; Præterea reſponderi ad con-

7 traria iura poterit, præſertim † ad l. 3. §. eadem. D. eo. illa procedere quando inſultus fit in via publica, vt apparet ex verbis text. ibi, *in publico*; quod quidem non abſque ratione ſtatuitur, cum aliàs ſcriptum ſit in l. 1. § 1. de his, qui deiecer. vel effuder. publicè intereſſe ſine metu, & periculo itinera commeari iuncta gl. ibi in verbo ſecuritatem. Et per hunc text. ita declaratum ſuſtineri poteſt ſententia lata in ſacris audientiis, qua iudicatum fuit per duos excellentes iuriſtas, eum teneri de vi publica, qui in publico itinere ſolus alium inſultaſſet ac vulneraſſet, & certè attentis verbis vix negari hoc poſſit, quin talis armata violentia facta in loco publico dicatur vis publica. Cæterum ſi in priuato loco, ſeu etiam itinere per quod vulgo iter fieri non ſolet nec in via Regia diuerſum ſentirem, ſi non conuocatis hominibus fiat, nec idem hoc caſu putarem, quod eſt in edicto de his qui deiecer. vel effuder. §. parui. cum ſin pœnalibus extenſio fieri non ſoleat: quamuis contrarium ſenſerit Boniſa. in titu. de inſul. numero 21. vbi vult, quòd ſi ſtatutum punit delinquentem in via publica puniatur etiam is, qui in loco priuato deliquit vbi iter fieri ſolet. facit ad hæc, quòd ſcribitur in l. qui dolo. in fin. princip. D. eodem. Ex quibus poſteriorem hanc opinionem vt ſupra dixi tanquam mitiorem ſequutus fuit Senatus pro qua facit alluſio vocabuli à qua, etiam licet argumęte. l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petat. dicitur enim publicum quaſi populicum: & bona publica, quę ad populum pertinent. l. bona. ff. de verborum ſignificatio. ideo vt vis ſit publica requiritur, quòd ſit populica, & cum aſſiſtentia multorum non autem vnius tantum, & hæc opinio eò magis locum ſibi vindicabit, quia hodie non ita telorum portatio prohibita fuit, imò ad ſolos ſeruos Imperatores Leo, & Anthemius prohibitionem reſtrinxerunt. l. fina. C. eodem. iuncto etiam, quod hæc pœna hodiè iudici arbitraria relinquitur, vt ſupra ſcripſimus, & etiam accuſatori arbitrium relinquitur. l. ſi Præſes. 32. D. de pœn. & iuxta varios caſus arbitratur, Crauc. conſi. 18. numero 17. Cæterum de rigore iuris altera opinio ſuſtentabilior videri poteſt: Hæc tamen diſputatio licèt dubitabilis ſit, tamen in practica redditur ſuperflua, nam licèt publica vis diuerſimodè puniatur quandoque mortis. l. penul. ff. de vi publi. quando deportationis. l. qui dolo. in fin. ff. eodem. vt per Pariſ. conſilio 120. regulariter. numero 9. libro 4. Berter. de ſeditio. §. 7. numero 29. tamen hodiè videtur remitti iudicis arbitrio vt ſupra dixi, qui ſecundum rei circunſtantias grauius, vel minus puniet modo ad vim publicam modo ad priuatã, pœnam declinando iuxta caſus acerbitatem, aut leuitatem. Crauc. conſi. 224. nu. 2.

Ceſſioni bonorum an ſit locus ſtante renunciatione etiam cum iuramento facta Et quid in milite.

DECISIO XXXVI.

1 *Ceſſio bonorum regulariter admittitur.*
2 *Ceſſio bonorum fieri poteſt non obſtante renunciatione, & quid ſi iuramentum acceſſerit. nu. 4.*
3 *Pactum, quod debitor carceratus non poſſit bonis cedere, improbatur.*
5 *Miles quomodo à ceſſione bonorum, quæ ſalua honeſtate concedi ſolet, excludatur.*
6 *Ceſſio an admittatur ad pœnam ex delicto inditam.*

1 CEDERE † bonis quis poteſt ad euitandos carceres, & vt à debito liberetur, totó titulo D. & C. qui bon. cedere. poſſ. §. 1. inſtitut. de act. & vtrobique doctores, & alijs in locis infra allegandis. Dubium tamen non leue inter iuris interpretes eſt, an huic ceſſioni

2 ceſſioni bonorum † locus ſit, quando illius benefi-
cio expreſsè per debitorem fuit renunciatum: Et
quidam voluerunt non obſtante tali renunciatio-
ne debitorem hoc miſerabili beneficio iuuari poſ
ſe, ita Bart. in l. alia. §. eleganter. numero 14. & 15.
D. ſoluto matrimo. per glo in auth. Imo. C. de act.
& obligatio. poſt Ricardum Malumbr. Imol. in di-
cto. §. eleganter. Ange. in repetio. l. nemo carcerem.
colum. 4. C. de exact. tributor. lib. 10. Alberic. in ru-
brica C. qui bon. cede. poſſ. numero 11. 12. & 13.
Iacob. de Belu. in §. quod autem authen. de fide-
iuſſorib. Paul. de Leazar. in diſputat. incipiente pri-
mò quæritur. in 3. dubio. Anton. in capit. Odoar-
dus. de ſolut. Imol. & Cardinal. in capit. lator. de
pignorib. Dyn. quem refert Alberic. in dicta rubr.
numero 11. & 12. Ioann. Faber. in §. fin. Inſt. de act.
& hanc opinionem communem dicit Cuman. in
dicto §. eleganter. Ang. in §. fin. Inſt. de act. colum.
fin. Caſtren. in dicto. §. eleganter. per illum text.
Barto. conſilio 116. Captus numero 2. libro 2.
Specula. in titu. de renunc. & concluſ. numero 29.
libro 2. licèt Abb. in loco infra citando illum pro
ſe alleget. Iaffred. Balb. Cherienſ. ſuarum deciſio.
ſeu concluſ. centur. 1. deciſio. 4. & magis com-
munem dicit Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. caſu
183. numero 18. poſt Didac. quem videas latè de
hac ceſſione deſſerentem libro 2. variar. reſolutio.
capitu. 1. numero 7. Neuizan. qui plures cumulat
conſilio 59. numero 6. Franciſ. Bec. conſilio 10. nu-
mero. 6. illamque cum diſtinctione tamen ſequi-
tur Math. Brun. Ariminen. in tracta. de ceſſ. bonor.
quæſt. 21. principali. numero 13. Ioſeph. Ludouic.
deciſio. 64. numero 13. par. 2. Rota in antiqu. deci-
ſio. 566. colum. 2. vbi dicit eſſe communem, & ma
gis communem Alciat. in capitu. cum contingat.
numero 72. de iureiur. eandemque opinionem re-
ceptiorem, & humanę ſocietati congruentiorem
dicit illam ſequendo Gaſpar. Beat. in ſuo tracta. de
inope deb. crediro. addicen. numero 41. capit. 1. ra-
3 tio eſt, † quia non tenet pactum, quòd debitor
carceratus non poſſit bonis cedere tanquam con-
tra bonos mores, & ipſius hominis vitam præſti-
tum, vt communiter teneri præ cęteris teſtatur
Donat. Fuia. libr. 1. regula in verbo ceſſio per nota
à doctoribus in l. obligatione. D. de pignoribus.
Socin. regu. 342. aliàs 279. pactum, quòd debitor.
hocque pactum videtur contra expreſſam legum
ſanctionem in dicta l. nemo carcerem. C. de exa-
ctio. trib. quamuis dici poſſit legē illā loqui de car-
cere, quod datur ad pœnam, non autem de eo,
quod debitori datur pro retentione perſonæ, do-
nec ſolutum ſit debitum, quia hoc conceditur. l. 1.
C. qui bon. cede. poſſ. ideo contrarium, & fortè me
lioribus munitus rationibus defendit nouiſſimè
Math. Coler. Saxon. in tracta. de proceſſibus exe-
qutiu. par. 3. capit. 6. numero 40 & ſequen. vbi latè,
ſed quo ad renunciationem à ſupra relata opinio-
ne quam communem fatetur non recedit. nu-
mero 86.

Contrariam ſententiam, quòd ſtante renuncia-
tione ceſſioni non ſit locus, tenet ex antiquis Petr.
quem refert Alber. in l. ob ęs. numero 3. C. de obli-
gat. & act. Iacob. de Aren. Ang. & Roman. in dicto
§. eleganter. Federic. de Sen. conſilio 60. Imol. in
capit. cum contingat. in 1. & 10. membro principa
li. Alexan. qui dicit veriorem in dicto. §. eleganter.
numero 11. vbi reſpondet ad contraria. Rot. dicta
deciſio. 567. colum. fina. vbi tamen tot modis hæc
opinio declaratur, vt remiſſa videatur iudicis arbi-
trio. Abb. conſilio 42. in prin. libro 2. qui dicit ita
multos tenuiſſe. Felin. in capit. ex reſcripto. nume.
9. de iureiur. & in capit. ſi diligenti. colum. 2. de for.
competen. Rip. in l. obligatione nume. 30. D. de pi-
gnorib. vbi latè examinat. Catellan. Cotta inter
memoral. litera S. verbo ſolui. & in hac opinione
videtur reſidere Neuizan. dicto conſilio 59. nume.
6. in fin. dicens ita ſępius vidiſſe iudicatum, licèt di
ci poſſet Neuizan. loqui, quando adeſt iuramen-
tum vnà cum renunciatione, prout loquitur no-
uiſſimè Iacob. Micheli in patrocin. 42. nume. 3. &
pro hac opinione facit illa doctorū opinio, quòd
obligatio facta à debitore ad carceres ſubſiſtat,
quam doctè comprobat Andr. Gail. practicar. ob-
ſerua. lib. 2. obſeruat. 45. & Zaſ. ſingular. reſponſor.
libr. 2. capitu. 8. licèt contrarium teneat Guid. Pap.
quæſt. 61. in prin.

Alij verò è doctoribus videntes dubiam huius
articuli reſolutionem ad diſtinctiones recurrere
cęperunt, quòd aut hoc pactum, & renunciatio fa
cta fuit incontinenti in inſtrumento mutui, & tūc
ſubſiſtat: aut ex interuallo, & non teneat: ita cum
hac diſtinctione videntur tranſire Dyn. & Iacob. de
Arena ſupra relati. Ioann. Andr. ad Specul. dicto
titu. de renuncia. nume. 29. etſi Brun. dicta quæſt.
21. nume. 2. in fin. referat Dynum dicentem con-
trarium.

Quidam diſtinguunt duo capita huius bene-
ficij. Primum, quod non poſſit debitor incarce-
rari, & in hoc renunciatio non valeat. Secundum,
quòd teneatur poſt pinguiorem fortunam in plus
quàm facere poſſit, & valeat hoc pactum. ita
Bald. in dicta l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Cuman. in
dicto. §. eleganter. Angel. dicto. §. fina. inſtitu. de
actio. Guido Pap. deciſ. ſeu quæſtio. 211. numero 1.
Rota dicta deciſio. 567. in antiqu. Brun dicta quę-
ſtione 21. numero 13. Gaſpar Beat. dicto tractatu
de inope debito. numero 45. & hæc poſterior di-
ſtinctio mihi non videtur contemnenda. Quam-
uis priorem ſententiam nulla diſtinctione facta
ſequutus fuerit Excellentiſs. Senatus. 1560. 1. Iu-
nij. qui magis æquitatem quàm rigorem ſemper
ſeq fuit ſolitus, & cū hac pariter opinione Came-
ram Imperialem tranſire refert Andr. Gall. vir do-
ctiſſimus in libro de pace publica 2. capit. 2. nu-
mero 23.

4 Maius † verò dubium oritur, quando renuncia-
tio fit cum iuramento, quia tunc videretur ob
animæ periculum debitorem ad ceſſionem non
eſſe admittendum, vt tenuit Federic. dicto conſil.
60. Rota deciſio. 2. titulo de iureiurar. in antiquis.
aliàs deciſio 566. in nouioribus impreſſis eſt de-
ciſio. 31. ſub titulo de ſenten. & re iudic. Alexan. in
additio. ad Bartol. in dicto. §. eleganter. Abb. dicto
conſilio 42. libro 2. addit ad Abba. in dicto capit.

cum contingat. numero 32. Henrich. Boich. in capit. Odoardus.colum.2.de ſolut.Neuizan.dicto conſilio 59. & videtur ſatis rationi conſentanea hæc opinio: ſed quia eſt contra bonos mores, quo caſu non eſt iuramentum obligatorium, ideo ab illa aliqui,& fortè magis communiter receſſerunt, Rota dicta deciſio. 566.capella Tholoſ deciſio.61. & alij quos citat Neuizan.dicto conſilio 59.nume. 6. Ludoui.dicta deciſio.64. numero 21, imo etiam non obtenta abſolutione iuramenti. Guid. Pap. dicta quæſtio. 211.quod dicit ibi mirabile appoſtillator, & ſequitur Bero. quæſtio.133. faciunt, quæ ſcribit Ludouic.dicta deciſio.64.numero 20. Egoque ab hac opinione vti benigniore non recederem per ea, quę doctè ſcribit Gaſpat.Beat. dicto tractatu de inope debit. numero 42. ad quem lectorem remittimus, nę longiores inſtituto noſtro ſimus: ſed hoc caſu eo modo procedere hanc opinionem intelligerem, vt ad ceſſionis quidem beneficium admittatur debitor, ſed ignominioſam facere debeat: non enim æquitatis benignitas in damnum alterius ita extendenda eſt, vt ſaltem timore hoc debitoribus adhibito creditoribus ſatisfiat. Itaque cauti ſint Principes eiuſque conſiliarij, qui ceſſionis huiuſmodi literas concedunt, vt ita facilè debitorem ad ceſſionem illam ſalua honeſtate (prout quotidie fieri video) non admittant; multæ etenim fraudes ſub hoc honeſtatis colore committuntur: videmus enim multos poſt hanc ceſſionem non ſine grauiſſima creditorum iactura non ſolùm ſecretò, ſed & apertè opulenter graſſari, ſatiſque erit debitoribus ſi liberati ſint ab antiqua illa legum 12. tabularum rigoroſa ſanctione, & corporis dilaceratione, de qua meminit glo.in l.fin.in fin. C.qui bon.ced.poſſ.non pateatque locus regulæ, qui non habet in ære luat in corpore.capit.finem litibus. de dolo, & contuma.ideo ex ſimplici Principis reſcripto hanc ceſſionem admittente ignominioſę ceſſioni non cenſeri derogatum innuit Bald. conſilio 437. volum, 4. quamuis ex eiuſdem Bald. doctrina conſilio 301. volum. 5.contrarium defendat Brun. de ceſſ. bon.6. quæſt.principa. numero 7. vbi in fine ponit cautellam pro creditore, vt ante ceſſionẽ petat debitorem condemnari ſibi ad ſeruiendum, de qua tamen dubito propter l.ob æs.C.de act.& obligat, & huiuſmodi ceſſio ignominioſa infamiam irrogat, quod antea ex alia leui tollebatur, vt pulchrè oſtendit Anton. Contius libr. 2. diſputat. ſubceſſiuar.cap.18.

5 Suprafcriptam † verò opinionem, quod ad milites attinet quidam limitant, vt non habeat locũ, quando priuilegijs militatibus eſſet renunciatum, quæ diſponunt, nę quis cedat ignominioſè, quia hoc caſu videntur ceſſare rationes impedientes omnimodam ceſſionum renunciationem, cùm faciat id, quod lex municipalis ſuadet, & mandat, ſed contrarium in facti contingentia iudicauit

6 Senatus noſter in cauſa Ralati, & Breſani, quia miles hoc caſu videtur renuntiare priuilegio, & defenſioni proprij honoris, quod æquiparatur vitę. l.iſti quidem. D.quod met. cau. vnde ſicut non eſt dominus membrorum ſuorum, ita nec honoris: item, quia hæc priuilegia concernunt militiam & illius dignitatem, cui ipſe non poteſt ſuo pacto præiudicium inferre, bene tamen ad aliam minus ignominioſam ceſſionem admittetur.

Ab hoc vero ceſſionis beneficio excludetur debitor ille, qui totam ſuam, creditorumque ſubſtantiam luxurioſè prodigioſèque viuendo conſumpſit, quia hoc caſu lata nimis fraudibus via pateret, & ita eleganter conſuluit Neuizan. dicto conſilio 59. & nouiſſimè P. Rebuffi conſilio 184. qui ita limitant ſuperiorem regulam. Alias limitationes vide apud Socin. dicta regu. 279. pactum. &c. Et regu. 65. cedens bonis. vbi Benedict. Vad. Rip. in dicta l. obligatione. numero 10. & 33. Afflict.deciſio. 278.& 279. Neuiza. dicto conſilio 59. nume.8.9. & 10. vbi notandas fallentias proponit, & plura Math. Brun. de ceſſ. bonor, 4. quæſt, principa.

6 An verò† propter pœnam ex delicto inflictam tam erga fiſcum quàm erga partem lęſam ceſſio admittatur, vide quæ dicam infra deciſio. 182.& de hac ceſſione, & illius in pluribus locis obſeruata formula vide Roderic. Xuat. in ll. fori, titu. *de los gouiernos.* nume. 1.& pluribus ſequen.

Sed quoniam de ignominioſa ceſſione ſupra meminimus, cuius formula non ita omnibus innoteſcit, cũ illius praxis refrigeſcat, ſubijcere hic & tranſcribere volui pulchrum Ducis Amedei decretum, quod manuſcriptum habeo, & cuius obſeruantiam creditores implorare deberẽt, cùm inter antiqua decretorum volumina Sabaudię impreſſum non reperiatur, & eſt tale.

DE CESSIONE BONORVM

AMEDEVS *Dux Sabaudiæ, &c. Dilectis conſilijs nobiſcum, & Camberiaci reſidentibus ſalutem, &c. Vniuerſis, & ſingulis iudicibus ac iura vbilibet ſub ditione noſtra reddentibus modernis, & poſteris rei geſtæ notitiam cum ſalute: Extat eis iuſtitiæ præſidium, & populo quem diuinæ diſpenſationis arbitrium, & ſceptri Imperialis culminis munificentia noſtro contulit dominio, querela iacturæ interpellat, vt noſtræ munificentiæ præſagium aſſurgat ad conterendam plerunque malorum debitorum contingentem corruptelam, qui in ſuis pollicitationibus reſidere non verentes, & aliàs iniuſtè corroſum, & ſuorum fraudem,*

dem, & calumniam creditorum ex abrupto repentiniſq́, & intentis motibus machinatas per procuratores bonorum ſuorum fraudoſas faciunt ceßiones, ad quæ illuſoria imò & diſpendioſa proculdubio proſilire formidabant, ſi priuſquam ad talia miſerabilia beneficia admitterentur, opprobrijs ignominioſiſq́ actibus ſe cernerent polluturos. Quà de re talium fraudibus, curioſitatibusq́ debitorum, & ſuorum huiuſmodi creditorum indemnitati obuiare peroptantes, & ne quod legiſlatoris ſolertia impugnare decreuit, talium verſutijs noſtris temporibus cedat in abuſum, peritorum veneranda deliberatione præuia, hoc noſtro peremptorio edicto, amodo in antea inconcuſsè obſeruando decernimus, & ordinamus, neminem ad finem faciendi ceſſionem bonorum, forè per procuratorem admittendum, verùm duntaxat propria in perſona vnuſquiſque cedere volens coram veſtris competentibus examinibus debeat perſonaliter comparere, & bona cum alijs iuris ſolennitatibus nequaquam in præmiſſis obmiſſurum, in ſui admißione hora cauſarum ſuper lapidem, quem propterea ante fores veſtrum cuiuſlibet auditorij iubemus affigendum erectus ſtare aliquo temporis interuallo, & demum vſque camiſeam ſuis exutus veſtibus, (tamen ſibi reſtituendis) palàm ſtare, & de poſterioribus ſuper ipſo lapide bina vice percutiendo alta voce clamare, Cedo Bonis, *vt ignominia actus huiuſmodi, quam plurium copioſa cauſat aßidua prodigalitas & calamitas, cæteri indecoris ſit in pudorem agere proponentibus, propoſitum duntaxat verti timeſcat. Deinceps tamen & ab huiuſmodi noſtri edicti nexibus excluſis valetudinarijs, & infirmitate notoriè detentis, adeo quòd veriſimiliter non valuerint ad hoc perſonaliter comparere, quos ad huiuſmodi ceßiones per procuratores idoneos iuridicè permittimus admittendos, vobis, & veſtrum ſingulis diſtrictè mandamus, quatenus huiuſmodi noſtrum edictum ſeruetis protinus illeſum: quod ſi ſecus fieret, (quod abſit) illud ex nunc irritum, & inane totaliter decernimus per præſentes. Datum Camberiaci. 15. Maij. MCCCCLXVII.*

Statutum excludens cognatos admittendo agnatos, an includat fœminas agnatas, ita vt proximiores ex eis remotiorem agnatum excludãt.

DECISIO XXXVII.

1 *Statuti verba cùm de perſonarum excluſione agitur ſunt ſtrictè interpretanda.*

2 *Maſculinum de iure communi fœmininum concipit.*

3 *Statutum fœminas excludens propter agnatos, intelligitur de his, qui ſunt in pari gradu.*

4 *Fœmina dicitur de agnatione, familia, caſata, & parentella.*

5 *Statutum excludens cognatos factum eſt ratione agnationis conſeruandæ.*

6 *Statuta agnationis conſeruationem reſpicientia ſunt fauorabilia, & extendenda.*

7 *Statutum reſpiciens agnationis fauorem fœminas excludit.*

8 *Agnata proximior per remotiorem agnatum excluditur, ſtante ſtatuto, quòd extantibus agnatis cognati non ſuccedant.*

STATVTVM extat in pluribus Italiæ locis in ſucceſſionis materia ſic diſponens, quod extantibus agnatis cognati non ſuccedãt: pro cuius explicatione dubitari contingit, an appellatione agnatorum comprehendantur agnatę fęminę, ita vt hoc caſu maſculinum fęmininum concipiat, & agnata fęmina remotiorem agnatum excludat, quod quidem magis concludendum videretur tum ex generali, & vulgata regula, quæ in hac materia traditur à do-
1 ctoribus, quòd † ſtatuti verba cùm de perſonarum excluſione agitur vti odioſa ſunt ſtrictè, vel ſaltem ad literam intelligenda, vt minus lędant ius commune. l. præcipimus. cum ibi nota. C. de appellar. Corn. latè conſilio 271. numero 7. & 8. libro quarto, & in terminis huius ſtatuti arguit Burſat. conſilio 208. nume. 9. & 10. libro 2. & ideo ſtatutum huiuſmodi vocans ſimpliciter agnatos, vocare videtur etiam agnatas fęminas, quæ tanquam per ſtatutum inuitatę remotioribus agnatis maſculis excluſis ſuccedere deberent, per doctr.

Deciſio XXXVII.

Barto.& Ange. in l.1.§.filium.de bon. poſſeſſ.contra tabul.de qua Corn. dicto conſilio 271.numero 14.libr.4.videtur etenim hoc ſtatuto non excluſa fœmina,ſed ſuſcitata illa antiqua agnationis,& cognationis differentia à Iuſtiniano inde ſublata, ob idque vocatis agnatis agnata admittitur ad excluſionem cognatorum ex linea materna venientium, & dicit Brun. de ſtatut. articu. 5. quæſt.13. numero 81.qđ verba illa *agnatis*, in ſtatuto poſita
2 vtrunque ſexum comprehendunt,† maſculinumque hoc caſu fœmininum concipere videtur. iux. iuris communis diſpoſitionem. §.cęterum.inſt.de leg.agnato.ſucceſſ.Abb. conſilio 36.nume. 1.lib.1. faciunt, quæ in ſimili ſcribit Brun. articu. 12. num.
3 188 & ſequen. quod † ſtatutum excluſiuum fœminarum propter agnatos, intelligitur duntaxat de his,qui ſunt in pari gradu,cui ſententię conueniūt, quæ ſcribunt Burſat. dicto conſ. 208.libr.2. Rolan. conſilio 15.numero 21. libr.1. P.Ioann.Ancharan. quæſtion.familiar.libr.2.quæſt. 65,nume.8. & libr, 3.quæſt.21.

Tum etiam, quia licèt mulier ſit finis agnatio-
4 nis,tamen ipſa† agnata eſt,cum ſit poſita in agnatorum gradu, & de familia dicitur l. voluntas.C. de fideicommiſſ.l.2.cir.princip.C.vnde legit.l pronunciatio.D.de verbor.ſignificat.dicto.§.cęterum, inſt.de legit.agnator.ſucceſſ.Purpurat. conſil.409. nume. 5. & ſub agnationis ac parentellę nomine continetur,iux.Alcia conſilio 69.nume. 3.ac de caſata nominatur. Pariſ.conſil.35.numero 4,libro 3. hincque fit, vt proximiorum appellatione veniat etiam fœmina, & ab illa deſcendentes, vt latè per Tiraquell. traditur de retractu.§. 1. quæſt.9.nume. 201.Pariſ conſilio 83.nume.13.lib 2.

Et ex his cum hac opinione in huius ſtatuti terminis reperio tranſire Bald, in conſilio 295.libro 1, Dec.conſilio 13.& 563. Ruin.89. numero 28.libro 2. vbi atteſtatur de communi poſt Ange.conſilio 201.Corn.271.num. 10.libr.4. 230. verſiculo,item circa. libro 3.& 82.num.8. lib.4. & ita refert Corn. dicto conſilio 271. fuiſſe conſultum per concilium Peruſinum,quod conſilium video eſſe illud Ange.210.ſupra relatum, & pro hac parte contra maſculum iudicatum dicit Alc.conſilio 6.vbi latè in fauorem ſororis contra agnatos conſuluit, licèt fateatur caſum ambiguum, & periculoſum Ancharan.conſilio 120.Alexan. conſilio 38. libro 6.& 17.libr.7 Bolognin.inter conſilia eiuſdem Alexan, conſilio 49. libro 4. Pariſ. conſilio 47. per totum, libro 3.

Quod adeo verum eſſe quidam ſibi finxerunt, vt etiamſi ſtatutum maſculos exprimeret,tamen adhuc agnatę fœminę proximiores admitterentur, ita conſuluit Ancharan.iun.dicta quæſt. 66 libr.2. & cum ſuperiori opinione reperio tranſire Minadoum in repetit. conſt. regni. in aliquibus. notab. 3 nume. 21. dicens ita fuiſſe iudicatum in caſu fideicommiſſi. citatur etiam pro hac parte aliud conſilium Bald.473.libr.5. vbi tamen video illum ſine concluſione ob quæſtionis difficultatem tranſire,imo ſi rectè ponderetur in 2. colum.in princ. videtur magis ſentire contrarium, dum fauorem agnationis conſiderat; denique hanc ſententiam apertè tanquam veriorem ſequitur Brun. dicto tract. de ſtatut.artic.6. quæſt.2.nume.75. & articu. 11.nume.188.& iuxt.eam vidi conſulere D.Auguſtinum Molignatum epiſcopum Britinorij virum doctiſſimum.

Verùm ſupradictis rationibus, & authoritatibus non obſtantibus contrariam ſententiam communiorem reperi,eamque veritati magis propinquam ſemper exiſtimaui. Pro cuius defenſione
5 præſuppono in primis,non aliam ob cauſam† ſtatutum huiuſmodi conditum fuiſſe quàm ratione familię cōſeruandę, & agnationis augmentandæ, per quā familiarum ſtemmata in ſplendore conſeruantur, & diuitiarum exuperantia illuſtrantur: neque alia adaptari poteſt commodè ratio, vt dicit Corn.dicto conſilio 271.nume.6. atque hoc negari non poſſe ſcribit Dec. conſilio 13. numero 7. verſiculo,non obſtat ſucceſſiuè.Brun. dicto art. 3. nume.12. ſed hæc ratio nullo modo poteſt cum fœminis adaptari;nam ipſe non conſeruant, ſed deſtruunt familias, & in ipſarum perſonis agnatio deficit:vnde facilè euenit, vt ſi ſtatuto fœmina admittatur vti agnata,bona in extraneam tranſeant familiam,& agnati, qui à primo ſtipite deſcendūt aliquando in maximum familię dedecus mendicare cogantur, vel turpem aliquam gentilitatiſque ſuæ minimè dignam,& congruam artē exerceant,vt innuit Dec.poſt Bald. in l.fœminę. nume. 95. D. de regu.iur. quod in fœmina bene maritata cadere nullo modo poteſt. Hoc ſic in iure præſuppoſito ſequuntur hæc iuris firmiſſima, & ſolida axiomata.

6 Primò, quòd † ſtatuta agnationis, & familiæ conſeruationem conſiderantia, & continentia, ſunt vtilia reipublicę, & propterea ac per conſequens ſunt fauorabilia ex magis communi ſententia,de qua Burſat.dicto conſilio 208.numero 1.Riminald.Sen.conſil. 336. nume.34.libro 2. Cęphal. conſilio 309. numero 24. libro 3. Curt. Sen.conſilio 9. colum.6. verſiculo, & pro eadem parte. H.Gabriell. conſilio 13.ob idque latam habere debent interpretationem, vt idem Burſat. ſcribit. Franciſc.Marc. deciſio.546. nume.2.& 23.Cęphal. conſilio 490. nume. 32. 37. libro 4. & conſilio 931. nume.9. eod. ita vt quidam in fauorem maſculorum taliter extendant,vt fœminę per ſtatutum excluſæ cenſeantur etiam excluſę a bonis extra territorium ſitis. Calderin. conſilio 34. rubrica de teſtamen.Minado.conſilio 12. nume.13. & 14.neque ex hac extenſione impropriabuntur hoc caſu verba ſtatuti. vt in ſimili dicit Bald.conſilio 290 inſerto inter conſilia Angeli,quem refert Brun. de ſtatut,art. 12. quæſt.9. nume. 129. pulchrè ac doctè Ioann Campeſ.de ſtatut.quæſt.4.num.30.

7 Secundo,quòd quæcunque † diſpoſitio, & ſtatutū fauorē agnationis,& domus reſpiciens, non comprehendit fœminas,in quibus finitur agnatio. Cran.conſil. 180.250.& 306.Anan. conſilio 4.verſiculo circa verò ſecundum dubium. Ruin. 146. numero 4. libr.2. Pariſ. conſilio 22. numero 41.& 43.libr. 3.Riminal. Sen.121. libr. 1.Imò ex propria

ſigni-

ſignificatione vocabuli maſculinum agnatis, non comprehendit fœmininum. Iaſ. in l. qui filiabus. numero 18.& 21. de legat. 1.& quando agitur de conſeruanda agnatione, mares fœminis ſunt præferendi. Corn. conſilio 26. numero 4. libro 4. vbi agit de dubia mente teſtatoris interpretanda. Craue. & alij ſupra ac infra citati Alben. conſilio 54. num. 7. vnde in ſimili diſpoſitione teſtamentaria, cum eſſet inſtitutus quidam proximior de domo teſtatoris, fuit per Senatum admiſſus ad ſucceſſionem agnatus remota agnata proximore in cã de Binolatus Sauiglianen. de qua per D. Ozaſcum deciſ. 127.& iterum me Præſide in quadam Nicien. 1583. 7. Iunij.& de hac dictione proximioris an per eam fœmina à ſucceſſione excludatur, an vero ipſa excludat ſubſtitutum, dicam infra ſuo loco: quoniam hodie iſte caſus contingit in quadam cauſa ardua de Cuneo.

Tertia eſt concluſio, quòd ſtatutum excludens cognatos extante agnato, non tantum tendit ad excludendum cognatos, quàm ad includendum agnatos, qui dictos cognatos excludant vigore ſtatuti, agnatum etiam excludendo, vt dicit Barto. in l. 2. §. videndum. D. ad Senatuſconſul. Tertullian. cuius dictum etiam in ſimilibus terminis refert Corne. dicto conſilio 271. numero 4. cuius argumenta vſque ad nume. 7. hic ſeruiunt, & conſilio 276. numero 3. Brun. de ſtatut. articu. 6. nume. 101. qui numero 106. Barto. dictum communiter probari ſcribit.

Quibus ſtantibus concluſionis firma reſolutio
8 ad quæſtionem propoſitam tradi poteſt, † agnatam nempe etiam proximiorem, per remotiorem agnatum excludi. Quam concluſionem apertè firmat in terminis Anan. d. conſi. 4. vbi ponit rationẽ Bolognin. in additionibus ibi per eum factis. Crau. dicto conſilio 180. 250. & 306. Ruin. dicto conſi. 146. numero 4. libro 2. Pariſ. 22. numero 41. & 43. libro 3. Riminald. dicto conſilio 121. libro 1. Bald. dicto conſilio 473. colum. 2. libro 5. Corne. varius, & inconſtans conſi. 335. colum. 3. libro 1. & conſilio 13. colum. 3. 224. colum. 2. & 3. libro 2. 26. & 41. libro 4. Curt. Iunior. conſilio 154. & 172. Socin. 227. colum. 9. verſicul. ſexto, & vltimo. libro 2. Caſtren. conſilio 190. Nouiter. libr. 2. & 47. volu. 1. Socin. Iun. conſilio 9. numero 5. 186. numero 15. libro 2. Alexand. 188. colum. 2. in fin. libro 6. Dec. expreſsè in dicta. l. fœminæ. numero 95. de regul. iur. & in rubrica C. vnde legit. Gabriell. commun. opinio. libro 6. de verborum ſignificatio. concluſ. 6. numero 60. Rube. conſillo 47. Faciunt, quæ ſcribit Purpurat. dicto conſilio 409. numero 8. & 9. Atque hoc eſt ius ſingulare, quod publicam vtilitatem reſpicit, iuxta Pauli diffinitionem in l. ius ſingulare. D. de legib. Iuxta quod in pluribus iuris noſtri articulis deteriorem conditionem fœminarum quàm maſculorum eſſe aliquando ſcriptum fuit l. in multis. D. de ſtatu hominum. Quod quidem iuri communi ex media iuriſprudentia conforme erat dicto. §. cæterum. verſiculo, media autem iuriſprudentia.& per hoc ſtatutum ſuſcitatam legum duodecim tabularum diſpoſitionem dicit Bald. dicto conſilio 473. colum. 2. Lege enim veteri cautum erat, vt agnatus proximus familiam haberet: imo & Moſaica lege, ſtante maſculo, fœmina non admittebatur, vt legitur Numeri. cap. 27. quod etiam nunc Hebræi obſeruant. Marquard. de Iudæis, par 2. capit. 1. numero 5. ex quo capite colligimus malè a Iuſtiniano damnatam legum veterum diſpoſitionem fœminas excludentium, & peſſimè a quibuſdam ſtatutorum diſpoſitionem ad familiarum conſeruationem vocantem ſolos maſculos accuſari, cùm iſta excluſio ſit à ſummo Deo legum opifice maximo in ſuis legibus ciuilibus conſtituta.

Neque obſtat agnationem etiam per fœminam ſaltem ipſa viuente conſeruari, cùm & ipſa agnata ſit: quia licèt illa ſit agnata, eſt tamen principium cognationis, ideo de illa iudicatur ac de cognatione, & in cognatorum ordine referri debet, & ſicut à fratre ſororis maritus cognatus appellatur, etiam ipſa cognata dicitur, vt tradit notabiliter poſt Caſt. Curt. Iun. conſilio 172. numero 5. & 153. numero 13. per illius enim perſonam bona in alienam tranſeunt familiam. Pariſ. conſilio 63. numer. 26. lib. 2. & vxorata fœmina ius agnationis ipſo iure amittit, ſicut & ius ciuitatis, cùm efficiatur de loco vnde vir eſt, vt dicam infra deci. 123. nu. 9. & 12.

9 Ex quibus infertur ad † ſtatutum excludens lineam maternam, & vocans agnatos, quod fœminam agnatam excludat. Anan. dicto conſilio 4. Brun. dicto articu. 6. quæſtione 9. numero 133. & articu. 5. quæſtione 13. numero 71. & ſequen. Purpurat. dicto conſilio 409. numero 6. libro 2. & ita intelligit Cephal. dicto conſilio 409. numero 36. malèque in contrarium conſuluiſſe Corne. dicto conſilio 276. libro 4. Dec. 563. in fin. & conſilio 13. vbi conſuluit pro maſculis ex fœmina agnata, & quidam hoc caſu volunt ſtatutum valere ad excluſionem agnatæ, ſi mater extat in medio: nam ſi concurrant mater & agnatæ, agnatas à matre excludi volunt Anan. & alij pro poſteriori opinione citati, & ita videtur ſentire Brun. dicto articulo 6. numero 105. Propterea hoc ſtatutum interpretatur Corn. dicto conſilio 276. numero 3. vt procedat, quando illi, quorum cauſa cognati excluduntur, & quos ſtatutum inuitat ad ſucceſſionem, ſuccedunt, ſecus ſi non ſuccedãt, quo fit vt agnata excludatur per proximiorem imò etiam remotiorem agnatum ſtante tali ſtatuto, prout cenſuit Senatus. 1560. Menſe Martij.

Infertur vlterius, veram non eſſe ſententiam Iunioris Ancharani in dicta quæſtione 66. & dicta quæſtione 21. & aliorum exiſtimantium, quod quamuis ſtatutum loquatur de maſculis in ſpecie, tamen agnatæ fœminæ proximiores admittantur, de quibus miror cùm nullibi probetur hæc ſententia: neque enim tantum condonandum eſt æquitati, quæ hoc ſuadere videretur, à Iuſtiniano conſiderata in l. maximum vitium. C. de liber. præteri. vt agnati de familia contra claram ſtatuti mẽtem, reipublicæ vtilitatem, familiæ conſeruationem, & rationem ipſam excludantur. Ideo contrarium

noſtri

noſtri magis communiter reſcripſerunt, cum quibus concurrit poſt Socin. per ipſum allegatum Pariſ.conſilio 22. nume.41.libr.3. & quando maſculi vocãtur, hoc eſſe indubitatum dicit Cęphal. dicto conſilio 490. in fin.licèt contrarium teneat, ſed malè ſi ſimpliciter fęminę excludantur, vt tũc proximiores agnatę remotiores agnatas excludãt in conſ.343.num.10.libr.3.

Conſtitutum collatum in tempus mortis, vel poſt mortem conſtituentis an valeat,& operetur:& quid addita illa clauſula ex nunc prout ex tunc, vel contra.

DECISIO XXXVIII.

1 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis nihil operatur, etiamſi à marito pro dote reſtituenda ſit factum.*

2 *Clauſula ex tunc prout ex nunc,vel ècontra in conſtituto poſita,quid operetur,& num.4.*

3 *Conſtitutum collatum in tempus mortis an valeat, & effectum poſt mortem conſtituentis habeat.*

5 *Conſtitutarius cadens per mortem conſtituentis conſtituto,qualiter ius ſuum recuperare poſſit.*

CONSTITVTVM, ſeu conſtituti clauſula transfert regulariter, & abſque alia ſolemnitate poſſeſſionem rei cõſtitutę à perſona conſtituentis in conſtitutarium ſtatim atque quis alterius nomine ſe poſſidere conſtituit. text.elegans vbi omnes notant in l. quod meo.in prin.D.de acquiren.poſſeſſ.& per eum,vera àcquiritur poſſeſſio,licèt modus acquirendi ſit fictus,vt per Dec.in l.contractus.numero 12. D.de reg.iur. Ozaſc. deciſio. 36. numero 2.Dubitatum tamen
3 fuit in Senatu noſtro,an talē† conſtitutum operaretur,ſi eſſet collatum poſt mortem in tali facti ſpecie.Maritus cõſtituit ſe ſoluturum dotem vxori,vel hæredibus eueniente tempore reſtitutionis, quo caſu conſtituit ex tunc prout ex nunc, & èconuerſo ſe poſſidere bona ſua nomine vxoris. mortuo marito cùm eſſet reſtituenda dos vxori ſuperſtiti, quæſitum eſt an eſſet in poſſeſſione bonorum obligatorum vigore dicti cõſtituti,& votatum fuit,quòd non,quia conſtitutum erat collatum in eum caſum vnde incipere non poterat, cùm fuerit collatum poſt mariti mortem, qui non poterat illo tempore eueniente caſu reſtitutionis poſſidere pro vxore: allegabantur doctores maximè Ang. in l.quamuis.§.1.vbi Alexan. nume. 7.& 8. & Claud.de Seyſell. D.de acquiren. poſſeſſ. idem Alexan.conſilio 82.& 83.libr.2.Dec. in dicta l.contractus.nume.12.Pariſ.conſilio 98. nume.21. libro 4. Iaſ. in l. quoties. C.de rei vindicat. Crot. in repetit. l. ſi is, qui pro emptore. numero 57.D.de vſucapionib. Gabriell. conſilio 141.nume.5. & 6. Natt. conſilio 189. nume.1. & communiter ita teneri ſcribit Siluan. conſil.97. numero 1. lib.2.conſtitutum enim morte conſtituentis extinguitur, Roman.Corn.Gozadin.Grat.Tiraquell.& alij per Menoch.copioſiſſimè citati in tract.recuper.poſſ. remed. 14.nume. 64. quamuis contrarium velit Neuizan.conſilio 82.numero 18. ſed ipſe loquitur vbi iam ante mortem conſtituentis quæſita eſſet poſſeſſio per cõſtitutum: & in his terminis contra communem tenuit Ferran. Gargiare.Bonon. patroc. 3. qui limitat ſupraſcriptam opinionem niſi conſtitutarius eſſet negligens in recuperando ſuã poſſeſſionem.

Dubium tamen maius oriebatur,ſtãte illa clau-
2 ſula in conſtituto appoſita † ex nunc prout ex tunc, an illius virtute conſtitutum ſuum operaretur effectum,prout illa ſtante tenuerunt Alexan. dicto conſilio 83. quod eſt repetitum conſilio 52. lib.6.Gui.Pap. quæſt. 268. Iaſ.conſilio 147. libro 2. colum.9.in prin.Neguſan.qui multas rationes Decium damnando adducit in tracta. de pignoribus. par. 2.3.memb. nume.4 & 5.Caballin. Milleloqu. 554.par.2.& per ea, quæ ſcribit contra Barto. Iaſ. in dicta l. ſi is, qui pro emptore.nume. 344. & ſequen. & quæ de virtute illius clauſulę ſcribit Purpurar.conſilio 557. nume.14. libr.2. & Tiraq.in tit. de retract.cõuent.§.2.gl.vni. nu.85.eoque magis ſi conſtitutum conceptum eſſet ſub cõditione, quæ purificatur poſt mortem; quia tunc retrotrahitur à tempore inhabili ad tempus habile, vt dicit Alexan.dicto conſilio 83.Crot. in dicta l. ſi is, qui pro emptore.num. 52.poſt Oldrad. conſilio 139: vel ſi
3 † conſtitutum in tempus mortis eſſet collatum, vt idem Crot. voluit exemplificando in caſu ſupra propoſito,dicens hoc eſſe pulchrum dictum; poſt Oldrad. dicto conſilio 139.Dec. in dicta l. cõtractus.numero 12.& in his terminis loquitur Gui. Pap.d.queſt.268. & Neuizan.conſi.82.nu.25.in fin.
4 Sed & hoc caſu † contrarium verius eſſe dictũ fuit per ea,quæ ſcribit Iaſ.in l. 1.C.de codicill.& latè in terminis huius clauſulę Dec. conſilio 247. cuius rationes probabiliores eſſe quàm illas Neguſantij dicit Alben. conſilio 103. in prin. & latius Syluan.dicto conſilio 97.nume.16. verſiculo præmiſſis tamen, & nume. 21. vbi reſpondet ad contrarias authoritates, & adducit elegantes rationes, ideo ad illum lectorem remittimus, idemque voluit inter feudalia Loffred. conſilio 9.nume.10. vbi reſpondet ad allegatum conſilium Alex. Caualcan.deciſio.42.nume.29.& 30.par.1. Natt. dicto conſilio 189.nume.1.quo fit, vt veriorem putem Barto.opinionem, quam impugnat Iaſ. in dicta l. ſi is,qui pro emptore. Neque obſtat, quòd in tẽpus mortis collatum videatur conſtitutum, quia conditio non niſi poſt mortem eueniat, quo caſu cùm non poſſideat conſtituens deficiente animo, conſequenter ceſſabit conſtituti effectus, vt tenet Gabriell.dicto conſilio 141.nume.6. & ita cenſuit Senatus Vercellis, in cauſa Vercellen. cuiuſdam nobilis viduę de Rancis.

Decla-

Declarantur autem ſupradicta iuxt. Menoch. dicto remed. 14. nume. 67. vt pereat quidem con-
5 ſtitutum, ſed tamen † poſſit conſtitutarius petere ſe mitti in poſſeſſionem virtute illius clauſulæ, & illam ab hærede recuperare poſt Claud. & alios per eum citatos. idemque dicere voluit Alexan. in d. §. 1. nume. 7. dicens, quòd operatur huiuſmodi conſtitutum quo ad dominium, quod remanet in hæreditate, Neuizan. dicto conſilio 82. numero 19. & ita pro conſtitutario conſuluit Gabriell. dicto conſilio 141. nume. 8. & 9. eoque modo intelligo procedere opinionem ſupra relatam Crotti, Decij, Alexan. & aliorum, vt non valeat quidem conſtitutum ita, vt conſtitutarius dicatur ſtatim poſt mortem conſtituentis poſſidere, ſed poſſit officium iudicis implorando petere poſſeſſionem ſibi dari, & non poterit illi ſtante maximè illa clauſula ex nunc prout ex tunc denegari talis miſſio. Aliàs non poſſet conſtitutarius rem propria authoritate occupare. Afflict. deciſ. 335. numero 5. cum multis alijs per Iumorem Ancharar. allegatis, libro 2. quæſtionum familiar. quæſt. 23. numero 4. qui loquitur in caſu conſtituti per maritum facti. vide etiam ad hoc Natt. conſilio. 453. numero 3.

Ferijs ſi fuerit renunciatum, an teſtibus noceat iſta renunciatio, ita vt poſſint compelli inuiti ad deponendum. Obiterque nonnulla de Ferijs.

DECISIO XXXIX.

1 *Ferijs ad vtilitatem hominum inductis renuntiari poteſt,*
2 *Teſtes an teneantur die feriata deponere ſtante renunciatione partium.*
3 *Teſtis an cogatur inuitus à loco ad alium pro depoſitione accedere.*
4 *Feriarum plura genera, & qualiter obſeruatę.*
5 *Feriarum mirabilis penes antiquos religio.*
6 *Ferię repentinę quæ, & vnde dictę.*
7 *Ferijs repentinis non renunciatur,*
8 *Feſti dies particulares,*
9 *Nundinę.*
10 *Semiferiati dies.*
11 *Ferię vnde nomen habuerint.*

1 FERIIS † Meſſium Vindemiarum, & ſimilium inductis ob neceſſitatem hominum poteſt renuntiari, & in his ſine aliquo nullitatis periculo procedi de partium conſenſu poterit. l. 1. & l. ſi feriatis, vbi gloſſ. & doctores D. de fer. gloſſ. & docto, in l. omnes la 2. C. de fer. capit. fin. extra eod. Specul. de fer. §. nunc videamus. Aymar. Riuall. in hiſtor. iur. ciuil. & Pontif. libr. 2. nume. 34. in fin. Alexan. conſil 36. colum. 3 libr. 1. Vant. de nullitatib. capit. 9. num. 130.

Dubitatum verò fuit, an teſtibus noceret iſta re-
2 nunciatio ita, vt † ipſi ferijs non obſtantibus poſſint ad depoſitionem compelli, & euocari, & reſolutum fuit, quod non, iuxt. glo. in l. omnes. C. de fer. la 2. in fin. Specu. dicto. §. fin. numero 2. quam gloſſ. communiter doctores ſequuntur in dicta l. 1. D. eod. vbi Alexan. numero 9. Iaſ. nume. 9. Ang. Bald. & Fulgoſ. ibid. & eſt notabile dictum Bertachini in tracta. de epiſcop. libro 1. par. 1. numro 15. P. Racha in ſua praxi iudiciar. capit. 10. num. 77. in fin. quod tamen ego intelligerem procedere, ſi teſtes examinandi eſſent rutales, aliàs dicerem poſſe cogi ad deponendum ſtante partium renunciatione, cum etiam alio tempore feriato mos ſit, vt ad examina procedatur inſpecta diſpoſitione nouorum ordinum. & ita iuris eſſe ſcribit Rebuff. in tracta. de teſtib. art. vnico. gloſſ. vlti. nume. 6. & de reprobat. teſt. art. 1. & 2. gloſſ. vni. nume. 26.

Fallit ſupradicta deciſio, ſi procederetur die feriata non propter renunciationem partium, ſed ex natura cauſę, tunc enim ferijs non obſtantibus poſſent teſtes compelli, iſta dicitur eſſe originalis limitatio Bald. in l. 1. de fer. in lectu. antiqua, licèt ego eum non repererim, ſed ita tenet expreſsè Angel. ibi, & Alexan. Iaſ. ac Fulgo. Sed an hoc caſu
3 poſſint † extrahi inuiti de loco ad locum pro depoſitione, quæſitum fuit in Excellētiſſimo Senatu, & ſuper hoc diù diſputatum, quibuſdam tenentibus non poſſe compelli, & extrahi à rure ad ciuitatem, ſeu locum, quia officium ſuum fuiſſet illis damnoſum contra regu. l. ſed & ſi quis. D. quemadmod. teſtamen. aperian. & quia hoc videretur durum, vt de procuratore dicit text. in l. ſed & hę. §. non ſolum. D. de procuratorib. in fin. Alijs vero, quibus ego aſſentiebar, tenentibus contrarium, dicentibus hanc opinionem eſſe de iure veriorem, & mouebantur iſti authoritate Ang. in dicta l. 1. qui loquitur per verbum, trahi inuiti, & Iaſ. per verbum extrahi, quæ verba importare videntur, vt poſſint trahi extra locum, & pro hac parte ac opinione dicebam ego eſſe text. ſatis clarum. in l. teſtium. 2. § fin. D. de teſtib. & colligi ex l. lege Iulia. & l. inuiti. prima, & ſecunda. eodem titu. & iuxta hanc opinionem fuit tandem iudicatum attento voto maioris partis dominorum.

Aduertendum etiam eſt, quòd talis renunciatio nocet quidem ipſis partibus, ſed non iudicibus, qui tēpore feriato non tenentur tribunali aſſiſtere, & ſæpe audiui Superilluſtrem D. meum Caſſianum à Puteo reprehendentem litigantes, qui petebant cauſas eorum expediri, quia conſenſerant non obſtantibus ferijs procedi. dicebat enim ſi vos renunciaſtis, ego non renunciaui, & feriæ inductæ etiam ſunt in fauorem magiſtratuum, qui tota reliqua parte anni iudicijs incumbunt illiſque etiam danda eſt requies.

SED quoniam de ferijs agimus, ac alibi etiam de his dicemus, vt nihil antiquitatis ignoreſ, volui breuiter de his nōnulla hic obſeruata circa antiquum feriarum morem ſubijcere, vt curioſis, & ſtudioſis lectoribus ſatisfacerem, imò & mihi ipſi, cùm nihil de hac materia doctores noſtri antiqui

teti-

4 tetigerint. Sciendum eſt igitur feriarum † plnra apud Romanos, (à quibus hæc omnia ferè habuerunt initium) fuiſſe genera, ſed illa erant præcipua, quæ in honorem Deorum indicta erant, quæ penes populos, & gentes iuxta ritum, & religionem illorum diuerſimodè obſeruabantur. Apud Hebræos ſabati dies ſanctus erat in honorem Dei, quia Dominus ſex dierum opere peracto ſeptima requieuit, quo die ideo negotia omnia tam familiaria, quàm publica ceſſabant, erant & aliæ feſtiuitates à Domino inſtitutæ: vt Paſcha, & Pentecoſtes, quarum feſtiuitatum ſicut, & ſabathorum etiam noſtris temporibus religioſiſſimi ſunt obſeruatores. Romanis verò, & cęteris gentilibus ſanctus dies erat, quo hoſtiæ cedebantur, & Dijs ſacrificabantur iuxta Romuli, & Numę Pompilij inſtitutum, ipſorumque Dijs feſtus dies celebrabatur, quæ feſtiuitates proprium nomen obtinebant. Vnde Compitalia de quibus Gell. libro 10. capit. 24. Varro. libro 5. de lingu. Lati. Pitheus aduerſar. libro 1. capitu. 9. Nouendialia de quibus Titus Liuius multis in locis mentionem facit, quæ accidentaliter ex aliqua ſuperueniente cauſa indicebantur quæ nomina etiam nunc obſeruant aliqui, qui nouenas (vt vocant) vouēt. Fornacalia de quibus Ouid. libro 2. Faſtor. Lannæ feriæ, Lupercalia, Saturnalia, de quibus Iuſtus Lipſius libro 1. ſermon. ſaturnal. capit. 4. Lamprid. in Alex. P. Faber libro 1. Semeſtr. capit. 6. Et eiuſmodi de quibus Arnobius libro 7. aduerſus gentes, quæ Æſculapio, quæ Cęreri, & alijs Deis celebrabantur, de quibus omnibus latè, & eleganter Hadrian. Iunius Ornan. in faſtorum libro, Idque & apud Ægiptios, ac alios idolorum ſuperſtitioſos cultores obſaruabatur. A Iuriſconſul. noſtris vulgò hi dies feſti, & ſolennes nuncupantur, inter quos dies Dominicus nobis præcipuus, qui Solis ab Impp. dicitur in l. dies feſtos. C. de fer. l. ſed, & ſi. §. ſolennium. D. ex quib. cau. maior. has ſolennitates à Dijs hominibus pro laborum intermiſſione datas anthor eſt Plato dialogo 2. de legib. in prin. ſic ſcribens. *Dij autem genus hominum natura preſſum miſerati, remiſſiones laborum ipſis ſtatuerunt, ſolemnia videlicet feſta viciſſim in ipſorum Deorum honorem inſtituta præbentes.* Harum fe-
5 riarum † mirabilis religio apud antiqitos erat, maiorque proculdubio quàm quæ hodiè à Chriſtianis hominibus obſeruetur, atque his talis honos habitus, vt nec quidem ex partium conſenſu fari liceret, ſoliſque ſacrificijs in honorem Deorum intenti erant, pollutaque dicebantur feſta, quibus aliquod ſeruile opus exerceretur, vnde flamines incedebant, qui opere abſtinendum monebant, vt nouiter elegantiſſimè ſcribit Barnab. Briſſon. libro 1. de formul. pag. mihi 530, & l. 12. tabularum cauebatur, vt ferijs iurgia amouerentur, & omne ſeruile opus ceſſaret, vt apud. Riuall. in hiſtor. iur. ciuil. libro 2. numero 32. in fin. & de harum ſolennitatum obſeruantia elegantes, & & notandi ſunt illi Tibulli verſus.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus,
Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent.
Plena coronato ſtare Boues capite.
Omnia ſint operata Deo, non audeat vlla,
Laniſicam penſis impoſuiſſe manum.

Hinc fortè fit, vt noſtræ mulierculæ quibuſdam diebus ſemiferiatis penſum trahere, & nere illicitum ducant, ſuere autem, & aliud ſimile opus facere poſſe credunt. Hinc dies faſti, & nefaſti, de quibus Ouid. in faſtis, & quia harum certi dies erant, ſtatæ dicebantur, vel ſtatiuæ, vt Macrob. in ſaturnalib. ſcribit, & Alex. ab Alex. gen. dier. libro 5. cap. 7. Riuall. dicto libro 2. numero 34. Nobis in his ferijs ſunt dies Dominici, feſti, & alij quos in honorem Dei, & Sanctorum ſuorum, Deiparæque Matris colimus: de quibus loquitur l. vt in die. & l. omnes dies. C. de fer.

6 His ſimiles erant † ferie Repentine, quæ repentino aliquo ſuperueniente caſu indicebantur à Principe conſulibus aut populo, vel ob rem proſperè geſtam, vt in dicta l. ſed & ſi. §. ſi ferię. l. 1. C. de fer. quales fuerunt, quas ob bellum proſperè cū Carthaginēſibus geſtum Scipio indixit, apud Liu. libr. 38. aut ob prodigioſi caſus accidentiam, vt propter vehementem terremotum in conſulatu L. Cornelij, & Q. Minutij contigit teſte Liu. libr. 34. hodiè à Principibus noſtris, prout etiam antiquitus, ob diem natalem ſuum, aut filiorum; vel à populo in honorem ipſius Principis indici ſolent, ad quod alludit Martial. libr. 10. Epigrammatum, illo carmine.

Natalem colimus, tacete lites.

Et hę, quia extra ordinem contingunt, extraordinarię, vel repentinę dicuntur, dicto. §. ſi ferię. l. ſiue pars. C. de dilat. & quia vt plurimum à ſummo Principe ſtatuuntur, Imperiales vocantur. l. à nullo. C. de fer. ob idque imperatinas vocat Alexan. ab Alexan. dicto libr. 5. Genial. capit. 7. quarum plura exempla apud Varronem leguntur libro 5, de lingua lati. & in Chalendario Romano Manutij.
7 His † nec etiam ex partium conſenſu ſicuti ſolennibus renuntiari minime poterat, ideoque nec iuris dictio exerceri. l. 1. C. de fer. dicta l. ſiue pars. C. de dilat. Petrus Royz. decis. Lituanica. 5. nume. 295. Marant. de ord. iudic. par. 4. diſtinct. 16. numero 59. & quælibet exequtio ſuſpenditur. capitu. fin. extra eod gloſſ. in l. omnes. 2. C. eod. Vant. dicto capit. 9. nume. 130. Martin. Lauden. in tracta. de Principe. quæſt. 410. Menoch. de arbitr. libr. 1. quæſt. 9 nume. 11. & dicam infra deciſ. 95. quamuis aliqui tenuerint contra debitorem de fuga ſuſpectum etiā ad capturam poſſe procedi in die feriato in honorem Dei. Maran. dicta diſtinct. 16. nume. 68. & par. 6. titu. de actor. edit. nume. 35. Tamen contra hāc opinionem vr̄ text. in l. fin. C. de fer. ibi, *veniant aduerſarij non timētes*. De iſtis loquitur decretum antiquum Sabaudię Yolant lib. 5. tit. qualiter, & quan. tempora inſtantiar. cauſar. ciuil. computari, & quæ ferię, ac pariter, quæ tempora ex illis detrahi debēt vbi D. Sola. Hę feriæ vti extraordinarię per præconem

nem indicebantur antiquitus, illa formula, *vt litibus, & iurgijs abſtineretur*, vt docet Cicero libro 1. de diuinat. & has credo eſſe, quas Flamines præconizabant; qui ob id preclamitatores dicebantur, vt Briſſon. dicto libr. 1. de formul. ſcribit, apud quem plura de his ſolennia videre licet. Addit & ferias conceptiuas Riuall. dicto libro 2. numero 34. quæ quotannis à magiſtratibus in dies certos, vel incertos concipiebantur, & populus tunc candidatus incedebat.

Aliud genus erat illarum, quæ publicam potius vtilitatem, & priuatum cuiuſque commodum reſpiciunt, quam honorem Dei, vt Cereales, & Vindemiales, de quibus in l. 1. l. ſolet. & l. præſides. D. de fer. l. vt in die. & dicta l. omnes. C. eodem. & Sueto. in Auguſto. Renat. Copin. de priuileg. ruſticor. libro 2. capit. 7. Hę ſunt de quibus Theodoſ. in Nouell. 8. ne decur. ad Senat. dignita. & ferię Senatorum dicuntur à Iureto in Not. ad Symach. libr. 4. Epiſ. 18. & de quibus Seneca apud Pith. aduerſar. libr. 2. capit. 20. vbi pulchrè, His renuntiari ad partium libitum ſemper poteſt, & illarum temporibus cauſæ miſerabilium perſonarum, viduarum, pupillorum, & quæ celerem expeditionem deſiderant, expediri ſolent. Idque expreſsè decreto Eman. Philiberti cautum eſt in titu. *Delle ferie.* §. *Permettiamo però.* &c. & ad examen teſtium poterit procedi dicto titu. §. *ſi potranno ſimilmente.* ſoletque contra has ferias Princeps diſpenſare literas concedendo, vt procedatur ferijs non obſtantibus etiam ex voto Senatus, addita tamen plerunque illa clauſula, modo partes non ſint rurales.

8 Erant vlterius † feſti dies particulares, & familiarum. Item eius diei, quo quis inaugurabat magiſtratum ineundo, de quibus Symach. lib. 5. Epiſt. 5. *Hinc factum eſt* (inquit,) *vt me in conſortium feſtorum tuorum conſul adſcires.* & libr. 7. Epiſt. 1. & lib. 8. Epiſt. 14. & multis alijs in locis. Item & dies Sponſaliorum, Natalitiorum, ac Chariſtiorum, de quibus omnibus latè P. Faber libro 1. Semeſtr. capitu. 6. in prin. quibus omnibus diebus ſolennes illę cœnę celebrabantur, de quibus omnibus videndus Polydorus Virgil. libr. 6. de inuent. rer. capit. 7. qui & ferias Denicales adijcit his ferijs.

9 Nundinę † inter ferias à quibuſdam connumerantur: ſed impropriè quia illę in fauorem duntaxat agricolarum, & ruſticorum adinuentę fuerunt, immò illis diebus contra feriarum obſeruantiam fari licebat. de his Macrob. in Saturnalib. libr. 1. capit. 15. & 16. in fin. Alexan. ab Alexan. d. cap. 7.

Sunt & dies ſemiferiati, vt dies rogationum, qui
10 bus de † mane tantum ferię ſeruantur, vt inquit Bertachin. dicto tracta. de epiſcop. par. 1. §. nunc quæro. numero 21. ferię autem cereales, & vindemiales generales ſunt, ad omnes etiam ſi rurales non ſint ſpectantes, vt iudicauit antiquus doctor Pyleus in ſuis quæſt. q. 123. cuius opinionem firmat Bartholom. Brixien. inter Venereal. quæſt. 28. titu. de ferijs. niſi tales ſint, qui nec per ſe nec per alios vacare vindemiis, vel meſſibus poſſint, vt hi, qui nihil habent, vel nulla immobilia poſſident, ſeu ſtabilia bona, vt Barto. dictum interpretando tenet Bertachin. dicto libr. 1. par. 1. nume. 20. in tracta. de epiſcop.

11 Ferias vero † à feriēdis victimis nomen habuiſſe docet Feſtus libr. 6. fari etenim tempore quo hoſtię cedebantur nefas erat, vt inquit Varro. Ego etiam à forenſium negotiorum vacatione nomen obtinuiſſe credo ex l. diuus. D. de fer. hinc feriari, & feriati dies. Eccleſia verò contrario nomine feriatos dies non ſolennes vocat, vnde feria 2. 3. & 4. quod quando inſtitutum fuerit. ſcribit Polydor. Virgil. de rer. inuent. libro 6. capit. 5. qui etiam nomen feriarum à feriendis epulis dictum voluit, & quęque arridet Etymologia. Cęterum multa de his videri poterunt apud Mandoſ. in tracta. commiſſion. commiſſ. ferijs non obſtan. 13. quem poſt hæc vidi, & ex profeſſò paruum tractatulum de feſtis, & quid in eis fieri liceat, & multa diſtinctè compoſuit Didac. variar. reſolu. capit. 4. numerò 19. & frater Franciſc. de Cruce Mediolanen. vbi diſtinctè tractāt de Chriſtianorū feſtis de iure Diuino inductis, & alijs de iure poſitiuo totius Eccleſiæ, aut vnius diœceſis, & conſuetudinarijs. Et ad exemplum Ouidij librum faſtorum noſtrorum eleganti carmine, & longo poemate conſcripſit frater Ioan. Baptiſta Mantuanus Carmelita.

Excuſſio an & quando de bonis èxtra territorium ſitis fieri debeat.

DECISIO XL.

1 *Excuſſio an fieri debeat de bonis ſitis extra territorium vbi litigatur. & nume. 2.*

3 *Excuſſio non eſt neceſſaria, vbi difficilè extra territorium fieri poteſt, vel in loco remoto.*

1 EXCVSSIO † an fieri debeat de bonis ſitis extra territorium iudicis vbi litigatur, quæſtionis fuit. Et Ang. in authen. de fideiuſſorib. § ſed neque. num. 10. tenet, quòd ſic, & ante eum Iacob. de Arena in tracta. de excuſſionib. quæſt. 5. (quem tractatum eundem eſſe video, quem Bartolo attribuunt aliqui, vt videre licet in nouiſſima tractatuum Veneta impreſſione, vbi vterque ineſt tractatus.) Bald. in l. fin. §. penult. colum. fin. verſiculo, ſed pone. D. ſi cer. peta. Luc. de Penn. in l. 1. C. de decurionib. colum. 2. verſiculo. 5. vbi Socin. regu. 134. aliàs 177. fal. 8. Neguſant. de pignorib. par. 8. 1. memb. nume. 42. Alexan. conſilio 84. num. 12. libr. 3. Purpurat. conſilio 462. nume. 4. poſt Signorol. conſilio 57. vltimo dubio. Crau. conſilio 201. Præſupponitur. nume. 45. Et pro hac parte videtur text. à Barto. ſeu Iacobo de Aren. citatus in l. preſenti. §. cum autem. ibi (*quocunque loco occultentur*) C. de his, qui ad eccleſ. confug.

2 Contrariam † partem videtur indiſtinctè tenere Bald. in l. ſciendum. colum. 2. verſiculo, extra

gloſam. D. qui ſatiſda. cogan. Iaſ. in dicta l. ſciendum. §. 1. nume. 1. Alexan. ſibi contrarius conſilio 91. nume. 7. libr. 7. Socin. Iun. in dicta l. ſciendum. numero 14. Gabriell. in titu. de fideiuſſorib. conclu. 1 nume. 62. Simon de Præt. conſil. 159. nume. 30. facitque, quod dicit Marſil. in rub. de fideiuſſorib. nume. 14. pro cuius opinionis defenſione pondero ego text. in auth. præſente. C. de fideiuſſorib. ſed melius originalem ipſius authenticę literam in §. 1. de fideiuſſorib. vbi principali abſente ipſe non excutitur, ſed fideiuſſor primo loco conuenitur, quia, vt Iuſtinianus in dicto §. 1. ſcribit,

Acerbum eſt creditorem mittere alicubi:

Multò minus ergo tealis danda eſt pſecutio, cũ nõ cogatur creditor perſonalem actionem contra debitorem abſentem intentare. facit etiam pro hac ſententia text. in l. ſed & hę. §. non ſolùm. D. de procuratorib. vnde videmus articulum ex his diſputabilem.

Pro concordia harum opinionum dico non
3 eſſe † cogendum creditorem ad excuſſionem bonorum alterius territorij vbi locus remotus eſt, & in aliena prouincia, ita vt difficilis ſit, & incommoda excuſſio, aliàs excuſſionem etiam extra territorium iudicantis neceſſariam eſſe. Ita videtur ſuam opinionem intelligere Angel. in dicto. § ſed neque. nume. 10. & nota. per Barto. in dicta l. ſciendum. §. ſi poſſeſſor. D. qui ſatiſda. cogan. & ita tenet in terminis Bald. in dicta l. fin § pen. verſiculo, ſed pone. ſi cert. peta. cuius dictum ſequitur Alexan. dicto conſilio 84. numero 12. Neguſant. dicto numero 42. vnde dicit Alexan. notabiliter in dicta l. ſciendum. §. 1. numero 1. quòd poſſidens immobilia in loco remoto à loco iudicij debet ſatiſdare, & ibi Socin. nume. 13. & 14. facitque, quod de rebus poſitis in fortalitio ſcribit Socin. dicta regu. 177. falent. 9. & expreſſè, quòd non debeat fieri diſcuſſio ſi bona ſint in loco remoto, tenuit Benedict de Plumbino in tracta. de diſcuſſionib. nume. 7. ob idque ſcribit Dec. in dicta l. fin. numero 26. ſi cert. peta. excuſſionem eſſe faciendam bonorum, quæ ſunt in loco vicino. Guter. de contractib. iurat. capit. 23. nume. 2. & cum hac diſtinctione tranſiuit Rota Romana apud Cardinal. Put. deciſio. 191. libro 1. & iuxta illam cenſuit Senatus 1. Aprilis. 1566. cenſendo non eſſe neceſſarium, quod Terzagus contra tertios poſſeſſores agens excuteret bona creditorum, quæ Mediolani extabant propter excuſſionis difficultatem, quæ inerat, & hac admiſſa diſtinctione vtraque conciliatur opinio, & iuribus contrarium annuentibus facilis inde reſultat reſponſio.

Socius inuito ſocio quando vtatur re communi, magiſtraliter cum ampliationibus, & limitationibus declaratur pluribus deciſionibus adiectis.

DECISIO XLI.

1 *Socius inuito ſocio vtitur re communi ad illum vſum deſtinata.*
2 *Socius poteſt vti re communi etiamſi alterius nocumento ſit, quando res erat ad talem vſum deſtinata.*
3 *Socius inuitus cogitur ad ædificandum, & contribuendum in expenſis, pro refectione ſeu reparatione muri communis.*
4 *Succeſſor tenetur ex pacto anteceſſoris cum ſocio inito.*
5 *Parietem proprium habens ſuper muro communi, poteſt ſocio inuito ſuperædificare.*
6 *Seruitus augeri non poteſt.*
7 *Socius ſuperædificans tenetur communicare ſocio parietem ſuperædificatum, & an paries communis ipſo iure fiat, etiam non ſoluta parte muri, & quid ſi ſe vtendo inuicem impediant.*
8 *Socij non poſſunt inuicem ſe impedientes fabricare.*
9 *Parietis forma antiqua mutari à ſocio non poteſt.*
10 *Socius non poteſt vti re communi ad æmulationem, & quando dicatur ad æmulationem fieri, remiſſiuè.*
11 *Socius non vtitur re communi iure ſeruitutis.*
12 *Socius murum tenuem etiam ad id deſtinatum tollere non poteſt.*
13 *Socius inuito ſocio re communi nõ vtitur, ſi ad eum vſum à principio non fuerit deſtinata.*
14 *Socius rem communem ſocio inuito non reficit, niſi refectio neceſſaria ſit.*
15 *Socius feneſtram aut foramen in muro communi inuito ſocio facere non poteſt.*
16 *Socius an prope rem communem aliquid facere poſſit, & quomodo factum teneat.*
17 *Socius an poſſit propria authoritate demolire rem à ſocio factam.*
18 *Socius non vtitur re non deſtinata etiamſi velit communicare, quod fit niſi eius nihil interſit.*
19 *Socius penum ſubterraneam cum muro communi facere an poſſit.*
20 *Maior pars ſociorum vno diſſentiente nihil in re communi facere poteſt.*
21 *Socius poteſt vti muro communi pro diuiſo, pro ea parte, quæ propria eſt, & quando murus pro diuiſo, vel indiuiſo communis iudicandus ſit.*
22 *In muro communi poteſt ſuper ædificari ſtante conſuetudine.*
23 *Stante conſuetudine ſuper ædificandi teſtis dictum quomodo intelligatur.*
24 *Murus quando dicatur deſtinatus ad ellevandum, & cui onus probandi incumbat, & quid in dubio iudicandum.*

SOCIVS inuito ſocio quid poſſit in re communi facere, dubitari multoties conſueuit: & quoniam quæſtio eſt quotidiana, multaque cõtinens capita, ideo illam magiſtraliter examinabo, & pro pleniori intelligẽtia duas conſtituo regulas vnam affirmatiuam, negatiuam alteram. Prima erit affirmatiua regula, quod

ſocius

1 ſocius inuito † ſocio vtitur re communi ad vſum
deſtinatum, ſiue ſit ad hoc deſtinata à principio
ex conuentione, vt in caſu. l.cum duobus.§.item
mella. D.pro ſoc. vbi agitur de eleuando pariete,
(qui caſus erit nobis pro exemplo in tota hac quæ
ſtione,) & per gloſſ. in l.ſi ædes. D.commu. diui-
dun.& in dicto.§.item mela.in verbo.pro ſocio,&
in nouella Zenonis conſtitutione, quæ à Coutio
ædita fuit poſt l.pen. C. de ædif. priuat. incipiente,
Et litibus.de qua Imperator meminit in l.fin.C.eo.
titu.ſiue ita ſimpliciter tacitè appareat de deſtina-
to vſu rei in cuius communionem incidimus ex
naturali habitu, vt inquit Felin. in capit.cum om-
nes.de conſtitut.numero 24.vt in ſpecie l. ſi is, qui
duas.D.de ſeruitu.lega. gloſſ.in dicta l. ſi ædes. vel
ex conſuetudine, vt per Lap. allegat.85. viſis om-
nibus, numero 3. puta ſi paries vtriuſque domus
onera gerat, & ſuſtineat: nam ſi naturali ratione
communis eſt.l.parietem. D.de ſeruitu. vrba. præ-
dio. vt de cratitio pariete ex partium conuentio-
ne facto loquitur Iuriſconſul. in dicto.§. item me-
la.de quo pariete Vitruu. libro 2. capit. 8. memi-
nit,& libro 7.capitu. 3.in fin. & alibi intergerinum
vocat quaſi, quod communiter gerendo vſui ſit,
vt ait Coraſ.libro 4 Miſcellan.capit.16. Et hanc ge
neralem regulam probat text.in dicta l. ſi ædes.&
in l.hoc quod dictum. §.ſi ex tribus. de ſeruit.præ-
dio.vrba.& de ſepulchro communi loquens Mar-
cian.in l.in tantum.§.in commune.D.de rer.diuiſ.
& ita firmat generaliter gloſſ.in dicta l. ſi ædes. &
in l.Sabinus.eod.titu. & text.in dicto.§. item mela.
vbi actio pro ſocio datur, ſi ſocius poſt conuen-
tionem factam non patiatur ſocium re commu-
niter facta vti: vnde regulam generalem ad ſimili-
tudinem ſuperioris ponit Specula.libro 4.titu. de
iud.§.generalia.numero 2.ſocium non poſſe pro-
hibere ſocium ne faciat id, ad quod murus factus
eſt,ſicque intelligendi ſunt text.omnes ſupra cita-
ti de refectione,demolitione,aut ſuper ædificatio-
ne loquentes,& l.in reficiendo. & l.damni.§.cum
parietem. D. de dam. infec & ſupradictam regu-
lam quo ad deſtinatum vſum rei probant Cyn. in
l.ſi vt proponis. C.de ædif. priua.Dyn. in capi.in re
communi.de regu.iur.libro 6.Bald. conſilio 203.ſi
per inſtrumenta.libro 3. aliàs eſt conſiliū 233. libr.
1.Caualcan.deciſio. 9.numero 14.2.par. P.Rebuff.
conſilio 156.colum.1.& ſecundum hanc primam
regulam vidi ſæpiſſimè in Senatu practicari.
Ampliatur hæc prima regula vt procedat
2 † etiamſi prohibenti noceret. argumen. l. flumi-
num. §.fina. & l. Proculus. D. de damno infect.Ita
in terminis Iaſ. latè conſilio 98. colum.1. libro 1.
vbi reſpondet ad dictum Alberici in l.altius. C. de
ſeruitu. quod procedat quando non faciebat ad
vſum deſtinatum, & ita etiam ſentit Angel.in l.
quidam Hyberus. colum. fina. D. de ſeruitu. vrba.
gloſſ.in l.fiſtulam.eodem titulo. Corn. conſilio 78.
per totum.libro 4. vbi in ſpecie ampliant etiamſi
lumina vicini offuſcantur. Alex. conſilio 174.libr.
2.aliàs eſt conſiliū 9. volumi.6.& eſt text. in l.cum
eo.D.de ſeruitu.vrbano. Ita vt iuxta Iaſ.poſſim vi-
cino nocere, & legitimo ſpatio intermiſſo in hor-
to,vel area mea altius tollendo, vel de nouo ædi-
ficando parietem, in totum offuſcare vicini fene-
ſtras, etiamſi longiſſimo tempore illo iure vſus
non fuerim. Gomez.Leon.informat. ſeu deciſio.7.
arguendo a ſimilitudine molendini à ſocio in ſu-
periore parte fluminis conſtructi, de qua dixi ſu-
pra deciſio. 16. numero 10. Et quamuis in muro
communi ſint illæ feneſtræ, vt per Burſat.conſilio
111. Quam tamen ampliationem tunc demum
procedere intelligo, dummodo damnum, quod
ſocio inde fit, non ſit graue. iuxta Barto. Angel. &
Flor.in dicta l. quidam Hyberus. Cepol. in tracta.
de ſeruitu.vrbano. prædio.titu.de pariete. numero
20. Ita loquitur Burſat.in conſilio 57. & 58. libro 1.
Bero. quæſtio.26. numero 3. & 6. cuius rei cogni-
tio in dubio arbitrio iudicis relinqui debet.Franciſ.
Marc.deciſio.ſiue quæſtio. 498. numero 29. Quod
adeo verum eſt,vt procedat etiamſi aliquod dam-
num in re contingat vtendo ea ad vſum deſtina-
tum.argumen. l.a bobus. §.nauis. D.de vſufruct.
quo tamen caſu dicerem damni infecti cautio-
nem poſtulari poſſe, ſi damnum emergens ſit,
iuxta glo. in l.fiſtulam. D.de ſer.vrb.prædio.Burſat.
d.conſi.57.nu.9.
Amplia ſecundò regulam ſupra poſitam,vt ſo-
3 cius etiam inuitus eo caſu † cogatur contribuere
in expenſis refectionis, ſeu reparationis illius mu-
ri, imò etiam neceſſitate ſtante ad ædificandum.
Cyn.in dicta l. ſi vt proponis. C.de ædifi.priua. vbi
eſt text.ad literam.pulcher etiam tex.in l.ſi ædibus.
D.de damno infect. & mouetur etiam Cyn. per l.
his conſequenter. §.Celſus. D. famil. erciſc. Coraſ.
dicto capit.16. nume. 5. Et ſi ſocius noluerit rem
communem reficere, poteſt priuari commodo,
aut agi cum eo pro expenſis, & intereſſe. dicta l.ſi
vt proponis. l.cum duobus. §.idem reſpondit. D.
pro ſoc.Iaſ.in l.quominus. nu. 109. D. de fluminib.
Ita ſingulariter Franciſc.Cremen.ſingula.97.Cepo.
cautel.85.vbi apoſtillator dicit ita contigiſſe de fa
cto in Gallia.P.de Vbald.in tractatu de duob. fratr.
par.6. numero 6. Renatus Copinus de iuriſdictio.
Andegau.libro 1.capit. 20. per totum. Rebuff. di-
cto conſilio 156.in fi. Et hoc multò magis verum
eſſe iudico in ædificiorum ſtructura, pro commu-
ni Reipub.bono, ne deformetur ciuitas ruinis, ita
vt etiamſi res non ſit deſtinata ad vſum ædificādi,
tamen etiam cogatur ſocius contribuere in refe-
ctione, vt dicam infra in ſecunda regula. Non ta-
men ſumptus factos ſocius in re communi refi-
cienda recuperabit, ſi ſcienter, & animo ſuum
faciendi ædificium illud refecerit. l. ſi is contra
quem. C.de ædif. priua. vnde cautela, & practica
erit in hac materia, vt antequam reparationi ma-
num ſocius apponat, interpellet ſocium iudiciali-
ter ad contribuendum, aliàs petat ſibi per iudicē
concedi teſtimoniales de ſtatu loci, & ita vidi per
multos peritos viros practicari.
4 Amplia tertiò, vt talis † deſtinatio muri ex pa-
cto pœnali tranſeat in ſingularem ſucceſſorem,
quia is tenebitur ex pacto ſuorum anteceſſorum,
cùm pactum huiuſmodi rem aſpiciat, & ipſam
vndecunque ſequatur, ſeruitutis exemplo in rem

conſtitutę.ita Ioann. Andr.in addit. ad Speculato,
dicto titu.de iud.numero.2.

Ampliatur quarto, & vltimò ſupradicta affir-
matiua regula, vt magis locum ſibi vindicet, ſi
5 † quis habeat murum proprium ſuper muro com
muni: nam is inuito ſocio poterit ſuper muro illo
proprio ſuperædificare, & altius vſque ad cęlum
tollere per text. in l.cuius ædificium.D.de ſeruitu.
vrba.prædio. Corn. conſilio.90.numc.31. libro 2.
modo ſeruitus grauior non imponatur. vnde ſi
quis ſemel ſuper muro communi ædificauerit,
poterit poſteà ſuperædificare, etiam poſt mul-
tum temporis ſpacium ſocio inuito.

Ampliatur quintò iſta regula, quòd etiamſi eſ-
ſemus inter vicinos, & murus eſſet alterius pro-
prius, ſi tamen vicino non noceat ædificium, &
ego antiquitus haberem tectum meum apodiatū
muro vicini, poſſim eleuare domum meam, & al
tius tectum appodiare, nec tenebor quartum mu
rum ad for. l.fina. D.fin.regun. conſtruere, ita cen-
ſuit Senatus in quadam Cunien de Murris con-
tra Britios referente D. Craueta. 1589 Men. No-
uembris. licèt multa in contrarium allegarentur,
6 & præſertim, quòd † ſeruitus antiquitus in muro
proprio vicini conſtituta augeretur contra text.
in l.ſi cum meus.D.ſi ſeruit.vindicet.Cępol. de ſer-
uitut.vrb.pręd tit.de ſeruitut. tigni. immitten.col.
5.verſiculo ſecundo caſu. & per Bero. conſil. 132.
nume.8. libro 3.Pariſ. conſilio 116. numero 13.vo-
lum.4. & Rum. conſilio 55. numero 7. libr. 4. pla-
cuit enim magis Senatui ædificationem concede
re ad decorem ciuitatis, præſertim cùm nihil pe-
nitus illa eleuatio vicino, cuius paries erat pro-
prius noceret.

Fallit primò ſupradicta regula retento exem-
7 plo parietis, ſi ſocius † ſuperædificans vult ſuper
ædificatum eſſe proprium non autem commune,
tunc enim nō poſſe ſuperædificare in muro ēt ad
ædificandum deſtinato, tenet Barto. in dicta l.qui-
dam Hiberus.numero 2.Socin. regu.177.domum
ſuam. fallent.3.Ang. & Cuman. in dicta l.quidam
Hiberus.in prin. Corn. dicto conſilio 90. numero
14.& 22.Cępol. dicto titu. de pariete. numero 20,
& eſt text. in l. an vnus. in fin D. ſi ſeruit. vindi.ex
quibus aliquorum fuit ſententia, vt murus à ſocio
ſuper communi pariete eleuatus, communis ef-
ficiatur etiam ſine ſolutione partis parietis. ita
Cępol.ſingulariter conſilio ciuil.35.nume 12. & di
xi ſupra deciſio. 23.numero 2. quia ædificium fa-
ctum ſuper pariete cedit parieti inferiori, cùm ędi
ficium ſolo cedat.l ſuper tuum. D. de acquir. rer.
domi.P.de Vbald de duob fratrib. par.6.prin. nu-
mero 6.Rebuff dicto conſilio 156. verſiculo dein
ceps. Sed huic Cępo.doctrinę conſuetudo contra
ria eſt, præſertim in hac patria, & in hac ciuitate
Taurini, vbi murus ſuperædificatus licèt dici poſ-
ſit communis ſecundum quid, tamen illo frui ſo-
cius non poteſt, donec per illum medietas muri
ſoluta fuerit æſtimatorum præuia taxa, & ita ſem
per obſeruari vidi, & iux hanc obſeruantiam iudi
cari, tam per iudices huius ciuitatis quàm per
Senatum, qui nouiſſimè ita cenſuit in cauſa Roſſi
di, & Bini Taurinen. vbi cùm primus iudex omiſiſ-
ſet ponere in ſententia, ſoluta per ſocium ædifi-
cantem (qui tigna immittere in muro iam ſuper
ædificato intendebat) medietate parietis, fortè fre
tus illa Bartol. & Cępol. doctrina iudicis ſenten-
tiam in ea parte Vicarius reparauit, & confirma-
uit Senatus. 1586. 17. Octobris, & hanc conſue-
tudinem licèt à ſummo iure alienam, æquam ta-
men iudico, & iuxta illam Veronę ſeruari ſcribit
idem Cępol.dicto titu.de parie. numero 29.in fin.
vbi latè de hac re à numero 27. vſque ad 31. &
iterum in facti contingentia confirmauit Senatus.
1587.9.Martij. in cauſa Familiæ, & Peſchę.de qua
dicam infra ſuo loco. & hæc opinio placuit Re-
buffo in dicto conſilio 156. colum. 1. verſiculo,
item licet.

Fallit ſecundò ſi ambo ſocij velint vti re com-
8 muni eodem tempore, † vel eo modo, vt ſe in-
uicem impediant, quia tunc non poterūt vti illa re
communi iuxta Rip. in l.quominus. numero 137.
D.de fluminib. debent enim prius concordare in
vtendo, & ſi non conuenient, officio iudicis ſuc-
curretur, qui adhibitis expertis ſocios concorda-
bit, & iuxta arbitrium ſuum rem terminabit, vt in
ſimili de locatione à duobus ſocijs fienda ſcribit
idem Ripa numero 139. cuius dictum cum opi-
nione Socini ibi relata in facti contingentia ſequu
tus fuit Senatus, & ita tenet gloſſ. in l. quoties
duobus. in principio. in verbo impedient. D. de
vſufru.

9 Fallit tertiò ſi per vſum mutaretur † forma an-
tiqua parietis, & ipſius ſubſtantia, vt per Florian.in
dicta l.Sabinus.puta ſi ſocius vellet ingroſſare mu
rum, vt poſſet eum magis onerare. Bald.in dicta l.
parietem. præſertim ſi multo tempore murus ſte-
tiſſet in ea forma, nec aliquis eo vſus eſſet altian-
do. Bald. dicto conſilio 233.Caſtren conſilio 374.
incipiendo. libro 1.colum.2. Burſat dicto conſilio
57. numero 8. Riminal. conſilio 71. volum. 1.non
enim mutare antiquum rei ſtatum ſocius po-
teſt, vt Nouella Imperatoris Zenon. conſtitu-
tione cauetur, & multis oſtendit Connan. com-
mentar. libro 4. capit. 10.numero 10. ſecus verò ſi
ſolum incruſtare murum ſocius vellet. l. quidam
Hyberus. §. parietem. D. de ſeruitu. vrbanor.
Coraſ. dicto capit. 16.numero 5 vel ſi facta eſſet
conuentio inter partes etiam ſimplex de reficien-
do. Bero. dicta quæſt 26. cuius tamen controuer-
ſię deciſio iudicis arbitrio relinquitur. in l.an in to
tum.C.de ædifi.priua.

Limitatur quartò ſuperior affirmatiua regula,
10 ſi ſocius † velit ſuperædificare ad ſolam æmula-
tionem, & animo nocendi.l. 1. §. denique. D.de
aqu.plu.arcen. & in terminis muri Roman.conſi-
lio 52. numero 4. latiſſimè dixi ſupra deciſio. 16.
Fumos.numero 10.& in his terminis loquitur Ale
xan.conſilio 174.numero 2. Bertran. conſilio 353.
libro 3. Hypolit. ſingul. 154. vbi ponunt de fene-
ſtra, quæ à vicino fit. Burſat.dicto conſilio 57.nu-
mero 14. vbi de communi teſtatur. quando verò
dicatur quid ad æmulationem fieri, ſcribit Burſat.
dicto conſilio 57. & latè Anton. de Padilla in

repetit.

repetit.l. altius. numero 18. & 22.C. de ſeruitut. &
dixi dicta deciſio. 16. in dubio verò non præſumi-
tur quid ad æmulationem fieri. Ange. in l. ex hoc
iure colum.4.fal.1.de iuſt.& iu.

Limitatur, & declaratur quintò, vt non pro-
11 cedat dicta regula, ſi † ſocius nolit vti re communi
ad illum vſum deſtinata iure communionis, ſed
iure ſeruitutis. per l.parietem.ſecundum vnum in
tellectum.Marc.dicta quæſt.498.numero 14.in fi.
& de hac re loquitur text. in l.in re communi. D.
de ſeruitu.vrba.prædior.niſi ſeruitus fuerit à prin-
cipio impoſita, prout dicit text. in l. an vnus. D.ſi
ſeruit.vind.iuxt.Bart.intellectum ibi.

12 Fallit vltimo †, ſi murus ſit tenuis ita, vt onus
ſuper impoſitum, vel ſuper imponendum ferre
non poſſit:nam tunc licèt ſit à principio deſtina-
tus ad id,tamen non poterit eleuari,prout conſu-
luit Burſat.dicto conſilio 57.numero.9.Rebuff.di-
cto conſilio 156.& Gabriell. conſil. 149. libr. 1.ſed
tunc debebit murus communibus expenſis refici
ita craſſius, vt opus ſuper ędificatū ferre poſſit,po-
teritque compelli vicinus ad contribuendum in
expenſis, niſi fortè adeo ſit pauper, vt ſumptus
ferre non poſſit, & tunc adhibendum erit re-
medium de quo in l. 4. C. de edific priua. In qui-
bus omnib. cauſis plurimum, & conſuetudini lo-
corum,& iudicis arbitrio committitur.l.3. C.eod.

SEcunda erit negatiua regula referendo exemplo
parietis, quia ſæpe accidit in facto,præſertim
in ciuitate iſta (vbi ciues noſtri pace bonorum di-
xerim libenter iurgijs, & litibus conſentiunt, & ſe
13 inuicem ædificantes impediunt.) Quod † ſocius
vti non poteſt inuito ſocio re communi ad vſum
non deſtinatum, & hæc regula generaliter proba-
tur ex l.Sabinus. D.communi diuidun.quem text.
ita communiter declar.int gloſſ.& Docto.infra al-
legandi, præſertim gloſſ. illius text. in verbo con-
ſtar,& in ſpecie hac loquitur text.in l.ſi inter.§.ſi in
area. D. de ſeruitut. vrb. vbi regula generalis pro-
ponitur ſocium inuito ſocio in re communi non
habere ius ædificandi. Imò ius eſſe ſocio prohi-
bendi ſcribit Marcell.in l.an vnus. D.ſi ſeruit, vin-
dice. & cum hac generali regula tranſeunt com-
muniter ſcribentes maximè Florian.in dicto §.ſi in
area.Cyn.in dicta l.ſi vt proponis.C.de ædif.priuat.
Bart.in l.fiſtulam. D.de ſeru.vrban. quem ſequitur
Felin.in capitu.cum omnes.de conſtitut.nume.22.
Iaſ.dicto conſilio 98. Corn.dicto conſilio 78. nu-
mero 1.Burſat.conſilio 112. numero 21. Caballin.
de diuid. & indiuidu.par.3. nume.505.& hoc mo-
do credo intelligendos eos, qui ſimpliciter dicunt
in pariete communi non poſſe ſuperædificari, vt
intelligantur quando non fuit ad id à principio
deſtinatus, & ita loquitur Ang. in dicta l. quidam
Hyberus. colum.fin. Burſat. conſilio 58.nume.26.
libro 1.& ita regu.l. in re cōi. de ſeruitu.vrba.intel
ligit Stefan. Forcatulus in l. vt pomum. §. ſi præ-
dium.numero 4.D.de ſeruitu.Huius regulæ exem
plum fingi poteſt in pariete communi pro clau-
ſura duorum ædificiorum facto, quia ille murus
eleuari non poterit ſocio prohibente, cùm non
fuerit ab initio ad altius eleuandum deſtinatus, vt

per Cępol. dicto titu. de parie. nume. 33.& in his
terminis conſuluit Burſat. conſilio 57.& 58. Dum
vero ſocius in hoc muro vult ædificare,nouum
opus non nunciatur, ſed prohibetur volens offi-
cio iudicis, vel communi diuidundo iudicio ſuc-
curritur. l. 3. §. 1. D. de nouj oper. nunciat. quod
quam ob rem fiat pulchrè docet Zaſ. libro ſingu
lar.intellect.capit 1.num. o. licet Neuizan. videa-
tur contradicere in conſ.83.

Amplia nunc primò ſupradictam regulam, vt
14 rem communem † inuito non poſſit ſo-
cius reficere per text. in dicta l. parietem. de ſer.
vrb.gloſſ.in dicta l.ſi ædes. commu. diuidun. quod
tamen ego intelligo vt procedat, quando refectio
non erat neceſſaria, prout regu. dictā l.parietem,
declarant plerique præſertim Ripa.in dicta l.quo-
minus.numero 1 o. ita ſentit gl.o.in dicta l.ſi ędes.
Coraſ.dicto libro 4. Miſcellan capitu.16. numero
4. imò illo caſu non ſolùm habet ſocius ius refi-
ciendi, ſed etiam demoliendi.l. in parietis. cum
duabus ſequen D de dam.inſec.l fiſtulam. § fin de
ſeruitu. vrban.Iaſ in l.quominus. quæſt. 17.Gram-
mat.conſilio ciu.154.præſertim ſi talis refectio,vel
reparatio non eſſet nocitura ſocio, vt in ſimili do-
ctè cenſet Renat.Copin dicto capit. 20. numero 4.
& ante eum Bar.expreſsè. In l. in communis. D.de
dam. infect. vbi & demolire, & reficere murum
communem ſocium alio inuito poſſe cenſuit.
cautè verò hoc caſu ſocius aget,ſi authoritatem
iudicis interponet, vt optimè conſuluit Forcatul.
in l.2.numero 6 in fin.D.de ſeruitu. qui expertis ad
hibitis vtrum refectio neceſſaria ſit diiudicabit, &
quo ad eleuationem hæc procedunt ſiue conten-
dat ſocius eleuare murum, vel vti re iure ſeruitu-
tis,vel iure communionis aut ſocietatis, gloſſ. in l.
in re communi. de ſer. vrbano. & etiamſi paries,
vel alia res fieret melior,ſecundum Bald.in dicta l.
parietem. vbi tamen videtur hoc declarare,ſi ex-
penſis etiam prohibentis meliorare ſocius vult, &
Bald. ibi ſequitur Caſtren. & Iaſ. in dicta l. quomi-
nus. quæſt. 17. vide eundem Bald. conſilio 348. ad
euidentiam. libro 2.imò etiamſi facientis multum
interſit.Caſtren.dicta l.in re communi.

Ampliatur ſecundò ſupradicta regula, vt nec
15 quid minimum ſocius † in dicto muro facere poſ
ſit,quo res deterior reddatur, puta feneſtram, vel
foramen:quamuis communis ſit. Caſtren.in dicta
l.parietem.Cępol.de ſeruitu.vrba. titu de feneſtra,
numero 1. de qua feneſtra, quòd non liceat noua
conſtrui,eſt text.in l.cos. D.de ſeru.vrban. & tenet
Ioſeph.Ludouic. deciſio Lucen.58. Pariſ.conſilio
63.nume.3.libr.1.P.de Vbald.de duob.fratrib.par.
6.numero 6. qui generaliter, & indiſtinctè loqui-
tur,ſiue murus ſit deſtinatus ad altius eleuandum
ſiue non. pulchrè Connan.commentar.iur.ciu lib.
4.capit.10.nume. 13. licèt aliàs in proprio & altius
tollere. & feneſtras fabricare domino liceat, vt in
dicta Zenonis conſtitutione cauetur. & tenet Bal.
in l. Altius.C.de ſeruitu.& aqua. Cępo.in d. titu.de
feneſtra. in prin. vbi ampliat etiamſi murus vicini
ſteterit per centum annos ſine feneſtra,& in muro
communi pulchrè diſtinguit nume.3.& 4.vide de

hac

hac feneſtra Affiict.deciſ.224.& 225.Bertran.dicto
conſ.333.vbi posuit formam articulandi. apoſtilla
ad Bart.in l.inter quos.litera A. D.de dam.infec.
36 Amplia tertiò, † vt nedum in re, vel ſupra rem
communem quid de nouo cõſtrui poſſit, ſed nec
prope rem ſi ita fiat, vt ſublata re communi, id
quod factum eſt, ruat. l.fiſtulam. vbi Florian. hoc
notat. D.de ſeruitu. vrba. niſi aliquod non nocibi-
le ponatur l. quidam Hiberus. D.eodem titulo. &
dicam latè infra deciſio.226.
Sed in his caſibus quæſtio eſt, an propria autho
17 ritate † ſocius innouatum tollere poſſit, & ſuper-
ædificatum demolire, Et quamuis Roman.conſi-
lio 52. videatur tenere quòd ſic, referens ſe ad
Bartol.in l.1.§.melioratio. D.de noui oper.nuncia.
Caſtren.dicto conſilio 334.verſiculo, nec ſuper. &
diſtinctione vtatur Marc.quæſtio.120.libro 1.per l.
quemadmodum. §.1. ad l.Aquil. & dicta quæſtio.
498. numero 16. & 31. circa fin. Tamen ego dice-
rem officium iudicis nobile potius implorare ſo-
cium debere, nec ſine ipſius authoritate quidquã
faciendum, cùm melior ſit ipſius prohibentis con-
ditio ne ad arma veniatur, & à ciuili in crimina-
lem deſcendamus controuerſiam, niſi de facili iu-
dicis copia haberi non poſſit, & damnum inde
emergens graue admodum ſit. & ita videtur velle
tex.in d.l.quemadmodum.
Ampliatur quartò ſuperior regula, vt locum ſi-
18 bi vindicet, † etiamſi ſocius re non deſtinata frui
volens, velit de nouo factum eſſe commune. Ita
videtur ſentire Bartol. in dicta l. quidam Hiberus.
Cepol.dicta rubr. de par. numero 20. verſicu. Aut
quis vult altius. niſi aliter ante refectionem partes
conuenerint, vt in caſu de quo per Bero. quæſt.26.
Hæc tamen ampliatio declaratur, vt dixit ſupra di
cto loco Cepol. Primò, quando murus poteſt ſu-
ſtinere ſuperædificatum. Secundò, quando ſocio
prohibenti id non nocet, & facienti prodeſt, ſecus
ſi noceret ſocio, & facientis nihil intereſſet, vt di-
ſtinguit Dyn.in dicto cap.in re communi. verſicu.
aut nihil intereſt. nam ſi non intereſt ſocio in re
communi ſuperædificari, inciuile eſt, & contra ius
bonæ ſocietatis id prohibere, præſertim ſi ſocius
vtatur re iure communionis non autem iure ſerui
tutis; & ita intelligendus Alexan. in conſilio 174.
numero 4.libro 2. hocque modo generalem regu
lam negatiuam limitat Corn.dicto conſilio 74.nu
mero 1. dicens ita omnes communiter tenere.
Cyn.in dicta l.ſi vt proponis. Franciſc.Marc. dicta
quæſt.498.numero 15.& 499.numero 5. in fin.glo.
in §.religioſum, cum addit.ibi in verbo inuitis. inſt.
de rerum diui.Sed dubium eſt, quid ſi facientis qui
dem intereſt, verùm id prohibenti nocet, an ſocius
volens ædificare eo pacto vt murus ſit communis
poſſit hoc facere? & Barto.& Cepol. ſupra allegati
videntur velle, quòd poſſit. Contrarium tamen ve
rius puto ſi deſtinatio non ſit, iuxta Ange.in dicta l.
quidam Hiberus.colum.fina.verſicu.demum quæ
ro.& idem videtur tenere Dyn.in dicto capit.in re
communi. & cum hac opinione tranſiuit Senatus
in cauſa de qua infra.
Amplia quintò in eo, qui vellet ædificare ſub
19 pariete communi, vt quia † vellet facere in eo
penum ſubterraneam, non enim de iure poſſet
hoc facere inuito ſocio, licèt conſuetudo ſeruet
oppoſitum, vt latè tractat Cepol. de ſeruitu.vrba.
capit.45.de penu. & ego hoc caſu dicerem, quòd
quamuis murus ſit pro clauſura, tamen poſſit ſub
illo muro aliud facere pro penu conſtruenda, ſi
non noceat talis ſtructura ſocio, & ita cenſuit Se-
natus ſuperioribus annis in quadam controuer-
ſia Biſtorti ciuis Taurini.
Vltimò ampliatur dicta regula, vt procedat
20 etiam in † pluribus ſocijs: nam licèt maior pars
velit quid facere in re communi ad vſum non de-
ſtinatum, tamen non poterit ſocio inuito. Felin. in
dicto capit.cum omnes.numero 22.& 23. de con-
ſtitutio.vbi etiam Decan prima lectu. numer.5. &
in 2.lectura numero 3.& dicit Felin.ibi, quòd ſi eſ-
ſent nulle, factum illorum nõ nocet vnico ſocio.
vt per Oldrad. conſilio 34. argumen. l.hæredes. §.
incerto.D.famil.erciſ.quod enim omnes ſingulari-
ter tangit, ab omnibus debet approbari.
Falli, & declaratur primo hæc ſecunda negati-
21 ua regula, vt non procedat eo caſu † quando mu-
rus eſſet communis pro diuiſo, quia tunc in ea
parte, quæ ſocium reſpicit, poterit is inuito alio ſo-
cio ædificare capiendo medietatem muri recta li-
nea. Ita ſentit glo.in l.hoc quod dictum. §.ſi ex tri-
bus.D.de ſeruitu.vrbano.per illum text.ſecundum
vnam lecturam. vbi idem tenet Angel. & Albert.
Corn.dicto conſilio 78.libro 4. & conſilio 90. libr.
2.184. libro 1. Alexan. dicto conſilio 174. Cepol.
dicto titulo de par.quæſtio.1.numero 11.& quæſt.
3.numero 19. Dec. conſil.388. vbi ampliat etiamſi
eſſet murus pro clauſura deſtinatus.Socin.conſilio
44. colum.1.libro 4. dicens communem, & tunc
poterit ſocius excarpare murũ pro ſua parte, ſe-
cus ſi pro indiuiſo vt in caſu Gabriell.conſilio 149.
Burſat.dicto conſilio 57.numero 6.latè Bero. con-
ſilio 131.volumi.3. & hæc fallentia procedet, quan-
do murus eſſet latus, adeo quòd poſſit ſocius
ædificare ſuper parte ſua non tangendo partem
ſocij. Ang.in dicto §.ſi ex tribus.Dec.dicto conſilio
388.Corn.dicto conſilio 90.nume 20.ſecus ſi ſit te-
nuis, vt in caſu Gabr. dicto conſilio 149.nume.7.
& dixi dicta deciſione 23. numero. 2.in fin. &
Corn.dicto conſilio 78. qui loquuntur maximè
eo caſu, quando eſſet deſtinatus ad ſuper ędifican
dum, & eleuandum: nam tunc etiamſi ſit com-
munis pro indiuiſo poterit ædificare, vt cenſuit
Senatus dicta deciſio. 23.quando verò pro diuiſo,
vel indiuiſo in dubio paries ſit iudicãdus, pulchrè
colliges ex Barto. in dicta l. inter quos. D.de dam.
infec. Cepol. vbi ſupra.Corn. dicto conſilio 78.&
in dubio iudicatur pro diuiſo. Corn. dicto conſil.
90.numero 15.
Secundo falli, & declaratur, vt non procedat
22 vbi eſſet † conſuetudo in loco, quòd in muro cõ-
muni poſſit ſuper ædificari inuito ſocio, prout iu-
dicabat Senatus in quadam cauſa Vercellẽ.inter
Guiſcardum, & de Nigris.per doctrinã Mar. di-
cta quæſt. 498. numero 28.& 499.in fin. & eam
conſuetudinem Veronę eſſe dicit Cepol. d. titul.
de

de par. numero 30. in quo caſu oriebatur dubi-
23 tatio † ſi teſtes non exprimant, an hæc conſuetu-
do intelligatur de pariete communi deſtinato ad
id, an etiamſi non ſit deſtinatus, & cõcluſum fuit,
quod cùm teſtium dicta ſint ſtrictè interpretan-
da, debeant intelligi de communi muro ad id de-
ſtinato, & tanto magis, quia teſtium dicta interprę-
tanda ſunt ne deſtruant ius commune, propter
conſuetudinem allegatam. Barbat. conſilio 5. libr.
2. & in ſimili dicitur ſtatutum, & conſuetudinem
interpretandã, vt minus derogent iuri communi
quàm ſit poſſibile, vt dixi ſupra deciſ. 37. nu. 1.

Maior vero inſurgit in hac materia inter docto
24 res noſtros dubitatio, † quando murus dicatur
deſtinatus ad eleuandum: nam in dubio non præ
ſumitur deſtinatus ad id, ſed ſeruanda eſt facies,
& conſiſtentia antiqua. l. cum in totum. C. de ædif.
priua. Bald. dicto conſilio 233. libro 1. Burſat. dicto
conſilio 57. numero 7. vnde exiſtimat Bald. vbi ſu-
pra hoc remittendum eſſe peritis, qui debent loco
viſitato referre, & iuxta illorum votum iudex ſen-
tentiam ſuã proferet, vt in his terminis dicit Alex.
dicto conſi 174. num. 7. nam illorum relationi iu-
ratę plena fides adhibetur, vt dixi d. Deciſ. 23. nu.
2. & tenet Cępo. d. tit. de parie. num. 14. & ego de-
ſtinatum dicerem non eſſe, ſi pro clauſura duorũ
ædificiorum in confinio horti, vel areæ, aut in me
dio horum videatur conſtructus, cum merlis ſeu
corona in ſuperiore parte muri, vel paries ſit fa-
ctus in ſuperiori ſuperficie ad dorſum Aſini, quia
hæc ſunt ſigna communia diuiſorij parietis. Item
ſi tenuis ſit murus ita vt commodam ſuperędifi-
cationem non recipiat, vt per Gabri. d. conſi. 149.
lib. 1. & Burſat. d. conſi. 57. vel ſi tectum habeat ſu-
perimpoſitum. vt dicit Corn. d. conſi. 78.

Sed quid ſi murus hincinde recipit tigna, an vi-
deatẽ deſtinatus ad eleuandum? Et videretẽ dicen-
dũ, ꝙ non, vt per Caſtren. d. conſil. 334. col. 2. lib. 2. &
Gram. d. cõſi. 164. diuerſa enim ſunt ſeruitus altius
tollendi, & tigni immittendi. Contrarium tamen
verius eſt, & ita cõſuluit Pariſ. conſi. 55. lib. 4. Rui.
conſi. 116. lib. 4. & cenſuit Senatus hoc caſu mu-
rum poſſe altius eleuari in ſupradicta cauſa Gul-
ſcardi, & in alia de qua in d. Deciſ. 23. num. 3. & no
uiſſimè in cauſa Famulię, & Peſcha: Taurinẽ. 1587.
9. Martij. de qua dicam infra Deciſ. 220. Quæſitum
pariter fuit cui incumberet onus probandi murũ
eſſe ad id deſtinatum, vel non, & dictum fuit hoc
ſpectare ad ſocium ædificare volentem, quia ip-
ſe dicitur actor, & in hac materia melior eſt con-
ditio prohibentis. dicta l. Sabinus, & dicto capit. in
re communi, & in his terminis tenet Bald. dicto
conſilio 233. & conſi. 165. libr. 1. Corn. dicto con-
ſilio 78. Roman. dicto conſilio 52. Caſtren. in l. in
re communi D. de ſeruitu. vrban. Burſat. dicto cõ-
ſilio 57. numero 4. Renatus Copinus de iuriſdict.
And. dicto capit. 10. numero 4. & hæc omnia inter
plures conuaſallos locum obtinere poterunt, vt
per Bald. dicto conſil. 165.

Teſtes pro rei veritate eruenda quando tam in ciuilibus quàm in criminalibus torturę ſubijciantur.

DECISIO XLII.

1 *Teſtes cogi poſſunt ad deponendum, quid ſciant de negotio etiam per viam torturę, & quando id locum habeat, numero 3.*
2 *Teſtis etiam in cauſa ciuili torqueri poteſt.*

1 TESTES † cogendi ſunt ad de
ponendum, quid ſciant de ne-
gotio etiam per viam torturę,
ſi veriſimiliter id ſciunt. ita
generaliter tenet Bald. in l. mi-
lites. C. de quæſtionib. pro
cuius dicto eſt text. ad literam
in l. vnius. §. teſtes. D. eod. in l. fin. C. de abolu. imo,
2 quod etiam † in ciuilibus amplietur hoc dictum
ſi aliter veritas haberi non poſſit, tenet gloſſ. in l.
ex libero. in prin. in verbo non vacillante. D. dicto
titu. de quæſtionib. per text. in l. diuus. eodem titu.
& videtur Iuſtiniani ſanctione in ignobilibus teſti-
bus ſatis apertè deciſum in §. ſancimus. authen. de
de teſtib. collat. 7. Natt. conſilio 349. numero 1. &
in fin. conſilij. Dubitabatur tamen in Senatu, an
hæc opinio eſſet ita indiſtinctè admittenda, vt ex
3 ſola aſſiſtentia poſſit teſtis torqueri: † Dubitatio-
nem faciebat dictum Paridis à Puteo in tracta. de
ſindica. in verbo teſtes. vbi vult, quod adſit etiam
mendatium, & negatiua teſtis, vt torqueri poſſit,
& eo caſu etiam tertio quæſtioni ſubijci poſſe vo
luit eod. tracta. in § viſo de repetitione. numero 5.
& dicit gloſſ. in dicto §. teſtes. hæc duo requiri co-
pulatiuè, vt ſit locus torturæ, videlicet, vt vacillet,
& dicat ſe interfuiſſe. per d. l. ex libero. idem vide-
tur voluiſſe Put. in verſiculo licet aliàs. pag. mihi
320. in noua impreſſione Veneta omnium tracta
tuum. Verùm contrarium viſum fuit de iure ve-
rius nempe, vt torqueri poſſit ex eo ſolò, quòd
actui præſens fuerit, in vno etenim capite vacilla-
tionis loquitur d. l. ex libero. Et ita cẽſuit Senatus.
1562. 27. Auguſti. in cauſa Caſtagnolarum, in qua
in tumultu, & maxima turba fuerat occiſus Præ-
poſitus Satellitum, nec ſciri poterat, quis illũ vul-
neraſſet, & ideo fuerunt torti duo ex his, qui illic
aſtabant cum armis. Et pro intellectu materiæ vi-
de pulchram diſtinctionem Barto. in d. l. ex libero.
& Franciſc. Brun. in tracta. de indic. & tortu. 4. q. 2.
par. per totam. & Socin. regu. 417.

Vſuræ dotis an debeantur ab hæredibus poſt annum, ſi ſint in mora dotis reſtituendæ.

DECISIO XLIII.

1 *Alimenta debentur vxori infra annum luctus ab hæredibus viri.*

Vſura

2 *Vſuræ an debeantur vxori pro dote poſt annum non ſolu*
ta, & quando debeantur. nu. 3.
4 *Alimenta debentur vxori etiamſi habeat aliunde.*
5 *Mulier an in dubio præſumatur habere, vnde alimenta ca*
pere poſſit.

1 MVLIER † mortuo viro alitur
ab hæredibus, poſtea dotes repe-
tit, & hæc alimenta illi quaſi de-
bita ſunt, quia cùm intra tem-
pus anni dotes non habeat, ob
quam alimenta vir vxori præſta
re tenetur, æquitatis ſuadente ra-
tione interim dum dos penes hæredes eſt ab eis
ali debet iuxta Bartol. doctrinam communiter ap-
probatam in l. diuortio, numero 1. D. ſoluto ma-
trimonio. & iſta eſt generalis (præſertim huius pa-
triç) conſuetudo, de qua doctores in l. 1. §. exactio.
C. de rei vxor. act. Et quamuis contrarium videa-
tur tenere Rofred. Beneuantan. in ſuis quæſtio. ſa-
batin. quæſtio. 27. numero 10. Tamen ſuperior opi
nio in practica ſeruatur, & Senatus noſter illam
ſemper pro firma, & indubitata tenuit, iuxtaque
illam ſupremo Pariſien. curiæ decreto ſancitum
fuiſſe ſcribit Ioannes Imbertus Rupellanus in ſuo
Enchiridio iuris Galliæ litera M. §. mulieri alimen-
ta. quam amplia etiam ad veſtes lugubres, vt per
Corduban. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num.
125. D. de lib agno.
2 Sed quæſitum fuit, an ſi † hæredes ſint in mora
reſtituendæ dotis poſt annum luctus vſuræ debeã-
tur, iuxta notata in cap. ſalubriter. de vſur. Et quam
uis Ioan. Roias in ſua ſucceſſion. epito. cap. 33. num.
27. indiſtinctè videatur tenere, quòd ſic, & ita de
conſuetudine Neapoli obſeruari ſcribat Afflict.
deciſio. 93. in principio. & deciſio. 284. communi
tamen omnium voto concluſum extitit has vſu-
ras non deberi ex doctri. Bartol. in l. inſulam. §. vſu
ras ſoluto matrimo. poſt Innocen. & Ioan. And.
in dicto capit. ſalubriter. & communem hanc ſen-
tentiam dicit Didac. variar. reſolut libro 3. capit. 1.
numero 3. verſicul. ſexto. Roland. conſilio 55. libro
2. per totum. & præſertim à Canoniſtis ita commu
niter teneri dicit Afflict. dicta deciſio. 284. Caballi.
Milleloqu. 433. par. 1. Neuizan. conſilio 74. nume.
3. Cotta in memorabilib. in verbo Dos ſoluto ma-
trimo. verſicu. quid autem ſi hæredes. & nouiſſimè
ſequitur Alphonſus Vilagut Neapolitan. quæſtio.
22. numero 14. concluſ. 12. In ſuo tractatu. de vſur.
Quòd adeo verum eſſe quidam arbitrati ſunt, vt
nec ſtatutum, aut vltimam ipſius mariti diſpoſitio
nem valere voluerint, qua cautum ſit, mulieri an-
nuum quid vſurarum nomine præſtari debere,
donec dos ſoluta ſit. ita Ancharan. conſilio 92. &
348. Bald. 166. volumi. 1. apoſtillat. ad Bart. in dicta
l. diuortio. quia hoc pactum vſurarium eſt, vt te-
net Lup. in repetit. capit. per veſtras. 6. notab. nume.
8. de donatio. inter virum, & vxorem. qua de re vi
dendus Didac. in dicto cap. 1. verſicu. ſeptimo ab
eadem ratione. licèt tale ſtatutum eſſe Romæ, &
in viridi obſeruantia dicat Pontan. in tractatu de
alimen. capit. 15. numero 7. Et validum omni-
no eſſe defendat D. Alphonſ. dicta quæſt. 22. nu. 17.
concluſ. 15. & poteſt eſſe hoc verum conſiderato
intereſſe, vt infra dicam.

Item non valere pactum ab vxore factum cum
hæredibus, vt donec ipſi ſoluerint dotem vſuras
præſtent, tanquam vſurarium tenent Alex. conſi.
200. volumi. 6. Panormita. conſilio 39. & Crauet.
conſilio 89. & ita per Sabaudiæ Senatum iudica-
tum teſtatur Gulielm. Vnciac. Sabaud. quęſtio.
Academicar. libro 1. quæſtio. 84.

Hæc tamen opinio vti nimis rigoroſa ab inter-
pretibus noſtris paſſim, & conſulentibus declara-
3 tur, vt non habeat locum † ſi mulier non habeat
vnde ſe alat, ita communem concluſionem limi-
tat Ange. in §. fuerat. nume. 6. inſtitu. de act. Afflict.
deciſio. 284. Lup. dicto notab. 6. numero 8. & alij
quos citat Didac dicto verſic. ſexto. dicens ita paſ-
ſim teneri. Crauet. conſilio 189. colum. 5. verſicul.
ſextus caſus. vbi ponit alias fallentias, ſi eſt ſolita
negotiari, ex qua negociatione alimenta quærere
poſſit, ſi paſſa eſt damnum ob moram, vel ſi
tranſeat ad ſecunda vota de quibus Lup. vbi ſupra
& ita loquitur Hoſtien. in ſumma de vſur. §. ali-
quo. verſicu. quid in conuerſo. dum voluit mulie-
rem computare in ſortem fructus perceptos ex
prædio nomine dotis ab hæredibus remiſſo ſub pi
gnore donec dos ſoluta ſit, & cum hac diſtinctio-
ne videtur tranſire Pontan. dicto tractatu capit. 15.
numero 4. Burſat. conſilio 8. numero 41. libro 1.
Rolan. dicto conſilio 55. numero 4. & in fine con-
ſilij. Marc. Solon. à Pace conſilio 4. numero 28. &
nouiſſimè. D. Alphonſus Vilagut. dicta quæſt. 22.
numero 14. concluſ. 12. vbi multis firmat rationi-
bus, & authoritatibus Pincll. de bon. matern. l. 4.
numero 5. Kirchou. commun. opinio. centur. 5.
litera A. concluſ. 14. Caualcan. deciſio. 18. numero
29. par. 1. & in his terminis intelligitur ſtatutum
Mediolanen. poſitum capit. 312. inter volumi. ſta-
tutorum Mediolani. Et quamuis hæc fallentia Di
daco non placeat rigore vtriuſque iuris inſpecto,
vt ipſe loquitur, ego tamen dico iure apertiſſimo
vſuras mulieri concedi durante tempore reſtitu-
tionis dotis. per text. in dicta l. 1. §. exactio. in verſic.
ſin autem ſuperſederit. ibi,

Etiam vſuras æſtimationis omnium
rerum.

Et in l. fina. §. præterea C. de iure dotium. vbi mode
rantur iſtæ vſuræ ad tertiam partem centeſimæ,
& ſic ad quatuor pro ſingulo centenario, faciunt
quæ ſcribit Beneuentan. in d. q. ſabati. 27. à nu. 5. vſq;
ad nu. 10.

Ex quibus fortius dicerem, ſuſtineri poſſe, quod
etiamſi mulier aliunde haberet vnde ſe aleret, ta-
men etiam vſuræ deberentur tum ratione cuiuſ-
dam intereſſe, quod veriſimiliter patitur, vt dicit
Grammatic. deciſio. 103. numero 92. tum etiam
4 quia & tunc † alimenta debentur de bonis mariti,
vt cenſuit Camera Imperialis teſte Myſinger. ſing.
obſeruat. centur. 1. obſeruat. 64. quamuis Accurſij
contrariam ſententiam communiter recipi, & vſu
obſeruari tradat Corduba in l. ſi quis à liberis. §. ſi
quis

quis ex his. numero 123. D. de liber. agnoſcen. Neque mouet me ratio illa vſuræ quam doctores conſiderant in hoc caſu, quia ſi canonum decreta in capit. ſalubriter. id concedunt marito ex eo, quia vt plurimum dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda, vt per D. Ozaſc. deciſ. 132. numero 1. Caualcan. deciſ. 35. numero 21. 1. par. quare id non concedent mulieri, quæ viro orbata nullum habet lucrum, & damnum ſemper emergens eſt, miſeraque vidua non habet vnde victum ſibi parare poſſit, hæredes verò mariti ex dote pauperis viduę lucrum percipiant? & hac conſideratione attenta cum hac opinione modo non fiat in fraudem vſurarum, tranſit indiſtinctè quo ad hoc Conradus Summenart. de contractibus. tractatu 2. quæſtio. 35. concluſio. 9. Pręterea ſi emptori conceditur, vt vſuras propter pretium non ſolutum à venditore petere licitè poſſit. l. curabit. C. de actio. emptio. & nota. in capi. conqueſtus. de vſur. vbi gloſſ. magna. Rolan. conſi. 65. numero 7. libro 4. quare id mulieri ob retentionem dotis non concedetur? & ſi conſideremus rationem doctorum quare id mulieri denegatur, ne faciat vſuram, quia quicquid ſorti accedit, vſura eſt, video eandē rōnem in viro concurrere, neq; cōmodam video diuerſitatis rationem adduci poſſe, niſi quòd onera matrimonij ſuſtinet vir, ſed ſi incommoda, quæ miſera vidua poſt mariti mortem patitur, conſiderabimus, proculdubio mariti oneribus præponderabunt, vel ſaltem commodam compenſationem admittent, æquitatis magis ſuadente ratione, prout ex ea ſubtiliter innuit Vnciacus dicta quæſtione 84. & quòd vſuræ pro dote non ſoluta ſoluantur, ita conſuetudine in Saxonia obtentum teſtatur Math. Coler. in libro de proceſſibus executiu. par. prima, capi. 10. nume. 79. ſiue habeat aliunde mulier ſiue non, & vidi hic in Senatu multoties obſeruatum ratione cuiuſdam damni emergentis, & faciunt quæ pulchrè idem Coler. dicto capit. numero 71. & ſequen. ſcribit demonſtrans vſurarum moderatarum conceſſionem magis vtilem quàm pernicioſam, & licitam eſſe. Cęterum durum fortè eſſet contra ſtimulum calcitrare propter communem doctorum opinionem ſupra relatam, cùm in ea tempora inciderimus, quibus non ſola veritas, ſed magis multitudo etiam errantium aliquando (modo communis nomen obtineat opinionis) ſectari ſolet.

Ampliatur ſupradicta fallentia, quòd currant vſuræ, ſi mulier non habeat vnde ſe alat, quòd ſi
5 ſimus in dubio †, & pars non probet mulierem alia bona habere, pręſumatur nulla bona habere, & ſic teneatur hæres ad vſuras. Ita cenſuit Senatus
6 in cauſa Conteſinæ, & Alboſchi. 1562. 29. Auguſti. vbi plus erat, quòd mulier illa habebat vſumfructum in quibuſdam prædijs mariti, non tamen ſufficientibus ad alimenta, & taxatæ fuerunt vſuræ ad octo pro centenario. Quamuis eo caſu dubium eſſet, quia habebat alimenta in illis prædijs, & hæc ſententia ſuam habuit executionem, quæ rationem ab alimentorum fauore capere poteſt. Et hoc modo dotium vſuram ſimiliter taxatam fuiſſe dicit Grammatic. deciſio. 103. numero 101. per conſilium Neapolitanum, licèt fortè melior eſſet taxa, quam Imperator tribuit, vt ſit tertia pars centeſimæ, hoc eſt quatuor pro ſingulo centenario. Eſt enim centeſima vſura duodecim pro centenario, quicquid cęcutierit in hac re Accurſ. vt doctè admonet Anto. Auguſt. emendat. libro 1. capit. 9. & libro 2. capit. 10. poſt Socin. huius erroris primum animaduerſorem Alciat. & alios ibi relatos.

In hac tamen vſurarum ex cauſa dotis taxatione ſolet Senatus quandoque ad trientem, quandoque in quincuncē, quandoq in ſextūcem, & vſque ad beſſem taxam ſuam arbitrari, habita ratione quantitatis dotium, & qualitatis perſonæ, & onerum.

Alimenta præterita an mulier ab hæredibus viri petere poſſit, cùm durante anno luctus pro illarum præſtatione non interpellaſſet hæredem.

DECISIO XLIIII.

1 *Alimenta præterita an debeantur mulieri, cùm tempore anni non interpellaſſet hæredem.*

2 *Vidua toto tempore viduali an alimenta debeantur, etiā poſt annum luctus.*

3 *Vxor inops, & vidua relicta capit quartam in bonis mariti alimentorum loco.*

ALIMENTA debentur vxori durante anno luctus ab hæredibus, vt dixi ſupra proximè. Dubitatum fuit, quid ſi ipſa ſe
1 aluit, † an petere poſſit alimenta præterita, cùm tempore anni non interpellaſſet hæredem ad ſoluendum? & pro affirmatiua videbatur concludendum ex doct. Decij in l. de alimentis. C. de tranſact. vbi Dec. videtur tranſire cum hac opinione, cum qua nouiſſimè poſt Bald. & alios tranſit Corduba. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. D. de libe agnoſcen. numero 134. & 140. pro qua opinione, videtur eſſe text. in l. libertis. §. 1. D. de alimen. lega. Corn. conſ. 212. num. 4. lib. 3.

Pro negatiua verò dicebatur ſtare cōmunem doctorum ſententiam, vt per Alex. Curt. & alios in dicta l. de alimentis. Caſtren. in l. diuortio. nume. 6. D. ſolu. matrimon. apoſtilla ad Barto. in dicta l. diuortio. litera B. Capic. deciſio. 24. nume. 9. ratio eſt, quia pro alimentis futuris non pro præteritis iudex officium ſuum impartitur. Lancilot. Gallia de ſtatut. quæſt. 6. in verbo ſolidos. numero 121. poſt Barto. in l. libertis. §. manumiſſis. de aliment. lega. item alimenta ex cauſa neceſſaria petuntur, quæ neceſſitas ceſſat, & non conſideratur niſi pro

præſenti & futuro, non pro præterito tempore, vt conſiderat Ioann. Baptiſta Pontan. in tracta. de alimen. capit. 12. in prin. qui teſtatur iuxt. hanc opinionem fuiſſe per Rotam iudicatū: imputet enim ſibi mulier, quæ non petijt durante tempore petēdi, vt in ſimuli dicit Hoſtien. in titu. de vſur. §. aliquo. verſiculo, quid in conuerſo. Facit etiam ratio illa, quia licet alimentorum cauſa ſit fauorabilis, tamen omnis fauor ceſſat quo ad alimenta præterita. Vincent. de Franchis deciſio. Neapolita. 103. num. 2. & iuxta hanc opinionem cenſuit Senatus in ſupradicta cauſa Alboſchi, & Conteſinę. 1562. 29. Auguſti. quod procedit niſi in defectum alimentorum non præſtitorum mulier æs alienum contraxiſſet, vt per Pontan. d. tracta. de alim. capit. 35. num. 6.

Sed an vidua dum vidualem vitam agit etiam
2 poſt annum † ali debeat ab hæredibus mariti, diſſenſio eſt inter noſtros: vera tamen illa mihi videtur opinio, vt non teneantur ad alimenta, niſi ſi dotem retinerent penes ſe, quia hæc ſaltem vſurarū loco illi debentur, qua de re vide Cordubam in d. §. ſi quis ex his à num. 142. vſque ad num. 156. Pinell. de bon. matern. l. 4. num. 6, 7. & 8. Kirchou. cōmun. opin. centu. quinta litera A. concluſione 23. faciunt, quæ ſcribit Roffred. Beneuentan. in ſuis quæſtionib. ſabatin. quæſt. 27. nume. 5. 8. & 9. & à nume. 12 vſque in fin. Florian. conſil. 9. numero 10.
3 quod ſi inops & indotata ſit †, alimenta illi non debebuntur, quia quartam in bonis mariti ex nouella Iuſtiniani conſtitutione cōſequitur in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. cuius authenticę diſpoſitionem licèt quidam ad mulierem diuitem extendere voluerint, magis tamen eſt, vt inopis, & indotatæ perſonam non excedat, prout ex clara illius loci lectione colligere licet, & tenet Cordubam in dicto §. ſi quis ex his nume. 155. dicens id vſu forenſi receptum eſſe.

Vſuræ an debeantur mulieri pro mora hæredum in reſtitutione augmenti dotalis. Examinatur deciſio Afflict. 291.

DECISIO XLV.

1 *Vſura an debeantur pro mora hæredum in reſtitutione augmenti dotalis.*
2 *Dos, & donatio propter nuptias à pari procedunt.*
3 *Afflicti deciſio ſub nume. 291. & Capic. ſub num. 65. impugnantur.*

1 VSVRÆ † augmenti dotalis an debeantur ab hæredibus, qui poſt ſolutum matrimoniū fuerunt in mora illud reſtituendi, dubitatum fuit, & hanc quæſtionem in terminis tractans Afflict. deciſio. 291. concludit attenta diſpoſitione iuris canonici, & propter peccati cōtingentiam has vſuras non deberi, & ita dicit ter fuiſſe per conſilium Neapolitanum iudicatum, & ante ſua tempora ita ſemper obſeruatum, & cum Afflicto tranſit Capic. deciſio. 65. In cauſa honorabilis. mouetur Afflict. illa ratione, quia augmentum hoc dicitur vſura quodammodo dotis cùm ſit ipſius lucrum & vſusfructus, vnde ſi ſolueretur de eo vſura diceretur improbum fęnus, nempe vſurę de vſura omnino prohibitum l. improbum. C. ex quibus cau. infam. irrogar. clem. 1 de vſur. Vlterius pro Afflicti ſententia dici poterat
2 † augmentum, & dotem à pari procedere, cùm augmentum dotale eadem priuilegia habeat, quę & dos, vt latè per Bertachin. in verbo augmentū. numero 10. & Brunum in tracta. de augmen. concluſ. 5. Dec. in l. vt liberis. numero 6. de collat. & habetur in authen. de æqualita. dot. & donat. prop. nupt. ſed pro dote non debentur vſurę, vt dixi ſupra proximè deciſio. 43. multò igitur minus pro augmento ſeu donatione obnuptiali debebuntur. faciunt, quæ ſcribit Brun. in dicto tracta. de augmen. concluſ. 5. num. 25. & 26.

Ego dicebam hanc opinionem non eſſe verā, & aduertendum eſſe, quòd Afflict. non mouetur
3 bona ratione: † nam primò concedit de iure ciuili vſuras illius augmenti deberi, per authen. de nō eligen. 2. nuben. §. ſi autem omnis. deinde arguit, quod de iure ciuili vſurę vſurarum non debentur: vnde vti leue eſt argumentum Afflicti, ita & illius conſequentia, & poſtquam nihil validi allegat, & videbam id iure ciuili concedi, nec iure canonico expreſsè prohiberi immò potius tacitè permitti in c. ſalubriter de vſur. eram in illo voto, vt vſurę taxarentur prout taxatę fuerant vſurę principalis dotis ad octo pro centenario, vt dixi ſupra. Verùm propter authoritatem Afflicti, & Capicij, & conſilij Neapolitani cùm tunc nulla vrgens in oppoſitum adduceretur doctorum authoritas, non obſtantibus prędictis conſiderationibus, vſuras augumenti dotis non deberi cenſuit Senatus. 1562. 29. Auguſti.

Sed cum iterum in alia cauſa de hac quæſtione tractaretur in Senatu, ego adducebam contra Afflicti ſententiam conſilium Bald. 58. libr. 2. verſicul. ſuper quarto. vbi vult alimenta pro dote aſſignata dari ratione cuiuſdam interuſurij ad ratam dotis, & donationis propter nuptias, & quod contra Afflictum, & Capicium tenuit poſtea Grammaticus deciſio. 103, numero 98. & 101. vbi refert ſuis temporibus per multas ſententias receſſum fuiſſe ab illa opinione Afflicti, & taxatas fuiſſe vſuras ad rationem octo pro centenario, & ſequitur nouiſſimè Marc. Solon. à Pace Hiſpanus conſilio 4. numero 58. vbi ita Hiſpaniæ iudicatum teſtatur tam ſuper dote quàm ſuper arrhis, quæ ſententia mihi ſemper æquiſſima viſa eſt, cùm ſit valdè iniquum, vt quis cum iactura alterius locupletetur, & heres ex ſua mora lucrum capiat contra iuris regulas.

Et propterea cùm iſte caſus iterum contigiſſet, in cauſa magna Comitum Corigij contra Comites Vriti, quæ fuit Senatui delegata per Imperatorem,

rem, & relata per D. Bellacombam tunc Senatorem, & Collegam noſtrum coram toto Senatu re melius diſcuſſa iuxta votum meum, & contra priorem ſententiam cenſuit Senatus, vt vſuræ etiam pro augmento deberentur re per multos dies diſputata 1574. vndecima Auguſti. Et fuit determinatum ita in poſterum ſeruari debere, & cùm aliàs caſus contigit, ab hac opinione non fuit receſſum, & hæc nota, quia frequentiſſima ſunt, & difficilis eſt quæſtio propter tot deciſiones contrarias.

Poterit ampliari hæc concluſio, vt procedat etiam reſpectu augmenti dotis à patre promiſſę, & tempore ſtatuto non ſolutę, cùm eiuſdem ſit naturæ acceſſorium, quod principale, & ita conſuluit Pariſ. conſilio 126. numero 18. & 19. libro 1. qui reſpondet ad allegata per Com. tenentē contrarium conſilio 240. libro 3. & ſecundum opinionem Pariſ. iudicauit Senatus. 1575. Confirmata ſententia prolata per Doctiſſimum conciuem noſtrum, & Senatorem Do. Iuuenalem Capellum, Compatrem meum honorandum Iureconſultum Foſſanenſem, qui ita iudicauerat in vna cauſa Trinitatis.

Augmentum dotis conſtitutum à ſocero, qui dotem recepit, an cenſeatur donatum filio ſeu nurui, ita vt in diuiſione fienda inter fratres, id in primis filius detrahere debeat.

DECISIO XLVI.

1 *Augmentum dotis an inter fratres conferatur, & in legitimam imputetur. & nu. 4.*
2 *Dos, & donatio propter nuptias à pari procedunt.*
3 *Dotis lucrum patri ſpectat nuru moriente.*
5 *Argumentum ſubſiſtit ab imputatione in legitimam ad collationem.*
6 *Augmentum dotis confertur ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedatur patri.*
7 *Donatio obnuptialis ſiue augmentum dotis marito mortuo redit ad eius hæredes, & quid ſeparatum à dote iudicatur.*
8 *Iocalia, & veſtes magni valoris nurui donata in diuiſione fienda inter fratres conferuntur.*
9 *Collatio non habet locum niſi quando agitur de hæreditate illius, à quo donatio proceſſit.*
10 *Filius an teneatur conferre dotem, quam lucratur ex forma ſtatuti.*
11 *Donatio, quæ à patre fit contemplatione futuri matrimonij, an conferatur, & in legitimam portionem imputetur.*

AVGMENTVM dotis (quòd conſuetudinario iure donationis antenuptialis, & obnuptialis loco ſucceſſit) conſtitutū à ſocero, qui dotē recepit à
1 nuru, † an cēſeaƭ donatū nurui ſeu filio, ita vt in diuiſione fienda inter fratres id in primis filius detrahere deat, & in ſuam legitimā portionē imputare, dubia eſt quæſtio. Et videreƭ primò aſpectu dicendum in fauorem filij, vt illud detrahere poſſit, & non imputare in legitimam teneatur, quia hoc augmentum fit propter dotem, & acceſſorium dotis dicitur, vnde principalis dotis naturam, &
2 conditionem ſequi debeat, cùm † à pari procedāt dos, & donatio propter nuptias, vt dixi ſupra deciſio. proxima, nume. 2. & eſt text. cum rubr. in auth. de æqual. dot. & in his terminis ità arguit Neuizan. conſilio 76. numero 14. vnde priuilegium hypothecę, & anterioritatis datum doti cenſetur etiam datum augmento. Neguſant. de pignorib. 4. membro. 2. par principa. numero 46. & illud marito vergente ad inopiam ob id mulier detrahit. Ioann. Lup. in rep. capit. per veſtras. §. 19. in princi. ſed dos in diuiſione fienda primò detrahitur, ergo & augmentum.

Secundo, quia eum ſequuntur cōmoda, ad quē incommoda veniunt, & contra vulga. reg. ſecun-
3 dum naturam. de regu. iur. ſed moriente † filia, & nuru dotis lucrum remanet patri, & diuiditur inter filias, vt latè per Dec. conſilio 67. circa propoſitum. Doctores in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. vbi Alexan. numero 12. D. ſolu. matrimon. ergo augmentum dotis ipſorum etiam portionē onerare deberet.

Tertiò conſidero, quòd hæc obnuptialis donatio ſolet vt plurimum, imò ſemper fieri contemplatione dotis datæ, & in vxorem transferri deberet: dicitur enim donatio, quia donatur non filio, ſed nurui, ergo à filio non deberet conferri tanquā res de bonis alterius, cùm durante matrimonio non poſſit eſſe de bonis ſuis, vt de dote dicitur in l. pater filię. D. de euict. imò & illud ſequitur, quòd cùm ſit donatio, vti talis tempore mortis patris deſinit eſſe in hæreditate, cùm ſtatim in puncto mortis ſeparetur, ergo cùm non poſſit dici hæreditaria portio, vti ſimplex donatio non erit conferenda per ea, quæ ſubtiliter ſcribit Paul. de Monte Picho in repetit. l. in quartam. numero 26. D. ad l. Falcid. & quòd donatio hæc cenſeatur in mulierē trāſlata etiam abſque traditione, & ſpeciali priuilegio dicitur infra deciſio. 48. & pro ea ſicut pro dote mulieri tanquam dominę etiam viuo marito datur rei vindicatio. authen. donationem. C. de iur. dot. & hanc partem reperio tenuiſſe Neuizan. in dicto conſil. 76. nume. 12.

4 Supraſcriptis † tamen non obſtantibus contrarium Senatui viſum fuit de iure verius per text. in l. vt liberis. C. de collat. vbi docto. & præſertim Dec. nume. 6. per quem text. apertè deciditur filiū conferre cum fratribus ab inteſtato ea, quæ habuit ex donatione propter nuptias. ad idem venit text. in l. quoniam nouella. C de inoffic. teſtam. vbi dos, & donatio propter nuptias imputantur in legitimam, vt ibi per DD. & per Dec. dicto numero 6. Ripa in l. in quartam. numero 148. vbi ponit rationem D. ad l. Falcid. Fabian. in repetit. auth. nouiſſima. numero 84. C. de inoff. teſtam. ergo tantò magis de illa donatione habenda erit ratio, vt

5 conferarur eum fratribus, cùm † valeat argumentum ab imputatione legitimę ad collationem. l. illud. §. 1. C. de collat. & dici poſſit computatur in legitimam ergo confertur. Dec. in dicta l. illud. col. 1. Pich. in rep. dicta l. in quartam. nume. 87. præſertim cùm mediatè à patre proceſſerit, quo caſu firmior redditur hæc conſequentia, vt per Ruin. in dicta l. in quartam. numero 29. & regula generalis eſt in hac materia, quod ſubiacent collationi quęcunque imputantur in quartam legitimę. Iacob. Richius in tracta. de vnio. prol. capit. 5. numero 6.

Præterea, & tertiò facit pro hac ſententia, quod donatio hæc ſicut dos dicitur profectitia cùm à patrę proficiſcatur. l. dos à patre. C. ſolu. matrimon. ergo veniet conferenda. l. certum. C. famil. erciſcun. Azo in ſumma de collat. numero 4. verſiculo item ſui. & hanc opinionem poſteriorem tenet Cagnol. in l. ſi emancipati. numero 204. C. de collat. qui ita per cōſilium tunc Taurini reſidens iudicatum teſtatur, & communiorem fatetur Neuizan. dicto conſilio 76. & cum ea tranſeunt conſulendo Bertrand. conſilio 337. volum. 3. 1. parte, Roderic, Bec. Crau. & alij quos refert Burſat. conſilio 179. numero 11. Bald. Nouell. de dote. par. 7. priuileg. 7. & iuxta illam vidi poſteà ſępius iudicaſſe Senatum ſiue de ſucceſſione ex teſtamento, ſiue ab inteſtato capienda tractaret: nam in vtroque
6 caſu eſt † facienda collatio. per text. in l. illud. §. ad hęc. & authen. ex teſtamento. C. de collatio. gloſſ. elegans in l. Pomponius Philadelphus. in fin. D. famil. erciſcun. Hæc enim collatio inducta eſt ad eum finem, vt æqualitas inter liberos ſeruetur. dicta l. illud. & dicta l. vt liberis. vbi Caſtren. numero 3. quæ ratio militat in vtroque caſu, vt per Azo. in ſumma illius tituli. numero 17. cum quo tranſeunt omnes vno ore magiſtri noſtri tam veteres quàm recentiores. Et pro hac opinio. facit ratio, quod omnis donatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda. l. quidquid aſtringendæ. ff. de verborum obligatio. & in ea ita ſunt intelligenda verba, vt minus lędant patrimonium donantis, & hæredum quàm ſit poſſibile, vnde talis donatio facta cenſebitur in leuiorem partem, ſcilicet vt filius haberet quo vxori augmentum dotis pro more regionis conſtitueret, ſed ita vt id ſibi imputaret: poterat enim pater clarè donationem facere non imputabilem ſi hoc voluiſſet, quod cùm non fecerit videtur noluiſſe alijs filijs præiudicium facere, & in dubio pro æqualitate filiorum iudican. eſt. Et hoc tantò magis, & indubitatè procederet, ſi pater poſtea talem eſſe mentem ſuam declaraſſet, vel inter viuos, vel in vltima voluntate.

Non obſtant nunc contraria. Nam ad primum dicitur veram quidem eſſe regulam æqualitatis ſeruandæ in dote, & obnuptiali donatione, ſed fauore æqualitatis inter fratres ſeruandæ non eſſe hanc extenſionem faciendam, imò ſatis æqua lance procedunt, cùm ſicut dos confertur per filiam, & loco legitimè ſuccedit, ita & donatio propter nuptias in legitimam imputetur & conferatur. Vl-
7 terius obnuptialem hanc donationem quid † ſeparatum à dote fuiſſe reperio, cùm de iure marito mortuo nullis extantibus in contrarium pactis, non ad mulierem tranſeat vnà cum dote, ſed ad mariti hæredes tranſmittatur. gloſſ. in authen. dos data. C. de donatio. ante nupt. Purpurat. conſilio 148. numero 1. libro 1. Alben. conſilio 68. numero 2. Laurent. Kirchou. commun. opinio. centur. 1. concluſ. 94. Do. Sola in commentar. decretorum Sabaud. titu. de feud. glo. vni. 1. par. num. 9. vbi vide multa de hoc augmento.

Ad ſecundum reſpondetur, patrem lucrari dotem ſtantibus in communione liberis propter onera matrimonij, & ideo quaſi omnes vnà cum patre huius oneris participes ſunt ipſo mortuo tanquam quid hereditarium capiunt, & æqualitas hoc modo augetur, quæ in contrario caſu deſtrueretur, & conſiderandum eſt damnum, & præiudicium, quod fratribus fieret, ſi detraheretur, cùm ſubſtantia paterna diminuatur, ex quibus patet reſponſio ad vltimum fundamentum.

Nec obſtat allegatum cōſilium Neuizani: nam primò cōtra ipſum ſtat cōmunis ſententia, vt ipſemet fatetur. ſecundò nihil validi allegat, & Iaſon per ipſum citatus in conſilio vltimo 2. volumine loquitur in alia donatione, & quando expreſsè conuentum eſt, vt non cōferatur. quo caſu etiam dubitari poſſet propter inæqualitatem, quæ oritur, & aduertendum, quòd reſponſio quam ipſe facit ad contraria non ſubſiſtit, dum inquit, quòd illa procedunt quando ſponte facta fuiſſet à patre donatio abſque eo, quòd fuiſſet obligatus: nam contrarium verius eſt, quia ob cauſam dicitur donatio, & confertur, vt videre licet apud Burſat. dicto conſilio 179. numero 11. libro 2. Stet igitur firma concluſio donationem hanc obnuptialem, ſiue mauis augmentum dotis conferendum, & in legitimam imputandum, & hæc eſt æquiſſima opinio, iuxta quam ſemper conſulerem & iudicarem nec vnquam vidi Senatum à tali opinione diſſentire, quamuis ſępe occurrerit hic caſus.

8 Amplia, vt procedat etiam in † iocalibus, & veſtibus magni valoris à patre nurui traditis, vt hæc etiam conferantur, & in legitimam portionem imputentur filio vxorato. iuxt. Crot in repetit. l. frater à fratre. numero 98. D. de condict. indeb. Vital. in tracta. de collation. quæſt. 11.

Declaratur tamen ſupradicta opinio de colla-
9 tione augmenti dotalis, vt † habeat duntaxat locum in bonis illius, de cuius hæreditate agitur, à quo ipſum augmentum proceſſit, quia res de facili redit ad naturam ſuam. Ita declarat Iaſ. in dicta l. vt liberis. nume. 6. & alij doctores ibi. inter quos Dec. num. 7. Picus in dicta l. in quartam. nume. 89.
10 An autem † frater teneatur cōferre dotem quam lucratur ex forma ſtatuti, vide Vital. in dicto tracta. de collar. quæſt. 12. vbi multas alias quæſtiones ad hanc materiam pertinentes diſcutit.
11 An verò donatio, quæ † à patre filio in poteſtate exiſtenti occaſione matrimonij fit conferatur, & imputetur in ſuam portionem legitimam, quæri poterit, & credo imputari eoque magis ſi ipſe pater in ſuo teſtamento, vel alibi hoc declaret, de qua re vide Iaſ. in dicto conſilio vlt. libro 2. per totum,

tum, latè Bec. conſilio 30. Burſat. dicto conſil. 179. nume. 13. Bertrand. dicto conſilio 337. libr. 3. Rolan. conſilio 70. libr. 4. Vital. de collar. quæſt. 1. dixi aliqua deciſio. 32. nume. 10. faciunt text. & nota. in l. 2. C. de inoff. donat. & nouiſſimè multa ſcripſit D. Ozaſc. conſilio 62. per totum, & vide Natt. cõſilio 609. libro 3. in 1. dubio Maſuer. ad Papien. in For. libell. pro hæred. vel re ſingula. diuiden. ſuper verbo communiter, & pro indiuiſo. ſub nume. 13,

Iuramentum vt ſolenniter præſtitum dicatur, an requiratur tactus ſcripturarum, & quando, & quid in dubio præſumatur, & quæ ſcripturæ tangi debeant.

DECISIO XLVII.

1 *Iuramenti de ſubſtantia an ſit, vt corporaliter tangantur ſcriptura.*
2 *Promiſſio ſimplex, & ſub verbo veritatis facta obligat non minus quàm iuramentum, & num. 9. & 13.*
3 *Iuramenti varia genera.*
4 *Iudiciale iuramentum tactum ſcripturarum requirit.*
5 *Tactus ſcripturarum quando in iudiciali iuramento requiratur, & num. 6,*
7 *Iuramentum extraiudiciale qualiter præſtetur.*
8 *Iuramenti ſimplex delatio, quæ à l. præcipitur, non requirit tactum.*
10 *Iuramentum firmius eſt in quo, corporaliter ſcripturæ tanguntur.*
11 *Principum, & Prælatorum ſola promiſſio iuramento æquiparatur.*
12 *Clerici non tangunt iurando ſcripturas.*
14 *Mixtum iuramentum quod ſit, & an in eo tactus requiratur.*
15 *Iuramentum purgationis.*
16 *Scripturæ in iuramento manu tangendę ſunt.*
17 *Arę tactus in iuramentis mos vetuſtiſſimus.*
18 *In dubio an tactę ſcripturæ præſumantur.*

1 IVRAMENTI † de ſubſtantia an ſit, vt tangantur corporaliter ſcripturę, controuertitur inter doctores, & controuerſia oritur ex pluribus iuris tam ciuilis quàm pontificij locis, vbi aliquando de ſola præſentia ſcripturarum, aliquando de ſimplici verbali iuramento, multoties verò de corporali tactu ſcripturarum, earumque non ſecularium, ſed ſacrarum, iura loquuntur. Ex quibus communem eſſe ſententiam aliqui voluerunt, vt regulariter non requiratur tactus ſcripturarum, vt Alc. poſt multos doctores in Rubr. de iureiur. nume. 28. Aluarot. in §. ſi enim domino. titu. quid ſit inueſtitu. lib. 2. feudor. Alij verò magis communiter ſcripturarum corporalem tactum requiri ſcripſerunt. ex capitu. ſi quis presbiter. 2. quæſt. 4. ita Syluan. in tracta. de ſcu. recognit. quæſt. 109. num. 6. Bald. in Margarita ſua in verbo iuramentum, quod præcipitur. Franciſc. Marc. quæſt. 674. nume. 4. & 11. Marſil. ſingula. 415. in fin. vbi concordantes allegat. Diſtinxerunt alij varios iuramenti caſus, & illis ſolennitates ſubſtantiales in his terminis tribuũt, ex quibus quando tactus communium ſcripturarum, quãdo Euangeliorum, & ſacrarum literarum requirantur diſcerni facilè poterit, vt per Imol. in clemen. 1. de hęret. numero 16. Anton Corſet. in rubrica de iureiuran. in quarto euidentia. numero 7. vſque in fin. & quidem difficilè erit perfectam huius materię cognitionem habere niſi fędere diſtinctionis, & iura diuerſo modo loquentia, & cum his doctorum contrarietates componamus.

Itaq; clarius diſtinguendo quàm per Corſet. & alios (quos hactenus viderim) diſtinctũ fuerit, præ
2 ſuppoſito in primis obligationem † ſatis firmam, & veritatem ex ſola verbali promiſſione, & affirmatione oriri poſſe, cùm vulgatum illud notumque ſit, *Verba ligant homines, taurorum cornua funes*, ob idque ſimplicem promiſſionem, vel ſolam affirmationem verbalem iuramento æquiparari voluerint aliqui, cùm hominis fidei exuberantia iſta ſolemnia non requirat, iuxta illud, quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita, & ſufficiat viro bono dicere eſt eſt, non non. capit. & ſi Chri-
3 ſtus. de iureiuran. Dico † iuramentum in tres principales, & generaliſſimas ſpecies diſtingui, quoddam enim eſt iudiciale, quoddam extraiudiciale, aliud mixtum, iudicialis & extraiudicialis iuramenti naturam participans: licèt multę alię ſpecies ſint, quas congerit Ioann. de Selua. in tracta. de iureiur. 2. par. quæſt. 1.

Iudiciale iuramentum defertur in iudicio, & coram iudice, vel ex præcepto ipſius iudicis, vel ex delatione partis, aut ex præcepto legis, vel ſta-
4 tuti, aut ex forma decretorum. His † omnibus in caſibus non dicetur ſolenniter præſtitum, niſi corporaliter ſcripturę tangantur. iuxt. Bald. in dicta Margarita in verbo iuramentum. Imol. d. clem. 1. de hæret. numero 16. Alc. in dicta rub. de iureiur. Anton. Maſſa Galeſ. in tracta. ad formul. Cameral. obliga. par. 2. §. fin. nume. 30. præſertim ſi lex, vel ſtatutum requirat corporale iuramentũ, vel pars deferens requirat, vt corporaliter iuretur. Alciat. in dicta rubrica numero 32. (quamuis Hoſtien. quem ibi Alciat. refert, ſimpliciter teneat, quòd in iuramento delato à parte requiratur ſcriptura,) vel de conſuetudine id ſeruetur, vt per Alciat. in dicta rubrica numero 34. aut lex, vel ſtatutum dicant, vt ſolenniter iuretur. Alciat. ibidem numero 33. ſed in hac ſpecie quo ad tactum ſcripturarum diuerſitas eſt. Nam ſi ſimus in iura
5 mento † litis deciſiuo, aut in iuramento purgationis, vel in litem, aut in iuramento veritatis in arduis cauſis, tunc requiritur de ſubſtantia tactus Euangeliorum ex magis communi ſententia, quę & ipſa conſuetudine corroboratur, vt de primo caſu, quando ex iudicis præcepto defertur, dicit

Caſtren.

Caſtren. in l. 3. §. lucrari. D. de iureiuran. per gloſſ.
in capit. vt circa. in verbo corporaliter. de elect. in
6. Bellon. conſilio 4. numero 3. & videtur eſſe glo.
de hoc in clemen. 1. §. porro. ſuper verbo tacta. de
hæret. & in hac patria expſſa ſunt decreti verba, ſub
titulo *del giuramento.* in §. Et *primieramente.* ibi, *&
metterſi le mani ſopra i ſanti Euangelij*, vbi formula hu-
ius iudicialis iuramenti præſcribitur, quæ ſolenni-
tas in terminis illius decreti quo ad tactum Euan-
gelicum in omni iudiciali iuramento requiritur,
cuiuſcunque illud qualitatis ſit. vt in §. *La medeſima.*
ibi. *& la medeſima forma ſi oſſeruarà in ogni altro giura-
mento giudiciale, ſia di qual ſorte ſi voglia, &c.* & idem
dictum fuit de iuramento in litem, cùm ſuper
hoc diſputaretur in Senatu in cauſa Nicienſi in-
ter Rocamauream, & Fabrum, referente Domino
Senatore Enuiarum. anno 1575. 30. Maij. Et de iu-
ramento purgationis apertè loquitur text. in cap.
preſbiter. & in capit. quoties. 2. quæſt. 4. ſiue hoc
purgationis iuramentum in ſupplementum pro-
bationis à iudice deferatur, quod ſub hac ſpecie
iuramenti iudicialis rectè collocatur, ſiue ſponte
coram iudice ſuſcipiatur, quod in mixti iuramen
ti deſcendit ſpeciem, de qua infra dicemus. Et
quando in arduis cauſis defertur ſuper veritate di-
cenda, dicit Bald. Euangelia requiri. in authen. ſa-
cramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. quem ſequi
tur ibi Iaſ. nume. 13. Syluan. in dicta quæſt. 109 nu-
mero 6. & in cauſis criminalibus ita tenet Marc.
dicta quæſt. 674. per totam. & hoc caſu quando ta
ctus Euangeliorum requiritur, ſufficit tactus
vnius Euangelij, licet iura, & doctores ſub plurali
loquantur numero. gloſſ. in authen. iuram. quod
præſta. ab his. & Bald. quem refert Syluan. in dicta
quæſt. 109. nume. 6. dicit poſſe iurari ſuper quali-
bet ſcriptura ſacra, vt ſuper veteri, vel nouo teſta-
mento, & ſuper imagine ſanctorum, vel crucis,
quod verum puto niſi expreſsè dicatur, quòd iura
ri debeat ſuper Euangelijs.

6 Si vero † ſimus in cauſis minimis vel in iura-
mento calumniç aut teſtium, requiritur quidem
tactus ſcripturarum, ſed non ſacrarum, vt ſunt
Euangelia, & ita obſeruatur in practica, niſi expreſ
sè pars contrarium poſtulet, & in his iuramenti
caſibus ſunt accipienda omnia iura, & intelligendi
doctores, qui corporale iuramentum requirunt,
quos ſupra retulimus, & alibi reperientur.

Extraiudiciale iuramentum eſt, quod extra iudi
7 cium † præſtatur pro corroboratione contra-
ctuum, & hoc ab ipſis notarijs deferri eſt ſolitum
ſiue promiſſoria, ſiue aſſertoria ſtipulatio ſit, & in
hoc caſu non eſt de ſubſtantia tactus ſcriptura-
rum, ſed magis de conſuetudine introducta eſt
hæc ſolennitas, vt ſcripturæ manu tangantur, &
hanc conſuetudinem Italorum propriam eſſe,
vt quælibet ſcripturę tangantur, dicit glo. in dicto
§. porrò. in verbo tacta in fin. Franeus in dicto cap.
vt circa. colum. 3. in fin. de elect. libro 6. Imol. in
capitu. cum contingat. de iureiur. Syluan. dicta
quæſt. 109. numero 6. Gomeſ. in §. item ſi quis po-
ſtulante. numero 3. Inſt. de act. Zabarell. in dicto §.
porrò. numero 4. Ioann. de Selua in tract. de iuro-
iur. par. 1. quæſt. 4. numero 5. in fin. dicens, quòd
hodiè ita iurare ſufficit. Hanc tamen conſuetu-
dinem dicta gloſſ. in verbo tacta. intelligit proce-
dere, ſi requiratur corporalis tactus, ſed non. ſi ex-
preſsè cautum ſit, vt tactis Euangelijs iuretur, &
illam gloſſ. communiter receptam eſſe teſtatur
Corſet. in dicto tracta. de iureiur. in quarto eui-
dent. nume. 7. vnde ſi lege cautum ſit ſimpliciter
8 † vt iuretur non requiritur tactus ſcripturarum,
ſed ſufficiet quodlibet ſimplex iuramentum.
Abb. & Doctores in rub. de iureiur. vbi Alciat. nu-
mero 29. dicit communem. Imol. in dicto §. por-
rò. numero 16. atque hęc opinio iuris authorita-
te, & ratione non deſtituitur: nam quòd non ſit de
ſubſtantia contractus, vt tangantur corporaliter
ſcripturę, apertè elicitur ex l. ſi alterius. C. ſi minor.
ſe maior. dixer. vbi in fortiſſimis terminis, & vbi
de iuramento minoris agitur, Imperator corpo-
rale hoc iuramentum à ſimplici ſeparat, &
maioris efficaciæ illud eſſe, in quo corporaliter
tanguntur ſcripturæ, quàm aliud demonſtrat,
cùm hoc reparari ex probatione inſtrumento-
rum poſſit, illud verò nequaquam. Ratio
verò deducitur ex ſuperius facto, præſuppoſito
(quòd Chriſtianæ religioni maximè conuenit,)
9 nempe † ſatis eſſe Chriſtiano homini ſi ſub fide
ſola, vel ſub ſimplici veritatis verbo aliquid pro
mittat: nam hæc promiſſio pro iuramento ha-
betur, & potius ex quadã vulgi opinione tangunt
ſcripturæ, quàm quod ita rei ſubſtãtia requirat: nã
de iure & apud Deum ſola aſſertio ſemper eſt iura
mentum. Alcia. in dicta rubrica de iureiur. numer.
35. Præceptum etenim Euangelicum eſt, quod le-
gitur Math. capit. 5. *Nolite iurare: ſit autem ſermo
veſter eſt eſt, non non*, quod præceptum canoniza-
tur in capit ſi quis presbiter. 2. queſtione 4. Et apud
Deum à ſimplici promiſſione ad iuramentum nul
la differentia conſtituitur. capit. iuramenti. 2. quæ
ſtione 5. & plura de his ſcribit Math. Coler. de pro-
ceſſibus executiu. par. 1. capit. 10. numero 242. &
10 ſequen. Nulli verò dubium, quòd † firmius eſt iu-
ramentum, in quo corporaliter ſcripturæ tangun
tur. Imol. in dicto. §. porro. nume. 16. Abb. in cap.
tuis. colum. fina. de teſtib. Siluan. dicta quæſtio. 109.
numero 8. & probatur ex dicta l. ſi alterius. in fin. &
ideo orta eſt illa Italica conſuetudo, iuxta quam
in patria iſta practicatur, & hoc eſſe abundare in
cautela dicit Anton. Maſſa Galeſ. in tractatu ad
formul. Cameral. obligat. par. 2. principa. §. ſed hinc
ſumpta occaſione. in fin. & huic conſuetudini an-
tiquitus obſeruatæ ſtandum erit. iuxta Felin. in cap.
fraternitatis. colum. fin. de teſtib. Nec erit tunc ta-
ctus Euangeliorum neceſſarius, ſed ſuper quali-
bet ſcriptura iurari poterit. Gabriell. conſilio 127.
nume. 9.

Ex quibus infertur, quòd homines illi, in qui-
bus maximam fidei exuberantiam reſidere leges
præſumunt, ſola promiſſione ligantur non minus
atque ſi corporaliter ab ipſis tactæ ſcripturæ fue-
11 rint, vt ſunt † Principes, & Eccleſiarum prælati,
vt de Epiſcopis habetur in dicta 2. quæſtio. 4. mul-
tis in capitibus, niſi purgatorium præſtent iura-
mentum.

mentum, vt in dicto cap. presbyter. ſecũdo. & capi.
quotiens. dicta 2. quæſtio. 4. nam tunc Euangelio-
rum tactus requiritur, vt mox dicemus. Et de
Principe hoc tenet expreſsè vir doctiſſimus Ioha-
chim. Myſinger ſingular. obſerua. cẽtur. 1. obſerua.
17. vbi ita iudicatum teſtatur Andr. Gail. Germa-
nus practicar. obſeruat. libro 2. obſeruat. 59. nume.
6. qui id etiam ad illuſtres perſonas extendit. Imol.
in dicto. §. porro. numero 16. per capit. non flagite
12 tur. 11. quæſtione 1. & in clericis, † quòd non re-
quiratur tactus ſcripturarum, eſt textus in di-
dicto capit. ſi quis preſbiter, & tenet Alciat. in di-
cta rubr. de iureiur. num. 34. vbi allegat rationem,
& idem in iudice iudicante tenet gloſſ. in dicta au-
then. iuſiur. quod præſta. ab his. ſuper verbo teneo,
& quo ad Epiſcopos ſufficiet præſentare Euange-
lia. capi. fin. de iuram. calum. Ioann. de Selua. de iu-
reiur. 3. par. quæſt. 4. in fin. vnde dicitur tacto pe-
ctore more religioſorum. niſi ſimus in iuramen-
to graui, & purgatiuo: nam tunc etiam Eccle-
ſiaſtici iurant ad ſancta dei Euangelia, vt eſt text.
in dicto capitu. quotiens. §. porrò. extra de pur-
gat. canon. & quando litigat Eccleſiaſticus corã
iudice ſeculari in hac patria, res videtur expedita
attenta forma decreti Ducalis.
13 Secundò infertur, quòd in † quolibet contra-
ctu etiam à muliere facto in quo iuramentũ re-
quiritur, ſola promiſſio contrahentes obligabit, vt
in terminis ſtatuti tenet Lamberteng. in tracta. de
contractib. cor. quib. vel à iur. commun. vel à ſtatu.
ſine certa ſolenn. contrahere permiſſ. non eſt in
fin. nume. 91. quæſt. 26. poſt Bald. & Felin. per eum
citatos, & alibi fortè dicemus.
Quo ad tertiam iuramenti ſpeciem, quam
14 † mixtam nomino ob id, quia vtriuſque iuramẽ-
ti naturam participat, cùm iudiciale dici non poſ
ſit, quia extra iudicium, & extra iudicialem dela-
tionem præſtatur, & extraiudiciale dici non po-
teſt, cùm in figura, & forma iudicij, & ad formam
iudicialis ſuſcipiatur, vt eſt purgatorium illud iu-
ramentum, de quo ſupra dicebamus. & de quo ti-
tulus eſt in Decretalium libris, ſub rubrica de pur-
gat. vulgari, & de purgat. canon. item iuramentũ,
quod ab officialibus, & magiſtratibus, & aſſecura-
tionis, & fidelitatis, quòd à domino feudi Princi-
pi, & à ſubditis ipſi vaſallo præſtatur, & eiuſmodi;
His igitur omnibus in caſibus tactus Euangeliorũ
neceſſarius eſt, quia ita leges diſponunt, & expreſ-
sè requirunt, vnde talis omiſſio tanquam de ſolen
nitate requiſita actum vitiaret. Felin. in dicto capit.
fraternitatis. colum. fin. de teſtib. Alciat. in dicta
rubr. de iureiur. nume. 30. qui dicit communem,
15 De primò, quòd requiratur † tactus Euange-
liorum, ſunt text. aperti in dicto capit. preſbiter. ſe-
cundo, & in dicto capit. quotiens & illud iuramen
tum compurgatorium antiquiſſimum, & frequẽs
erat ex Longobardorum conſuetudine quadam
adinuentum, apud quos aliquando duello, aliquã-
do iudicio aquæ feruẽtis, & candentis ferri, vel ſu
per ſanctorum corporibus, & reliquijs iuramen-
tum huiuſmodi præſtabatur, vt inter ipſorum le-
ges videre eſt, quæ tria priora abrogata Põtificum
conſtitutione fuerunt, vt in capitu. Mennam. 2.
quæſt. 4. & in his purgatorijs iuramentis conteſtes
adhibebantur, qui ſuper credulitate tactis Euange
lijs iurabant, vt in dicto capit. preſbiter. quæ for-
ma ad ſacramentales illos teſtes, de quibus feudiſti
ci iuris authores meminerunt, protrahenda eſt:
qua de re diſſerẽdi campus alijs relinquitur.
De ſecundò verò res eſt notoria iurare magiſtra
tus, & officiales ad ſanta Dei Euangelia, & eſt
expreſſum, & notatur in authen. iuſiurandum,
quòd preſta ab his. &c. vbi glo. & elicitur ex l. 2. in
prin. C. de iuram. propter calum. & ex l. rem non
nouam. C. de iud. Et ſecundum hanc formam iu-
rant Magiſtratus, qui ad officij ſui exercitium ad-
mitti volunt in ipſo Senatu ſe præſentantes, &
genibus ad terram poſitis tactis ambabus mani-
bus literis ſacris iurant iuxta formam in decretis
antiquis poſitam.
De vltimo verò iuramẽti genere, quod generali
nomine fidelitatis appellatur text. eſt in §. ſi enim
dño. titu. quid ſit inueſtitu. vbi Bald. & Frideric.
Schenck. & de hoc pariter in centurijs quibuſdã
feudalibus notatum latè reperietur, vbi de hoc fi-
delitatis iuramento latè diſſeretur. Addo verò his
iuramentum præparatorij iudicij, de quo in auth.
vt litigan. iur. in exord. lit. c. 1. & iuramentũ, ꝙ pro
recta adminiſtratione à tutorib. vel curato. præſta-
tur, de quo in authen. vt hi qui obliga. ſe habe. pe-
rib. res minor. §. fina. Nam in his de ſubſtantia eſt,
vt Euangelia tangantur corporaliter, quemadmo-
dum in ſupradictis locis apertè cauetur. Idemque
in iuratoria cautione ſeruabitur per auth. ge litigio.
§. ad excludendas, in fi.
Notandum vero eſt, quòd vbi requiritur tactus
16 ſcripturarum neceſſe eſt, vt † manu tangantur, non
autem tangi poſſent ore, pede, vel cubito. Felin. in
dicto capit. fraternitatis. de teſtib. col. fina. gloſſ. in
capit. vt circa. de electio. libro 6. & non poſſent
per interpoſitam perſonam tangi, vt idem Felin.
ait. neque ſufficiet illas eſſe in præſentia, ſed tactus
requiritur, gloſſ. corporaliter. in dicto capi. vt circa.
dicto capit. presbyter. 2. quæſtio. 4. & in clemen.
1. §. porro. el 2. de hæretic. & ibi Imol. numero
16. & Zabarell, numero 3. Nam quod præſen-
tialiter tantum inſpiciantur, & non tangantur,
iudicibus ſolis præcipitur. in l. 2. in principio.
C. de iuramen. propter calumn. & in dicta l. rem
non nouam, C. de iudic. & his caſibus crederem ſu
per reliquijs Sanctorum iurari poſſe, vt per Felin.
in capit. tuis. de teſtib. colum. penu. facit text. in l.
generaliter. in fin. C. de reb. credit. Siluan. dicta quæ
ſtione 109. numero 6. Imò Aris tactis ſolitum eſt
deferri in arduis cauſis iuſiurandum, vnde deſcen-
dit antiquus mos iurandi ſuper altari Sancti Anto-
nij, de quo in veteribus Sabaudiæ decret. quod ta-
men non ita paſſim nunc admittitur, vt ſuo loco
dicemus, deciſio. 61. incipien. Iuramentum. Et mo-
17 rem hunc † antiquiſſimum fuiſſe, vt Aris tactis iu-
retur, indicat nobis eleganter locus ille apud Plau
tum in rudente actu. 5. Scena 3.

18

Gr. Tange Aram hanc Veneris. La. Tango.

Quid

Quid tibi lubet id mihi impera.
Gr. Per Venerem banc iurandum eſt tibi.
La. Quid iurem tibi?
Gr. Quod iubeo.
La. Tres verbis quod vis, id quod domi eſt, nunquam vlli ſupplicabo.
Gr. Tene Aram banc. La. Teneo. Et quæ ſequuntur.

Vbi iuramenti fotmula elegans colligitur, quæ à nouorum decretorum præſcripta formula non diſcedit, & Cicero in Orat pro Flacco huius iuramenti efficaciam demonſtrat illis verbis. *Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo.* pluraque huiuſmodi colligit nouiſſimè rerum antiquarum indagator diligentiſſimus Barnabas Briſſon. libro 8. de formul. pag. mihi. 814.

Dubitabatur tamen in facti contingentia inter
18 Senatores, & collegas noſtros, an † in dubio ſi dicatur ſimpliciter iuratum fuiſſe, præſumantur tactę ſcripturæ, quæ tangi debent, & communi voto reſolutum fuit, quod ſi diceretur iuratum fuiſſe præſente iudice & parte, tunc tactę ſcripturę præſumantur licet expreſſum non fuerit, idque vt actus magis valeat quàm pereat. Ita tenet Felin. in capit. fraternitatis. colum. fin. poſt Abba. ibi in fin. vbi addit hoc euenire propter præſentiam iudicis, & notarij, & partis taciturnitatem. ad quòd faciunt nota. per Crauet. de antiquita. tempo. in §. quæritur etiam. nume. 30. & facit regula, quæ habet, quòd præſentia iudicis ſupplet omnes defectus præſertim ſolẽnitatum, de quo per D. Solam in decr. Quittationem. & Simoncellum in ſuo tracta. de decret. Aliam rationem ponit Bald. in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrumen. ſcilicet, quia ex conſuetudine tanguntur ſcripturæ, ideo propter talem conſuetudinem præſumitur. Alciat. in dicta rubr. de iureiur. numero 38. dicens ita ſeruari in practica. ſequitur Imol. in dicta capit. fraternitatis. numero 21. & quamuis iſti doctores loquantur in teſte, tamen idem dicit Alciat. in alijs. Felin. in capitu. tuis. colum. pen. de teſtib poſt Butr. & Specul. vbi tamen in fin. dicit Abb. non præſumi partis præſentiam, & latè in hoc conſuluit Imol. conſilio 86. rubr. de iureiur. vbi conſuluit pro eo, qui ex forma ſtatuti debebat iurare tactis Euangelijs, ſed id Alc. dicit procedere propter dictionem *& cætera*, aliàs cùm pars eſſet abſens fortè Imol. malè conſuluiſſet. Et quamuis allegetur gloſſ. in dicto capitu. vt circa. de elect. ad hoc, quòd non præſumatur tactus, tamen apud me hoc non dicit, & talem gloſſ. illius intellectum reprobat Iaſ. in auth. ſacramen. pub. num. 14. C. ſi aduer. vendit. vbi ſcribit, quòd in dubio illud eſt propriè iuramentum, vbi ſacræ ſcripturæ manibus tanguntur, & vide eum ad materiam ſupradictorum cum addit. in litera B. ſuper verbo ſacro libro, & expreſsè idem Iaſ. in l. ſciẽdum. numero 12. D. de verbor. obligat poſt Bald. in cap. 1. quid ſit Inueſtitu. & in proœm. digeſt. in t. conſtitut. in princi. pulchrè Alexan. ad Barto. in l. Theopompus. in litera D. D. de dot. prælega. & in terminis ſtatuti ſimpliciter iuramentum requirentis, Grat. conſilio 47. numero 4. & ſequen. libro 1. Gabriell. de ſimplici notarii aſſertione loquens dicto conſilio 1?7. nume. 11. Si plura velis ad materiam huius deciſionis vide Aſin. in tracta. de execut §. 8. capitu. 1. & plurib. ſequen. præſertim. capitu. 21. & 22. Hæc autem hic ſufficiant.

Regula, quòd dotis cauſa, & donationis propter nuprias dominium, tranſferatur ſine tradigione, an habeat locum etiam ratione poſſeſſionis.

DECISIO XLVIII.

1 *Dominium dotis cauſa, & donationis propter nuptias transfertur ſine traditione.*
2 *Poſſeſſio an dotis cauſa ſine traditione ſicut dominium transferatur.*
3 *Gloſſa in l. Pomponius Philadelphus. D. famil. erciſcun. examinatur.*
4 *Conſtitutum transfert poſſeſſionem cum dominio.*

1 DOTIS cauſa, & donationis propter nuptias dominiũ † trãſfertur ſine traditione, & hæc eſt generalis regula ex ſpeciali dotis priuilegio inducta, de qua in gloſſ. prima. ſuper l. 2. C. de inofficio. donatio. Dec. in l. ſi donatę. numero 5. C. de collat. Iaſon in l. traditionibus. numero 20. C. de pact. & conſilio 147. libro 2. Socin. conſilio 107. libro 3. doctor. in l. in rebus. vbi textus ad id. C. de iure dotium. Burſat. conſilio 120. numero 14. & hoc priuilegium dotis eſſe dicit gloſſ. in l. Pomponius Philadelphus. D. famil. erciſcun. Bald. nouel. de dote. par. 7. priuileg. 10. Hartman. practicar. obſeruat. forenſ. libro 2. titulo de dote. capit. 5. Et hæc eſt communis omnium ſcribentium ſententia.

Quæſitum verò fuit, an hæc regula procederet
2 etiam ratione † poſſeſſionis, vt abſque traditione transferatur, & quòd procederet allegabatur glo. ſingular. in dicta l. Pomponius Philadelphus. In contrarium adducebatur doctrina Bartol. & Iaſ. in l. fina. C de ſacroſanctis Eccleſ. vbi volunt, quòd in caſibus in quibus transfertur dominium ſine traditione, non tamen acquiritur poſſeſſio: cuius rei ratio aſſignari illa poteſt, quòd facilius tranſit dominium quàm poſſeſſio. Nat. conſilio 429. numero 5. libro 2. & hanc opinionem limitando ſuperiorem regulam tenet Baldus de Bartolinis, ſiue nouell. in repetitio. l. 1. numero 196. in fin. & numero 197. D. ſoluto matrimon. vbi omnino vide ad hanc materiam, & eſt repetitum in eiuſdem tractatu de dot. par. 8. priuileg. 6. numero 17. per gloſſ. in l. cum duobus. §. idem reſpondit. ſuper verbo dominium. D. pro ſoc. Roland. conſilio 77. numero 36. lib. 1. poſt Ang. Bald. & Dec. per eum citatos. Melchi. Palacz. Hiſpanus in tractatu Maioratuum,

par.3.quæſtione 19. numero 3. Idemque in Eccleſia dicit Burſat. conſilio 65. numero 23. libro 1. & hanc video magis communiter receptam opinionem, licèt apud me certè non ſit ſine difficultate,
3 vt etiam dicit Palaez.in dicta quæſtio.19.per † tex. in l.ſi quis poſt hac.in princi.C.de bon.proſcriptor. vbi mulieri datur pro rebus dotalibus rei vindicatio.in quam rem addo meliorem tex. in l.in rebus. & in authen. donatio. C. de iur. dot. per quæ iura apertè elicimus non ſolùm fictè, ſed verè dominam rerum dotalium vxorem remanere, ex illiſque reſoluitur ſamigerata illa quæſtio, quæ etiam recentioribus noſtrę ætatis viris doctiſſimis altercandi cauſam præbuit, an vxor dicatur rerum dotalium domina, vel vir, de qua in l. doce ancillam &. ibi docto.C.de furt. Zaſ.intellect. ſingular. libro 2.capitu.5. & apud Robertum animaduerſion. libro 3. capitu. 9. contra quem diſſerit doctiſſimus Cuiacius ſub nomine Mercatoris in ſuis notat. ad illud capit.3. Vlterius pro opin.gloſſ.pondero text. in dicta l. Pomponius. Philadelphus. in illis vltimis verbis.

Filiam etenim, quę naturaliter agros tenuit, ſpecie dotis, cuius capax fuiſſet, defendi.

Ibique Papinianus illius legis author de retinenda poſſeſſione loquitur non de recuperanda, vel accipienda. Ad quid verò traditio fingeretur, ſi poſſeſſio non tranſiret? non verè diceretur tradita res, cuius poſſeſſio non transfertur. fauoreque dotis eſſet hæc amplectenda ſententia, nec dubitarem recedere à communi per ea, quæ circa hæc dotis priuilegia ſcribit Conſtant. Roger. de dot.§. octauo oportet.numero 33 & ſequen.

4 Facit præterea ratio, quòd ex † conſtituto transfertur dominium & poſſeſſio, propter priuilegium illius clauſulę, vt per Franciſc. Marc.quæſt. 570.numero 5. vide non eſſet nouum ex ſpeciali fauore dotis poſſeſſionem cum dominio tranſire. Verùm iſtis non obſtantibus cùm quæſtio hęc in
5 Senatu agitata fuiſſet, cenſuit Senatus illam glo. in dicta l.Pomponius.non eſſe ſequendam, & à communi non eſſe recedendum.

Attentata an dicatur ſententia, quæ poſt appellationem interpoſitam, ante tamen præſentatas literas inhibitoriales lata fuit: & quid in dubio ſit pręſumendum, quiſúe actus præceſſiſſe præſumatur, an ſententia, an verò inhibitio, ſi ſub eodem die notatæ reperiantur.

DECISIO XLIX.

1 *Iudex poſt appellationem ab interlocutoria poteſt procedere, donec ſit inhibitum.*

2 *Sententia lata eadem die, qua fuerunt præſentata literæ appellationis cum inhibitione, an via attentatorum reuocari poſſit.*

3 *Sententia lata poſt appellationem an in dubio ante inhibitionem lata præſumatur, & quis actus praceſſiſſe præſumatur.*

APPELLATVM fuit ab interlocutoria, † quo
1 caſu iudex procedere poteſt vlteriora donec ſit inhibitum, vt per Maran.de ordin.iudi.par.6.titulo de appellatio. numero 161. & 196. & inhibitio ipſo iudici fuerit intimata. Rober. Lãcel.de attentat. c.12.ampliat. 15. num.20. Myſinger.ſingular.obſeruat.centur.4.obſeruat.44. Herculan.de attentat. capit. 30.numero 170. quamuis regula generalis ſit; quòd appellatione pendente nihil eſt innouandum, & ita omnia iura clamare dicit Dec. conſilio 97. numero 1. Mandoſ.de inhibit. quæſt.102. nume.4. Iudex igitur illhinc ad quindecim dies proceſſit ad vlteriora pronunciando in meritis cauſę, & principalis negotij: ſub eadem die reperiuntur præſentatę literę inhibitorię: cùm iſte caſus cõtigiſſet per Senatum
2 reſoluendus, Quærebatur an actus, & † ſententia per iudicem à quo ea die factus, & lata deberet per viam attentatorum irrita declarari, & certè ſi eſſet lata ſententia poſt præſentationem literarũ, & inhibitionis, nulli dubium, quòd eſſet irrita ad formam clauſulæ literarum, vt per Herculan. de attenta. capit.18. in prin. Sed dubium oriebatur ex coniectura prioritatis actus, cùm non conſtaret, quis actus præceſſerit, & videbatur pronuntiandum vtrunque actum inualidum. argumen.l. duo ſunt Titij. cum alijs multis per Tiraquel.more ſuo cumulatis in tracta de iur. primogen.quæſtio. 17. opin.6. & 12. Alij verò dicebant eſſe in hac re dubia pro ſententia præſumendum, non tantum fauore ipſius ſententię pro qua in dubio præſumitur etiam pendẽte appellatione. Menoch. de præſumpt. libro 2.præſumpt. 67. nume. 26. ſed etiam pro actus validitate. text.l. quoties.de reb. dub. vt dicit Alciat.de præſumpt.regu.3.præſumpt.42.& per ea, quæ idem Alciat.in dicta regu.3.ſcribit pręſumpt.1.nume.2.faciunt, quæ in his terminis doctè ſcribit Quintilian.Mandoſ.in tracta.de inhibit. quæſt.81.& in tracta. de monitor. quæſt. 27. ita vt
3 ſententiam † ante factam inhibitionem latam fuiſſe, & præceſſiſſe in dubio magis ſit pręſumendum.

Ego dicebam in dubio fauendum eſſe appellanti, cùm ſit adiuuanda illius appellatio, quæ de ſui natura fauorabilis eſt.l.2. D.rem rat. hab. Barto. in tracta.de arbitr.nume.20. & dicitur remedium fauorabile. Herculan.dicto tracta. de attenta. capit. 2. nume. 4. & tantò magis in caſu iſto, in quo appellans erat reus per regu.l.fauorabiliores. de regu. iur.& per ea, quæ ſcribit Alciat. dicta regu. 3.præſumpt. 44. in princi. vnde benignior eſt appellatio quàm ſententia, & conſequenter inhibitio, quę appellationi coniuncta eſt, quo caſu ſi dubitetur de prioritate actuum, ne ex incertitudine vterque vi-

tietur, præſumitur pro benigniore iuxt. Alciat. di-
cta regu. 3. præſumpt. 43. in prin. ex quibus cùm rei
difficultas maxima ineſſe videretur temperamen-
tum quoddam, & quaſi mediam viam ſequendo
6 Senatus pronuntiauit bene proceſſum ad illum
actum ſeu ſententiam per iudicem; verùm ex
dubietate prioritatis ipſum contra quem actus fa
ctus fuerat ex officio in integrum reſtituendũ:
prout ad pr[illegible] quendam appellationem reſtituit,
& hanc qu[illegible]onem nota, quia eſt ſingularis, & ſę
pe contingere poteſt. An autem hoc caſu appel-
lans ab interlocutoria poſſit iterum appellare à dif
finitiua, vide Hartman. practicar. obſeruat. forenſ.
libr. 2. titu. de ſententia. cap. 18.

Excuſſio an requiratur, quando apparet mendacem eſſe fideiuſſorem.

DECISIO L.

1 *Fideiuſſor, qui negat ſe fideiuſſiſſe, an perdat excuſſionis beneficium.*
2 *Negans amittit omne ius, quod habet in re negata.*
3 *Excuſſionis beneficium denegatur tertio poſſeſſori neganti rem authoris fuiſſe.*
4 *Neganti non aufertur in pœnam mendacij ius ſuum, niſi id ſpecialiter à lege exprimatur.*
5 *Inficiatio, & inficiator.*
6 *Mendacium quid propriè.*

FIDEIVSSOR conuentus ne-
gauit ſe fideiuſſiſſe, poſtea actor
probauit contrarium, cùm ille
fideiuſſor vellet vti beneficio ex-
cuſſionis, & exciperet poſtea de
excuſſione non facta, dubitari
contigit † an eſſet in hac exce-
1 ptione audiendus: & non eſſe audiendum ſuade-
bat, quòd excuſſio nõ requiritur, vbi apparet men-
dacem eſſe fideiuſſorem. Iaſ. in §. item ſi quis in
fraudem. numero 79. inſtitu. de act. poſt Bald. in
authen. contra, qui propriam. 3. colum. C. de non
numerata pecun. idem Iaſ. in l. quod te. numero
30. ſi certum petat. Myſinger. ſingular. obſeruatio.
centur. 2. obſeruat. 15. P. Duenn. regu. 335. limitat.
14. & regu. 329. in verbo fideiuſſor. Gabriel. in titu.
de fideiuſſorib. conclu. 1. limita. 18. poſt Grat. con-
ſilio 62. numero 44. libro 2. ac alios multos, quos al-
legat Rolan. conſilio 88. numero 2. libro 4. qui limi
tat numero 16. Math. Coler. in tracta. de proceſſib.
exequt. par. 1. capit. 10. numero 349. Hartman. pra-
cticar. obſeruat. forenſ. libro 2. obſeruat. 5. titulo de
fideiuſſorib. & video magis communiter abſque
vlla difficultate receptum paſſim à doctoribus in
pœnam mendacii. per text. qui mihi videtur pro
hac parte ſatis clarus in l. ſi dubitet. §. ita demum.
D. de fideiuſſoribus. quem etiam ad hoc allegat
idem Iaſ. & ante eum Bald. & Angel. ibi. & ad hoc
faciunt plura iura, quæ cumulat idem Iaſ. in dicta
l. quod te. contra mendaces, & negantes, & nota.
ad l. fina. C. de rei vindicat. ſed magis id, quod di-
cit Alexan. poſt Bartol. in l. ſed hoc ita. D. de re iudi.
2 volentes † negantes in pœnam mendacij amittere
omne ius, quod habent in re negata, ex quo etiam
3 dicto infertur, quod † aduerſus tertium poſſeſſo-
rem non requiritur excuſſio ſi negauit rem autho
ris fuiſſe, & conuincatur, & hoc in terminis vo-
luit Iaſ. in dicto. §. item ſi quis in fraudem. numero
79. vbi hoc valdè exclamat tanquam ſuam nouã
conſiderationem, pro qua multa allegat iura, &
rationes, vt ibi per eum, & cum dicto. Iaſ. tranſit
Aquen. in l. exitus. de acquiren. poſſeſſio. pro qua
conſideratione vltra iura per Iaſonem allegata ad
do text. iudicio meo clariorem. in Authen. item
poſſeſſor. C. qui potior. in pignor. habe. vbi is, qui
poſſidet rem iure pignoris, vel alio modo, ſi etiam
à poſteriore creditore conueniatur, & neget rem
illam fuiſſe authoris, illico amittit ius poſſeſſionis
illius rei propter mendacium, & transfertur in
actorem poſſeſſio, & clarius id exprimitur in cor-
pore. §. illud quoque in iudicijs. Auth. de men. & ſe
miſſe. vnde ab Irnerio authen. illa deſumpta fuit.
facit l. fina. D. de rei vindic. vbi doloſè negans ſe
poſſidere amittit poſſeſſionem, & transfertur in
aduerſarium ſine aliqua traditione. Sic etiã puni-
5 tur fideiuſſor, qui negat ſe fideiuſſorem: de-
bitor qui negat ſe debitorem, vt non excuſetur à
mora propter difficultatem: item in eo, qui negat
ſcripturam, vt amittat exceptionem non nume-
ratæ pecuniæ: & qui negat ſe ſocium, vel mari-
tum conuenitur in plus quàm facere poſſit: hæres
negando rem legatam eſſe legatariam non detra-
hit Falcidiam, Caſtren. in l. hæreditatum, §. fina. ad
l. Falcidiam; in eo, qui negat ſe filiumfamilias,
item qui negat ſe vaſallum, vel libertum, de quib.
omnibus vide Iaſ. in l. quod te, numero 30. ſi cert.
petat. in negante ſe emphyteotam. Iacob. à Sancto
Georgio. de feud. car. 11. numero 43. negans ſe tu-
torem punitur, vt per Iaſ. in l. 1. numero 11. C. de
tranſactio. & de mendacio in duplum punitur ex
l. Aquil. §. in duplum. inſtitu. de actio. & inſtitu. de
pen. tem. litig. §. & ad vos, & ibi gloſſ. & Ange. idem
in negante ſe ciuem. l. fina. C. ad municipal. idem
in negante poſitiones veras, Specul. de poſitioni. §.
8. numero 2. de creditore, qui negat rem hypothe
catam eſſe debitoris. authen. item poſſeſſor. C. qui
potior. in pignor. & ſic videmus multa in pœnam
mendacij introducta fuiſſe.

Pro contraria verò ſententia, quòd negatione
fideiuſſoris non obſtante excuſſio nihilominus ne-
4 ceſſaria ſit, adducebatur regula, quòd † in pœnam
mendacij nemini aufertur ius ſuum, niſi id ſpecia-
liter à lege exprimatur. Iaſ. in l. 1. numero 11. & 12.
C. de tranſactio. Dec. in l. nemo ex his. de regul. iur.
latè Rip. in dicta l. quod te. numero 51. Marc. Ant.
Cuch. in tractatu de mentien. circa poſſeſſio. num.
116. Ideo cum iura à doctoribus allegata, & text.
in dicto. § ita demum. loquãtur in alijs caſibus, non
erunt ad hunc extendenda, cùm materia ſit priua
tiua iuris ſui, & odioſa, vt in ſimili tenet idem
Rip. in dicta l. quod te. numero 51. Vlterius omnia,
quæ de mendace, & negante doctores dicunt † lo-

cum

cum habent, ſi dolo, & ſcienter negatio facta fue-
5 rit, vel in fraudem: hæc enim eſt propria † inficia-
tio de qua Iuriſconſul. loquitur in dicto. §. ita de-
mum. & propriè iſti inficiatores in Iure noſtro
damnantur, cùm hi verè dicantur tales, qui in iudi-
cio, quod debent negant. Vnde Cicero. libro 1. de
Orator. *Quod petitoris cauſa comparatum eſſe non intel-
ligebat:* (inquit) *vt ſi ille inficiator probaſſet iudici, an-
te petitam eſſe pecuniam, quàm eſſet deberi cœpta.* Et Mar
tial. libro 1. Epigrammat.

In ius ò fallax atque inficiator eamus.

Requiritur enim intentio fallendi, vt mendacij pę-
6 na ſequatur, cùm † mendacium ſit falſa vocis ſi-
gnificatio cum intentione fallendi. iuxta Auguſti-
num quem poſt gloſſ. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet.
in verbo. mendacij. D. de interrogat. actio. refert
Marc. Anton. Cuch. in dicto tracta. de ment. circa
poſſeſſ. numero 81. & vt pœna ſequatur dolus re-
quiritur. iuxta Alben. conſilio 97. numero 35. di-
citque Bernard. VVermſerus inter Hartmani ob-
ſeruat. libro 1. practicar. obſeruat. titu. vltimo cap.
22. quòd lex puniens mendacium debet intelligi
ſi dolo, vel lata culpa, & ſcienter fuerit dictum.
Quibus ſtantibus Senatus in quadam cauſa Mo-
zerti, & Villęſtellonis vbi hoc tractabatur cenſuit
1 non incidere in pœnam priuationis beneficij ex-
cuſſionis eum qui negabat, cùm non appareret
eum ſcienter, & doloſè negaſſe, & hæc ſententia
humanior eſt.

Excuſſio an requiratur, quando quis habet ſuper re, quæ debitoris fuerat ſpecialem hypothecam.

DECISIO LI.

1 *Excuſſio an requiratur, cùm quis habet ſpecialem hypo-
thecam in re debitoris.*
2 *Excuſſio non requiritur, quando quis eſt creditor ſpeciei,
quæ reperitur penes tertium poſſeſſorem.*
3 *Excuſſio requiritur in qualibet actione hypothecaria, &
etiam in Saluiano interdicto.*
4 *Excuſſio non requiritur in actione reali.*
5 *Text, in §. ſed neque. authen. de fideiuſſoribus. cum §. ab
hoc. auth. de litigioſ. examinantur, & conciliantur.*
6 *Excuſſio an requiratur in hypotheca legali.*
7 *Excuſſio requiritur in re vendita, quæ poſteà ad manus
tertij peruenit non obſtante ſpeciali hypotheca, ſuper ea
re reſeruata.*
8 *Excuſſio ceſſat, ſi agatur ſuper nomine debitoris.*

EXCVSSIO multis in caſi-
bus non requiritur, quos latè
ſuis locis Doctores noſtri enu-
merant, præſertim Iaſ. in §. item
ſi quis in fraudem. vbi ponit 8.
fallentias, & 12. colligit Negu-
zan. de pignoribus. par. 8. primi
membri principal. latèque examinat nouiter
Andr. Gail. Germanus practicar. obſeruat. libr. 2. ob
ſeruat. 27. per totam. Gabriel. de fideiuſſor. conclu.
2. per totam. Sed illa videtur præcipua, vt non re-
1 quiratur, quando quis haberet ſpecialem † hypo-
thecam in re, pro qua agitur. Ita videtur de men-
te Bald. in rubr. C. de reuocan. his, quæ in frau. cred.
colum. 1. verſiculo, & nota. & quamuis ibi Bal. non
loquatur ſpecificè in re hypothecata, tamen verba
ſua hoc important cùm dicat, quod ſi debetur
ſpecies alienata non requiritur excuſſio: poteſt
enim largo modo dici, quòd res hypothecata de-
betur creditori iure hypothecę, quæ rem ipſam
afficit, & hanc opinionem magis in ſpecie in hy-
potheca ſpeciali videtur tenere Cran. conſilio 77.
numero 18. & faciunt ſcripta per Neguzan. dicta
par. 8. numero 20. item limitatio quam ponit Iaſ.
in dicto. §. item ſi quis. nume. 76. verſiculo 2. prin-
2 cipaliter limitatur. dicens † non requiri excuſſionē,
quando quis eſt creditor illiuſmet ſpeciei, quæ à
tertio poſſidetur, per dictum Bald. ſupra relatum.
Denique pro hac opinione allegabam Bertachin.
in §. diſcuſſio. numero 14. qui vult, quòd quando
3 agitur † actione reali, non poſſit opponi excuſſio-
nem non factam, allegat Bald. in l. 2. C. de his, quæ
in frau. creditor. credo voluiſſe allegare in rubr. C.
de reuo. his, quæ in frau. colum. 1. verſiculo, & no-
ta. ille autem, qui agit hypothecaria, agit actione
reali, vt dicit text. cum gloſſ. 1. & gloſſ. maximè in
§. item Seruiana. inſt. de act. vbi doctores, & maxi-
mè Iaſ. numero 119. & 95. l. pignoris. D. de pi-
gnoribus.

Contrarium, quòd imò non obſtante ſpeciali
hypotheca excuſſio nihilominus requiratur, ſua-
det ratio, quæ in facti contingentia allegabatur,
quòd idem operatur genus in ſuo genere, quòd
ſpecies in ſua ſpecie: vnde cùm in generali hypo-
theca ſit expeditum excuſſionem requiri, idem
erit in ſpeciali, quamuis ad hoc dubium faciat,
quod ſcribitur in deciſio. Rotę Genuen. 13. nume.
19. poſt Socin. ibi relatum.

Secundo mouet id, quod notat Bald. in l. 1. co-
lum. 2. C. de his, quæ in frau. nempe ſpeciale eſſe in
pignore prætorio, vt is, qui cadit à poſſeſſione, poſ
ſit agere ſine excuſſione, ergo in alio pignore re-
quiritur excuſſio, & tamen pignus prout propriè
accipitur ſemper eſt in ſpecie & certum, cùm cor
poralis illius poſſeſſio adipiſci debeat per illius
creditorem. §. item Seruiana. in fin. inſtitut. de
actionib.

Denique pro hac parte videtur textus ſatis cla-
rus in §. ſed neque. authen. de fideiuſſor. & authen.
hodiè. C. eo. tit. ex quo axioma illud firmiſſimum,
& indubitabile magiſtri noſtri deducunt, hypothe
4 cariam † actionem contra tertios poſſeſſores nul-
lo modo dari niſi prius excuſſo principali, vel eius
fideiuſſoribus. Coraſ. in dicto §. item ſi quis. num. 7.
& hæc regula in iudicijs paſſim recipitur, & pro ea
multos allegat Ludouic. deciſio. Peruſ. 45. nume.
1. Andr. Gail. dicta obſer. 22. nume. 7. & adeo vera
eſt, vt etiam in Saluiano interdicto ob id excuſſio
nem neceſſariam eſſe multi voluerint, licèt non ſi-
ne modica controuerſia poſitum ſit, vt ſuo loco

latè dicemus Imò.& in ipſa dotis actione.Gail.dicta obſer.27.nume. 9.Vincent. de Franch. deciſio. 270.par.2.quibus ſtantibus ad contraria reſpondebatur, & primo ad conſi.Craue.77.φ illic non vult ibi excuſſionem non eſſe neceſſariam ratione ſpecialis hypothecę, ſed propter ſcientiam tertij poſſeſſoris, argumen. l.fina. §.fina. de lega. 2. quam allegat.

Ad Neguſantij dictum reſpondetur, quòd loquitur, quando agitur aduerſus tertium poſſeſſorem, qui non habet ius hypothecę in re poſſeſſa, quo caſu etiam ſi prior creditor habeat nō ſolùm ſpecialem, ſed generalem tantum, tamen non requiritur excuſſio, vt ibidem tradit Neguzant. poſt Soci.conſi.198. primo aſpectu. ad quod vide Caſſan. in Cathalo. glor. mun. par.12. conſiderat.99. verſiculo pro. 25. limitatione. & Rolan. conſilio 30.libro 4. Didac.reſolut.libr.3.capit.18.

Non obſtat illa limitatio Iaſ. & dictum Bald. quia reſpondetur, quod pinguius ius quis habet in ea re cuius eſt creditor, quā ſi in ea ſolùm habeat hypothecam, quæ ſoluta pecunia debita reſoluitur, & quòd illud dictum Bald. intelligatur quando agebatur ad conſequendam rem per actionem in rem non autem hypothecaria tenet Bertachin.in §.diſcuſſio. numero 13.& quòd etiam illa limitatio Bald. & Iaſ. non ſit vera expreſsè dicit Seiſell. Aquen. in l. exitus. tertia liminat. D. de acquiren. poſſeſſio. vbi ſentit idem in ſpeciali hypotheca.

Ad vltimum, quòd adducebatur de actione reali, contra quam non requiritur excuſſio, reſpondebatur, quod hæc actio non eſt propriè realis, cùm agatur tantum pro euocatione poſſeſſionis.

Ex his videmus quàm anceps, & dubia ſit hæc quæſtio, imò obſcura propter textus diſcordātes, vt infra dicemus, & cùm hic caſus diſputaretur in Senatu in ſupradicta cauſa Mozeti, & Villaſtelloni, Senatus fuit diu anceps ob difficultatem quæſtionis, & ſecta erant vota, tandem ſe reſoluit ma-
4 ior pars dominorum, quòd vbi non eſt conſtitutum, ſpecialis hypotheca non tollat excuſſionem, quamuis aliqui ex dominis & ego contrarium ſentiremus.

Et inter alia ſuperius adducta pro mea opinione dicebam eſſe text. meo iudicio clariſſimum in §.ab hoc.authen.de litigioſ. vbi Iuſtinianus electionem dat creditori, vel contra debitorem agere, vel hypothecaria in rem contra poſſeſſorē, quod & antea Impp. Diocler. & Maxim. ſtatuerant. in l.
5 diſtractus.C.de pignorib. † quem text. præſentiens gloſſ.in dicto.§.ſed neque. valde obeſſe diſpoſitioni illius.§. varias pro conciliatione ſolutiones adfert antiquorum illius temporis doctorum, & gloſſatorum.

Prima eſt Bulga. & Ioan. quòd. § ſed neque. ſit correctus per §.ab hoc.quod veriſimile dici poteſt (licèt non admiſſibile) nam authen illa de litigioſis, quæ eſt nouella conſtitut. 112. fuit edita poſt authen. de fideiuſſorib. quæ eſt nouella conſtitutio 4.cùm hæc condita fuerit anno Imper.Iuſtinia. 9. menſe April. & ſic anno ſalutis 535. Illa verò anno eiuſdem Imperij 15. Menſe Septembr. & ſic anno 540. vt ex data ipſarum conſtitutionum colligimus, & ex ſubtiliſſima Ioan. VVolſanghi Freymonij Iuriſconſul. Symphonia iuris Chronologica. pagina mihi 907. & .909. perſpicere licet.

Secunda eſt glo. ſolutio, quæ authorem habet Irnerium antiquum ſummiſtam, vt electio quidem detur creditori ad formam illius §.ab hoc.& iuxta l.diſtractis.& l.perſecutione. C.de pignorib.ſi debitor ipſe poſſideat, non autem ſi res apud tertium poſſeſſorem reperiatur, & in alienas manus pignus peruenerit, ob idque ſuæ huic conciliationi inſeruiens, quaſi pro limitatione poſuit authen. hoc ſi debitor. poſt dicta l. perſecutione. ſed hæc ſolutio nullo modo ſubſiſtere poteſt, cùm in dicto. §.ſed neque. vnde illa authen. hoc ſi debitor, deſumpta fuit, nulla reperiatur diſtinctio, prout Irner præſupponit. & in §. ab hoc. apertè de re vendita nominatim hypothecata Iuſtinianus loquitur, prout & in ipſa. l.diſtractis. de diſtractione pignorum ſermo eſt, imo idem Irner. hoc ſenſit, & admiſit dum poſuit aliam auth. hoc ſi debitor. poſt. d.l. diſtractis.

Tertia vero ſolutio, quam Alb. Accurſ. dicit, & ſequi videtur in dicto. § ab hoc. prorſus reiicienda eſt, dum voluit procedere dictum in §.ab hoc. facta prius excuſſione. Nā ad quid daretur electio, ſi excuſſio facienda eſt, eſſetque manifeſta ſublatio l.diſtractis.& l.perſecutione. φ neq; dicendum, neque præſumendum eſt.

Ad euitandam igitur legum correctionem ceſſantibus ſupraſcriptis ſolutionibus neceſſariò ſequēda erit ipſius Accurſij ſolutio, quam vltimam proponendo ſequi voluiſſe coniectura eſt, & meliorem ſatetur in dicto. §. ſed neque. quia admiſſa noſtra opinio abſque difficultate procedit tollendo obiectum illius. §. ſed neque. nempe vt Iuſtinianus in §. ſed neque. loquatur & intellexerit de generali, & tacita hypotheca. & in §. ab hoc. de ſpeciali, & expreſſa. Ita vt in hac non requiratur excuſſio, in illa verò ſic, quod & Balduino viro doctiſſimo placuit in dicto. §. ſed neque. & in dicta authen. de litig. verſic. porro hac vbi omnino vide, quæ ſolutio & ex ipſius loci lectione colligi poteſt, ponderando priora verba illius. §.ab hoc. ibi,

vt ſiquidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe mouētes nominatim fuerint hypothecæ ſuppoſitę, &c.

Alluditque verbum rei vindicationis, quo Iuſtinianus ibidem vſus eſt, quaſi ex ſpeciali hypotheca dominium in creditorem tranſlatum videatur, quod in generali non eſt, & ita intelligi poteſt generalis doctorum regula, vt loquantur illi in generali hypotheca, non autem in ſpeciali, nec arguendum eſt de Salniano ad hanc ſpecialem hypothecam, quia in illo non reſeruatur hypotheca, ſed di-
6 citur † hypotheca legalis, in qua dubium eſt an neceſſaria ſit excuſſio, vt per Purpurat. conſilio 46. nume.

nume. 32. libro 2. licèt Saluianum ſit pinguius hypothecaria, vt dicam infra late deciſio. 175. & cùm rei vindicatio ſit actio realis, non requiritur excuſſio vt ſupra dixi. Ideo ſemper dubitaui de illa deciſione, & hactenus dubito ſtantibus præſertim his, quæ ſcribit Menoch. 14. reme. nume. 28. Et propterea cum iterum ſimilis caſus in Senatu diſcutiendus contigiſſet de anno 1588. fuit dictum, quod quoties cũque ſuper re vendita eſt reſeruata ſpecialis hypotheca, vel in mutuo res ſpecialiter pignorata, non eſt neceſſaria excuſſio, modo de anterioritate conſtet.

Retenta verò illa prima Senatus ſententia, iuxta quam iudicatum fuit in dicta cauſa Villeſtellon, vt dixi, inferri poteſt ad caſum, quòd licèt † ali-
7 qua res vendita ſit cum reſeruatione ſpecialis hypothecæ, niſi dominium reſeruatum ſit expreſsè, ſi res illa reperiatur penes tertium poſſeſſorem, quòd requiritur excuſſio principalis debitoris, antequam agatur hypothecaria, niſi eſſemus in caſibus, in quibus de iure non requiritur excuſſio: cenſetur enim ſemper reſeruata conditio caſu non ſoluit debitor, nec habeat vnde, idque videtur expreſſum in dicta authen. de fideiuſſoribus §. & non ſolum. Ideo cautela erit, quod ſi velimus agere ex hac ſpeciali hypotheca ſuper re mobili intentetur actio principaliter contra debitorem, & petatur ſequeſtrum illius rei ſpecialiter hypothecatæ: verum tamen eſt, quòd debet præferri is creditor propter ſpecialem hypothecam omnibus aliis qualitercunque anterioribus, & ſic de aliquo ſeruit illi iſta reſeruatiua cautela. Sed de hac illatione multum dubito, & ſi caſus cõtingeret iudicarem contrarium: quia ſi in caſu conſtituti, & & precarii excuſſio non requiritur, multò minus hic requiretur propter reſeruationem illam hypothecæ: ideo cautela maior erit, vt cũ hac hypotheca dominium reſeruetur, & poſſeſſio, vt cauti notarii facere ſolent, donec integrè creditori ſatisfactum ſit, & ſtante conſtituto res videtur poſita extra difficultatem, ideo prudentes notarii ſolent in hoc caſu vltra ſpecialem hypothecam in inſtrumento apponere clauſulam conſtituti, & ita vt ſemper faciant conſulo ad euitandas doctorum
8 controuerſias. Ceterum † ceſſat excuſſio ſi agatur principaliter ſuper nomine debitoris, quia is debitor non poterit exceptione hac iuuari, vt per Ludouic. dicta deciſ. Peruſ. 45. nume. 13. & nouiſſimè P. Surd. conſi. 4. nu. 32. & 35.

Excuſſio an requiratur, quando agitur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta.

DECISIO LII.

1 *Excuſſio ceſſat, vbi proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta. & nume. 3. & quid in tertio poſſeſſore nume. 6.*
2 *Excuſſio eſt de apicibus iuris. & nu. 4.*
5. *Excuſſio non requiritur in cauſis mercatorum.*
7 *Perpenditur diſpoſitio decreti noui Philiberti ſub titulo Delle eſcuſſioni, & illius diſpoſitione attenta probatur diſtinctio Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. nu. 8.*

EXCVSSIONIS autem exceptio an admittenda veniat in
1 eo iudicio, in quo † agitur, & proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta diſputant Doctor. & opiniones ſunt pro vtraque, & altera parte, vt imperfecti moris eſt in hoc ambiguo iure noſtro: nam quòd hoc caſu ceſſet excuſſio, tenuerunt Bertachin in 5. diſcuſſio numero 13. verſiculo diſcuſſio non requiritur. colum. 2. Negnzant. in tracta. de pignorib. par. 8. primi memb. numero 28. ſed cùm diſtinctione, vt infra dicam. Dec. conſilio 27. colum. fin. addit. ad Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. numero 78. inſt. de act. Socin. conſilio 24. viſis. verſiculo inſuper. Auffer. in addit. ad Capell. Toloſ. deciſio. 196. Marſil. in repetit. rubr. de fideiuſſorib. Guido Pap. conſilio 163. & 164. Rolan. conſilio 9. numero 21. 24. numero 15. 71. numero 38. libro 1. Ludouic. deciſio. Peruſ. 45. numero 8 qui allegat Crau. in hac quæſtione varium. conſilio 201. numero 47. licèt re vera Crau. ibi hoc non firmet. Andr. Gail. practicat. obſeruat. libro 1. obſer. 27. numero 16. Rota Genuen. deciſio 78. numero 3. pluresque citat copioſiſſimus Menoch. in ſuo eleganti tractatu de arbitrar. iudi. libr. 1. quæſt. 51. nume. 8. & vt videre potui reperio hanc ſententiam magis communiter recipi, ac inter communes opinio. refert Kirchou. commun. opinio. centur. 2. litera E. concluſio. 26. & ob id dicebat Grat. conſilio 63. in fin. libro 2. quòd vbi proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſi millies fuerit oppoſita excuſſio non ceſſare actionem, & hanc dicit eſſe communem opinionem. idemque conſilio 119. numero 28. Ratio huius opinionis adducitur per Dec. &
2 alios, quia † excuſſio eſt de apicibus iuris, quæ ceſſant quando ſummariè agitur, & ſola facti veritate inſpecta, vt etiam voluit Iaſ. in dicto. § item ſi quis in fraudem numero 78. vbi infert propterea illam non requiri in cauſis mercatorum, & de iure canonico, vbi non requiruntur hæ iuris ſubtilitates. Benedict. de Plumbino in tractatu de diſcuſſionib. in fin. Math. Coler. de proceſſib. executi. par. 1. c. 10. nu. 256. & 269.

Contrariam verò partem, quòd imò neceſſaria
3 ſit excuſſio † etiam in his cauſis, in quibus proceditur ſummariè, tenent Aquen. in l. eximis in fine. D. de acquir. poſſeſſio. & in l. decem. D. de verbor. obligatio. poſt Aret. Alciat. conſilio 382. numero 5. dicens etiam in cauſa dotis, & coram arbitratore opponendam. Felin. in capit. 1. poſt numerũ 51. de conſtitut. Dec. ibi contrarius in l. fin. nume. 25. D. ſi certum petat. & ibi Alciat. Crot. in repetitio. d.

ſi conſtante. ſoluto matrimo. Craue. conſilio 263. colum. 2. vbi dicit communem. parum etiam ſibi conſtans latiſſimè Natta conſilio 521. Ratio eſt,
4 † quia huiuſmodi exceptio non ſolùm comprehendit ordinem iudicij, ſed etiam ius partis, vt per Alciat. dicto conſilio 382. & conſil. 285. nu. 8. ideo rectè ſcribitur à Rota Genuen. deciſio. 90. numero 10. & 11. quòd multum refert in modo excipiendi: nam aliud eſt excipere de excuſſione non facta quo ad ſimplicem formam iudicialis ordinis, & ſubtilitatem quandam iuris, aliud ſi opponatur tanquam de graui partis præiudicio: nam hoc caſu ſi hęc excludatur exceptio, videtur iniquitas fieri prout etiam conſiderat diſtinguendo Neguzant. dicto primo membro. numero 31. quamuis hanc diſtinctionem impugnet Crauet. dicto conſilio 263 numero 1. & 2. Et ideo conceſſionem illius in maxima æquitate fundatam eſſe quidam voluerunt, & ratione illius ęquitatis hanc opinionem doctiſſimus Menoch. ſequitur in dicta quæſtione 51. numero 6. Ideo dici non poteſt verè de apicibus iuris, cùm ſit adinuenta, vt circuitus euitentur ex magna æquitate, vt dicit apoſtilator ad Dec. dicto conſil. 27. in fin. & hæc opinio etiam in materia fideiuſſorum ſatis probabilis, & æqua videtur, ne detrimentum ex beneficio ſuo patiatur, vt aliàs dicam. Sed replicari poteſt, quod imò alia opinio æquior videtur, quia cùm agitur cau-
5 ſa de bono, & ęquo vt in † cauſis mercatorum reijcitur excuſſionis exceptio, vt ſupra dicebamus, & tenet Gabriel de fideiuſſorib. concluſio. 1. Stracha de Mercatu. in titu. quomo. in cau. mercato. proceden. ſit. in verbo de exceptionibus. num. 5. & 6. & cum illa tranſibat Senatus, vt dicam ſuo loco. faciuntq; ſcripta per P. Duen. reg. 335. verbo fideiuſſor.

Ego cùm hæc quæſtio diſputaretur in Senatu in ſupradicta cauſa Mozetti, & Villęſtellonis, attēta huius diſputationis difficultate, cogitabam di-
6 ſtinctionem, quòd aut agitur † contra fideiuſſorem, & tunc contra communem opinionem nō admittitur excuſſionis exceptio, cùm ipſe ſe obligauerit pro alio, & ita loquitur Dec. dicto conſilio 27. aut verò agitur contra tertium poſſeſſorem, & tunc diuerſa videtur ratio, & ęquitas ſuadet excuſſionem fieri, & cum hac diſtinctione videtur tranſire Alciat. dicto conſilio 382. numero 5. vbi vult, quòd licèt ſtatutum tollat fideiuſſori exceptionem excuſſionis, non tamen illam aufert tertio poſſeſſori, & facit apoſtilla magna ad Abba. in capitu. peruenit. de fideiuſſorib. & videtur idem ſentire Crau. dicto conſilio 261. nume. 3. & nume. 6. verſiculo ex præmiſſis. licèt contrarium videatur voluiſſe in dicto conſilio 201. nume. 47. hæcque diſtinctio videbatur probabilis D. Ozaſco, vt etiam teſtatur, & adfert in ſuis deciſio. deciſio. 2. num. 15. & cum hac diſtinctione tranſibat Senatus, & cenſuit in ſupradicta cauſa.

Verùm cùm iterum diſputaretur in alia cauſa ſuper eadem quæſtione, & res eſſet per multas ſeſſiones diligentiſſimè ventilata referente domino tunc Senatore Cambiano poſtea primario Senatus noſtri Præſide Compatre meo honorādiſſimo, cenſuit Senatus nullam eſſe conſtituēdam differentiam inter fideiuſſorem, & tertium poſſeſſorem, & hoc anno 1565. 20. Martij. & ita ſolitum Senatum facere, & exceptionem admittere dicit Ozaſc. dicta deciſio. 2. in fine. Imò quamuis agatur ſola facti veritate inſpecta excuſſionem requiri etiam in fideiuſſore, qui ſe principaliter obligauit, cenſuit iterum 1582. 20. Setembris, referente D. Senatore Craueta doctiſſimi Aymonis Crauetę filio. de qua quæſtione dicam infra deciſio. 165. & ſemper poſteà vbi caſus contigit iudicauit Senatus excuſſionem requiri etiam in Saluiano interdicto, vt dixi ſupra Anno 1585. 8. Iunij in quadam cauſa relata per dominos Senatores Agatiam, & Ceruam. de qua dicam infra deciſio. 175. idque confirmatur ex diſpoſitione nouorum decretorum Philiberti, quibus licèt diſponatur tit. 1. in cauſis procedendum eſſe ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, vt etiam in hac patria ſolet procedi, vt de ordinario ſtilo attenta decreti diſpoſitione teſtatur D. Ozaſcus dicta deciſio. 2. ta-
7 men in libro 3. titu. *Delle eſcuſſioni.* † cauetur expreſsè excuſſionem requiri ſiue agatur contra tertium poſſeſſorem, ſiue contra fideiuſſorem licèt agatur, & procedatur in omnibus cauſis in hac patria ſola facti veritate inſpecta, ibique ponitur formula huius excuſſionis, putabamque fortè inaduertenter factum fuiſſe illud decretum ab illis, qui tunc non meminerant, quòd cum proceditur ſummariè, vt in hac patria, excuſſio non attenditur. Verùm ad iſtud decretum reſponderi poteſt, quòd non remouet in materia excuſſionis diſpoſitionem iuris communis, niſi in forma ipſius excuſſionis fiendæ, & eam formam requirit in caſu, vbi de iure communi neceſſaria eſt excuſſio, vt in illis verbis, *Il che di raggione non ſi permette, ſe prima non è fatta l'eſcuſſione, &c.* prout in terminis ſtatuti Pontremuli dicit Curt. Sen. conſilio 6. quem refert Menoch. dicta quæſt. 51. nume. 11. ſed hæc reſponſio in caſu noſtro non ſubſiſtit, quia decretum expreſsè loquitur non obſtante, quòd proceditur ſola facti veritate inſpecta, & licèt fortè inaduertenter fuerit factum, tamen ſeruādum eſt, nec videntur abſque ratione, & authoritate moti illius conditores ex his, quæ ſupra pro contraria ſententia dicebamus. Non erit tamen contemnenda diſtinctio illa, quam in hac materia doctè quidem tradit Ludouic. dicta deciſio. Peruſ. 45. num. 8. ad quem lectorem remittimus: nam per eam apta fit conciliatio, & iuris termini non confunduntur. Ideo licèt reſcripta in hac patria regulariter impetrentur cum illa clauſula ſola facti veritate inſpecta non tamen cenſendum eſt Principem excuſſionem tollere voluiſſe, vt conſuluit Craueta dicto conſilio 265. numero 4. & hoc iure vtimur.

Decretum Sabaudię, quo cauetur eſſe faciendam excuſſionem, an procedat in caſibus, in quibus de iure communi non requiritur excuſſio, vt in conſtituto.

DECISIO LIII.

1 *Excuſſionis exceptio, quæ non admittitur ſtante clauſula conſtituti, an ceſſet quando exſtat ſtatutum, vel decretum mandans fieri excuſſionem.*
2 *Statutum regulari debet ſecundum ius commune.*
3 *Remedium l. fina. C. de acquir. poſſeſſ. ad heredes tranſit, quod declaratur nume. 4.*
5 *Remedium l. fina. C. de acquir. poſſ. an ſub intelligatur ſub illa clauſula ius, & iuſticiam miniſtrari.*
6 *Remedium l. fina. ſeu conſtitutum an intentari poſſit ſi debitum non ſit liquidatum cum principali debitore.*

POSITO, quòd decretum Sabaudię de quo ſupra ſit diſpoſitiuũ, idest, vt requirat excuſſionem tam in cauſa tertij poſſeſſoris quam fideiuſſorum non obſtante, quòd procedatur ſummariè ſola facti veritate inſpe-
1 cta, vt ſupra dixi. Pulchra oritur quęſtio †, an in caſibus in quibus de iure communi non requiritur excuſſio, veluti vbi adeſt conſtitutum, vt dicã infra ſuo loco, vel quando eſt fideiuſſor, vel poſſeſſor mendax, vt dixi ſupra deciſio. 50. ac ſimilibus in caſibus quos ſuis locis Doctores enumerant, requiratur nihilominus propter verba illius decreti excuſſio: Et videretur dicendum excuſſionem requiri non obſtante clauſula cõſtituti, & ſimilium per doctrin. Alex. in ſimilib. terminis ſtatuti conſilio 83. viſo proceſſu. numero 14. verſiculo ſubdo etiam. libro 6. vbi conſuluit in caſu, in quo aderat conſtitutum: nihilominus, quia aderat etiam ſtatutum, quòd omnino fieret excuſſio antequam ad tertios poſſeſſores deueniretur, attendenda eſſe ad vnguem verba ſtatuti, & excuſſionem fieri debere ſcribit, & hanc doctri. Alexan. tanquam ſingularem ſequitur, & comprobat Tiraquell. in tracta. de conſtitu. part. 1. numero 67. Menoch. in 14. remed. recuperan poſſeſſio. nume. 39. Bero. conſilio 80. numero 2. libro 3. faciunt ſcripta per Alberic. de ſtatut. par. 1. quæſtione 68. & cum dicto Tiraquelli aliquando Senatus inclinabat.

Verùm cauſa hac maturius in contingentia facti diſcuſſa coram toto Senatu votatum fuit per Dominos, quòd decretum noſtrum intelligeretur (tunc ſcilicet excuſſionem requiri) quando etiam à iure communi requiritur: cęterum vbi à iure communi expreſſum eſt non requiri excuſſionem, vt in cauſa conſtituti, & ſimilium, in illis caſibus ceſſare exceptionem excuſſionis: & ratio
2 ea eſt, quia decreta, † ſtatuta, & conſtitutiones iſtæ regulari debent ſecundum ius commune; cùm ab eo declarationem paſſiuam accipiant, vt per Bartol. in l. omnes populi. numero 60. nec extendi debent contra regulas iuris, vt ibidem Bart. D. de iuſt. & iur. Imò potius ſtrictam quàm latam habere ſolent interpretationem ex communi omnium ſententia, & tantò magis id locum ſibi vindicare videtur in terminis decreti noſtri, per illa verba, *Il che di ragione non ſi permette*; Ex quibus infertur, quòd eatenus excuſſioni dat formam, quatenus ea à iure communi requiritur, nõn autem in caſibus exceptuatis. Ad conſi. Alexan. reſponderi põt, ꝙ diuerſus eſt ille caſus à caſu noſtri decreti, cùm ibi expreſsè à ſtatuto requiratur excuſſio, ideòque non immeritò ponderat ibi Alexan. dictionem *omnino*. Tiraquel. verò intelligit hoc dictum procedere, ne verba ſtatuti ſint ſuperuacua, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, cùm Decreti noſtri intentio ſit circa formam excuſſionis, in quo non redditur decretum ſuperuacuũ, cùm nouam formam præbeat, & ita fuit reſolutum in cauſa Boni, & Rochi de Summaripa. & ex his etiam puto bene iudicaſſe Senatum in ſupradicta cauſa Mozetti, & Villęſtelloni ordinando attento conſtituto non eſſe excuſſionem fiendã, quamuis mortui fuiſſent & conſtituens, & conſtituta-
3 rius, cùm † remedium. l. fina. C. de acquiren. poſſ. ad hæredes tranſeat, & conſtitutum morte non finiatur, vt per Tiraquell. dicto titu. de conſtitu. par. 2. ampliat. 12. & 13. Grat. conſilio 63. libro 2. & dicam infra ſuo loco. Imò etiam ceſſante hypothecaria ſtante præcario: nam tunc non requiritur excuſſio, vt latè per Afflict. deci. 139. Menoch. dicto remed. 14. numero 28. quæſtione 7. Quod
4 tamen † intellige, quando expreſsè actum eſt ex remedio dictæ l. fina. ſecus ſi hypothecaria. vt per Alexan. in diſputatio. incipien. Sigiſmondus Rex. quæſtio. 5. verſicu. èconntra. Ioan. Guter. Hiſpan. de contractib. iurat. capit. 23. numero 82. Nam legi fin. hoc priuilegium tribuitur. Roland. conſilio 9. numero 19. libro 1. Aliàs extra terminos conſtituti quando non agitur remedio dictę l. fina. ſed hypothecaria etiam in caſu dotis requiritur excuſſio, vt per Andr. Gaill. obſeruat. libro 2. obſerua. 27. numero 9. & num. 11. eſt bona glo. in l. vbi adhuc. quam per conſiliũ Neapol. receptã. dicit Vincen. de Franch. deciſio. 270. par. 2. & in terminis. l. fina. quòd non ſit neceſſaria excuſſio cùm procedatur via executiua dicit Bero. dicto conſilio 80. nume. 2. libro 3. quem ſequitur Ludouic. deciſio. Peruſ. 45. numero 14. & dicam infra deciſio. 215. *Excuſſio*.

5 Neque ſufficiet hoc caſu † huiuſmodi remedium implorantem vti illa clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari, ſed debet ſpecificè conſtituti clauſulam proponere, vt obtineat, & ita cenſuit Senatus 1589. Quicquid innuere videatur Roland. dicto conſi. 9. & alibi.

Dubitatum tamen fuit in prędicta cauſa Rochi de Summaripa, an vt locum habeat remedium.

dictę

dictę l. fina. requiratur, quòd principalis debitor
ſit condemnatus, vel debitum ſit cum eo liqui-
datum? & videretur requiri, cùm hæc actio ex
conſtituto ſit acceſſoria ad principalem debitum,
ergo ſi de illo non conſtat, non poterit hoc reme-
dio agi. Contrarium tamen fuit communi vo-
to reſolutum per Dominos per ea, quæ in iſtis
terminis ſcribit Alex. conſi. 85. ponderatis. num. 2.
lib. 6. Anno 1568. 15. Maij.

Decretũ antiquũ Sabaudiæ Amed. lib. 2. ſub rubrica, Sufficit appellãti apud acta, &c. perpenditur, & examinatur.

DECISIO LIIII.

1 *Appellatio, quæ in ſcriptis ex diſpoſitione decreti facien-
da eſt, an requirat pariter, vt cauſę appellationis in ſcri
ptis redigantur.*

DECRETO antiquo Amedei lib.
2. ſub rub. *Sufficit appellanti apud
acta*, &c. cauetur, vt appellans
ab interloqutoria debeat in ſcri
ptis appellare, & cauſas grana-
minis in appellatione inſerere.
Sed contigit partem appellan-
tem à quadam ſententia his verbis eſſe vſam.
Appello ex cauſis, de quibus in hac cedula, deinde No-
tarius, ſeu actuarius cauſæ ſcribit appellationem,
& deſignat cedulam productam, in qua narran-
tur quidem cauſæ grauaminis, tamen nullum ver
1 bum de appellatione. † Quæſitum fuit an valida
eſſet appellatio, & videretur validam eſſe dicen-
dam. Primò, quia c. cordi. de appellatio. in 6. vnde
illius decreti verba oriuntur, conſiderat ſcriptu-
ram ratione cauſarum, ne in eis varietur, vt per
gloſſ. ibi in verbo ſcriptis. & tradit Bar. in l. eius. D.
de appel. recipien.

Secundò, quia ſatis pars videtur in ſcriptis ap-
pellare, cùm cauſę illico in ſcriptis exhibentur,
quæ ſunt fundamenta appellationis, vt in argu-
mentum dicit Iaſ. in l. 1. D. de eden. & quod illico
fit poſt appellationem interpoſitam vnico, & eo-
dem contextu fieri dicitur. neque enim alia de cau
ſa cedula producta fuit, quàm propter appellatio
nem: vnde intentio partis erit conſideranda, & ita
ego in Senatu putabam de iure verius, ſicque iudi
candum, & in hac mea ſententia concurrebat vo-
tum D. Marci Antonij Bobę tunc Senatoris po-
ſteà Cardinalis meritiſſimi.

Contrarium tamẽ fuit votatum per maiorem
partem dominorum, & deciſum: quia hic duo vi
dentur requiri copulatiuè, nempe quòd appel-
latio fiat in ſcriptis, & quòd cauſę ſimul redigã-
tur in ſcriptis, vt eſt de mente Doctorum, quos ci
tat Maran. de ord. iud. par. 6. art. 2. numero 126. &
ita ſonant verba illius decreti: qua de re latius di-
ſputatur per D. Ozaſc. deciſio. 6. vnde latius non
examino. Ideo cauti ſint aduocati, & non lo-
quantur intra dentes in ſuis cedulis, quia interpre-
tatio fiet contra eos in dubio ſermone. l. veteri-
bus. D. de pact. Alex. conſilio 11. lib. 2. & conſi. 114.
libro 3.

Fructus pendentes cùm pars fundi dicantur an emptoris lucro cedant, & quid de parte colonica iudicandũ ſit.

DECISIO LV.

1 *Fructus pendentes fundi pars dicuntur.*
2 *Fructus veniunt fundo empto. declaratur num. 6.*
3 *Fructuum pars colonica an in venditione cenſeatur com-
prehenſa.*
4 *Stante conſuetudine, & ſcientia emptionis, vt medietas
fructuum colono ſpectet, an cenſeantur cum parte domi
nicali vẽditi. Examinatur Iaſ. limitatio in l. cum filiofa-
milias nume. 181. D. de lega. 1. & num. 5.*

1 FRVCTVS † pendentes fundi
pars eſſe videntur l. fructus. D.
de rei vendicat. latè Tiraquell.
de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. nu-
mero 37. 39. cum ſequen. vbi ad
plura infert, & latius in titu. de
retract. conuentiona. §. 5. gloſſ. 4.
per totam. latiſſimè Didac. variar. reſolut. libro 1.
capi. 15. Et hæc eſt trita iuris regula, ex qua ad plu
2 ra infert, & inter cætera, vt † emptor emens fun-
dum cenſeatur fructus emiſſe, quamuis non ſit ex
preſsè aliquo modo de eis conuentum. text. ele-
gans in l. Iulianus. §. ſi fructus. D. de act. empt. ſunt
enim fructus pars rei, & acceſſio, quæ emptoris lu
cro cedit. dicta l. Iulianus. §. fina. ſiue illi maturi ſi-
ue immaturi ſint. l. fina. §. fructus. D. quæ in frau.
creditor. Robert. animaduerſ. iur. ciuil. libr. 2. cap.
11. & ita vno ore omnes interpretes deducunt ex
capit. dictę l. fructus, & examinat Fabian. de Mon.
de empt. & vend. 6. quæſt. principa. 5. memb. nu-
mero 22. Ioann. Cop. de fructib. titu. de fructib. rei
emp. & vend. capit. 1. Anton. Peregrin. in ſuo tra-
cta. de iur. fiſci libr. 6. titu. 4. nume. 31. Vincent. de
Franch. deciſio. 390. nume. 1. & 2. par. 2. Ludouic.
qui multos allegat deciſio. Peruſ. 83. numero 6.
Anton. Gomez. variar. reſolut. libro 2. capitu. 2. nu-
mero 11. Et ita obſeruat Senatus, vt venditione
facta ſi nihil de fructibus dictum ſit cedant em-
ptori fructus omnes pendentes.

Ampliatur hæc illatio, vt non ſolùm cenſeatur
3 empta † fructuum pars dominicalis, quæ ſpectat
domino venditori, ſed etiam pars colonica, quæ
ſcilicet ad ipſum venditorem ſpectaret, qui colo-
num partiarium non habebat, niſi ea excepta ſit.
Ita tenet. Iaſ. in l. cum filiofamilias. numero 180.
D. de lega. 1. poſt Roman. conſilio 309. & ibidem
Socin. Iun. numero 74. & 75. & videtur de mente
gloſſ.

gloſſ.in dicto.§.ſi fructibus.ſuper verbo.ei cedent.
Burſat. conſilio 71.numero 25. libro 1. Ludouic.
dicta deciſio.83.numero 6. Sed hanc ampliatio-
4 nem idem Iaſ.loco ſupra citato limitat, † niſi em-
ptor ſciret notoriè, (ſtante maximè conſuetudi-
ne) venditori non ſpectare partem colonicam,
ſed ad colonum partiarium, (vt moris eſt in to-
ta ferè hac patria) per iura, & rationes quas ipſe
allegat. Quibus addo, quod in generali venditio-
ne venditor non videtur ea vendidiſſe, quæ ad
eum pleno iure non ſpectant, ex traditis per Go-
mez. dicto capit.2.numero 12.qui diſtinguit ſimi-
liter in emptore ſciente, & ignorante. Vſusfructus
enim huius partis iam alienus eſt, & in eo nullum
ius dominus habet, quo caſu non habetur ratio
fructuum, vt per Barto.in l.fructus. vltima oppo-
ſit.D.de rei vindicat. immò fortius dicendum vide-
retur etiam nulla ſcientię, vel ignorantię ratione
habita coloni partem vēditam non cenſeri, cùm
ſit tanquam locator colonus, per dicta §. ſi fructi-
bus.verſiculo ſi in locatis. & Accurſ.in gloſſ.ibi. &
ideo bene nullam inter ſcientem, & ignorantem
facit differentiam Peregrin. dicto titu. 4.nume.32.
& hæc Iaſ. limitatio eo magis procedere debet,
vt euitetur turpis lucri conſideratio, argumen. l.
Quintus. D.de donat.inter vir. & l.merito. D.pro
ſocio. Turpe enim eſſet alicui rem alienam vende-
re, cùm eam ſciat alienam, prout veriſimiliter ſcit
dominus fructuum medietatem ſuam non eſſe,
ſed coloni, qui ſuam induſtriam cum natura po-
ſuit: vnde ſequitur, quod Barto.de induſtrialibus
fructib.in hac quæſt.diſtinguendo ſcribit in l.fin.§.
fin.D.de iure fiſci. Vlterius confirmatur Iaſ.opinio
ex eo, quòd ſciens rem alteri hypothecatam cùm
illi obligatur non habet beneficium excuſſionis,
vt per Crau.conſilio 77.numero 18.

Ex quibus puto Iaſ. limitationem eſſe veram,
malèque ipſum reprehenſum à Socin. Iun. dicto
numero 75. cuius oppoſitionibus facillima patet
reſponſio, & ob id malè cenſuiſſe Ludouic. in di-
cta deciſio.83.dum contra Iaſ. opinionem iudica-
uit: nam Iaſ.opinio vltra quod iure fundatur, vt ſu-
pra dixi, habet etiam ęquitatem, quia colono pars
ſua debetur propter expen. & labores, vt Ozaſc.
ait deciſio.82.numero 8.& iniquiſſimum eſſet fru-
ctibus illis tot laboribus, & ſudoribus paratis, &
conſeruatis colonum priuari ſine eius facto, dare-
que illi actionem dubiam contra venditorem. Fa-
ciuntq; ad hanc rem, quæ de ſementibus poſitis,
& expen.in fundo empto factis ſcribit Tiraquell.
dicto §.5.gloſſ.4.nume.7.& 14.

Et per hanc Iaſ. limitationem inferebam in cō-
5 tingentia facti coram Senatu, quòd † in patria no-
ſtra cùm communiter prædia dentur ad colo-
niam, quæ conſuetudo omnibus notoria eſt, nun-
quam emptor poterit hanc ignorantiam allegare,
& ſic ſemper in dubio cenſebitur excepta in ven-
ditione pars colonica, & ita Iaſ.limitationem cō-
firmando cenſebat Senatus in cauſa Barilis, ſtan-
te præſertim communi regula, de qua in l.ſi non
fuerint.in prin. D. pro ſocio. quòd fructus ſemper
diuiduntur inter dominum, & colonum, & hoc
niſi venditor eſſet ruſticus, qui notoriè fundum
ſua manu coluiſſet: nam hoc caſu crederem etiā
colonicam partem ad emptorem ſpectare, prout
ſentit gloſſ. in dicto §.ſi fructibus. in verbo explo-
ratum eſt.

Cęterum ſuperiorem illationem, quòd re ven-
dita fructus lucro cedant emptoris declaro, vt
6 non habeat locum ſi fructus † tempore venditio-
nis plenè maturi ſunt, & ſtatim recolligēdi, & iam
venditor paraſſet ſe ad collectionem, & manum
appoſuiſſet emptore ſciente, vt per Tiraquell. di-
cto.§.5.gloſſ.4.nume.9.Didac.dicto capit.15.num,
7.verſiculo 2.diligenter. alias enim emptoris ſunt,
vt ſupra dixi, qui videretur pluris emiſſe fundum
ratione inſtantium fructuum per ea, quæ in ſimili
ſcribit Zoanett.in rep l.2.C.de pact.inter emp.nu-
mero 141.Gomez.dicto capi.2.numero 12. Rem
enim hanc iuxta modicitatem, vel exuberantiam
pretij traditi prudens iudex diudicabit.

Fructus pendentes tempore cadentis re tractus cuius lucro cedant, & an pro rata temporis diuidantur: defenſa Cumani opinio. ab Alexandri impugnatione.

DECISIO LVI.

1 *Fructus pendentes in venditione neceſſaria pro rata temporis diuiduntur.*
2 *Fructus cadente tempore retractus pendentes pro rata temporis inter emptorem, & venditorem diuiduntur ex magis communi.*
3 *Franciſci Zoanetti opinio declaratur in l.2. C. de pact.inter emp.& vend.*
4 *Fructus pendentes non veniunt in emptione non ſimpliciter, ſed cauſatiuè voluntaria.*
5 *Diuiſio ad formam. l. diuortio. D. ſoluto matrimo. qualiter pro portione Geometrica, vel Ariſthmetica facienda ſit.*
6 *Penſiones ex re vendita prouenientes cuius ſint.*

FRVCTVS fundi venditi em
ptorem tanquam dominum ſe
qui ſupra ſcripſimus, & com-
probauimus. Hanc regulam in
1 venditione quidem voluntaria
procedere non autem in neceſ-
ſaria noſtri magis communiter
ſtatuunt, quia tunc fructus pro rata temporis di-
uidendos eſſe ſcribunt. Ita Tiraquel.dicto. §.5.glo.
4.numero 6.& inter voluntatem, & neceſſitatem
diſtinguit Barto. in l.diuortio. aliàs l.fructus. §.Pa-
pinianus. D. ſoluto matrimon. Exemplum poni
poteſt in eo, qui vendit ex pacto retrouenditio-
2 nis, tunc enim † ſi venditor velit redimere pen-

dentibus fructibus,diuiduntur fructus pro rata tē-
poris inter emptorem , & venditorem ex magis
communi ſentētia,quę authorem habet Cuman.
ſubtiliſſimum iuris magiſtrum , quem ſequuti
ſunt Iaſ.Socin.Cagno.& alij,quos citat,& ſequitur
Tiraquell.in dicta gloſſ.4. numero 6.illiuſque ſen-
tentiam æquiorem, & practicandam dicit Didac.
var.reſolut.libro 1.capit.15. numero 7. & ita vide-
tur tenere Fabian. de empt. & vend. 6.quæſt.prin-
cipa.numero 25.Ioann. Cop.de fructibus. libro 4.
titu.1. capit.13. & communem teſtatur Kirchou.
commun. opin.centur. 2.concluſ.60. poſt Rolan.
qui pro Cuma. opinione conſuluit conſilio 27. à
numero 13. vſque in fin. libro 2.latè Ludouic. de-
ciſio. Peruſ.79. per totam,vbi firmat hanc Cuma.
ſententiam reſpondendo contrarijs. & nouiſſimè
Caualcan. deciſio. 16. numero 51. 2. par. qui dicit
veram , & magis communem. Ludouic.Molina.
de primogen. libro 3.capitu.11. nume.9.quamuis
contra Cuma. diſputet Alexan. in l. qui Romę.in
prin.D.de verbor.obligat.& teneant Bald.& Bero.
quos citat Ludouic.dicta deciſio.79.numero 1.Et
re vera licet Cuman. opinio æquior proculdubio
ſit , ob idque fortè in practica locum obtinuerit ,
& in iudicijs obſeruetur,tamen in puncto iuris ſu-
ſtentabilior videtur contraria opinio tam ex regu.
ſupradicta l. fructus pendentes. quàm ex his , quæ
latè congerit Ægid.Tomai.de collect.in §.venden
tes.numero 1. & ſequen. vbi reſpondet ad Socini
3 rationem. Ideo † ſubtiliter fortè conſiderando
Zoanett. in l.2.C.de pact. inter emp. numero 137.
aliàs in tracta.de empt. cum pact. retrouendit. ar-
bitratur nullam inter emptorem , & venditorem
fructuum eſſe diuiſionem faciendam, ſed tempus
initi contractus , & eadem is dici ſpectandum eſſe.
Ita vt ſi illo anni tempore, quo primitus facta ven
ditio fuit, extabant fructus in fundo , eodem mo-
do retrouenditio facienda ſit,ſin verò lectis fructi-
bus fundus emptus fuerit , nullo iure redemptio
ante perceptos fructus fieri poſſit , & hanc conſi-
derationem nulla Zoanetti mentione facta pro-
baſſe videtur Didac. dicto capitu. 15.numero 7.in
fin.licèt eius opinionem falſam dicat Ludouic.di-
cta deciſio. 79. Verùm Zoanetti opinio non reſo-
lueret caſum de quo Imperator in l. 2. C. de pact.
inter empto.nempe ſi emptor quandocunque re-
dimere poſſet:nam tunc non tenebitur expectare
diem contractus : ideo tutior erit Cuman. ſenten-
tia prout idem Zoanett. in prin. huius quæſt. fate-
tur : quam tandem poſt multas diſputationes ſe-
quutus fuit Senatus,& coadiuuatur ex eo , quòd
Fabian. in dicto 5.memb. num. 27.ſcribit , quòd
qui promiſit reuendere non tenetur ad fructus
medij temporis per text.in l.his.§.mancipia.D.ſo-
lu.matrimon.Poſſet tamen declarari Zoanetti opi
nio,vt procedat ſi tempore primę vēditionis pen-
dentes erant fructus,dictique retrouenditioni præ-
fixus ſit prout maior pars notariorum facere ſo-
let , vel eodemmet tempore cadat luendi termi-
nus , non autem ſi quocunque tempore facienda
ſit retrouenditio.

Ex hac ergo Cuma.doctrina inferri non incom
modè poterit ad venditionem , vel retrodatio-
4 nem † aliquo quidem modo voluntariam , ſed
cauſatiuè , vt tunc etiam pro rata temporis fru-
ctuum fiat diuiſio , vt in caſu nunc contingente.
Dicit quis ſe lęſum in ſubhaſtatione,ſeu leuatione
de gagio , vel nulliter factam, cùm pars euocata in
iudicio vellet ſe à lite redimere,obtulit ſe paratam
recipere ſuum creditum, licèt lapſum ſit tempus
redimendi , qua oblatione attenta circa menſem
Maij Senatus iudicauit licere pignorato,media pe
cunia fundum ſuum recuperare lapſis quatuor
menſibus , cùm immineret vindemia pars pecu-
niam obtulit,poſſeſſor verò dixit nolle fructus re-
mittere,qui adhuc pendebant,dubitatū fuit , quid
iuris.cenſuit Senatus in caſu iſto ſeruandam opi-
nionem Cuman.eo quòd iſta oblatio retrouēdi-
tionis non eſſet omnino voluntaria, ideoque fru-
ctus non deberi omnes redimenti , ſed tantum di-
midiū partis dominicalis , & ita exequutum fuit,
pro qua quæſtione vide , quæ in ſimili ſcribit Al-
uar. Valaſc.Luſitan. conſultat. 37. vbi in pulchro
caſu conſuluit. quamuis hic etiam multum obſta
ret,quòd idem Zoanett. ſcribit in dicta l.2.nu.135.

5 De proportione † verò Geometrica,quę in hac
diuiſione iuxta formam dictę l.diuortio.facienda
eſt videndi ſunt interpretes in dicta l diuortio.do-
ctè Cuiac.libr.14.obſeruat. cap.22.Ludouic. dicta
deciſio.79 in fin.Anton.Faber. coniecturar. iur.ci-
uil.libro 1.cap.13.Io. Buteon.in libro de Geometr.
ad dictā l.diuortio.vbi omnium acuratius rem ex-
plicat.

Grauis verò eſt in hac materia quæſtio, an pen-
6 ſiones † ex re vendita debitę lucro cedāt empto-
ris an venditoris, quam examinant doctores in di-
cto §.ſi fructibus.præſertim P.Coſtalius,Didac. di-
cto capit.15.numero 3. & quamuis multas diſtin-
ctiones ibi , & in l. fina. §.fina. D.quæ in frau.cred.
adſerant , res videtur clara , vt venditoris rema-
neant,per text.in dicto § ſi fructibus. quod tamen
intelligo,& declaro,vt procedat in penſione rei lo
catę , quæ in inſtanti , vel incontinenti debentur ,
non quæ annua, vel biennalis eſt , aut ad longum
tempus : nam iſta per venditionem tollitur. l.em-
ptorem C. loca. Gomez. var. reſolut. libro 2. ca-
pitu. 2. numero 11. & cenſuit in colono partiario
diſtinguendo Senatus , vt apud D.Ozaſe deciſio.
82. in fin. videndus tamen in his Vincent. de Fran-
chis deciſione 79. De fructibus verò rei legatæ ,
hæreditatis,& fideicommiſſi latè Menoch. de arb.
iud. caſu 256. & de omnibus Peregrin. in tracta.
de iur.fiſci.libr.6.titu.4.nume.35.

Iudæis vſuram exercere nunquid liceat , & an Princeps ſecularis tale exercitium expreſsè ſuo priuilegio concedere poſſit.

DECISIO LVII.

1 *Iudæis an Princeps in ſuo dominio fęnoris exercitium conce-*

concedere poſſit. & numero 4. & quid in Pontifice nume. 2.

3 *Moderatas etiam vſuras Princeps concedere non poteſt.*

4 *Eccleſia ſolet aliquid tolerare, vt maius malum euitetur.*

IVDÆIS vſuram facere in ſuo dominio per tolerantiam conceſſerunt Duces Sabaudiæ glorioſæ recordationis Carolus, & Emanuel Philibertus, taleque priuilegium fuit à Sereniſſimo nunc regnante Carolo Emanuele Duce, & Principe noſtro confirma-
1 tum. † Quæſitum fuit an id iure facere potuerint: anceps eſt quæſtio, & profunda ſecundum Iaſ. in l. cunctos populos. numero 32. C. de ſumma Trinita. & ponam primò authoritates, deinde rationem: breuiterque procedam ſummatiè ac deciſiuè loquendo: cum ſint alij, qui ſuper hac quæſtione in vtramque partem abundè ſatis, doctè, luculenterque ſcripſerunt, præſertim D. Collega tunc, & Compater meus, inde primus Cameræ computorum, & nunc primus huius Pedemontani Senatus Præſes meritiſſimus Dominus Amedeus à Ponte, & eius ſpiritualis filius Gaſpar Antonius Teſſaurus, quorum conſilia pro perfectiori huius materiæ intelligentia infra ſubijciam.

Negatiuam igitur partem, quòd non poſſit Princeps tale priuilegium concedere ſiue tacitè, ſiue expreſsè tenuerunt Antonius de Prato veteri apud Alexan. conſilio 49. numero 6. libro 4. vbi ponit miraculum, dicens ita conſuluiſſe Senis, & iuxta illius ſententiam obtentum, & ita tunc D. Bernardinum de Senis iudicaſſe, & prædicaſſe. Ioan. de Imol. per illum text. in capit. ſuper eo. de vſur. poſt Laurent. de Rodulf. Bald. in authen. ad hæc. colum. 2. C. de vſur. & in l. 1. C. de ſumma Trinita. & ibi latiſſimè Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino numero 43. & plurib. ſequen. Ancharan. cōſilio 243. aliàs 235. Apoſtillator ad Alex. cōſilio 1. libro 2. latè Alexan. de Neuo. conſilio 100. cum tribus conſilijs ſequen. Clar. in § vſura. lib. 5. Marquard. in tractatu de Iudæ. par. 1. capit. 11. numero 31. vbi latè examinat, & dicit hanc opinionem magis piam. Didac. libro 3. variar. reſolut. capit. 1. numero 8. Summa Angeli. & Summa Syluestri. in verbo vſura 9. Caſtren. conſilio 20. viſis, & ponderatis. numero 4. libro 2. Curt. Iun. in l. eius, qui in prouincia. numero 5. D. ſi certum peta. vbi dicit communem. Hyppolit. Riminald. conſilio 399. in præſenti cauſa. numero 15. Et quamuis Iaſ. in dicta l. cunctos populos. dubitet, tamen in prima lectura. numero 56. dicit hanc opinionem veriorem, & ſibi ſemper magis placuiſſe, & in Pontifice hoc tenet Pariſien. ad Alexan. conſilio 8. libro 6. & in conſuetud. Pariſi. §. 1. glo. 9. nu. 19.

Pro hac opinione facit gloſſ. in capitu. quanto. de vſur. in verbo immoderatas. vbi non obſtantibus verbis text. qui mouebat contrarium, tenet
2 quòd Princeps non poſſet Hebræis etiam † moderatas vſuras concedere, & eam gloſſ. ibi communiter ſequuntur Doctores, & dicit Hoſtien. quòd illa gloſſ. non deſtruit textum, quia ſub verbo immoderatas intelligitur de qualibet vſura, quoniam omnis vſura poſſit dici exactio immoderata, & cum Hoſtien. videtur tranſire Abb. Moderatam verò vſuram dicere poſſemus in Hebræis centeſimam illam, & pinguiorem iure ciuili in certis caſibus conceſſam, quę duodecim pro centenario capit, vt in l. eos. C. de vſur.

4 Affirmatiuam ſententiam, quòd imò † Princeps poſſit hoc concedere tenuerunt Alexan. conſilio 1. libro 2. vbi latè id conſuluit in Pontifice, de quo tamen dicit Iaſ. in dicta l. cunctos populos. numero 36. quod fortè ita conſuluit Alexan. vacillante conſcientia. Ancharan. dicto conſilio 243. Chriſtianiſſimę. vbi dicit procedere ſolùm in Pontifice, & ita ſentit Cotta in memoralib. in verbo vſuræ. Caſtren. conſilio 358. quoddam commune. & conſilio 397. Non videtur. libro 2. Rochus Curt. in tracta. de conſuetud. quem refert Didac. Socin. Iun. conſilio 108. libro 3. dicens communem: quinimo addit, quòd poſſunt Principes concedere Hebręis vt exigant vſuras vſurarum (quod mihi tamen valde durum videtur) vt aliàs dicam. Barbat. conſilio 16. libro 4. Alexan. dicto conſilio 8. libro 6. Cotta in verbo Iudæi. Anan. in cap. poſt miſerabilem. de vſur. Zoarez. in theſau. receptar. ſententiar. in verbo Iudæus.

Et pro hac opinione videtur text. in cap. quanto. de vſur. arguendo à contrario ſenſu dum ſolùm prohibet principibus ne concedant exactionem vſurarum immoderatarum.

Secundo allegabatur ratio, quòd cùm neceſſaria ſint commertia mutuorum pro ſuſtentandis quotidianis impenſis pauperum, & adeo refrigeſcat Chriſtianorū charitas, vt ſine vſuris mutuare nolint, & ſub vſuris non poſſint, neceſſe eſt, vt id
5 permittatur Hæbreis, cùm † eccleſia malum toleret, vt maius malum euitetur. c. oſſerebat. 32. quæſt. 7. quamuis hoc infringere conentur Ioann. Andr. in regula peccatum. de regu. iur. & Alexan. de Neuo. dicto conſilio 100. ac alij Theologi cōtrariam ſequentes opinionem, quod quidem facilius in Iudæis admittendum eſt, cùm non ſint de corpore noſtro: & de his, quæ foris ſunt nihil ad nos.

Dum conſuluiſſet Sereniſſimus Dux noſter Emanuel Philibertus Senatum ſuper hac quæſtione, fuit aliquiorum opinio, vt poſſet imò deberet publicę vtilitatis gratia concedere Hebræis moderatas vſuras ideſt centeſimas, aut ad plus ſeſquicenteſimas, per dictū capit. quanto & authoritates ſupra citatas, in qua ſententia videtur reſidere Do. meus Ponte in ſuo conſilio infra ſcripto. Alij verò dicebant, quòd non poſſet Princeps expreſsè hanc licentiam concedere, ſed tolerare quò ad vſuras moderatas, inhibendo fiſcalibus ne Hæbreos moleſtarent. Quotuplex autem ſit hæc tolerantia declarat Alexan. de Neuo. dicto conſilio 100. numero 12. Verùm maior pars Dominorum in contrariam partem inclinauit, vt nullo modo poſſet Princeps expreſsè hanc licentiam

Hæbreis concedere, nec etiam priuilegio tolerate, niſi accedente ſummi Pontificis expreſſa licentia & aſſenſu, & ita reſponſum fuit etiam Principi Carolo Emanueli, qui vti pius, & catholicus Princeps nō prius antiqua priuilegia Hæbreis conceſſa confirmauit quàm obtento à Summo Pontifice ſuper hoc conſenſu anno 1583. reducto intereſſe, ſeu vſuris ad 18. quæ antea erant ad 33. pro quolibet centenario, quæ conceſſio fuit poſtea per Sanctiſſimum Pontificem Sixtum Quintum confirmata, vt infra ſubijciam.

Sequuntur duo conſilia ſupra enunciata in eadem materia. Et primò Excellentiſſimi D. Amedei Primi Præſidis.

CONCESSIT Sereniſſimus Dux noſter annis elapſis ſuaſione aliquorum Iudæis in eius dominio habitantibus, ampliſſimum priuilegium permiſſionis mutuandi ſub vſuris immoderatis ad rationem triginta trium & vltra pro centenario ſingulis annis, adiectis alijs quibuſdam facultatibus prout latius in dicto priuilegio continetur, quod (pace conſiliariorum dixerim) adęquari poſſe videtur mari magno Franciſcanorum, idque pecunia tum præſenti, tum annua mediante fuit conceſſum. Demum ſua celſitudo re diligentius, ac maturè magis penſata habito voto Reuerendiſſimi Angeli Iuſtiniani Chij Antiſtitis Gebennen. edicto generali vetuit, Hębreos poſſe exigere in eius dñio vltra vſuras centeſimas, nempe vltra duodecim pro centenario ſingulis annis, aut ad ſummum duodecim cum dimidio certis legibus adiectis. Decretum ipſum fuit frequentiori calculo Senatorum interinatum, deinde mandauit ſua celſitudo, vt differretur eius publicatio: tãdem contrarium fuit reſcriptũ, ꝙ tñ non fuit interinatum, ſed tantummodo dictum per Senatum, *Parati obedire*, quo ſtilo dicendi Senatus vtitur quoties perſuaſus ab aliquib. conſiliarijs aliquid Princeps iubet, quod Senatui non videtur iuridicum. Non delebo, quòd dicit Alexander de Neuo conſilio 100. & 101. numero 14. relatus à pluribus, & nouiſſimè à Iulio Claro libro 5. ſententiar. §. vſura. verſiculo hæc autem. Malitiam Doctorum conſulentium cõtra apertam veritatem, & quòd Iudęi offerentes mercedem, & munera plures inueniant, qui iniuſtitiam eorum apud Principes tueantur. Verùm ſcribant quicquid velint conſulentes, de hoc non eſt, vt timeamus, cùm Principi noſtro aſſiſtant hodiè integerrimi conſultores, acerrimique Chriſtianę fidei, & religionis defenſores. Sed rem ipſam aggrediar in conſultatione poſitam, nunquid Princeps poſſit tolerare Iudęos in dominio ſuo fęnerantes: Et quo ad permiſſionem habitationis licèt Iudęorum conuerſatio cum Chriſtianis periculoſa ſit. capit. ad hæc. de Iudę. ideoque cautè ſit in ea procedendum, vt non habitent Chriſtiani cùm Iudęis ſub eodem tecto, neque cõuiuentur ſimul, atque ab alijs abſtinendum ſit, de quibus in 28. cau. quæſt. 1. gloſſ. in capit. Iudęi. el 2. extra de Iudę. per Hoſtien. in ſumma de Iudę. Angelica, & alij ſummiſtę in verbo Iudęus. Franciſc. Squilacen. In tracta. de fide Catholi. capitu. 48. numero 1. tamen in eadem prouincia ſunt tolerandi iuxta Chriſti exemplum. Math. 13. qui volebat permitti Zizaniam creſcere cum tritico, vt per Hoſtien. vbi ſupra. c. conſuluit. & capit. ſi Iudęos. & toto titu. de Iudę. Gondizla. in tracta. de hæret. quæſt. 9. nume. 9. Rolan. conſilio 25. nume. 9. volum. 3. Bonacoſſ. inter commun. opin. in verbo Iudæos de ciuitatibus. vbi poſt Parif. dicit Iudęos eſſe à Principibus tolerandos non expellendos, niſi ex cauſa.

Plura ſunt nihilominus Iudæis vetita, quæ à Principibus Chriſtianis abſque peccati labę permitti non poſſunt, de quibus in præſentiarum mihi non eſt agendum, ſed tantum id, quod principaliter in dubium vertitur, an Princeps poſſit permittere Iudæis, vt vſuram exerceant in dominio ſuo: & cùm quæſtio hæc ſit abunde tractata à Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis, non eſt intentionis meæ illam in vtranq; partẽ diſputare: ſatis erit mihi referre Theologos oẽs ferè, ex Canoniſtis plurimos, ex Legiſtis nõ paucos tenuiſſe negatiuam S. Tho. in 2. 2. q. 78. arti. 1. Summa Angelica in verbo Iudęus. numero 22. gloſſ. in clemen. de vſur. §. cæterum. in verbo cenſura. Ioann. Andr. in capi. peccatum, in vlt. aut. 11. membr. de regu. iur. in 6. Laurent. de Rodulph. in tracta. de vſur. quæſt. 146. Ioan. Bap. de Sancto Seuer. in l. 1. C. de ſumma Trinita. numero 44. Didac. libro 3. var. reſolu. cap. 1. numero 8.

Affirmatiuam autem ſaltem per modum tolerantię tenuerunt Angel. de Caſtro. & Gualuan. relati à Corrado in dicto tracta. de cõtractib. quæſt. 25. & ſequen. Caſtren. conſilio 397. non videtur. volum. 2. vbi nedum honeſtam, ſed ſuauem conſuetudinem dicit huiuſmodi permiſſionis, quæ viget per totam Italiam. Sed dulcedo quidem eſt accipientibus: quæ autem inſit patientibus diiudicet quilibet: non aliam ego exiſtimo quàm eam, quæ obuenit percuſſo ab aſpide, cuius morſu ſoporatus is tandem moritur: ſed & aliud abſurdum ſubnectit, quòd iudices de facto exequi debent vſuras in gratiam Hębreorum, licèt de iure id non poſſint, conſtituendo iudices meros facti illiciti exequutores ne dicam carnifices: quis à Iure conſulto talia expectet? cuius opinio communiter refellitur, Angel. in verbo vſura. 2. numero 14. & pro hac affirmatiua ſtat Roch. de Curte in tracta. de conſuetud. numero 120. ſe fundans in generali obſeruantia, & conſuetudine tanquam non ſit contra ius diuinum. Socin. Iun. conſilio 108. volum. 1.

Alij affirmatiuam tenentes illam reſtringunt in ſummo Pontifice qui poteſt declarare contractũ aliàs reputatum vſurarium non vſurarium, & qui

poteſt

poteſt ius omne etiam Diuinum declarare, & ampliare, vt in extrauagan. Marti. & Caliſti titul. de empt. & vendi. cap. cum omnes. de conſtitu. quod non licet Imperatori cæteriſque Principibus ſecularibus habentibus ſummum Imperiũ, ſine principali decreto. Alexand. conſilio 1. & conſilio 107. volumi. 2. & conſilio 8. volumi. 6. Barbat. conſilio 16. colum. 8. verſicu. & etiam eſt ponderandum. volum. 4.

In tanta varietate mihi ſemper viſa fuit humanior, ac amplectenda media via, vt moderatas vſuras nedum Papa, ſed Princeps ſecularis poſſit permittere Iudęis, quod videtur elici ex capitu: quanto. de vſur. quicquid gloſſ. dicat ibi non procedere argumentum à contrario ſenſu: ratio enim text. contrarium ſuadet, quæ ex procemio colligitur, dum intendit prouidere, ne Chriſtiani à Iudæis immaniter grauentur, atque ita temperando opinionem tenentium affirmatiuam, illa innititur ꝓbabili cauſa, videlicet ob neceſſitatem commerciorum, & vtilitatem publicam. gloſſ. in capit. lege. 10. diſtinctio. Modern. de vſur. numero 76. & 531. & 534. ideoque dicebat Alciat. in l. vſura. in fin. de verborum ſignificatio. quod publicè intereſſet etiam inter Chriſtianos ciuilem legem obſeruari: nam quòd moderatè vltra ſortem accipitur non lædit proximum, ſed quod immoderatè. §. ſin autem. verſicu. & hanc legem. authen. nullum creden. agric. Seruit quod in ſimili admittunt Theologi valere pactum pœnale mutuo adiectum, dummodo non ſit immoderatum, & abſit praua intentio. Hoſtien. in ſumma de vſur. §. an aliquo caſu. verſicu. vndecimo. Moder. de vſur. numero 25. & 35. verſicu. & ita. & aliqui etiam tenentes affirmatiuam vtuntur hoc argumento, quòd vſuræ ſint permiſſæ per leges ciuiles conditas à Principibus Catholicis nempe Iuſtiniano, qui non ignorauit conſilium Lateranen. ſecũdum quas Principes poſſunt ſtatuere. Ancharan. conſilio 243. numero 2. & conſequenter de moderatis vſuris ſenſerunt, referendo ſe ad leges per Iuſtinianum conditas. Et in propoſito facit, quod notat Ioan. Bapt. de Santo Seuerino. in dicta l. 1. numero 58. C. de ſumma Trinita. quòd Papa poteſt decernere, quòd recipere aliquid ex mutuo vltra ſortem, in aliquo caſu non ſit vſura damnabilis, vſque ad honeſtum, & congruum modum, & ſentit Bero. in cap. quæ in eccleſiarum. numero 92. de conſtitution. quòd Princeps ſecularis ex iuſta cauſa poteſt ſtatuere, vt in aliquibus caſibus vſura licitè exigi poſſit. Hinc dixerunt Moder. in dicto tractatu de vſur. numero 15. 79. & 84 & 515. moderatas vſuras quibuſcunque eſſe permiſſas vtraque pagina, ac iure tam Canonico quàm Ciuili. Allegant, Eccleſiaſti. capit. 29. quod tamen affirmare non auſim, refragante etiam Martino Nauarro in ſuo manua. confeſſ. capit. 17. numero 108. Licet ipſi pluribus argumentis non ſpernendis id comprobent, diſtinguendo mutuum, quod fit pauperibus, vel egenis ab eo, quod fit cauſa negotiationis. numero 75. Sed quicquid ſit de Chriſtianis, quòd Iudæis moderatæ vſuræ permittantur è Republica eſſe cenſeo, quod etiam viſum fuit quandoque ſummis Pontificibus concedentibus per Diplomata ſua moderatas vſuras, Gaieta. S. Tho. quæſtio. 78. & has etiam conceſſit Imperator Federicus in Regno Siciliæ, vt in conſtitut. regni titulo de vſur. permittentes Iudęis propter neceſſitatem hominum, vt licitè capiant decimales, ſeu decem pro centenario quolibet anno, & ibi dicit Afflict. notab. 13. numero 30. quòd Eccleſia parum curat de Iudæis tanquam hominibus derelictis, & ideo eos directè non punit ſi vſuram exerceant, bene tamen pro intereſſe Chriſtianorum prouidet, vt non exigant Immoderatas vſuras à Chriſtianis, ea tamen lege, vt ab improbo fęnore abſtinerent, nec excederent metam dextantis, ſeu ad decem pro cẽtenario ſingulis annis, Ferret. conſilio 73. numero 20. ſentit & ipſe moderatas poſſe concedi, immoderatas autem vſuras conſtanter teneo Principem non poſſe permittere Iudæis. dicto capit. quanto. de vſur. & cap. 1. de vſur. in 6. Quod generaliter prohibet vſurarum voraginem, mandatumque Principibus, ac alijs ad quos pertinet, ne permittant quoſcunque alienigenas in dominio ſuo domos conducere ad fęnus publicè exercendum, quod ad eos, qui immenſas vſuras exigunt, & (vt in eo dicitur) facultates pauperum exhauriunt rectè referri poteſt, vt ibi ſentiunt Ioan. Andr. Gemin. & Ancharan. in principio dicentes conſtitutionem editam propter eos, qui vſuras immoderatas exercebant: nam & de immenſis vſuris Lateranen. conſilium loquitur: Seruit admodum ratio tex. in dicto cap. quanto. quæ colligitur à cauſa finali, ne Chriſtiani à Iudæis immaniter grauentur: propterea Pontifex Principib. præcipit, vt à tantò grauamine Iudęos cohibeant, quem tex. ita declarat Afflict. in dicta conſtitutio. vſurariorum. numero 30. dicens immoderatas eſſe reſtituendas. Idem ſentit gloſſ. Inſtitu. Canon. de vſur. §. Iudæi, dicens, quòd vſus, & practica, quæ eſt optima legum interpres hunc intellectum ſuadet, & admittit, & quod doctores aliter ſentientes potuerunt decipi, & ibi additio ſubdit ex mente Gaieta. quòd Principibus licitum eſt cõdere leges permiſſiuas vſurarũ ad maius malũ euitandum, non aũt propter lucrũ per Principes captandum, quod & in capit. poſt miſerabilem. eodem titu. pariter reperitur diſpoſitum, nec id ſine ratione maxima, cùm ad Principem ſpectet ſubditos tueri, ac fouere, non permittere ne immanibus vſuris lacerentur ab huiuſmodi tracidatoribus pauperum, quos ita vocat Auguſtinus in capit. quid dicam. 14. quæſt. 4. quos etiam maior quandoque pœna tenuit quàm fures, vt eſt apud Marc. Cato. de re ruſtica. libro 1. in prin. Cicero. libr. 2. offic. in fin. hoc etiam ignominioſo ac alijs epitheris per doctores vſurarij denominantur. Archid. & alij in capit. 1. de vſur. in 6. Huic ſententię ad ſtipulatur, quòd vſuram exercere peccatũ eſt, quoad Deum, & proximum lędit. dicta clemen. 1. ibi,

In offenſa Dei, & proximi.

De

De vſur. & cùm omne delictum committatur, vel in Deum tantummodo, vel in Deum & proximum, quatenus vſuram exercendo Iudęi delinquũt in Deum, procedere poſſet, quod dicitur in capit. gaudemus. de diuort. & capit. multi 2. quæſt. 1. quòd quæ foris ſunt nihil ad nos: quo argumento vtuntur tenentes indiſtinctè affirmatiuam: quatenus vero in proximum delinquũt immenſas vſuras exigendo, cùm perniciofum id ſit non minus quàm rapina, non magis vſuram Princeps poteſt permittere quàm furta, & latrocinia. l. illicitas in prin. D. de offic. Præſid. vnde argumentum tenentium affirmatiuam, & ſe fundantium, quòd neque ex parte Iudęi mutuantis, neque ex parte Chriſtiani capientis peccatum eſt, concludens nõ eſt, ex quo non eſt à ſufficienti partium enumeratione, cùm ex parte permittentis illicita ſit peccatum, ſed peccatum eſt etiam ex parte mutuantis, cùm rapinam dicatur committere, & ex hoc capite concludit Com. Iudęos poſſe puniri conſilio 19. colum. 4. verſiculo non obſtat 3. volum. 3. & ibi dicit, quòd non iudicatur de eis quatenus Deũ offendant, ſed quatenus proximum lędunt. & cùm foro ſeculari Iudęi ſubijciantur, & legibus ciuilibus ſint aſtricti, capit. poſtulaſti, & ibi nota. de Iudæ. l. Iudæi. C. de Iudæ. Aret. conſilio 157. modum legitimum excedentes puniendi ſunt. Didac. libro 3. var. reſolut. capitu. 7. numero 2. & in epito. de ſponſalib. par. 2. capitu. 6. in princi. numero 17. Menoch. de arbitrar. libro 2. centur. 4. caſu 398. numero 17. & ſequen. vbi poſt multos reſpondet argumento, quòd volenti non fit iniuria, cùm ex parte mutuantis, & vſuras accipientis committatur rapina, prout in ſimili adducit text. in l. ſi quis pro ſeruo. C. de furt.

Præterea dicunt Hębrei, quòd fratri ſuo non licet mutuare ſub vſuris, ſed extero idest Chriſtiano ſic, quamuis id falsò aſſerant peruersè veteris teſtamenti textum intelligendo, tamen habebunt Chriſtianum pro hoſte, cui non minus fęnerari quàm nocere liceat. capitu. fina. 14. quæſt. 4. & ſi nullam ipſi Chriſtianorum rationem habent, talis ne debet eſſe Principis Chriſtiani voluntas, & intentio, vt ipſe pariter Chriſtianorum ac ſubditorum ſuorum nullam rationem habeat, permittatque ac toleret voracitatem immenſam ſimilium Luporum? abſit hoc à Principe, & ſeculo noſtro, cùm pij ac religioſi Principis, qualis noſter eſt, munus ſit prouidere ne exhauriantur facultates ſubditorum, ne eorum ſanguis de manibus ſuis requiratur. capitu. irrefragabili. de offic. ord. hinc paleata nimis excuſatio aliquorum dicentium Principi non licere quidem permittere vſuras graues, ſed poſſe tolerare: nam tolerando dicitur permittere. capit. error. 83. diſtinct. capit. fortè 23. quæſt. 4. capitu. quantę. in fin. de ſentent. excommun. quod ibi gl. refert ad Principes, vel eos, qui alijs pręſunt. Præpoſit. in capitu. qui ſincera. in fin. 45. diſtinct. vbi dicit, quòd non eſt ſimilis tolerantia rituum Iudęorum prout eſſet de alijs peccatis, quos Principes non debent tolerare, & dicit Apoſtolus, quòd digni ſunt morte non ſolùm, qui faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus. Ozalc. deciſio. 137. numero 18. Inſuper conuenit inter doctores, quod Princeps pro permiſſione vſurarum non licitè capiat tributum à Iudęis. Card. in clemen. 1. quæſt. 15. de vſur. Gaieta. ſuper S. tom. quæſt. 78. ſed tantummodo pro permiſſione habitationis ac negociationis in dominio, atque ex cauſa aliorum priuilegiorum, quæ Iudęis ſolet concedere, & hoc, quia rationi congruit, vt Iudęi quoque contribuant in oneribus publicis ac pro manutentione ſtatus addit. ad dictum cap. quanto. in fin. cum ibi nota. Verùm ſi nihil pro permiſſione vſurarum poteſt capere Princeps, quæ ratio poteſt Principem mouere ad exceſſiuas vſuras concedendas, & non potius moderatas, ex quibus abundè ſatis prouidetur neceſſitatibus ſubditorum. Quis non videt ex cõceſſione immoderatæ vſuræ capi tributum, ſi illas Princeps permittat, & cum fieri participem tam illiciti, & turpis lucri. capit. ſicut dignum. verſiculo illi. de homicid. capitu. facientis. 86. diſtinct. & dicit Gaietan. in ſumma. in verbo vſura. verſiculo de dominis quoque temporalibus, quòd de eis idem eſt iudicium, ſi componãt cum vſurarijs accepta pecunia, vt vſuras impunè facere poſſint, quòd de participantibus vſuras cum ipſis vſurarijs, & quòd peius facient ſi etiam illicita concederent, quæſitus autem color tunc deprehenditur ex eo, quòd dicat Princeps accipere ob conceſſionem habitationis: ſed quicquid agunt homines intentio indicat omnis, tunc autem ex conceſſione habitationis tantum verè dicetur tributum licitè accipere, ſi moderatas vſuras permittat, vt ſuccurratur neceſſitatibus populi, nec excuſat tacitus conſenſus populi, qui contradicere non poteſt; neque eorum, qui ſub vſuris pecunias mutuo capiunt, voluntasque dicitur coacta ex neceſſitate capiendi. l. eius eſt. & l. ſequen. cum ibi nota. de regu. iur. ſit itaque concluſio Principem immoderatas vſuras non poſſe permittere neque directè, neque indirectè, quod exactè notat Hypolit. Bonacoſſ. inter commu. opin. crimina. in verbo Iudæi prohibentur. Modo ius eſt videre, quę dicatur moderata, & quæ immoderata vſura. Immoderata vſura dicitur, quæ legitimum modum tranſcendit. l. eos. §. 1. C. de vſur. ibi.

Duram, & grauiſſimam earum molẽ.

Quod improbum quoque fęnus dicitur. l. improbum. & ibi gloſſ. C. ex quib. cau. infam. irrog. & hoc eſt propriè, quod Theologi, Philoſophi, ac Iureconſulti omnes varijs nominibus appellant, feram beluã, latrocinium legale, morſus aſpidis, vermem latẽtẽ, rodẽtẽ, ignes conſumentẽ, os inferni, & id genus alia, de quibus per Bald. conſilio 449. ius naturale. volum. 3. Moder. in tracta. de vſur. in princip. numero 2. & triſtiſſimam peſtem incurſione barbarica non minorem vocat Iuſtinianus in auth. nullum creden. agrico. & hanc voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit dicit Gregor. in dicto capitu. 1. de vſur. in 6. prægrauat enim tale fęnus proximũ, illiq; fraudi eſt. Moder.

vbi

vbi ſupra nume. 11. cùm itaque iuxta legales ſanctiones ſit moderanda vſura, cẽteſimam ad ſummum in quibuſcunque negotijs non debet tranſcendere, & hęc maxima ac grauiſſima vſura à Iureconſultis, etnicis appellatur. l. qui ſine. & ibi glo. in verbo maximas. de nego. geſt. l. non exiſtimo, & l. tutor qui repertorium. §. idem ſolent. D. de admin. tutor. & maiorem centeſima etiam apud Romanos nullo vnquam tempore fuiſſe admiſſam probãt Modern. dicto numero 36. cum ſequen. Quid ſentient Iureconſulti Chriſtiani, & pij Principes ſi apud etnicos modus ſtatutus fuit? quo etiam argumento vtuntur moderni numero 382. deteſtantes impium ac barbaricum fęnus maius centeſima, vnde non minus animosè quàm inique auſi ſunt aliqui aſſerere non dici immoderatam duplicem centeſimam, ad triginta pro centenario in ſingulos annos, cùm centeſimam tantum leges permittant, improbeturque per Canones etiam ſeſquicenteſima. c. quoniam multi. 47. diſtinct. vbi abuſus, & legum tranſgreſſio in capiendis emiolijs, & ſeſcuplis, (quæ de vſuris ſeſquicenteſimis accipiendę ſunt) improbatur, ex quo text. notant Gemin. & Præpoſit. etiam Iudæis eſſe tales vſuras prohibitas. capitu. ſi quis oblitus. 14. quæſt. 4. & licet in dictis capitulis damnetur etiam centeſima vſura, id eſt, quia eo in caſu nedũ clericis, ſed etiam laicis in negociatione terreſtri tãquam ſumma, & extrema vſura regulariter licita non eſt, etiam per leges ciuiles, & cùm moderatio hęc vſurarum fauore publico ſit inducta, moribus vtentium approbata, non reſidet in Principis arbitrio eam mutare. l. minimè. D. de legib. cùm neque etiam valeat contraria cõſuetudo eius, quod è Republica ſtatutum eſt, ſi vergat in perniciem populorum. capitu. fin. de conſuetud. capit. mala, cum ſequen. 8. diſtinct. & in ſpecie de qua agitur. dicta l. eos. §. 1. fortius cùm tales immoderatę vſurę ſint contra bonos mores, ac per conſilia, & Canones reprobatę, contrarium Princeps non poteſt neque debet ſtatuere. clemen. 1. de vſur. capit. nuper. eodem titu. capit. non licet. cum ſequen. vbi gloſſ. notat. diſtinct. 10. faciunt capit. 1. de conſtitut. in 6. capit. Imperatores. 19. diſtinct. & capitu. lege Imperatorum. 11. diſtinct. capitu. erit autem lex honeſta. 4. diſtinct. cum ſimilib. Quod ſi quis dicat Iudęos non aliter mutuaturos niſi ſub immenſis vſuris, id veriſimile non eſt ſi id eis non permittatur: nam cùm in patria iſta Iudęis referta ipſi aliunde quæſtum non faciant, cogentur ęquidem ſub moderatis vſuris mutuare, aut ſaltem in centeſimas, quas Cicero libro 6. ad Attic. epi. 1. etiam acerbiſſimis fœneratorib. gratas ſcribit. Maioris etiam detrimenti eſſent Reipub. exceſſiuę vſurę, quàm ſi omnino non admitterentur, cùm in pluribus prouincijs ac regnis in quibus Iudęis interdictum eſt fęnus exercere nihilominus floreant ibi commercia, & commodè viuatur prout dicit Ioann. Baptiſta de Santo Seuerino in dicta l. t. vnde ceſſat argumentum, quòd ob maius malum euitandum poſſit permitti minus malũ, quamuis & illud argumentum de facili confutetur, tum quia malum, quod permittitur ſit ſpiritualc, & malum, quod euitatur ſit tẽporale, tum quòd nullum bonum inde ſequatur. Angelica in verbo vſura 2. nume. 14. poſt Ioann. Andr. in regu. peccatum. verſiculo vlterius. & quod in Italia admittantur Iudęi fęnerari ſub immenſis vſuris idẽ Ioann. Baptiſta corruptis moribus aſcribit; itaque non procedit ratio dicentium, vſuras conceſſibiles ob euitandum maius malum, ſeu ob neceſſitatem publicam; nam minus malum eſſet nullas, vel moderatas tantum vſuras permittere. pernicioſa namque valde eſt conceſſio exceſſiuarum vſurarum, ex quibus Chriſtiani depauperantur, Iudęi ditantur: vnde quantò magis ex arte fęneratitia Iudęi pauperibus Chriſtianis inſidiantur, eo fortius excludi debet eorum voracitas, & quantò crebrior, & communior eſt neceſſitas æris alieni, tantò minus exceſſiuę vſurę ſunt admittendę ob detrimentum populorum: aliàs non bonum, ſed malum publicum ſequeretur.

Itaque concludendo ſentio grauiter peccarę Principes permittendo graues, & immoderatas vſuras etiam Hębreis, atque eis cauendum eſt, ne incidant in Eſaię dictum. *Ve vobis, qui conditis leges iniquas.* quod intelligendum eſt de eis, qui id ſcienter admittunt, non autem ſi ignoranter. cap. conſuetudo. 8. diſtinct. quod euenit plerunque, vbi Principes ſuaſi ſunt ab iniquis conſiliarijs pſallentibus illud. *Placebo domino in regione viuentium*, & fortè etiam muneribus excęcatis dicentibus malum bonum, & bonum malum. de quib. Gregor. ſcribit in capit. ſunt nonnulli. 46. diſt. quod puluinal ſub cubito, & ceruical ſub capite iacentis ponunt: verùm tremendo Dei iudicio ſubiacebunt vbi non valebunt ſophiſmata, aut colorata argumenta. Dominus Deus in cuius manu cor Regis eſt, dirigere dignetur piam ac religioſiſſimã Principis mentem in viam veritatis, & iuſtitiæ. Quæ Omnia ſubijcio correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Amedeus à Ponte.

Sequitur aliud conſilium in eadem materia Gaſparis Antonij fily mei.

1 *Difficultas quaſtionis.*
2 *Vſura omnis tam iure naturali quàm Diuino eſt prohibita.*
3 *Iudai legibus, & ſtatutis Chriſtianorum ligantur. & nume. 8.*
4 *Text. Leuit. 25. & Deuteronom. 23. declarantur.*
5 *Conſuetudo ex ſcientia ſuperioris inducta facit licitum, quòd alias erat illicitum, & contra eam praſcribitur ſpatio 40. annorum.*
6 *Principe aliquid concedente, iuſta conceſſio praſumitur.*
7 *Pontifex poteſt diſpenſare quò ad Iudaos ſuper vſuris.*

Text.

9 *Text.in c.poſt miſerabilem. & c. quanto. de vſuris. declarantur.*

10 *Communis opinio non ſemper ſequenda.*

D. M. A.

REVOCATVM in dubium per Reueren. P. Timotheum Dominicanum intellexi, quòd iam ab alijs non vulgaris diſciplinæ Theologis excitatum aliquando fuerat, nunquid Sereniſſimus Princeps, & Dux noſter Carolus Emanuel poſſit Iudæis permittere, vt foenus in illius dominio exerceant, & ex ea permiſſione cum eis paciſci, vt aliquod annum cenſum recipiat: Qua de re rogatus vt ſcriberem, ſententiamque meam proferrem, calamo parcendum non eſſe duxi, illam diſputationem aſſumendo, quam veteres, & recentiores Theologi, nec non Iuris noſtri Profeſſores aſſumere non dubitarunt, ſalua tamen ſemper in infra dicendis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura, cui me humiliter vti minimus ex filijs ſubmitto. Et re vera quę-
1 ſtio hæc † vt in difficili poſita mirum in modum noſtrorum torſit ingenia, vnde Iaſ. in l. cunctos populos. ſecunda lectura, numero 32. dicit ſe in hac quæſtione malle eſſe auditorem quàm doctorem, periculoſaque illius videtur tractatio tam ob varias interpretum, & conſulentium inter ſe diſceptantium ſententias, quàm ex eo, quod aliquib. non ſine ſcrupulo conſcientiæ eam tractari poſſe viſum fuerit, ita vt etiã nimis audacter dicere nõ erubuerint aliq̃ hæreticos eſſe eos, qui in fauorem Iudæorum pro vſuris conſulunt, ducti ex clementi. vnica. de vſur. Et vt onus pro rei veritate eruenda libenter aſſumptum Deo auſpice aggrediar, diſputationem hanc in mero iuris puncto tractando, videamus quibus rationibus, & authoritatibus moti defenderint aliqui, Iudęos fœnerari non poſſe, nec Principi hoc permittere licitum.

Et multa quidem pro hac ſententia adducunt Alexan. & Iaſ. conſilio 1. libro 2. & in dicta l. cunctos populos. in 1. & 2. lectu. & longè plura Alex. de Neuo conſilio 100. & tribus ſequen. contra Ange. de Caſtro, & quendam Theologum ad nauſeam vſque diſputans congerit, quæ omnia ego in duo, quæ mihi viſa ſunt vrgentiora fundamen-
2 ta redigam. Primum eſt, quòd vſura † omnis tam iure naturali, quàm diuino prohibita reperitur. c. quia in omnibus. & c. quam pernitioſum. & toto titu. extra de vſur. cum multa ingerant damna Reipubli. & præſertim pauperibus pernitioſiſſima, vnde meritò ab Ariſto. in politic. capit. 7. & 8. fuit improbata, & immoderata à Romanis damnata, legitima licitaque conceſſa. l. pecuniæ. D. de vſur. l. acceptam. & l. eos. C. eodem titu. non vulgariaque ſunt, quæ in hanc rem adnotat Alexan. ab Alex. genial. dier. libro 1. capit. 7. Odio habitam à veteribus vſuram fuiſſe oſtendens, & tam veteribus Gręcis quàm Romanis execrabile fœnotis exercitium, illudque magis quando vſura vſuram parit, fuiſſe, ſcribit Appian. libro 1. bellor. ciuil. lege veteri iubente ſupra fœnus fœnerari minimè licere, & hoc eſt, quod improbum Imperatores appellarunt. dicta l. improbum. & l. vt nullo. C. de vſur. & ideo lege duodecim tabularum cauebatur, ne ſupra vnciarum fœnus vſura exerceatur, de qua meminit Tacitus libro 6. annal. ſcribitque Liuius libro 10. aliquot fœneratores bonis mulctatos fuiſſe, ſanctæque Lucullus contra fœneratores Aſiæ edictum propoſuit, ne vltra centeſimam iure fœnoris repètere poſſent, & iuxta morem antiquum vſuras deleuit: Imperauitque neminem vltra quartã fructuũ debitoris poſſe accipere, vt Plutarch. teſtis eſt in Luculli vita. Iure verò Canonico oĩs penitus vſura prohibita reperitur, ita vt nec etiam cauſa boni publici pro redimenda vita captiui, (quod aliàs fauorabiliſſimum erat, vt etiam religioſam, & ſacram rem pro hominis liberatione vendere permiſerint, iuxt. Didac. libro 2. variar. reſolut. capitu. 16. numero 8.) eas exercere iuris illius authores expreſsè prohibuerint. capitu. ſuper eo. de vſur. Ex quo motus Iaſ. dicebat hanc ſententiam veriorem ſibi videri, & ſemper illi magis placuiſſe: & hoc caput ſępius repetit in omnibus illis conſilijs Alexan. de Neuo fortiori fortè deſtitutus argumento. Non ergo poterit contra ius diuinum, & humanum illis permitti vſura non ſolùm à Principe ſeculari, ſed nec à ſummo Pontifice per ea, quæ latè adnotat Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. centur. 4. caſu 398.

Secundò pro hac ſententia fortius dici poteſt,
3 quòd Iudęi legibus † Romanorum ciuilibus, & ſtatutis locorum, imò & Eccleſiaſticis aliquid prohibentibus decretis ſubijciuntur. l. Iudæi commune. C. de Iudæ. ſicuti & ea, quæ ciuium Romanorum ſunt propria, habere intelliguntur. Pariſ. conſilio 2. libro 4. & latiſſimè Iſodor. in tracta. de Iudæ. Atqui iure canonico omnes, iure verò ciuili immoderatę prohibentur vſuræ, ergo Iudæi non magis quàm alij incolæ loci fœnus exercebunt, cùm & circa illarum vſurarum exactionem expreſsè fauor omnis, & auxilium prohibitus videatur, dicta clemen. 1. de vſur. & ita videtur concludere Marquard. in tractatu de Iudæ. par. 1. capi. 11. numero 7. & in terminis, quòd Iudæus expreſsè in tali exercitio prohibeatur, elici videtur ex decretis Innocentij 3. in cap. poſt miſerabilem. & cap. quanto. de vſur. vbi compelluntur à iudicibus ſecularibus Iudæi receptas vſuras reſtituere, ergo nec recipere poſſunt, vti omnes Canoniſtæ, & Panor. ibi concludunt.

Tertio hanc ſententiam Iudæos fœnerari nullo modo poſſe, nec etiam ex Principis conceſſione tenuerunt multi, inter quos enumerantur Anton. de Prato veteri apud Alexan. conſilio 49. numero 6. libro 4. vbi ponit miraculum, dicens ita etiam conſuluiſſe Senis. Ioan. de Imola in cap. ſuper eo. de vſur. Bald. in auth. ad hęc. colum. 2. C. de vſur.

&

& in l.1.C.de ſumma Trinita.& ibi Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino. Anchar.conſilio 235. P.Belluga. in Speculo Princip. Rub.11.§. de vſurarijs.num. 21.& 24. Modern. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. §.1. glo.9.numero 19. Alexan.de Neuo. dicto conſilio 100.& ſequen.Iul.Clar.libro 5. ſententiar.§.vſura verſicu. hæc autem concluſio. & vt videre potui hæc opinio receptior eſt, & communis inter Theologos.& ſequitur D.Thom.& B.Antoninus, ac alij a ſupracitatis adducti, illamque vti magis piam ſequi videtur Marquard.dicto capit.11.num. 31.& Didac.libro 3.variar.reſolu.cap.1.numero 8. facitque glo. in dicto capit. quanto. latè Corrad. Sumenart.de contractib. tracta. 2. quæſtio.28. per totam, vbi & fortioribus in terminis Papæ non concedit, vt Iudæis ſuper vſuris diſpenſet, quem ſequitur Ioan.Lup.in tractatu de vſur. §.4.nume. 4.in fin. Laurent. de Rodulph. in tractatu de vſur, quæſtio. 55. Guido Pap. eodem tractatu numero 36.& 41.& hanc opinionem de ſtricto rigore veram dicit Belluga. in Specu. Princip. Rub.11.§. de vſurariis.nume.24.& omnium latiſſimè defendit Petr.Royzius deciſ. Lituanica.5.à nume. 220. vſque ad numerum 355. vbi doctè quidem hac re diſſerit.

Verùm quicquid his viſum fuerit contrariam ſententiam non vereor amplecti, loquendo non in terminis æquitatis, ſed rigoris iuſtitiæ, & ſuper eo puncto an ſit peccatum. Pro cuius opinonis confirmatione in primis ſciendum eſt, iure veteri diuino vſuras Iudæis à Deo prohibitas nunquam fuiſſe, quotieſcunq; eas inter ſe non exercuiſſent, imò expreſsè conceſſas reperiri multis in locis, quæ cum à contrariæ partis defenſoribus calumnientur, diligenter perpēdenda ſunt, eoque magis cum hic agamus etiam cum Theologis clariſſi-
4 mis, qui omnia hæc optimè norunt. Primus † locus eſt (quòd viderim) Leuiti.25. vbi in hæc verba filijs Iſrael Deum præcepiſſe legitur. *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenam, & peregrinum, & vixeris tecum, nec accipias vſuras ab eo, nec amplius quam dediſti. &c.* & paulò poſt. *Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges.*

His verbis, quòd in fratrem fieri prohibetur, erga alienum conceſſum præſumitur, vt expoſitores quidam eo loci aſſerunt, inter quos Radulfus enumeratur non abſque conſideratione, ne Iudęi qui pauperem fratrem loco aduenę, & peregrini penes ſe habebant non tanquam à fratre, ſed vti ab aduena, & peregrino hominеque penitus alieno vſuras exegiſſent. Alter locus eſt clariſſimus Deuteronom.23. in hæc pariter verba. *Non fenerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem*, ſed alieno. Quo quid apertius? hoc profectò ſcientiſſimorum iudicum relinquo arbitrio, & eodem loco ſtatim repetitur. *Fratri autem tuo abſque vſura id, quod indiget commodabis, vt benedicat tibi dominus Deus tuus.* Hunc verò clariſſimū locum, cùm videant illi laqueum ex eo fortiſſimū guttur imponi contrariæ partis defenſores, deſtruere ac penitus à codice impreſſo delere conati ſunt, addita verba illa, *ſed alieno*, fuiſſe tradentes ab ipſis Iudęis in ipſorum gratiam, vt dicit ſumma Aſten. libro 3. 1. part.titu. 11.de vſur. 3.articu. Ioann. Lup. in tracta. de vſur. §. 4. numero 5. vbi multas reſponſiones adfert. quam reſponſionem omnium penitus impreſſorum veterum, & recētiorum codicum, ac etiam manuſcriptorum fragmentis fide deleri, nemo neſcit: imò vt hæreticorum aliquando propriam damnare neceſſe eſt: ſic enim miſeri hæreticæ prauitatis ſectatores, cùm fortiſſimum aliquod contra ſophiſticas illorum opinationes argumentum ex ſcripturę teſtimonio obijcitur, dicunt verba ſuperflua, & à libro delenda. Melior igitur fortè erit expoſitio B.Thomę, & aliorum Sanctorum patrum ſacręque Theologię profeſſorum, qui (licèt mihi aliquantulum diuinare præſumant) confitentes, conceſſionem illam vti veram, & à Deo factam, dicunt permiſſionem fuiſſe comparatiuam, ad vitandum maius malum, ne ipſi inter ſe vſuras exerceant, & hanc expoſitionem ſequitur nouiſſimè poſt B. Antoninum in ſumma ſua par.2.capitu.7.§.2. Dominicus Soto de iuſti. & iur.libro 6.quæſt.1. artic.1.fol. mihi.147. colum.3.& Ambroſ. de Vignate in tracta.de vſur. numero 44. verſiculo & ad primum. quam etiam acerrimus ille pro contraria diſceptator Alexan. de Neuo dicto conſilio 100. num. 2.ſequi dedignatus non eſt, & cum ea tranſire Canoniſtas fatetur, neque videt ſuæ omnino illam aduerſari ſententię: nam & nos dicere hinc arguendo volumus, quòd cùm neceſſaria ſint multorum commercia pro ſuſtentandis quotidianis pauperum impenſis, & adeo refrigeſcat Chriſtianorum charitas, vt mutuare nolint, neceſſe eſt, vt maius malum euitetur, hoc permitti Hæbreis. capitu. oſterebat.32.quæſt.7. ſic enim Sanctus Lot, vt Sodomitas à nefando illo vitio auerteret, filias proprias obtulerat. Geneſ. 29. facitque quod in ſimili dicitur permiſſas eſſe inter Chriſtianos proſtitutiones meretricum, vt alia maiora euitentur ſcandala, toleratque illas publicè Eccleſia, Magiſtratibus ipſis in hoc ſcelere conniuentibus, vt dicit Coraſ.libro 1.Miſcellaneor.capit. 3.numero 6. & 7.quamuis peccatum illud expreſsè vtriuſque teſtamenti pagina damnetur. Multo igitur magis permitti poteſt, imò & publicè vtilitatis gratia debēt vſuram facere ne à Chriſtianis exerceatur, vti ob eam cauſam Fridericus ij.Imperator in Regno Neapolitano ſtatuit, vt Iudęi nō punirentur cum reliquis, in vſurarum exercitio, vt tradit Math.de Afflict.in conſtitut.Neapolita.libro.2.rubr.7.num. 31. de vſur. punien. Nugę verò ſunt & ineptię, quas pro huius argumenti ſolutione effingit Alexan. dicto conſilio 100. numero. 3. dicens Moyſem non potuiſſe Iudæos à fœnoris exercitio arcere, quia aliàs ſi in eius dominio, & facultate fuiſſet, vtique prohibuiſſet, hoc tamen fieri poſſe in terris Chriſtianorum, ſed hoc quæſo quo iure? Nam ſi Moyſes illorum Dux, & rector Spiritu Dei ductus non prohibuit, quare eccleſia fautrix iuſtitię, & miſericordiæ ſicut illos in ſua lege viuere concedit, hoc non permittit? cùm eadem ratio re-

ſultet, vt malum euitetur. Hac igitur expoſitione admiſſa, non ſpreta illa quam ex grauiſſimo quodam Theologo adfert Hotoman. libro 2. de vſur. capitu. 3. dicendum eſt non malè Iudęos, & abſque peccato quo ad terminos ſuę legis fęnerare poſſe, neque hoc illis à lege prohiberi. Neque mouet, quod dici poſſet hoc conceſſo nos numerari inter alienos, indecorũq; eſſe amicũ ab inimico laceratũ tolerare: nã laceratio hæc ſpontanea eſt, & veteri lege inſpecta nos alienigenas eſſe negari nullo pacto poſſe. Deniq; vt hoc primum argũ tãdẽ ꝯcludamus, Iudęis cõceſſas eſſe vſuras erga alienigenas, indicat pulcherrimus locus eod. Deutero. c. 28. quem Alex. pro ſua nitebatur adducere opinione in d. conſi. 102. nu. 3. & conſil. 102. numero 4. ſcribitur enim ibi duobus locis. *Fænerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fænus accipies*, deinde, *Ipſe fænerabit tibi, & tu non fænerabis ei*, Quę loca in propria vt ſtant ſignificatione pro materia ſubiecta accipienda ſunt: ibi enim cùm Deus legem populo dediſſet, ac illius obſeruantiam pacto aliquo firmare vellet, duo propoſuit, benedictionem, & maledictionem, vt iuxta operationes illorum præmiarentur: pro benedictione hoc tribuit vt in ſignum opulentiæ, & diuitię ipſi fœnorentur gentibus multis, non fratribus, hoc eſt, (vt quidam rectè intelligunt) mutuo dent alijs fœnus accipiendo, alij verò ab illis vſuras non exigent, cum hac enim ſignificatione illud eſt accipiendum, aliàs peruerteretur tex. apertiſſimus. At pro maledictione inquit èconuerſo. *Ipſe fęnerabit tibi, &c.* hoc eſt ille à te vſuras ex mutua pecunia tanquam diues accipiet, tu verò pauper effectus ab illis vſuras non exiges. Hinc igitur colligimus illis conceſſas eſſe vſuras, nec peccare fœnus ab alienigena accipiendo, non enim peccat populus ea fretus benedictione à Deo exhibita. Nos verò Chriſtiani, quamuis re vera poſt Chriſtum natum contrarium ſit, apud eos ſumus pro alienigenis, & peregrinis, cùm ita per Prophetas etiam Deus dixerit, *Auferam à te legem meam, & dabo genti. &c.* & ſimilia, quæ breuitatis cauſa prætereunda duxi, vt concludamus pro fine omnium ſupradictorum, Iudæis vſuras permiſſas fuiſſe, vt exercerent in alios non inter ſe: ſic enim populum ſuum appellat Deus omnes Iudæos, vnde fratres erant. Exod. 22. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.*

Secundò pro hac ſententia vrget conſuetudo, quæ longiſſimis, & immemorabilibus ab hinc annis per totam Italiam inoleuit, quæ hominum quorumcunque memoriam excedit, vt teſtatur Clar. in dicto §. vſura. verſiculo, ſed certè. & etiam viguiſſe antequam compoſita fuiſſet clemen. illa de vſur. dicit Caſtren. conſilio 397. non videtur expediens. Imò hęc conſuetudo non ſolùm vigebat in terris ſecularium, ſed etiam Eccleſiaſticis, & Summus Pontifex priuilegio ſuo cõcędebat moderati fęnoris exercitium, vt tradit Campeg. in tracta. de dot. par. 1. quæſt. 49. quod & hodiè nouiſſime à Beatiſſimo nunc regnante Pontifice Gregorio 13. Hæbreis Romæ habitantibus, & in Marchia Anconitana conceſſum audiui, vt accipiant 24. pro quolibet centenario, nec pro ea conceſſione cenſum ſoluunt, quod magis eſt, ſed ſi Pontifex, qui ius eccleſię conſeruare debet, hoc facit Iuridicè, quare & ſeculari Principi non licebit? cùm non mittatur manus in hoc in corpore Eccleſiæ. Conſuetudo verò hæc longo tempore munita vim legis habere dicitur, & præſumitur ſcientiam, & patientiam Pontificis, ac alterius cuiuslibet ſuperioris interueniſſe, ita vt alius non requiratur aſſenſus. iuxt. Alexan. ſententiam conſilio 24. Ponderatis. numero 18. libro 5. Balb. de præſcriptionibus, par. 4. 5. par. principa. colum. 10. verſiculo ſexto quæro. & notatur per illum text. à doctoribus in l. de quibus. D. de legib. conſuetudo enim

5 † ex illa præſumptione ſcientię facere debet licitum, quod aliàs erat illicitum, & Princeps, qui eccleſiam ſequitur non peccat ſi hoc patitur, Et ſi dicatur conſuetudinem illam contra ius eſſe, reſponderi põt iunctis ſupraſcriptis, quæ faciunt illam iuridicam, illam ſpacio quadraginta annorum præſcriptam eſſe, vt communis Canoniſtar. ſententia eſt in capit. fin. de conſuetud. P. Ducnn. latè in tracta. regula. regu. 160. & Socin. regu. 110. vnde dato contra ius eſſe hanc fęnerandi Hæbraicam conſuetudinem abſque dubio erit præſcripta ex immemorabili tempore, & ſic ſeruanda, cùm legem ipſam vincat, ſuoque modo interprætetur, vt multis docet Rebuff. in ſuo tracta. de conſuetud. qui in prin. legibus etiam duodecim tabu. cautum aſſerit, vt conſuetudo omnis ſeruetur; eoque magis hæc locum obtinebunt, cùm vt ſupra dixi hæc conſuetudo ſit tolerata ſciente, & patiente Pontifice iuxt. ea, quæ ſcribit Franciſc. Sarmient. de redditib. eccleſiaſti. par. 2. capit. 6. & par. 4. capit. 1. num. 8. poſt Couarru. & alios per eum citatos.

Tertio ita mihi videtur argui poſſe. Aut iure diuino, aut naturali, aut gentium proprio, vel ciuili vſura hęc Iudæis prohibita cenſetur. Iure diuino nouo expreſsè prohibetur. Luc. 5. & Math. 6. dum dicit Saluator *Mutuum dantes nihil inde ſperantes*. Sed lex illa Euangelica cùm à Iudæis non fuerit recepta, & in ea perfidia eos viuere Eccleſia permittat ac toleret, legesque illis ſuas non prohibeat, dicendum eſt etiam liberè vſuras eos exercere inter alios poſſe, neque illi turbandi ſunt in ſuo ritu, vt rectè notat Ferret. in tractatu de gabell. nume. 268. cùm peccare ipſi ſe non exiſtiment. Item vſura omnis lege diuina inſpecta prohibita eſt, & ex transgreſſione peccatum oritur, cuius transgreſſione Eccleſia, ſiue laicus iudex, (vt aliquorum ſententia fuit) pęnam ingerit, & contra transgredientes inquirit, ſed Iudæi tanquam legi huic Euangelicæ non aſtricti peccare non dicuntur, neque peccant Chriſtiani mutuo accipiendo ab illis, vt multis comprobat Alexan. dicto conſilio 1. libro 2. numero 2. in fin. & eo magis à peccato excuſantur iſti fœneratores, quia qui pecuniam mutuo accipit, vſuram libenter ex ea commoditate ſoluit, imò vt plurimum ſtipulatione iuramento vallata hæ vſuræ promittuntur, vnde donare magis

gis

gis creditor præſumitur in odium vſuræ, non magis quàm ſi domum, vel prædium, aut quid ſimile in locationem conduxiſſet, cùm & conductionis nomine vſura aliquando notata fuerit, iuxta Horatianum illud.

Omnia conductis coemens obſonia nummis.

Sic enim & pecunia vtimur ſicuti re conducta, licèt re vera contractus diuerſi ſint vt nuperrimè adnotat doctiſſimus Cuiac. libro 9. obſeruat. capit. 18. & ſuperiora innuuntur à ſumma Aſten. dicto libro 5. primæ part. titu. 11. articu. 3. & ſi dicamus Iudæos peccare fęnus exercendo, cedo: ſed nonne magis peccant in incredulitate, & perfidia quàm hoc agendo, & tamen hoc illis non denegatur, ſed per tolerantiam conceditur, & expreſsè ob vtilitatem Chriſtianæ religionis concedendum eſt, iuxta ea, quæ in terminis de Iudæis in ſtatu Mediolani habitantibus ſcribit latiſsimè Rolan. à Valle conſilio 25. volumin. 3. Ergo vno conceſſo maiori conceditur & reliquum quod minus eſt, hoc enim eſt vti acceſſorium illius principalis peccati, & ſine hoc peccato ſunt extra ſalutis gremium, vnde nihil ad nos de his, quæ foris ſunt. capit. gaudemus. de diuort. 2. quæſtio. 1. cap. multo. & ſupernacaneæ operam dat rei, qui Iudæos à peccatis conatur auertere. Dec. capit. 1. numero 2. de probatio. Vlterius vt iam dixi in terminis ſuæ legis nō ſtatuitur illis hoc peccatum.

Si autem dicamus iure naturali illis vſuram prohiberi, hoc falſum erit, cùm illi iuri ex permiſſione diuina derogatum cenſeatur: poteſt ſiquidem omnipotens naturæ parens ipſum naturæ ius pro ſuo arbitrio immutare, tantò magis iſtud cùm potius ſit iuris poſitiui aut gentiū quā naturalis, ſiquidem natura hoc omnia animantia docuit, vt minora maioribus ſeruiant, & cedant, & quòd vnuſquiſque ſibi potius bene velit quàm alteri etiam fratri, iuxta illud Terentianum, *proximus ſum egomet mihi*.

Neque etiam dicendum eſt legibus ciuilibus, vel gentium proprijs hoc prohiberi: nam ciuilibus permiſſa erat vſura moderata, vt ſupra diximus, & gentium proprio ipſi fœnerabant.

Si denique in iure municipali, & ſtatutario hoc damnetur, Princeps, vel cōmunitas, qui hoc ſtatuerunt, vt clari iuris eſt, poterūt illi ſtatuto, ſeu legi derogare. Accedat, q̄ Eccleſia dū ꝓhibet vſuras ꝓhibet pęnis excōicationis, & alijs ſimilib. quę Iudæos non afficiunt, cùm illis legibus non ſubiaceant. Ergo his omnibus ſtantibus ipſi vſuram liberè exercebunt.

Denique ex iuſta cauſa Principem etiam ſecularem Iudæis vſurarum exactionem poſſe ſaltem per tolerantiam concedere probatur, quia cùm
6 bonus Princeps aliquid concedit † iuſta accedente cauſa, & iuri conſona hoc facere præſumitur, præſertim cùm de conſilio procerum ſuorum quamuis etiam contra ius reſcriberet. Cyn. & alij in l. reſcripta. C. de precib. Impera. offeren. Euerard. conſilio 2. verſicu. primam igitur partem in fin. Curt. Iun. conſilio 75. numero 3. 2. colum. & aliquid dicitur fieri per ipſum in ciuitate, quod de iure non valeat. Euerard. conſilio 99. verſicu. nec obſtat ſi dicatur; quòd ſi ordinatio Principis. per cap. quæ in eccleſiarum. vbi omnes notant. de conſtitu. Princeps enim legibus ſolutus dicitur publicis, licèt priuatis, & proprijs eius veluti contractibus ligetur. l. digna vox. C. de legib. Nec obſtat ſi diceretur, Principem ſuper vſuris diſpenſare non poſſe, cùm hoc Eccleſiaſtici fori ſit. Nam cedo, ſed cùm ius ciuile non Eccleſiaſticum ſequantur Hæbrei, illud iuxta formam iuris ciuilis non Eccleſiaſtici condonabit. Præterea non diſpenſat in re, Eccleſiaſtica: nam hoc eſſet mittere falcem in meſſem alienam, ſed poteſt tolerare in foro ſuo. Iuſta verò cauſa hoc concedi dicitur, vt maius malum euitetur, quicquid velit Ioan. Andr. in regula peccatum. in 3. dubio. numero mihi 36. & ratione boni publici, vt pauperes pecuniam habere mutuo poſſint, ne fame & inedia aliquando pereant, ſiquidem refrigeſcente omnium Chriſtianorum charitate, noſtri ſine vſuris mutuare nolunt, & cùm vſuris non audent. Non ne enim minus malum eſt mutuo à Iudæo accipere, quàm præbere cauſam vel Chriſtiano ſub vſuris mutuandi, vel negandi mutuum contra diuina præcepta, ex quo pauper & indigens vel filiam proſtituat, vel rem valentem decem vendat ſex? & ita intelligenda eſt authen. ad hęc. ex qua indoctè aliqui arbitrantur iure ciuili vſuras prohibitas eſſè, vt voluit Marquard. dicto capit. 11. numero 2. ſi connectatur cum corpore vnde ſumitur, & hanc cauſam expreſſit Sereniſſimus Dux in priuilegio Hæbreis conceſſo: vnde concludendum eſt, non malè Principem hoc conceſſiſſe.

Minus verò obſtat, quod aliqui exclamant fœnus eſſe rapinam, hominem occidere, pauperes deuorare, & ſimilia. Sed tu quis es, qui ita iudicas, & te ipſum cōdēnas, fortè Hębreis ditior, & Hębreo crudęlior, qui neque vis ſine fœnore pauperi mutuum dare, neque vis pauperem ab Hæbreo miſericordiam quærere, & quodammodo pauperi alimenta hoc modo negas, quod necare eſt. Et quomodo hanc rapinam appellas, quæ ſpontè cum gratiarum actione à volente datur? furtum autem, & rapina eſt contrectatio inuito domino. Cui enim dubium eſt, quòd ſi Chriſtianus à Chriſtiano gratuitum mutuum accipere poſſit, quin id libentius faciat, quàm ſub graui fœnore ab Hæbreis poſtulare, aut res ſuas vili pretio vendere: ſed quia tu crudelis es ad Hæbreum recurrit, ſine cuius auxilio quandoque famę cum familia periret.

Hanc verò opinionem cùm cæteris prudentibus viris, q̄ ita ſenſerunt de iuris ſubtilitate, verā iudico, & ita conſuluerunt Caſtrenſ. conſil. 397. Non videtur expediens. & 358. quoddam commune. & hoc innuere videtur ex venditione pignoris conceſſa. conſilio 295. ſi dicta pignora. quem ſequitur Angelus de Caſtro eius filius in conſilio ſequen. Alexan. conſilio 1. & ſeq. libro 2. & conſilio 197. quod repetitur libro 6. conſilio 8.

Ancharan. conſilio 243. Chriſtianiſſime. Socin. Iun.conſilio 108. libro 3. Vbi ita communiter ſeruari per totam Italiam aſſerit, ponens quidem dubium in Principe ſeculari, ſed ſoluit in eodem
7 conſilio. In † Pontifice verò hoc ſine dubio concedit, & dicit ibi conceſſum fuiſſe priuilegium à Papa, vt acciperent 25. pro centenario. Barbat. conſilio 16.lib.4.qui vult, quòd Princeps ſecularis concedendo huiuſmodi vſuras motus prædictis rationibus ſit immunis à peccato. Catellan. Cotta in memorabil.in verbo Iudæus.vbi ſcribit ex concluſione Bald. in conſilio 349. ius naturale.libro 3. quòd Iudæi fęnus exercentes tolerari poſſunt per muſſu Principis, adductus etiam ex ea ſingulari ratione Bald. quam & Iaſ. refert in authen. vt omnino. verſiculo, ſed pone. ne vxor pro mari. quòd ſtatutum Principis, vt Iudæi venientes ad fęnerandum pro duobus denarijs pro libra tractentur vt ciues, validum ſit, & in Pontifice id abſque dubio procedere innuit idem Cotta. in verbo vſuræ. Et quòd Iudæis Papa fęnerari, p:ſſit permittere ex cauſa neceſſitatis, vel boni publici dicit Ioann. Caraffa. in tracta. de ſimon. numero 55. licèt ipſe contrarium teneat, & nouiſſimè hanc partem in vtroque Principe tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari ratione maius mali euitandi tenuit, & defendit D. Alphonſus Vilagut Neapolitanus in ſuo tracta.de vſur.quæſt.13.concluſ.4.numero 11.

Facit etiam ratio illa pro Iudæis, quòd illi teſtamentum condere poſſunt, quòd publicis vſurarijs non permittitur, quæ ratio communi noſtrorum axiomatę fulcitur, vt ſcribit Viu.libro 1.commun. opinio. opinio. 443. In verbo vſurarius manifeſtus.Roch. Curt. in tracta. de conſuetud, numero 36, ſect.9. & alij multi, quos longum eſſet recenſere, & præterco ne diſputatio hæc noſtra in volumen immenſum creſcat.Ex quibus locis hæc opinio pro Iudæis mihi videtur eſſe communior, & æquior durante hac temporum calamitate, & melionbus rationibus ſuffulta: neque eam in totum impugnare videtur Marquard.dicto capit. 11. qui in Pontifice hoc permittit, quem etiam hoc diſpenſare poſſe tradit Carer. in tracta. de hæreti, 3. colum. nume. 10. & Ioann. Campeg. de do.par.1. quæſt.49.per totam, vbi refert ita diſpenſatum per Eugenium, & Martinum facitque glo. ad inſtitut. Canonicas Lancello.libro 4.titu. de vſur. §.Iudæi. in verbo immoderatas.

SVpereſt nunc, vt contrarijs ſatisfaciamus argumentis, quæ vrgentiora nobis viſa ſunt, reliquis enim ſatis aptè reſpondent Alexan. & alij ſupra citati. Et ad primum, quòd vſura vti deteſtabilis prohibita eſt iure diuino, & humano, ex ſupra proximè adductis facillima patet reſponſio, eo argumento pro indubitato conceſſo Iudęis in ſua lege non prohiberi fęnoris exercitium in terris alienis, vt ſupra ſatis abundè concluſimus. Nec obſt. capitu. ſuper eo. de vſur. quod toties repetit, & inculcat Alexan. de Neuo. Nam ibi non de Iudæis, ſed de Chriſtianis, qui ſub nomine boni faciendi vſuras exigebant loquitur Alexan. iij. quod indicant verba Pontificis in præfatione illius capitis prolata, quæ reſtituit vir doctiſſimus Anton. Auguſtin. Epiſcopus Ilerden. caput illud ſic integrum reddens.

Super eo verò, quòd à nobis tua deuotio poſtulauit, vtrum poſſit in recipienda pecunia ad vſuram fieri diſpenſatio, vt pauperes, qui in Saracenorum captiuitate tenentur per eandem poſſint pecuniam liberari, præſentibus tibi literis duximus reſpondendum, quòd cùm vſura, &c.

Ex quibus verbis colligimus ibi pro redimenda vita captiuorum conſultum fuiſſe Summum Pontificem à Panormitano Archiepiſcopo, cùm ille requiſitus de diſpenſatione fuiſſet, à Chriſtianis, quæ diſpenſatio non fuiſſet petita à Iudæis, qui abſque diſpenſatione fęnerare poſſunt.

Vlterius reſponderi poteſt, non deeſſe grauis doctrinę viros, qui acriter ſuſtinuerunt ad facilitanda hominum commercia, & euitandas dubias lucri ceſſantis, & damni probationes, moderatas vſuras ſaltem quincunces concedendas eſſe, tolerabilemque eſſe conſuetudinem talia permittentem aſſerentes, quos hic adſcribere poſſem, lateque rem hanc diſcutere: ſed quoniam dum hæc ſcriberem peruenit ad me tractat. elegans Moderni cuiuſdam Germani Mathei Colerij de proceſſib. execut. qui doctè, & abundè ſatis capitu. 10. illius tracta. numero 71. & plurib. ſequen. hac de re diſſerit, ad illum omnino videndum lectorem remittimus.

Minus obſtat ſecūdum fundamentū, Iudæos legib. Chriſtianorum ligari, ergo ſicut Chriſtianis
8 prohibetur vſura, ita & Iudæis: † nam vltra id, quod dici poſſet ex Calderi. ſententia conſilio 10. quem refert, & ſequitur Ioann. Lecitier.de primo genitu. libro 1. quæſt. 16. numero 13. ligari illos quotieſcunque aliter non reperiatur diſpoſitum in Moſayca lege: reſpondeo ligari quidem eos poſſe legibus ciuilibus: ſed leges ciuiles permittūt vſuras moderatas, ſatis verò moderatum erit fęnus, cùm à Principe taxatur, & hoc modo illis iure ciuili per tolerantiam permittitur vſura, vt notat Ioann. Andr. in dicta regu. peccatum. numero 37. Ius verò Canonicum non ligat Iudæos, niſi quatenus contra eos aliquid expreſsè prohibet; vnde & clemen. illa de vſur. ex qua excommunicatos quidam aſſerunt eos, qui pro Iudæis conſulunt, & compellunt Chriſtianos, vt debitas vſuras ſoluant, loquitur ſolùm in Chriſtianis, cùm pœnam excommunicationis ibi ingerat Pontifex; quæ Iudæos nullo modo afficit. vnde in capitu. poſt miſerabilem: excommunicationis pœnam Pontifex non indicit Iudæis, vt commercium prohibeat, ſed Chriſtianis, iuxt. Caſtren. in dicto conſilio 397. qui illam clementinam rectè eſt interpretatus.

Nec obſtant decretales illę, quæ omnibus poſt

habitis

habitis multum mihi prima fronte ſtringere videbantur contra Iudæos nempe. dictum capit. poſt miſerabilem,& capitu. quanto.de vſur. vbi Iudæi compelluntur reſtituere vſuras,quas acceperunt: nam longam illis interpretationem tradere poſſem,ſed ne in longiora trahamur, breuibus agendo,duas meo iudicio non contemnendas reſponſiones afferam. † Prima eſt, quæ diuinationem ſapit,non habere locum diſpoſitionem illorum capitum, quotieſcunque Princeps ſecularis permittit Iudæis, vt fœnus in ſuo dominio exerceant, quod Principem facere poſſe non ineleganter ex capit. poſt miſerabilem principio elici poſſe videtur dum pcipitur, vt hæc cōpulſio fiat per Principem ſecularem, quaſi ibi dubitatum fuiſſet an ad Eccleſiaſticum pertinuiſſet, cùm res hæc peccatum concernat. Secunda reſponſio textui magis propinqua eſt, quæ ex capit. quanto. colligitur, dum ibi expreſsè grauem, & immoderatam vſuram prohibet Papa. Verba apertiſſima ſunt, quæ ex caſu, & narratione propoſita mentem diſponentis indicante.l.fin. D.de hæred. inſtituen.interpretationem accipiunt.

Quantò (inquit text.) amplius Chriſtiana religio ab exactione compellitur vſurarum, tantò grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit, ità quòd breui tempore Chriſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne tenaciter aggrauentur, Synodali decreto ſtatuimus, vt ſi de cætero quoquam prætextu Iudæi à Chriſtianis graues, & immoderatas vſuras extorſerint,Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter, &c.

Ex his verbis nos duo colligimus. Primò ex principio,& fine Chriſtianis duntaxat prohibitas eſſe vſuras. Secundò de immoderatis vſuris, & grauibus, non de licitis, & legitimis prohibitionem factam,quod geminata verba indicant,ibi, *graues, & immoderatas*, & alia ibi, *Donec de immoderato grauamine, &c.* Quaſi velit ſtatuens eo loco compenſationem fieri vſurarum immoderatarum cum licitis, vt has retineant, alias reſtituant, nec aliter intelligi debet ille text. quicquid velit ibi gloſſographus, qui loco interpretationis apertiſſimam peruertit literam, & quando aliàs compellerentur Iudæi vſuras ex illorum capitum diſpoſitione reſtituere, hoc per indirectum fieri doctiſſimè ſentit Ioan.de Ligna. inter conſil. criminal. Ziletti libro 1. conſilio 19. numero 14. & ſequen. Eoque magis hoc vires obtinet, quia ſi voluiſſent Pontifices Iudæos ab vſurarum exercitio arcere,hoc expreſſiſſent, ſicuti in titulo de Iudæ. multa illis expreſsè prohibita reperiuntur, vnde ſuccedit regula. l. vnicę.§. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend.

Et ſi denique obijciatur hanc opinionem non eſſe communem ſed aliam vti non erubeſcunt dicere hi, qui in communes iurarunt opiniones, quamuis falſiſſimè aliquando ſint, Reſpondebo,& hanc mihi magis communem videri, demptis Theologis, qui hac in re (putà conſulendo) nullā fidem merentur, vt dicit Ancharan. in ſua diſputat.incipien. antiquis, & Modernis,vbi dicit errare Theologos,qui ſuper vſuris, & alijs,quæ Canonicam potius ſcientiam, quàm Theologicam ſapiunt, volunt diſputare, cùm grauiter aliquando errent: & hunc etiam refert Alexan. dicto conſilio 1.numero 10. & ſequitur Ioann. Bap. Lup. in tracta.de vſur. par.vlt.§. 1. numero 9. Præterea dato

10 communem eſſe, dico † communem doctorum ſententiam non ſemper ſequendam, præcipuè quando apertiſſimis rationibus reprobatur: non enim ex multitudine authorum iudicandū eſt, cùm poſſit vnius forſitan deterioris ſententia & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare, vt elegantiſſimè dicit Imperator in l. 1. C. de veteri iur.enuclean.& notat Panormita.inter quæſtiones ſuas quæſt.4. verſiculo item multum.Imo multitudo ſępius doctorum magis fallitur:neque enim tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant, ſed argumentum peſſimi turbata eſt, vt Seneca dicit. Inter alios verò mihi ſuſpectus eſt pro contraria ſententia Alex.de Neuo, cùm nimia ſemper animi paſſione motus loquatur, ita vt in ea verba tandem prorupetit, hæreticos,& excommunicatos eſſe eos, qui contrarium defendere vellent. Neque erubuit grauiſſimum Theologum hæreticum appellare, à qua calumnia cùm ego in fauorem Hæbreorum conſulam, me longius defenderem, niſi certo ſcirem hæreticum, & excommunicatum apud viros grauiſſimos non eſſe eum, qui rei veritatem (ſubmittendo ſe melius ſentientis iudicio, & eccleſiæ ſanctioni) inquirere conatur. Nec officit vt iam dixi clemen.illa de vſur. quia de Chriſtianis loquitur, quibus re vera Principes ipſi ſeculares contra omnia iura fœnoris exercitium permittere non poſſunt, licèt ex plenitudine poteſtatis, (quā rectius Crau. poſt Bald.in conſilio 241.plenitudinem tempeſtatis appellat) qua ſibi multa facere præſumunt, concedant etiam ipſis Chriſtianis vſuram quincuncem, ſemiſſem, vel beſſem.iux.l.eos. §.1.C.de vſur. & l. publia. §. Titius. D.depoſi.cùm centeſima per Nycenam ſynodum antiquata fuerit. c.quoniam. 46.diſtin. Guibert. Tholoſan. quæſtio iur. quæſt.4. & Ioann.Lup. in tracta.de vſur. ad l.curabit. C.de act.emp.§.3.numero 23.& ſequen.& in his terminis nempe de Chriſtianis intelligenda eſt Ozaſci deciſio 137. numero 8.dum vſuras Principem ob maius malum euitandum non poſſe concedere contendit.

De Pontifice verò an ille concedere poſſit ſubſiſto: cùm maximam authoritatem ſucceſſione relictam habeat, & ita continuè ſeruari fuerit ſolitum

tum

tum tolerantias concedendo, vnde miror de illorum ſententia, qui id Pontifici non conceſſerunt, cùm etiam hodie concedant, vt ſupra dixi, & infra ſubijciam. Imò (vt ad rem redeamus) idem Alexan.de Neuo ſibi parum conſtans conſilio 99. reuoluto, (vt aiunt) mantello, cōſuluit poſſe iuſtitiam Iudæis in pignore vendendo, & vſuras exigendo miniſtrari.

Concludamus igitur ex his Principem potuiſſe Hæbreis legibus eorum munitis fęnoris exercitium concedere, & per tolerantiam permittere, aliquod annuum cenſum iuſtis de cauſis recipiendo, cum & Hæbrei ad cenſum ſoluendum cogantur. iuxt. Marquard. de Iudę. capitu. 7. par. 1. in fin. verſiculo, & ſic firma. ſcribitque Suetonius in domitiano. capitu. 12. Imperatorem illum Iudæos grauiſſimis vſuris præſſiſſe præſertim eos, qui in vrbe Iudaicam vitam agere volebant. Accedente pro corrolario, hic contractus duos eſſe cùm Hæbreis initos, vnum Sereniſſimi Eman. Philiberti prædeceſſoris, alterum nunc dominantis Ducis Caroli Emanuelis, ex quibus cum onerosa impoſitione, quæ contractum firmiorem reddit, vt dicit Socin. in dicto conſilio 108. in fin. & ſcribit latè Rolan. in terminis dicto conſilio 25. numero 35. volum. 3. conceſſa fuit hæc vſura, quòd non feciſſent Sereniſſimi Duces niſi Theologorum grauiſſimorum, & Antiſtitum participato voto. Et ita iuris arbitror.

Cęterum à puris iuris apicibus ad æquitatem deſcendendo, & tutiorem viam amplectendo cōſulerem Principi, vt cēſum iſtis Hæbreis nimis graue impoſitum minueret, inde has vſuras ad moderatam taxā reduceret habito quo ad eam voto, & authoritate expreſſa ſummi Pontificis, aliàs enim ſi cenſus magnus imponitur, Iudæi immoderatas vſuras etiā inſcio Principe extorquere coguntur, & Princeps de his vſuris per indirectum participare videtur, & ita me ēt, conſulente ipſis Hæbreis fuit poſteà tolerantia à Pontifice impetrata tunc regnante Gregorio 13. inde redacta hęc vſura fuit per aliam ſuperuentam tolerantiam Sanctitis. Domini Noſtri Sixti 5. ad 18. pro centenario, quam infra ſubijcio, vnde non eſt amplius, vt hac de re dubitemus.

Et ita vt ſupra conſulo Ego Gaſpar Antonius Teſſaurus Iuriſconſul. Aeques, & Comes, & in Taurinen. Academia ſeudorum doctor. 1584. 14. Ianuarij. Taurini. Salua ſemper Sanctę Romanæ Eccleſiæ cenſura, & cuiuslibet melius ſentientis.

Sequitur tenor Tolerantiæ Pontificiæ.

DILECTO FILIO NOBILI VIRO CAROLO EMANVELI SABAVDIAE DVCI, ET PEDEMONTIVM PRINCIPI.

Sixtus Papa Quintus.

DILECTAE *Fili, Nobilis vir Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conceſſimus tibi die 3. Septembris anni proximè præteriti licentiam, & facultatem permittendi (abſque conſcientiæ ſcrupulo,) vt in tuis dominijs temporalibus, Iudæi de pecunijs per ipſos, & eorum quemlibet mutuatis ad rationem quindecim pro quolibet centenario, & anno vltra ſortem principalem exigere, aliaq; deſuper facere liberè, & licitè valerent, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cùm autem ſicut exponi nobis nuper feciſti, multæ pauperes, & indigentes perſonæ tuorum dominiorum, non ita facilè inueniant Iudæos, qui ad dictam rationem quindecim pro quolibet centenario, & anno vltra ſortem principalem, pecunias ſuas mutuo dare velint. Nos dictarum pauperum, & indigentium perſonarum neceſſitatib. conſulere cupientes, ac tenorem dictarum literarum præſentib. pro expreſſo habentes, tuis hac in parte ſupplicatiouib. inclinati, concedimus tibi rurſus per præſentes licentiam, & facultatem permittendi abſq; dicto ſcrupulo, vt in eiſdem dominijs tuis Iudæi prædicti de pecunijs per ipſos, & eorum quemlibet mutuatis, ad rationem octodecem pro quolibet centenario, & anno vltra ſortem principalem exigere, & alia iuxta dictarum literarum tenorem, ſeruata tamen earum forma liberè, & licitè facere valeant. Non obſtantib. omnib. quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 3. Octobris. 1587.*

Pontificatus noſtri Anno tertio.

Tho. Thomatius Gualterius.

Lega-

Legatum factum perſonæ, cui inſtitutionis titulo aliquid relinqui debet; an ad inſtitutionem extendi poſſit, & an talis extenſio per notarium in inſtrumento cæterato fieri poſſit.

DECISIO LVIII.

1 *Legitima aſcendentibus inſtitutionis titu. relinqui debet.*
2 *Legatum factum matri an cenſeatur factum titulo inſtitutionis.*
3 *Inſtitutionis titu. quando aliquid relictum cenſeatur.*
4 *Verbum* relinquo, *in teſtamento poſitum an inſtitutionem denotet.*
5 *Verbum* lego, *adiectum certę quantitati, vel ſummę intelligitur legatum, & non inſtitutio.*
6 *Inſtitutionis titulus in teſtamento omiſſus per ſapientem vel notarium etiam de mandato teſtatoris non adijcitur, ſed contra num. 11.*
7 *Notarius tenetur clauſulas conſuetas extendere ſtante præſertim dictione illa,* & cætera.
8 *Verbum* lego *in materia fauorabili latiſſimam habere debet interpretationem, vt actus valeat.*
9 *In dubio iudicandum eſt fauore teſtamenti.*
10 *Legatum factum illi cui legitima debetur cenſetur inſtitutio.*

LEGITIMA ſicut relinqui debet deſcendentibus iure, & titu.
1 inſtitutionis †, ita & aſcendentibus, cùm par ratio vtriuſque ſit, & hæc eſt magis communis opinio, cùm qua tranſit Caſtren. in authen. nouiſſima. nume. 6. C. de inoffic. teſtam. & ibi doctor. & Vaſqu. num. 282. & communiter Barto. in hoc contrarium ſentientem reprehendi ſcribit Ioann. Roiaſ. in epito. ſucceſſ. capitu. 29. numero 42. & capit. 31. numero 9. latè Molina in tracta. primogenior. libro 2. capitu. 15. numero 16. Dubitatum hinc fuit, quid ſi lega-
2 tum † ſit filio, vel matri, aut alij cui tenetur teſtator relinquere iure inſtitutionis per hæc verba. *Item legauit Catherinę ſua matri florenos decem ſemel tantum ſoluendos per hæredes ſuos infraſcriptos, &c.* an cenſeatur legatum iure inſtitutionis, an verò iure legati maximè ſtante illa dictione, *& cætera*, & videbatur dicendum teſtamētum eſſe nullum non minus atque ſi ipſa mater pterita fuiſſet, eo quòd illa verba ſonent non in inſtitutionem, ſed in legatum, quia dicitur, *ſoluendos per hæredes ſuos infraſcriptos*, & ſic non poteſt dici iure inſtitutionis reli-
3 ctum. Ad hoc enim, † vt dicatur iure inſtitutionis oportet, quod verba ſint relata ad ipſum cui relinquitur, id eſt, vt ipſe à teſtatore rem habeat nō ab alio. ita notabiliter tenet Philippus Franc. in repetit. capitu. ſi pater. de teſtamen. libro 6. colum. 21. verſiculo circa ſecūdum principale, poſt Caſtren. in dicta authen. nouiſſima. numero 5. & Barto. in l. pater. §. fin. D. de lega. 3. per illum text. & Caſtren. ampliat poſt Richar. Malumb. & Alber. ſi vtatur
4 teſtator verbo, *Relinquo*, quæ † ampliatio procedit, vbi alius eſt inſtitutus, vt dicit gloſſ. in l. his verbis. in prin. D. de hæred. inſtituen. nam alias hoc verbum inſtitutionem importat, vt communiter teneri teſtatur Ludouic. deciſ. Lucen. 53. & firmat Simon de Præt. in tracta. de coniectur. vltimarum volunta. libro 2. interpretat. 3. dubio 2. ſolu. 4. numero 1. & communem dicit Burſat. quando relinquitur perſonæ de iure inſtituendæ. conſi. 174. nu. 19. lib. 2.

Secundò, quia verbum *Lego*, quando adijcitur
5 certæ quantitati, vel ſummæ † intelligitur legatum, & non inſtitutio. Salyc. in l. fina. colum. fina. C. famil. erciſcun. vbi Bald. idem ſentit in verbo *Lego*, licèt contrarium dicat in verbo *Relinquo*, de quo latè Franc. in dicto capit. ſi pater. verſicu. in ea glo. ibi, non videtur. Michael Graſſ. in libro ſententiar. §. inſtitutio. quæſtio. 14. & quæſtio. 15. numero 2. Diuerſi enim ſunt tituli de legatis, & de inſtitutionibus in Pandectis, &c. Ideo per verbum *Lego*, inſtitutionem non comprehendi, tenuit Bero. conſi. 118. num. 27. lib. 2. & Caſt. in l. omnimodo. in fin. C. de inoffi. teſta.

Tertiò in ſpecie etiam ſtante illa dictione, *& cætera*, quòd non poſſit fieri extenſio ad inſtitutionem etiam per eundem notarium facit, quod in ſimili de conſilio, & declaratione ſapientis ſcribit Caſtren. in dicta authen. nouiſſima. poſt Alberi.
6 vbi voluit, quòd ſi relictum † aliquid ſit filio, & teſtator dicat, & mandet teſtamentum aptari per conſilium ſapientis, ſapientem non poſſe declarare, & extendere verbum *Relinquo*, ad inſtitutionem, multo igitur minus id facere notarius poterit, qui ſemper refert ſe ad conſilium ſapientis, & non poſſe falſi pœnam euitare notarium, qui hanc extenſionem faceret. In his terminis tenet Stracca in addit. ad conſi. Crau. 75. vbi multis impugnat Crau. ſententiam.

In oppoſitum dicebatur teſtũ ſubſiſtere, quia licèt dictũ non fuerit iure inſtitutionis, nihilominus illud denotaſ ex illa dictione, *& cætera*. in fine illius clauſulæ poſita, quæ aliquem effectum operari debet, & talem dictionem extenſionē huiuſmodi recipere poſſe, ſuadet communis notariorum ſtilus, qui ita ſolent illam clauſulam extendere, quia
7 Notarius † tenetur extendere clauſulas conſuetas, etiamſi de his rogatus non ſit, vt per Alexan. conſilio 27. libro 2. poſt Bald. in l. fin. C. de fideiuſſor. tantò magis attenta illa dictione, *& cætera*. quam èt alius notarius poterit extendere iux. communem ſtilum, vt dicit Iaſ. poſt alios per eum relatos. in l. Gallus. §. idem credendum. numero 21. D. de lib. & poſthum. (de cuius tamen dicto dubito, per ea, quæ ſcribit Ancharan. Iun. quæſt. familiar. libro 3. quæſt. 8. numero 11. & 17.) vnde clauſula non appoſita cenſetur pro appoſita, cùm Notarius rogatus ſemper cenſeatur, vt omnes clauſulas apponat, vt in ſimili poſt Bald. Gabriell. & alios ſcribit Lancillot. Gallia de ſtatut. ſuper verbo, *Legare*. quæſt. 4. numero 10. & Crau. in his terminis in dicto con-

cto conſilio 75. conſuluit, quòd Notarius ſine pœna falſi poteſt addere verbum illud. *Iure inſtitutionis*. Nec obſtant, quæ contra illius opinionem ibi adducit Stracca, quia illa non procedunt ſtante dictione, *& cętera*, per quã videt̃ notarius ſe remiſſiſſe diſpoſitioni iuris, & ad ordinarium ſtilum aliorum notariorum, & ita imbreuiaturam extendi ſine falſi periculo poſſe tenet Paris de Put. de reaſſumpt. inſtrum. rubr. 2. in fin. & pulchrè Lanfranc. in tracta. de ſid inſtrum. num. 19. vbi dicit ſe notarium liberaſſe à pœna falſi, quæ omnia multò magis procedent, cum hęc extenſio fiat ſine alterius præiuditio: nam ſi mater ſentiat ſe grauatã ex paruo legato, poterit ſupplementum legitimæ petere, & audietur.

Secundò hanc opinionem æquitas ipſa ſuadet, ne actus ſine hac extenſione reddatur nullus, vt in ſimili dicit Aretin. in dicto. §. idem credendum.
8 colum. penult. quo caſu † verbum *Lego*, latiſſimam habere debet interpretationem fauore teſtamenti. Verba enim legis 12. tabul. eo verbo etiam pro inſtitutione vtebantur, *vti quiſque legaſſit, ius ita eſto*. Et per text. in l. 1. D. de hæred. inſtituen. vbi verba ſubaudiuntur, vt inſtitutio valeat, & in ſimilibus terminis tenet Mantica de coniectur. vltimar. volunta. libro 4. titu. 3. & nouiſſimè hanc opinionem ſequitur, & multis firmat Alexander Randen. Mediolan. (vt teſtamentum ſuſtineatur) in ſuo amplo tractatu de analog. capitu. 18. numero 42. & à numero 14. vſque ad 61. ad quem lectorem remittimus. vbi tenet, quòd in materia fauorabili, vt eſt teſtamentum, verbum *Lego*, denotat inſtitutionem, vt actus valeat, & idem ſcribit capit. 17. numero 11. & 12. & in dicto numero 61. examinat quæſtionem, de qua per Rolan. conſilio 34. libro 4. vbi aderant in teſtamento illa verba. *Item legauit volunt, &c.* & per illa concludit cenſeri relictum titu. inſtitutionis cùm Decia. contra eundem Rolan. & in ſpecie habemus legatum in legitimam portionem imputari in authen. Præterea, in fin. C. vnde vir, & vx. per quem text. ſubtiliter tenet ex Vltramontanis Hartman. practicar. forenſ. libro 2. titu. de legat., capit. 2. in prin. Quòd ſi debitum quid ſit ex diſpoſitione legis, vt in legitima, & dote, legatum factum in teſtamento cenſetur factum animo cõpenſandi, & liberandi ſe ab onere legali, quòd eſt in caſu noſtro, cùm mens ſit teſtatoris expreſſa ex legati verbis. Et videantur, quæ ſubtiliter ſcripſit D. Ioann. Vaudus noſter Pedemontanus in libro 1. var. quæſt. quæſt. 5. & hoc caſu verbum *Lego*, largiſſimam habere interpretationem ſcribit Lancillot. in dicto verbo legare, in prin. numero 5. in fi. ſtrictam enim in materia odioſa interpretationem habet. Durans de arte teſtan. titu. 6. de legat.
9 caut. 44. & † in dubio iudicandum eſt pro teſtamento, vt latè per Manticam de coniectur. vltimar. volunta. libro 2. titu. 15. ideo legatum dotis in teſtamento filię factum cenſetur titu. inſtitutionis relictum. Ioann. Boſch. de nupr. libro 5. numero 9.
10 ſicut & omne relictum, quod fit † illi, cui legitima debetur, cenſetur factum iure inſtitutionis, vt ex communiori tradit Burſat. conſilio 92. numero 3. libro 1. & hoc pro teſtamenti validitate, vt per Vaſqu. in dicta authen. nouiſſima. numero 254. Molina. dicto libro 2. capitu. 15. nume. 22. pulchrè Aluar. Valaſcus Luſitan. conſultat. 23. per totam. voluitque Iuſtinianus legatum pro inſtitutione capi. in authen. de trien. & ſemiſſ. §. 1. ibi, *Siue per legati, &c.*

Ex quibus omnibus veritas huius diſputationis elicitur, cùm & per verbum *Lego*, & per dictionem, *& cętera*, teſtamentũ ſubſiſtat, & legatum cẽſeatur iure inſtitutionis relictum, & notarium ita poſſe extendere conſtet, & ita cenſuit Senatus. Nec obſtat, quod de conſilio ſapientis dicebamus, quia † contrarium in hoc caſu tenet Clar.
11 in §. teſtamentum. quæſtio. 38. verſicu. prætereà quæro. Aſcan. Clemen. de patr. pot. effect. 16. nu. 2. & Stracca ad d. conſi. 75. num. 4. vnde falſa eſt Alberici ſententia.

Procurator, ſeu actor vniuerſitatis ad ſingulas, & omnes cauſas conſtitutus an etiam pro futuris cauſis conſtitutus cenſeatur.

DECISIO LIX.

1 *Procurator priuati conſtitui poteſt ad futura.*
2 *Procurator vel ſindicus ab vniuerſitate, ſeu à capitulo conſtitutus ad ſingulas, & omnes cauſas an ad futuras etiam conſtitutus cenſeatur.*

PROCVRATOR priuati
1 † conſtitui poteſt ad futura, ideo ſi conſtitutus ſit ad omnes cauſas, cenſebitur etiam pro futuris conſtitutus, vt per Barto. in l. illud. §. ſed ſi ita. D. quod cuiuſque vniuerſ. nom. agat. ſed quæſitum
2 fuit quid dicendum eo caſu, † quando quis conſtitutus fuit ſindicus, ſeu œconomus à capitulo cuiuſdam conuentus ad omnes, & ſingulas cauſas, nec dictum fuit præſentes & futuras, an etiam conſtitutus dicatur in futuris cauſis. cùm hæc quæſtio coram me agitaretur, ego iudicaui talem ſindicem, ſeu procuratorem cenſeri ad futuras cauſas conſtitutum, per text. in l. fin. in fin. C. quæ res pign. obliga. poſſ. ſed poſtea reperi Barto. in l. damni. §. ſi is, qui vicinas. numero 2. D. de damno infect. tenere contrarium, & reſpondet ad dictã. l. fi. idemque videtur velle in dicto. §. ſed ſi ita. vbi loquitur de actore vniuerſitatis. Verùm pro opinione mea iudicauit Senatus confirmando ſententiam à me latam dum eſſem iudex maior Nicęę. 1557. & contra Barto. eſt communis opinio. vt per Alex. in addit. ad Barto. in dicto. §. ſi is, qui vicinas. & tenuit Rota in nou. deciſ. 413. quam deciſ. ſequitur Rebuff. in l. 8. pag. 84. in princ. de verbo. ſignifi. & ita in

in procuratore per eandem Rotam iudicatum fuiſſe teſtatur Verall. deciſio. 393. par. 2. in verbo procurator.

Subſtitutione facta in eum caſum, ſi Titius ſine liberis deceſſerit, an reducatur res ad caſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant.

DECISIO LX.

1 *Subſtitutio ceſſat ceſſante conditione.*
2 *Liberi in conditione poſiti an obtineant hæreditatem virtute clauſulæ codicillaris.*
3 *Filij poſiti in conditione ſtantibus coniecturis dicuntur vocati.*

TESTATOR inſtituit Titiũ, quo decedente ſine liberis ſubſtituit Caium, & eo ſine liberis, &c. ſubſtituit Sempronium Viuo teſtatore deceſſit Titius, poſtea mortuus eſt teſtator, quæritur, quid iuris de hæreditate. ſi non fuiſſent addita illa verba, *ſine liberis*, certè clara res eſſet, quòd tranſiret hæreditas ad Caium ſubſtitutum. l. vnica §. pro ſecundo iuncta gloſſ. in verbo ſubſtitutus. C. de caduc. tollen. & per regu. l. quandiu. de acquir. hæred. de qua dico infra deci-
1 ſio. 86. ſed propter ea verba videtur † etiam deficere ſecunda inſtitutio Caij, eo quòd ceſſet conditio ſub qua fuit facta, vt in his terminis conſuluit Oldrad. conſilio 141. Thema tale eſt. per l. hæredibus. §. fin. ad Trebell. dicens, quòd iſto caſu reducitur res ad cauſam inteſtati, cùm inſtitutio efficiatur caduca, vt in ſimil. terminis ſcribit Purpurat. conſi. 299. nume. 1. lib. 1. & in hoc capite omnes domini conueniebant, quamuis dicendum videretur contrarium per ampliationem quam poſui infra deciſio. 86.

Sed dubium eſt, an hæredes ab inteſtato tenean-
2 tur reſtituere hæreditatẽ † liberis primi inſtituti propter clauſulam codicillarem. Oldrad. dicto conſilio tenuit, quòd non, & Purpurat. dicto conſilio 299. numero 3. & 4. Socin. conſi. 77. lib. 3. Decius verò conſilio 242. colum. 2. & 3. tenuit contrariũ, & fortè melius. Quinimo crederem in caſu noſtro dici poſſe filios eſſe vocatos à teſtatore ad excluſionem ſubſtituti, vt vult pulcher text. in l. Lucius, in fin. D. de hæred. inſtituen. Florian. conſilio 5. numero 2. & quamuis communis opinio ſit, quòd filij in conditione poſiti non ſunt vocati, de qua dicam infra deciſio. 96. poſt glo. in dicta l. Lucius.
3 tamen id fallit † quãdo in contrarium de coniecturata mente teſtatoris apparet, prout tunc apparet, quando ad alios gradus ſubſtitutionum teſtator tranſitum fecit, vt poſui dicta deciſ. 96. latè Socin. Iun. conſilio 168. præſentis conſultationis, numero 75. libro 2. vbi ita tenentes recenſet, & in his terminis tenuit Purpur. conſi. 596. per totum. Concurrebat & alia coniectura in caſu de quo tractabat, quòd teſtatõr prępoſuit filios illos proprio fratri, imò nepotem ex fratre primo inſtituit, quia in eo videbat filios, & ſanguinis deſcenſum, quòd nõ videbat in fratre, & ideo dici ſolet, quòd amor deſcendit, quia per maiorẽ deſcenſum magis perpetuatur memoria aſcendentis, & pro hac coniectura in caſu concluſſionis dictę gloſſ. faciunt, quæ ponit Rip. in l. centurio. numero 164. in 2. coniectura. de ſubſtitut. vulga. cui enim dubium in hoc caſu, quòd ſi teſtator fuiſſet interrogatus, quin reſpondiſſet, quòd intendebat deficiente nepote filios in conditione poſitos ſubſtituere, & non ſolùm tertio inſtituto, ſed etiam ſecundo præponere. vnde ſuccedit regu. l. tale pactum de pact. & his coniecturis attentis pro opinione Decij tenebat Senatus, & iudicabat 1561. Men. Septembris. Referente Do. à Sanctò Michaele, ſeu Malopera Cunienſi, de qua tamen te dicam latè d. deciſ. 96. incip. Filij in conditione. vbi vide.

Ardua cauſa quando dici poſſit pro iuramenti oblatione ſuper altari, ad declarationem decreti antiqui Sabaudiæ libro 10. cap. 2. §. item, quòd iuramenta.

DECISIO LXI.

1 *Iuramentum ſuper altari prohibetur.*
2 *Ardua cauſa quæ dici poſſit, & nu. 3.*
Arbitrio iudicis relinquitur, quæ cauſa ardua dicatur.

1 IVRAMENTVM † ſuper altari Sancti Antonij prohibetur per decretum Sabaudiæ Philippi in libro 10. capit. 2. §. item, quod iuramenta. cuius meminit Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 72. numero 11. cum limitatione, *Niſi in cauſis arduis, &c.* Quæritur, nunquid in cauſa inter duos nobiles vertente de ſcutis 250. vbi vnus obtulit parti iuramentum ſuper altari Sanctę Reparatę (quæ eſt eccleſia maior in ciuitate Nicęę) petens iurari vel referri, poſſit virtute huius decreti tale iuramentum recuſari, & videretur negatiuè concludendum. Primò, quia decrẽtũ loquitur de altari ſancti Antonij, & non extendi debet ad alia altaria, cùm ſit ſtrictè decretum interpretandum, vt aliàs dixi in præclud. decretorum Sabaudiæ. Item & ſecundò, quia cau-
2 ſa hæc de qua agitur dicitur ardua; † & ſic ſumus

in limitatione facta in ipſo decreto, vt dicit in terminis huius decreti Purpurat. in l. manifeſtę. num. 38. de iureiuran. & licèt probandi talem qualitatem onus incumbat aſſerenti, vt per Purpura. in dicta l. manifeſtę. propter limitatiuam *Niſi*, vt per Socin. conſilio 155. colum. 2. tamen hic non erit aliud probandum, cùm acta id doceant, ſolùm ſtabitur arbitrio iudicis, vt idem decretum in principio diſponit, qui debet arbitrari ſecundum iura, aliàs ab eo appellabitur, vt dicit Bartol. in l. ſi qua pœna. D. de verborum ſignificatio. Iura verò, ſeu doctores videntur interpretari cauſam arduam, ſeu magnam attenta qualitate perſonarum, & inter duos ciues diuites cauſa magna videtur eſſe 200. florenorum, vt voluit Iaſ. in l. admonendi. numero 272. addit. ad Abba in capi. de appellationibus. de appellatio. vel ad plus 200. aureorum, vt per Dec. in dicto capitu. de appellationibus. Franciſc. de Curte in dicta l. admonendi. numero 202. D. de iureiuran. Tertiò facit, quia poſtquam ille, qui defert, eſt æquè diues, nobilis, & bonæ qualitatis, & tamen offert ſe iuraturum ſuper altari, vt ad paria iudicetur, videtur, quòd alter teneatur ita iurare, vel referre ne iudicium claudicet.

In contrarium facit, quia decretum expreſsè determinat, quòd iuretur tantum ſuper Euangelijs, & ſic excludit omnes Sanctorum aras, & illa expreſſio Sancti Antonij fuit exemplificatiua, attenta conſuetudine patriæ Sabaudiæ, vbi decretum fuit factum, in qua magis timent idiotæ iurare per Sanctum Antonium, quàm per Deum, contra nota. per Albe. in rubr. C. de iureiuran. Secundò facit, quia decretum vult limitatiuè, quòd iurari poſſit ſuper altari, quando eſt cauſa ardua, & id non ſemper, ſed ita demum ſi iudici videatur, quaſi velit, quòd non ſequatur eſt ardua, ergo iurandum ſuper altari, & hoc indicant etiam illa verba, *fortaſſe*, quaſi velit, quòd pede plumbeo ad talem determinationem iudex procedat, etiam ſi ſit ardua cauſa, & ſic etiamſi cauſa ſit ardua, tamen aſpicienda etiam erit qualitas perſonæ. Et certè in perſona nobili, & prudenti, quæ ſcit quantum referat iurare per Deum ſuper Euangelijs, videtur decretum omnino excludere tale iuramentum, & quòd iudex ita arbitretur, ſecus ſi cauſa eſſet ardua, & perſona leuis, vel idiota, & ita iudici in hoc arbitrari conſulerem.

Tertiò mouet, quia non videtur verum, quod
3 cauſa 200. vel 250. aureorum † ſit magna inter ciues, vel nobiles diuites, ſed ſolùm ſi ſit de 300. aureis, vt eſt text. in l. 2. C. de pedan. iudicib. vbi Barto. & hanc arduam dicit Baptiſta à Sancto Blaſio in tractatu contradict. iur. ciui. & canon. verſicu. 168. vel de 500. vt loquitur Alberic. in l. in bonæ fidei. colum. fina. C. de iureiuran. vel etiam de mille florenis, vt per Socin. dicto conſilio 155. In quibus locis ne decipiaris aduertendum eſt, quòd florenus capitur pro ſcuto, ſecundum illa tempora. Item licèt dicatur cauſa magna, non tamen erit ardua, vt decretum cantat: maius enim quid videtur eſſe cauſa ardua, quàm cauſa magna, & ardua cauſa videtur eſſe cauſa ſtatus, vt per Iaſ. in l. 2. §. ſi quis iudicio. numero 13. D. ſi quis caut. & arduum quid dicitur, quod difficile eſt, vt apud Menoch. de arbitrar. libro 2. caſu 205. numero 2. & 4. vel cauſa famoſa, vt dicit Bald. in cap. ex ratione. de appellatio. colum. 2. vel quando agitur de rebus magnis. vt per Iaſ. in dicto §. ſi quis in iudicio. & cauſa filiationis. Marcus Antonius Blanc. in tractatu de indic. numero 428. Quod tamen totum decretum relinquit iudicis arbitrio, prout
4 etiam † iudicis arbitrio ius commune relinquit, vt arbitrari debeat, quæ cauſæ dicantur arduæ, vt ſcribit Bald. in dicto capit. ex ratione. & Iaſo. in dicto. §. ſi quis in iudicio. Imol. in capit. doceri. de reſcript. ſicut in ſimili de cauſis magnis dicit Iaſo. in dicta l. admonendi. numero 221. & Menoch. caſu 72. Purpurat. conſilio 458. numero 22. Imò & illius arbitrio relinquitur, an iuramentum ſit deferendum vel non, vt latè per Cato. Sachum in repetitio. dictę l. admonendi. numero 170. & ſeq. poſt Bald. in dicta l. in bonæ fidei. Ideo ego in cauſa hac arbitrio vtens, arbitratus ſum attenta perſonarum qualitate, non eſſe hanc cauſam adeo arduam, vt in ea procedi debeat ad tale iuramentum, quę ſententia fuit poſtea per Excellentiſſimum Senatum tunc Vercellis reſidentem confirmata anno 1557. Et crederem in pecuniarijs eam poſſe dici in caſu huius decreti cauſam arduam, ſi ageretur de omnibus bonis conuenti, vel de maiori parte per text. in l. propter litem. D. de excuſatio. tutorum. Ita conſuluit Ancharan. conſilio 26. Barbat. conſilio 3. colum. 11. & conſilio 16. colum. 4. in fin. libro 2. Menoch. centur. 2. caſu 110. num. 5. Gambar. de authorita. lega. libro 2. numero 188. Cato Sachus. in dicta l. admonendi. numero 141.

Erit a tenendo ad primum, & ſecundum motiuum patet reſponſio ex fundamentis ſupra factis, & ad illud quod dicit Iaſ. cauſam arduam dici ſi agatur de florenis 200. inter duos ciues diuites, contraria eſt gloſſ. in authenti. de mandat. princip. §. ſi tibi. in verbo breuiores. vbi dicitur cauſam minimam eſſe centum aureorum, quam gloſſ. ſequitur Bartol. & Bald. à Menoch. allegati dicto caſu 71. numero 3. Ad tertium verò poteſt reſponderi, quòd iſte qui offert non poteſt pro ſuo arbitrio vitiare formam à decreto præfixam, aliàs ſemper eſſet in facultate eius eluſorium reddere decretum, contra ipſius mentem, & tenorem.

Ceterum non eſt noua hæc iuramenti delatio, quæ ſuper altari deferri ſolet, & à decreto noſtro proponitur, imò antiquitus obſeruata, vt dixi ex Plauto ſupra deciſio. 47. numero 17. & rectè prohibitum per decretum deducimus tale iuramentum ex traditis per Hieronimum à Laurentijs deciſio. Rotæ Auinionen. 7. per totam.

Statutum excludens dotatam, ſeu maritatam à ſucceſſione bonorum, an cenſeatur excludere à bonis dotantis tantum, an verò ab hæreditate etiam aliorum nominatorum in ſtatuto. Plures caſus in hac mareria pro examinatione ſtatuti conſiderantur.

DECISIO LXII.

1 *Statutum excludens dotatam cenſetur ab hæreditate dotantis tantum excludere. amplia vt nu. 2.*
3 *Statutum non ſpecificans perſonas dotantes, ſed à quarum hæreditate excluditur, an excludat dotatam à bonis dotantis, vel omnium nominatorum.*
4 *Statutum, quod dotatam à patre, fratre, vel patruo excludit à prædictorum ſucceſſione, excludit ab omnium etiam non dotantium ſucceſſione.*
5 *Statutum enumerans eaſdem perſonas in dotatione quas in excluſione ab omnium ſucceſſione excludit.*
6 *Statutum excludens à perſona non nominata ſucceſſione an à ſolius nominatæ hæreditate dotatam excludat.*
7 *Alternatiua, & copulatiua non faciunt diuerſas clauſulas, & ſeparatos caſus in ſtatuto excludente dotatam à ſucceſſione dotantium.*
8 *Statuti verba antecedentia, & ſubſequentia ſunt ad vnguem pro intelligentia obſeruanda.*

STATVTVM Dotatam, ſeu Maritatam excludens à petitio
1 ne bonorum † intelligitur regulariter, vt ab hæreditate dotantis tantum excludat: ideo ſi dotetur à patre, & decedat mater, vel frater, ſuccedit matri, vel fratri, & hæc eſt communis noſtrorum ſententia deducta ex originali doctr. Bald. in l. 1. C. de leg. hęred. qui ad hoc paſſim allegatur, & communem hanc ſententiam tutam ac tenendam dicit Cęphal. conſilio 278. num. 95. & 96. P. Ioann. Anchara. Regien. quæſtionum familiar. libro 3. quæſt. 33. numero 3. ex qua Bald. doctr. regulam proponit Dec. in l. pactum. nume. 8. C. de collat. quòd dotata quæ excluditur cenſetur tantum excluſa ab hęreditate dotantis, & illius à quo habuit dotem: vnde fit, vt filia dotata excluſa per ſtatutum non cenſeatur excluſa à ſucceſſione fraterna, niſi ipſi cùm iuramento renunciaſſet, etiamſi frater tranſmiſiſſet hæreditatem, & ius ſuccedēdi in alium, vt per Chaſſan. in conſuetu. Burgund. titu. *Des ſucceſſions.* §. 12. verſiculo, *Et non tend lon poynt.* Afflict. deciſio. 178. & hæc communis ſententia probatur ex l. vt liberis. C. de collat. & l. quoniam nouella, in fin. C. de inoffici. teſtamen. quicquid contra eam dixerit Roman. in conſilio 442. & ſcripſerint Ruin. conſilio 145. lib. 3. Curt. Iun. conſilio 10. Alex. 29. nume. 6. libro 1. Iaſ. conſilio 205. libro 2. Bec. 62. Rolan.
2 76. libro 3. & hanc ſententiam † ampliant aliqui, etiamſi ſtatutum ſimpliciter dicat filia, vel fęmina dotata non ſuccedat, quia intelligitur in bonis dotantis, vt per Dec. conſilio 589. numero 2. & 634. & 379. lib. 2. Rub. 13. 16. & 61. Facit cōmunis ſententia, de qua per Gabriell. de ſtatut. concluſ. 7. libro 6. commun. opin. quòd ſtatutum non extendatur ad perſonas non ſpecificatas, & cùm hac ampliatione priorem regulam, & communem opinionem firmando tranſibat in facti contingentia Senatus, & ſemper iuxta illam iudicauit, & nouiſſimè in vna Taurinen. referente. D. Guerillo. 1588. 6. Auguſti.

Et ea quidem abſque difficultate procedit & de plano, ſi ſtatutum vlterius non progrediatur, iuxta famigeratam illam doctr. Bald. in dicta l. 1. C. de leg. hæredib. & ita loquitur Dec. in dicto cōſilio 589. in princi. & 634. ſed ſi ſtatutum vlterius procedat enumerando plures perſonas tam in dotatione quàm in excluſione, an tunc ſufficiat ab vno nominatorum dotari, vel dotatam eſſe, vt ab omnium hęreditate dicatur excluſa, magna eſt controuerſia. Et quoniam in hac quæſtione doctores varij ſunt, & confusè loquuntur, ne confundantur termini, nec decipiaris, conſiderandi ſunt plures caſus, prout ſtatuta ipſa diuerſa ſunt, & vario modo loquuntur.

Primus caſus eſt, ſi ſtatutū non ſpecificat à quo
3 ſit dotata, ſed bene † ſpecificat à quorum hæreditate excludatur, vt ſi dicat *Mulier dotata non ſuccedat patri, vel matri, vel fratri, vel patruo,* nec vlterius loquitur, vt per Paul. Caſtren. in conſilio 91. præſuppoſito, quòd dictum ſtatutum. libro 2. & tunc Iaſ. in l. vt liberis. numero 6. in fin. C. de collat. & Brun. de ſtatut. art. 8. numero 60. & 67. tenuerunt non cenſeri excluſam niſi à bonis dotantis. Contrarium tamen, & verius conſuluit Caſtren. in dicto conſilio 91. ita, vt ſi ſit dotata à patre, excludatur ab hæreditate matris, & aliorum nominatorum, quia hæc ſtatuta concernunt fauorem maſculorum. Allegat rationem quando intentio ſtatuti eſt, vt hæc mulier ſit contenta ſua dote, & ita dicit vidiſſe ſeruari, & practicari, & in his terminis loquitur Bec. in conſilio 112. numero 18. qui ita dicit limitari communem illam concluſionem, & regulam. Dec. in l. vt liberis. numero 8. C. de collat. idem Dec. conſilio 346. numero 4. cum enim, (vt ipſe inquit) ſtatutum alternatiuè loquatur, ſatis eſt ſi in altero verificetur. c. in alternatiuis. de regu. iur. in 6. & quamuis Dec. ibi contrarium concludat, tamen ipſe loquitur in caſu diuerſo, cùm ſtatutum reciperet interpretationem à verbis ſubſequentibus, & non recedit à tradita limitatione, quam etiam in ſpecie caſus propoſiti idem ſequitur conſilio 379. numero 8. & hoc eſſe ſine difficultate tradit Alben. conſilio 98 numero 3. Laur. de Palat. de ſtatut. nume. 146. ſequitur Cęphal. in hac ſpecie conſilio 578. nume. 15. libro 4. Curt. Iun. conſilio 65. & quo ad aſcendentes idem eſt ſi ſtatutum diceret, filia dotata excludatur ab hæreditate aſcendentis, quia dotata ab vno intelligetur etiam

excluſa ab hæreditare aliorum aſcendentium, vt conſuluit Caſtren. dicto conſilio 91. numero 3. & ita interpretatur Afflict. conſtitutionem regni. In aliquibus.ibi.numero 48. de qua loquitur Alexan. conſi.29.nume.6.lib.1. Laur.de Palat.in dicto tracta.de ſtatut. nume.147. qui numero 149. ampliat etiam in aſcendentibus ex linea materna: vnde excluſa à ſucceſſione patris dicetur etiam excluſa à ſucceſſione matris, vt dicit Æmilian. conſilio 1. in fi.Cephal.conſilio 343. numero 33.libro 3.quamuis contrarium tenuerit Ancharan. conſilio 80. aliàs 79. cuius ſententiam non eſſe tutam nec probabilem dicit Cephal. dicto conſilio 578. numero 17.cùm ab hac ſententia receſſerit in conſ.167.

Secundus caſus eſt, ſi ſtatutum dicat, quòd do-
4 tata à patre,† fratre, vel patruo, aut auo, vel proauo excludatur à ſucceſſione prædictorum, vt in caſu quæſtio. Ancharan. in conſilio 168.aliàs 167. qui tunc voluit dotatam ab vno excludi à ſucceſſione aliorum, & bene: nam idem ſenſus eſt ac ſi ſtatutum dixiſſet,& proceſſiſſet dinumerando eaſdem perſonas in excluſione, quas in dotatione enumerauerat, vt infra dicemus. vnde optimè Anchar. in hoc caſu èmendauit, quod male ſcripſerat dicto conſilio 79.& in his terminis loquitur Dec. in conſilio 634. numero 4. aliàs, vt inquit Laur. de Palat. in numero 148. ſequeretur maximum abſurdum, quòd vt filia excluderetur, requireretur, quòd tot dotes haberet, quot ſunt perſonæ, à quarum ſucceſſione illam excludere dotans vellet, quod quidem abſurdum conſiderabilius eſt,& maius quàm aliud, quòd in contrariam ſententiam mouit Brun.dicto art.8.numero 68.& in hoc caſu hanc opinionem communi calculo probatam teſtatur,& ſequitur Rolan.conſilio 24. numero 10. libro 3. & in hac ſpecie intelligendum eſt conſil.Æmiliani Ferrarien.primum, nume.29. dum loquitur in ſtatuto. excludente dotatas de bonis patrum, vel matrum, auorum, vel fratrum ipſarum ab illorum ſucceſſione.

Tertius caſus eſt, ſi ſtatutum enumeret plures perſonas in dotatione, & eaſdem enumeret in
5 excluſione, vt ſi dicat, † dotata à patre, matre, vel fratre, &c. non ſuccedat patri matri, vel fratri, & tunc licèt dubium ſit, & maxima difficultas, vt dicit Alben. conſilio 98. numero 4. quia ſtatutum in vtroque capite dinumerando perſonas videtur conſtituere diuerſas clauſulas, & ſeparatos caſus, ita vt ſenſus ſit, dotata à patre non ſuccedat patri, à matre matri,& ſic de ſingulis, vt arguit Ancharan. in dicto conſilio 80. & in hac ſpecie conſuluit Bec. in conſilio 122. numero 22. & videtur tenere Gabriell. poſt Doctor. ab ipſo allegatos libro 6. commun.opin.titu.de ſtatut.conclu.5.numero 2. in fin.& numero 3. tamen communis videtur eſſe ſententia, vt dotata ab vno nominatorum excludatur etiam ab hæreditate aliorũ nominatorum in ſtatuto, & ita conſuluit Dec. conſilio 379. numero 8.& Corn.conſilio 42. numero 9. libro 3. vbi refert ſe pluries ita conſuluiſſe, prout conſuluit in conſilio 134. volum. 2. & ita vidiſſe conſultum per Bald. & alios, & in his terminis videtur loqui Alexan. ſuper illa conſtitutione in conſilio 29.numero 6.libro 1. & plures in hac ſpecie refert Gabriell.dicta conclu. 5.numero 2. ex quo videre licet hanc eſſe magis communem opinionem, quam & veriorem dicit Alben. in dicto conſilio 98. in fin. & ſequitur Ancharan. Regien. quæſt.33. libro 3.nume.8.licèt cum priori opinione,& generali regula tranſierit etiam hoc caſu Senatus in prædicta cauſa Taurinen. vbi ſtatutum huius ciuitatis dicebat, quòd filia dotata à patre, vel matre non ſuccedat in bonis patris, vel matris ſtantibus fratrib. quamuis ego contradicerem,& credo plures ex dominis deceptos fuiſſe ex illa generali regula ſupra tradita. Videas ergò, ne & tu in poſterum decipiaris.

Quartus eſt caſus, quãdo ſtatutum dicit, vt dotata à patre, matre, vel fratre, vel alio, aut aliquo prædictorum non ſuccedat, vt per Com. conſilio 123.volumi.2. & 124. & 323.volumi.3.& tunc voluit ipſe dotatam ab vno excludi à ſucceſſione aliorum, & hic caſus meo iudicio nullam habet difficultatem propter clauſulam illam, aut aliquo prędictorum, & hic poteſt eſſe caſus, quando ſtatutum ſimpliciter excludit, de quo per Socin. in conſilio 127. verſicu. & pro reſolutione eorum. volum.4. quem refert,& ſequitur Gabriell.d.concluſ.5.in fi.

Quintus caſus eſt, & hic quidem dubitabilis, ſi
6 ſtatutum † ſpecificando perſonas dotantes excludat dotatam ab hæreditate non dotantis, & non ſpecificati, ac nominati in ſtatuto, vt ſi ſtatutum dicat; Dotata à patre, fratre, auo, vel patruo excludatur ab hæreditate matris, vt in ſtatuto Aſten. de quo in deciſione ſequenti, quod ſtatutum facere poſſe ſcribit Corn. conſilio 123. volumin.2. Curt. Iun.conſilio 65. colum. 3. in principio. verſiculo, pondero igitur ſubtiliter. & in his terminis loquitur Gabriell. in conſilio 15. numero 39. Videretur enim clarum eſſe, & apparere ex ipſius ſtatuti lectione, quod dotata non ſit virtute huius ſtatuti excluſa ab hęreditate dotantis vel aliorum, ſed tantum ab hæreditate matris nominatæ, & ſpecificatæ, vt innuit idem Gabriell. ibi. cùm ſtatuta non patiantur extenſionem, ſed ſtrictè debeant interpretari, præſertim huiuſmodi excluſiuum ſucceſſionis, quod eſt odioſum ex vulgatis iurib. & doctrinis. Facit etiam, quia requiritur, quòd hęc mulier dotata ſit de bonis matris à cuius ſucceſſione excluditur, aliàs ſi dotetur à patre, vel fratre de bonis proprijs, non cenſetur excluſa à bonis matris ex doctri.Bald. quam refert, & ſequitur Iaſ. in l.quoniam nouella. numero 8. C. de inoffic. teſta. qui voluit, quòd ſi filia excludatur à bonis paternis, ita vt ad illa bona nõ poſſit habere regreſſum, ſi dotetur à patre de bonis matris non excludetur à ſucceſſione patris, quia debet dotari de bonis illius, de cuius hereditate agitur per dictam l.quoniam nouella. & in hoc caſu vidi eleganter conſultum in terminis ſtatuti Aſten. quòd etiam ſi nominatę ſint perſonæ, tam in capite dotationis quàm excluſionis, ſi ſtatutum firmet ſe ad excluſionem vnius tantum nominati, vel non nominati,

nati, vt in dicto ſtatuto Aſten. vbi filia dotata à patre, fratre, vel patruo excluditur ab hæreditate patris & matris, tunc dotata à fratre non excludatur à bonis fraternis. Mouebatur præſtantiſſimus conſulens vltra doctri. Corn. in conſilio 305 libro 4. duplici fundamento.

Primo, quia illud, quòd ſtatutum excludens intelligatur tantum excludere ab hæreditate dotantis, intelligitur, ſi ſtatutum vlterius non procedat, & ita reſoluit Bal. illã quæſtionẽ arduam, quam dicit fuiſſe Piſis in l. 1 numero 4. C. de legit. hæredi. de qua etiam dixi ſupra in princip. ſed vbi ſtatutum enumerat perſonas dotantes, & poſteà repetit, licèt vnus tantum dotet, dicitur dictare vlterius, & excludere ab hæreditate omnium nominatorum, vt poſui ſupra in tertio caſu. Ergo vt oppoſitorum ſit eadem ratio. vbi enumerat perſonas à quorum hæreditate excluditur, tunc non excluditur ſimpliciter ab hæreditate dotantium, ſed tantum ab hæreditate nominatorum in capite excluſiuo, quod argumentum à fortiori ſic deducit. Dinumeratio perſonarum facit, vt inducatur excluſio etiam ab alijs hæreditatibus quàm dotantis, ergo fortius dinumeratio perſonarum, à quarum ſucceſſione quis excluditur, faciet, vt ab illorum tantũ hæreditate quis excludatur, non ab hæreditate omnium dotantium. Facilius enim ad ius commune ſtamus, quàm ab eo vt per interprætationem recedamus.

Secundò mouetur, quia iſtud ſtatutum excludit maritatam ſeu dotatam, & non conſiderat eaſdem perſonas in capite excluſiuo, quas in capite dotationis, vt ſi velit maritatam à patre, vel patruo, vel fratre, vel auo, excludi à paternis, & maternis, & in capite excluſiuo non excludit maritatam à matre, & tamen maritatam ab alijs excludit etiam à maternis. Item non excludit à bonis aui, nec patrui, nec fratris, licèt maritatas ab illis excludat à paternis, & maternis, vnde ponderat, quòd non vult ſimpliciter excludere maritatam à bonis maritantis, ſed aliqualiter excludit maritatam ab alijs bonis quàm maritantis, vt in patruo, auo, & fratre, quorum dotatio excludit à paternis, & maternis.

Verùm quicquid voluerit iſte præſtantiſſimus, & excellentiſſimus Doctor, contrarium ego verius eſſe exiſtimo, vt etiam hoc in caſu dotata ab vno nominatorum excludatur ab hæreditate omnium, & etiam alterius nominati in capite excluſionis, ita vt dotata, vel maritata à fratre non ſolùm excludatur à bonis paternis, & maternis, ſed etiam fratris dotantis, & pro corroboratione huius opinionis conſiderandum eſt in primis ſtatuta huiuſmodi fauorem maſculorum, & excluſionem fœminarũ principaliter fauore agnationis reſpicere, quo caſu ſtatutum non ſtrictam, ſed latiſſimam habere debet interprætationem, vt dixi latè ſupra deciſio. 37. numero 6. poſt Burſat. Cephal. & alios ibi allegatos, vnde non erit nouum ſtatutum hoc ita interpretari, vt dotata excludatur ab hæreditate dotantis, & etiam alterius nominati, puta matris, pſertim cũ in vtroq; caſu par vigeat rõ,

Secundò conſidero. quòd ſtatutum huiuſmòdi non tantum tendit ad excluſionem ſucceſſionis quam ad excluſionem filiç dotatç, vel maritatæ, cum dotatam à ſucceſſione excludat, & ſic conditionaliter quatenus dotata, vel maritata ſit, vel dotata, aut maritata appareat, vt dicit ſtatutũ Aſten. ergo modo dotem habeat conſtat de aperta mente ſtatuentium, vt ab hæreditate aliorum ſit excluſa, & filia ſit contenta ſua dote, vt interpratatur Caſtren. in dicto conſilio 91. libro 2. ſupra in 1. caſu allegato.

Quibus præſuppoſitis dicendum eſt, communem opinionem Doctorum dicentium dotatam excludi, ſi ſtatutum procedat vlterius dinumerando perſonas à bonis omnium, etiam procedere in hoc caſu, Et vltra prædicta moueor primò à fortiori, quia ſicut ſtatutum excludit dotatam ab vno nominatorum ab hæreditate alterius non nominati, vt dotatam à patre ab hæreditate matris, multò fortius cenſetur voluiſſe excludere dotatam à ſucceſſione dotantis argumento à fortiori, quod in iure validiſſimum eſt.

Secundò moueor, quia hic duæ firmiſſimæ concluſiones concurrunt, quæ dotatam excludunt. Prima eſt, quod ſtatutum excludens dotatã ſimpliciter excludit ab hæreditate dotãtis. Secunda, ꝙ dotata ab vno nominatorum, quando ſtatutum vlterius procedit etiam in capite dotationis tantum dotata ab vno cenſetur excluſa ab hæreditate aliorum nominatorum, vt ſupra in vtroq; capite concluſimus, & in terminis huius ſecundæ concluſionis loquitur Ancharan. in dicto conſilio 168. Dec. dicto conſilio 634. in princi. & communem dicit Rolan conſilio 24. numero 10. libro 3. vt dixi latius ſupra in 2. caſu. vnde his duobus concurrentibus. vt filia dotetur à fratre, & à perſona ſpecificata in capite dotationis non erit mirum, ſi & ab illius hæreditate excluſa dicetur; neq; nouum eſt dotatam ab vno nominatorum in capite dotationis excludi ab illius hæreditate, licèt non ſit nominatus in capite excluſionis, & ſic ampliari ſtatutum in perſonis non ſpecificatis nam & illud ſupra firmauimus, dotatam excluſam ab hæreditate patris cenſeri etiam excluſam ab hęreditate matris, & ſimpliciter excluſam ab hæreditate aſcendentis cenſeri etiam ab aliorum omnium aſcendentium bonis excluſam, poſt Caſtren. in dicto conſilio 91. numero 3. Aemilian. conſilio 1. in fin. Cephal. conſilio 343. nume. 33. lib. 3. faciunt etiam, quæ ſcripſimus ſupra in 4 caſu.

Tertio in his terminis hanc ſententiam videtur amplexum fuiſſe poſt Curt. Iun. in conſi. 10 Brun. in allegato art. 8. numero 66. vbi voluit in ſpecie, quòd ſi ſtatutum excludat dotatam à patre, vel matre ab hæreditate fraterna, non intendat excludere tantum ab hæreditate dotantis, ſed etiam alterius, & propterea dotata à patre excludatur ab hæreditate etiam matris, quæ doctrina plurimum vrget ad ſuſtinendum caſum noſtrum.

Non obſtant nunc allegata in contrarium, & ſatis mihi erit reſpondere ſubtiliſſimis fundamentis

ſupra

ſupra p D.conſulentem adductis tanq̃ vrgentioribus: alijs enim ex ſupra adductis facilis patet reſponſio,& ſic non mouet primum,quia non concludit argumentatio , excluditur dotata ſtatuto enumerante plures perſonas, ergo vt oppoſitorum ſit eadem ratio non excludetur , vbi in repetitione ſunt enumeratæ aliæ perſonæ , à quarum hæreditate excluditur. Nam ceſſat hæc oppoſitorum ratio,vbi de mente ſtatuti in contrarium conſtat,hic verò conſtat , quia primò diminuerat perſonas dotantes , à quarum hæreditate regulariter dotata excluditur , etiam ſi non ſit facta repetitio earundem perſonarum in capite excluſionis, vt ſupra ſatis demonſtrauimus. Secundò excludit dotatam ita regulariter excluſam ab hæreditate matris , vel alterius non nominati in capite dotationis,ergo fortiùs,& multò magis intelligitur voluiſſe excludere à perſonis dinumeratis,& dotantibus.Ad quid enim tanta ſit dinumeratio perſonarum, ſi ab vnius hæreditate, & non nominati filiam excludere voluiſſet?ſatis fuiſſet dicere dotata excludatur ab hæreditate patris,& matris,nec vlterius procedere: vnde argumentum à fortiori in contrarium deductum non militat,imò nobis inſeruit ex ſupradictis.

Ex quibus ceſſat etiam ſecundum fundamentum : nam licèt ſtatutum extendat , & firmet ſe ſolùm in excluſione à bonis matris & patris, non tamen ſequitur quin velit etiam excludere ab hæreditate aliorum nominatorum,vel ſaltem dotantis.Quid enim eſſet patruo,vel fratri maritatam excludi à bonis maternis , & ad ipſius ſucceſſionem admitti?

Præterea pondero , quòd ſtatutum magis declarat ſtatuentium voluntatem,cùm ſpecificè excludat à bonis maternis,quia edocetur non ſolùm voluiſſe ſtatuentes dotatam excludere à linea maſculina , ſed etiam à bonis, quæ per lineam fœmininam , & ſic maternam illi perueniſſent. Vlterius in contrarium adducta procederent, ſi ſtatutum ſimpliciter diceret dotata à patre non ſuccedat matri , vel fratri , quia tunc ſtatutum videtur factum in fauorem patris, vnde dotata à matre , vel fratre non excludetur ab illorum ſucceſſione , ſed bene ſi dotetur à patre excludetur à ſucceſſione patris dotantis,& vlterius à ſucceſſione matris, & fratris , quod etiam ſubtiliter poſt Curt. in conſil. 65.animaduertit Alben.in dicto conſilio 98.in fin. vbi in ſimilibus terminis voluit , quòd ſi ſtatutum excludat dotatam à patre, matre , vel fratribus ab hæreditate patrui , & ſororum , quas perſonas non continebat prima dinumeratio , nihilominus vera ſit opinio, vt ab aliorum hæreditate excludatur quam ſupra firmauerat , & vt ipſe inquit non eſt conueniens , quòd iſta diligentia ſtatuentium in enumerandis pluribus perſonis debeat interpretari in fauorem fœminarum , quibus iam ſatis per dotis conſtitutionem, & matrimonij collocationem prouiſum fuit.Et ex iis ſit expeditus quintus caſus , vt dotata ab vno excludat ab aliorum ſucceſſione , & tene menti , quia hæc ſingularia ſunt,neque alibi lector reperies hunc caſum ita in terminis examinatum , ideo vltra inſtitutum noſtrum longiores fuimus , quoniam quæſtio pulchra , & difficilis eſt & quotidiana , argumento l. legatum.ff.de liber.lega.

Sunt & alij caſus , qui enumerari poſſent, ſed quoniam ſatis iam ſcripſimus hac de re , & illi per ſe clari ſunt, prudentiæ iudicantium relinquuntur, & illorum deciſio ex ſuperius abundè ſcriptis facillimè colligetur. Cæterum animaduertendum
7 eſt in caſibus ſupra ſpecificatis non eſſe † conſtituendam differentiam inter copulatiuam & alternatiuam, prout videmus nullam conſtitui à doctoribus , qui in vtroque capite ſine diſtinctione loquuntur,& tenuit Brun.in dicto art.8.nume.69. & dixi ſupra in 1.caſu, quamuis maius eſſet dubiũ in alternatiua quàm in copulatiua per dicta à Bal. in conſilio 73.libro 4.Alciat.in conſil. 57.nume.6. & 7. poſt quos Bec. in dicto conſilio 112. numero 22. in fin. & per Pariſ. in conſilio 47. & 49. nume. 27.libro 3.ſed Corn. in conſilio 42. volum.3.in alternatiua ponit rem extra difficultatem, imò ſi ſtatutum alternatiuè loquatur dum enumerat perſonas dotantes, & copulatiuè in excluſione verba concipiantur , dotata ab vno ab hæreditate omnium excludetur, vt poſt Bald. Alc. & Bec.conſuluit D.P.Surd.conſil. 100.nume.9.

Secundò pro clariori prædictorum intelligen-
8 tia conſideranda† ſunt ad vnguem verba ſequentia , & antecedentia ſtatutorum , vt dignoſcamus in his caſibus mentem ſtatuentium : nam quamuis in principio iuxta caſus propoſitos ſtatuti verba concepta ſint,tamen ex antecedentibus, & ſubſequentibus verbis declarationem capere poſſunt , & debet conſiderari an ſtatutum conſideret ſucceſſionem propter dotationem, an verò dotationem propter ſucceſſionem,vt ponderat.& ſubtiliter animaduertit Grat. in conſilio 45. in fine. libro 1.

Dotata ſeu maritata , quæ à ſtatuto excluditur , an ſuccedat cum nupta , & indotata fratri dotanti de bonis paternis, & mortuo poſt aditam ab ipſo hæreditatem . Examinatur ſtatutum Aſten. ſub collat. 16. cap. 65.

DECISIO LXIII.

1 *Dotata filia an excludatur ab hæreditate paterna per fratrem adita ſtante ſtatuto, quòd dotata non ſuccedat, & numero 3. & 8.*

2 *Bona an paterna , vel fraterna dicantur poſt aditam à fratribus hæreditatem, & num.6.*

4 *Statutum extenditur , ſi in vtroque caſu par vigeat ratio.*

5 *Fœmina ſemel excluſa durat perpetuò excluſa.*

7 *Bona, & hæreditas inter ſe differunt.*

EXTAT

EXTAT in ciuitate Aſten. ſtatutũ feminarum excluſiuũ ſub rub. Ne mulier maritata, &c. ſub collat. 16. capitu. 65. cuius meminit, & ad literam refert Marc. in quæſt. 546. in princi. 1. par. huius tenoris. *Item ſi qua mulier de ciuitate poſſe, ſeu virtute Aſten. olim fuit, vel amodo fuerit maritata à patre, fratre, vel fratribus, ſiue ab auo paterno, aut ab aliquo ipſorum non poſſit venire ad hæreditatem patris, vel matris, cum fratre, vel fratribus ex parte patris, nec cum eorum hæredibus deinceps, & quòd talis mulier maritata non poſſit in hereditate paterna, vel materna ſeu in bonis paternis, vel maternis, nec contra prædictos, ſeu alterum ipſorum agere ad legitimam aliàs ſibi iure naturæ debitam, nec etiam ad aliquod dicta legitimæ ſupplementum, ſed eo ipſo, quòd maritata ſit ſeu maritata appareat, ſeu fuerit à prædictis, vel altero prædictorum teneatur, & debeat eſſe contenta, ita quod ad bona paterna ſeu materna, ſeu contra aliquem prædictorum occaſione præmiſſa, ſeu iure aliquo, vllo tempore nullum poſſit amplius habere regreſſum, excepto eo, quòd ſi pater, vel mater, vel eorum alter aliquid ei legauerit, &c.*

Dubitatum fuit in ſpecie huius ſtatuti, mortuo fratre dotante poſt aditam patris hæreditatem an
1 † dotata filia excludatur per ſororem non dotatam, & non maritatam à bonis fratris, quę iam patris fuerant. Hanc quæſt. in ſpecie examinant Doctor. in l. 1. §. veteres. vbi Iaſ. & Alexan. D. de acquir. poſſeſſ. & poſt eos Brun. de ſtatut. art. 8. quæſt. 18. numero 75. & videretur cum doctr. Bruni cõcludendum, dotatam non excludi ab innupta, & indotata ſorore à bonis iam paternis, tum quia ſtatutum de hoc non loquitur, vt filia excludatur ab hæreditate fratris, tum etiam, quia ſtatutum ſolum excludit ab hæreditate ſiue bonis paternis, & maternis, quæ poſt aditam à fratre hæreditatem
2 † deſierunt eſſe paterna, vel materna, ſed fraterna dici poſſunt, per text. in l. ſed ſi plures. § filio. ibi. *Iuncta enim hæreditas cępit eſſe*. D. de vulgar. ſubſtitut. per quem ita tenet in feudo Purpurat. conſilio 549. numero 2. libro 2. & hunc text. ad hoc continuè allegari dicit ibi Alexan. melior text. in l. paterfamilias. §. at cum ſubſtitutus. D. de priuileg. creditor. & eſt doctr. Bartol. in terminis ſtatuti in l. fin. §. 1. numero 1. verſiculo præterea poſtquam. D. ad Senatuſc. Tertullian. hæreditas enim dicitur antequam nõ eſt adita, ſed poſtquã adita eſt dicitur proprium patrimonium eius, qui adiuit. dicto §. veteres. vbi gloſſ. & doctores præcipuè Iaſ. numero 14 Menoch. conſilio 81. nume. 24. Decian. conſilio 1. nume. 191. 41. numero 65. & conſilio 48. numero 16. volum. 2. Natt. conſilio 99. nume. 8. volum. 1. idem Purpurat. in iſtis terminis conſilio 298. numero 3. qui ampliat etiam non adita in hærede ſuo propter tranſmiſſionem, prout & cõſilio 431. numero 4. & nouiſſimè concludit Vincent. de Franch. in terminis ſtatuti deciſio. 171. numero 3. faciunt dicta per Afflict. deciſio. 178. 4. dubio, & hanc ſententiam magis communiter magiſtri noſtri ſequuti ſunt in dicto §. veteres, & Doctores ſupra proximè allegati. latè Corn. conſilio 395. volum. 4. Dec. in l. hæreditas. D. de regu. iur. & conſilio 71. in prin. 266. numero 2. 309. in prin. 527. numero 10. 627. numero 9. 688. numero 6. & veram concluſionem dicit Afflict. & communem in capit. 1. numero 30. de natura ſucceſſ. feu. & in conſtitut. in aliquibus. de ſucceſſ. filior. nume. 20. & ſequen. & ab illa in iudicando non eſſe recedendum ſcribit Brun. art. 8. numero 80. Ioann. Campeg. de ſtatut. quæſt. 47. & eãdem dicit Coraſ. in l. poſt aditam. num. 8. C. de impub. & alijs ſubſt. vbi infert ad plures caſus, & hæc opinio tantò magis videtur procedere ſtante aditione facta per ſororem de hac hæreditate à fratre relicta per ea, quæ in terminis huius ſtatuti dixi infra deciſio. 301. & tenet in his terminis latè Natt. conſilio 687. per totum.

Contrarium tamen ſuſtineri poſſe ego dice-
3 bam. Primò ex illa † generali regula ſupra in principio antecedentis deciſionis firmata, quòd ſtatutum excludens dotatam excludit ab hæreditate dotantis, & maximè ſtante illa ſententia, de qua diximus ibidem in quinto caſu, quæ hic admodum ſeruiunt, imò & fortius hic ſuſtinetur, cùm mulier dotata fuerit de illis bonis de quibus contentio eſt: nam hoc caſu ſtatutum ampliationem patitur, vt dicit Cephal. in conſilio 278. num. 98. in fin. Caditq; communis regula in hoc caſu, quam toties repetit Afflict. in dicto capit. 1. nume. 57. de natu. ſucceſſ. feu. quod ad hoc, vt mulier maritata excludatur, requiritur, quòd fuerit maritata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, per l. quoniam nouella. in fin C. de inofficio. teſtamen. & in his terminis tenet Andr. de Iſern. in dicta conſtitutio. in aliquibus. colum. 10. verſicu. ſemper enim.

Secundò clarior, & firmior redditur hæc cõcluſio ex verbis ipſius ſtatuti, ibi, *Non poſſit venire ad hæreditatem patris, vel matris, cum fratre, vel fratribus ex parte patris, nec cum eorum hæredibus deinceps, &c.* Horum enim hæres poteſt eſſe filia non dotata, & innupta, quæ à ſtatuto non eſt excluſa, ſed cùm fratribus admiſſa, vt ſcribit in huius clauſulæ interpretatione Georg. Natta de ſtatut. quæſtio. 3. numero 56. in fin. item ibi, *Ita quòd ad bona paterna, vel materna, ſeu contra aliquem prædictorum occaſione præmiſſa, ſeu iure aliquo vllo tempore, nullum poſſit amplius habere regreſſum.* Hæc vltima verba tam clara ſunt, vt interpretatione non egeant: volunt enim ſemel excluſam durare perpetuò excluſam, iuxta cõmunem regulam de qua infra dicemus, & non poſſet dari commodus caſus, in quo filia haberet regreſſum ad bona paterna contra mentem ſtatuti quàm in hoc, vbi vult ſuccedere ad hæreditatem patris media perſona fratris, & ſtatutum excludit illi omne ius quo vti poſſet, dareturque aliàs inconueniens, vt contraria opinione admiſſa frater excluderetur etiam ab vna portione hæreditatis alterius fratris morientis à dotata, & maritata, quod non eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe.

Non obſtat ſi dicatur, quòd hac interpretatione facta ſtatutum ampliaretur, & extenderetur

contra

contra regulam, quòd ſtatuti verba ſtrictè debeāt interpretari, cùm ſtatutum non excludat expreſsè ſororem ab hæreditate fratris, quia reſpondetur
4 †, extenſionem dari propter paritatem imò maioritatem rationis, cùm eadem ratio, & maior ſit in hæreditate fraterna, quam in paterna ſtatuentes conſiderant, cùm frater dotat, quo caſu datur extenſio de caſu expreſſo ad alium nō expreſſum. Barto. in l. omnes populi. quæſtione 4. 6. quæſtio. principali. verſicu. quarto quærò. Lanfranc. de Oriano de ſtatut. interpreta. numero 36. Bec. conſilio 62. numero 15. Brun. art. 5. numero 88. & quando apparet mentem talem fuiſſe ſtatuentium, vt ſupra demonſtrauimus, latam tunc verba ſtatutorum interpretationem patiuntur. l. nou aliter de lega. 3. Barto. in dicta l. omnes populi. 3. quæſtio. 6. quaſt. principal. verſiculo iuxta præmiſſa. D. de iuſtit. & iure. Bec. dicto conſilio 62. numero 14. & hæc interpretatio magis ſuadetur ex prædilectione, quæ conſideratur in hoc ſtatuto, quod prædiligit, & præfert maritatas non maritatis, vt Brun. ait art. 5. numero 44. vnde indotata fauore agnationis gaudere debet, cùm ſtatutū æquiparet non maritatam fratribus. ideo dicebat Bald. in l. ſi viua matre. C. de bon. matern. quòd ſtatutum ne filia dotata ſuccedat, debet ita intelligi, vt filia non dotata ſuccedat in toto reſiduo, & quando agitur de hæreditate parentum, hoc non habet difficultatem, vt per D. P. Surdum. conſilio 100. & dicam alibi.

Tertiò mouent me rationes, quas Iaſ. in hac quæſt. in dicto. §. veteres. nume. 25. & 26. adducit, quæ ſi ponderētur non habent concludentem reſponſionem. facit etiam ratio eiuſdem in concluſione huius quæſtionis, dum voluit maritatam ideo excludi à bonis patris, quia fuit dotata à patre, ſed admitti ad ſucceſſionem fratris, quia ab illo non fuit dotata. Ergo ſi dotetur à fratre clara res eſt, quòd non ſuccedit.

Quartò adduci poteſt communis regula, quæ
5 habet, quòd filia † ſemel excluſa durat perpetuò excluſa, vt per Brun. articu. 10. numero 63. & eſt de mente Ioann. Campeg. de ſtatut. quæſt. 3. num. 19. vbi voluit, quòd ſi ſtatutum excluderet ſimpliciter dotatam, (vt hoc eſt) tunc filia remaneat perpetuò excluſa, & hanc dicit eſſe communem omnium ſententiam, & ita loquitur de communi teſtando Andr. Gaill. Germanus practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 148. nume. 4. ita, vt filię ſeu feminę ita excluſę non poſſint amplius venire ad illa bona, licèt deficiat ratio, & intentio ſtatuti, & ſit locus hæredibus excludentis, vt per Paril. conſilio 48. numero 22. volum. 4. Statim enim atque maritata eſt filia, per verba ſtatuti eſt excluſa. ideo dicit ſtatutum de regreſſu.

Neque obſtat ſi dicatur, quòd ceſſante cauſa excluſionis ceſſare debet excluſio l. ſi inſtituta, & l. pater filium. D. de inoffic. teſtamen. Tiraquell. in tracta. ceſſan. cau. in princip. numero 96. Ideo cùm ob defectum maſculinum ceſſet cauſa excluſionis, poteſt filia admitti non obſtan. ſtatuto. Nam reſpondetur non procedere hanc regulam in caſu noſtro, quia hic adeſt filia in capillo, & innupta, quæ tempore delatæ hæreditatis maritatam excludit per ea, quæ ad eandem regulam tradit Tiraquel. in ſupra dicto loco numero 98.

His ſic adductis non mouent allegata in contrariū, quia licèt verū ſit hæreditatem à filio aditam non dici amplius paternam, quia commixtum eſt, & confuſum patrimonium per allegata
6 iura, tamen † bona hæc dicuntur adhuc paterna ſaltem largo modo, vt dicit Iaſ. in d. l. 1. §. veteres. nu. 24. in fi.

Suadet illud pro hac ſententia, quòd videmus
7 à Doctoribus diuerſa † conſtitui bona, & hæreditatem: hæreditas enim eſt vniuerſum ius, bona vero dicuntur quid particulare: vnde videmus bona fideicommiſſo ſubiecta, & feudalia ſub hæreditatis nomine non comprehendi, & in petitionem generalis hæreditatis non venire, vt notat Pinell. in rubrica de bonis maternis. in principio numero 22. Hinc fit, quòd etiam transfuſa in filium hæreditate, etiam extra feuda, & fideicommiſſa, bona in illius hæreditate reperta ab vniuerſo illius patrimonio reipſa, & nomine ſeparantur: dicuntur enim alia paterna alia materna, ſicuti diuerſo iure illa à patre, hæc à matre proceſſerunt, & ex hac bonorum diuerſitate inter auum paternum, & maternum diuiditur ſucceſſio nepotis præmortui, tam in proprietate quàm in vſufructu ex veriori ſententia, quæ authorem habet Barto. in authen. itaque. C. commun. de ſucceſſio. à Senatu noſtro Pedemōtano multis præiudicijs confirmata, vt dixi latè ſupra deciſio. 27. & dicam etiam infra deciſi. 156. & probatur hæc bonorum diſtinctio communiter ex l. quod ſcitis. §. 1. C. de bon. quæ liber. addo ego bonum text. in l. de emancipatis. in fin. C. de legi. hæred. & hoc licèt iam confuſum ſit, & transfuſum patrimonium. & hoc eſt, quod dicitur nomen bona, latè patere, cùm ad diuerſas bonorum ſpecies referatur. l. bonorum. 49. D. de verborum ſignificatio. & hæc bonorum diuerſitas probatur ex ipſius ſtatuti verbis, imò ex ipſa ſtatuti diſtinctione in illis verbis. *Et quod talis mulier maritata non poſſit in hæreditate: paterna, vel materna, ſeu in bonis paternis, & maternis.* Ideo rectè Vlpianus in l. 1. §. præterea. D. de ſeparation. Separari à patrimonio hæredis bona illa poſſe ſcribit, quæ ſeparari poſſunt, vt prædia, vel pecora: raro enim talis immixtio horum bonorum fit, vt dignoſci non poſſunt. Ex quibus apertè colligimus ſtatutum voluiſſe etiam vbi ageretur de aliorum ſucceſſione hæc bona tanquam à patre profecta dici paterna: per hæc enim verba ſtatuti Decuriones ſtatuentes bona defunctorum reſpexiſſe, ex recto ſermone coniectura eſt. l. & puto. 15. verſic. & ideo. famil. herciſcun. l. qui ſuperſtitis. 94. D. de acquiren. hæred. quamuis agnita ſit hæreditas l. hæreditatem. de donatio. l. qui Titij. de his, quib. vt indi. l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl. & hanc opinionem tenuit vir magni nominis Afflict. in dicta conſtitut. in aliquibus in 4. nota. 8. & 9. quæſt. numero 23. cuius authoritas me mul-

tum

tum mouet, & pro ratione ſufficeret quicquid dixerit Francus in dicta deciſio. 171. numero 3. & videtur voluiſſe Rota D. Putei deciſio. 127. libr. 3. conſiderata ratione quam allegat.

Nec mouet, quòd hæc poſterior ſententia ſit contra communem, quia ſi bene ponderetur communis non militat in his terminis. Ideo ſubtiliter, & ſingulariter illam communem ſenten-
8 tiam † limitat ibidem Afflict. numero 22. in fin. vt procedat quando frater habebat ſeparatum patrimonium, & de nouo quæſitum; ſecus ſi maritaſſet ſororem de patrimonio, & bonis patris, & videtur etiam firmare Andr. de Iſern. in dicta conſtitut. colum. 12. in fin. verſiculo poſſet tamen ſaluari. vbi voluit, quòd dotata à fratre poſt mortem matris de bonis maternis, excludatur à materna hæreditate. Brun. verò loquitur in caſu vbi non extat filia indotata, & innupta, quæ fauorem agnatorum habet.

Denique non mouet aditio, quia non habet locum illa opinio, quando ſoror adiuit ſtante alia in pupillari ætate, vel minori quando eſt reſtituta, & dicitur prædari non adire cùm rem alienam occupet præſertim ſi ſoror tempore delatæ, & aditæ hæreditatis iam erat dotata: nam Doctores tenẽtes illam opinionem loquuntur de indotata, & innupta, ita Natt. conſilio 74. & alij relati in dicta deciſio. 101. Nec obſtat conſil. Natt. 687. quia loquitur quando non fuit dotata à fratre, ſed quãdo fuit maritata, vel dotata à fratre tunc idẽ Nat. videtur contrarium tenere ibi. num. 4.

Et ex his videre licet quàm anceps, & dubia ſit hæc qõ. & quam facilè communis ſubuertatur opinio, ſed quoniam difficile fortè eſſet à communi tanquam æquiori recedere, ego dicerem talem cauſam concordandam, & ita arbitrarer, vt filia collata prius a dotata dote integram legitimã à bonis paternis caperet, inde reliquum diuidatur inter ipſas ſorores, & propterea in ſimili quæſt. &
6 in ſpecie huius ſtatuti cenſuit Senatus talem cauſam eſſe concordio terminandam 1588. Menſe Auguſti, de qua cauſa ſcribam infra deciſ. 101.

Proximiore in teſtamentis, & ſubſtitutionibus vocato an ſuccedat, qui proximior eſt teſtatori, an verò proximior grauato, & ſic vltimo decedenti.

DECISIO LXIIII.

1 *Proximior quis dicatur, ſi teſtator ſubſtituat proximiorem ſuperuiuentem, variæ opiniones referuntur, vt nu. 2.3.4. & 5.*

6 *Tex. in l. cum ita. § in fideicommiſſo. D. de leg. 2. diſcutitur, & examinatur.*

1 PROXIMIOR † quis dicatur, ſi teſtator ita ſubſtituerit, ſi aliquis ex hæredibus deceſſerit, tunc ſubſtituo proximiorem ſuperuiuentem. Pulchra quidem, & difficilis, ac controuerſa eſt quæſtio, & talis, vt aliqui gladio dirimẽdam eſſe ſcripſerint, vt dicit Melch. Palacz in tracta. maioratu. par. 2 quæſt. 8. in princi. & in ea tam variæ doctores noſtri præſertim recentiores ſcripſerunt, vt difficilè ſit reperire quæ iam ſit magis communis, & verior, cùm vnuſquiſq; quam ſequitur dicat magis communem, & veriorem, vnde altiorem requirit indaginem, vt de dubitabili opinione dicit Iacob. Put. deciſio. 233. nume. 3. libro 3. & in illius examine poſt relatas Doctorum authoritates pro vna, & altera opinione irreſolutus tranſit Mantica de coniectur. vltimar. volunta. libro 8. titu. 12. numero 30. illamque omnium latiſſimè, & nouiſſimè examinat Simon de Prat. de interpretat. vltima. volun. libro 3. dub. 3. ſolut. 3. nume. 3. & ſequen. ideo ego in illius diſcuſſione longius non inſiſtam, ſed referam Doctorũ opiniones vti cum diſtinctione, vel indiſtinctè loquuti ſunt: inde ponderabo text. pro vtraque opinione à doctoribus allegatum: poſt referam, quid ſentiam, & quid iudicatum fuerit.

Prima igitur eſt opinio tenentium, quòd ſubſti-
2 tutus hoc in caſu † intelligatur proximior ipſius teſtatoris, quæ authorem habet Barto. in dubio, & in legato loquentem in l. ſi cognatis. numero 2. D. de reb. dub. quam ſequuntur tam interpretes quàm conſulentes infraſcripti.

Bald. in l. per o. § fratre. D. de lega. 2.

Ioann. de Monte Sperello in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.

Ripa in l. ex facto. & in l. Lucius. ad Treb. & in l. filiusfamilias. § diui. de lega. 1. nume. 31. vbi reſpondet contrarijs.

Crot. in dicto § Diui. nume. 161.

Ferdinand. Loazez. ibidem. num. 107. in fin.

Rube. in l. Gallus. § & quidam rectè. D. de lib. & poſthum. & conſilio 126. 36. nume. 6. 38. numero 4. & 39. nume. 3.

Ruin. ibidem, & conſilio 198. numero 9. volum. 2, 142. viſo, & perlecto. nume. 15. lib. 3.

Caccialup. in l. generaliter. § cum autem. quæſt. 25. C. de inſtitut. & ſubſtitut.

Ioann. Bologn. in l. hæredes mei. § cum ita. ad Trebell.

Zanch. ibidem. & ibi

Alciat. & conſilio 102. numero 7. & 8. libro 9. vt per Manticam. & in l. moribus. § quiſquis autem numero 41. D. de vulga. vbi ſic intelligit text. in § in fideicommiſſo.

Fab. Accorambon. dicens communem.

Fab. Eugub. ibi nume. 32.

Zuchard. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. numero 70.

Ioann. Roias. in epito. ſucceſſ. capitu. 32. numero 14. qui mouetur per glo. quam practicatam aſſerit in d. l. ex facto. in princ. in verbo ſua. D. ad Trebel.

Didac.qui latè, & ſubtiliter more ſuo examinat. practicar. quæſtio. capitu.38. nume.3. verſiculo ſic ſanè, & verſicu.2. concluſio.

Tiraquell.in titu. de retract.lignag.§.11.gloſſ.1.num. 12. & 13. per l.peto. §.fratre. de lega. 2. vbi ad hoc plures rationes allegat, & licèt non concludat, tamen nume. 20. videtur confirmare ex eo, quòd per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori non autem hæredi grauato, & hanc communem fatetur.

Ludouicus Molina de iur. primogen.libro 1.capitu. 6.numero 46.

Marzar.conſil.1.colu m.7.

Iaſ.conſilio 215.in prin.lib.2. & 159.libro 4. qui teſtatur de communi.

Caſtren.conſil.128.libr.1.

Socin. conſilio 6. numero 21. libro 3. 33. numero 3. volum.4.

Alexan.conſil.30.volum.3.4.volum.4.

Durans de arte teſtan.titu.5. capit.21.in fin. quî dicit communiorem, & veriorem.

Rolan.conſil.70.num.73.libr.3.

Gabriell. dicens magis communem, & veriorem conſilio 86. & conſilio 107. numero 3. 121. numero 10.

Mantu.conſil.100.libr.2.

Bero.conſil.82.nume.13.libr.2.

Menoch.conſil.124.& 154.lib.1.

Nat.675.nume.24.

Cephal. conſilio 333. libro 3. 489. numero 67. & 70. 457.491.lib.4.

Fort.Imolen.conſil.55.

Riminald.Iun.conſil.167.

Franciſc. de Ruſticis in conſilio 2. numero 102. & ſeq. poſito poſt illius tract. An & quan. fil. in ꝯdit. poſi. qui nouem argumenta pro hac opinione adducit, apud quos omnes videre poteris etiã alios authores allegatos, & rationes ac iura pro hac parte facientes, & omnes firmant hanc opinionem ſuper text. in l. cum ita. aliàs. l. omnia 32. §. in fideicommiſſo. D.de leg.2.Inſpicitur enim cùm hic ſine dubio ſuccedatur teſtatori proximitas reſpectu perſonæ de cuius hæreditate agitur non hæredis ei ſuccedentis, vt per Burſat. conſilio 61.nume. 18. libr. 1. & hanc opinionem omnes Hiſpani ſequuntur, vt Tell. Fernand. Peralta, & Padilla teſte Molina.

Contrariam verò partem indiſtinctè, & ſic ſecun-
3 dam opinionem † negatiuam tenuerunt poſt Socinum authorem huius ſententiæ in dicta l. hæredes mei.§.cum ita. & conſilio 249.253.86.volu.3. 73.volu.4.

Socin.Iun.dicens communem in dicto.§.cum ita. colum. 23. verſiculo 2. infert Socin. & conſilio 226. numero 49.133. numer. 27. 116.nu.25. lib.2. 135.nu.3.eod.

Torniel.in d.§.cum ita.

Clar.in §.teſtamentum. quæſtio. 76. verſicu. ſed hic occurrit.

Marzar.de fideicom.par.2.q.35. dicens ita iudicatum in Rota Florentina.& conſi.1.

Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.lib.3.§.27.nu.6.

Melch.Palacz.in tract.maioratu.par.2.q.8.

Ludouic. Molina de primogen. libro 3. capit. 9. per totum.

Com.conſi.22.col.6.vol.2.97.col.1.vol.1.230. col.10. volu.3.

Iaſ.84.volu.1.

Rub.36.& 38.

Crot.inter conſi.Rub.conſi.39.in fi.

Curt.Iun.conſi.128.

Alex.Trentacinqu. qui nouiſſimè dicit hanc opinionem in puncto iuris veriorem in ſuo tractatu ſubſtitu.par.4.capit.12. vbi tamen intelligit procedere in illo caſu, quando inter plures vocatos cadit ordo charitatis, & affectionis, & ſunt in diuerſis caſibus exiſtentes.

Gozadin.conſi.4.

Paril.conſi.2 nu.47.vol.1.

Ruin.40.inter conſi.Rub.& conſi.101.117.nume.25. 123.nume.18.151.nume.3.159.nume.6.162.num.8. 166.nume.50.167.171. 203.numero 20. libro 2. & 191. libr.1. vbi nume.13. reſpondet ad Barto.in l.ſi cognatis.

Bertrand.conſi.300.lib.3.

Roland. qui latè examinat conſilio 100. per totum libro 1.

Alci.32.nu.8.vt refert Mantic.

Bero.conſi.93.num.37.lib.1.97.nume.15.120.nume.3. libro 2.

Celſus Vgo.conſi.120.nu.22.39.nu.6.

Nat.conſi.679.nu.12.

Tob Non.conſi.1.nu.46.

Rota Auinionen. apud Hieronimum à Laurentijs. deciſio.37.

Simon de Pret. conſilio 161. numero 32. 31. numero 1.

Burſat.qui dicit receptiorem, & hodie crebriorem conſilio 170. numero 23. & 24. 157. numero 13. libro 2.

Cephal.dicens magis communem conſi.313. nu. 18. & ſeq.& nume.56.in fin.416.libro 3.600. nume.15. libro 4.

Decian. qui teſtatur de magis communi, & veriori conſi. 26. numero 74. libro 2. & videtur ſequi.

Do. Ozaſc.conſi.71.nu.16. qui per totum conſilium voluit conſiderari tempus euenientis conditionis non autem mortis teſtatoris.

Ioan.Bolognet.conſilio vltim.numero 76.& pro hac parte multa traduntur à ſupraſcriptis, & contrarijs omnibus reſpondet Rauden. in loco infra allegando, Addo ego tex.in l.1. §.proximum.& §.ſeq. D.vnde cogna.vbi proximus accipitur, qui tempore mortis reperitur proximior, & proximum locum obtinens. Verùm reſponderi poterit illum tex.loqui de hæreditate morientis iure communi inſpecto, non vbi ſumus in fideicommiſſo.

Facit etiam pro hac parte, quod ſcribit Alberi. de ſtatut.quæſtio.85.numero 4.quòd verbum proximior refertur ad tempus mortis:ſed Alberic.loquitur de tempore mortis teſtatoris. prout etiam loquitur text. in dicta l. ſi cognatis. D. de reb. dub. vbi proximitas, & cognatio inſpicitur tam tempore mortis quàm teſtamenti ipſius teſtatoris nõ aliorum.

aliorum. Et pro hac ſententia adducitur etiam ab huius opinionis ſectatoribus text. in dicta l. cum ita. §.fin. ſeu.§. in fideicommiſſo. Verùm ſi bene conſiderentur illius deſenſores, & illorum argumenta non mouebunt nos à priori ſententia, quæ dubio procul verior eſt, & magis cōmunis: nam maior pars eorum, qui illam tenuerunt ſunt conſulentes, qui vt amicis, & etiam pecunijs inſeruirent, ſcripſerunt prout amici ſui neceſſitas, & occaſio requirebant: ideo varij ſunt, & contrarij multi, qui vtranque tenuerunt ſententiam, vt Crot.qui tamen legendo tenuit contrariam. Rub. Iaſ.ſed Iaſ.in conſilio 84. non examinat, prout fecit in conſilijs pro contraria allegatis. Ruin. Alcia. Socin. Rolan. Bero. Nat.& Cephal. vnde his remotis vti contrarijs non eſt dubium, quòd prior opinio magis communis remanet ſi numerentur ſententię, prout noſtris temporibus fieri magno cum iuriſprudentiæ damno ſolet, ideo aliqui ad alias opiniones pro harum conciliatione confugerunt.

Tertia igitur fuit opinio diſtinguendo vulga-
4 rem, & pupillarem † ſubſtitutionem à fideicommiſſaria, ita quod in vulgari, & pupillari proximior intelligatur de proximiore teſtatoris, quia illi immediatè ſucceditur: In fideicommiſſaria verò de proximiore grauati, cùm res iam illius facta fuerit, & mediatè ſuccedatur. ita concludit Alcia. in l. pronunciatio. §. familię. D. de verborum ſignificatio.& videtur de mente Socin. Iun. in conſil. ſupra citatis, & videtur probare nouiſſimè Alexan. Rauden. in tractatu de Analog. in ſua appendice. in prima par. nume. 22. 24. & 28. vbi hanc quæſtionem latè examinat à numero 18. vſque ad 56. & in hac ſpecie fideicommiſſariæ ſubſtitutionis loquitur Rolan. in dicto conſilio 100. vt ex caſu propoſito colligere licèt, & ipſe ibidem declarat numero 21. & Cephal. dicto conſilio 313. numero 67. & ita Socini ſententiam intelligit Purpurat. conſilio 422. numero 5. à cuius opinione dicit periculoſum recedere numero 8. & licèt examinet non tamen concludit, ſed cum quadam diſtinctione irreſolutus tranſit, & hanc opinionem ſequi videtur Decian. dicto conſilio 26. numero 76. verſicu. tertius caſus. qui etiam plures caſus pro huius materiæ intelligentia examinat. Sed pace tantorum virorum dixerim non ſatisfacit hæc diſtinctio vulgaris, & fideicommiſſariæ, quia conſiderando perſonam grauantem cui ſemper ſucceditur eadem eſt ratio in vna, quæ in alia, & in fideicommiſſària primam opinionem indiſtinctè vti certam, & indubitatam tenet Gabriel. dicto conſilio 121. numero 9. Alex. dicto conſilio 30. volumi. 2. & video maiorem partem imò omnes Doctores ſupra allegatos loqui in ſpecie fideicommiſſariæ, & multò magis priorem opinionem procedere in fideicommiſſaria quàm in vulgari dicit idem Cephal. in conſilio 333. numero 19. libro 3. qui & in pupillari contrarium tenuit conſi. 416. nu. 57. & contra hanc diſtinctionem inſurgit Marzar. conſi. 21.

Quarta fuit opinio noua eiuſdem Raudenſis in dicto appendice. ſub numero 55. ex qua opiniones Doctorū conciliari poſſe ſcribit, nempe diſtin-
5 guendo, † Quod aut ꝯtendentes ſunt diuerſæ parentelæ, & tunc procedat opinio tenentium inſpici proximitatem grauantis, aut ſunt eiuſdem familię, & agnationis, & tunc aut, aliqui erāt nati tempore mortis teſtatoris, & hi præferuntur, & obtinent, & intèr illos etiam proximior grauati excludit proximiorem teſtatoris: aut omnes ſunt nati poſt mortem teſtatoris, & tunc præfertur proximior grauati, & vltimam huius diſtinctionis partem ſi omnes ſint de familia teſtatoris probat, & communem dicit, ac ab illa in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum ſcribit Simon. de Pret. dicta ſolut. 3. numero 41. in fin. Verùm licet diſtinctio ſubtilis ſit, & veritati magis adhærens, in illo tamen capite periculoſa nimis mihi viſa ſuit, dum voluit, quòd hi, qui nati reperiuntur tempore mortis teſtatoris excludantur à proximiore grauati: nam id eſt cōtra communiorem, & veriorem ſententiam, & contra text. expreſſum in dicto §. in fideicommiſſo, vt dicit Gabriell. conſilio 121. nume. 11. & colligitur ex dictis per Michaelem Graſſ. libro ſententiar. §. fideicommiſſum. quæſt. 17.

Sed quoniam harum omnium opinionum reſolutio dependet ex vero intellectu dicti. §. in fideicommiſſo. examinemus nos illius ſententiam, ſingulaque verba perpendamus, quamuis à doctiſſimo Didaco, & ſapientiſſimo Gabriello ſatis illius reſponſi ſententia diſcùſſa fuerit.

6 Inquit Modeſtinus †. In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur hi ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tèmpore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

Dubitatur hic fideicommiſſaria ſubſtitutione facta mortuo teſtatore, & poſt eum grauato hærede, quis ad hæreditatem vti de familia, eſſet admittendus, ſic igitur quæſtio eſt inter illos de familia. Dubitatio oriebatur ex eo, quòd proximior teſtatoris dicebat hæreditatem ſibi ſpectare, grauati verò contra: diſputabatur, quis eſſet horum admittendus: conſultus Modeſtinus reſpondit, duplicē gradum in tali fideicommiſſo conſiderandum, vt primò vocentur, qui nominati ſunt à teſtatore: ſecundò verò poſt hos (ſine liberis tamen decedentibus) proximiores teſtatoris, qui erant in rerum natura eo tēpore, quo teſtator moreretur, & eos non quidem omnes, ſed eos tātum, qui in primo gradu ſunt, & proximiori ipſi teſtatori. ſic enim cōcordatur in hac vltima parte lectio Florentina, quæ habet, *Et qui ex his primò gradu*, cùm communi, quæ habet, *Et qui ex his proximo*, quod vltimū

verbum referri ad proximitatem teſtatoris non grauati ſcribit Hypolit.Riminald.conſilio 313.numero 16. & hunc puto verum, & germanum iſtius loci intellectum, prout innuit ipſe gloſſographus,ibi in verbo,& qui.quamuis.Didac.dicto capitu. 38. nume. 3. voluerit triplicem hic gradum conſiderari,vt primò nominati,inde proximiores teſtatoris,tertiò qui ex his proximioribus procreati ſunt: ſed optimè intuenti non cadit hic triplex gradus. Conſiderationem verò Iuriſconſul. hoc loco habuit ad tempus mortis teſtatoris, quia teſtamentum non niſi à die mortis teſtatoris vires obtinet, vnde videndum eſt, qui reperiantur proximiores tempore mortis non autem facti teſtamenti in hoc caſu, & quia fideicommiſſum poſſet eſſe antiquum, ita vt difficile eſſet reperire proximiorem, vocat in defectum Modeſtinus proximiores in gradu ipſis proximioribus teſtatoris illis deficientibus,ne eſſet confuſio in fideicommiſſo, eo quia familiæ factum fuit generaliter,iuxta Papiniani reſponſum in l. peto. 69. § fratre. D.de lega. 2. & quia voluit teſtator ſucceſſores eſſe de familia verè,& non fictè, ideo vtitur verbo *Procreati*, vt ſint de corpore,& gente teſtatoris grauãtis, ne gener, & nurus continerentur ſub familiæ nomine,iuxt.l.fin.C.de verbor.ſignificat huncque noſtrum intellectum vti literę, & ſenſui familiarem,quòd proximiores vocati ſint; & quidem ipſi teſtatori, apertè probant vltima reſponſi verba,ibi.

Niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

Illud verbum vlteriores, eſt poſitum ad differentiam proximiorum, videmusque hic, & colligimus. Iuriſconſul.ſemper rationem habuiſſe ad teſtatorem, neque mirum cùm ſuccedatur ipſi teſtatori non grauato,vt omnes vno ore admittunt interpretes, & conſulentes, & longè veriſimilius eſt teſtatorem prædiligere ſuos proximiores quã proximiores grauati,mortuo grauato,& quòd illos veriſimiliter vocaſſet, deficiente prole legitima grauati. Nec obſtat replicatio Rolan. in dicto conſilio 100.numero 23. quòd eſſet contradictio in text. hoc intellectu admiſſo, quia non video hanc contradictionem, ſed bene video ex parte Rolan. inconuenientiam, & inueriſimilitudinem,(vt ita loquar) nam text.non vocat proximiores niſi poſt extinctionem nominatorum: & ei,quod dicitur de proximioribus, qui reperiebantur tempore mortis teſtatoris,conuenit l. ſi cognatis. §.certè ſi quis. D.de reb. dub. & ab hoc intellectu non diſceſſit ſubtilis Raphael Cuman.quo ad verſiculum, & qui ex his. cum dictio *&*, non ſit addita ad copulationem, ſed ad declarationem, vt poſt eum animaduertit Gabriell. conſilio 121. numero 11.qui cum hoc intellectu tranſit, ex hisque reſultat clarum eſſe hunc text. & apertum pro hac ſententia, vnde miror quomodo à contrarię partis defenſoribus allegetur, & malè illum intellexiſſe Socin. Roland. Molinam, & alios, & nouiſſimè Cęphal. conſilio 313. numero 19. libro 3. qui melius intellexit conſilio 493. numero 43. libro 4.

Quibus ſtantibus iudicandum eſt proximiore de familia vocato, intelligi vocatum proximiorem ipſius teſtatoris grauantis, non autem vltimi morientis grauati. Ideo ego cum caſus iſte in facto cõtigiſſet Niceę, vbi frater inſtituerat fratrem in dimidia,& filios fratris in alia dimidia, & altero decedente ſubſtituit proximiores de agnatione ipſius teſtatoris, cùm quæreretur mortuo vno ex filijs fratris quis ſuccederet, iudicaui pro fratre tanquam proximiore teſtatoris,quæ ſententia fuit per Senatum confirmata, tum propter priorem opinionem, quæ mihi viſa fuit indiſtinctè verior, & magis communis, tum etiam propter illa verba, *de agnatione ipſius teſtatoris*, quę poterant & ad proximitatem, & ad agnationem referri, prout etiàm ponderat Rolan. conſilio 70. nume. 75. libro 3. ſed in hac ſpecie non video difficultatem:nam vt ait Cęphal. dicto conſilio 333.nume. 8.volum. 3.pronomen ſuum in dubio ad teſtatorem refertur, & in his terminis ſimilis fideicommiſſi loquitur idem Cęphal. dicto conſilio 493. Palaez. quæſt. 8.numero 4. Simon de Pret. conſilio 37.numero 7.& 8.& de interprætat. vltima voluntat.libro 3.dub.3.ſolut. 3.numero 34. nouiſſimè P. Antonius de Petra in tracta. de fideicommiſſ. quæſt. 11.numero 4.dicens hoc eſſe indubitatum. Et in hoc caſu priorem ſententiam procedere intellexit Decian.dicto conſilio 26.nume.75.quamuis & in dubio, ſi teſtator vocauerit ſolùm agnatos de familia, intelligi de proximioribus ipſius teſtatoris rectè ſenſerit Simon de Præt. dicta ſolut. 3.numero 35.Michael Graſſ.dicto.§.fideicommiſſum. numero 2. & 3. quæſt. 18. & iuxta priorem opinionem iudicauit iterum in facti contingentia Senatus.

Proximioris nomen an intelligatur ex iuris diſpoſitione & fictione, an verò ex veritate, ita vt repræſentationi non ſit locus ad ſucceſſionem nepotis cum patruo.

DECISIO LXV.

1 *Proximior an intelligatur ex iuris fictione an ex veritate.*

2 *Proximitas vera, & naturalis in fideicommiſſo attenditur.*

3 *In fideicommiſſo patrui carnalis, vel aui ſit repræſentationi locus, & filij fratris ſuccedunt.*

4 *Proximitas non attenditur, ſi grauatus filios & deſcendentes reliquerit.*

IN eadem cauſa de qua ſupra proximè diximus cùm, eſſet concurſus filiorum fratris cum patruo ad hæreditatem grauati, dicebant aliqui ex aduocatus etiam filios fratris vnà cum patruis ad hære-

ditatem

ditatem fideicommiſſariam admittẽdos eſſe Ideo
1 quæſitum fuit an † proximior intelligatur ex iuris
diſpoſitione,& fictione:an verò ex veritate & vi-
debatur dicendum fratris filium ſuccedere loco
patris tanquam proximiorem, per gl.in l. cum ita.
§.in fideicommiſſo.de lega.2.quam ſequitur Soci.
ibi.numero 52.colum.15. Caſtren. in l.fi.per illum
text.C.de verborum ſignificatio. & in l.ſi auiæ.de
ſucceſſor.edict. Rip.in l. ex facto. ad Trebell.Crot.
conſilio 39. inter conſil. Rub. Contrarium tamen
verius eſſe dictum fuit, & ita per Senatum iudi-
catum per doctri. Dec. in conſilio 1. numero 5.
poſt Bald.in dicto.§.in fideicommiſſo.& Aretin.in
§.cum filius. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. de
fer.dicens magis communem.ſequitur Capr.con-
ſilio 5. colum. fin. Pariſ. conſilio 40. numero 18.
libro 2.& ita omnes tenere fatetur Michael Graſſ.
in §. fideicommiſſum. quæſtio.11. numero 9. &
pro hac opinione conſuluit Bald. vt refert apoſtil.
ad Barto. in dicta l. ſi cognatis. numero 2. litera b.
ſuper verbo quæro.volens quòd ſi teſtator vtatur
illis verbis,ſubſtituo filio meo proximiores meos,
per dictionem meos, excludãtur filij ſororis mor-
tui filij, licèt aliàs velit, quòd æqualiter ſucce-
dant, & cum hac opinione Decij ita intelligen-
do gloſſ. ſupra relatam tranſit in his terminis
vir doctiſſimus, & de iuriſprudentia optimè
meritus.Didac. pract. quæſtionum capit. 38.nu-
mero 4. verſiculo ſic ſanè. & verſiculo, tertio
2 ad intellectum. In fideicommiſſo † enim vera,
& naturalis proximitas attenditur non ficta, vt
latè per Cęphal. conſilio 489 numero 8 & 9. libr.
4.& de allegato conſilio Bald meminit Purpurat.
conſilio 422.nume.6.libro 2.qui dicit eſſe conſiliũ
488. libro 3. & ita ſolùm patruum in ſimili fidei-
commiſſo admittendum cenſuit Rota Auinio-
nen decisio. 37. in fin. apud Hieronimum à Lau-
rentijs. latè D. Ozaſc. conſilio 72. numero 8. & ſe-
quen. vbi multa adducit,licet contrarium volue-
rit Socin. Iun. conſilio 128. numero 11. libro 1.
& vide plures authoritates hincinde apud locu-
pletiſſimum Gabriell. libro 4.commun. opin. titu.
de fideicommiſſ. concluſ.3.numero 1. & 2. & per
totam,& P.Ant.de Petra. de fideicommiſſ. quæſt.
11.nume.8.& 14.& plurib.ſequen.

Limitatur tamen opinio Decij, vt nõ procedat
3 ſi ageretur de fideicommiſſo † patrui carnalis, vel
aui, quia tunc filij fratris ſuccedent vti proximio-
res,cùm ſit repræſentationi locus, vt per eundem
Dec. in conſilio 217. Rub.82.nume. 5.Socin. Iun.
conſilio 146. libro 2. & conſilio 116. libro 3. Ruin.
inter conſilia Rubc.conſilio 40. numero 4. Didac.
dicto capit. 38.numero 4. verſiculo nono ſeclusis.
Burſat.conſilio 170. numero 1.& 48.libro 2.& cõ-
munem dicit Ludouic. deciſio. Peruſ.11.nume.1.
& 2. ſiue ſimus in diſpoſitione legis, vel hominis,
vt idem Burſat. ſcribit. Crau. conſilio 67. numero
5.Ioann. Roias. in epito. ſucceſſ. capitu.32.nume.
22. & multò magis ſi iam natus fuiſſet filius tem-
pore teſtamenti. Rub dicto conſilio 82. in fin. &
hic eſt, quod ait Cęphal. conſilio 489. nume.66.
libro 4.proximitatem fictam à lege inductam ve-
rę æquiparari. & ad cõtrarias authoritates reſpon
det Franciſc. de Ruſtic. conſilio 2. numero 138.&
141.qui loquitur de auo, vt numero 146. & de fi-
lijs iam natis nume 152. & 153. quem omnino vi-
de poſt ſuum tracta.an fil.in condit.poſi.D. Ozaſ.
dicto conſilio 72.in fin.& nume.29.

Item ſupra dictam opinionem Decij,& opinio
nem quam firmauimus in antecedenti deciſione,
vt proximior intelligatur teſtatoris perſona con-
4 ſiderata, declara, † vt procedant ſi grauatus de-
ſcendentes non habuerit: nam tunc iſti videntur
ita vt patres à teſtatore dilecti, proùt intellexit
Cęphal. in conſilio 133 nume.16. & conſilio 457.
nume.5.6. & 7.Burſat. dicto conſilio 170. numero
23.& 25.& ita intelligenda opinio Molinę Hiſpa-
ni de primogen. libro 3.fol.71. quem refert Rau-
den. in appendice numero 40. & ita contrariam
ſententiam videtur intelligere Mantica de coniе-
ctur.vltima.volun.titu.12.libro 8.numero 30.ver-
ſiculo, ſed hæc ſententia, & hoc modo intelligi
poſſunt multi è Doctoribus, qui contrariam ſe-
quuti ſunt ſententiam, & ita Socin. contrariæ par-
tis primum defenſorem intelligit Cęphal. dicto
conſilio 457. numero 14. prout etiam declaranda
eſt ſupra ſcripta prior ſententia,vt procedat quan-
do teſtatòr vocauit proximiores de familia,ſecus
ſi ſimpliciter vocauerit proximiores in gradu ſuc
cedendi,vt in caſu Purpura.conſilio 422. numero
2.libro 2. de quo tamen dicto dubito ſtante veri-
tate prioris opinionis.

Iuramentum à minore præſtitum ſu-
per donatione facta, an propter
enormem lęſionem nullum cum ip
ſo contractu reddatur, ita vt dona-
tio à donante maiore facto reuoca-
ri poſſit.

DECISIO LXVI.

1 *Iuramentum à minore præſtitum contractum aliàs in-
ualidum confirmat.*
2 *Minor aduerſus enormem lęſionem reſtituitur non ob-
ſtan.iuramento.*
3 *Iuramentum omiſſam ſolennitatem à ſtatuto,vel decreto
requiſitam non attendit.*
4 *Minoris iuramentum reſtitutionis remedium excludit.*

MINOR viginti, maior tamen
quatuor decim, curatorem ha-
bens donauit maiorem partem
ſuorum bonorum conſangui-
neo, deinde monacus factus
fuit: factus maior voluit dona-
tionem reuocare, & ſe abſolui
à iuramento,allegãs enormem lęſionem, dolum-
que re ipſa, ex quo dolo redditur contractus nul-
lus

Ius etiam iuratus, vt per Doctores in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. quamuis per
1 diſpoſitionem dictę authen. † iuramentum à minore præſtitum contractum aliàs inualidum, & et ipſam donationem confirmet, vt per ſcribentes in dicta authen. & ibi Ioann. Guterius Hiſpanus in ſua repetitione numero 118. & 119. qui dicit hoc eſſe mirabile. Lapus allegat. 25. numero 4. Item allegabatur per minorem, quòd in inſtrumento donationis non fuerat obſeruata forma ſtatuti volentis, quod minor non donet niſi cum interuentu affinium, & officialis, præſertim quia verba ſtatuti ſunt directa in perſonam quo caſu iuramentum non ligat, ex doctr. Barto. in l. ſi quis pro eo. num. 9. D. de fideiuſſorib.

In contrarium dicebatur ex primo capite non eſſe concedendam reſtitutionem, quia illa opinio, quod propter dolum reuocetur contractus cum iuramento factus communiter reprobatur, vt per Alciat. in capit. cum contingat. de iureiur. numero 97. poſt Iaſ. in dicta authen. ſacramenta puberum. nume. 50. & 51. & ſic ex hoc capite minori non ſuccurritur, niſi ſimus etiam in enormi lęſione, & euidenti, ita vt donet ſine cauſa, & re propria ſe ſpoliet: nam tunc accedente enormi lę-
2 ſione in minore † communis videtur eſſe ſententia, vt reſtituatur non obſtan. iuramento. Cran. conſilio 11. numero 12. libro 1. Ioann. Maurit. Bolan. in tracta. de reſtitut. in integr. capitu. 123. & capiu. 211. in fin. Alciat. conſilio 107. numero 11. Rol. conſilio 59. numero 25. & ſequen. libro 1. Caſſador. deciſio. 1. titu. de empt. & venditio. etiam ſi eſſemus in contractibus geminatis, vt latè per Capic. deciſio. 159. numero 32. & ſequen. & ita ſemper vbi caſus contigit obſeruauit ſine vlla difficultate Senatus, ſed tunc tutum erit Iuramenti abſolutionem impetrare, vt per Grammat. deciſio. 66. Afflict. deciſio. 210. numero 9. Bolan. dicto tracta. capitu. 115. & 119. numero 11. Hic autem nulla erit conſiderabilis lęſio, quia iſte minor ingrediendo religionem, & propter illam cauſam donauit, quo caſu idem iudicatur atque ſi teſtatus eſſet, vt omnes dicunt.

Minus ergo ex ſecundo, quòd deficiat ſolennitas à ſtatuto requiſita poterit reſciſionem donationis poſtulare, quia per hoc ſtatutum non ligantur
3 contractus iurati, cùm † iuramentum omnem ſolennitatem omiſſam ſuppleat, vt latè conſuluit Alexan. conſilio 27. libro 1. & latius conſilio 125. numero 6. eo. libro. quam opinionem magis communem fatetur Ancharan. Regien. quæſtionum ſamiliar. libro 1. quæſt. 20. numero 3. Paul. Granut. Theorem. 25. numero 42. libro 1. & hoc attenta opinione Martini communiter approbata, qui voluit, quòd per talè iuramentum confirmetur contractus ſine decreto à minore factus, vt latè per Guter. in dicta authen. numero 23. & 26. in fin. eo præſertim, quia nullitas hæc ſolo minori præiudicat non alijs, vt per eundem Guter. numero 31. Item, quia iuramentum à minore præſtitum eius
4 eſt virtutis & roboris, vt excludat † in integrum reſtitutionem ſecundum aliquorum opinionem, vnde magis poterit contractum firmare, vt per Corn. conſilio 191. numero 1. libro 2. Socin. Iun. conſilio 47. numero 39. & 40. volum. 3. Alexan. conſilio 222. numero 2. libro 2. licèt ego de hac opinione valde dubitem, & non procedat ſtante lęſione, vt ſupra dixi, vide ſi plura velis Aſinium in tracta. de execut. § 8. capitu. 135. Nec obſtat opinio Barto. quòd ſtatutum ſit directum in perſonam, quia opinio Barto. non eſt vera, & contra illum eſt magis communis, vt per Alexan. in dicto conſil. & eundem Guter. vbi ſupra, numero 39. qui dicit hanc veriſſimam, & tenendam in iudicando, & conſulendo. Quibus attentis fuit reſolutum per omnes Dominos, minori donanti non eſſe concedendam reſtitutionem attento iuramento per allegatas authoritates, & per ea, quæ ſcribit Bertrand. conſilio 155. libro 1. videndus Dec. conſilio 31. Seraphin. de Seraphin. in tracta. de priuileg. iuram. priuileg. 96. & ita Dolanum Senatum ſolitum iudicare iuramento accedente teſtatur Ioan. Maurit. Bolan. de reſtitu. in integr. cap. 112. nume. 6. & hoc cùm non conſtaret de aliqua lęſione in noſtro caſu, & eſſet facta ob cauſam ingreſſus religionis, quæ non potuit poſt ius quæſitum ex ſuperueniente pœnitentia reuocari, & non interceſſerat abſolutio.

Tota difficultas erat in decreto Ducali libro 3. incipiente Malitijs. quòd videtur tollere vires probatorias tali inſtrumento, quo caſu iuramentum nihil operatur, vt per Ferrat. cautel. 16. Sed ad hoc fuit reſponſum, quòd ex quo in actis minor donans factus maior fatebatur contenta in donatione eſſe vera, quòd ceſſabat inualiditas probationis iuramenti attenta confeſſione, & iſtud tenuit idem Ferrat. dicta caut. 16. numero 5. & faciunt ſcripta per Ancharan. dicta quæſt. 20. numero 4. Guter. numero 59. Verùm ex æquitate, quæ ex actis reſultabat, quia donans erat ex fratribus mēdicantibus, & donatio erat ſatis magnę quantitatis bonorum, ordinauit Senatus donationem firmam manere, & donatarium condemnauit ad ſolutionem ſcut. 6. annuorum pro auxilio alimentorum ipſiuſq; monaci. Carignani. 1561. 25. Maij. in cauſa Comitis Vitiæ, & D. Cęreſoliarum.

Victus victori in expenſis condemnatus quas expenſas ſoluat, & an damna in tali condemnatione debeātur.

DECISIO LXVII.

1 *Expenſa litis an comprehendant damna, quæ litigans paſſus eſt tam occaſione rei quàm perſonæ.*
2 *Expenſarum condemnatione facta veniunt intereſſe, & damna, quod declara, vt nu. 4.*
3 *Expenſarum condemnatio ſequuta ratione contumaciæ, an differat ab ea, quæ fit occaſione victoriæ.*
5 *Damna perſonam litigantis reſpicientia, vt quia erat artifex,*

tiſex, vel aduocatus an debeantur.
6 *Arbitrio iudicis taxa expenſarum relinquitur.*

VICTVS in cauſa condemnatus fuit in expenſis, iuxta l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iudi. Modo quæſitum fuit,
1 an † debeantur nõ ſolum expenſæ litis, ſed etiam quæcunque damna, quæ tam occaſione rei quàm propriç perſonæ aduerſarius victor paſſus eſt. In quæſtione iſta videretur dicendum deberi non ſolùm expenſas litis, ſed etiam intereſſe
2 † paſſum, vt in ſimili not. glo. in l. 1. verſi. hoc iudicium. D. ſi quis iuſdicen. non obtemp. Bartol. per illam gloſſ. in l. 1. D. de alienat. iudic. mutan. cauſa fact. vbi hoc limitat in damnis reſpicientibus perſonam litigantis. Idem tenet Iaſ. in d. §. ſinautem alterutra. numero 11. poſt Specu. & Ioan. Andr. per eum relatos. Abb. in capit. finem litibus. numero 19. de dolo, & contuma. & clarius hoc tenet Alberic. in l. terminato. C. de fructib. & litium expen. vbi etiam dubitat an debeatur equus captus à latronibus: & quòd etiam damna debeantur videtur text. in l. omnes. 2. in fin. C. de epiſcop. & cler. niſi dicas ibi ſpeciale fauore clericorum, ſed replicatur per text. in l. non ignotet. C. de fruc. & lit. expen. ibi,

Pro pecuniaria verò cauſa poſt ſumptus conſiderata quantitate poſtulatorum, vel medij itineris interuallo condemnationem pro æſtimatione iudicis ſuſtinebit.

Et ſic arbitrio iudicis damnorum liquidatio vltra expenſas factas relinquitur, niſi reſpondeamus l. illam ad ſumptus viatici reducendam per priora illius legis verba, & iuxta l. cum quem temere. 79. D. de iudi. ſed pro hac ſententia clarus text. & generalis eſt in §. hæc autem omnia. In fin. inſtitu. de pen. teme. litigan. vbi non ſolùm expenſas litis, ſed etiã damna Iuſtinianus conſiderat illis verbis.

Et vt improbus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

Cui conuenit text. in l. qui ſolidum. 78. §. etiam reſpublica. D. de lega. 2. & per illum text. in dicto §. hæc autem omnia. ita ibi videtur tenere Angel. numero 6. Nec obſtat reſponſio quam ad illum locum nouiter Bernardus VValtherus libro 1. Miſcellan. capit. 28. adfert, quia eſt contra text. expreſſum, & dum nullam conſtituit differentiam inter damna & impenſas, errat in terminis.

Verùm, ꝙ debeantur ſolùm impenſæ litis tenet Batius in addit. ad Afflict. in conſtitut. reg. libro 1. rubr. 42. per dictum Barto. in dicta l. cum quem temere. ſed Bartol. ibi aliter ſentit. Vnde pro hac opinione melius allegari poſſet Barto. in dicta l. 1. §. hoc autem iudicium. numero 3. & idem clarius tenet ibi Bald. colum. penu. Iacobin. numer. 9. Alex. nu. 5. Iaſ. in l. ſancimus. C. de iudic. nu. 8. VValter. d. cap. 28.

Pro concordia harum opinionum videmus Doctores noſtri communiter diſtinguere, an iſtæ
3 † expenſæ veniant ratione contumaciæ, an vero ratione victoriç. in dicto. §. hoc autem iudicium. vt primo caſu debeantur & damna & intereſſe: ſecundo non. Ita Iaſ. in dicta l. ſancimus. Socin. in dicto. §. hoc autem iudic. numero 3. & ibi Curt. numero 11. Ioan. de Plat. in dicto. §. hæc autem omnia. colum. 2. & colum. fin. in fin. Fulgo. in dicta l. ſancimus. colum. 2. C. de iudic. Barto. loco ſupra citato. Andr. Gail. omnino ſuper hac materia videndus libro 2. practicar. obſeruat. obſeruat. 151. nume. 4.

Sed hęc concordia non reſoluit dubitationem, & iſta diſtinctio iure non probatur, & eam impugnat rectè VValter. dicto cap. 28. nec mouet l. ſancimus. quia ibi tex. loquitur de reo contumace, & in iuribus ſupra allegatis de victo præſente, vnde nulla eſt conſtituenda differentia, quam nec legislator conſtituit. Ideo ego ſic diſtinguerem, vt ad
4 damna † intrinſeca cõdemnatus teneretur, in alijs verò extrinſecis non ita, declarando ſupra relatas opiniones, vt eſt de mente Bald. in d. §. hoc autem iudicium. & Iaſ. in d. §. ſinautem. numero 13. & eſt pulcher text. in l. Iulianus. §. ex vendito. & l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. D. de actio. emp. in qua re cautus eſſe debet litigans, ſeu eius procurator, vt in proteſtatione dicatur de damnis expenſis, & omni intereſſe, de quibus fit continua proteſtatio, cùm non ſoleat iudex condemnare vltra petita. Et veniẽdo ad exempla illa vocarem damna extrinſeca, quæ ſunt, & contingunt vltra expenſas neceſſarias ad litem, veluti ſi litigans eundo ad iudicem captus ſit à latronib. vel equus in itinere mortuus, vt voluit Alber. in dicta l. terminato. & Hoſtien. de contumac. §. qua pœna. nume. 7. Ioann. Fab. in dicto. §. hæc autem omnia. & de his damnis loquitur Iacobi. in dicto. §. hoc autem iudicium. numero 10. Et ideo ego cùm in facti contingentia dubitaretur an ſtante tali condemnatione deberetur equus mortuus iudicaui nõ de-
5 beri, per l. quæ fortuitis. C. de pignoratit. act. & dicto. §. cum per venditorem.

Intrinſeca autem damna dicuntur, quæ ſunt circa litem neceſſaria, vt expenſç procuratorum, aduocatorum, notariorum, ſcribarum, & ſimilium, vt dicit Alber. in dicta l. properandum. nume. 28. verſiculo, ſed quæro. Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. caſ. 154. numero 3. item expenſç itineris, & nauigationis. Alber. in dicto. §. ſinautem. nume. 29. vel ſit infirmus, vt ibi. item in expenſis cibariis, vt dicto numero 29. & temporis, quo aduerſarius commoratur extra domum ſuam ſi proteſtetur cum iuramento, prout de ſtilo in Senatu obſeruatur, & de quibus omnibus ſcribitur in dicta l. cum quem temere, & dicta l. ſancimus. vbi & viatici ſumptus veniunt, pro quibus taxari ſolent expenſæ, quæ fiunt eundo, & redeundo, & ſtandi in hoſpitio

ſpitio habita conſideratione ad eas, quas victor domi facturus, vel non facturus eſſet, vt ſcripſit Ioſeph. Cumia. in titus magn. cur. capitu. 73. num. 20. Menoch. dicto caſ. 154. numero 3. quamuis aliter de ſtilo Delphinatus teſtetur Guid. Pap. deciſio. 625. & ita obſeruat Senatus noſter, in qua taxatione illud etiam obſeruari ſolet, vt ſi magnus nobilis proteſtaretur veniſſe cum decem equitibus ſuis ſeruitoribus, tamen nō ſolet fieri taxa niſi pro ipſo nobili, & duob. ſeruitoribus equeſtribus, & ita obſeruatum vidi per Senatum Vercellis re-
6 ſidentem anno 1550. Cum Illuſtriſſimus D. Comes Maſini litigaret cum ſuis ſubditis pro cauſa ſatis egiegia. Itē venient in his expenſis ſportulæ, & expenſę examinis, vt per Andr. Gail dicta obſeruat. 151. numero 4. & 6.

Ex quibus concludi in hac materia poteſt, neceſſarias expenſas omnes, & ea, quæ litis cauſa aduerſarius nulla ſui culpa, vel beneplacito patitur intrinſecè, deberi, alias verò non, vti voluptarias, & inutiles, & hanc diſtinctionem dicit Iacobin. ab omnibus Canoniſt. probari in capit. finem litibus de dol. & contumac. Cumia, numero 29. Gail. dicta obſeruat. 151. in prin.

Hinc dubitari conſueuit, an in damnis paſſis oc-
5 caſione litis reſpectu perſonę, † vt quia erat artifex, vel aduocatus, & non operatus eſt, vel patrocinatus, debeat victus condemnari, & Specu. quē Iaſ. citat in dicto numero 13. dicit hæc damna deberi. idem tenet Alber. in dicta l. terminato, & Bar. in aduocato, qui non potuit cauſis vacare in l. ſtipulatus. D. de fideiuſſorib. qui tamen videtur loqui in bonæ fidei iudiciis. pulchrè Gail. dicta obſ. 151. numero 17. quod etiam videtur de mente Hoſtien. in dicto titu. de contumac. §. qua pœna. verſiculo ſi in iudicio. Iaſ. dicto numero 13. Caſtren. in l. ſi procurator. rem rat. hab. Ange. Aretin. in dicto. § hæc autem omnia. numero 6. & ibi. Io. de Plat. Boer. deciſio. 210. numero 3. & 4. Menoch. dicto caſu 154. numero 4. poſt Plot. idem Gail. numero 18.

Contrarium (vbi tamen non ſit contumacia) videtur velle Alexan. dicto. §. hoc autem iudiciū. numero 5. & alij relati ſupra in ſecunda opinione. verſiculo Verum, & Cyn. in dicta l. ſancimus, & dicit Cumia. dicto capitu. 73. nume. 15. & 16. talia damna non venire niſi expreſſè de illis in ſententia mentio fiat, & ibidem numero 29. Boer. latè deciſio. 52. numero 6. & certè iudicio meo difficile eſt iudicare, quid Doct. ſentiant in hoc articulo, quando debentur expen. non ratione contumacię, nec temeritatis, nec retardati proceſſus, ſed tā tum ratione victoriæ, vt diſtinguunt Alexan. & Socin. in dicto §. hoc autem iudicium, & vt ibi ipſi ſentiunt putarem non deberi iſto caſu taledam num operarum amiſſarum, nec vnquam eas vidi taxari in Senatu noſtro: vnde cùm ſtilus fori in tali taxatione ſit ſeruandus, vt dicit Ioann. Fab. in dicto §. hæc autem omnia, & Afflict. dicta conſtitut. regn. in rub. de expenſ. lit. numero 2. non erit ab illo recedendum, niſi ſi, (vt inquit Gail. nume. 19.) cauſa ſit magna, & longa, & propter quam multum laboratur. & alia negotia poſtponuntur.

Solent autem hæ omnes expenſę arbitrio iudi-
6 cis † taxandę relinqui, vt dicit text. in dicta l. non ignoret. Menoch. in contumacia dicto caſu 154. numero 2. ideo fit primo liquidatio per partem inde taxa per iudicem, vt ſcribit Math. Coler. de proceſſib. executiu. par. 3. capitu. 9. numero 151. & 152. & probat text. in §. oportet. authen. de iudicib. ideo inoleuit in patria noſtra practica, vt iudices ponant in ſententiis ſuis diffinitiuis poſt condemnationem expenſarum clauſulam illam, ſalua nobis taxa. &c. & nos in Senatu remittimus taxam expenſarum relatori cauſæ, in qua taxa non veniunt penſiones annuæ, quas partes ſuis patronis erogare pro munificentia ſolent, vt in Camera Imperiali concluſum teſtatur Gail. dicta obſeruat. 151. numero 1. quem vide, & numero 16. vbi de aduocato litigante loquitur, & hæc nota quoniam practicabilia ſunt, & quotidiana.

Iuramentum, quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit vocata parte pręſtandum.

DECISIO LXVIII.

1 *Iuramentum extraiudiciale, vel quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit vocata parte præſtandum.*
2 *Iuramentum non præſtatur parte vocata, quando nulla eſt difficultas.*
3 *Vbi tractatur de præiudicio partis, ſemper eſt pars citanda.*

IVRAMENTVM an faciēdum ſit parte vocata, an verò ſufficiat iurari etiam parte abſente dubitatum fuit. Et in iuramento iudiciali nulla erat difficultas, quin illud præſtandum ſit parte præſente, vel legitimè citata, ſicut dicitur de iuramento teſtium, in quo pars citari debet, viſura iuramentum deferri teſtibus. l. ſi quando. C. de teſtib. & in ſpecie eſt notab. dictum Bald. in capit. 1. numero 8. de controuerſ. inueſtit. & firmat plures citando Iaſ. in l. admonendi. nu. 327. D. de iureiur.

1 Dubium erat in † iuramento extraiudiciali, vel quòd ex cauſa extraiudiciali defertur, vt ſi conuentum ſit in inſtrumento, quòd ſtaretur iuramento partis, & videretur poſſe præſtari parte non vocata, cùm tale iuramentum non referatur. l. iuramentum, quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiuran. Ergo ceſſat cauſa, quare debeat eſſe pars præſens, & hoc modo arguunt domini de Rota deciſio. 299. in nou. vbi in fortioribus terminis volunt, quòd iuramentum iuxt. formam capit. ſuper eo.

quod

quod met. cau. præſtetur abſente parte. ſequitur Iaſ. in dicta l. admonendi. numero 328. licèt contrarium velit Pariſien. ad Alex. conſi. 130. libro 1. & Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi. numero 825. & ſequen.

Secundò facit, quòd notabiliter voluit Iaſ. in dicta l. admonendi. vbi dicto nume. 328. colum.
2 fina. voluit, quòd † ſi non eſt difficultas, cui debeat iuramentum deferri, tunc non eſt citanda pars: hic verò certum eſt quis iurare debeat, & ideo dicit Marſ. ſingu. 30. & in l. de vnoquoque. numero 66. de re iudi. quòd quando pars nihil opponere poteſt, non eſt citanda.

Tertiò facit regula l. verius. D. de pact. Imputandum enim videtur, quòd volens iuramento partis ſtare non addidit eo vocato.

Quartò hanc opinionem in terminis tenuit Alex. conſi. 130. lib. 1.

In contrarium, quòd etiam iuramentum extraiudiciale præſtetur vocata parte facit generale dictum Bald. in dicto capit. 1. de controuerſ. inueſtit. vbi loquitur de quolibet iuramento deciſiuo. quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. in dicta l. admonendi. numero 327. cuius doctrina ex eo corroboratur, quia quodlibet iuramentum præſtandum eſt in manibus iudicis, vt latè per Cranc. conſilio 196. numero 2. per text. & Doctores. ibi citatos, nec ſufficit præſentia actuarij ſecundum Iaſ. in l. videamus. §. 1. numero 2. D. de in litem iuran.

Secundò facit, quia etiam in extraiudicialibus
3 vbi tractatur † de præiudicio partis eſt pars citanda, vt voluit Innoc. ac Ioan. And. & alij quos citat, & ſequitur Marſil. in d. l. de vnoquoque. nume. 16. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. nume. 21. D. de verborum obligat.

Tertiò adducebatur doctri. Bartol. in l. Theopompus. numero 9. verſicu. quandoque. ſtatur eius declarationi, & de proprio ſenſu iudicat. &c. D. de dot. prælega. tunc enim requirit vocationem partis.

Quartò facit communis doctorum regula, de qua per Iaſ. in dicta l. admonendi. numero 327. volentium, quòd in iuramento ſuppletiuo debeat citari pars, ergo idem dicendum in caſu iſto, quia videtur iuramentum hoc ſuppletiuum.

Sed retenta priori opinione, quæ mihi videtur verior, & tenenda maximè propter authoritatem Alexan. & ſecundum quam cenſuit Senatus in cauſa Dominorum Valpergię 1561. Men. Octobris, poterit ad contraria reſponderi. Primò, quòd Bald. loquitur vbi exigebatur cauſæ cognitio, & pars aliquid oppoſitura erat, vt ſentit Iaſ. in dicto numero 327. & Crauet. loquitur in iuramento, quod in iudicio præſtatur. Ad ſecundum, quòd id procedit, vbi cauſæ cognitio requiritur, iuxta exempla per Docto. allegata, vt in arbitratore. Ad Barto. in dicta l. Theopompus. reſpondetur, quòd procedit illius doctri. quando pars poſſet aliquid opponere, prout etiam reſpondet Alex. d. conſi. 130. Ad vltimum reſpondetur ex dictis in ſecundo fundamento primæ opinionis, Ratio enim quare citanda eſt pars, vt dicit Iaſ. eſt difficultas, quæ ceſſat in caſu noſtro.

Spuria legitimata per Comitem Palatinum an ſuccedat in prǫiudiciũ agnatorum.

DECISIO LXIX.

1 *Spuria legitimata per Comitem Palatinum an ſuccedat in præiudicium agnatorum, facta per Principem confirmatione.*

SPVRIA quędam legitimata fuit per Comitem Palatinum cum voluntate patris, quo caſu legitimationem valere communis concluſio eſt, modo cauſa ſubſit, & citati ſint prætendentes, vt latè tradit nouiſſimè, & doctiſſimè Do. Alexander Rauden. in ſuo eleganti tractatu de Analog. c. 36. numero 12. & pluribus ſeq. poſt innumeros recentiores ab ipſo allegatos. Hæc ſpuria mortuo patre adepta eſt poſſeſſionem bonorum, quæ bona tenuit per aliquot annos, poſtea agnati proximiores adeuntes hæreditatem illius patris ſpuriæ agebant petitione hæreditatis: ſpuria oppoſuit legitimationem Comitis: Pronũciatum fuit alijs circunſcriptis articulis illam † non tenere, cùm in patria iſta tales Comi-
1 tes ex decreto Maximiliani Imperatoris ab alijs Cęſaribus poſtea confirmato nullam habeant authoritatem.

Hac pronunciatione facta ſpuria obtinuit à Sereniſſimo Duce confirmationem illius legitimationis à Comite factæ. Agnati obtinuerũt alias literas, quibus declarabatur per eam cõfirmationem non fuiſſe mentis ſuæ Celſitudinis velle derogare iurib. tertij. Diſputatum fuit an ſpuria deberet obtinere bona, allegabatur pro ea deciſio. Caſtren. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. D. de lib. & poſthum. ex eo enim, quòd apparebat de voluntate patris, licèt legitimatio nulliter facta eſſet, tamen operabatur, vt alia confeſſio facta ſine præſentia proximiorum teneret ac retrotraheretur. Nihilominus ex eo, quòd Princeps declarauerat per illam primam conceſſionem ſeu confirmationem noluiſſe derogare iuribus quæſitis illis agnatis, fuit iudicatum ſpuriam non ſuccedere in præiuditium agnatorum, & abſoluti fuerunt agnati bona poſſidentes, & ad hæc contra ſpuriam facit addit. ad Alciat. in regu. 3. præſumpt. 11. & quæ ſcribit Rauden. in dicto capit. 36. per totum videndus circa materiam legitimationis.

Donatio abſenti facta eo inſcio, & Notario ſtipulante quando teneat, latè & magiſtraliter diſcutitur. Refutatur opinio D. Ozaſc. deciſio. 33.

DECISIO LXX.

1 *Donatio abſenti facta non valet eo inſcio.*
2 *Notarius per ſtipulationem alteri acquirit.*
3 *Donatio abſenti facta Notario ſtipulante, acquirit ius abſenti, ſed reuocabiliter, donec fuerit à parte ratificata. contrarium nume. 4. concluſio. nume. 5.*
6 *Donatione non acquiritur ius abſenti Notario ſtipulante etiam per retentionem vſusfructus.*
7. *Donatio abſenti facta cum clauſula conſtituti non acquirit ius donataria ante ratificationem.*
8 *Donatio abſenti facta an irreuocabiliter acquiſita dicatur ſtante iuramenta, & quid in donatione Principis.*
9 *Donatarij hæres an poſſit ratificare donationem ipſo donatario mortuo, & quid in hærede donantis.*
10 *Donatio facta loco pio non valet ſine ratificatione etiam accedente ſtipulatione Notarij.*
11 *Donatio abſenti facta coram iudice an teneat ſine ratificatione.*
12 *Donatio abſenti facta an per tacitam ratificationem irreuocabiliter confirmetur.*
13. *Donatio facta abſenti valet, ſi altera perſona cum Notario ſtipuletur etiam irreuocabiliter.*
14 *Notarius non reuocat donationem ab eo pra abſente ſtipulatam.*
15 *Donatia facta infanti Notario ſtipulante tenet irreuocabiliter.*
16 *Donatio ex cauſa onerosa prius facta præfertur lucratiuę præſente parte factę.*
17 *Donatia facta coniunctę perſonę abſenti tenet irreuocabiliter.*

1 DONATIO † abſenti facta non valet eo inſcio. l. abſenti. D de donat. pulchrè Cuiac. obſeruat. libro 12. capit. 28. text. elegans de beneficij collatione loquens in capitu. ſi tibi abſenti. de præbend. libro 6. hæc tamen regula fallit ſi donatio fiat ſtipulante filio, vel ſeruo dicta l. abſenti. Sed quæritur, quid ſi Notarius ſtipuletur. an abſenti per ſtipulationem Notarij ius ex donatione quæratur? dubia profectò, & per difficilis arduaque eſt quæſtio & intricata, in qua multum ſe inuoluunt Doctores præſertim Tiraquell. de conſtitu. poſſeſſor. par. 3. lim. 30. nume. 8. per multas columnas. Roland. conſilio 19. per totum. volum. 1. & quamuis per Dom. Ozaſcum olim collegam noſtrum, & ſecundum Senatus Præſidem inde Cancellarium Sabaudię meritiſſimum ſatis doctè diſcuſſa fuerit hæc quæſtio in deciſione 33. multos tamen caſus intactos omiſit, poſtea à Senatu deciſos, ideo latius rem examinando pro pleniori materię intelligentia, omiſſis magiſtralibus argumentis, quę hincinde adduci poſſint, ſed deciſiuè loquendo facio duas concluſiones principales.

Prima eſt, quòd quamuis alteri ſtipulari nemo poſſit, inſt. de inutilib. ſtipulat. §. alteri. & l. ſtipulatio iſta. §. alteri. D. de verbor. obligat. vbi Doctores omnes, cuius rei rationem elegantem tradit Donellus in dicto. §. alteri. numero 3. tamen in Notario hæc opinio vera, & communis eſt, quòd ipſe
2 † ſtipulando acquirit alteri, per multa iura, quæ citat Tiraquell. loco citato numero 16. & quamuis multi Doctores dixerint non in omnibus cauſis pariformiter Notarios acquirere, vt latè varias multorum opiniones recenſet idem Tiraquell. in dicta lim. 30. à numero 16. vſque ad numerũ 23. & Afflict. in capit. baiulos de ferijs. numero 39. & 42. inter conſtitut. reg. Siciliæ, vbi hanc quæſtionem examinat, & ponit ad eam multas declarationes. Tamen crebrior, vt ipſe Tiraquell. probat dicto numero 23. opinio eſt, quòd indiſtinctè per Notarios nobis quęratur, referens Albericum dicentem totum mundum ita obſeruare, & Salicetum teſtantem hanc eſſe communem, & conſuetudine approbatam, & multa ſimilia Doctorum dicta refert, quæ ibi videri poterunt, quibus addo Bertran. conſilio 156. libro 1. qui dicit ab hac practica non eſſe iudicando, & conſulendo recedendum. Grat. conſilio 12. numero 8. libro 1. [redacted]. Decian. conſilio 1. nume. 21. volum. 3. vbi innumeros communem dicentes allegat, & numero 24. vbi ampliat Notarium non ſolùm pro abſente, ſed etiam pro non nato ſtipulari poſſe, per text. in l. ſi quis operas. D. de oper. libertor. Ioann. Philipp. Mompelien. reſponſ. 45. numero 9. qui hoc præſertim in donatione liberalitatis fauore admittit. Ludouic. à Pegueta quæſtionum criminal. capit. 48. numero 11. & cum hac opinione vti canonizata, & communiſſima ſolet tranſire Excellentiſſimus Senatus, prout etiam teſtatur D. Ozaſc. dicta deciſio. 33. & ita eſt ordinarius Notariorum ſtilus, qui quidem potius ex conſuetudine eſt firmatus, vt voluit idem Tiraquell. numero 45. & 46. quàm ex iure, ſiquidem, vt latiſſimè ipſe demonſtrat à numero 29. vſque ad 45. nuſquam hæc Doctorum opinio ſatis apertę probatur, & contra ius hanc obſeruantiam eſſe dicit, & demonſtrat Donell. in dicto §. alteri. nume. 33. licet P. Rebuff. in conſilio 162. conetur defendere contrarium.

Secunda erit concluſio in hac materia, quæ poteſt eſſe limitatio ad præcedentem, & quæ maiorem recipit difficultatem, quòd talis acquiſitio fit quidem abſenti per Notarij ſtipulationem, ſed reuocabiliter, donec fuerit à parte ratificata, ita vt ſi
3 ſimus in terminis donationis †, donatio facta abſenti notario ſtipulante valeat quidem cùm rectè abſenti fiat. l. nec ambigi. C. de donat. ſed poſſit quandocunque ante donatarij ratificationem reuocari, & donans poſſit antequam donatarius acceptet, rem donatam alij donare, vel aliter contrahere ſuper ea, vt præſuppouit Dec. conſi. 432. in fi.

quam-

quamuis Dec. non loquatur ibi de ſtipulatione nõtarij, ſed bene de hoc loquitur in conſilio 598. Imò, ꝙ plus eſt, poterit donans ſola pęnitentia donationem reuocare, non probo nunc legib. & rõnibus hanc concluſionem, ne, vt inquit Satiricus,

Occidat miſeros crambe repetita magiſtros.

Sed tñ authoritatib. rõnes enim, & iura videre latiſſimè poteris ex doctorib. infra citãdis præſertim ex Rol. conſ. 19. nu. 2. & ſeq. quib. ipſe reſpondet tenendo ꝯrium, & in primis hanc partem tenuit Bal. in l. nec ei. §. ſatiſdatio. circa fi. verſi. 6. q̃ro. de adop. Caſt. conſ. 195. viſis. nu. 2. lib. 2. vbi ita expreſsè limitat ſupra dictam primam concluſionem. Aret. in l. qui abſenti. nu. 4. D. de acq. poſ. Soc. in l. 3. §. ſi iuſſerim. nu 11. de acq. poſſ. & conſ. 53. num. 22. lib. 4. Dec. qui ſingulariter ad hoc not. & ſequitur d. cõſ. Caſt. in l. contractus. nu. 16 & 17. de reg. iur. & in l. 1. nu. 21. C. de pact & in l. quo tutela. §. nec paciſcendo. de reg. iur. & in l. certi condictio. §. ſi nummos. D. ſi cer. pet. & ita tenuit etiam conſulendo conſi. 226. nu. 9. 12. & 13. 247. col. 4. ver. 5. & d. conſi. 422. in fi. 465. nu. 3. & 598. per totũ. Cur. Iun. conſi. 55. pro habenda. nu 9. & 10 & cõſ. 120. Cagn. in l. fi. nu. 273. C. de pac. qui dicit eam reuocabilem ante acceptationem, & hanc teſtatur cõem, & idem teſtatur in d. §. nec paciſcẽdo. Bertran. conſ. 116. in fi. lib. 2. 304. donatio. lib. 3. Apoſt. ad Alex. conſi. 31. nu. 16. lib. 6. qui dicit hoc tpe eſſe cõmuniorem opinionem, & regia conſtitutione firmatã. idem ad Alex. conſ. 185. num. 7. lib. 6. Balb. de præſcr. par. 4. §. capio primam q. 1. nu. 2. ver. & per hoc determinat. qui voluit indiſtinctè donationem non acceptatam non valere. Galiaul. in rub. de verb. oblig. col. 42. Caſſan. conſi. 7. nu. 43. Pariſ. conſi. 77. lib. 1. per totum. 69. num. 120. lib. 3. Alben. conſ. 36. dicens magis cõem. Ruin. conſi. 121. 174. 180. lib. 1. Goza. conſi. 54 & 62. nu. 5. Alc. in c. cum contingat. de iureiu. num. 324. qui ad partes diſputata quæſtione tandẽ dicit iſtã opinionem cõem, & veriorem nu. 335. aliàs num. 212. in noua impreſſione, & idem Alc. pro hac opinione conſuluit conſ. 112. propoſito in caſu, & lib. 3. parerg. c. 13. vbi ad hoc etiam citat authoritatem Cicero. qui etiam in topicis ait donationem ſine acceptatione nullam eſſe. Afflict. in d. conſti. Baiulos. q. 10. nu. 41. lib. 1. conſti. regni rub. 73. qui tamen loquitur in quacunq; ſtipulatione nõ in donatione. Rub in l. non ſolũ. §. morte. nu. 9. D. de ope. nou. nunc & conſi. 132. Plot. in repe. l. ſi quando. nu. 12. C. vnde vi, & conſi 68. Tiraq. d. lim. 30. nu. 53. Natt. conſi. 253. 311. & 315. Soc. Iun. conſi. 67. nu. 8. lib. 3. licèt id nõ clarè ſentiat. & 126. lib. 2. nu. 13. 15. & 17. Barb. licèt non ita clarè conſi. 40. nu. 7. lib. 2. Did. ic. variar. reſol. lib. 1. c. 14. nu. 12. & latius in rub. de teſta. par. 3. nu. 13. Gomez. in tracta. de non tollen. iur. quæſ. quæſt. 1. Gabriell. commu. concluſ. lib. 5. tit. de verb. obli. conclu. 1. nu. 100. Simon de Pret. conſi. 150. nu. 42. Gerard. Mazol. cõſi. 66. Pancir. conſ. 60. nu. 12. & conſi. 172. vbi dicit communem. Hyero. de Monte. q. 25. nu. 28. & ita videtur hanc ſententiã intelligere Lud. Dec. Peruſ. 29. nu. 7. 11. & 17. Ceph. cõſ. 33. nu. 16. lib. 1. & clarius conſi. 440. nu. 30. lib. 3. vbi nu. 56. reſpondet ad ea, quæ in contrarium tradiderat in d. cõſi. 33. & hanc veriſſimam dicit Viu. commu. opi. lib. 1. in verbo donatio. Puteus deciſ. 22. nu. 6. & 7. lib. 2. Guliclm. Vnciac. Sabau. q. Academicar. lib. 1. q. 49. & 50. & ideo ratificationẽ faciendam optimè donatario conſuluit Purpu. cõſ. 305. nu. 18. 396. nu. 56. & 57. lib 1. 478. num. 21. & 22. lib 2. pulchrè Dida Burgen. à Pace q. ciuil. par. 1. q. 10. num. 14. vbi multis confirmat hanc ſententiam omnino videndus in hac materia, & Decia. conſi. 2. nu 61. lib. 3. Lud. Molina de primoge. lib. 4. cap. 2. numero 67. dicens communem. pulchrè Vincent. de Franch. deciſio. 339. par. 2. ideo rectè Impp. Diocletian. & Maximian. in l. nec ambigi. C. de donat. illis vtuntur verbis parentheſi incluſis.

Et maximè ſi ex voluntate donantiũ, poſſeſſiones, hi quibus donatũ eſt, nanciſcantur.

Cùm ex poſſeſſionis aprehenſione ratificationem demonſtrent, vt ſubtiliter ibi Bald. notat & ſequitur Afflict. deciſio. 275. nume. 8.

Contrariam partem, ꝙ fuit per ſtipulationem Notarij aquiſitio irreuocabilis etiam in his termi-
4 nis noſtræ concluſionis † tenuit per multa fundamenta Roland. in dicto conſilio 19. numero 16. & ſequen. & ante eum Bald. in l. cum à ſocero. colum. 2. verſiculo caue. C. de iur. dot. & in l. ſi quis emancipatum. de donat. Alexan. in l. qui Romę. §. Flauius. num. 9. cir. fin. de verbor. obligat. & conſilio 31. numero 16. & 185. numero 7. libro 6. & in addit. ad Barto. in l. 2. D. rem pupil. ſalu. fore. Iaſ. in dicto. §. Flauius. Aretin. ibidem, & conſi. 74. Ruin. ſibi parum conſtans conſilio 172. numero 15 & 219. libro 1. 126. eod. 41. libr. 5. Dec. ſibi contrarius conſilio 607. nume. 9. Galiau. in rubr. de verbor. obligat. colum. 4. Gozadin. in hoc varius conſilio 87. colum. 3. Socin. Iun. & ipſe varius conſilio 118. nu. 12. dicens omnes ita tenere, & cõem eſſe contra Caſtren. Rub. conſi. 73. 91. & 117. Roma. 513. Pariſ. conſ. 90. col. pe. 84. nu. 92. 69. lib. 3. Corn. conſ. 50. & 190. in fi. lib. 1. & conſi. 2. lib. 4. col. 2. Soci. Sen. conſ. 262. lib. 2. 90. col. pe. & 125. col. 1. lib. 3. Boer. q. 353. in fi. Did. in rub. de reſta. par. 3. nu. 13. dicẽs nõ poſſe reuocari talem donationem ſola voluntate, & meo iudicio idem vř voluiſſe ſtipulatione Notarij accedẽte. in d. c. 14. vt ſit illo caſu donatio irreuocabilis quo ad donantem ex his, quæ tradit ibi nu. 13. Aufrer. in addi. ad Capel. Tholo. 453. Neuiz. conſ. 35. nu. 21. Bertran. conſ. 159. col. 3. in prin. 110. col. 2. & 286. lib. 1. Rip. reſpon. 11. col. 5. Gui. Pap. q. 49. Cra. qui dicit cõem conſ. 252. col. 2. & ob id parum dicit curandũ de authoritate Caſtr. & minus Dec. qa varius [redacted] & ad Dec. in d. l. contractus. dicit, ꝙ hęc erat cõis, ſed ꝙ regia conſtit aliter ſtatutum eſt, & ad Alex. in d. conſ. 31. aſſerit fuiſſe hanc antiquorum opin. vſq; ad tpa Pau. Caſt Burſ. dicens magis cõem. cõſ. 118. num. 4. lib. 1. & conſi. 31. num. 2. eod lib. dicens ita iudicatum. Cephal. ſibi contradicens conſilio 33. numero 15. & 16. libro 1. Clar. §. donatio quæſt. 23. Kirchou. commun. opin. centur. 3. concluſ. 56.

& veriorem teſtatur Emanuel Zoatez. receptarum ſenten. libro, in verbo donatio abſentis nomine. Hanc enã opinionem multis authoritatib. cõprobat doctiſs. conterraneus noſter D.Crau. conſilio 915. vtilem donationem. dicens hanc eſſe crebriorem, & Caſtren. ſententiam eſſe ſomnium. P.Rebuff.conſilio 162.verſiculo nec obeſt,ſi dicatur. Tob.Non.conſilio 56.numero 16.& 24. Borgnin. Caualcan. deciſio. 42. numero 15.par. 1.qui dicit communem, & veriorem. Alexand. Rauden. de Analog. libro 1. capitu. 30. numero 94. Ozaſc.deciſio.33. dicens ita Senatum iudicaſſe.

Hi ſunt, quos in tanta Doctorum noſtri temporis turba vidi de hac loquentes materia, quos omnes hic pro vna, & altera ſententia non ſine maximo, & improbo labore in hac noſtrorũ temporũ ob multos, & innumeros ſcriptores deplorãda calamitate congeſſi, vt videat, ſtudioſus lector, quænam ſibi dinumeratis Doctoribus magis communis videatur opinio, cũ dinumerari magis quàm ponderari ſoleant ſententiæ: vtraque enim non ſolùm communis, ſed magis communis à recentioribus appellatur. Mihi profecto ex dinumeratione Doctorum videtur magis communis prior opinio, & ſi rationes illius ponderemus, veriorem etiam dicere non dubitarem; neque mouebunt authoritates in contrarium allegatæ. Nam Bald. id non dicit pro quo allegatur, vt refert Pariſ. dicto conſilio 77. numero 31. & 36. & in l.ſi quis emancipatum.loquitur quando notarius ſtipulatur pro infante.item loquitur in caſu. §. Flauius. & l. quoties.C.de donatio. quæ ſub mo. & vlterius intelligit, quòd contrahentes ipſi non poſſint pœnitere, quod etiam eſt de mente Caſtren. in quo caſu etiam loquitur Alex. Iaſ. & alij in dicto. §.Flauius. & ſic in diuerſis terminis, vt per Didac. dicto cap. 14. & Aretin. dicto conſilio 74. Alexan. in conſilijs non declarat an ante ratificationem acquiratur. Socin.in conſilio 118. inter alia fundamenta eo etiam nititur, quòd erat in cauſa pia, & primus poſſederat diu, & adhuc poſſidebat, & erant ambo cauſæ lucratiuæ. Dec. loquitur in ſimplici ſtipulatione Notarij, & ſic in terminis primæ concluſionis, & ita loquitur Boer. Gozadin. loquitur quo ad ipſum donantem iuxta mentem Caſtren. Roman. non declarat ante, vel poſt ratihabitionem. Corne. eſt omnino reprobandus, cùm loquatur in contractibus correſpectiuis. Aufret. loquitur quando alteri ius eſſet quæſitum Neuiza. etiam videtur loqui in præiudicium diſponentis. Crau. quo ad donatarium loquitur, & in caſu emptionis, & venditionis. Burſat. falsò fundat ſe, quia communis. Cephal. ſe ipſum reprehendit in dicto conſilio 440. & declarat ſuam doctrinam. Rauden. non examinat. Caualcan. fundat ſe in communi. D.Ozaſc. pariter fundat ſe in communi, & tamen ſi numerentur D ctor. contrarium eſt verius, & videtur æquiuocaſſe in terminis opinionum doctor. in dicto.§. Flauius. quos malè trahit ad caſum noſtrum, & idem poſſet reſponderi ad Pariſien.in dicto conſilio 60. nam Doctores in dicto.§.Flauius.loquũtur in pacto adiecto donationi non in ipſa donatione, & intelligitur ſequuta ratihabitione, ſi ſumus extra caſum l.quoties. C.de rei vindicat. vt not. Didac. dicto capitu. 14. numero 11.in.fin.& ita poſſet ad alios reſponderi.

5 Verũ pro iſtarũ varietatũ concordia † cogitabam diſtingui poſſe, quod aut quærimus, an actio quæratur irreuocabiliter donatario poſt factã donationem, & tunc dicerem, quòd quæratur actio abſenti per Notarium, ſed reuocabiliter etiam quo ad donantem: ſed ſi ratificetur, illa donatio poſt reuocationem à donatario factam ex donatione alteri facta non teneat, quando iam alteri tertio ius quæſitum eſſet, ita vt concluſio noſtra procedat, etiamſi poſtea ſequatur ratificatio re non integra, vt quia tertio ſit iam ius quæſitum per alteram donationem: nam tunc teneo firmiter, quòd vaſeat reuocatio, & ſubſequens ratificatio poſt ius quæſitum non nocebit tertio, nec ius donatario acquireret, prout expreſsè ſenſit P.Rebuff. in l.alienatum.67.§.donationis verbum. pag. 465. verſicul.tertio donario. Quia vt ille ait, ſtipulatio Notarij non facit, vt acquiratur ius non ſequuta ratificatione, ſed operatur, vt ſine ceſſione vtilis actio acquiratur.iuxta Caſtren. in dicto conſilio 195. Dec.226. Cagnol.in dicta l. fina. numero 271. Curt. Iun.55. Gozadin. 14. Pariſ. 77. libro 1. Rub.conſilio 132. Alcia. in dicto capit. cum contingat.numero 132. Iſern. in capit.1. §. item ſacramenta. colum.4. de pac. iuramen. firman. Afflict. in conſtitut. Baiulos. verſicul. decimo, & vltimo. Ruin.conſilio 123. libro 1. Caualcan. dicta deciſ. 42. numero 19. Nam ſi ius alijs eſt quæſitum, res non eſt integra, & ratificatio nihil operatur in illius tertij præiudiciũ, vt per D.Ozaſ. deciſ.119.nu. 24. Et ideo ſi à donante non reuocetur hoc caſu, & moriatur, ſiue ante mortẽ donatarij ſiue poſt, ſemper donatio ſubſiſtet, & hæredes donatarij ſiue ipſe donatarius ſi nondum erit effectuata donatio poterunt ab hæredibus donantis rem donatam petere, & tunc obtinet opinio Cephali, cum quo tranſibant nouiſſimè in cauſa Polenuj. 1589. 15.Nouembris. quidam ex Dominis Senatoribus, quicquid alijs ratione longæ taciturnitatis donatarij videretur, de qua tamen cauſa dicam alibi, quia nunc pendet in reuiſione. Dico autem ſiue ante donatarium, ſiue poſt moriatur donans, quia vera eſt opinio, quod donatio inter viuos tranſmittitur, etiamſi donatarius præmoriatur, vt tenuit Rebuff. in ſupra dicto loco. verſicul. quartò, donatio.de quo dixi ſupra. deciſ.32.in fin. & dico infra amplia.5.

Aut verò loquimur de poſſeſſione acquirenda per ſtipulationem Notarij, & tunc nullo modo acquiratur, & hoc videtur de mente ipſius Ozaſci in dicta deciſ.33. In fin. numero 12. & de hac actione, & ea quidem vtili tantum loquitur Alex. in dicto conſilio 31. numero 16. & apertè ſentit Didac. in dicto capit. 14. numero 11. Donell. omnino pro harum ſtipulationum luce videndus in dicto.§.alteri.numero 63. & Burſat. dicto conſilio 118. num.4. in fin.& ita intelligit Didacum Guter. in cap.quamuis.nume.54. de pact. libro 6.ſpeciale

etenim

etenim eſſe dicitur, vt in contractu donationis alteri per alterum actio quæratur. l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. poſſeſſio verò animum requirit, & ita videtur ſentire Burſat. in dicto conſilio 33. numero 1. libro 1. & ſubtiliter Natt. conſilio 389. numero 2. facit concordia quam ponit Didac. Burgen. dicta quæſt. 10. numero 22. 34. & 48. poſt Cephal. dicto conſilio 33. numero 16. & cum hac diſtinctione tandem ad ſaluandas tot Doctorum contrarietates tranſibat in facti contingentia Senatus poſt multas diſputationes in quadam cauſa Nicien. per me relata, & vbi caſus poſtea contigit cum priori opinione plerũque iudicauit, vt in cauſis de quibus infra non obſtante deciſio. D. Ozaſci. quamuis idem Senatus quandoque me tñ contradicẽte aliter ſenſerit, aut ex antiquorum Senatorum in nouos, & diuerſę ſententię commutatione, aut pro circunſtantiarum varietate, vt infra dicam.

Illud autem notandum eſt non referre an ratificatio, quæ de iure requiritur, fiat ex interuallo poſt factam donationem, an verò ſtatim ſubſequatur, quia modo ius tertio non ſit quæſitum] ſemper poteſt ratificari donatio, & per donatarium acceptari, ita vt illi ius poſtea irreuocabiliter acquiratur per ea, quæ in ſimili de conſenſu poſt renunciationem ab abſente præſtando ſcribunt Doctor. & poſt eos D. Senator Sola in glo. 2. ad nou. conſtitu. titulo de alienatio. bonor. minor. nume. 18.

Amplia nunc ſupra factam concluſionem, &
6 priorem Caſtr. ſententiam, † vt procedat etiam ſi in donatione prima interueniat traditio per retentionem vſusfructus, quia illa æquiparatur conſtituto, & non habet potentiorem vim, vt per Bertrand. conſilio 173. numero 12. & ita præſupponit in caſu ſuo Caſtren. Tiraquell. dicta limita. 30. numero 53. Caſſan. conſilio 59. numero 18. verſi. nec in hoc. Caualcan. in tractatu de vſufruct. mul. relicto. numero 155. Nec mouet, quòd in contrarium innuere videtur Afflict. deciſio. 275. numero 7. & 8. quia ipſe loquitur in vero poſſeſſore virtute donationis, ſeu legati. Quamuis videatur contradicere Socin. Iun. dicto conſilio 218. numero 18. vide Natt. conſilio 374. numero 1. Eſt enim regula, quòd iſta reſeruatio habet effectum traditionis, & tranſlationis dominij. l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. & l. quiſquis. C. de donat. Lup. in rubrica de donatio. inter virum. §. 76. nume. 4.

Amplia ſecundò etiamſi fiat traditio in prima
7 donatione per † clauſulam conſtituti, & ita in terminis tenet Caſtren. in dicto conſilio 195. aliàs 171. libro 2. Socin. in l. 3. §. ſi iuſſerim. de acquiren. poſſeſſio. Dec. dicto conſilio 126. & in l. quo tutela. §. nec paciſcendo. vbi ſe remittit ad dicta per eum in l. contractus. numero 16. de regu. iur. Curt. Iun. 120. numero 3. Caſſan. conſilio 7. Alben. in dicto conſilio 36. Alcia. dicto conſi. 112. Tiraquell. dicta limita. 30. numero 53. Plot. in repetitio. dictę l. ſi quando. numero 12. Cagnol. in dicta l. fin. numero 272. & Socin. Iun. ſibi contrarius conſilio 126. lib. 2. Rub. conſi. 117. Grat. conſilio 36. nu. 33. Didac. dicta rubr. de teſtamen. par. 3. numero 13. verſic. eſt tamen neceſſaria. Didac. Burgen. d. q. 10. nu. 20. & ita vr̃ quo ad acquiſitionem poſſeſſionis ſentire Ozaſc. in d. deciſ. 33. numero 12. Quamuis contrarium tenuerint Socin. conſilio 90. libro 3. Ruin. conſilio 172. colum. 4. libro 1. Roland. dicto conſilio 19. numero 23. Socin. Iun. dicto conſilio 67. libro 3. Pariſien. dicto conſilio 60. numero 23. Decian. dicto conſilio 1. numero 19. & ſequen. volum. 3. qui plures citat. Ludouic. deciſio. Peruſ. 29. numero 13. & 15. par. 1. Caualcan. dicta deciſio. 42. nnmero 28. & 29. ratio eſt, quia propter conſtitutum, & hypothecam non requiritur præſentia, nec poſſeſſio. Boer. conſilio 37. numero 2. Verùm iſtorum opinio falſiſſima ex eo redditur, quod poſſeſſio animi eſt & facti, quæ non interueniunt, ſi donatario abſenti fiat. Ideo meritò illam in dicta cauſa Nicien. reiecit Senatus, & videtur de mente Ozaſci hæc reſponſio in dicta deciſio. 33. numero 12. cir. fin. ideo poterit limitari hæc ampliatio, niſi ſequuta fuiſſet donatarij ratificatio poſt factam donationem re adhuc integra: nam tunc conſtitutum poſſeſſionem poterit transferre. l. quod meo. cum ibi nota. D. de acquir. poſſ. hoc enim caſu & animus, & factum interueniũt, quæ duo veram rei poſſeſſionem conſtituunt, & cum hac limitatione concordari poterunt Doctorum authoritates ſupra adductę.

Ampliatur tertiò prædicta concluſio, vt pro-
8 cedat etiamſi vltra conſtitutum † adeſſet iuramentum prout expreſsè voluit Alciat. in dicto conſilio 111. & in capit. cum contingat. numero 335. de iureiur. Grat. conſilio 25. libro 1. Cagnol. in dicta l. fin. numero 273. vbi ad hoc citat Bauer. de effect. iuramen. colum. 5. effectu 11. Dec. conſilio 412. & 598. in fin. Pariſ. conſilio 77. libro 1. numero 45. Roman. conſilio 451. numero 7. verſiculo 3. Apoſtilla ad Alexan. conſilio 185. numero 7. libro 6. & idem videtur velle Purpurat. in dicto conſilio 396. numero 64. dum loquitur in donatione iurata, & clarius in terminis conſilio 478. numero 28. libro 2. Craueta dicto conſi. 915. numero 4. Didac. Burgen. dicta quæſt. 10. numero 46. vbi plures allegat, & adfert bonam rationem. Gabriell. conſilio 112. nu. 7. quam ampliationem adeo veram eſſe quidam arbitrati ſunt, vt procedere illam exiſtimauerint in promiſſorio iuramento, puta ſi donans iuraſſet non reuocare donationem, ita Cagnol. in dicta l. fin. numero 273. vbi reſpondet ad rationem, quæ in contrarium allegari poſſet. Dec. dicto conſilio 432. in fin. Pariſ. dicto conſilio 77. numero 48. præſertim ſi clauſula huius iuramenti ponatur inter executiuas contractus, vt per Didac. in dicta. Rubr. de teſtamen. numero 13. colum. 2. & numero 14. Nam hæc clauſula ſolet apponi potius ex Notariorum ſtilo quàm aliter. Corn. conſilio 128. libro 1. Iaſ. conſilio 6 Dec. conſilio 305. Riminald. conſilio 48. numero 30. Tiraquell. in l. ſi vnquam. numero 122. C. de reuocan. donat. facit, quod latè notat Didac. in repet. capit. quamuis. de pact. libro 6. vbi vult, quòd promittens

tens non reuocare actum aliàs reuocabilem, vt conſtituno procuratoris quamuis reuocando efficiatur periurus, tamen poterit reuocare. gloſſ. reuocatus. in capit. fin. de procurat. libro 6. Roland. conſil. 6. nume. 22. libr. 1.

Sed contrarium, quòd ſtante iuramento reuocari donatio non poſſit, tenet Socin. Iun. dicto conſilio 118. numero 12. dicens communem. Rub. conſilio 73. & 117. Pariſ. conſilio 82. colum. 1. libro 1. Roland. dicto conſilio 19. numero 29. Alex. conſilio 31. numero 26. & 185. numero 8. lib. 6. Neuzan. dicto conſilio 35. numero 22. poſt Guid. Pap. conſilio 24. & quæſt. 222. & 23. nume. 4. Caualcan. dicta deciſio. 42. nume. 14. Pariſ. conſil. 69. numero 148. conſilio 90. numero 23. libro 3. Decian. dicto conſilio 1. numero 22. Purpurat. conſilio 353. numero 27. Burſat. dicto conſilio 118. dicens magis communem. Ancharan. quæſtio. familiar. libro 1. quæſt. 38. numero 6. Gabriell. de verbor. obligat. concluſ. 1. nume. 69. Guter. in rep. capit. quamuis. de pact. lib. 6. numero 55. & 58. Pro qua opinione ſtat gloſſ. in capit. quoties cordis. 7. quæſt. 1. vbi etiam abſenti per alterum quæritur propter iuramentum. Rom. conſilio 76. Grat. conſilio 12. numer. 9. P. Iacob. in act. teſtamen. colum. 14. ſicque concurrunt duo vincula ſcilicet ſtipulatio notarij, quæ ius abſenti acquirit, & iuramentum, vnde magis operabitur. Præterea vrget regula, quòd iuramētum ſupplet præſentiam, vt per Alexan. Iaſ. & alios. in l. ſtipulatio. §. alteri. de verbor. obligat. Alexan. dicto conſilio 31. colum. pen. lib. 6. & in terminis ſtipulationis per notarium factæ ita tenet Rolan. in dicto conſilio 6. numero 50. & iuramentum eſt implendum in forma ſpecifica. vt per Afflict. deciſio. 162. nume. 2. & 3.

Verùm ad gloſſ. in dicto capit quoties cordis. reſpondet [redacted] in dicto conſilio 185. opinionem illam non eſſe practicabilem nec veram, & Gabriell. dicto conſilio 112. numero 7. & Iaſ. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. dicit Vltramontanos communiter tenere contrarium, vt refert Gabriell. in dicta concluſ. 1. numero 71. & ſcribit Corn. conſilio 211. numero 3. libro 3. quòd illa gloſſ. hoc non probat.

Pro concordia harum opinionum ego diſtinguebam prout in donatione inter virum, & vxorem facta ſupra deciſio. 32. diſtinxi, quòd aut ſitmus in aſſertorio iuramento, & tunc procedat prima opinio, aut verò ſumus in promiſſorio, quando donans promittit cum iuramento non reuocare nec vllo colore, vel cauſa, vel alio modo contrauenire, & tunc procedat ſecunda opinio, falſaque reddatur illorum ſententia, qui expreſsè voluerunt talem donationem reuocari poſſe: nam iuramentum eius virtutis eſſe nemo neſcit, vt quo ad donantem faciat actum irreuocabilem per ea, quæ pulchrè dicit Didac. variar. reſolut. capit. 14. numero 13. & cum hac opinione, quòd ſtante tali iuramento promiſſorio non poſſit prima donatio etiam non ratificata per donantem reuocari ab ipſo donante ratione iuramenti. tranſiuit Senatus in cauſa Secuſię referente Domino Senatore Guerillo Compatre meo honorando. 27. Iulij. 1584. quamuis aliqui ex Dominis contradicerent. Qua opinione ſtante non ob. ratio Didaci in dicto capit. quamuis. quia hic non apponitur iuramentum actui regulariter reuocabili, vt eſt teſtamentum, & mandatum, & ſimiles, ſed actui regulariter irreuocabili, vt eſt donatio. Nã, vt rectè in his terminis ſcribit Borgnin. dicta deciſio. 41. numero 7. per iuramentum, quæ de ſui natura ſunt reuocabilia, efficiuntur irreuocabilia, ergo multò magis, quæ naturaliter irreuocabilia ſunt; vide Purpurat. dicto conſilio 478. numero 28. libro 2. & iterum cum hac opinione tranſiuit Senatus in cauſa, de qua dico infra in quinta limitatione.

Ampliatur quartò ſuperior concluſio, vt procedat etiam ſi adeſſet reſcriptum. Principis Curt. Iun. dicto conſilio 120. numero 2. poſt Caſtren. conſilio 171. Aretin. in l. qui abſenti. numero 4. de acquir. poſſeſſ. Alexan. conſilio 24. numero 9. libr. 5. imò etiamſi donatio ab ipſo Principe facta fuiſſet, vt per Didac. Burgen. in dicta. quæſt. 10. nume. 2. & ſequen. & per totam quæſtionem, ſicut etiam dicimus in inueſtitura quamuis frater pro fratre ſtipularetur. iuxt. Alexan. in dicto conſilio 22. numero 2. libro 5. qua de re latè Gabriell. de verbor. obligat. concluſ. 1. Cephal. conſilio 302. numero 13. libro 3. habet enim etiam in feudis locum regula. l. quoties. C. de rei vind. vt latè per Doctores ibi, & in capit. ſi facta. ſi de feu. defunc. content. ſit inter donu & agna. qua lege & Princeps ipſe ligatur, vt ibidem aliqui è Doctoribus tradunt. Sed de hac re vti in Illuſtri, & lariſſima diſputatione ampliſſimus campus alijs diſſerendi relinquitur, & in quibuſdam centurijs feudalibus propediem prodituris notatum abundè lector ſtudioſè reperies: interim ampliationem hanc veram iudico, etiam ſi de ipſius Principis præiudicio tractaretur, nempe ſi poſt donationem abſenti factam donans delinquat: nam tunc donatarius fiſco præfertur, ita cenſuit Senatus in cauſa Calui, de qua dicam infra deciſio. 124.

Amplia quintò priorem opinionem quam firmauimus vt procedat, quamuis donatarij hæres
9 poſt mortem † ipſius donatarij ratificaſſet: nam donatarij hæres non poteſt ratificare talem donationem, ita reſpondit Natt. conſilio 258. numero 9. Alciat. libro 1. parerg. capit. 13. Caſtren. dicto conſilio 195. Alexan. dicto conſilio 24. numero 10. libro 5. Rube. conſilio 132. Didac. Burgen. dicta quæſtionē 10. numero 37. Ratio, quia donatio abſenti facta per mortem ante ratificationem ſequutam annullatur. l. ſi inter. Do. de rebus dub. & per Alexan. conſilio vigeſimoquarto libro 1. Cephal. dicto conſilio 440. numero 31. & 35. Poſt mortem enim donantis, ſiue donatarij res non poteſt dici amplius integra, ideo ratificatio in vita fieri debet, vt dicit Didac. quæſtione 10. numero 36. Hæc tamen opin. & ratio Alexan. mihi non ſatisfacit: nam ſtante pro vera ea ſententia quam nos ſequimur, quòd ab initio valeat donatio, ſed reuocari poſſit dum in pendenti

eſt,

eſt talis reuocatio, quia pōt hæres, defuncti donata
rij perſonam repræſentās eam donationem acce-
ptare, & irreuocabilem reddere. Et hoc tantò
magis ſi ea donatio expreſſim facta legeretur pro
donatario, & eius hæredibus. Et ideo ſequor in
hoc aliorum contradicentium opinionem, inter
quos eſt Tiraquell. in dicta limitatio. 30. numero
68. & 73. Didac. Burgen. dicta quæſtione 10. nu-
mero 39. & dixi ſupra numero 5. verſicu. & ideo.
vide Caualcan. in dicta deciſio. 42. numero 22.
& 23. Guter. in dicto capit. quamuis. numero 57.
Plot. in dicta repetitio. l. ſi quando. numero 12.
Caſſan. dicto conſilio 57. Zoarez. in dicto verbo
donatio. in fin. Didac. dicta rubrica de teſtamen.
par. 3. numero 13. verſicu. quibus minime. & ideo
contra hac ampliationem optimè fuit per Sena-
tum iudicatum. faciunt, quę dixi ſupra numero
5. & deciſ. 32. numero 13. Non obſtat text. in l. ſi
inter. vbi donatio etiam præſenti facta per dona-
tarij mortem reuocatur, quia ille text. non proce-
dit in donatione iurata, & nota bene illum text.
quia eſt ſingularis, & mirabilis in caſu ſuo. Non
autem poterit, ſimilis facultas attribui hæredi do-
nantis, quia ipſe reuocare non poterit cùm reuo-
catio non tranſeat ad hæredes Bartol. & alij in l.
qui Romæ. §. Flauius. D. de verborum obligatio.
Vincent. de Franch. deciſio. 339. par. 2. vbi vide
de hoc. & ſi ſit iurata videtur hoc eſſe clarum,
quia illius effectus tranſit in hæredes iurantis.
Guido Pap. quæſtio. 190. numero 5. facilius enim
tranſmittitur obligatio facti in hæredem promiſ-
ſoris quàm in hæredem ſtipulantis. Bartol. & alij in
l. 4. §. Cato. quæſt. pen. in fi. de verb obligat.

Amplia ſextò etiamſi prima donatio facta fuiſ-
10 ſet † loco pio. Caſtren. in l. illud. C. de ſacroſan.
Eccleſ. Curt. Iun. dicto conſilio 120. nume. 2. Natt.
dicto conſilio 253. numero 9. Pariſ. dicto conſilio
77. numero 37. Iaſ. in dicto. §. Flauius. cuius dictum
ſimpliciter refert, & ſequitur Grat. conſilio 25. nu-
mero 16. libro 1. Guid. Pap. conſilio 24. numero
11. Didac. dicta quæſt. 10. numero 10. licèt ſtipula-
ri alteri poſſit fauore pię cauſę, vt per Gabriell. di-
cta conclu. 1. numero 72. Vnde contrarium tenuit
Ludouic. deciſio. Peruſ. 29. numero 10. & 18. vbi
dicit hanc opinionem eſſe veriorem, melioribus
rationibus fulcitam, & videri ſibi magis commu-
nem, & pro ea conſuluiſſe dicit Guter. in dicto
capit. quamuis. numero 60. Sed contrarium nouiſ
ſimè defendit Cephal. in dicto conſilio 440. nu-
mero 12. Ego tamen multum dubito cùm, dona-
tio fit loco pio fauore animę, quia tunc dona-
tio cenſetur facta Deo, in quem non eſt neceſſaria
poſſeſſionis tranſlatio cùm ab eo, & per manus
ipſius tanquam vſufructuarij nos poſſeſſionem
nanciſcamur, remaneatque ille ſupremus, & pro
prietarius dominus, ideo cogita.

Amplia vltimò ſupra factam ſecundam con-
cluſionem, vt multò magis procedat, quando
donatarius reſpectiuè ad aliquid tenebatur. iuxt.
nota. per Aretin. in dicta. l. qui abſenti. de acquir.
poſſeſſ. numero 4. Rub. conſilio 117. Roland dicto
conſ. 19. Pariſien. ad Alexan. conſ. 22. num. 2. lib. 5.

Limita nunc, & declara ſupra dictam primam
concluſionem, quòd donatio ſit reuocabilis ante
11 ratificationem, vt non procedat † ſi fiat in iudi-
cio, & iudex decretum ſuum interpoſuerit, iuxta
Pariſ. conſilio 69. numero 149. libro 3. Barba. con-
ſilio 40. numero 9. libro 2. ſed hanc limitationem
ego non credo de iure veram, quia quo ad donan
tem res eſt integra, & quo ad donatarium bene-
ficium in inuitum non confertur. Verùm propter
conflictum Doctorum in hac principali quæſtio.
contraria ſentientium, & ſibi inuicem pugnan-
tiū ęquius fortè erit cum hac limitatione tranſi-
re, cùm magnorum virorum authoritate fulcia-
tur, nec hactenus contradicentem inueniam.

Limita ſecundo, ſi ſaltem tacita ratificatio inter
12 ueniſſet, quia tunc † donatio prima firma eſt,
nec per donantem reuocari poterit, idem enim
eſt ac ſi expreſsè ratificaretur. Ita expreſsè tenet
Viu. in dicto verſicul. donatio. in fin. veluti ſi do-
nans eſſet præſens, & tacens. Didac. d. par. 3. num.
13. verſicu. verum ſi donatarius. dicens commu-
nem. Præſumitur enim tacens ad ſui commo-
dum conſentire, & facit illud carmen vulgatum.

Quis niſi mentis inopt oblatum reſpuat aurum?

Quinimo videtur ſufficere ſolam ſciētiam. Guid.
Pap. quæſtio. 23. numero 12. Roman. conſilio 295.
& 353. Aretin. in dicta l. qui abſenti. numero 4.
Neuizan. dicto conſilio 35. numero 22. verſicul.
præſertim. Guter. in dicto cap. quamuis. numero
59. P. Nunez. de exequend. manda. reg. par. 2. capi.
1. numero 2. Cranet. conſilio 261. Roland. conſi-
lio 19. numero 34. & conſilio 4. volumi. 2. vbi
iſtud ampliat etiam in ſcientia præſumpta ex
conſanguinitate, & longinquitate temporis. Ca-
ualcan. dicta deciſio. 42. numero 24. & 25. Burſat.
dicto conſilio 33. numero 5. & ſi in donatione
non dicatur de abſentia, in dubio præſumetur prę-
ſentia fauore actus, vt dicit Boer. dicta deciſio. 353.
numero 3. Caualcan. dicta deciſio. 42. numero 18.
licèt contrarium velit Balb. de præſcriptio. dicta
quæſtio. 3. Ancharan. quæſtionum familiar. libro
2. quæſtio. 29. nu. 14. Vnde ſi tempore factę dona-
tionis vterque donans, & donatarius eſſent in ci-
uitate eadem, & eodem die, & coram eiſdem
teſtibus alter alteri donationem feciſſet, valeret do
natio etiam abſque ratificatione per ea, quæ in
ſimili tenuit Bellon. conſilio 5. numero 14. & 16.
& hac coniectura attenta ita nouiſſimè cenſuit
Senatus totus congregatis claſſibus in cauſa ma-
gna hæreditatis Domini Ferrantis Vitelli Roma-
ni, pro bonis multis. quę in hac patria decedens
reliquerat, referente Do. Cerua. 1587. 15. Nouem-
bris, de qua etiam cauſa infra dicam deciſio. 199.
Eſt & alia acceptationis coniectura, & præſum-
ptio ſi donatarius primus reperiatur poſſidere,
quia præſumitur ratificaſſe, & poſſidere ex ea cau
ſa donationis præambula, ita expreſsè tenet Soci.
Iun. conſilio 67. libro 3. Afflict. deciſio. 275. teſta-
tor numero 8. Bald. in l. nec ambigi. de donatio.
& idem Afflict. deciſio. 393. numero 8. & hic caſus
apud

apud me nullam haberet difficultatem attenta regula.l.quoties.C.de rei vindicat. licèt in hoc contrarium, & malè iudicio meo ſentiant Dec. conſilio 239. nume. 6.Aretin.conſi.17.colum.4. Curt. Iun.dicto conſi.129.nu.4.addit.ad Gui.Pap.quæſt. 220.& 221.

Limitatur tertiò dicta opinio, ſi vltra nota-
13 rium interueniat alia perſona, † quæ pro abſente acceptet.Alben.conſilio 36.poſt Barto. in l. ſi ego. D.de negot.geſt.præſertim ſi eſt perſona,quæ poſſit prætendere intereſſe, vt pater pro filio. Pariſ. conſilio 25.numero 51. libro 3. Dec. conſilio 226. colum. 1. 229. colum.3. Alben. dicto conſilio 36. numero 4. & 5. quia pater rectè filio in poteſtate ſtipulatur, licèt contrarium ſenſerit Barbat. conſilio 40. numero 6. & 7.libro 2.& Grat. dicto conſilio 25.numero 19. vbi nec etiam actionem per matrem filio quæri voluit. Et hoc caſu ita efficaciter tenet donatio, vt etiam ſi reuocetur ante acceptationem cum conſenſu patris, vel alterius perſonæ, qui cum notario abſentis nomine acceptauit, tamen reuocatio non ſubſiſtet: nam &
14 † notarius ipſe, qui ſtipulatus eſt, reuocare donationem non poterit, vt per Afflict. in dicto capit. Baiulos. numero 43. quod tamen videtur contra regulam iuris,quæ eſt,vt omne vinculum eo modo diſſolui poſſit, quo colligatum eſt. l. nihil tam naturale. de regu. iur. ſed reſpondebatur. id non procedere poſt ius quæſitum tertio abſenti, & propterea quamuis ego tenerem contrarium, limitationem prędictam probauit Senatus in prædicta cauſa Secuſię. faciunt ſcripta per Donell. in dicto §.alteri.numero 13.& 14. & numero 59. & per ſtipulationem acquiri filiæ irreuocabiliter ob præſentiam patris cenſuit Senatus. 1590. 12. Ianuarij.

Fallit,& limitatur quartò, ſi notarius ſtipuletur
15 pro † infante. Alben. dicto conſilio 36. numero 2. & ita loquitur Bald. in allegata.l.cum à ſocero. ſicut etiam dicitur, quòd fauore infantis quæritur per notarium directa actio. Afflict. in dicto capit. Baiulos.numero 42. in fin.ſed tunc requiritur ratificatio.cùm maior fuerit, vt dicit Didac. dicta quæſt. 10. numero 18.& ita ſemper ego conſulerem ad maiorem cautelam, quamuis magnus ſit obex huic cautellæ l. donatarum. C. de acquiren. poſſeſſ.

Quintò limitatur, ſi primus contractus ſit ex
16 cauſa † lucratiua, & ſecundus ex cauſa oneroſa: is enim,qui eſt cùm ſtipulatione notarij ſolius præfertur altero præſente parte, qui erit ex lucratiuo titulo.Iaſ.in l.quoties. de rei vindi. facit, quòd l. ſi me,& Titium. non habet locum contra poſſeſſorem oneroſum. Alex. conſilio 59.numero 3.lib.1. Et quamuis contra hanc limitationem tenuerit Senatus nuperrimè referente doctiſſimo Senatore Manfredo Goueano die 10. Aprilis 1589. Tamen id fuit, quia in tali donatione multa concurrebant, quæ abſentiam donatariorum ſupplebant. Primò, quòd Notarius ſtipulabatur. Secundò iuramentum. Tertiò frater pro fratribus condonatarijs etiam acceptabat. Quartò fiebat donatio ab auia nepotibus ex filio. Quibus omnibus concurrentibus iuxta conſi. D.Crauc.915. cenſuit Senatus locum eſſe donationi etiam in odium tertiorum creditorum, quamuis frater, qui acceptauerat reuocationi donationis in fauorem tertiorum conſenſiſſet. potuit enim reuocari donatio, quo ad eius portionem, non autem quo ad alios fratres condonatarios, quibus ius erat iam quæſitum.

17 Denique limitatur ſi donatio fiat coniunctæ perſonæ & dilectæ, vt ſi pater donet filio, quia tunc acquiritur ius filio abſenti irreuocabiliter Notario ſtipulante, & iuramento interueniente, vt per Crauet. conſilio 915. Diuino ſubſidio. & ita cenſuit Senatus in cauſa Guerrę,& Lexonę,referente D.Crauceta.1589.13.Martij.

Vſus paſcui, ſiue ipſius paſcui diuiſio an peti,& fieri poſſit.

DECISIO LXXI.

1 *Diuiſio paſcui communis peti non poteſt. contra numero 2.*

VSVS paſcēdi in quodam monte cōmunis erat duarum communitatū in Comitatu Niceę. Altera q̃ minorē numerū habębat,& perſonarū, & pecudū, prouocabat ad diuiſionem, quæſitum eſt an diuidi deberet. Qui-
1 dam putabant, † diuiſionem peti non poſſe per l. vſus pars. D.de vſu, & habitatio. cuius text. rationem ponit Alciat libro 1. paradoxor. capit. 17. ſi enim partes non recipit, ergo nec diuiſionem, vt latè per Bartol. & doctores in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 2. oppoſit. & in 4. quæſtio. D. de verborum obligatio. & licèt creſcant perſonæ, ſemper tamen idem omnibus debetur vſus, vt per Barto.in l.4.§.Cato. quæſtio.6.D.de verborum obligatio. & pro hac opinione faciunt, quæ ſcribit Cepol. de ſeruit. ruſti.prę̨d.c.9.nu.22.& nu.38. in princi.

Contrarium tamen cēſuit Senatus, quia etiam in vſu locum habet remedium titu. communi diuidun.l.item quamuis.§.ſi vſus. commu.diuid. Licèt enim ſeruitus diuidi non poſſit,tamen diuidetur commoditas per regiones camporum, vt tradit Cepol.dicto numero 22.capit.9.facit.l.com muni diuidundo. §. cum de vſufructu. D.communi diuidun. Si verò id fieri non poteſt, fiet diuiſio per tempora, vel numerum pecorum, vt idem Cepol. in dicto capit. 29. numero 38. ſcribit. & ad tales diuiſiones deuenitur propter cauſas, quas ponit idem Cepol.nu.39.eod.capite,præſertim verò diuiſionem recipiet, quando ſolum eſt proprium cuiuſque.l.4.§.de puteo.D.commu. diuidun.

Paſcui diuiſio qualiter inter plures cõmunitates fieri poſſit.

DECISIO LXXII.

1 *Diuiſio paſcui communis quomodo fiat, ſi vna communitas ſit numeroſior altera, & nume. 2.*

3 *Communio in dubio intelligitur in duas æquales partes.*

DVBITABATVR vlterius in cauſa de qua ſupra, quomo-
1 do † fiat talis paſcui diuiſio inter plures communitates ſi vna & hominibus, & pecoribus altera numeroſior longè ſit. Nam communitas pluriũ perſonarum petebat fieri habita ratione capitum, & iuxt. l. quærebatur. cum l. ſequen. D. ad l. Falcid. eo quòd plus de monte fuiſſet habitura, cùm pluri egeant decem pecora, & perſonę quã quinque. iſtud videbatur decidi per text. in l. teſtatrix. §. fin. D. ſi ſeruit. vindicet. iuncta l. Imperatores. D. de ſeruit. ruſticor. prædior. vbi fit diuiſio pro rata prædiorum, & ſic, qui plus poſſidet plus habet de vſu rei communis: & hoc in terminis paſcuorum decidit Calcan. conſilio 34. colum. 3. per l. pecoriſcum. ſequen. de ſeru. ruſt. prædior. Franciſc. Marc. deciſio. 213. allegabatur etiam pro hac parte conſilium Crau. 153. nume. 1. Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. caſu 245. ſed hi duo non probant: nam Crau. loquitur de vſu paſcendi duntaxat non de ipſius proprietatis diuiſione, prout etiã loquitur in conſilio 60. Menoch. verò poſt Didac. Bertrand. P. Nunez & alios numero 14. caſum iudicis arbitrio decidendum relinquit. melius hanc quæſt. pro hac parte videtur decidere Alberic. poſt Odofred. in l. vſus pars. D. de vſu. & habitat. vbi vult, quòd ſi legatus duobus ſit vſus paſcui, qui ſufficit decem equis, & vnus habeat tres, alter verò ſeptem, diuidatur vſus paſcui, vt vnus habeat 7. partes. alter tres.

Contrarium verò dicebat communitas minus
2 numeroſa, † pro qua faciebat, quod dicit idem Alberic. in dicta. l. vſus pars. vbi vult, quòd quando illud paſcuum legatur duobus, quorum vnus habet decem equos alter 100. diuident æqualiter, ratio eſt, quia ita abſorbent totum paſcuum 10. ſicut centum. Ita in caſu iſto toto monte frueretur hæc communitas, ſicut altera, quæ eſt numeroſior. Vlterius adducebatur, quòd hæ communitates licèt haberent vſum paſcui, tamen ille non erat propriè vſus, quia habebat etiam omnes fructus, item & proprietatem montis communiter, vt dicebant inſtrumenta antiqua, quæ communio
3 † in dubio intelligitur in duas æquales partes. Leriã partis. de vſufruc. ex quibus coniecturis fit, vt res diuidi debeat æqualiter, non pro modo perſonarum, vt eſt pulcher text. in dicta. l. Imperatores. de ſeruit. ruſt. prædior. 2. reſponſo. Mons enim ipſe erat communis ipſarum communitatum, & æqualiter diuidebant mulctas & alia, & licèt diceretur in inſtrumentis, quòd communiter eo vti poſſent ad paſcua & ſimilia, dictio illa *Vſus*, impropriè ſumebatur, cùm res ſua nemini ſeruiat, & ſic eſt vſus cauſalis & improprius, non autem formalis, ideo ceſſant rationes in contrarium adductæ, & propterea ex his quæ diximus cenſuit Senatus æqualiter diuidendum montem. 1562. 29. Octobris. Carignani. Et iterum ita iudicauit in cauſa Valpergię, quæ contendebat de communia cum communitatibus Camagnę. Praſcen. & Praioni. Cenſuit enim diuidendam cõmuniam in quatuor æquales partes, & hoc 1570. 24. Septembris me referente.

Expenſæ factæ ante reperta inſtrumenta an per victum debeantur.

DECISIO LXXIII.

1 *Actor minus excuſatur quàm reus in expenſarum condemnatione.*

2 *Expenſarum condemnatio fit poſt inſtrumentorum productionem.*

HÆRES Intentauit remedium reintegrandæ iuſto errore ductus, quod etiam poſt mortem patris defuncti illius tutores bona poſſediſſent ipſius hæredis nomine. Reus, qui à patre emerat ignorans propter temporis diuturnitatem quis recepiſſet inſtrumenta, ſuccubuit in prima inſtantia, item & in ſecunda: in tertia verò repertis inſtrumentis hiſque productis obtinuit: quæſitum fuit, quid de expenſis ageretur. Quidam putabant actores in expenſis etiam primarum inſtantiarum condemnandos, quia cùm pater eorum alienaſſet, doloſè, aut ſaltem temerariè, (quod ſufficit iuxt. Didac. pract. quæſtio. capit. 27. colum. 2.) videbantur egiſſe, cùm debuiſſent ante curare, vt ſcirent vẽditionem à patre factam per. l. qui in alterius. D. de regu. iur. & tantò magis
1 in actore, qui venire debet bene inſtructus †, ideoque minus excuſatur quàm reus in expenſarum condemnatione, vt per Dec. in dicta. l. qui in alterius. Didac. pract. quæſtio. dicto capit. 27. colum. 6. in prin. item & quia etiam poſt productionem inſtrumentorum non deſtitiſſent à lite ſecundum opin. Dec. in dicta. l. qui in alterius. nume. 7.

Alij putabant reum in omnibus expenſis condemnandum vſque ad diem productionis inſtrumentorum, quia fuit in culpa retardando illam productionem, & ſic condemnandus propter talem tarditatem. Bald. & alij in capit. exceptionem. de exceptionib. ex eo, quòd agentes erant in bona fide.

Tertia fuit alicuius ex Dominis opinio, vt om-
nes expenſę compenſarentur tam factæ ante, quã
poſt productionem inſtrumentorum, propterea
quòd actor habebat duas ſententias pro ſe, vt te-
nuit Franciſc. Marc. deciſio. 244. ſed iſtam opinio-
nem non probauit Senatus.

Quarta fuit quorundam opinio, quòd eſſent
agentes excuſandi ex eo, quòd cùm reus, qui eme
rat, vix reperire poſſet inſtrumentum, tantò magis
excuſabuntur illi, qui erant hæredes, in quibus
nulla erat ſcientię præſumptio. Facit, quod not.
Dec. in dicta l. qui in alterius. numero 5. item & ex-
cuſandi eſſent rei conuenti, cùm non fuiſſent in
culpa talis retardationis. Verùm Senatus ſeu
maior pars Dominorum mediam viam ample-
ctens cenſuit expenſas primarum inſtantiarum
compenſandas, & etiam tertiæ vſque ad diem
productionis nouorum inſtrumentorum, vt com
penſetur culpa cum culpa ſi quæ fuit pro actori-
bus in non indagando iure partis, & pro reo in
non producendo inſtrumenta. iuxt. tradita per
Dec. in dicta. l. qui in alterius. numero 9. In expen-
2 ſis verò factis † poſt productionem inſtrumento-
rum cenſuit actores condemnandos, per doctr.
Barto. in l. ſi quis inficiatus. D. depoſi. & in l. prope-
randum. §. ſin autem alterutra. C. de iudic. nume.
2. Nec mouebatur Senatus ex opi. Decij in dicta
l. qui in alterius. numero 7. quia contra eam tenet
Socin. Iun. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu-
mero 71. de acquir. poſſeſſ. per rationes per eum
adductas, quas non repeto.

Minus obſtat ratio, quę ex dicta l. qui in alterius.
deducitur, quòd actor debeat venire paratus, &c.
quia huic rigori ex æquo, & bono ſuccurritur, vt
Iulianus ait in l. habebat. D. de inſtito. act. l. 4. §. vlti.
D. quod cum eo. l. 2. D. quan. de pec. act. anna.
eſt. Vnde meritò, & hic ex æquitate & reo, & acto-
ribus ſuccurſum fuit, & hæc nota quoniam ſingu-
laria, & quotidiana.

Quittatio generalis de aliqua bonorum adminiſtratione an peti poſſit.

DECISIO LXXIIII.

1 *Quittatio generalis vti captioſa per creditorem peti non poteſt.*
2 *Quittatio particularis peti poteſt etiam per inſtrumentum.*
3 *Quittatio generalis adminiſtrationis an peti poſſit, & nume. 4. & 6.*
5 *Text. in l. cum Aquiliana. D. de tranſa. declaratur.*
7 *Quittatio generalis à pupillo facta etiam cum decreto iudicis, & cum iuramento non tollit reuiſionem rationis, & ad qua extendatur.*

QVITTATIO Generalis re-
gulanter peti non debet per cre
1 ditorem, † quia captioſa eſt. l.
cum Aquiliana. D. de tranſact.
quem text. ad hoc ibi mirabi-
lem dicit Barto. quem ſequitur
Ang. Iaſ. & alij ibi, & Alexan. in
l. infinita. §. eleganter. numero 21. D. de dam. infec.
Felin. in capit. ſignificauit colum. fin de teſtib. Bar-
bat. conſilio 16. numero 7. libro 2. Damouder. in
patrocin. pupillor. in titu. de tutor. & curator. libe-
rat. capitu. 1. numero 8. & 9. vnde infert Barto. in
dicto. §. eleganter. quòd arbiter ratione compro-
miſſi generalis non poteſt compellere partes ad
faciendam generalem, quittationem imò quitta-
tio quantumuis generalis ob id reſtringitur, vt
latè per Crau. in conſilio 221. libro 2. per totum,
2 ſed quittatio particularis † à creditore peti poterit
etiam per inſtrumentum, vt per Barto. in dicto §.
eleganter. numero 3. Capell. Tholoſ. deciſio. 307.
vbi Aufrer. refert talis quittationis vtilitatem. Da-
mouder. in dicto capit. 1. nume. 9. cir. fin.

Sed quæritur, quid ſi non agitur de facienda
quittatione ſpeciali, puta vnius ſpecialis debiti, ſed
nec etiam de generali id eſt de omnibus, & qui-
buſcunque cogitatis, & incogitatis, prout videntur
loqui Doctores in locis ſupra citatis, & infra citan-
dis, & in terminis generalis adminiſtrationis, ſed
agitur de quadam adminiſtratione bonorum ge-
3 nerali, puta tutoris, vel inſtitoris, † & hoc caſu vi-
detur talem generalem liberationem peti nõ poſ-
ſe, tam ex regula dictę l. cum Aquiliana. cum ibi
traditis, quàm per text. in l. 3. §. contrarium. D. de
contrar. tutel. & vti. act. ibi.

Sed tantum de his, quę ei propter tutelam abſunt.

Et pro hac opinione faciunt illa omnia, quæ in his
terminis tradit Damouder. in dicto capit. 1. à num.
16. vſque ad 26.

In contrarium tamen videtur ęquitas: neque
4 enim ęquum eſt, † quòd is, qui bona fide nego-
tia geſſit redditis rationibus non liberetur, quia
aut ipſe aut filij fortè caſu amiſſis libris rationum,
poſſent in damno eſſe, & ſic officium eſſet nego-
ciatori damnoſum cõtra iuris regulas, & ideo no-
tabiliter voluit Barto. in dicta l. 3. §. contrarium. 2.
lectu. quòd licèt actio non competat tutori aduer
ſus pupillum pro generali liberatione ratione
adminiſtrationis, tamen competet ei officium iu-
dicis, allegat l. fin. C. de vſur. pup. & id æquum enã
eſſe, & vti tale admittere videtur Damouder. in di-
cto capit. 1. nume. 11. vbi proponit eiuſmodi quit-
tationis formulam, & capit. 2. numero 49. clariuſ-
que talis quittationis adminiſtratæ tutelæ petitio-
nem ipſe admittit in dicto capitu. 2. numero 45.
poſt Ancharan. conſil. 110.

Nec obſtat l. cum Aquiliana. quia Iuriſconſul.
5 ibi loquitur † in generaliſſima liberatione, quæ ca-
ptioſa eſt, cùm trahi poſſit ad incogitata, & ita
videntur exemplificare Doctores præſertim
Damouder.

Damouder. in dicto loco: ſecus verò in vna admi-
niſtratione, quia tunc magis eſt ſpecialis quàm ge
neralis quittatio, & hæc quittatio referretur ad
omnia, quæ adminiſtrationem concernũt; vt per
Ozaſc. deciſio. 58. numero 10.

Nec etiam ob. text. in dicta l. 3. §. contrarium,
6 quia † loquitur in pupillo, vt verba text. ſonant,
qui facilè poſſet decipi in tali liberatione, prout
etiam dicimus in ſimili, quod pupillus non poteſt
prouocare ad diuiſionem. gloſſ. in l. fin. C. com-
7 mun. diuidun. & ideo dicitur † quittationem ge-
neralem iſtius adminiſtrationis à pupillo factam
etiam cum decreto iudicis, & iuramento non tol-
lere reuiſionem rationis, & reliqua dolosè retenta.
Ancharan. conſilio 330. Socin. Sen. conſilio 159. &
conſilio 190. libro 2. & conſilio 92. libro 4. Pariſ.
conſilio 89. numero 19. libro 1. Caſtren. conſilio
342. libro 2. Dec. conſilio 349. in fin. Damouder. in
dicto capit. 2. numero 48. Borgnin. Caualcan. in tra
cta. de tuto. & curato. capit. 1. nume. 203. & de hoc
extat in patria noſtra decretum Sabaud. libr. 3. ſub
Rub. de quittationib. minor. quod ſuis gloſſ. orna-
uit D. Antonius Sola compater meus, & Senator
meritiſſimus, quem vide gloſſ. 5. numero 7. & 8. &
inclinabat Senatus in vna Nicien. 1589. die 23.
Octobris referente Do. Senatore Craueta, & hęc
quittatio generalis porrigitur ad cogitata tantum
in genere. Medic. in tracta. de nouat. quæſt. 1. nu-
mero 19. non autem ad incognita, & ad ea de qui-
bus captio eſſe poteſt. Grammat. deciſio. 103. nu-
mero 54. & ſic in Senatu in contingentia facti di-
ctum fuit talem quittationem generalis admini
ſtrationis peti poſſe. Anno. 1562. menſe Februarij,
vide ad materiam Afflic. deciſio. 319. Siluan. conſ.
49. nume. 50. & 54.

Laudimium an debeatur ex venditione facta cum pacto retrouendendi.

DECISIO LXXV.

1 *Laudimium an debeatur etiam pendente termino luendi, & nume. 2.*
3 *Laudimia duo debentur ex retrouenditione.*
4 *Laudimium non debetur ex venditione nulla.*

LAVDIMIVM, quod debet
emptor directo Domino ratio-
ne emptionis rerum feudalium
vel emphyteoticarum, an de-
1 beatur † etiam pendente termi-
no luendi, dubitatum fuit. Et in
hac quæſtio. plures opiniones re
fert Franciſc. Solſon. in ſua laudimior. lucerna cel-
lula 10. vbi latè examinat licèt confusè admo-
dum, & ſatis inordinatè loquatur: ſed breuibus,
& deciſiuè loquendo, Videbatur quòd non, quia
talis venditio non eſt omnino perfecta, ſed reuo-
cabilis, vnde cùm res poſſit reddi ad nihilum, non
deberet interim ſolui laudimiũ, & ita poſt mul-
tos ab eo relatos tenet Boer. deciſio. 182. numero
39. & 234. in fin. qui tamen videtur loqui iuxta
conſuetudines Galliæ, quæ in caſu hoc variæ
ſunt, vt per Tiraquel. de retract. conuentioua. §. 6.
nu. 4. & hæc ſapit æquitatem.

Contrarium tamen iudicauit Senatus bis anno
1561. & anno 1572. quia † re vera non obſtante
2 pacto de retrouendendo eſt venditio perfecta, vt
latè Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. gloſſ. 1. nu-
mero 34. multa adducens pro, & contra; & in ter-
minis, quòd debeatur laudimium, tenet idem
Tiraquell. dicto titu. de retract. conuent. §. 6. nume.
19. qui etiam plus dicit ſcilicet, quòd facta retro-
3 uenditione † duo debebuntur laudimia, quam ſen
tentiam latè ſequitur, & examinat Cagnol. in l. 2.
numero. 237. C. de pact. inter empto. & ſequitur
Solſo. vbi ſupra num. 20. vbi tamen dicit ex con-
ſuetudine Barcinoniæ deberi medium laudimiũ
pro quolibet contractu, ſcilicet medium pro pri-
ma venditione, & medium pro ſecunda vendi-
tione, & ſic vnicum laudimium, & ita iudica-
tum teſtatur; mihique non diſplicet hæc conſuetu
do vti æquiſſima, & ibidem nume. 28. dicit com-
munem opinionem omnium doctorum eſſe, vt
vnicum debeatur laudimium. Cęterum diſcre-
pant Cagnol. & Tiraquel. in eo, quòd hic velit
tunc demum ſecundum deberi laudimium, quan
dò pactum de luendo eſt appoſitum ſeparatè ex
interuallo, alter verò ſimpliciter etiam ſi incon-
tinenti, niſi adhibeatur cautela in modo profe-
rendorum verborum, ita vt non dicatur de retrò
uendendo, ſed de re reſtituenda mediante eo prę
tio. Quam tamen cautelam ego non probarem,
quia reſtitutio fieri non poteſt, niſi reſoluta pri-
ma venditione, & facta alia noua retrouenditio-
ne. Quid enim aliud eſt reſtituere rem mediante
pretio quàm retrouendere cùm interueniat res,
conſenſus, & pretium, & plus inſpici ſoleat, quod
agitur quàm, quod ſimulatè concipitur. Et ſupra
dictam opinionem in his terminis tenuit D. meus,
& compater D. Amedeus à Ponte Camerę com-
putorum Patriæ Pedemontanæ primus Præſes
olim collega noſter, & nunc in Excellentiſſimo
Senatu primus Præſes meritiſſimus in doctiſſimo,
& elegantiſſimo ſuo tracta. de Laudim. quæſt.
37. vbi refert etiam ſupra relatas Senatus ſenten-
tias, & latè hanc quæſtionem examinat cum pul-
chra diſtinctione, ideo tu lector ipſum conſulito,
& Solſon. in ſupra allegato loco, qui pulchrè vo-
4 luit, quod ſi pactum retrouenditionis fuerit † adie
ctum in fraudem vſurarum ex quo contractus
nullus reddatur non debeatur laudemium, ita ibi.
nume. 7. verſiculo, & ſic ſi in fraudem. quia ex cõ-
tractu nullo nullum debetur laudemium. eãdem
ſententiam (pro qua iudicatum) tenuit incert. au-
thor in Prouincia. omnium Eccleſiar. fol. mihi 43.
verſiculo vendita fuerat. vbi reſpondet contrarijs.

Pœna delicti minuitur ob temporis diuturnitatem: declaratur text. in l. ſi diutino. D. de pœn.

DECISIO LXXVI.

1 *Lex ſi diutino. D. de pœn. declaratur, & numero 2. 4. 5. & 6.*

3 *Præſcribitur per 20 in criminalib.*

LEX ſi diutino. D. de pœn. ſecundum intellectum aliquorum
1 vult, quòd † ob lapſum longi temporis minuatur pœna delinquentis, & iſte communis videtur Barto. & aliorum Doctorum intellectus, quem videtur ſequi Balb. de præſcript. 4. par. 4 par. §. 2. quæro. verſiculo ſecundo limi. Marſ. ſingular. 454. curſus temporis. vbi dicit non poſſe tunc homicidam decapitari, & eſt de mente glo. ibi, & quòd minuatur tunc pœna tenet Ægid. Boſſ. in titu. de crimi. peracto. nume. 18. & Tiraquell. de pœn. molien. cau. 29. vbi ponit rationem. Cater. in §. homicidium. numero 368. Rainald. Corſ. libro 1. indagat. iur. capit. 19. licèt hanc communem ſententiam reprobent Ferrand. Coraſ. & alij infra citandi. Sicuti enim crimen recens acrius punitur, vt per Marſ. de rapt. virg. numero 178. & eſt text. in dicta l. ſi diutino. ita antiquum delictum mitius puniri neceſſe eſt.

2 Alij autem aliter l. illam interpretantes, † vt Bude. & Aegid. Perenot. intelligunt illam l. in verbis illis.

Si quis diu in reatu fuerit.

Non iuxt. communem intellectum de delicti vetuſtate, ſed quòd diu quis fuerit vti delinquens in reatu poſitus miſerè viuens, quaſi quòd ſcelera ſua tunc quaſi purgauerit: quam ſententiam comprobat authore Quintilia. & Sueton. idem Tiraquell. dicta cau. 29. numero 7. ſed mihi nullo modo probatur, cum à ſenſu illo. l. ſi diutino. penitus aborreat, nec eſt tuta aut veriſimilis. Ideo Clar. libro 5. ſententiar. §. vlt. quæſt. 60. verſiculo præterea poteſt. de leuioribus tantum criminibus loqui Iuriſconſul. ibi voluit. Ferrand. verò Adduenſis libro 1. explicat. capitu. 50. Reatum ibi accipit pro ipſa accuſatione criminis, ſiue vera ſit ſiue non, & vt ita dicam pro inculpatione, & cum eo videtur ſentire Duaren. libro 1. diſputat. anniuerſar. capitu. 19. Ego, vt dicam, quid de hac re ſentiam, exiſtimo cum Coraſ. doctiſſimo libro 2. Miſcella. capit. 20. reatum in dicta l. accipi pro ſtatu delinquentis, non vti Bud. accepit de delicto continuato, ſed donec reus ſit à culpa liberatus, vel damnatus, ſemper enim tunc reus criminis dicitur delinquens, & ita etiam accipi reatum poſſe teſtatur Stefanus Forcatul. in cupidi. iuriſperitor. capitu. 4. numero 7. ita vt ſententia Modeſtini eo loci iuxta communem noſtrorum ſententiam ſit, vt propter diuturnitatem temporis in quo reus in crimine ſuo neque ſolutus neque damnatus permanſerit, cùm inde res in iudicio deducta ſit, mitius puniatur; & ita vidi in Senatu noſtro practicari in quodam, qui nobilem quendam de Viola Marchiç, quē ex turre præcipitauerat lapſique erant quindecim anni, qui fuit relegatus ad Triremes. Item & in cauſa alterius Tarinetti, qui D. Ferrandum auunculum meum ex Comitib. Caſtrimontis cum alijs ſocijs graſſatoribus occiderat. Nam licèt is ob dominum occiſum, ſi recens fuiſſet delictum, debuiſſet non ſolùm laqueo ſuſpendi, ſed etiam in fruſta ſcindi & dilaniari, tamen fuit morti condemnatus ſimpliciter, & propter ordinem Principis, qui remigatoribus egebat, ad Triremes perpetuò damnatus, propterea quòd delictum iam 25. annis commiſſum fuerat, imo videbatur
3 omnino liberandus, quia † omnis actio fiſcalis viceennio extinguitur, vt Marcianus ait libro Baſilicor. 60. titu. 49. capitu. 3. vbi tamen Cuiac. ait id procedere iure veteri, quia hodiè ex nouella conſtitutione Imperatoris Baſilij actiones, quæ fiſco competunt pecuniariæ, & forenſes immortales ſunt, neque vllo tempore concluduntur. Verùm cùm hæc Imp. conſtitutio odioſa ſit, neque inſerta in corpore iuris, non erit ſeruanda, ſed ius vetus ſequendum, quòd firmatur ex l. querela. 12. C. ad l. Cornel. de Fals. ſed in hoc caſu fuit ille condemnatus propter atrocitatem criminis, ſed de his dicā infra ſuo loco.

Retenta igitur communi explicatione illius l. ſi
4 diutino. Declara † nunc, vt procedat ſi nūquam contra illum reum actum eſſet, ita vt nulla fuiſſet ſequuta condemnatoria ſententia, vt ibi per Bart. cui declarationi repugnat ſecundum Rainal. dicto capit. 19. 2. pars illius. l. vbi Iuriſconſul. non ita vult puniri veteres delinquentes, quàm qui in recenti ſententiam accipiunt, & ſic condemnatos, ſed hæc ſententia non arridet.

5 Declara † ſecundò, vt requiratur, quòd ille poſtea ſemper bene vixerit, vt per Tiraquell. dicta cauſ. 29. numero 5. & 7. nam hoc caſu leniri pœna ſolet, vt iuribus, & Plinij authoritate pulchrè docet Forcatul. in dicto capit. 4. numero 5. Rainal. Corſ. dicto capitu. 19. vbi dicit ſufficere ſi per triennium bene reus vixerit.

6 Tertiò intelligitur in delicto † momentaneo, vt in homicidio, vulnere, furto, blaſphemia, & ſimilib. nam tunc bene mitius punietur reus, ſecus in delicto continuato, vt adulterio, vſura, hæreſi, & eiuſmodi, vt dicit gloſſ. in dicta l. ſi diutino. Tiraquell. dicta cau. 29. numero 3. Balb. dicta par. 4. 4. par. principa. §. 2. quæro de præſcriptionib. ex qua declaratione impugnatur Budęi ſententia ſuperius relata: tūc enim tantò maiora videntur delicta quantò diutius infelicem animam detinent eo crimine alligatam.

Mora purgatur, etiam ſi ſit dies, & pœna ſi incontinenti aliquid fiat, & quando quid incontinenti factum dicatur.

DECISIO LXXVII.

1 *Mora regulariter non purgatur vbi eſt dies, & pœna.*
2 *Mora purgatur in præparatoriis iudiciorum, modo in continenti purgetur.*
3 *Incontinenti factum quando quid dicatur.*
4 *Fugiens è carceribus ſi incontinenti redeat non punitur, nec habetur pro confeſſo.*

MORA non purgatur regulariter, vbi eſt dies & pœna, quæ
1 interpellant pro homine, † vt per Doctores in l. & ſi poſt tres. D. ſi quis caut. & in l. ſi inſulam. D. de verbor. obligat. vbi Rip. numero 37. allegat multa iura, & dicit communem. Fallit tamen hæc regula pluribus modis, vt per Rip. in dicta l. ſi inſulam. numero 42. & 45. & præſertim in præparatoriis iudiciorum, per text. in l. & ſi poſt tres. & ibi hoc tenet Barto. ponens rationem, & ſequitur Alexan. ibi, & Iaſ. numero 20. Seyſell. in dicta l. ſi inſulam. numero 19. Rip. numero 61. verſiculo ex
2 nona. † quod tamen ſublimita, & intellige dummodo incontinenti mora purgetur, vt dicit idem Seyſell. in dicta l. ſi inſulam. numero 27. & communem dicit Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2.
3 caſ. 7. in princi. Incontinenti autem † quid fieri dicitur non ſtatim, ſed cum temperamento, idque arbitrio iudicis. Barto. & Doctores in dicta l. & ſi poſt tres. vbi Alexan. dicit communem, & Rip. in dicta l. ſi inſulam. Menoch. dicto caſu 7. numero 13. ita vt iudex ſpatium aliquod cum temperamento tribuat, iuxt. Pauli interpretationem in l. 1. §. item ſi ita. D. ad l. Falcid. in l. quod dicimus. 105. D. de ſolut. idque apertè Sceuola ſcribit in l. ſi ita. 135. §. Seia cauit. in fin. D. de verbor. obligat. & boni prætoris eſt talem reſtitutionem in modica mora dare, vt egregiè Marcellus ſcribit in l. diuus. D. de in integr. reſtitut. hancque interpretationem iuſtam (hoc eſt propriam) alibi idem Paulus nominat in l. ſed & ſi alia. D. de conſtitu. pecun.

Ex quibus inferebam in facti contingentia, quod Do. Melchion Carretus, qui fuit condemnatus in ſcut. 600. ex eo, quod non comparuerat perſonaliter in die aſſignata, potuit ſe conſtituendo in carceribus illinc ad octo dies allegando non potuiſſe prius venire, moram, & contumaciam purgaſſe, & ita iudicatum fuit in Senatu. 1568. Menſe Octobris, & audio ita ſemper ſolitum obſeruari, vt poſt breue tempus, licèt ſint pœnæ declaratæ, poſſit mora purgari, præſertim cum ius fiſci non ſit factum detenus, per dictã l. & ſi poſt tres. Neque enim vt Iuriſconſul. ait magnum damnum eſt in mora modici temporis. l. ſi debitori. D. de iudi.

Item & ex ſupradictis infertur, quòd ſi quis au-
4 fugerit è carceribus, † inde ſe ſponte conſtituerit incontinenti, vel etiam poſt 8. dies non poſſet pœna effractionis carceris, & cõfeſſionis delicti coherceri, ſed alia leuiori propter inobedientiam, quia habuiſſe dicitur tunc, animum redeundi. Grilland. in tracta. de relaxat. carcerator. §. nunc videndum. numero 11. & 12. Grammatic. inter criminal. conſilio 57. numero 1. ita vt non ſit locus torturę, & ita iudicatum in cauſa Giaglioni. 1587. Qualiter vero purgetur mora in fideiuſſore, qui promiſit repræſentare aliquem ſub pœna, traditur in l. ſancimus. C. de fideiuſſorib. & per D. Ozaſc. deciſio. 49. ſicut & confeſſio delicti non oritur, ſi carceratus ianuis apertis per locum in carcere aufugerit, nec enim tunc punitur pœna effractionis carceris. P. Ducen. in tracta. regu. in litera F.

Pactum inter contrahentes factum, vt fructus rei pignoratę in ſortem non computentur, an vti vſurarium damnetur non obſtante iuris ciuilis diſpoſitione.

DECISIO LXXVIII.

1 *Fructus rei pignoratę computantur in ſortem, & quid ſi aliter conuentum ſit inter partes. nume. 2. & 3.*
4 *Intereſſe legitimum etiam in pignore peti citra vſuræ periculum poteſt.*

1 FRVCTVS rei † pignoratæ computantur in ſortem l. 1. 2. 3. & fin. C. de pignorat. act. idque præſertim in contractu mutui, vt latè per Craue. conſilio 139. numero 7. verſicul. videamus modo. vbi voluit intereſſe etiã conuentum non deberi. latè D. Alfonſus Vilagut Neapolitanus in ſuo tractatu de vſur. quæſtio. 21. per totam, vbi pluribus concluſionibus hanc illuſtrat regulam. Fallit tamen hæc regula generalis
2 de iure ciuili †, ſi inter contrahentes, ita conuentum ſit vt cedant lucro creditoris pro ſuo intereſſe. l. ſi ea pactione. l. ſi ea lege. & l. pignoribus. C. de vſur. de qua re pulchrè Cuiac. obſeruat. libro 8. capit. 17. Qui & hanc conuentionem anticlriſim appellat, vt etiam libro 3. obſeruatio. capit. 35. vſura enim regulariter in ſtipulatum deducta debetur. l. in bonę fidei. C. de vſur. & ibi Azo in ſumma. nume. 6.

Sed dubitatur, an illę leges procedant etiam de iure hodierno Canonico, quod in materia vſurarum, & peccati ſeruandum eſt: & videretur,

quod

quòd non, ita vt pactum illud inualidum ſit, quia text. Canonici generaliter loquuntur, & volunt, quod ſemper fructus computentur in ſortem. capitulo vos. de pignorib. capitu. ad noſtram. de empt. & vend. capit. 1. & 2. de vſur. Alexan. conſilio 31. numero 13. verſiculo præterea, & conſilio 200. numero 6. libro 6. notat. in capit. ſalubriter de vſur. & ita priorem regu. ſic tenendo ampliat Sebaſt. Medic. in tracta. de compenſat. par. 1. quæſt. 9. nume. 9. dicens tale pactum non valere vti vſurarium poſt Bald. in l. 1. C. de diſtract. pignor. Ioan. Lup. de vſur. commentar. 3. §. 6. nume. 10. Moder. Pariſien. conſilio 41. numero 2. dicens non valere etiam præſcriptionem.

3 Contrarium tamen † voluit Alberic. in dicta l. ſi ea lege. vbi dicit illos text. loqui in caſu diuerſo, & dicit ita tenere Cyn. & ad iura canonica allegata in contrarium poſſet reſponderi, quod loquuntur iuxta iuris ciuilis regulam, & diſpoſitionem in dicta l. 1. & 2. C. de pignorat. act. & ſi alijs in caſibus de iure canonico non computantur fructus in ſortem, vt per gloſſ. in capit. conqueſtus de vſur. multò minus computari deberent ſi ſit conuentum. Verùm quicquid ſit exiſtimo ego hanc conuentionem vti vſurariam non ſubſiſtere, & reijciendam eſſe, prout illam ſe in facti contingentia reiecitſe teſtatur Borgnin. Caualcan. deciſio. 49. nume. 13. & deciſio. 48. nume. 32 par. 2. & ideo Senatus cenſuit in cauſa Abduæ non eſſe veram opinionem Alberici, niſi aliunde probetur intereſſe partis, & quod tantum interſit quanti valebant fructus rei pignor. tunc enim non dicetur vſura, ſed legitimum intereſſe, vt dicit gloſſ. in dicto cap.
4 conqueſtus, † quòd intereſſe debitum eſſe indicauit Senatus in eadem cauſa, vt etiam teſtis eſt in hoc puncto D. Ozaſc. deciſio. 143. numero 2. Cęterum in hac quæſtione magnam diſtinctionem Moder. de vſur. ſiue Caballinus adferunt in eo tracta. quæſt. 25. numero 2?9 & ſequen. cum quibus tranſit nouiſſimè vir doctiſſimus Andr. Gaill. Germanus pract. obſeruat. lib. 2. obſer. 3. per totam. latè de materia Conrad. Sumenart. in tract. de contractib. tracta. 2. quæſt. 32. quem pro caſu conſcientiæ lector videas.

Pœna adiecta quantitatis dationi non debetur vti in fraudem vſurarum poſita, & quid ſi à iudice, vel ſtatuto adiecta fuerit.

DECISIO LXXIX.

1 *Pœna adiecta quantitatis dationi, vt in fraudem vſurarum appoſita, peti non poteſt.*

2 *Pœna adiecta à iudice in condemnatione, quam debitor ſpontaneè facit, & parti ac fiſco in caſum non factæ ſolutionis applicata, an debeatur.*

3 *Pœna non debetur niſi quatenus, & quanti interſit.*

POENA appoſita quantitatis dationi videtur appoſita in fraudem † vſurarum, & ideo vti illicita peti non poteſt. l. cum allegas. C. de vſur. latè Alexan. conſ. 49. 50. & 51. libro 4. Franciſc. Marc. quæſt. 411. numero 23. Ancharan. conſilio 93. Laurent. de Rodulf. de vſur. quæſt. 67. Ambroſ. de Vignate in eodem tracta. nume. 10. Afflict. deciſio. 131. numero 2. Ruin. conſilio 133. numero 8. libro 1. Rebuff. in l. 1. nume. 272. verſiculo ſexto extende. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt proferunt. Caballin. de vſur. numero 238. & conſilio 41. numero 3. & dicit Afflict. in dicta deciſio. 135. quòd ſtilus ſacri conſilij obſeruat, vt ſiue facto ſiue ſummæ adiecta ſit pœna, tamen non habetur ratio eius niſi pro rata intereſſe, & ita cenſuit Senatus hocque iure vtitur, ſemperque hunc ſtilum ſeruauit, quãuis Hoſtien. in ſumma de vſur. nume. 13. hoc iudicis arbitrio diffiniendum relinquat.

Sed quæritur, quid ſi talis pœna appoſita eſt nõ
2 à parte in contractu, † ſed à iudice, vel à ſtatuto, vt in cauſa Ferrarij contra quoſdam de Bernetio, vbi aderat ſpontanea confeſſio, & iudicialis condemnatio, vt intra tale tempus ſoluerentur aurei 350. & ſi non ſolueret debitor, à tali tempore curreret qualibet die pœna aureorum. 5. pro tertia fiſco, & pro duabus tertijs parti applicanda, tunc enim propter præſentiam iudicis videtur ceſſare timor, & ſuſpicio vſurarum per ea, quæ in his terminis notat Alexan. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri numero 16. & 17. D. de verbor. obligat. & conſilio 50. numero 4. libro 4. adiuto ad Alexan. conſilio 119. numero 11. vbi loquitur in compromiſſo. Marc. dicta deciſio. 411. nume. 12. & videtur eſſe de mente Hoſtien. prout refert Laurent. de Rodulf. in dicto tracta. de vſur. dicta quæſt. 67. faciunt, quæ ſcribit Sarmient. libro 3. ſelectar. interpretat. capit. 6. nume. 6. in prin. vbi voluit pœnas non deberi niſi iudicis factum interuenerit: quòd ſi interueniat, tunc etiam in conſcientia debitas eſſe, & ita videtur de mente Tiraquell. quem, & idem Sarmient. allegat in l. ſi vnquam in verbo. *Reuertatur.* nume. 291. & ſequen. C. de reuocan. dona. Addo vlterius id non videri iniquum, quia hæc pœna ideo à iudice ſolet pacto adijci, ne creditor à debitore cum maximo ſui incommodo, & damno fruſtretur, & ita, vt adueniente tempore ſine mora ſoluat commerciaque hominum ob id faciliora ad reipub. vtilitatem reddantur.

Contrarium tamen videbatur eſſe dicendum in caſu propoſito, quia licèt adſit condemnatio iudicis, tamen illa cenſetur facta ad cautelam, ſpontanea confeſſione, & promiſſione partis accedente, quaſi quòd ita partes, priuſquam iudicem adirent, interſe conuenientes: item, quia pœna hęc pacto adiecta nimis rigoroſa erat, & grauis, & tanquam iudice æquo indigna ob id reijcienda. Ad Alexan. reſponderi poteſt, quòd ipſe in dicto §. alteri. non firmat pedem in hac concluſione, contra quam in caſu propoſito latiſſimè cõſulebat Crau.

in

in præſenti cauſa conſilio 693. numero 11. & 15.
libro 4. qui conſuluit in fauorem illorum de Ber-
netio, tenens nullo modo committi pœnam, Imò
nec etiam quo ad portionem fiſco addictam, tan-
quam acceſſoriam alterius partis debitę credito-
ri: ratio enim tex. in dicta l. cum allegas. vbique mi
litat ſiue ſit præſentia iudicis, ſiue de iure fiſci aga-
tur, ſed de hac re quo ad fiſcum dicam infra de-
ciſione 93.

Nec ob. dictum Sarmien. & Tiraquell. quia illa
opinio procedit in condemnatione iudicis, facta
non ratione promiſſionis, vel quantitatis adiectio-
nis, ſed vel propter delictum, vel terrorem, aut in-
tereſſe, & ſic in aliquam pœnam ſimpliciter, quis
fuerit per iudicis declaratoriam ſententiam con-
demnatus poſt tempus parendi decurſum, & ita
loquitur Tiraquell. & D. Tom. ac alij per Tira-
quell. allegati prout latius dicam in dicta deci-
ſione 98.

Ex quibus videre licet difficultatem huius quæ-
ſtionis, propter cuius ambiguitatem ego diſtin-
guebam in caſu prædicto, quòd aut ex decurſo
tempore promiſſę ſolutionis intereſſe, aliquod
paſſus eſt, & damnum creditor poſt moram debi
toris, & tunc ſubſiſtat pœna parti addicta non
pro ratione vſurarum, ſed pro intereſſe, & dam-
3 no, quia regula eſt vera, quòd pœna in prætorijs,
& iudicialibus ſtipulationibus non committitur
niſi interſit, & pro rata intereſſe, vt per D. Ozaſc.
deciſio. 70. numero 11. & 13. & dicam infra dicta
deciſio. 98. aut verò nullum intereſſe paſſus eſt cre
ditor, & tunc hæc pœna etiam in ſtipulatum de-
ducta, vel à iudice addicta non debeatur, & hanc
diſtinctionem in ſupradicta cauſa probauit Sena
tus cenſens pœnam parti addictam non deberi
niſi pro rata intereſſe legitimi: eam verò, quæ fiſco
ſtipulata erat, in ſuſpenſo retinuit, donec fiſcales
audirentur, ſentiens tamen illam etiam non debe-
ri, vt in dicta deciſio. 98. per rationes à D. Crauet-
ta in d. conſil. 693. allegatas.

Vſufructu veſtium, & aliorum mobi-
lium vxori legatò qualiter indemni-
tati hæredum conſulatur, & finito
tali vſufructu quomodo fiat reſti-
tutio, & quando per vxorem cau-
tio ſit pręſtanda: & quid ſtante mino
ri ætate hæredis.

DECISIO LXXX.

1 *Vſufructu mobilium legato qualiter reſtitutio fiat.*
2 *Vſusfructus legatum cautionem requirit, nec talis cautio per teſtatorem remitti poteſt.*
3 *Mulier relicta vſufructuaria qualiter cauere debeat, & quando, & quomodo inuentarium facere teneatur.*

VSVSFRVCTVS veſtium
legatus fuit vxori, & aliorum
1 mobilium, quæſitum fuit qua-
liter finito vſufructu facienda
eſſet reſtitutio. Controuerſia e-
enim eſt inter noſtros: quidam
enim putant reſtituendas veſtes
prout reperiuntur finito vſufructu, ita vt conſu-
mant damno proprietarij hæredis, ita tenet Imol.
in c. fin. de pignorib. per tex. in l. 1. D. vſufru. quem-
admod. caue. & Bertachin. in §. vſufructuarius con
uenitur. numero 9. Addo ego bonum text. in l. ſi
vſusfructus. §. ſi veſtis. D. eodem titu. vbi promiſ-
ſor non obligatur, ſi veſtem attritam reddiderit ſi-
ne dolo. Marc. dec. 817. nu. 5. & 818. par. 1.

Contra, quòd debeat vſufructuaria cauere ſe
in eadem bonitate veſtes reſtituturam, vel pecu-
niam illarum facta æſtimatione, habito reſpectu
ad tempus quo vſufructuaria illas recepit, videtur
text. in l. ſi vini olei. D. de vſufructu. ear. rer. quę
vſu conſumun. ſed clarior text. in §. conſtituitur.
Inſtitu. de vſufruct. per quem ita ſentit Socin. con-
ſilio 9. libro 4. Alexand. conſilio 58. libro 3. nume.
5. & 6. Pariſ. conſilio 56. numero 3. libro 2. Come.
conſilio 187. numero 4. libro 2. Bald. conſilio 231.
libro 5. Pinell. in l. 1. 2. par. numero 75. 78. & 80. in
fin. vbi dicit cōem. C. de bon. mater. poſt Bertran.
conſi. 40. num. 7. lib. 2. Alc. lib. 7. parergon. capit. 2.
& hanc magis communem dicit Ludouic. deciſ.
Peruſin. 61. numero 15. par. 2. Syluan. conſilio
37. numero 3. libro 1. Rolan. conſilio 92. numero
22. & 25. libro 1. & ita cenſuit Senatus in cauſa
Paſcrij, & Tonelli, in qua etiam iudicauit,
quod deberetur proprietario extimatio bono-
rum mobilium, quæ exportata fuerant à militi-
bus, anno 1563. Menſe Martij, referente D. Sena-
tore Coſta ſorte Foſſan. & ſolet præſtari hæc cau-
tio ita ſe vſuram ne abutatur. iuxta l. ſed & ſi quid.
§. & ſi veſtimentorum. D. de vſufruct. Hincque
eſt, quod in vſusfructus reſtitutione leges cautio-
2 nem requirunt †, ſi vſusfructus legatus ſit, ſiue res
ſint mobiles, ſiue immobiles. l. vſufructu. C. de
vſufru. cum alijs iuribus per Ozaſc. allegatis. deciſ.
153. numero 1. Imò talis cautio ab vxore præſtan
da eſt, etiam ſi teſtator expreſſè prohibuerit ta-
lem cautionem peti. Iaſ. conſilio 40. libro 1. Crau.
conſilio 187. numero 7. latè, & doctè more ſuo
Pinell. in dicta 2. par. numero 76. qui dicit duram
eſſe hanc deciſionem. Ancharan. Iunior quæſtio.
familiar. libro 3. quæſtio. 22. numero 4. & quæſt.
50. Andr. Gaill. practicar. obſeruat. libro 2. obſer.
144. in fin. & ſequ. Rolan. dicto conſilio 92. in
princip. Alben. conſilio 55. Sed an ſufficiat iurato-
ria cautio, vide D. Ozaſc. dicta deciſ. 153. & Pinell.
dicta 2. par. numero 79. in fin. & num. 80. & de ma
teria latè Caualcan. in tractatu de vſufruct. mul.
relict. nu. 146. & 148. 150. & per totum.

Probabiliter tamen hic dubitari poſſet, quan-
3 do à muliere vſufructuaria † relicta, ſit præſtanda
cautio, & communis videtur eſſe concluſio,
quod non teneatur niſi fuerit interpellata ab hære
de, & interim facit fructus ſuos, vt in terminis
con-

conſuluit Dec.conſilio 607.in 1.dubio.latè Pinell. in l.1.2.par. numero 77.C.de bon. mater.Gabriel. libro 5.concluſ. 1. numero 40. Ludou. deciſio. Lucen. 31. nume. 7. & ſequen. & quamuis Ruin. in conſilio 50. numero 12. & conſilio 202. nume. 5.& ſequen.libr.2. voluerit mulierem vſufructuariam teneri etiam non interpellatam, tamen illius opinio eſt intelligenda, quando hæres erat in poſſeſſione, ſecus ſi ipſa mulier, vt latè in hac materia concludit Borgnin. in dicto tracta. numero 89. & 90. Pariſ. conſilio 95. numero 63.& 64. libro 2. & hæc opinio procedit etiam in inuentario, vt omnes notãt, & tenent Rol.de inuentar.par.vlt.§. an mulier vſufructuaria.numero 4. quia iſta æquiparantur. Tenebitur tamen facere inuẽtarium ad for.l.fin.C.de iur.delib.ſecundum aliquorum opinionem, quam ſequitur Borgnin. in dicto tracta. numero 143. qui tamen limitat niſi fuerit remiſſum à teſtatore: nam tunc ſufficiet ſimplex deſcriptio, Sed ego crederẽ mulierem relictam vſufructuariam non teneri ad illud ſolenne inuentariũ de quo in dicta l. fin. cùm ſit diuerſiſſima ratio: nam ibi tot ſolennitates requirũtur, quia de multorum intereſſe tractatur, cùm hæreditas ære alieno onuſta eo caſu præſumatur: hic verò de intereſſe ſolius hæredis proprietarij tractatur, ideo ſufficiet ſimplex deſcriptio coram iudice, & teſtibus cum iuramẽto mulieris, vel vſufructuarij, quod inuentarizat omnia, & quæcunque bona, &c. Pinell. l. 1. 2. par. numero 22. C. de bon. matern. Rol.in tracta.de inuent.par.vltima capit.fin. in fin. & videtur text. in l. 1. §. rectè. D. vſufr. quemad. caue. vbi gloſſ. verbo. fauent. Afflict. deciſio. 342.in fin.

Quæri tamen adhuc poteſt ſtante veritate communis concluſionis, quòd mulier non teneatur cauere niſi fuerit interpellata, & interim faciat fructus ſuos, an illud habeat locum in minore, qui non poteſt interpellare: videretur enim hoc caſu vſufructuarium teneri, quia ipſius perſona inſpecta mora currit ſine interpellatione, vt eſt pulcher text. in l. in minorum. C. in quib. cau. in integr. reſtitut. neceſſar. non eſt. Contrarium tamen verius eſſe credo, quia ferè omnes Doctores præcipuè Dec. in dicto conſilio 607. ponunt caſum in muliere relicta vſufructuaria, & quæ etiã eſt tutrix teſtamentaria, & ſic quando res agitur cum minore, & tamen tunc voluerunt etiam fructus ſuos facere vſufructuarium. Neque mouet ille text. quia loquitur in moroſo debitore pupilli, qui vel debet pecuniam, vel legata legatarijs præſtare ex mora irregulari, & propterea Imperator ibi ſe explicat, vt hoc procedat in his tantum, quæ moram deſiderant, quod hic non eſt, cùm primò requiratur interpellatio, & hoc præſertim ſi pupillus tutorem haberet, quia contra illum poteſt agere, vt dico infra deciſio.102. & ita in iſtis omnibus quæſtionibus nempe, quòd communis opinio procedat etiam in minore, & ſufficiat ſimplex deſcriptio, cẽſuit Senatus in cauſa Pignę Mariolæ, & Feę. 1589.18. Decembris. Referente Domino Senatore Eumolio.

Sentẽtia per quam abſoluitur reus alio non edocto, vel ſtantibus actis prout ſtant, an ſit diffinitiua.

DECISIO LXXXI.

1 *Sententia lata cum clauſula* alio non edocto, *vel* ſtantibus actis prout ſtant, *tranſit in rem iudicatam.*

2 *Delegatus, cui in petitorio, & poſſeſſorio cauſa commiſſa fuit, pronuntians, & abſoluens reum cum clauſula alio non edocto, ſuam ſententiam reuidere non poteſt.*

SENTENTIA per quàm abſoluitur reus, alio non edocto,
1 † vel ſtantibus actis prout ſtant, vel alio non apparente eſt diffinitiua, & tranſit in rem iudicatam. Socin. conſilio 91. libro 4. & licèt videatur habere vim interlocutoriè, quia ex nouis iuribus poteſt reuideri, & reparari etiam ab eodem iudice, & Imò merè interlocutoriam eſſe dicat Purpurat. conſilio 151. tamen in hoc ſapit naturam diffinitiuæ, quia niſi aliud de nouo producatur, non poterit reuocari. Alciat. in l.ſi calumnietur. D. de verbor. ſignif. Aretin. in §. appellatur. nume.29. inſt.de except. & Ita cẽſuit Senatus in cã Ciriaci, & Sancti Mauritij anno 1563.2. Aprilis, & hoc magis procedit, ſi hæc ſententia totum diffiniat negotium, cum expen. & de obſeruantia Senatus in hoc caſu teſtatur D. Sola in commentar. ad decreta antiqua ritu.de concluſ. in cau. & prohib. ſupplicatio. 3.par.glo.2.numero 5.vide Didac.variar.reſolu.lib. 1.capit.1.numero 8. & hæc clauſula lapſo biennio euaneſcit, vt per Alcia. in dicta l. ſi calumnietur. Quòd tamen ego non auderem firmare, & crederem requiri ſaltem decennium, cùm illud tempus videatur tacitè à iudice datum, vt interea quis perquirere poſſit alia iura ſua, in qua re longum tempus concedendum eſt, quod eſt 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, vt in rubri. & toto titu.C.de præſcript.longi tempo.10.vel 20.annorum, neque enim anguſtanda eſt via probationibus.

2 Ex quibus inferebatur, quòd † delegatus, cui commiſſa eſt cauſa in petitorio & poſſeſſorio, & iudicat in poſſeſſorio abſoluendo reum ſtantibus actis prout ſtant, non poteſt poſtea ex nouiter productis ſuam ſententiam reformare, quia iam functus eſt officio ſuo, & non durat amplius ſua iuriſdictio in cauſa poſſeſſorij, quamuis ſecus eſſet in ordinario.l.ſi vt proponis.la 1. & l. ſi Præſes. C. quomo.& quan.iudex, & ita cenſuit Senatus in cauſa Fruzaſchi, & Comitis Intermontiũ. Anno. 1573.18. Iulij, ſed an ſtãte hac clauſula in ſententia poſſint dici tres ſententiæ conformes, dixi infra deciſio.122.

Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio in cauſa beneficij, & quid in poſſeſſorio adipiſcendæ.

DECISIO LXXXII.

1 *Iudex laicus cognoſcit ſuper poſſeſſorio beneficij inter clericos.*
2 *Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio retinendæ, & recuperandæ ſiue reintegrandæ.*
3 *Iudex laicus an cognoſcat ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, in cauſa Eccleſiaſtica. & nu. 4.*

1 IVDEX laicus poteſt cognoſcere quotieſcunque requiſitus fuerit † ſuper poſſeſſorio beneficij inter clericos, quia eſt quid temporale, & facti poſſeſſio. gloſſ. in capit. literas. de iuram. calum. Boer. deciſio. 69. numero 23. cum alijs relatis per Didac. practicar. quæſt. cap. 35. colum. 1. 2. & 3. & crebriorem dicit Ozaſc. deciſion 16. numero 1. Addo Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 2. obſeruat. 67. in princip. vbi ita iudicatum in Camera Imperiali teſtatur, & hoc iure vtitur continuè Senatus, & fuit reſolutum de iure fieri poſſe me interueniente cum Reuerendiſſimo Domino Nuncio Apoſtolico Domino à Sancta Cruce nunc Nuntio apud Cęſarem. Quamuis contrarium teneat Afflict. in conſtitut. reg. libro 1. Rubr. 67. numero 9. & 11. & ibi addit. & dubitet Didac. in ſupra dicto loco, & nouiſſimè Aluarus Valaſc. Luſitanus conſultat. 93. licèt dicat in toto regno iudicari, vt laicus ſit competens, etiamſi tractetur de re Eccleſiaſtica inter duos clericos, idque etiamſi alter ex litigatoribus peteret cauſam remitti coram Eccleſiaſtico, quamuis tunc dubium eſſet per ea, quæ ſcribit Borgnin. Caualcan. deciſio. 45. numero 74. par. 1.

2 Et hæc regula proculdubio procedit, ſiue ſimus in † poſſeſſorio retinendæ, ſiue reintegrandæ, aut recuperandæ poſſeſſionis, vt per Guido. Pap. quæſtio. 1. 207. & 58. Aufrer. de poteſtat. ſecular. regula. 2. fallent. 24. Afflict. deciſio. 24. numero 9. & deciſio. 324. Didac. dicto cap. 35. col. 11. verſic. 6. & de his poſſeſſorijs loquitur Dominus Ozaſc. in deciſio. 116.

3 Dubitatum tamen fuit, quid eſſet dicendum in poſſeſſorio † adipiſcēdę an in illo laicus eſſet iudex competens, & poſſet cognoſcere & videbatur: poſſe ex ratione generali ſupra adducta, quòd poſſeſſorium ſapit temporalitatem, & in contingentia facti ita ſeruatum in parlamento Delphina. probatur ex Dec. conſilio 220. & expreſſius hoc voluit Ferret. conſilio 1. numero 15. & conſilio 16. & 18. numero 4. Grammatic. deciſio. 78. Aufrer. dicta fal. 24. dum hoc dicit procedere in quolibet poſſeſſorio, licèt poſtea ſolùm exemplificet in poſſeſſorio retinendæ, & recuperandæ, & ita etiam de quolibet poſſeſſorio loquitur Boer dicta deciſio. 69. numero 23. & tradit, ac pulchrè probat D. Compater meus Dom. Amedeus à Ponte in ſuo tracta quis ſit iud in cau. ſeu. in fin. quem poſuit poſt ſuum tracta de Laudim. & pro hac opinione facit etiam ratio, quam ponit Didac. dicto capitu. 35. colum. 11. verſiculo ſexto. eſſe conueniens, vt iudices laici prohibeant, ne fiat alicui iniuria.

4 In contrarium † tamen allegabatur deciſio. Guid. Pap. 1. colum. 2. Crau. 104. numero 17. & Natt. conſilio 411. vbi videtur velle, quòd iudex laicus in tali poſſeſſorio non ſe intromittat. Afflict. in dicta rub. 67. numero 12. & de alijs poſſeſſorijs numero 9. & videtur de mente ipſius Ozaſ. in dicta deciſio. 116. licèt ibi numero 10. firmet, quòd iudex ſecularis pōt incidenter cognoſcere de re ſpirituali, prout eſt in poſſeſſorio adipiſcendæ, quod etiam ſummarium eſt. & indubitatè tenet Menoch. in 15. remed. recuperan. poſſeſſ. numero 235. Verùm his authoritatibus non obſtantibus priorem opinionem, & in hoc poſſeſſorio ſequutus fuit Senatus ſiue iudices vltimarum appellationum Com. Aſten. in quadam cauſa Braiden. motus illa etiam ratione, quòd cùm ita ſeruetur in Francia, & in regno Neapolitano, ita & vicinitatis iure poſſumus nos vicinorum conſuetudine vti, & allegabatur ab antiquis dominis antiqua obſeruantia huius patriæ, quæ fortè ex eo prodijt, quòd diu parlamentum Regis Gallorum in hac ciuitate Taurinen. reſederit, cùm Pedemontana ferè omnis patria ab illis Galliæ. Regibus occuparetur. Nec obſtat, quòd in poſſeſſorio adipiſcendæ tractetur de titulo, quia reſpondebatur id tractari incidenter, quo caſu laicus capax eſt, vt ſupra dixi, & tenet Rip. libro 3. reſponſor. capit. vltimo, ſed in hac cauſa fuerunt ſecta vota. Nam Dominus primus Præſes Caſſianus Puteus vir magnę eruditionis, & experientię, qui ferè per quadraginta quinque annos in hoc noſtro Senatu verſatus fuerat, & Illuſtr. Domini Senatores Coſtafortius, Ponte, Draco, Curbius, & ego fuimus in opinione iſta, quòd poſſet cognoſci in poſſeſſorio adipiſcendæ, & ita fuiſſe ſtilum, & conſuetudinem antiquiſſimam, ſecundum quā ſępę iudicatū fuit, contradicentibus Domino ſecundo Præſide Ozaſco poſtea Cancellario, & Dominis Enuiarum, ac Ruſię, & iterum hanc opinionem firmauit Senatus in quadam cauſa Hyeroſolimitanę religionis de Anno. 1573. cuius etiam deciſionis meminit Dominus Ponte in dicto tracta. in fin. & in qua cauſa ſcripſit idem tenendo D. Ozaſc. immemor fortè ſui voti in conſilio 54. editum cum ſuis alijs poſt hæc à me ſcripta, licèt ibi dici poſſet illas commendas potius eſſe temporales militias, quā beneficia Eccleſiaſtica, vt dicit idem Dominus Ponte, Quid verò iuris ſit in ſpolio beneficiorum

an index laicus ſit competens, vide Caualcan. in dicta deciſio. 45. numero 75. adde, quæ dixi infra deciſio.117. vbi allegaui Ign. cum ſupra dicta opi: tranſeuntem,& ibi vide, quid iuris in cauſa poſſeſſorij matrimoniali.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium requirit inſtrúmenta dotalia, & quid de iure Canonico.

DECISIO LXXXIII.

1 *Inſtrumenta dotalia requiruntur, vt per ſubſequens matrimonium filij legitimentur:contrarium de iure Canonico.*

2 *In perſona Illuſtri habet locum regula, quòd per ſubſequens matrimonium filij legitimantur.*

1 INSTRVMENTA † dotalia requiruntur, vt per ſubſequens matrimonium filij legitimentur de iure ciuili. l. cum quis, & l. nuper. C. de naturalib. liber. §. fin. & ibi gloſſ. inſt. de nupt. toto titu. & rubrica in authen. de fil. ant. dotal. inſtrumen. nat. Verùm de iure Canonico propter vim matrimonij hæc ſolennitas inſtrumentorum non requiritur. ex capit.tanta. vbi Doctores, & Abb. numero 2. extra qui fil. ſint legit. vbi Abb. dicit ita communiter teneri per Canon. & practicari per legiſtas, & pluries de facto reſpondiſſe. Dec. conſilio 155. colum. 2.dicens communem, & ita iudicandum. Pariſ. conſilio 13.numero 47. libro 2. Imol. in l. donationes, in princi. D. de donat. Sylueſt. Aldobrandin. in dicto §. fin.de nupt. Hieronim. Zanettin. in tracta. de different. iur. ciu. & Canon. different. 11. numero 14. Ioann. Fab. in dicta l. cum quis. Ludou. de Sard. de legitimat. in rubrica de requiſit. in legitimat. quæſt.7. & cum hac opinione tranſiuit Senatus. 1563. & 1564. Men. Decembris. referente Domino Senatore Enuiarum. etiamſi eſſemus in terris Imperij. iuxt. Dec. In dicto conſilio 155. colum. 2.Paleot.de not. & ſpur. capitu.12. numero 6. & 7. Gabriell. conſilio 21. numero 14.

Amplia hanc iuris Canonici communiter ita 2 receptam regulam, † vt procedat etiam in perſona Illuſtri, quæ cum vili contrahit. Addit. ad Abb.in dicto cap.tanta.Siluan.conſilio 3. numero 30. & 31. libro 1. qui reſpondet ad Curt. Iun. conſilio 136. tenentem contrarium, qua de re dicam infra ſuo loco

Teſtamentum à patre factum an propter ſequutam legitimationem rumpatur.

DECISIO LXXXIIII.

1 *Legitimatus an rumpat teſtamentum patris ante ſubſequutam legitimationem factum, & quid ſi per reſcriptum legitimetur.nu.4.*

2 *Legitimatus ſuccedit tam ex teſtamento quàm ab inteſtato.*

3 *Legitimatus ſuccedit in emphyteuſi.*

1 LEGITIMATIONE per ſubſequens matrimonium ſequuta † an rumpatur teſtamentum iam à patre factum dubitatum fuit, & hanc quæſtionem cogitãdam relinquit Martin. Lauden. in tractatu de legitimat. numero 137. Sed crebriori noſtrorum calculo receptam video opinionem illam, quòd rumpatur, & irritum reddatur poſt legitimationem, ſeu poſt contractum matrimonium, ita Bartol. Angel. & Imol. in l. certum. aliàs verum. D. de iniuſto rupto, & irrito fac. teſtamen. vbi text. videtur pro hac re ſatis clarius. Caſtren. conſilio 30. ſuper puncto iſto. & 180. ſuper eo, quòd primò loco. libro primo. Curt. Senior. conſilio 13. Dec. in l. 1. colum. 4. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. & conſilio 55. in fin. 257. numero 2. 338. numero nono. in fin. Ripa in l. ex facto. numero 48. D. de vulgari ſubſtitutio. Ludouic. de Sard. in tractatu de legitimat. ſub rubrica de legitimat. poſt reſcript. effect. quæſtione decima. numero 16. Anton. de Roſell. in eodem tractatu libro ſecundo. capit. fina. numero 22. Barbat. conſilio 58. numero tertio. libro ſecundo. Alexander conſilio vltimo. numero 9. circa finem. libro quinto. Siluan. conſilio 3. numero 15. libro primo. & multos allegat, & ſequitur Valentin. Foreſter. de ſucceſſion. ab inteſtar. libro ſecundo. pagin. mihi 184 verſiculo ſeptimus effectus. Ratio eſt, quia legitimatus habetur loco poſthumi quando teſtamentum præceſſit legitimationem, & ſicut poſthumus rumpit teſtamentum, ita & talis legitimatus prout conſuluit antiquitus Dyn. conſilio decimo. colum. 2. Lauden. de legitima. numero 126. vnde præteritus habet ius dicendi nullum. Roland. conſilio 67. numero 22. libro primo. & iuxta hanc opinionem iudicabat Senatus in cauſa Pellicerioru[m] de Gaſſeno. 1563. 16. Septembris. quamuis contradicere videatur Socin. Iunior. conſilio 100. libro 2. & 52. libro 1. Curt. Iun. 136. dicens communem.

Amplia-

Ampliatur hæc ſententia, vt etiam talis legi-
2 timatus admittatur tanquam legitimus † ad ſuc-
ceſſionem tam ab inteſtato quàm ex teſtamento,
in quo vocari ſunt legitimi. Dec. conſilio 159.
colum. 1. & 2. Ioan. Fab. in §. fin. inſtitu. de nupt.
& clarè videtur elici ex l. nuper. C. de naturalib.
liber. & ſecundum hanc ampliationem in ſupra-
dicta cauſa cenſuit Senatus.

Amplia ſecundò, vt † ſuccedat etiam in emphy-
3 teuſi. Anchara. conſilio 261. colum. fin. Dec. in cap.
cum in cunctis. colum. 1. de electio. & conſilio 153.
colum. fin. Paleot. de not. & ſpur. capit. 31. num.
8. Quid vero iuris ſit in feudo, tradunt Docto. in §.
naturales. ſi de feudo defunct. content. ſit inter
domin. & agna. libro 3. feudor. & quia hæc quæ-
ſtio latius examinabitur per filium meum in ſuis
quæſtionib. feudalib. non inſiſto.

Limitatur vero, & declaratur ſuperior com-
4 munis opinio, vt non procedat, † ſi filius poſt
mortem patris ſe legitimare feciſſet à Principe:
nam tunc non rumpit teſtamentum, ſed benè
rumperetur ſi reſcriptum legitimationis ad ſup-
plicationem patris impetratum fuiſſet. Anto. de
Roſell. in dicto libro 2. cap. vlti. numero 23. Lau-
den. de legitimat. numero 137. licèt non conclu-
dat, & elicitur ex Dec. in dicto conſilio 338. num.
9. in fin. Canones enim in capit. tanta. qui fil. ſint
legitim. matrimonij potius ſacramentum, quàm
ipſam legitimationem conſideraſſe videntur. An
vérò legitimatus excludat ſubſtitutum dicam, &
examinabo Deo auſpice infra ſuo loco.

Euictione per venditorem, ſeu reſtitutione pretij promiſſa, quotieſcunque lis ſuper re vendita moueatur, an expectandus ſit litis euentus, ſi lis emptori mota fuerit.

DECISIO LXXXV.

1 *Euictio non debetur, niſi re euicta effectualiter, niſi aliter ſit conuentum. num. 2.*
3 *Euictione ſiue pretij reſtitutione promiſſa quotieſcunque lis mota fuerit ſuper re vendita, an ſtatim lite mota pretium ſit reſtituendum, vel expectandus litis euentus.*

VENDITOR non tenetur de
euictione pro re alicui vendita,
1 † niſi re euicta effectualiter. l. ſi
plus, vel minus. D. de euictio.
l. qui rem. C. eodem. Burſatus
conſilio 194. numero 41. libro
ſecundo. aut ſaltem lata ſenten-
tia ſuper euictione. Odofred. in dicta l. qui rem.
Crauc. conſilio 845. numero 12. qua de re dicam
etiam infra deciſio. 93. & dicitur res euicta, ſi abla-
ta poſſeſſori ſit, vt per Do. Crauet. conſilio 682. nu-
2 mero 6. libro 4. Fallit tamen hæc regula †, niſi
conuentum ſit, quod venditor lite mota ſuper re
vendita teneatur de euictione, vel ad reſtitutio-
nem pretij, quamuis res nondum ſit euicta. l. ſi in
libertatem. C. de euictio.

Sed quid ſi ſimpliciter dictum ſit inter partes,
3 quod lite mota ſuper re vendita † emptor recu-
peret pretium, nec addita ſint illa verba, *Quam-
uis res nondum euicta ſit*, vel, *Non expectato litis euentu*
& tunc videretur dicendum, quòd ſtatim lite
mota poſſit recuperari pretium in ingreſſu litis,
per glo. in dicta l. ſi plus. §. mota. iuncto text. ibi.
D. de euictio. In contrarium tamen latè in contin
gentia facti coram Senatu conſulebat Do. Aymo
Crauetta, cuius conſilium reperitur inter nouiſſi-
mè impreſſa conſilio 682. libro 4. Motus præci-
puè, quia verba debent intelligi cum effectu, &
non videtur lis mota, niſi effectualiter res euinca-
tur: dubius eſt enim litis euentus. Item, quia ſi
ita ſimpliciter verba intelligerentur, daretur oc-
caſio delinquẽdi ex eo, quia facilè emptor ſi eum
poeniteret contractus, ſupponeret aliquem, qui
litem moueret, & pretium ipſe malitioſè recupe-
raret, prout poſt Caſtren. dicit Caballin. de euict.
§. 2. numero 9. vbi dat cautelam contra talem
fraudem, & pro hac parte ego retorquebam text.
in dicto. §. mota. vbi quæſtione mota non ad pre-
tium reſtituendum, ſed ad rem defendendam ven
ditorem conueniendum Iuriſconſul. ſcribit, &
his rationibus attentis ita cenſebat Senatus in
cauſa Virginij de Carruco, & Nuceti 1562. Sed
quoniam in eo inſtrumento aderant verba ſimi-
lia, *ſi aliqua lis aliqualiter mota fuerit*, ideo propter
dictionem, *Aliqualiter*, ego eram in contrario vo-
to, nihilominus etiam tali dictione non obſtante
ita etiam cenſuit Senatus, vt effectus require-
retur.

Si verò promiſſę ſunt expenſæ litis, aget em-
ptor ad illarum recuperationem, etiam re non
euicta. vt per Natt. conſilio 232. Crauc. conſilio
334. nume. 2. libro 3.

Subſtitutio plures gradus continens deficiente medio tranſit ad vlteriorem.

DECISIO LXXXVI.

1 *Subſtitutio plures continens gradus deficiente medio tranſit ad vlteriorem.*
2 *Conditio ſi ſine liberis, non efficit quin ſecundus ſubſtitutus primo inſtituto ſuccedat.*

SVBSTITVTIO plures gradus continens, licèt deficiat vnus gradus,
1 † qui eſt io medio, tranſibit tamen ad vlteriorem gradum veluti, ſi teſtamentum dicat, Titio ſubſtituo Meuium, Meuio Seium, Seio Caium, deinde moriatur Meuius, vel Seius, poſtea Titius: Caius vltimo loco inſtitutus, & ſubſtitutus primis decedentibus Titio ſuccedet, ac ſi fuiſſet illi ſubſtitutus. Iſta eſt deciſio. Barto. in l.1. §.pro ſecundo. in fin. C. de caduc. tollend. & latius idem Bartol. in l. quandiu. tertia. numero 10. D. de acquirend. hæred. vbi text. videtur clarus, ibi.

Is autem, qui tertio gradu ſcriptus eſt, ſi primo deliberante ſecundus decedat, ipſe poteſt ſuccedere.

Et hæc Bartol. opinio communis eſt, vt dicit Socin. Iun. conſilio 101. numero 14 libro 1. & Iaſ. latiſſimè in conſilio 148. colum. 4. libro ſecundo. Alciat. conſilio 294. & 475. Ludouicus numero 1. & 6. & ab illa non eſſe recedendum dicit Pariſ. conſilio 73. numero 10. 28. & 35. Marzar. in Epito. fideicommiſſor. quæſtio. 25. Anton. Gomez. variar. reſolut. libro 1. capitu. 5. numero 10. in 4. & 8. illatione. Mich. Graſſ. in libro ſententiar. §. ſubſtitutio. quæſtio. 81. numero 5. Craue. conſilio 363. numero 2. libro 3. H. Gabriell. conſilio 95. numero 19. & 117. numero 16. & ſecundum hanc opinionem indubitanter tranſibat Senatus in quadam cauſa Vigoni. 1563. Men. Nouembris, quamuis allegarentur multi tenentes contrarium præſertim Oldrad. & alij quos recitat Alciat. dicto conſilio 475. & diſtinguat ſubtiliter more ſuo. Polit. de ſubſtitut. particu.6.nume.14. & 16.

Hanc concluſionem amplia etiamſi ſubſtitutis
2 omnibus † adiecta eſſet conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, & vnus ex ſubſtitutis moriatur cum liberis, tamen ſuccedet tertius primo inſtituto, vel ſubſtituto, & ſic vtranque portionem habebit, vt dicit text. in l. cohæ. edi. 41. & in l. ſi Titius. 27. D. de vulgar. ſubſtitut. & quamuis in hoc caſu dubitet non ſine cauſa Rip. in l. Centurio. numero 151. D. de vulga. & contrarium tenuerit Socin. Iun. conſilio 181. libro 2. & Socin. Sen. conſilio 51. lib. 1. tamen plures alij tenuerunt oppoſitum quos citat Rip. in dicta l. Centurio. numero 151. & ſecundum hanc ampliationem iudicauit Senatus in dicta cauſa Vigonen. pró qua poteſt adduci communis concluſio, quód filij in cõditione poſiti non cenſeantur vocati, de qua dico infra deci. 196. Filij in conditione. licet hæc opinio mihi dura videatur extantibus liberis primi inſtituti, vel ſubſtituti: iniquum etenim eſſet filios ab hæreditate adita à patre excludi cùm ſubſtitus ſub conditione vocatus fuerit, ideo dixi non ſine cauſa dubitaſſe Ripam, cùm æquitas contrarium ſuadeat. Nec mouere poteſt illa regula, quód filij in conditione poſiti non cenſeantur vocati, quia licèt ex magis communi non ſint vocati, faciunt tamen deficere conditionem ita, vt ipſi ante ſubſtitutum admittantur l. Lucius la 2. in fin. D. de hæred. inſt. & in hoc vbique conueniunt Doctores: ideo limitarem iſtam ampliationem ſtante clauſula codicillari in teſtamento, quia per illam cenſentur liberi in conditione poſiti vocati ſtantibus digreſſionibus ad alios ſubſtitutionum gradus, ex quibus coniectura vocationis elicitur, vt cenſuit Senatus ſupra deciſio. 60. vbi dixi, imò etiam non adiecta clauſula ſine liberis ipſi vocati cenſentur à lege ad excluſſionem ſubſtituti. l. cum auus. D. de conditio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. Florian. conſilio 14. numero 4. Cenſetur enim ſemper tacitè adiecta conditio tam in prima quàm in ſecunda inſtitutione ſi ſine liberis decederent, vt latè per Gabriell. libro 4. commun. opin. titu. de fideicommiſſ. conclu. 2.

Limita ſecundò diſpoſitionem dictę l. quandiu. ſi primus, vel ſecundus inſtitutus, vel ſubſtitutus fuerit cum conditione, quæ per mortem expirauerit: nam tunc cùm defecerit conditio, deficit etiam ſubſtitutio, vt pulchrè limitat Natt. in conſil. 678. nume. 19. & 20. libr. 4.

Princeps ſupremus an poſſit diſpenſare, vt impubes contra legum ſanctionem teſtari poſſit.

DECISIO LXXXVII.

1 *Minor impubes teſtamenti factionem non habet.*
2 *Princeps an poſſit impuberi teſtamenti factionem concedere, & num. 5. 9. & 10.*
3 *Princeps cùm ſit ſupra ius poſitiuum contra ea, quæ ſunt de iure poſitiuo, diſpenſat.*
4 *Statuto fieri poteſt, vt impubes teſtari valeat.*
6 *Princeps contra ius naturale non diſpenſat.*
7 *Princeps contra tertij præiudicium diſponendo nihil agit.*
8 *Statuti ius potentius eſt diſpenſatione.*

MINOR ſeu impubes, qui decimum quartum ſuæ ætatis annum nón compleuit,
1 † teſtamenti factionẽ nullo modo habet. l. qua ætate. D. qui teſtamen. facer. poſſ. quod illa ratione iuris ciuilis authores introduxerunt, quia ante illud tempus firmum ſanumque iudicium, quod in tali diſpoſitione requiritur, non habet: teſtamenti enim factio eſt quaſi legem cõdere. §. diſponat. authen. de nupt. & teſtando videtur ſubuertere prudentiſſimam legis ſanctionem, quæ pro eo teſtata eſt vocando proximiores, ideo

plenum

plenum huius ſuę diſpoſitionis iudiciū lex requi-
rit, quod ceſſat deficienti etanti, vt dicit Ariſto. 1.
Ethicorum.
Sed dubitatum fuit coram Sereniſſimo Duce
noſtro nunc regnante, Carolo Emanuelle in pri-
2 uato ſuo conſilio, an † Princeps poſſit cōtra hanc
iuris diſpoſitionem diſpenſare, cùm per ſuppli-
cationem talis diſpenſatio à quodam impubere
petita fuiſſet. Dixi ego caſum eſſe dubium. Nam
quòd poſſit ſuadet primò, quia prohibitio hæc à
iure ciuili, vel gentium fuit introducta; & ſic vi-
3 detur eſſe iuris poſitiui, atqui † Princeps contra
ea, quæ ſunt de iure poſitiuo diſpenſat, cùm ipſe
dicatur eſſe ſupra ius poſitiuum. c. propoſuit de
conceſſ. præben. & latè per D. Crauet. de antiqu.
temp. par. 1. ſect. 1. numero 38. vbi plures concor-
dantes allegat. ergo & poterit ſuper hoc diſpen-
ſare.
4 Secundò facit, quia † ſtatuto contra talem im-
puberem diſpenſari poteſt, vt illius teſtamen-
tum ſubſiſtat, prout tenuit Bartol. in l. ſi quæra-
mus. numero 6. D. qui teſtamen. facer. poſſ. Dec.
in l. fin. numero 10. C. de teſtamen. mil. & in l.
pupillum, in fin. D. de regu. iur. vbi etiam aliquā
Cagnol. ſi hoc populus per ſtatutum facere
poteſt multò magis Princeps, & in terminis
noſtris ita tenuit Caſtren. in l. reſcripta. numero
9. C. de precib. Imperato. offeren. vbi voluit ta-
le reſcriptum valere etiam non addita clauſula;
non obſtante, &c.
Contrarium verò, quòd imò Princeps con-
5 tra iuris diſpoſitionem † ita cùm impubere di-
ſpenſare minimè poſſit facit primò, quia hęc pro-
hibitio licèt iuris ciuilis ſit, & ſic de iure poſitiuo
eſſe videatur, tamen eſt fundata ſuper ratione na-
turali, ob defectum nempe naturalem, cùm ta-
6 lis impubes iudicio careat, † vnde nulla diſpen-
ſatio cadit, iuxt. vulgatam, & receptam Bald.
doctrinam in l. bonorum. numero 4. C. qui ad-
mitt. & in l. vnica. numero 85. C. de confeſſ. Iaſ.
in l. reſcripta. numero 12. C. de precib. Imper.
offeren.
Secundò vrget admodum Iuſtiniani ratio, &
conſideratio in l. fin. C. de teſtamen. mil. vbi no-
luit talem facultatem pupillis etiam militibus
concedere, ne præiudicium parentibus, & propin-
quis fiat: vnde cùm hic agatur de præiudicio ter-
tij, non deberet valere teſtamenti diſpenſatio,
7 quia † Princeps etiam cum minimo partis præ-
iudicio ſtatuendo aliquid, vel diſponendo nihil
agit l. nec auus. C. de emancipat. liberor. vbi gloſſ.
& Bald. capit. ſuper eo. de offic. delega. vbi Bald.
in vltimo nota. Iaſ. in l. quoties. numero 4. C. de
precib. Impera. offer. Melch. Palaez in tractatu
maioratu. par. 1. quæſtio. 3. numero 7. & hanc ſe-
cundam opinionem tenet Bald. in dicta l. vnica.
C. de confeſſ. & videtur de mente Dec. in dicta l.
fin. numero 10. C. de teſtamen. mil. & multis argu-
mentis eam comprobat Iaſ. in dicta l. reſcripta. co-
lum. fin. C. de precib. Impera. offeren.
Nec obſtant contraria: nam ad primum reſpon
deri poteſt Principem dici quidem eſſe de pleni-
tudine poteſtatis abſolutè ſupra ius poſitiuum, &
circa illud diſpēſare poſſe, ſed id procedit quotieſ
cunque non eſt fundatum illud ius in ratione na-
turali, & de præiudicio tertij non tractatur, aliàs
non præiudicat, vt ſupra dixi.
Ad id, quod dicitur de ſtatuto vltra id, quod di-
ci poſſet opinionem Bartol. & ſequacium funda-
mento carere, & contra illam ob id tenuiſſe Are-
tin. in dicta l. ſi quæramus. reſpondetur poſt Dec.
8 in dicta l. fin. numero 11. potentius † eſſe ius ſtatu-
ti, quam ius diſpenſationis Ratio diuerſitatis meo
iudicio eſt, quia ſtatutum ligat omnes, & recipro-
ca lex eſt vniuerſum populum reſpiciens, vnde
ſi Princeps legem vniuerſalem conderet, vt pupil-
li talis ætatis poſſent teſtari, valeret fortè in territo-
rio ſuo, ſed particulare reſcriptū ſeu priuilegium
ſine vrgenti cauſa concedere non poſſet.
Certè ex ſupra poſitis negari non poteſt, quin
hæc Illuſtris controuerſia maximam habeat dif-
ficultatem attentis etiam his, quæ Iaſ. tradit in di-
cta l. reſcripta. ideo hanc difficultatem Doctores
conſiderantes diſtinxerunt magis communiter,
9 quòd † aut pupillus eſt proximus pubertati, &
doli capax, & tunc poſſe Principem diſpenſare,
quia ceſſat illa ratio naturalis: aut verò non eſt do
li capax, & pubertati proximus, & tunc nullo
modo poſſit. Ita Ang. Alexan. Dec. & Iaſ. in di-
cta l. fin. C. de teſtamen. mil. & latius idem Iaſ. in
dicta l. reſcripta. numero 12. & nouiſſimè Magda-
len. dicens communem in tracta. de numero
teſt. in teſtamen. requ. par. 2. capitu. 4. numero
73. & 79. faciunt, quæ idem Magdalen. ſcribit
eiuſdem tractat. par. 1. capitu. 22. numero 77. Ve-
rùm hæc diſtinctio non videtur ſubſiſtere ratione
præiudicij à Iuſtiniano conſiderati in dicta l. fin.
quæ non ſine fundamento eſt, licèt Iuſtinianus lo-
quatur dubitatiuè ſub verbo fortè.
Ideo cogitabam aliter diſtinguendum, quòd
10 aut † per teſtamentum anteceſſorum pupilli
ex ſubſtitutione facta, ſi in pupillari ætate dece-
dat, & ſimili. ex hoc teſtamento præiudicium fit
venientibus ab inteſtato quò quo modo, & tunc
nullo modo poterit Princeps diſpenſare per di-
ctā l. fin. prout videtur conſiderare ſubtiliter Ca-
ſtren. in dicta l. reſcripta. obſtare enim hoc caſu
videtur non ſolùm ius commune, ſed etiam te-
ſtatorum prædeceſſorum diſpoſitio. Aut verò
nullum fit præiudicium iuri ex diſpoſitione ho-
minis quæſito venientibus ab inteſtato, cùm nul-
lum illis ius ex antiquorum diſpoſitione quæſi-
tum ſit, vel ei non ſunt adeo proximiores de fa-
milia, ad quos ſucceſſio quaſi certa ratione de-
ferri poſſe ſperetur, & tunc quatenus talis impu-
bes ſit doli capax, Princeps poſſit diſpenſare,
aliàs non, quia illo caſu hæc licentia videtur ma-
gis ſuaſione, & impulſu aliquorum impetrari,
qui ſuper hæreditate iſtius pupilli viuentis deſſi-
gnant, quàm quòd ipſe pupillus ita velit, (quod
vtinam his temporibus non fieret) vnde fraudi-
bus, & malitijs hominum per Principem obuian-
dum, & occurrendum eſt, non annuendum. Ita-
que cautè, meo iudicio Princeps ageret ſi talem
licentiam

licentiam in caſu ſupra poſito concedendo vni ex ſuis magiſtratibus committeret, vt diligenter inquirerent de cauſis, & iuſta exiſtente cauſa diſpenſaret, teſtamentumque huiuſmodi cum illius aſſiſtentia conderetur, vt malitijs hominum occurrere hoc modo poſſit: alias tutius erit Principi ab hac licentia abſtinere authoritate legiſlatorum, & Iuſtiniani ratione conſiderata, quibus adhærere bonum eſt, & in hanc ſententiam acceſſit Excellentiſſimum conſilium Status, & ita Principi cõſulendum duxit anno Domini. 1588. die 6. Maij.

Tranſmiſſio, quæ fit ex potentia ſuitatis iuxta l. ſi infanti. C. de iur. deliber. an habeat locum in matre, ita vt ſuperſtite auo paterno ipſa hæreditatem infantis obtineat.

DECISIO LXXXVIII.

1 *Tranſmiſſio iuris adeundi an fiat in matrem viuo auo paterno infante mortuo poſt patrem, & nume. 7.*

2 *Hæreditatem paternam infans tranſmittit in quoſcunque extraneos.*

3 *Text. in l. ſi infanti. C. de iur. deliber. non procedit in matre, ſed contra nume. 4.*

4 *Reſtitutio in integrum an detur matri aduerſus hæreditatem ab infante non aditam, & nume. 6.*

INFANS filia patri ſuperuixit, deinde moritur. Auus paternus viuens dicit ſibi ſpectare hæreditatem, cùm infans non adierit. Mater filiæ opponit ſe dicens
1 † tranſmiſſum ſibi per filiam ius deliberandi, & adeundi: quæſitum fuit, quid iuris. Quæſtio hæc mihi videtur certè ex difficilibus, quæ in iure noſtro examinari poſſunt, ideo non immeritò dicit poſt Bald. Dec. in conſilio 250. quod egeret deciſione Imperiali, & pro parte matris allegabatur Dec. in terminis huius tranſmiſſionis loquens. in conſilio 87. numero 2. 245. numero 1. 250. per totum. 331. numero 5. qui dicit veriorem, & communem æquitate inſpecta, & pro hac opinione allegat. gloſſ. Barto. Bald. Alexan. Corn. Azo. Iacob. Balduin. Odofred. P. de Bellapertica. Ricard. Malumb. Cyn. Ravnec. de Forliu. Roman. Angel. Ancharan. Fulgoſ. & Aretin. quibus addo Alexan. in l. ſi emancipata. colum. fin. C. qui admit. in l. ſi infanti. numero 5. C. de iur. deliber. & conſilio 79. libro 6. numero 11. & 12. & conſilio 113. numero 3. libro 3. Socin. in tracta. regular. regu. 173. lim. 3. Caſtren. in l. filius à patre. colum. 1. de liber. & poſthum. & conſilio 80. libro 2. Alciat. in l. ventre, in quarto caſu tranſmiſſ. qui dicit communiorem. D. de acquir. hæred. qui omnes vno ore firmiter aſſeuerant filium hæreditatem paternam etiam non aditam tranſmittere ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis: maximè cùm ſimus in
2 paterna hæreditate, † quæ etiam in quoſcunque extraneos tranſmittitur, prout de magis communi teſtatur Burſat. conſilio 60. numero 1. libro 1. & abſque difficultate eo in caſu etiam in terminis noſtris admittit Aſcanius Clemens in tractatu de patr. poteſta. capitu. 6. effect. 13. numero 15. Boignin. Caualcan. in tractatu de tutor. & curator. numero 59. dicens communem. de hac enim paterna hæreditate loquitur text. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber. & in hoc caſu loquitur Bartol. in dicta l. ſi infanti. numero 10. ſed vltra Dec. in terminis hanc ſententiam admittit pro vera Domi. Ozaſc. deciſione 58. numero 2. & video idem tenere pro indubitato Alciat. in conſilio 231. numero 2. & 3. dum loquitur de infantis hæreditate ad matrem ſpectante viuo auo paterno. Ex quibus videtur communem eſſe, quòd infans tranſmittat iure ſuitatis paternam hæreditatem ad matrem, & alios indiſtinctè, vt dicit Bartol. & pro hac parte vltra regulam illam, quòd mater vt proximior in gradu filij hæreditatem obtineat, videtur meo iudicio clarus, & apertus text. in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit. vbi Imperatores Diocletian. & Maximian. Catoniæ matri reſcripſerunt iure ſuitatis in ipſam tranſmiſſam ſucceſſionem: ſi enim tranſmittitur ſucceſſio, & ius deliberandi vtique tranſmitti poteſt ex l. ſi infanti.

In contrarium tamen dicit Auus, quòd priuilegium l. ſi infanti. competit ſolùm patri, & aſcen-
3 dentibus maſculis † non autem matri. Caſtren. in dicta l. ſi infanti. numero 9. verſiculo quæritur. Alexan. ibi numero 2. Iaſ. numero 3. & communem dicit Aſcan. Clemen. in dicta tracta. effec. 13. numero 15. verſiculo Vnde bene. & hoc receptiſſimum video, vt l. ſi infanti non extendatur ad matrem, & idem Bartol. ibi fatetur. & communem dicit Eman. Coſta. in capit. ſi pater. 1. par. in verbo habens. numero 25. de teſtam. libro 6. Gulielm. Benedict. in capitu. Rainutius. §. itaque mortuo. 1. numero 172. & 173. qui dicit idem in auo paterno, niſi mater ſit in medio, vt ibi nume. 170. & 171. inferendo, quòd hoc caſu non tranſmittat infans in auum propter matrem proximiorem, neque in matrem propterea, quòd illi non ſpectat priuilegium tranſmiſſionis ſicuti nec alio extraneo. dicta l. ſi infanti. §. ſin verò, vnde infert quoddam iudicio meo mirabiliſſimum, quòd ſi hæc mater eſſet auia materna, tunc haberet locum tranſmiſſio, & ſuccederet auia materna cum auo paterno: ſed quia eſt mater ſuccedet ſolus auus ex perſona filij vti hæreditate non adita: & hanc opinionẽ negatiuã in his terminis, quòd ad matrẽ hæreditas filij infantis nõ trãſmittatur, tenet Caſtr. qui quæſtionẽ examinat,

in

in dicta l.ſi infanti. numero 9. verſicu. quidam habebat. motus ex verbis dictę l. ibi,

Iure patrio.

Benedict. in dicto. § mortuo itaque. numero 178. Aſcan. Clemen. dicto effectu 13. numero 11. Iacobin. de Sancto Georg. in dicta l. ſi infanti. numero 9. circa finem. vbi dicit ita tenere Cuman. conſilio 110. & 129. & pro hac ſententia allegatur text. in l. 2. §. ſi quis ex liberis. ad Senatuſconſultum Tertullian. vbi Bartol. ſuper illo text. firmat caſum noſtrum, quem fortè text. non conſiderauit Dec. in dicto conſilio 245. 2. colum. Niſi reſpondeatur, quòd id procedebat iure antiquo ante diſpoſitionem dictę l. ſi infanti. quam doctores extendunt etiam ad matrem, & idem Dec. in conſilio 250. reſpondet poſt Bart. ad illam l. 2.

Verùm hæc negatiua opinio mihi viſa eſt durior quàm quæ in iudicijs obſeruanda ſit: nam ſi pater, qui proximior eſt auo, admittit ſecum matrem in ſucceſſione hæreditatis ab infante non aditæ, quæ iniuria eſt, vt excludatur ab auo? imò iniquum magis videtur eſſe, matrem quæ primum locum obtinet in ſucceſſione filij à luctuoſa ipſius hæreditate excludere, & propterea in puncto iuris, & de æquitate verior mihi videtur eſſe illa opinio, vt l. ſi infanti. proce-
4 dat † etiam in matre. Nam ſi Doctores magis communiter tranſmiſſionem permittunt hæreditatis in quoſcunque hæredes etiam extraneos, vt idē Aſcan. qui cōtrariam partem ſuſtinet fatetur, quare & in matrem non tranſmittet, quæ ius ſuitatis habet. dicta l. apud hoſtes. vbi Caſtren. matrem in hoc priuilegiatam dicit. Nec obſtant, quæ Aſcan. allegat numero 12. & ſequen. ex d. l. ſi infanti. quod illa loquatur ſolùm in patre, quia imò Imperatores ibi loquuntur generaliter in parentibus, & ita illam generaliter Iuſtinianus ipſe accipit in nouell. conſtitut. 158. authen. vt de liber. ius. in fin. præfationis ibi,

Et rurſus alia à nobis propoſita lex, &c.

Et ſi dicatur in l. ſi infanti. in princip. loqui Imperatores de parentibus habentibus filios in poteſtate, vt ibi legitur, & matrem talem poteſtatem non habere, vltra id quod dici poſſet talem poteſtatem non conſideraſſe legiſlatores, prout colligitur ex d. l. in ver. ea verò. vbi idem diſponunt in emancipato filio, ſed ſuitatis potentiam, fortius reſpondeo. l. illam à l. ſequen. declarationem, & interpretationem ſumere, in qua Iuſtinianus ſanxit tranſmiſſionem fieri & in cognatos, & in quoſcunque extraneos, & hæc Iuſtiniani conſtitutio longè poſterior eſt antecedenti, haſque conſtitutiones non pugnare inter ſe idem Iuſtinianus ſcribit in dicta nouell. 158. vbi & à ſimili in omnibus caſibus contingentibus iudicari voluit ibi,

Sed obtineto quidem lex noſtra in præſenti controuerſia, & omnibus caſibus in quæſtionem deducto aſſimilib. &c.

Et ſi Benedict. ſupra relatus voluit auiam maternam ſuccedere cum auo paterno, quæ iniquitas eſt, vt mater excludatur? imò talem extenſionem dari ad omnes hæredes contra priuilegium l. ſi infanti. dicit idem Benedict. nu. 173. per text. in auth. defuncto. ad Tertul.

Tertia fuit in hoc tam arduo articulo noſtrorum opinio, vt mater ipſa non poſſit quidem iure & beneficio tranſmiſſionis vti, & tamen auus à
5 matre excludatur ex remedio † reſtitutionis in integrum, quod ſibi tranſmiſſum mater contendere poſſit, tam ex capite ignorantiæ quàm ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, & hanc opinionem firmat Roman. conſilio 495. & 58. dicens communem. Ancharan. conſilio 104. Barto. 23. in fin. & conſilio 178. in fin. & in dicta l. ſi infanti. numero 11. Caſtren. in dicta l. ſi infanti. numero 7. in fin. 2. opinionis. Imol. in l. ventre. Alex. & Iaſ. in dicta l. ſi infanti. dicentes communem. argumen. l. Pantonius. D. de acquirenda hæredita. Aſcan. Clemen. poſt Pariſ. & alios. dicto effectu 13. numero 7. & communem dicit Borgnin. dicto tractatu de tutor. numero 72. Burſat. dicto conſilio 60. numero 3. & 4. & de communi pariter teſtatur Benedict. in dicto. §. numero 180. dicens in iudicijs non eſſe tutum ab ea recedere. Emanu. Coſt. in dicto cap. ſi pater. in verbo habens. nume. 26. in fin.

Sed & hæc opinio ſua difficultate non caret, imò & illam longè difficiliorem ſuperiori arbitror, ideo & ipſam Ceſarea deciſione indigere ſcribit Durans de arte teſtan. caut. 1. titu. 11. nume
6 ro 1. Quinimo, † quòd infans non tranſmittat in matrem, vel alium extraneum ius reſtitutionis in integrum ad adeundum tenuit Gulielm. Benedict. in dicto. §. mortuo itaque ſecundo. numero 178. allegans text. in dicta l. ſi infanti. & ibi Bald. Angel. & Salicet. Ancharan. conſilio 363. Aretin. conſi. 161. colum. 3. & examinat Caſtren. in dicta l. ſi infanti. numero 7. verſicul. ſecunda opinio. & non eſſe tutam primam opinionem Bartol. & Iaſ. dicit Burſat. conſilio 61. numero 8. libro 1. & propterea idem Gulielm. de Benedict. videns rem etiam in hoc puncto ambiguam diſtinguit, aut erat adultus, & reſtitutio competit, & procedit prima opinio communis: aut infans, & tunc aut caſu moritur, & tranſmittitur reſtitutio per l. qui duos. in princip. & §. 1. D. de reb. dub. aut naturaliter, & non tranſmittitur, niſi tutor non eſſet ſoluendo per rationes ab ipſo allegatas, quæ videntur diuinationes, & quo ad me hanc diſtinctionem non crederem veram, cùm plus iuris tribuat minori quàm infanti, quòd abſurdum eſt, ſed de hac re diſſeremus infra ſuo loco, vbi de diſpoſitione dictę l. Pantonius. agemus. Itaq; in re hac tam ambigua, vbi & diſſentiunt aperto marte doctores, & pro auo ſtat authoritas Caſtren. & Benedic. & pro matre authoritas Decij, ac de correctione legum tractatur, hęſitauit diu Senatus pro quo iudicaret, & ſecta erant vota: alij enim ex dominis erant pro matre, alij pro auo, alij matrem reſtituendam dicebant.

7 Quarta erat mea opinio, † vt res per medium diuideretur, tum quia ageremus inter coniunctos, tum etiam, quia eſſemus in ambiguis, quo caſu media via eſt eligenda, & in benigniorem partem pronunciandum, vt diximus deciſione proxima: & ſicut pater matrem admitteret, vt dicit Bartol. in dicta l. ventre. numero 28. ita etiam auus, & mater, quæ non habet ius tranſmiſſionis in hæreditate infantis, quando non eſt ſuus hæres auo, excluderet auum à dimidia, & auus cui competit ex l. ſi infanti. ius tranſmiſſionis excluderet matrem ab alia dimidia, & qui excedunt ſuos terminos, excederentur à non ſuis terminis, & facerent partes per concurſum, & ita videtur in ſimili concludere Bartol. in dicta l. ventre. numero 28. qua in re videtur æquiuocaſſe Dec. dicto conſilio 245. qui non animaduertit ad ſuitatem, prout fecit in conſilio 250. ideo fortè melius fecit Senatus Aquen. qui contra Dec. eo in caſu iudicauit, vt dicit ibi Pariſien. Apoſtillator quamuis pro opin. Decij, quòd non inſpicienda ſit ſuitas in l. ſi infanti. ego allegarem text. in dicta l. ſi infanti. §. ea vero, ſed reſpōſum fuit, quòd loquebatur in caſu text. in 1. & ſecundo reſponſo, ideſt quando parens ſuccedit infanti, ſecus autem quando vult mater ſuccedere in hæreditate infantis, qui non erat in poteſtate prius defuncti, & ita videtur intelligere Paul. de Caſtro in dicta l. ſi infanti. colum. 1. & tandem poſt multas altercationes iuxta hanc meam opinionem fuit per Senatum iudicatum, dictumque vtrunq;, ideſt auum & matrem admittendam, ſicut admiſſi eſſent auus, & auia, & hoc in cauſa Luperiæ Cunien. Anno 1563. 26. Nouembris, & cùm poſtea iterum caſus ſimilis bis occurriſſet in Senatu, domini fuerunt ſemper diſcordes, & nihil fuit reſolutum, licèt propter alios articulos contingentes aliquibus fortè videri poſſet eiuſmodi cauſas fuiſſe iuxta opiniones quas deffendebant reſolutas: qua de cauſa ſemper exiſtimaui periculoſum, vt Senatus vota, & ſententiæ ab alio notarentur quàm ab eo, qui votis aſtitit: nec mirum eſt ſi aliquando contra aliquorum notatam deciſionem contraria videtur alio tempore dici ſententia, quia ex leuiſſima qualibet rerum, vel perſonarum, aut iudicum mutata qualitate ſententiæ mutantur, vt Doctus ille Bodin. libro ſexto ſuæ reipub. capitu. vltimo ad notauit. Sed nouiſſimè cùm diſputata iterum fuiſſet hæc quæſtio in cauſa Illuſt. D. Senatoris Ozaſci contra Illuſt. D. Comitiſſam Eugeniæ olim Illuſt. D. Annibalis Cacherani vxorem, maior pars dominorum dubium hoc reſoluit in fauorem aui contra matrem, & ita pronunciantm non obſtante reſtitutione. Ego verò non recederem à priori ſententia, & mediam ſemper viam eligerem per ea, quæ mox ſubijciam, donec Imperiali aut principali deciſione res terminetur.

Mediam viam in ambiguis elligendam eſſe variè diſcutitur, & probatur.

DECISIO LXXXIX.

1 *Media via in ambiguis eligenda, & nume. 4. & 5.*
2 *Iudex melius facit, ſi rem diuidat in quæſtione ambigua, quàm ſi in alterutram partem inclinet.*
3 *Iudex poteſt partes ad concordiam compellere.*

1 MEDIA via in† ambiguis ſequenda eſt. l. Titius. vbi Alex. D. ad Trebellian. præſertim vbi ſunt opiniones Doctorum contrariæ, vt per Dec. in l. precibus. numero 19. verſicu. ſed iſta. poſt Seuerin. Socin. & Ancharan. ibi relatos. Bald. nouell. de priuileg. dot. par. decima. colum. 13. verſicul. 16. & vltimo fal. per text. in l. adeo. §. cum quis ex aliena. D. de acquiren. rerum dominio. Ancharan. conſilio 210. Idem voluit Bartol. in l. ſi duo. D. vti poſſide. & in l. 1. in fine. C. eodem. Alberic. in capit. licet cauſam. de probatio. in fin. & ibidem Dec. colum. 18. Socin. in l. ſi quis cum totum. in fin. princip. ff. de except. rei iudica. Felin. in capit. 1. colum. penult. de conſtitutio. Boer. deciſ. 42. colum. final. Tiraquell. latè de primogenitu. quæſtione 17. opinio. 4. numero 9. & ſequen. præſertim cùm quis iudicat ex æquitate vt dicit Burſ. poſt Barto. de Bartolinis conſilio 5. numero 39. verſicu. concludit tamen. Et ad hoc facit, quod in ambiguis, quod minimum eſt ſequimur. l. ſemper in obſcuris. de regu. iur.

Hinc inferebam in cauſa ardua, de qua latè ſcripſi ſupra deciſione proxima, diuidendam eſſe hæreditatem infantis inter auum, & matrem, & ſecundum opinionem meam ita tunc cenſuit Senatus. 1563. 26. Nouembris. Et in alia cauſa Aſten. ſuper ſtatuto excludente fœminas, de qua ſcripſi deciſio. 101. vbi partes fuerunt coactæ concordare propter dubium iuris articulum referente Domino Appiano. Et quamuis aliqui ex Dominis repugnarent dicentes hunc eſſe morem ruſticorum, & non bonorum iudicum, vt ſentit gloſſ. in l. Neſennius. D. de negotijs geſt. contra quem morem eſt text. in l. quæſitum. §. ſi quis. D. de fundo inſtruct. vbi Alberic. Tamen in contrarium allegabam, quòd in ambiguis etiam boni iudices debent ita facere, idque eſſe etiam iuris Diuini. Nam & Salomon ad noſtram inſtructionem cenſuit infantem rem indiuiduam diuidendam, quia caſus erat dubius, vt in cap. affertè. de præſumpt. quem ad hoc citat Dec. conſi. 176. nu. 6. & id iure noſtro ciuili procedit, vt in l. & hoc Tiberius. D. de hæred. inſti. l. Titius. vbi Alexan. ad Trebellia. l. ſi paterfamilias.

vbi

vbi Bald.D. dicto titulo de hæred.inſtituen.& hoc erat Stoicorum in re dubia cōſuetum iudicium, quos propterea herciſcondos Seruius vocat, quaſi rem diuidentes. reſte Ciriac. lib.10. obſer.cap.4. meliusque ſine dubio eſt media via rem terminare quàm ſorte, quæ vti fortunæ iudicio commiſſa in deteriorem aliquando partem cadit, licèt apud antiquos res dubiæ ſorte dirimerentur, vt multis more ſuo demonſtrat Tiraquell. in dicta quæſt.17.opinio.1.numer.1.& ſequen. & Longobardorum temporibus (barbarè quidem) gladio ſeu duello dirimebantur omnes dubietates, vt ex illorum ſcriptis legibus videre eſt.

Mouebar præterea authoritate Decij in conſi.
2 68.pro reſolutione.nu.3.qui dicit † iudicē melius facere ſi rem diuidat q̃ ſi in alterutram partē inclinet, & ibidem Pariſien. imò debet Iudex ita facere, vt per eundem Dec.in dicto conſi. 176. nume. 9.Socin.conſi.150.libro 1.Præſertim verò quando agitur (vt hic) inter coniunctos. Dec.conſil.445. numero.1.& 2.& dicta l. & hoc Tiberius.Melch. Palaez.in tracta.maioratu.part.1.quæſt. .nume.9.

3 Ad quod etiam facit, quia ſi † iudex poteſt quandoque partes ad concordiam compellere, vt not. Alexan. & alij. in l. quidam exiſtimauerunt. D.ſi cert. pet. & ad Bart.in l. æquiſſimum. de vſufruc. Marc.deciſ.465. numero 2.Dec. dicto conſil. 445. numero 2. & allegatur text.in cap.placuit.90.diſtinct. Hartman. practicar. obſeruat. forenſ.libro 1.titulo de Arbitr.cap.1. P Belluga Hiſpanus Speculo princip.rub.27. numero 48.vſque in fin.& in concordijs tales deciſiones fieri ſolent; quare non poterit iudex aliquando & ipſe diuidere, cùm factum iudicis cenſeatur factum partis? Hocque tanto clarius licere videtur ſupremo magiſtratui idest Senatui, qui liberiores habet in iudicijs habenas, & poteſt iudicare etiam ex conſcientia, vt per Franciſc.Marc.quæſt.434. præſertim quando vtraque pars tractat de lucro, vt dicit Dec. in dicto conſil. 176. numero.6. per text. in l. ſed & ſi lege.§. adeo. D.de petit. hæredit. vbi ita ipſe conſuluit in cauſa dubiæ ſucceſſionis, & ante eum ita tenuerunt Din Vincent. Bart. Bald. Alexand. Ancharan.Socin. Felin. Panorm. Angel.& Barbat. quos omnes citat.Boer. deciſio.42. numero 39.dicens, quod in re ambigua laudatur iudex, qui per medium diuidit, & ita dicit in caſu ſuo feciſſe parlamentum. idemque voluit Zaſ.in l.2.§.exitus. numero 12. D. de verbor. obligat. Aleiat.in capit. 1. numero 99. de offic. ordin. Dec. conſil.445. dicens ita iudicaſſe Butr. & Ancharan. cuiuſdam dubiæ cauſæ iudices. Ritius Merlus in tracta.de plurib.poteſtatib. tracta. 11.Capic. deciſ. 176.in fin. Neque vnquam mihi placuit aliquorum opin.qui ſimiles dubios caſus dicunt eſſe quæſtionem pro amico. Soleo enim ego dicere, quòd potius eſt caſus pro diabolo, cùm non liceat iudici in dubio iuris articulo aliter dicere quàm vel ſibi nō liquere, vel in fauorem vtriuſque iudicium proferre rem ipſam diuidendo nō autem pretio, vel amore alterutri totum conferre. ius enim ſemper certum eſt, licèt inſcientia noſtra quandoque incertum reddatur. l. ſed ſi reſtituatur. §. fin.in fin.D.de iudit. quare autem debet ignorantia mea alteri nocere.

4 Prædicta opinio † limitatur, vt procedat quando dubium eſt in iure, ſin autem eſſet in facto, vt quia vtraque pars probaret intentionem ſuam, tunc in dubio eſſet iudicandum pro reo. Alber. in l.Titiæ textores.de legat.1.quem ſequitur Benedict. de Plumbino. Imol. & Felin. quos refert, & ſequitur Boer. dict. deciſio. 42. ad fin. dicens ita per parlamentum fuiſſe iudicatum in quadam cauſa poſſeſſoria, Verùm ego crederem etiā hoc caſu debere iudicem, & conſultorem hortari tranſactionem, & decretum interponere iuxt. Bald.in conſil. 6. viſo teſtamento Bartolucij in fin.libro 4. faciunt, quę dicit Bart.in l.ſi duo. D.vti poſſide.

5 Limita ſecundo niſi eſſet † ambiguitas in actione, quia interpretatio fit in fauorem actoris. l. ſi quis intentione, de iudit. latè Dec.in dicta l.ſemper in obſcuris.numer.10. de reg. iur.

Iudex orignis an poſſit punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit.

DECISIO XC.

1 *Iudex originis non poteſt punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit contra numero 2. & numero 7.*
3 *Conſuetudo, vt non fiat remiſſio delinquentis, quando procedat.*
4 *Iudex domicilij an puniat delinquentem.*
5 *Iudex originis per viam accuſationis contra delinquentem in alterius territorio procedit.*
6 *Iudex originis an preuentione cauſam criminalem retineat.*

IVDEX originis an poſſit punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit, dubia eſt queſtio, & antiqua, & ex qua latiſſimum differendi campum magiſtri noſtri ſumpſerūt in delictorum materia, ideo illam vti dubiam irreſolutè tractat Alexand. conſil. 111.ponderatis.libro 1.col.2. Bal.in ſua margarita. §.iudex.col.3.verſicul. iudex in decidendo.& in ea reperio duas principales opiniones: Prima eſt,
1 quòd † iudex originis non poſſit punire originarium ſubditū, qui in alio territorio deliquit, cuius authorem video Oldra. in diſputatione de Lucano, quē refert & ſequitur Io. An.ad Spec.de compet.iudi.§.1.in addit.incip. antequam.verſic.longè plus, & Bal.ad eundē Spec.de ſenten.col.23.in addit. incip. ſnīa lata ex inquiſitione. & in l. 2 C. de eunuch.Alb.de Roſat.in 3.q.par.ſtatu.q.16.Gādin. latè.q vlt.Salyc.in l.ſeruus.C.ad l.Iul.de vi. Bolog.

conſi.8.colum.2.in fin. Alex.dicto conſi.111.verſi.
Plus voluit.lib.1.licèt ſe in hoc non firmet. Marſil.
in l.fin.nume.135.& 138.& conſil.67. nume.61. &
conſi.110.dicens magis communem. Odofred.in
l.1.C.vbi de crimi.agi oport. & ibi Iacob.de Bel-
uiſ.Aretin.in §.Hæc eſt quædam inquiſitio.nume.
85. Laurent.de Roduſ.inter conſil.criminal. Zi-
lett.conſi.15.nume.3. dicens magis communem
hãc eſſe canoniſtarum, & legiſtarum opinionem.
ſequitur, & communem dicit Grammat. deciſ.
26.nu.6.dicens ita tenuiſſe omnes antiquos Doct.
& fuiſſe communi voto iudicatum: & nouiſſi-
mè in eadem curia ita deciſum teſtatur Vincent.
de Franch.deciſ.37.quia potentior, & principalior
eſt forus delicti. Roland. latè conſi.19. per totum.
libr.2. Foler.inter conſil.criminal. Zilett.conſil.96.
lib.2. Et pro hac prima opinione allegatur text.in
l.1.& in Auth. qua in prouincia.C. vbi de crimin.
agi oport.l.fi. D.de iuriſd. omn.iudi. l. reſcripto. §.
ſi quis accuſatorem.D.de mune.& hono. pulcher
text.in l.ſi cui.§.fin. D. de Accuſat. cap. vt anima-
rum. §. ſtatuto. de conſtitut. libro 6. & plura ſi-
milia adducit Syluan.conſilio 103. in princip. Ra-
tio eſt huius ſententiæ ſecundum Marſil. & Are-
tin.quia offenſa eſt iuriſdictio territorij delicti non
originis.

Altera fuit opinio, quod imò poſſit iudex ori-
2 ginis punire, quam † tenuit Cyn. in dict.l.1.& ibi
Caſtr.nu.5.& 6.C.vbi de crimi agi oport, Bar.in l.
1.num.45.C.de ſumma trinita.& ibi Bal. qui dicit
hanc opinionem tutiorem. Angel.in l.ſi vacantia.
col.15.verſic. ſed incidenter quæro. C. de bon.va-
can.lib.10.Franc.in d.cap.vt animarum.§. ſtatuto.
colum.fi.Afflict in conſtitut.regn..lib.3.rub.55.de
periur.nu.21. vbi dicit hanc eſſe communem opi-
nionem omnium doctorũ; & ibi nu.25. limitat
in crimine falſi, ſed ego non video rationem di-
uerſitatis.Hanc opinionem ſequitur, & commu-
nem dicit Auguſtin.ad Ang.in d.§. Hæc eſt quæ-
dam inquiſitio.nu.85.Boſſ in titu.de pœn.Cagnol.
in l.fin.D.de iuriſdict.om.iud. nu.53. Didac. Pract.
quæſtionum.c.11.nu.5.Burr.conſi.58.nu.1. Neuiz.
conſi.68.num.54.Syluan.conſi.101.lib.2. qui hanc
opinionem crebriorem, & veriorem dicit, & ma-
ioris ponderis eſſe Doct. qui hanc ſequuntur quã
alios, qui alteram defendunt, & illam nouiſſimè
veriorem, & communiorem teſtatur P. Io.Anch.
Regien.quæſt.familiar.lib.3.q.7.num.3. & ſequen.
Pro qua opinione vltra latè tradita à ſupra ſcriptis
doctorib.ex tex.in d.l.1.C.vbi de crimin.& l.ſi quis
hoc genus C.de Epiſcop.& cler. Addo ego vnum
quòd delicta non puniuntur principaliter propter
offenſam territorio factam, ſed propter odium
criminis, & ne delicta impunita remaneant, cùm
iura & pax publica violentur, quæ vbique vigent,
& dominantur, tam in loco originis, quàm deli-
cti; & propterea Imperatores in dict.l.1. C.vbi de
crimi.illis vtuntur verbis.

Quæ legibus aut extraordinem coer-
centur;

Quaſi quòd eo caſu vbique poſſit punire delin-
quens, vt ibi dicitur; Hincque dicit Hyppolit.
Bonacoſſa inter ſuas quæſtiones criminal. in ver-
bo.remiſſio. in fin. quod hodie de conſuetudine
non fiunt remiſſiones ad locum delicti; licèt ipſe
fateatur communem eſſe in contrarium, & hanc
conſuetudinem per totam Italiam vigere dicit
3 poſt Bar.Abb.in conſi.24.nu.1.par.prima † Quam
tamen conſuetudinem pulchrè intelligit idem
Abb.ibi nume.2.verſic.ſed conſuetudo. vt proce-
dat ſi iudex, qui delinquentem in ſuo territorio
habet, vult ipſum punire. nam tunc non tenetur
iudex domicilij remittere niſi de vrbanitate, & in
hanc ſecundam opinionem ipſe Abb. ibi in fi. de-
ſcendit & concludit, & hanc conſuetudinem ob-
ſeruari dicit Caſtr.in d.l.1.num.5.& illam in curte
Romana vigere teſtatur Oldrad. conſilio 124. &
quòd remiſſio in hoc caſu de vrbanitate fiat, tenet
glo.in d.l.ſi cui.§.fin. D.de accuſat.

Hanc ſecundam opinionem ita valere quidam
arbitrati ſunt, vt non ſolum voluerint iudicem
4 originis punire poſſe, † ſed etiam iudicem domi-
cilij: Ita Angel.in dicta l. ſi vacantia. columna 15.
verſiculo ſed incidenter quæro.dicens ita de facto
iudicatum, & communem dicit Brun.conſil.144.
colum.2.libro 2. Sed contrarium eſt verius, & ita
tenuit Grammatic.in dicta deciſ.26.nume.9. poſt
Marſil.imò ſi iudex domicilij inquirat, & inquiſi-
tum cœperit, & petatur remiſſio à iudice originis,
& loci delicti, tenetur remittere, ſed remiſſio
fiet magis ad iudicem delicti quàm originis, &
ita intelligo dictum Vincent. de Franch. in dicta
deciſ.17.& hæc remiſſio fiet etiam poſt ſententiã,
vt per Iacobin. qui dicit ita conſuluiſſe. in l.hæres
abſens.§.ſi quis tutellam.nume.1. D. de iudit. immò
non ſolum in loco originis, ſed etiam domicilij
videtur eſſe tutus reus, prout videtur concludere
Boer.deciſ.29.in fi.referens ita iudicatum, & vbiq;
videtur obtinere, vt ſit tutus reus modo à loco
commiſſi delicti aufugiat, & ita vidi ſemper ob-
ſeruatum, niſi Principes inter ſe aliam conuentio-
nem haberent qualiter de fœderatis populis dicit
Bar.in d.l.1.num.44. C.de ſumma trinit. vel de fa-
cto delinquentem Principi amico remitterent, vt
fieri ſolet ad gratiam parandam, prout fecit Pila-
tus erga Herodem: Ideo ego non credo tutos
delinquentes, qui ita ſe principibus committunt
niſi literas ſalui conductus obtineant, vt dicit
Clar.§.fi.q.criminal.quæſt.39. & per ea quæ in iſtis
terminis ſcribit Doctiſſimus Bodin.libro 3.ſuæ rei-
pub.capit.6.circa fin.qui tenet reorum faciendam
eſſe remiſſionem, & multa exempla harum re-
miſſionum factarum adducit.

Diſtinguunt aliqui in hac quæſtione; quòd aut
per accuſationem contra delinquentem proce-
5 ditur, aut per inquiſitionem, † vt primo caſu va-
leat punitio ſecundo non, per l. reſcripto.§.ſi quis
accuſatorem D.de munerib. & not. in l.2. §. ſi pu-
blico.D.de Adulterijs.Barto.in l.2.D. de offic. præ-
ſid. & ita poſt Ioan. Andre. diſtinguit Abb. in di-
cto conſilio 24.numero 1.in fin.Felin.in capit.fin.
num.11.de for.compet.Alex.dict.conſil.111.col.2.
Marſil.in dicta l.fin. numero 135. Boer. deciſ.270.
nume.

numer.3.& 4. Sed & hæc opinio controuerſa admodum eſt, vt exorditur Bec. qui latè contrarium defendit in conſi. 93. & quo ad effectum puniendi, iudicem originis inquirere poſſe tenuit Vincent. de Franch. deciſ. 66. Syluan. dicto conſil. 103. num. 7. Clar. dicta quæſt. 39. num. 4. P. Belluga Hiſpan. in Specul. princip. Rubr. 23. verſic. & ſcias nu. 1. & 2. vbi adfert ellegantem rationem, & in his terminis loquitur Ancharan. dicta q. 7. libr. 3. & eo caſu quando iudex punit, volunt omnes punire pœna ſtatuti loci delicti. Anchar. in dicto capit. vt animarum. col. 5. verſic. 8. contra Auguſt. ad Ang. dicto num. 85. dicens communem. Franc. in dict. c. vt animarum. col. fin. & ibi Dominic. col. 6. verſic. quæro vlterius. Ancharan. dicta queſt. 7. qui multos citat. Quinimo iudicem delicti non poſſe hoc caſu petere remiſſionem niſi delinquens ſit in ſuo territorio, tenuit Gramma. conſil. criminal. 27. nu. 7. & 9. & quando à iudice delicti puniretur delinquens, vel abſolueretur non poſſet iterum alibi inquiri, vt per Barto. in l. Senatus. columna. 2. verſiculo extra gloſſ. de accuſat. Franc. in dicto §. ſtatuto. in fin.

Alia fuit in hac quæſtione opinio, vt ſit locus
6 præuentioni, † ita tenet Ancharan. in dict. capit. vt animarum. colum. 5. verſicu. 8. contra. Vincent. de Franch. deciſ. 88. nume. 5. Bald. conſi. 190. lib. 4. 418. lib. 2. Federic. de Sen. conſi. 2. Sed licèt hæc opinio videatur aliqualiter veriſimilis, tamen illam non credo veram, quia tex. in Auth. vt nulli iud. §. ſi verò quis comprehenſorum. vult quod ſi petatur remiſſio ſtatim remittatur reus ad iudicem delicti, & ideo contrarium in hoc caſu tenuit Syluan. dicto conſi. 103. num. 7. verſi. Nec dicatur. Iacobin. in dicto §. ſi quis tutelam. nume. 13. Nam præuentioni locus eſt, quando duo iudices ſunt in eadem ciuitate, & iuriſdictionem habent ſeparatam, vt per Alex. de Neuo. conſi. 93. nume. 4. & ita pulchrè tenet Addit. ad Bellugam in Rubric. 11. in verbo remiſſiones. litera. A. limitat. 18. vbi latè de hac materia. Et hæc in omnem caſum haberent locum ſi eſſemus in territoriis omnino ſeparatis, nam ſi ſumus in territorio, vbi ſunt quidem diuerſi iudices ſed omnes eũdem ſuperiorem recognoſcunt, tunc fiet remiſſio ad locum delicti, & ſi iudex originis nollet remittere, poſſet cogi per ſuperiorem, vt per Boer. dicta deciſ. 29. numer. 5. & 6. Plot. inter conſil. criminal. Zilett. conſilio 133. numero. 5. libro primo. vbi limitat in homicidio deliberato, quia talis homicida vbique punitur.

Ex his ſic relatis opinionib. videmus apertè quanta ſit huius quæſtionis difficultas, & in facti contingentia per multos dies fuit in Senatu diſcuſſa & agitata, tãdem maior pars Dominorum tranſiuit indiſtinctè cum prima opinione, vt iudex originis nõ poſſet punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit, & ita cenſuit, anno 1567. 12. Auguſti. in cauſa Gatinariç Ego vero di-
7 cerem Iudicem originis poſſe † inquirere, cùm ſub eodem Principe ſit delinquens, ſed quotieſcunque petetur remiſſio, tenebitur remittere ad Iudicem delicti, vt dixi ſupra, & innuit doctè Felin. in dicto capit. fin. numero 11. in fin. vbi vide de for. competen. & hanc opinionem bonam eſſe dicit Bar. in dicta l. 1. nu. 1. C. vbi de crimi. agi opor. dicens ita interpretari text. In auth. vt nulli iud. ad quem certè non video reſponſionem, cum ſub eodẽ Principe Iudices ſunt: non enim vult Imperator Iuſtinianus ibi militare regu. l. vbi cœptum, vel aliam, quæ habet, quod par in parem non habet Imperium, quod tunc demum procedet ſi Iudex delicti proceſſit ipſe ſtatim poſt commiſſum dedictum, & in cõtumatiam damnatus fuit Inquiſitus ab ipſo; Nec obſtabit text. in dicta l. 1. C. vbi de crim. nam non diſponit ibi lex Iudicem originis poſſe principaliter procedere, & inquirere, ſed ne delicta remaneant impunita, dat facultatem omnibus iudicibus inquirendi, ſed præfertur omnibus iudex delicti, vt in auth. qua in prouincia. in principio. ſed cum iudices ſunt omnino ſeparati dubito quin præualeat illa conſuetudo, quod non fiat remiſſio, & quando talis remiſſio fit debet iudici apertè conſtare de crimine, & debet inſtanter peti, ita addit. ad Bellugam. limitat. 10. & 16. poſt Specul Fęlin. Bald. Didac. Clar. Marc. Menoch. & innumeros alios, quos allegat, & longum eſſet recenſere. Idque ſeruiet etiam quo ad vaſſallos, & illorum officiarios, qua de re tamen alibi dicetur. Quando vero delictum eſt commiſſum doloſè, & appenſatè, & ſumus in graui delicto, vel homicidio, tunc multi tenent poſſe puniri vbique delinquentẽ etiã in loco originis, vt multis poſt Plor. defendit Ludouic. deciſ. Lucen. 16. numer. 18. & ſequen. vſque in fin. deciſ. cuius deciſionem credo veram, ſed ad pœnã extraordinariam prout in falſo teſte dicunt cõmuniter Doctores, vt dixi infra ſuo loco.

Principis poteſtas quotuplex ſit, & qualiter illa vti poſſit, & an in modico ius partis aliquando lædere poſſit.

DECISIO XCI.

1 *Principis poteſtas abſoluta quæ dicatur, & an licita ſit.*
2 *Principis poteſtas ordinaria quæ ſit.*
3 *Princeps an ordinare poßit, vt quis in emptione præferatur, & cogere ad retrouendendum rem iam emptam. numero 5.*
4 *Princeps an in modico ius partis lædere poßit.*

PRINCIPIS Poteſtatem duplicem eſſe apud Doctores re-
1 perio. † Quædam enim eſt ordinaria, altera abſoluta dicitur, de quibus latè tractant Doctor. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. vbi Felin. Bero. & Dec. num. 24. Crauet. de antiquit. temp. par. 1. quamuis Didac. (verè quidem & doctè) neget omnino

hanc diſtinctionem, dicens nullam in Principe abſolutam poteſtatem reperiri, & ſi ea quis vtatur, tyrannis magis dicitur quàm poteſtas principalis, vt apud eum lib. variar. reſol. 3. cap. 6. nume. 8. quod & Valqu. placuit libro 1. Illuſtr. controuerſ. capit. 26. nume. 22. & hæc abſoluta poteſtas, communi loquendi vſu, plenitudo poteſtatis appellatur, quam ego cum Bald. Crauet. Friderico Schench, & Valqu. ſine iuſta cauſa vſurpatam, plenitudinem tempeſtatis magis dicerem: nam rè vera non poſſumus niſi quod iuſtè, & licitè poſſumus l. nepos proculo. D. de verbo ſignificat. & pulchrè notat Molina de primogenit. libro 2. capit. 7. numer. 31. 32. & 33. Ad hanc verò abſolutam poteſtatem induci poteſt id, quod habetur Reg. 1. capit. 8. in verſi. erit autem ius regis. Si enim princeps mihi aufert rem meam magno cum meo incommodo, & pretio non ſoluto, hęc dici poteſt poteſtas abſoluta, & hoc modo intelligi poteſt. l. Lucius. D. de euiction. & hac authoritate ſeu poteſtate abſoluta vti poteſt de facto ſine cauſa, quia nemo poteſt illi dicere cur ita facis. Bald. in prælud. feud. numero 34. & eſt de mente Afflict. in prælud. conſtitut. regni. quæſtio. 17. num. 8. vbi citat illud capit. 8. libro 1. Reg. & hæc propriè non poteſt dici poteſtas, ſed tirannis, vt idem Didac. ait. Si autem iuſta ſubſit cauſa, tunc erit quidem poteſtas abſoluta, ſed à iure regulata: quando autem tali poteſtate vti poſſit, docet Ioan. de Lir. in gloſſ. dicti cap. 8. in verſicul. erit autem ius regis. Et in terminis huius poteſtatis quando cauſa publicæ vtilitatis ſubeſt ſortè loquetur text. in dict. l. Lucius. nam non debet Princeps priuatam vtilitatem publicę præferre, vt docet Ariſtotel. in Ethic.

Ordinaria verò poteſtas Principis eſt ea, qua
2 Princeps † ratione prę eminentiæ ſuæ vti poteſt diſpenſando contra ius cum modico, vel minimo partis incommodo, vt in dilatione, & indutijs, quæ debitoribus conceduntur, iux. l. quoties. C. de precib. impera. offerend. & hac authoritate crederem etiam non ſubſiſtente cauſa vrgenti vti Principem poſſe, quia paruum læditur ius tertij. Et ita paſſim obſeruat conſilium Sereniſſimi Ducis noſtri, in quo etiam ſine certa Principis ſcientia tales indutiæ per annum paſſim conceduntur, ſi ſupplicans aliquam impotentiam ſoluendi, aut magnam incommoditatem, & difficultatem aut caſum alleget, fiunt enim literæ indutiarum, in forma per annum: præſtita prius cautione per debitorem, & ſoluente legitimo interuſurio, dummodo non ſit lata ſententia, aut indutijs renuntiatum, de qua re dicemus latius. in deciſ. 186. Indutiæ.

Præterea hac ordinaria poteſtate vtitur Prin-
3 ceps quando † mandat, quod præferatur vicinus, vel conſanguineus, aut ſubditus in emptione alicuius proprietatis, quod cùm ſtatutum, & conſuetudo inducere poſſit, vt latè per Tiraquell. de retract. primo in præfat. nume. 12. 13. & 14. tanto magis Principi id licebit, qui eſt lex animata. Et ita tenet Afflict. in titul. de iur. prothomis. in prin. colum. 4. verſiculo 8. Princeps. Dec. in dict. cap. quæ in eccleſiarum. Hoc enim caſu Princeps in modico lædit ius partis, cùm eodem pretio res à primo emptore remittitur vicino, vel ſubdito, vt dicit Alber. in dict. l. quoties. C. de precib. imper. offeren. Afflict. in dict. verſicul. 8. Princeps. Decius
4 in dict. capit. quæ in eccleſiarum. numero 24. † & quòd in modico lædere tertium Princeps poſſit, dicit Luc. de pen. in l. quicunque. C. de fid. inſtrum. libr. 10. Iaſ. in dict. l. quoties. nume. 3. & hoc modo poſſet intelligi text. in l. Item ſi verberatum. §. 1. de rei vindicat. Intelligendo, quòd ibi coactus quis fuit rem ſuam vẽdere moderato pretio, ad quod facit, quod dicit Alex. conſi. 42. colum. 5. libro 2. Dec. in dict. capit. quæ in eccleſiarum. nume. 19. & tantò magis id procederet, quantò minus læderetur ius tertij, vt quia talis retrouenditio mandatur fieri incontinenti, vel paulò poſt intra 30. dies, prout loquitur conſtitut. Frideric. de iur. prothomis. quam commentarunt Afflict. & Bald. Si autem vltra modicam læſionem, vel minimam interueniat etiam iuſta cauſa puta fauor reipub. vel alius iuſtus color, tunc crederem non ſolum Principem, ſed etiam alium ſupremum magiſtratũ, vt puta Principis locumtenentem, vel Senatum, aut Magnum Cancellarium poſſe hoc facere, argumento eorum, quæ notat Socin. in regul. 43. ſ. vendere. vbi ponit plures caſus, in quibus quis cogitur ad vendendum ex cauſa. De qua re dicam etiam ſuo loco.

Ex quibus inferebã in facti cõtingentia, quòd ſi Senator, vel alius in Principis negotijs ita occupatus fuiſſet, vt præueniretur in emptione proprie-
5 tatis ab eo tractatę, poſſet & † Princeps, & Senatus cogere alium ad retrouendendum, vt dixi latè in libro meorum vulgarium diſcurſuum. Et ſecundum opinionem iſtam in quadam cauſa mea fuit reſcriptum Sereniſſimo Duci noſtro glo. memor. Eman. Filibert. per ſupremum Conſilium ſtatus. anno 1564.

Teſtamentum fatui an valeat, & quando ſubſiſtere poſſit.

DECISIO XCII.

1 *Fatuus an teſtari poſſit. & num. 2.*
3 *Fatuus ſenſu, & ingenio non carens teſtari poteſt.*
4 *Fatuitatis cognitio arbitrio iudicis relinquitur.*

FATVVS teſtatus eſt, quæſitum fuit an valeat teſtamẽtum, vel eo nullo declarato ſuccedere debeant propinqui. Et qui-
1 dam putabant † licere fatuo teſtari, vt voluit Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §. præterea. inſtit. quibus non eſt permiſ. fac. teſtam. Pariſ. conſi. 88. libr. 3. Dec. conſi. 112. col. 1. num. 1. quod etiam procedit

ſi tali

ſi tali fatuo eſſet decretus curator, vt dicit Boer. deciſ. 23. nume. 79. nam vt inquit in ſimili Caſtren. in l. ſi frater. C. qui teſtam. fac. poſſ. in fi. facultas teſtandi non debet pendere ex alieno ar-
2 bitrio. Alij vero contrarium † dicebant, ex doctr. Iaſ. in l. ex facto. de vulga. & pupil. nume. 41. & ibi Polit. cum equipararetur fatuus furioſo, vt tenet etiam Rolandin. de teſtamen. rubr. 2. nume. 12. pro qua opinione facit glo. in dicto §. præterea. in verbo, furioſi, iuncta gloſſ. in l. fatuo. de poſtulan. vbi fatuus dicitur mentecaptus: & contrariam opinionem Fabri & Ang. duram ſibi videri dicit Iaſ. & hæc opinio clarius procederet, quando tali fatuo prouiſum eſſet de curatore. Dec. in dicta l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. nume. 11. quia dicit tunc haberi pro mentecapto.

Tertia erat aliquorum opinio diſtinguentium,
3 quòd † aut eſt talis fatuitas, quę omnino impedit ſenſum, iux. l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius. de ædilit. edic. & talis non poteſt teſtari. Aut eſt aliquis fatuus ideſt rudis, & habens ſenſus, & poterit teſtari. Ita diſtinguit Rip. in dicta l. ex facto. nume. 82. Iaſ. in dicta l. furioſum. Et dixi in l. ſi quæramus. de teſtam. Dec. in dicta l. furioſum. nume. 8. & in capit. 1. nume. 9. de teſtam. Duaren. ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. capit. 2. Hæc autem fa-
4 tuitatis diſcretio tota † relinquitur iudicantis arbitrio, qui iudicare debebit ex actibus fatui vtrum ſit teſtabilis vel ne, vt per Rip. in dicta l. ex facto. nume. 82. Iaſ. in dicta l. furioſum.

Ego in contingentia facti coram Senatu, in teſtamento cuiuſdam fatui de Cuneo, cui etiam curator datus fuerat, diſtinguebam, quod ſi talis ſit fatuus cui plus iuditij non ſit quàm puero. 10. vel 12. annorum: & ei non liceat teſtari quia ſicut lex non admittit teſtamentum pueri minoris. 14. annorum ex eo, quod nō habeat animi iuditium. dicto. §. præterea. Inſtitu. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Ita eadem ratione non permittetur tali fatuo defectu iuditij. Aut verò erat fatuus, cui tamen plus erat iuditij quàm puero. 14. annorum, & tunc admitterem ad teſtamentum. Et hęc opinio mea non diſplicuit Senatui, qui iudicauit teſtamentum illius fatui nō valere anno. 1563. 19. Decembris. Coniectura verò huius iudicij colligetur ex inſpectione tabularum, ita vt ſi ritè conditum ſit teſtamentum, tanquam ſi ab eo qui ſanè mentis eſt conditum eſſet, tunc valeat, per ea quæ ſcribit Ludouic. deciſ. Peruſ. prima. nume. 12. vbi dicit communem. & in furioſi teſtamento tenet Bald. in dicta l. furioſum. & ibi Angel. Nam vt in ſimili caſu Valer. Max. libr. 7. capitu. 8. in princip. ſcribit, magis conſideratur quod in tabulis ſcriptum eſt quàm qui ea ſcripſiſſet. ſi verò male conditum eſt, non valeat.

Iuramenti oblatio poſt concluſum in cauſa, & poſt examinatos teſtes an admitti poſſit.

DECISIO XCIII.

1 Iuramenti oblatio poſt concluſum in cauſa, & factum examen regulariter admittitur.

2 Iuramenti oblatio an admittatur eo caſu, quando iam actor probauit per teſtes intentionem ſuam. & nu. 3.

IVRAMENTI oblatio poſt concluſum in cauſa, & poſtquam actor examinauit teſtes
1 ſuos, † qui nihil probant, regulariter admittitur, & ita pluriès me referente iudicauit Senatus præſertim in cauſa de Cupis. 9. Decembris 1561. Et in cauſa Faſolij Lauden. 1566. Menſe Septembris. Et ita etiam per eundem Senatum alias fuiſſe iudicatum teſtatur Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. Purpurat. in l. manifeſtæ. D. de iureiuran. Ozaſc. deciſ. 11. & 97. & ita etiam obſeruatum in Parlamento Burdegalen. teſtatur Boer. deciſ. 95. nume. 6. referens ita ſenſiſſe etiam Bartol. Bald. Angel. Caſtrenſ. Alexand. Aret. & Purpura. ibi citatos. quibus addo Crau. conſil. 207. & D. meum Auguſtinum Molignatum Epiſcopum. Petræ Honorij inter ſuas quæſtiones, quas habeo manuſcriptas. quæſtione 239. Quamuis vt fatetur Boer. numero 5. Salycet. Alber. idem Caſtrenſ. Specul. Ioan. Andr. Abb. Marſil. S. Seuerin. Dec. & Socin. tenuerint contrarium, quibus addo Natt. conſil. 35. nume. 3. Sed opinionem Salyceti radice carere dicit Crauet. dicto conſil. 207.

Sed maius eſt dubium in caſu alio, ſcilicet ſi actor examinari fecit teſtes ſuos, & probauit intentionem ſuam, deinde cùm reus vellet contrarium probare, actor fortè dubitans ſuas probationes ſubuerti poſſe, dicat, peto capitula, &
2 probationes † rei repelli, & vt breuiori via cauſa expediatur, offero reo iuramentum, vt iuret, vel referat. Reus excipit dicendo non teneor iurare, quia fortè poſſet per teſtes actoris detegi periuriū meum, ſed peto teſtes meos recipi. Cùm hæc quæſtio eſſet coram Senatu referentibus Dominis Senatoribus Curbio, & Ponte, in cauſa Caluſij, & Petrochi Taurinenſ. Dicebatur pro actore eſſe iurandum, primò per deciſ. Boer. & eiuſdem Senatus, de qua ſupra dixi. Secundò adducebatur ratio, quam in his terminis adducit idē Crau. dicto conſil. 207. nume. 4. verſic. Secundo poſſet. Tertiò quia doctores multi voluerunt, quod tale iuramentum non offeratur niſi ab eo, qui aliquid probauit, ergo iſta probatio iuuat oblationem, & ita etiam arguit D. Molignat. dicta quæſtio. 239. facit quod dicit Specula. in titu. de iuram. oblat. nume. 8. quod iuramentum debet ei qui melius probat deferri.

Pro reo adducebatur primò ratio incōpatibi-
3 litatis, quam † allegat Crauet. dicto conſilio 207. nume. 3. Nam ſi teſtes actoris probant, & iuramentum rei probat contrarium, neceſſe eſt iudicare aut contra teſtes, aut contra iuramentum. Secundò adducit ibidem Crau. rationem timoris periurij detegendi, per iura ibi allegata, præſertim cùm tale periurium detegi poſſit ex præſenti ſtatu, cùm teſtes actoris iam ſint examinati,

quo

quo caſu militat ratio periurij, vt per Purpur. in
dicta l. manifeſtę. nume. 26. verſicul. nona cauſa.
ibi & ex eorum dictis. ſed huic argumen. rectè
reſpondet ibi Crauet. Tertiò allegatur. l. contra-
ctus. §. illo. C. de non numera. pecun. vbi iura-
mentum non defertur, quando probationi præ-
cluſa eſt via. Quartò ratio æqualitatis ſeruandæ:
nam ſi actori data eſt facultas examinandi ſuper
ſuis capitulis, quare hoc debet reo denegari præ-
ſertim gratia honoris ſui? Quintò quia cum actor
ſit admiſſus ad probandum per omne genus, ſi
nō obtulit iuramentum intra tēpus ſibi imputet.
Iaſ. in l. admonendi. nume. 319. verùm hæc ra-
tio parum facit, per ea quæ dicit Cagnol. in d. l. 2.
nume. 264.

Reſolutum fuit per Senatum quòd viderentur
teſtes per vnum ex dominis (cum Senatui ſem-
per aperti ſint) qui ſi probarent tunc non eſſet iu
randum ne detegeretur periurium, ſi autem non
probarent, tunc locum eſſe iuramento. & ita ſę-
pius obſeruatum poſteà fuit.

Teſtamentum imperfectum quod inter liberos valere dicitur, an inter liberos naturales tantum & ſpurios ſubſiſtat.

DECISIO XCIIII.

1 *Tex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. an habeat locum in liberis naturalibus tantum non legitimis. & nume. 2.*

LEX, Hac conſultiſſima. §. ex
imperfecto. C. de teſtamen. an
3 † procedat in naturalibus libe-
ris ſi legitimi non extent, dubia
eſt quæſtio; & in ea (put in du-
biis iuris quæſtionibus vt plu-
rimum cōtingit duæ) ſunt prin
cipales opiniones, affirmatiua vna, negatiua al-
tera. Affirmatiuam opinionem quòd procedat
tenuerunt Specula. Caſtr. Roman. Bald. quos re-
fert Iaſ. in dicto §. ex imperfecto. colum. 2. nume.
4. Et dicit Caſtren. quod eſt ſatis rationabilis illa
Speculi opinio Idem tenent Ioan. Fab. Alber. So-
cin. & Guil. Benedicti, quos citat Boer. deciſ. 240.
quamuis Benedict. videatur magis diſtinguere. Ti
raquell. in l. ſi vnquam. §. ſuſceperit liberos. num.
60. & ſequitur ipſe Boer. nume. 14. verſicul. ſed
quod diſpoſitio: dicens opinionem Speculi habe-
re maiorem apparentiam. & ibi nume. 19. dicit
ita fuiſſe per curiam iudicatum. Sed Boer. loqui-
tur quando præſumptio eſt quod ex tali nomina-
tione filiorum naturalium illi ſint legitimati.

Negatiuam opinionem quod ille §. non proce-
2 dat in naturalibus liberis †, tenuerunt Bald. Angel.
Salycet. Imol. quos refert Iaſ. in d. §. ex imperfe-
cto. col. 2. nume. 4. verſic. ſecundo limita, dicens
quòd in contingentia facti omnes doctores ita
conſuluerunt. Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis roga-
tus. nume. 45. ad Trebellian. Iul. Clar. de teſtam.
quæſtio. 12. Palcot. de not. & ſpur. quæſtio. 32.
nume. 2. & 7. Dec. conſil. 610. Curt. Sen. conſil.
74. nume. 155. Aretin. in l. qui teſtamento, §. nec
furioſus. in 2. & 3. col. Curt. Iun. in dicto. §. ex im-
perfecto. nume. 7. Rub. conſil. 7. nume. 7. dicens
communem Papon. libr. 10. Areſt. 1. nume. 2. &
hanc vti communem nouiſſimè ſequitur Ma-
gdalen. in tracta. de num. teſt. in teſtam. requiſ.
cap. 16. nume. 199. & cum illa vti communi tran-
ſiuit Senatus in cauſa Luperiæ de Ripolis. 1564.
24. Martij. Quid aut ſit in adoptiuis dicā ſuo loco.

Fęriarum tempore, quæ in honorem Dei indicuntur, ſed à populo & clero non obſeruantur, vt ſunt dies hæbdomadæ ſanctæ, an fieri poſſit executio.

DECISIO XCV.

1 *Fęriarum tempore in honorem Dei non poteſt ad aliquā executionem procedi.*

2 *Fariatis diebus hębdomadæ ſanctæ an fieri poſſit executio.*

3 *Reſiſtens executioni nullæ an puniatur.*

FAERIARVM tempore in
honorem Dei inductarum pro-
1 cedi non poteſt † ad aliquam
executionem. l. dies feſtos. C. de
fer. Vant. de nullitatib. capit. 9.
numero 131. vbi dicit commu-
nem poſt Alexan. & Signorol.
quāuis in aliis indictis ob neceſſitatem hominū,
& ipſorum vtilitatem executio fiat, vt per eun-
dem Vant. ibi. numero 131. Menoch. de Arbitrar.
iud. libro 1. queſt. 29. numero 11. & dixi ſupra de-
ciſio. 39. vbi aliqua de fęrijs non iniucunda notata
reperies.

Sed dubium eſt, quid in diebus fęriatis in ho-
norem Dei, qui tamen à populo, & clero non ſer-
2 uantur, vt ſunt dies † hebdomadæ Sanctæ. an fie-
ri poſſit executio? Et in quadam cauſa Aſten. de
Ferraris, & Peletam, Senatus dubitabat, & pri-
mò allegabatur, dicta l. dies feſtos. Sed clarius, &
in terminis videtur text. in l. omnes dies. C. de fer.
in fin. Bertachin in §. executio. num. 19. vbi multos
citat. & ita videtur tenere idem Vant. dum gene-
raliter dicit de tempore in honorem Dei feriatō.

In contrarium allegabatur deciſio Guid. Pap.
in quęſtio. 215. qui vult exceptis diebus feſtis, aliis
fęriatis etiam in honorem Dei poſſe fieri execu-
tionem, vt latè ibi per eum, qui multa diſtinguen-
do adducit.

Tertia

Tertia fuit opinio Abb.in capit. fin. colum.penult. verſiculo 7.lectura. de iudic. qui dicit, quod facta tenet talis executio, verùm fieri non deberet.

Senatus diu dubitauit, tãdem dixit de iure non poſſe reſponderi ad dict.l.omnes. in fin. vbi eſt caſus. & capit.conqueſtus de ferijs. Verùm ſtilus curiæ in contrarium allegabatur, cùm non obſeruetur ſolennizatio integraliter illorum 15. dierum Paſcatis, ideo dixit quò ad dies hebdomadæ Sanctæ ceſſare debere executionem iudicialem actualiter, licèt currat tempus iniunctionum, & ita obſeruatum eſt, prout & de communi aliorum locorum obſeruantia teſtatũr Franciſc. de Cruce in ſuo magno tractatu de fer. cat. 12. in rubr. de ſeptimana Sancta.

Sed maius erat dubium, an ille, qui tali executioni reſtiterat, eſſet puniendus; & dato, quòd fieri deberet & poſſet tali die, nulli dubium eſſet.

3 Sed dubium eſt † ſi demus de iure, & ſtilo fieri non potuiſſe aut debuiſſe, quo caſu Iudici de facto procedenti licet de facto reſiſtere ſeruata tamen diſtinctione Ioan.de Plat. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. libro 10. & Aquenſ.in l.vt vim. D. de iuſtit.& iur.& ita aliqui determinabant. Maior tamen pars dominorum fuit in voto, vt iſte non remanet impunitus, ſed pœnam mereatur, mitius tamen in pecuniaria pœna damnetur, non ad pœnam decreti.

Amplia, quod iſtis diebus Sanctis non poſſint etiam de conſenſu partium examinari teſtes, & ita cenſuit Senatus, niſi periculum eſſet in mora, nam tunc poteſt examen fieri ferijs illis non obſtan. vt euitentur rixę, & ſcandala prout factum fuit in quadam cauſa Taurinen. Loiæ, & Sapientis: in qua ſuper poſſeſſorio ſeruitutis vię fuerunt examinati teſtes in hebdomada Sancta.

Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati vel grauati, & quæ coniecturæ vocationem, vel grauamen in re dubia inducant. Declaratur conſi.Oldr. 21.

DECISIO. XCVI.

1 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati, & l. numer. 3.6.*

2 *Vtilitas quæſtionis, an filij in conditione poſiti cenſeantur vocati vel non.*

4 *Conditio nihil ponit in eſſe, & diſpoſitionem non inducit.*

5 *Glo. in l. Lutius. 85. D. de hæredib.inſtitu. ab aliquib. reprehenſa.*

7 *Extraneorum, & deſcendentium nulla facienda differentia quando quæritur, an poſiti in conditione ſint vocati.*

8 *Filij in conditione poſiti ex coniecturis cenſentur vocati.*

9 *Coniecturæ quæ ſufficiant ad vocationem inducendam.*

10 *Filij in conditione poſiti ſi ſint grauati an vocati cenſeantur. & numer. 11. 12. 13.*

14 *Bart. opinio in dubio ſequenda, cùm in eo ſit ſubſtantia veritatis.*

15 *Filij an vocati cenſeantur ſtante digreſſione ad plures gradus. & numer. 16.17.*

18 *Anchara. opinio, quòd filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, duobus in caſibus ampliatur. & num. 19.*

20 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi teſtator ad familiam rationem habuerit.*

21 *Filij cenſentur vocati ex teſtamento, ſi maſculinitatis habita ratio fuerit, numero 22.23.26.27. & 28.*

24 *Maſculinitatis qualitas non indicit vocationem, ſi extranei ſint inſtituti de aliena familia.*

25 *Filij in conditione poſiti, licèt de extranea familia, vocati cenſentur ſi grauatus fuerit inſtitutus, vel ſubſtitutus ſumere nomen, & arma domus.*

29 *Prohibitio alienationis ſicut fideicomiſſum ita etiam vocationem filiorum in conditione poſitorum inducit. & numero 30.*

31 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ſtante reciproca ſubſtitutione.*

32 *Filij in conditione poſiti, qui ex coniecturis vocati dicuntur, an cenſeantur etiam grauati ſubſtitutis hæreditatem reſtituire. Ad conſ.Oldr.21. & num.33. & 34.*

1 FILII in † cõditione poſiti ſub illa dicendi formula. *Si Titius, ſine liberis deceſſerit ſubſtituo Caiũ*, an cenſeantur à teſtatore vocati; Ardua, & difficilis eſt quæſtio, & altam ac profundam vocat Gabriell.in lib.4. cõmun. concluſ. tit. de fideicommiſſ. cõcluſ.4. Illamq; Cęſarea deciſione indigere dicit Purpurat.conſi.596. in principio, quod reperitur inter conſi.Silua.cõſi. 53. & re vera dicere de ea poſſumus, quod de illa doctorũ cõtrouerſia, An tacita pupillaris in compendioſa cõtenta excludat matrem. Dicit Burſat. conſil. 8. nume. 39. quod eſt quæſtio ſine fundo; & quãuis multæ certę regulæ in ea traditę ab antiquis & modernis doctoribus fuerint, tamen tot limitationes ſubannexę ſunt, vt vix quicquam certi hodie habere poſſumus; imò adeo in immenſum noſtris temporibus antiqua iſta diſputatio eſt propagata & dilatata, vt quæ ſola tempore Accurſij interlineari gloſa cõtenta fuerit, nũc immenſos tractatus poſtulauerit & nouiſſimè ſuper hac ſola quæſtione integrum volumen edidit Ioſeph. de ruſticis Aquilanus I. C. Quo fit vt res hæc nobis difficilior, & Cymmerijs tenebris obſcurior reddita eſſe videaĩ, & res per ſe ſatis aperta incertior quàm antea hinc fuit effecta, nimirum litigando ſępè veritas amittitur, vt ille ait. Et quanto magis doctores hanc difficultatem extricare conantur, eo magis ſe inuoluunt.

Ego vti video materiam iſtam (ne dicam quęſtionem) ſatis effusè & doctè ab alijs tractatam & multoties in Senatu hoc controuerſam ita breuius immorabor & deciſiuè, memoria repetens me non tractatum, ſeu lecturam, ſed deciſiones in caſuum contingentia factas proponere. Ideo ſola regula generali propoſita aliquas coniectu-

tas & declarationes in forenſi paleſtra frequentes & ſcitu neceſſarias ſubijciam ſacri Senatus deciſionibus adiectis, vt ſaltem ſuper deciſis in patria iſta certi aliquid habeant, quod ſequi poſſint iudices & cauſarum Patroni, quibus operam, & diligentiam noſtram gratam aliquando in hac laborioſiſſima iuris diſciplina futuram confido.

Hæc quæſtio (vt id obiter dicā) vt ſciamus an
2 filij poſiti † in conditione ſint vocati, vel non, eſt vtiliſſima, vt dicit Imola. in l. Lucius. colum. 2. in fi. de hæred. inſtitu. quia ſi demus filios eſſe vocatos, cenſebitur inſtitutus grauatus reſtituere per fideicommiſſum filijs, & propterea filij ſequuta alienatione bonorum teſtatoris poſſent ſuccedendo reuocare, & annullare teſtamentum ſi quod à patre ſuper dictis bonis factum fuiſſet, niſi teſtandi facultatem de his bonis pater conceſſerit, & alibi dicam, & ponit Ruſtic. in ſuo tracta. An & quan. libe. lib. 5. capit. 9. nu. 14. & 16. cùm bona fideicommiſſo ſubiecta vinculata dicantur, & remaneant ſemper apud hæredem cum onere reſtituendi vocatis, & plures alias vtilitates congerit Ioſeph. de Ruſtic. in dicto tract. An & quan. liber. in condit. poſ in procemio. num. 2. & ſeq.

Regula igitur ſit in hac materia vniuerſalis, & pro carrocio iſtius diſputationis conſideranda,
3 quòd filij in † conditione poſiti non cenſentur vocati, ita vt venientes aliquo caſu ad hæreditatem diſponentis dicantur venire ab inteſtato, non ex teſtamento, & magis habere cenſeantur ab inſtituto cui ſuccedunt, quàm ab inſtituente. Hanc regulam videtur probare text. in l. ex facto. §. ex facto. D. ad Trebell. in l. 1. C. de pact. in l. generaliter. in princip. C. de inſtitut. & ſubſtitut. in l. ſi quis ita hæres. D. de hæred. inſt. quæ tamē iura ſi bene ponderentur parum faciunt ad rem. Addo ego pro regula bonum text. in l. filiusfamilias. 114. §. cum erit. D. de legat. 1. vbi rogatus de reſtituendo ſi ſine liberis deceſſerit, liberatus cenſebitur ſi patri ſuperuixerint liberi, licèt illi hæredes non fuerint, neque enim verè dici poſſet eo caſu liberatus fideicommiſſo, grauatus, ſi præſupponeremus liberos vocatos fuiſſe, quia etſi in perſonam illorum defeciſſet conditio quantum attinet ad ſubſtitutum, pater tamen eſſet adhuc grauatus reſtituere ipſis filijs in conditione poſitis, & ſic non liberaretur grauamine cōtra mentē. I.C. ibi expreſſam.

Ratio huius ſic cōſtituti iuris licèt multiplex à doctoribus adferatur, præſertim ab Alex. conſil. 135. viſo titu. quæſtionis. lib. ij. illa tamen videtur eſſe præcipua, & ſuper qua baſis regulæ poſita eſt,
4 quia cōditio † nihil ponit in eſſe, & diſpoſitionem nō inducit l. ex facto. 19. & l. ſi quis ita hæres. D. de hæred. inſt. d. l. filiusfamilias. §. cum erit. de lega. 1. Hęc eſt enim natura conditionis, vt illa purificata res ab onere conditionis ſoluta remaneat, & redit tanquam ſi non eſſet appoſita. toto titu. de condit. inſtitut. & de condit. & demonſtrat.

Cum hac regula tranſit gl. in l. Lucius, ſecunda. quæ eſt. l. 85. in fi. D. de hæred. inſtituen. quam ibi ſequuntur Bart. Bal. Odoffred. Imol. Alberic. Iacob. de Arena. Goffred. Angel. & alij magis communiter. & in l. 1. C. de condit. inſert. Et hæc ſine dubio eſt magis recepta opinio, vt videre licet ex latè congeſtis authoritatibus per Gabriell. dicta conclu. 4. (à quo ſubripuit Port. Imolen. lib. 2. commun. opin. concluſ. 12.) Iul. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 77. Ripam in l. centurio. nume. 159. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitu. Mich. Graſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 13. nume. 1. & per authoritates nouiſſimè adductas à D. Ioſepho de ruſtic. in dicto tracta. ſupra allegato cap. 2. num. 1. per totū. Ex cuius ſcriptis ſi velimus ſatisfacere illis qui communes quærunt opiniones, numerabis 120. doctores, qui hanc partem tenuerunt, & illam per iudices & Rotas paſſim in iudicando receptā fuiſſe reperies; ſimulque noſtrorum temporum deplorandam miſeriam conſiderabis, & quàm parum credendum ſit illis doctoribus, qui audacter contrariam partem conſulendo magis communem dixerunt, quos enumerant Gabriell. Graſſ. & Ruſtic. in dicto tracta. cap. 2. par. 2. Nam re vera hęc eſt receptior, & tam antiquis quàm modernis tēporibus pro magis cōi habita: cū quā nouiſſimè tranſit Alex. Trentacinq. in ſuo vtili tracta. ſubſtitut. par. 4. c. 11. nu. 20. verſi. ſecundus caſus. & pluribus ſeq. qui dicit quòd hæc opinio eſt canonizata tam in ſcholis quam in palatijs, & nefas eſſe ab ea in iudicādo recedere. Put. Cardinal. deciſ. 215. par. 3. Florian. de Santo Petro doctor antiquus cōſil. 5. & conſi. 14. nu. 7. & eandem ſequitur multis rationibus comprobando Ioſeph. in d. tracta. c. 2. par. 2. nu. 80. dicēs magis communem, crebriorem, & receptiorem. Crau. 537. & 878. D. Ozaſc. conſi. 35. per totum.

Et quamuis in puncto iuris hæc opinio re vera
5 nō ſit ſine † difficultate poſita, propter verba text. in d. l. Lucius. in fin. quibus hactenus non vidi ſufficienter reſponſum, cùm vtatur I. C. ibi verbo prælationis, quod eſſe non pōt ſine expreſſa vocationę; & propterea multi, q per ſupra citatos doctores & præſertim per Ruſticum allegantur, plurimiq; ex recentioribus non ſęuis doctrinæ viri contra communem tenuerint opinionem; & non immeritò multi exclamauerint dicentes interpretationem glo. eſſe duram & menti teſtatoris contrariam; & tex. deſtruere dicat Purpur. d. conſil. 596. vbi multa non contemnenda argumēta adducit, cū ſine dubio ſicut vocauit ſubſtitutū, magis vocaſſe cenſeatur filios, quaſi in ſecundo gradu inſtitutionis poſitos, & ridiculum videaē dicere quòd poſſit inſtitutus dilapidare & quocunque modo alienare bona ſibi per teſtatorem relicta, poſtquā natiuitate filiorum purificata fuit conditio, cùm hoc omnino mentem ipſius teſtatoris videatur ſubuertere; Multaq; non contemnenda argumenta adferat contra glo. Franciſc. Gratian. I.C. Vicentinus in tracta. ſubſtit. nu. 20. & ſeq. inter quę illud ſatis ſolidū mihi videatur deductum ex l. quandiu. D. de regu. iur. Ideo dicit ipſe Gratian. quòd tādem reprobabitur d. glo. tamquam inimica teſtatoribus, & filijs illorum patrū, qui dilapidant bona; & cōtra Accurſium illud dici vltra ſupra citatos doctores poſſit, quod in ſimili Papinianus dicebat

cebat

cebat in l.cum auus.102.D.de condi. & demonſt. minus eſſe ſcriptum quam dictum, & expreſſionem conditionis in perſonam filiorum à teſtatore factam aliquid operari debere.l.ſi ita legatum.6.§.1.de leg.1.l.inter ſocerum.§.cum inter.D.de pact. dotal. cùm aliàs illa ſatis a lege ſit ſubintellecta.d.l.cum auus.& l.cum acutiſſimi. C. de fideicōmiſſ. Et hāc opinionem nouiſſimè ſequitur tamquam veriorem, & magis receptam P. Anton. de Petra in tracta.de fideicommiſſ.q.9.nu.156.Claud.Chifflet.de iur.fideicommiſſor.cap.14.vbi ſaltem ſuſtinere conatur, quòd ſi non ex directa ſaltem ex fideicommiſſaria ſubſtitutione vocati cenſeantur; non contemnendis iuribus, & rationibus motus.

6 Tamen durum eſſet † ab opinione gl.recedere, cùm ſit canonizata, vt dicit Purpurat.dicto conſi.396.nu.6.& pro illa in plurimis Parlamentorum curijs fuerit pronuntiatum; vt teſtantur.Guid.P.P. Capic. Ruſtic. Put. Bertrand. Andr. Gail. qui dicit ita in ardua cauſa fuiſſe per Cameram Imperialē iudicatū, & alij ſupra relati. & quotieſcunque caſus contigit, ſemper cum cōmuni opinione tranſiuit Senatus ſequendo glo.in d.l.Lucius. Et in ardua, & magna cauſa Sabaudiæ de Chiaranſonai, quæ fuit per Sereniſſimum tunc regnantem Eman. Filibertum iudicata ex voto Dominorum Hier.Purp. Præſidis Salutiarum, Ruſficæ, Ponte, & meo. 1566. 11. Maij. Et in alia toto ſedente Senatu, Illuſtriſſimi D. della Manta contra fratres de Leuinis Saulianen. 1589. 26. Iunij. & nouiſſimè in alia Freylini de Vilanoua. 1590. Menſe Ianuarij. nec vnquam ab ea opinione receſſit niſi ex indubitatis coniecturis aliter de mente teſtatoris clarè appareret, vt infra dicam: & profectò illi antiqui patres optima conſideratiōne ducti hoc ſanxerūt, quia illis graue viſum fuit per cōditionalia verba vocare filios, & liberam teſtandi facultatem, libero homini, & quandoque filio patre prudentiori auferre, & liberis forte parum pijs contra patrē optimum criſtas vt dicitur erigendi occaſionem præbere.

Nec mihi placet, quod (deſtruendo hanc communem regulam) aliqui dixerunt, diſtinguentes
7 extraneos † à deſcendentibus teſtatoris, vt primo caſu ſi teſtator vocauerit filium, & eo ſine filijs, alium ſubſtituit, iſti filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, & veniant ex teſtō pietatis quodā intuitu, de quo in d.l.cū acutiſſimi. & d.l.cū auus. in qua opinione fuit Salyc. in l.1.C. de condit. inſer. quem ſequuti ſunt Boer. deciſ. 155. num. 21. Decian.conſil.9.nume.1.& conſil.44.nume.5.libr.3. dicens æquiorem, veriorem, & magis communem, & poſt eum Mich. Graſſ. dicta quæſtio. 13. in fin. & vir ſubtiliſſimus Franciſcus Hotoman. Illuſtr.quæſtionum libr.1.quæſtio. 13. quaſi quod extraneis l.cum auus. & l.cùm acutiſſimi.ratio nō conueniat, vt per Bar.ibi.Alexan.conſil.100.libr.7. Gulielm. Vnciac. quæſtionum Academicar.lib.1. quæſt.27.nume.2. Quia in contrarium eſt verior, & magis communis opinio (quicquid ſcripſerit Decian.) quam præ cęteris firmant Clar.in §.teſtamentum.quęſt.79.Gabriel.dicta concluſ.4.nu.35. Rip.in l.Centurio.nume.159. Curt.Sen.conſil.42. nume.14. verſicul. ſed præmiſſis. vbi omnino vide pro defenſione principalis regulæ. Socin. Iun. conſi.174.nume.22.lib.2.Petra.d.quæſtio.9.num.185.verſic.ſed aduertēdum eſt.Ruſticus.dicto tracta.An fil.in condit.poſi.lib.1.cap.3. dicens in hoc non eſſe aſſentiendum Deciano. & citat Cęphal. conſil.517.nume.60.lib.5.qui dicit Saliceti opinionem ita diſtinguentis eſſe magis communiter reprobatam. Clara etenim ſunt iura, quę diſponunt in materia noſtra, extraneos à deſcendentibus non differre; & primo in d.l. Lucius.vbi teſtator vocat fratrem, & ſic extraneum nondeſcendentem, & cùm omnes doctores, qui de hac regula diſſerere voluerunt, totius materiæ conſtituant baſim, & fundamentum in dicta l. erit facti ſpecies ibi à I. C. poſita conſideranda. Secundò eſt tex. contra prædictam opinionem in l.generaliter. C. de inſtitut.& ſubſtitut.ibi.

Quo exemplo etiam alijs perſonis, licèt extraneæ ſint, de quibus huiuſmodi aliquid ſcriptum fuerit, medemur.

Volens Iuſtinianus id qđ in perſonam liberorum ſtante illa conditione ſine liberis in teſtamēto poſita diſpoſuerat, ad illa teſtamenta in quibus non deſcendentes ſed extranei inſtituti ſunt, extēdi. Et re vera ſi perſiſtamus in ſimplici quæſtione, an filij in conditione poſiti ſint vocati, cùm quæſtio poſſit eſſe vniuerſalis ſuper clauſula illa conditionali, *ſi ſine liberis*, propoſita, fruſtra adhibetur differentia inter deſcendentes & extraneos, cùm eadem ratio quo ad teſtatoris voluntatem conſideretur; Ideo ſiue teneamus communem ſententiam, quod in conditione poſiti non ſint vocati, ſiue contrariam nulla erit adhibenda diſtinctio: & quotieſcunque caſus cōtigit, nulla fuit ſuper hoc in Senatu facta differentia.

Non erit tamen iſta diſtinctio contemnēda eo caſu, quando alijs cōcurrentibus volumus ex coniectura ta teſtatoris mēte inferre, habuiſſe eum affectionem ad ſuam deſcendentiam vel agnationem, vt dicamus tunc liberos in conditione poſitos cenſeri vocatos, quia affectio ſanguinis auget præſumptionem, quæ facilius in deſcendentibus, vel agnatis militare poteſt. Ideo non malè prudens iudex, cuius arbitrio vt plurimum iſta committi ſolent, (vt infra dicam,) hac diſtinctione aliquando vtetur. & l. Lucius. loquitur in inſtituto, qui erat de familia: Ratione etenim familię fideicommiſſa plerunq; inducuntur. l. filiusfamilias. 114.§.diui.D.de lega.1.l.Titia Seio.87.§. Seia libertis.D.de lega.2. & in hoc caſu loquuntur Cagnol. Soci.Cęphal & alij, qui pro hac diſtinctione à Ioſepho referuntur. dicto tracta. An liber. in condit. poſi.lib.2.cap.3.& mox latius exponam. Ideo non malè dicemus ſtante diſpoſitione in deſcēdentes vel in familia facilius iudicem ex qualibet alia leuiori coniectura, pro fideicōmiſſo arbitraturum.

Retenta igitur communi regula pro vera, & illi tanquam carroccio adhærendo, vt dicit Curt.

ſen. conſil. 42. colum.7. multas patitur fallentias
& exceptiones, prout ad lungum recenſent Ga-
briell. Pettra. & Ruſtic. in locis ſupra citatis, quas ſi
omnes admitteremus dubio procul recepta re-
gula in totum deſtrueretur, quia nullus eueni-
ret caſus, in quo aliqua non adeſſet coniectura
vel fallentia, ex quibus vocatio filiorum induce-
retur: Ideo mihi ſatis erit vnam fallentiam gene-
ralẽ proponere, ſub qua omnes aliæ includuntur.

Declaratur ergo communis regula, vt non
8 procedat, quando † in contrarium apparet de vo-
luntate teſtatoris, quæ tamen mens ex coniectu-
ris à teſtamenro reſultantibus colligi poſſit: nam
tunc ex illis iuxta lecturã teſtamẽri diiudicare poſ
ſumus, an voluerir teſtator vocare liberos, quos
in condirione poſuir, vel non; & iuxta eas con-
iecturas erit per iudicem res terminanda; quia in
teſtamentis præſertim in fideicommiſſorum ma-
teria voluntas teſtatoris tanquam Regina do-
minatur, & ex coniecturis ellicitur. §. diſponat.
auth. de nupt. l. cum quæſtio. in fin. C. de legat. l. in
conditionibus primum locum. D. de condit. &
demonſtrat. l. cum proponebatur. 64. in fin. l. peto.
69. §. fratre D. de legat. 2. l. quærebatur. in fin. D. de
milita. teſtament. l. 3. C. de liber. præter. cum ſimil.
aductis in propoſiro per Curtium ſeniorem di-
cto conſilio 42. colum. 1. & 2. & hæc eſt ferè om-
nium doctorum applauſu recepta declaratio ad
prædictam regulam, cum qua prætermiſſis anti-
quioribus tranſeunt Gabriell. Clar. Graſſ. Petra.
Trentacinqu. Ruſtic. qui infinitos cumulat dicto
tracta. lib. ſecundo capit. primo, & alij ſupra pro
communi opinione citan: & quamuis Graſſ. di-
cta quæſtio. 13. circa fin. voluerit illam reſtringere
vt procedat tantum inter deſcendentes, magis ta-
men eſt, vt generaliter intelligatur ex ſupra pro-
ximè traditis, prout illam ſine vlla diſtinctione
intellexit, & ſm eã iudicauit Senatus pluries præ-
ſertim in cauſa Fiochi de Alpignano 1589. & no-
uiſſimè in prędicta cauſa Freylini, vbi fuerat vo-
catus in ſubſtitutione frater à teſtatore, in quibus
caſibus ex coniecturis inducta fuit vocatio.

In iſtis autem coniecturis mirum in modum
ſeipſos torquent doctores, perquirentes quæ nam
9 magis probabiles † ſint, & efficaciores ad voca-
tionem inducendam; quidam enim quibus com-
munis videtur diſplicere ſententia voluerũt quam
libet leuem coniecturam ſufficere, vt filij dican-
tur vocari. Tob. non. conſilio 31. numero 13.
Crau. conſilio 62. nume. 6. & 113. num. 1. Alij ve-
rò non quamlibet per ſe ſufficere, ſed plurium
concurſum deſiderarunt; & quòd ſint conclu-
dentes. Pariſ. conſilio 87. numero 16. volum. 2. &
conſilio 66. numero 12. volum. 3. iuxt. regu. quæ
non proſunt ſingula multa iuuant. Alba. conſilio
31. numero 9. Corn. conſilio 230. numero 7. libro
3. Riminald. iun. conſil. 358. numero 171. libro 4.
Achill. Perſonal in tracta. de adipiſcen. poſſeſ. nu-
mero 201. Quidam tenuerunt nullam coniectu-
ram nec per ſe nec ſimul iunctam ſufficere ad vo
cationem inducendam, vt Iaſ. in l. centurio. nu.
58. Socin. in l. cum auus. qui dicitur acerrimus
impugnator omnium coniecturarum, quas Do-
ctores attulerunt à Ruſtic. dicto tracta. lib. 3. capit.
1. numer. 6. Mihi in hoc conflictu ſemper placuit,
vt huius rei diſcuſſio iudicis arbitrio relinquere-
tur, prout tenuerunt multi citati per præſtantiſ-
ſimum. D. Menoch. de arbitrar. caſu. 148. & dice-
rem iuxta qualitatem coniecturarum illius arbi-
trium moderandum eſſe: nam ſunt aliquæ ſolæ
ſufficientes ad inducendum fideicommiſſum in
perſonam filiorum, aliæ non, vt infra dicam,
& bene concludit Petra dicta quæſtio. 190. verſi-
culo ego vero puto. M. Graſſ. dicta quęſt. 14. in fin.

Plures autem coniecturæ à Ruſtico. Graſſo. Pe-
tra. & Trentacinqu. referuntur, quibus admiſ-
ſis facilè communis ſubuertitur concluſio; ego
in difficilioribus, & magis controuerſis inſiſtam,
ne de carta in papirum omnes doctorum can-
tilenas, vt ita dicam, tranſportare videar.

Prima coniectura, ſuper qua non leue con-
ſtruitur fundamentum illa eſt, quando teſtator
10 † filios in conditione poſitos onere fideicommiſ-
ſi grauauit, quæ coniectura habet authorem non
contemnendum iuris magiſtrum Bartol. ſcilicet
in l. centurio. numero 37. D. de vulgar. & pupilla.
ſubſt. qui ponit caſum in formula illa alternati-
uam continente, *Si Titius deceſſerit ſine liberis, vel
eorum filij ſine liberis, ſubſtituo Sempronium*, hic non
ſunt filij Titij primo loco poſiri in conditione ex-
preſsè vocati à teſtatore, ſed quoniam poſt eos
vocati ſunt illis deficientibus eorum liberi vocati
ſunt, & ipſi filij grauati reſtituere ſi ſine liberis
decedant Sempronio, fortis ellicitur coniectura,
quòd ſicut teſtator illos onere fideicommiſſi gra-
uauit, honorare ſimiliter voluerit, quia aliàs gra-
uati non poſuiſſent. l. ſed & ſi ſic. 6. in fin. D. de
legat. 3. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. quamuis dice-
re poſſemus ſine vocatione ſubſiſtere grauamen
factum hæredi hæredis, quia illius fidei commit-
ti poteſt, per text. apertum. in l. 5. in fin. D. eodem.
de qua re vti controuerſa vide Graſſ. §. fideicom-
miſſum. quæſtio. 7.

Hæc coniectura licèt ſatis ſubtiliter ſit à Bart.
propoſita, non tamen defuerunt, qui illam impu-
gnare nixi ſunt, reſque eò altercando proceſſit in-
ter Doctores, quibuſdam Bartol. alijs contrarium
defendentibus, vt vix de ea quicquam certi habe-
re poſſimus, ſibique variando in ſuis ambagibus
perſiſtentes contrariantur Doctores, & hic vna-
quæque opinio communis, & magis communis
appellatur, quòd ex dinumeratione doctorum
iſtius rei veritatem facilè habere poſſumus. Nam
pro opinione Bartol. quam hodiè magis commu-
niter receptam dicit Socin. iun. conſil. 114. num.
28. libro 3. citantur Anchar. Aretin. Bald. Iacob. de
Beluiſ. Salicet. Ang. Caſtr. Soc. ſen. Io. de Monte
Sperello. Guid. Pap. dicens ita pluries iudicatum,
Galiaula. Corn. qui dicit ita ſemper legendo, &
conſulendo tenuiſſe, & vidiſſe ab alijs plurimis
clariſſimis doctoribus tentũ. Dec. Curt. iun. Caſ-
ſan. Gozadin. Bertand. Curt. Sen. dicens colum. 6.
in medio hanc eſſe puram veritatẽ. Cuman. Imol.
Alex. Pariſ. Mantu. Crau. Soci. Iun. Ruin. Pontan.
quos

quos ſuis locis refert Gabriell. dicta concluſ. 4. nu.
17. & omnes ita tenere vidi excepto Decio in con
ſil. 282. per eum allegato, ſed alibi ita tenet nempe
cōſil. 182. & 242. & in l. 1. C. de pact. iſtis addo Alex.
Trentacinqu. in tracta ſubſtitut. par. 4. c. 11. nu. 28.
per totum. vbi in fi. poſt dinumeratas doctorum
authoritates, & vtriuſq; opinionis rationibus pon
deratis, dicit hanc Bar. ſententiam eſſe veriorem,
& hodiè magis communem, à qua in iudicando
& conſulendo nullo pacto recederet. Item addo
Rip. Polit. Din. Io. Andr. Florian. Oldra. Io. Bolo-
gnett. Alciat. Ferdinand. Loaz. Dioniſ. de Peruſ.
Alex. de Neuo. Nouiſ. Pariſien. Crot. Papien. Ce-
phal. qui dicit magis cōmunem. Barbat. Zaz. qui
refert Bar. doctrinam per conſuetudinem in Ger-
mania receptā eſſe. Didac. Couarruu. Tob. Non.
Cagnol. Gribald. Port. Grat. Sfort. Oddo. Torniell.
Gratian. Cotaſ. Celſ. Vgo. Barto. de Hucio. Rimi-
nald. Seniorē Bero. dicentē veram, canonizatam,
& magis communem. Gomez. Salamon. Me-
noch. Manticam. Rol. Decian. Marzar. Simon. de
Prat. quos omnes ſuis locis refert Ioſeph. de Ru-
ſtic. in dicto tract. An & quamlibet. lib. 4. cap. 2. par.
1. nu. 1. per totum. & qui omnes ita in indiuiduo te
nent. Et ſequitur ipſe Ruſtic. dicto lib. 4. cap. 2. par.
2. nu. 28. dicens ab opinione Bar. tanquam verio-
ri, æquiori, & canonizata per doctores Peruſinos
non fore in iudicando, & conſulendo recedendū,
nō ineruditas rationes aſſerēdo. Huic addo Graſſ.
qui cum Bar. trāſit in d. §. fideicōmiſſum. q. 14. nu.
2. Natt. conſi. 551. nu. 26. Burſat. cōſi. 202. nu. 35. lib.
2. Rol. conſi. 18. nu. 10. lib. 4.

11 Contrariam partem † Bart. opinione damnata
ſequuntur infra ſcripti, quorum multi de cōmuni
& magis communi teſtantur. Alber. Rainer. Ri-
char. Imol. Alex. Iaſ. Cuman. Claud. Anchara. Bal.
Soc. ſen. Curt. ſen. dicens magis cōem. Dec. di-
cens communem eſſe contra Bar. Curt. iun. Gual-
den. Bertr. Pariſ. Soc. iun. Mantu. Ruin. Boer. dicens
ita Rotam Romanam iudicaſſe, quos ſuis locis,
refert Gabriell. in loco ſupra citato. quibus addo
Aemil. Ferret. Rub. Bellon. Alban. Mazol. Moder.
Pariſien. Clar. Alciat. Soarez. Burſar. Gribald. Zanc.
Simon de Prat. Riminal. iun. Cephal. Riminald.
ſen. Celſ. Vgo. Bero. Vaſqu. Rol. Math. Brun. Fran-
ciſcum Veggium. Io. Bottam, quos omnes recen-
ſet Ruſtic. d. lib. 4. cap. 2. par. 2. vbi adducit etiam ra
tiones, quas ob id in hac cōiectura fruſtratorium
eſſet recenſere; & pro hac opinione ſolent aſſerre
conſi. Bar. 214. incip. Andreas Martini lib. 1.

12 Diſtinxerunt aliqui in † hoc opinionum conſli
ctu, quod aut teſtator tacitè filios in conditione
poſitos grauauit, & tunc non ſint vocati: aut ex-
preſsè grauauit; & ſint ſine vlla difficultate voca-
ti; quam diſtinctionem adferunt Moder. Pariſ. ad
Alex. in conſil. 64. libr. 5. & alij relati per Graſſ. in d.
quæſtio. 14. nu. 2. verſic. Et hoc tamen. Sed vti illa
diſplicuit Pariſien. qui voluit hoc non obſtan. libe
ros non cenſeri vocatos, ita contraria diſpli-
cuit Graſſo, qui dixit Barto. opinionem eſſe indi-
ſtinctè ſequendam: & verè vnde doctores ſibi hāc
diſtinctionem effinxerint neſciò: nam ſiue taci-
tum ſiue expreſſum ſit fideicōmiſſum, admittunt
doctores illud eſſe inductum ex hoc grauamine,
ergo cum ſit inductum fideicommiſſum, fruſtra
quæritur an tacitè vel expreſsè ſint grauati, quia
coniectura voluntatis teſtatoris, quæ hic requiri-
tur, non aliunde capitur quàm ex ipſo grauami-
ne, vt inde dicamus filios in conditione poſitos eſ
ſe vocatos.

Ex prædictis colligi poteſt opinionem contra
Bar. non ſolùm ambiguam, ſed etiam ambiguum
eſſe, vtra ex his duabus opinionibus communior
13 ſit; Ideo in contingentia † facti dicerem cauſam
eſſe concordabilem, vt in hoc caſu dicit Boer. de-
ciſ. 155. num. 28. & eſſemus in caſu, vbi licet iudici
nō dico adherere opinioni pro amico, quia id nō
exiſtimo eſſe boni viri in iuditijs amico inſeruire
iux. illud Salomonis, pauperis quoq; in iuditio nō
miſereberis: ſed diuidere rem per medium, vt dixi
ſupra deciſ. 89. Media via. & in ſimili caſu, vbi con
currebant plures coniecturæ, ſuaſerunt Domini
de Rota Roma. cauſam concordari, vt vidi in li-
bro Deciſionū D. Cardinalis Putei manuſcripto
recollecto per Perilluſtrem D. meū primum Præ-
ſidem à Ponte deciſ. 634. incip. ſtante digreſſione,
quæ nunc (licèt non ita ad extēſum) reperitur in-
ter deciſiones eiuſdem Putei nouiter impreſſas.
lib. 3. deciſ. 215. incip. Nicolaus de Paſiis; Vbi tamē
dicitur ſtante hac coniectura cum alijs fuiſſe in fa
uorem fideicommiſſi iudicatū. Verùm ſi aliquid
certi in hac quæſtione ſtatuendum eſſet, ego non
recederem ab opinione Bar. cùm in dubio inhęre
14 re † debeamus eius opinioni, in qua ſemper eſt
ſubſtantia veritatis, ſecundum Roma. quem citat
Deci. in l. illud. nu. 10. C. de collat. & nō eſt doctor
fantaſma, ſed ſubſtantialis, vt dicit Bald conſi. 210.
Iſte dominus. col. 2. lib. 2. raroq; deuiat à ſemita ve
ritatis, & æquitatis, vt ſcribit Abb. conſil. 73. nu. 3.
lib. 2. Nec verum eſt, quod contrarium tenuerit in
d. conſi. 214. prout voluit Iaſ. in l. centurio. nu. 59.
Quia Bar. ibi vult, quòd mater ſuccedens filio nō
incurrat pœnam ſi in tempore non ſoluat, quia in
pœnalibus fit reſtrictio, ſed non dicit Bartol. quòd
non teneatur ad legata. & hæc Barto. opinio ve-
rior colligitur ex iuribus & rationibus per Tren-
tacinqu. & Ruſticum in locis ſupraſcriptis allega-
tis. Nam cùm in prioris regulæ conſtitutione val-
de dubitent doctores, nunquid poſiti in conditio-
ne ſint vocati, per grauamen manifeſtatur & de-
claratur iſta voluntas, vt dicatur ex illo fuiſſe vo-
catos & honoratos, ſicut onerati fuerunt, quæ in-
terpretatio pro validitate actus ſumenda eſt. Et ſi
quęramus de magis communi, non eſt hodiè du-
bium quin pro Bar. magis communiter tranſeant
Doctores, cùm pro illo numerētur 70. Doctores,
& pro contraria 47. & ſi tollamus de medio va-
rios, remanebit quaſi ſine contradictore opinio
Bar. Cum qua tandē poſt multam diſputationem
trāſibat Senatus in pdicta cauſa de Chiarāſonai.
In qua tū aliæ cōcurrebant coniecturę, nēpe, vo-
catio deſcēdētiū, digreſſio ad plures gradus, & qua
litas maſculinitatis, quarū quęlibet iūcta cū ſupe-
riori licèt rē faciat indubitabilem, poſſet tū ſuſti-

neri, quòd iſta per ſe ſola ſtante clauſula conditionis, facit vt filij dicantur vocati, ſtante communi opinione de qua ſupra. Et ſi per ſubſtitutionem filij vocati cenſentur factam inſtituto vt multi dicunt, multo magis hic venient ſtante ſubſtitutione illis facta, de qua tamen re circa qualitatẽ ſubſtitutionis vide Ruſticum libr.6.capitulo 5.

Plures ad hanc coniecturam dantur ampliationes & declarationes, pro quibus ſatis erit videre Gabriell.d.q.4. & Ruſticum.d.libr.4.c.3.4.& 5.

Secunda eſt coniectura, quæ & ipſa ſatis con-
15 trouerſa & diſputabilis eſt, quando † teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſionem fecit, vt ſi dicat. *Inſtituo filium, & eo ſine liberis decedente ſubſtituo Sempronium, & moriente Sempronio ſine liberis, vel liberis filij ſine liberis ſubſtituo Caium*. tunc enim aliqui voluerunt poſitos in conditione cenſeri vocatos, quia per illam magis apparet de enixa voluntate teſtatoris, vt bona perueniant ad ſubſtitutos, & per conſequens primo liberi ex teſtamento capiant. Hæc coniectura fuit originaliter propoſita à viro ſubtiliſſimo P. de Ancharano, ad ſaluandam glo. & communem opinionem; in conſi.74. vbi conſuluit in caſu quando omnibus decedentibus ſine liberis ſubſtituta eſt pia cauſa, quod conſiliũ ad hoc ſolet continuò allegari, vt dicit Rip. in l. centurio. num.165. quem ſequuntur 23. doctores allegati per Trentacinqu. dicto cap.11. nu.27. verſi. ex prædictis. quibus addi poſſunt Purpurat. conſulendo, Pariſien. Crot. Coraſ. Io. Bolognet. Non. Cephal. H. Gabriell. Riminald. Iunior. Celſ. Vgo. Menoch. Bero. Gu. PP. Decian. Manti. Natt. Rol. Marzar. Simon de Pręt. Cioſ. P. Surd. quos ſuis locis refert Ruſtic. in ſuo tracta. libro.3. cap.1. nu.1. per totum. quorum maior pars atteſtatur de communi, & magis communi, & illam videtur ſequi H. Gabriell. dicta conclu.4. nu.15.

Sed contra Ancharan. tenuerunt ſexdecim do-
16 ctor. ſimiliter per † Trentacinqu. allegati in loco ſupra citato, quorum aliqui teſtantur de communi, dicentes opinionem Ancharani eſſe communiter reprobatam, & illis addi poteſt ipſe Trentacinqu. qui dicit opinionem contra Ancharan. eſſe veriſſimam in puncto iuris: ſed duobus in caſibus admittit pro vera ſententiam Ancharani. Primo quando teſtator plures gradus ſubſtitutionum fecit, repetita ſemper conditione ſi ſine liberis, expreſsè honorãdo filios in vltimo gradu. Sed iſta declaratio non mihi videtur tuta, imò non reſoluit quæſtionem huius coniecturæ, quia ſi expreſsè filij in conditione poſiti ſunt in fine teſtamenti vocati, fruſtra diſputatur de interpretanda voluntate teſtatoris, & fruſtratoriè quæritur an in conditione poſiti ſint vocati. Secundo declarat ſententiam Ancha. vt illa admittatur, quãdo alias aliquod oriretur abſurdum, vt ſi teſtator inſtituto ſine liberis decedente reciprocè ſubſtituiſſet, & poſt mortem omnium alium vocaſſet, inde vltimus ſine liberis moriatur: tunc enim ne ſequatur abſurdum, quod ſubſtitutus admittatur liberis teſtatoris excluſis, dicendum erit filios in conditione poſitos eſſe vocatos; Sed & hęc declaratio (pace dixerim) inanis eſt, quia in hoc caſu iura ſunt aperta tam in l. Lucius. quàm in l. cum auus. & l. cum acutiſſimi. quòd donec extãt ex primo inſtituto liberi nunquã ſit locus ſubſtitutioni, imo hoc ſtante adhuc dicere poſſemus iſtos filios rupiſſe fideicommiſſum, cùm ſint tantum poſiti in conditione, ſtatimq; atque in humanis extant, & nõ cenſeri vocatos ſubſtitutos niſi liberi in cõditione poſiti fuerint etiam grauati, quo caſu reducitur res ad quæſtionem Bar. de qua ſupra. Vnde iſtis circonſcriptis, adhuc dubia remanet Ancharani doctrina, contra quem etiam inſurgunt Clar. Alber. Burſat. Cephal. Celſ. Vgo. Eman. à Coſta. Bero. Moder. Pariſ. qui dicunt illam eſſe phantaſiã Ancharani. Iacob. Berret. Franciſc. Vegg. Inter quos Cęphalus conſil. 419. nume. 74. lib.3. voluit tunc demum veram eſſe opinionem Ancharani, quando vltra duodecimũ gradum teſtator eſt digreſſus, quod ſanè ridiculum eſt: illud enim maiorem quandam voluntatem indicat, ſed non eſt illa voluntas ui tanta digreſſione ſumẽda, cùm ſatis percipiatur ex reciproca ſubſtitutione cum alia digreſſione, vt in caſu Ancharani. Item contra Ancharan. tenuit Simon de Præt. quos omnes refert Ruſtic. dicto lib.3.c.1. nu. 5. Addo iſtis Ozaſc. conſilio 35. nume. 16. in fin. Petr. d.q.9. nu.199. Riminal. Iun. conſi.464. nu.60. & ſeq. lib.4.

17 Mihi re vera † in iſto opinionum concurſu, in quo videmus doctores varia & contraria ſcripſiſſe, difficillimum ſemper eſſe viſum fuit aliquid deliberare, meliusq; eſſet & in hoc paſſu rem concordia terminare, & ita laudarem, potius quam res & facultates ſuas incertę opinionis arbitrio cõmittere: Sed ſi velimus rei veritatem conſiderare & aliquid in hac re determinare; maximè me mouet ratio, quæ pro opinione Anchara. frequentius admittitur, nempe expreſſionem quandam hic ſubſiſtere voluntatis teſtatoris, vt bona ſua nõ ab inteſtato ſed ex teſtamento ſuo capiant liberi, & ſi tãtum tribuimus ſimplici conditioni, vt etiã hodie dubitent doctores an opinio gloſſ. vera ſit; quare liberè non dabimus manum, vt ſtante iſta digreſſione cenſeantur liberi vocati? Ridiculum enim alias fuiſſet tot digreſſiones facere in aliorũ perſonas aliquando etiam extraneas, & liberos magis dilectos inſtituto proximiores non vocare; Magna etiam eſt Ancharani authoritas, & illius non contemnenda doctrina; Ideo licèt in alijs cõiecturis dubitem an potentes ſint ad inducẽdam vocationem per ſe, tamen iſta ſola videretur mihi ſufficiens propter magnam præſumptionem, quam in ſe continet; & ſi dubitemus recedere à communi opinione, hæc eſt proculdubio magis communis; & miror de illis, qui contrarium dicere voluerunt, & facillimè rei veritas haberi poterit, ſi doctores (prout in hoc noſtro miſerrimo ſeculo apud doctores fieri ſolet) dinumerentur; & cum hac opinione nouiſſimè tranſit Ruſtic. dicto capitu. 1. nume. 14. cui addo Crauet. conſilio 878. numero 10. Mich. Graſſ. in dicto. §. fideicommiſſum. q.14. num.3. in fi. & cum Ancharano

tranſiuit

A tranſiuit Senatus 1562. Menſe Septembris. vt
ſcripſi ſupra deciſio. 60. & iterum in prædicta
cauſa de Chiaranſonai, quamquam in ea res erat
clarior propter alias coniecturas concurrentes, &
nouiſſimè in ſupra ſcripta cauſa Freilini 1590. Mē-
ſe Ianuarij. vbi etiam teſtator ſubſtituebat fratrē,
& illius linea deficiente vocabat filias excluſo
alio fratre; licèt aliqui ex dominis reclamarent:
nam & eo caſu dicere poſſumus teſtatorem ha-
buiſſe conſiderationem vocando in ſubſtitutio-
ne fratrem, & alios ad agnationem illius, licèt fę-
minas inſtituiſſet, vt in ſimili poſt Socin. Iun. &
Alc. tenuit Petr. dicta q.9. nu. 185. verſic. 4. caſus.
erit autem res in tuto ſi cum iſta coniectura alia
ex lęuioribus concurrat, puta excluſio fœmina-
rum, vel qualitas maſculinitatis, & ſimill. de qui-
bus infra, vt per Rip. in dicta l. centurio. numer.
165. multi etenim è doctoribus, qui pro Ancha-
rano reſponderunt, cumulant in caſibus ſuis plu-
res concurrentes coniecturas; vt eſt videre apud
Crau. dict. conſi. 878.

Nec eſt verum, quòd Ancharanus ſuſtineat
hanc opinionem ex eo quod in caſu ſuo concur-
rebat qualitas maſculinitatis, & ſubſtitutio piæ
cauſæ, quia licèt iſta concurrerent in caſu ſuo, nō
tamen in illis ſubſiſtit, ſed tantum ſuper iſta di-
greſſione, & per illam ſaluant opinionem glo. &
communem in dict. l. Lucius. imò quòd etiam ex
ſubſtitutione piæ cauſæ non inducatur vocatio,
tenet ex communi Ancharan. Iun. quæſtionum
familiar. lib. 3. q. 31. nu. 10. & ſeq.

Plura adduxerunt Doctorés contra Ancharan.
fundamenta, ſed inutilia, & limitationes ipſorum
non poſſunt eſſe efficaces ad deſtructionem illius
opinionis: ſed mirari non deſino, quomodo au-
dacter magis quàm verè dicere aliqui potuerint,
18 non procedere † iſtam opinionem, quamuis di-
xiſſet teſtator, quòd volebat bona ſua tranſire de
hærede in hæredem, vſque in infinitum, vt dicit
Port. conſi. 137. nu. 18. ad fin. nam cenſeo hoc caſu
non ſolum poſitos in conditione eſſe vocatos, ſed
etiam grauatos, & eſſe inductum perpetuum fi-
deicommiſſum, quia cōſtat de aperta voluntate
teſtatoris fideicommittendi: & ſi ſimus in fami-
lia res eſt apud me expedita hoc caſu, nec habet
principium difficultatis.

19 Minusq; ſuſtineri poterit † aliorum opinio, ſed
eſt certè ridicula, qui voluerunt nec etiam proce-
dere opinionem Ancharan. ſi teſtator declaraſſet,
quòd faciebat tot gradus ſubſtitutionum, quia in-
tentio ſua erat, quod bona ſua perpetuò conſer-
uentur in familia, quos refert Petra. dict. quæſt. 9.
nume. 200. quia non ſolùm hoc caſu eſt coniectu-
ra validiſſima vocationis, ſed per eam clauſulam
eſt inductum abſolutum fideicommiſſum, vt ſuo
loco latè dicemus, & infra ſubijciam.

Supra ſcriptæ duæ coniecturæ videntur ſatis
per ſe efficaces, & ſufficientes; attenta communi
opinione, & dubietate regulæ ſupra in princip.
Deciſionis poſitæ, ad vocationem inducendam:
ſed ſi vel ſimul concurrant, vel vna ex infra dicen-
dis alteri accedat, res non erit in controuerſiam
deducenda; quicquid alij ſine ratione, & funda-
mento ſcripſerint. Multæ autem aliæ ſubnectun-
tur coniecturæ, quæ per ſe non ſufficerent ad in-
ducendam vocationem, ſed ſimul iunctæ mul-
tum operantur; quarum multas ſimul annecten-
do facio vnicam coniecturam, & ſic.

Tertia coniectura eſt, & quidem potentiſſi-
ma ac principaliſſima ad faciendum, quod li-
beri in conditione poſiti cenſeantur vocati tem-
20 pe; ſi teſtator † in ſuo teſtamento habuiſſet con-
ſiderationem ad familiam ſuam, & ad perpetuan-
dum fideicommiſſum in ſua linea ratione agna-
tionis conſeruandæ; pro qua re multos refert Ru-
ſtic. dicto tracta. lib. 5. cap. 7. numer. 1. & hanc con-
iecturam, quæ fauet agnationi cæteris potentio-
rem eſſe, dicit Ruſtic. dicto libro 5. cap. 8. nume-
ro 4. quod cum multipliciter contingere poſſit,
ideo poterunt conſiderari plures caſus. Primus eſt
ſi in teſtamento maſculi tantum vocati fuerint,
21 & adiecta conditio † cum qualitate maſculinita-
tis, vt ſi dicat teſtator: *Inſtituo filios meos maſcu-
los, & ſi filij mei deceſſerint ſine filiis maſculis, Titium
ſubſtituo*, nam hoc caſu multi è doctoribus tam
legendo, quàm conſulendo tenuerunt propter
qualitatem maſculinitatis iſtos filios cenſeri voca-
tos, & ſic venire ex teſtamento, & quidem non
alia vrgentiori ratione moueri potuerunt quàm
ex eo, quòd habuerit teſtator maſculos vocando,
mentem & animum ad perpetuationem fami-
liæ excludendo fęminas: imò ex hac excluſione,
neceſſaria ſequitur incluſio ipſorum maſculo-
rum, & per conſequens ſuccedit manifeſta vo-
catio filiorum in conditione poſitorum. Hæc fuit
originalis conſideratio Guid. Pap. in quæſtio. 184.
quem ſequuti ſunt propter illius authoritatem
(quæ non parua eſt, vt teſtantur. Dec. conſil. 220.
& Gigas de penſionibus. quæſt. 44. col. 1.) Dec.
Rube. Cuē. iun Gozadin. Ruin. Corn. Iaſ. Socin.
ſen. Pariſ. Socin. iun. Cran. Grat. Boer. citati per
Gabriell. dicta concluſ. 4. num. 4. & eodem ordi-
ne relati à Trentacinqu. in dicto cap. 11. numero
24. in prima coniectura. Curna. Rip. Pariſien. Al-
ciat. Albenſ. Purpurat. inter conſil. Silua. Burſat.
Moraſ. Gribald. Zanch. Bolognett. Rota Roman.
Ceph. Port. Decian. Iacob. de Nigr. Non. H. Ga-
briell. Riminald. iun. Celſ. Vgo. Bero. Mantica.
Crot. Rol. Marzar. Math. Brun. Cioff. Æmil. Ferret.
P. Surd. Menoch. quem vide conſil. 393. num. 6. &
8. & conſil. 394. lib. 4. & Turturell. quos omnes ita
indiſtinctè tenentes recenſet Ioſeph. de Ruſtic. in
dicto tracta. an & quand. lib. lib. 2. cap. 2. vbi in fin.
ſub num. 42. verſiculo ego tamen illam vti verio-
rem, & crebriorem ſequitur: & illam magis com-
munem teſtantur Dec. Alben. Port. Decian. di-
cens ab illa in iudicando non eſſe recedendum;
imo pro illa fuiſſe Brixiæ, & per Senatum Vene-
tum iudicatum dicit Curt. iun. & in iudicando
firmatam teſtantur Boer. Celſ. Vgo. & Cephal.
conſil. 115. numero 23. & dicit Burſat. conſil. 202.
nume. 34. hanc opinionem eſſe veriorem, æquio-
rem, & communiorem. eandem ſequitur Mich.
Graſſ. dicta quæſtio. 14. in prima coniectura. in fin,
licèt

licèt exiſtimans aliam communem eſſe dicat durum fortè eſſe ab illa recedere. ſequitur bene examinando. D. Purpurat. conſil. 596. numero 8. vbi reſpondet ad argumenta in contrarium. Crauet. conſil 537. numero 10. vbi dicit, quod licèt iſta opinio habeat dubitationem ſolis filijs maſculis in conditione poſitis, tamen extra controuerſiam remanet filiabus, & fœminis excluſis fauore agnationis. Ego exiſtimo quo ad hoc idem eſſe quando ſoli maſculi ſunt in conditione politi, quia tunc fœmine ſine dubio ſunt per ſe ſatis ſine expreſſione excluſæ, & ita per Senatum Pedemontanum tunc temporis ipſo conſulente iudicatum dicit Cagnol. in l. 1. numero 51. C. de pact. addo Pancitol. conſil. 99. nume. 15. P. Io. Ancharan. qq. familiar. lib. 3. q. 31. nu. 2. qui dicit communem, & pro illa ſæpius iudicatum. Hanc opinionem, adeo veram quidam ſunt arbitrati, vt ampliauerint quotieſcunque non expreſsè, ſed tacitè ex coniecturis de maſculis mentio facta fuit, vt per Ruin. conſil. 139. num. 14. libro 3. Soc. iun. conſil. 78. num. 14. libro 3. Dec. conſil. 546. nu. 3. Guid. Pap. quæſtio. 531. quos ſequi videtur Ruſt. dicto libro 2. capit. 3. numero 1. ſed ego dubito de hac ampliatione, quia nimis duplici taciturnitari concederetur, & daretur coniectura ex alia coniectura, quod eſt periculoſum affirmare, & quod idem Ruſtic. poſt Gozadin & Cephal. extendit in feudali materia, non concedo, quia in feudo de ſui natura fœmine ſunt excluſæ, ideo alia eſſet neceſſaria coniectura.

22 Sed contra iſtam † coniecturam exclamant multi, quos ad longum referũt Gabriell. Petra. & Trentacinqu. qui hanc ſequitur dicens ſibi magis placere; & longè plures de communi atteſtantes affert Ruſtic. dicto lib. 2. nume. 34 & contra ſuum votum dicit Guido Pap. maiorem partem dominorum iudicaſſe; ſcribuntq; multi inter quos Rip. in l. centurio. nu. 162. opinionem Guido Pap. non eſſe tutam. Simon de Prętis de interpretat. vltimar. volunta. libro 3. ſolut. 2. numero 11. & conſilio 42.

Breuiter omiſſis doctorum ſubtilitatibus licèt ex dinumeratione doctorum abſq; dubio ſit magis communis opinio Guido Pap. & illa ſit re vera non inefficax conſideratio ad inducendam
23 vocationē, ego tamen ſic reſoluo, quòd † in hoc caſu magna oriatur coniectura vocationis, conſiderato fauore agnationis, dum ſolos maſculos ad illius hæreditatem vocauit teſtator, ſeu magis in conditione poſuit, ſed non eius eſſe roboris, vt ſola ſufficiat ad grauandum teſtatorem, ideo debere coniungi cum aliqua alia, vt poſſit robur obtinere, & Ita ſepiſſimè iudicauit Senatus reiecta opinio. Guid. Pap. quãdo cũ maſculinitate aliæ coniecturæ non concurrunt, & ſi bene examinabuntur doctorum ſcripta, maior pars illorum conſuluit eo in caſu, quando cum qualitate maſculinitatis plures aliæ coniecturæ concurrebant. Ita fuit reſolutum per Sacrum conſilium coram Principe in prędicta cauſa de Chiaranſonai, in qua fuit dictum eſſe vocatos filios in conditione poſitos, quia vltra qualitatem maſculinitatis concurrebant digreſſio, & grauamen, & ita concludit Pur. in dicta deciſ. 215. libro 3. & pro hac concordia multos Doctores cumulat Graſſ. dicta quæſtione 14. numero 1. verſiculo, ſed hæ duæ. & in ſpecie ita videtur determinare Ceph. conſilio 476. numero 18. libro 4. quem ſequitur Petra. dicta queſtio. 9. numero 183. verſiculo veruntamen hæc contentio. A. Perſonal. dicto tracta. de adipiſcen. poſſeſ. numero 209.

Cęterum iſte caſus non ſubſiſtet, nec erit inter coniecturas connumerandus, quando iſta quali-
24 tas fuiſſet appoſita † in inſtitutione alicuius omnino extranei, in quem non poſſit cadere affectio conſeruandæ agnationis, & relinquendi bona in familia, quia videtur tunc ceſſare principale fundamentum opinionis Guid. Pap. imò hoc caſu omnes coniecturæ vim ſuam amittunt. Cagnol. in dicta l. 1. numero. 54. C. de pact. Cephal. conſil. 419. numero 53. libro 3. Socin. conſil. 33. & 73. libro 4. Ioſeph. de Ruſtic. dicto libro 2. capit. 3. numero 3. Petra. dicta quæſt. 9. numero 185. verſiculo tertius caſus eſt. & quamuis ipſe videatur dubitare in extraneo de familia, tamen in penitus extraneo res eſt expedita: & quidem ſi rectè animaduertimus omnes, qui pro coniectura iſta maſculinitatis conſuluerunt, aut indiſtinctè tenuerunt cõtra opin. glo. & communem in d. l. Lucius. aut ſi dixerunt ex qualibet leui cõiectura, poſitos in conditione cenſeri vocatos, vt Crauet. in conſilio 62. numer. 6. libro 1. verſabantur in caſu quo poſiti in conditione erant de deſcendentibus, aut familia teſtatoris, vt videre eſt apud Crau. & alios & Purpurat. dicto conſilio 596. Item ſi inſpiciamus omnes ſpecies, in quibus legiſlatores ex præſumpta mente, & coniecturis fideicommiſſum induxerunt, videbimus illud factum eſſe aut ratione ſanguinis, aut ratione familiæ, dicta l. cum auus. & dicta l. cum acutiſſimi. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtitu. Hinc ratione filiorum inducitur fideicommiſſum. l. vnum ex familia. §. fin. l. cum proponebatur. D. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. hæc verba. l. Pamphilo. de leg. 3. l. quamuis. C. de fideicommiſſ. & familiæ ratione locus ſimiliter eſt fideicommiſſo. l. filiusfamilias. §. diui. l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. & ideo cùm iſte caſus contigiſſet in cauſa Saulianenſ. de Leuinis, in qua teſtator inſtituerat duos fratres extraneos de alia familia, & vno illorum ſine filijs maſculis decedente ſubſtituerat fratrem alterum ſuperuiuentem, aut ſuos filios non exiſtente patre: cenſuit Senatus non eſſe vocatos maſculos in conditione poſitos, & ex vltimis verbis eſſe factam vulgarem ſubſtitutionem, quæ expirauit poſt aditam à fratre vltimo loco mortuo hæreditatem, licèt filios maſculos ſuperſtites reliquiſſet. 1589. Menſe Iunij. licèt ſatis ſubtiliter partis aduocati conarentur etiã hoc caſu efficaciã iſtius cõiecturæ demonſtrare conſiderata aliqua affectione, quam in maſculos de illa familia teſtator habere videbatur, & fuit de mente aliquorum quos citat. Petra dicta quæſt. 9. num. 175. verſiculo & procedit.

Limi-

25 Limitatur autem hoc dictum, quando † eſſet
inſtitutus extraneus cum onere ſumendi nomen
& arma domus, quia tunc poterit iſta conie-
ctura, & etiam caſus infra poſiti ſuum obtinere
effectum. Cephal. conſi. 251. & hoc procedit etiam
ſi poſt filios in conditione poſitos ſubſtitutũ cum
tali conditione vocaſſet, vt latè per Ruſt. dicto tra-
cta. an & quan. libe. lib. 2. c. 6. & cum hac limitatio-
ne trãſiuit Senatus in prædicta cauſa de Alpigna-
no. 1589. concurrente tamen coniectura prohibi
tionis alienationis, & digreſſionis.

26 Aſpernendum etiam † mihi videtur, quod
ſubtiliter aliqui in hoc caſu animaduertũt, nempe
efficaciorem reddi hanc coniectutam, ſi poſiti
ſint in conditione filij ex legitimo matrimonio
procreati, quia hoc nihil ſeruit. Petra. dict. quæſt.
9. nu. 176. poſt Cephal. & Alc. per eum citatos, &
latius num. 201. circ. fin. quicquid in contrarium
ſcripſerit Ruſtic. dicto tracta. lib. 3. cap. 5. cuius ſcri-
pta, & Deciſio Rotæ ibi relata poſſent procedere
alijs coniecturis concurrentibus, aliàs vana eſt iſta
coniectura legitimationis.

Et iſte caſus primus in hac coniectura poſitus
magis redderur extra difficultatem, ſi ſæpius fue-
27 rit qualitas † maſculinitatis repetita, vt exempli-
ficant multi è doctoribus. ſ. pro Guid. Pap. ſenten-
tia citati, & fuerit facta expreſſa filiarum, & fœ-
minarum excluſio. Curt. Iun. conſ. 43. Crau. conſi.
130. Zanch. in rep. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 170.
D. ad Trebel. idem Crau. conſ. 326. nu 16. & con-
ſil. 878. num. 9. Dec. conſ. 477. Petra. dict. q. 9. num.
194. Alcia. conſ. 573. num. 5. quod intellige quan-
do omnes fœminæ excluduntur, dote aliquando
conſtituta, ſecus ſi ſolos filios ſuos teſtator exclu-
28 ſiſſet, vt ſuo loco dicam. Item ſi fuerint † poſiti
in conditione per verba, quę nõ reſpiciunt præciſè
tempus mortis, ſed habent tractum ſucceſſiuum,
vt ſi dicat teſtator inſtituo filiũ, & ſi ex eo non ex-
tent filij maſculi, ſubſtituo Titiũ, tunc enim quan-
docunque decedat inſtitutus, non ſolùm ipſi filij
ex teſtamento vocati cenſebuntur, ſed etiam ip-
ſi erunt grauati reſtituere ſubſtituto. Socin. in l. ſo-
lemus. de condit. & demonſtr. Alex. conſ. 53. num.
10. libr. 6. Iaſ. in l. ſi quis. nu. 11. de inſtitu. & ſubſtit.
Dec. conſil. 480. nu. 7. 585. nu. 4. 636. nu. 6. Gabriell.
dict. titul. de fideicom. concluſ. 7. nume. 8. Crau.
conſil. 878. num. 6. Quamuis cõtradicere videatur
Guid. Pap. quæſt. 128. & alij quos refert Petra. dicta
quæſt 9. nume. 189. verſiculo 5. an ſaltem. & quid
ſi per ablatiuos abſolutos fuerint poſiti in condi-
tione, vide eundem. num. 204. & 205.

Secundus caſus in hac coniectura conſtitui po-
teſt, quando fuiſſet à teſtatore in perpetuũ prohi-
29 bita bonorum † alienatio, nam tunc ſicut teſta-
tor abſq; dubio perpetuum induxit fideicommiſ-
ſum, vt ſuo loco latè dicemus, & ſcribit M. Graſſ.
in §. fideicommiſſum. q. 5. ita & fortius cenſetur
voluiſſe filios in conditione poſitos ad ſuam hæ-
reditatem vocaſſe, & ipſi tanquam vocati poterũt
alienata reuocare, & hanc eſſe magis cõem opi-
nionem teſtatur Decian. conſ. 41. num. 36. lib. 1. &
conſ. 44. nu. 47. lib. 3. Mantica de cõiectur. vltimar.
volunta. lib. 11. tit. 3. num. 14. quos ſequitur Graſſ.
d. q. 14. nu. 4. & eſſemus in claris in terminis iſtius
caſus, ſi huic prohibitioni eſſet adiecta ratio, quia
30 volebat bona † ſua ꝑpetuò in familia remanere,
quia tunc cum ex receptiſſima doctorum opi-
nione de qua etiam alibi dicemus ſit inductum
abſolutum fideicommiſſum, & reciprocum inter
eos de familia, vt ſcribit Graſſ. d. q. 14. nu. 5. & d. q.
5. neceſſario dicendum eſt vocationem eſſe indu-
ctam, quia aliàs fruſtra eſſet de iſto perpetuo fidei-
commiſſo tractandum, & ſubuerterentur, non in-
terpretarentur teſtatorum iudicia, & voluntates,
qđ à bono iudice alienum eſſe debet, ſicut ſemper
fuit ipſis legiſlatoribus inimicum, qui magis vo-
luerunt ex coniecturis præſumptiuè teſtatoris di-
ſpoſitiones validare, & de magis communi in hoc
capite teſtatur Pariſ. conſi. 16. nu. 16. lib. 3. Mantica.
dict. tit. 3. nu. 15. & tenet Grat. conſ. 5. num. 24. lib. 2.
quamuis contradicat, (& male) Alban. conſil. 11.
col. 2. in prin. quem refert Petra. d. q. 9. ſub nu. 186.
verſi. octauus caſus, & vide eundem. nu. 203. & ad
hoc vide Perſonal. de adipiſcen. poſſ. num. 194. &
205. Ruſtic. in dict. tracta. lib. 3. cap. 5. & quando te-
ſtator vocauit proximiores in infinitum, id magis
expeditum eſt, vt infinitati, & perpetuationi à te-
ſtatore deſiderata ſit locus, vt per Crau. conſ. 878.
num. 6. verſ. ſed expreſſius. Ruin. conſ. 136. num. 1.
& ſeq. libr. 3. per text. qui ponderari poteſt in l. cum
ita. §. in fideicommiſſo. D. de leg. 2. Petra. dicta. q. 9.
nu. 202. & nume. 250. Faciliores que erimus & in
hoc caſu ad vocationem iſtam admittendam, ſi
relinquantur res, quæ ſolent in familia conſeruari,
vt feuda. Caſtr. conſil. 344. quia ex allegationibus.
col. 2. libr. 1. Gabr. dicta concluſ. 7. num. 6. Grat. dict.
conſil. 5. nu. 19. imò ſtantibus his de quibus in hoc
2. caſu non ſolùm tenere poſſumus eſſe inductam
vocationem filiorum in conditione poſitorum,
ſed etiam ipſos cenſeri grauatos in caſum mortis,
vel quandocunque reſtituere ſubſtitutis hæredita-
tem, vt mox ſubijciam. Idẽ dicere poſſemus, quan
do teſtator poſt filios proprios, illis ſine liberis de-
cedentibus, fratres ſuos ſubſtituit, vel eius deſcen-
dentes, de quo vide Gozadin. conſil. 64. num. 10.
Petr. dict. q. 9. nu. 319. & duob. ſequen. Riminald.
ſen. conſil. 189. num. xj. vbi loquitur de ſubſtitutio-
ne, quæ fuerat facta de ſuperuiuente ſeu filijs ip-
ſius, & tunc etiam videtur inductum fideicommiſ-
ſum ex coniectura teſtatoris ad vocationem filio-
rum in conditione poſitorum, ſi teſtator vſus fue-
rit verbis geminatis, *volo, mando, ſtatuo, &c.* vt con-
ſuluit Cephal. conſi. 330. nu. 10. 401. nu. 1. & 2. 544.
num. 3. quod tamen periculoſum eſt, & non ad-
mittit Petra. dicta quæſt. 9. num. 246. poſt eundem
Ceph. Silua. & Alex. quos allegat.

Tertius ſuccedit caſus, quando ex verbis teſta-
menti reſultare poſſet inter inſtitutos, & ſubſtitu-
31 tos † reciprocum fideicommiſſum ex facta reci-
proca ſubſtitutione, vt ſi dicat teſtator, inſtituo
Titium, & Sempronium filios meos hæredes, &
ſi vnus illorum ſine liberis deceſſerit maſculis, ſub
ſtituo ſuperuiuentem, ſeu eius liberos, quos inui-
cem ſubſtituo; nam iſta reciproca ſubſtitutio in-
duce-

duceret vocationem, & grauamen: quia videtur intentio teſtatoris aperta, ꝙ bona inter ipſos conſeruentur, & per cõſequens vocati abſque dubio cenſeñ, vt ſit locus inter ſubſtitutos reciproco fideicõmmiſſo, q̃ñ teſtator habuit intentionẽ conſeruandæ agnationis, vt conſuluit Corn. conſil. 346.ſub num.13.& num.21.libro 2.in d.§.cum ita nu.779.Riminald.conſil.78.col.2.lib.1.nu.4.& aliquot ſequen. Pariſ. conſ. 37. nu.38. lib.2. Menoch. 335.libr.2.nu.6. quos ſequitur Ioſeph. de Ruſtic.d. tract.an & quan.libe.lib.5.cap.j. num.j. Crau. conſ. 537. nu. 6. citans Ruin. conſi.167. lib.3. & ſeipſum cõſi.130. Ruſtic.lib.6.c.5.nu.17.quod quidẽ poſſet habere locum quando maſculi eſſent in conditione poſiti,ſecus ſi ſimpliciter de liberis teſtator mẽtionem feciſſet, quia tunc fœmina faceret deficere fideicommiſſum; prout cenſuit Senatus in cauſa de Rabijs.1589.de qua dico.j̃.deciſ.248.incip.Teſtator. licèt res aliquibus non ſine difficultate videretur poſita, prout re vera non eſt ſine difficultate etiam in iſtis terminis propter reciprocam ſubſtitutionem: iſta verò ſola coniectura voluntatis non fortè ſufficeret ad inducẽdum grauamen, ſed credo, ꝙ ſufficeret ad ſaluandum, quòd liberi in conditione poſiti cenſeantur vocati, & ſi aliquæ aliæ concurrerent coniecturæ, de quibus ſupra, crederem etiam filios iſtos grauatos cenſeri reſtituere filijs ſubſtitutorum ex eo, ꝙ inter ipſos ſit conſtitutum reciprocum fideicommiſſum, & ſi ipſis ſubſtitutis liberi eorum fuiſſent ſubſtituti, res in caſu noſtro videretur extra controuerſiam poſita per rationes, & authoritates quas ad longum recenſet Ruſtic.dicto cap.j. nu.2.libr.5.

Iſtis caſibus, & coniecturis multæ aliæ poſſent ſubannecti, quæ à doctoribus ſupra citatis præſertim per Ruſticum afferuntur: ſed quoniam illæ vel adeo leues ſunt, vt facilè ſubuertãtur, vel cum ſuperioribus facilè coniungi poſſunt, nè in longiorem diſputationem trahamur, melius erit pręterire. Admonendo inter cęteras cõiecturas illam mihi videri omnino reijciendam, quæ in clauſula codicillari, vel in clauſula omni meliori modo cõſtituitur: nam licèt illę clauſulæ eius ſint efficaciæ, vt valident teſtamentum, & fideicommiſſa firment, non tamen poſſunt tribuere interpretationem vltimis voluntatibus contra mentem legum, prę ſertim quia cùm ex ordinario notariorũ ſtylo illæ ſemper in teſtamentis apponantur; non eſſet amplius hoc poſito de validitate regulæ noſtræ diſputandum, cuius deſtructio ita facilè admittenda non eſt.

Reſtat nunc pro complemento iſtius diſputationis q̃ñ regula noſtra ſ. in tribus deciſ. principio poſita hẽt locum, & ampliatur, vt non ſolùm poſiti in conditione non cenſeantur vocati, ſed minus præſumantur grauari, vt oẽs vno ore doctores admittunt, vt videamus, an in caſibus in quibus per coniecturas vocatio inducitur de quibus dixi.ſ. Filij in conditione poſiti, qui dicũtur vocati cen-
32 ſeantur † etiam ſubſtitutis grauati reſtituere hæreditatem quotieſcunque deceſſerint: vt puta ſi teſtator inſtituerit Titiũ, & eo ſine filijs maſculis decedente ſubſtituerit Sempronium filijs natis, qui vocati dicũtur, & inde mortuis, an ſubſtitutus ad ſucceſſionem teſtatoris admittatur. Hãc quęſtio. latè examinat Achil. Perſonal. in tracta. de adipiſ. poſſ. à num. 192. vſq; ad nu.233.& videretur ſine difficultate concludendum, non eſſe locum ſubſtitutioni, quicquid de liberis contigerit, quia illa clauſula *Si ſine liberis*, conditionem importat, quæ per natiuitatem filiorum eſt purificata & adimpleta, ideo facit ceſſare ipſam diſpoſitionẽ, & quamuis poſſint dici vocati tamen cùm faciãt deficere conditionẽ, facient etiam deficere fideicõmiſſum, per text.in l.ex facto.§. ſi quis aũt.D.ad Trebell.l.cum vxori vſusfructus. C. quan.dies leg. ced. vbi clariſſima vña verba in hãc rẽ ꝓcipuè, ibi, *Nec quicquam obeſt ſi is decedat*, ſufficit enim ſemel extitiſſe conditionẽ, vt expiret ſubſtitũtio, etiamſi viuo teſtatore liberi nati eſſent inde mortui. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtitut. l.in ſubſtitutione. 31. D.de vulg. & pup.ſubſtit.l. fi.§.1.C.de indic.vidui.tollen. iſtamque conditionẽ momẽto extitiſſe ſufficiet, vt latè per Gabriell. tit. de fideicommiſſ. concluſ. 8.in principio, & pro hac parte videtur text. ad literam. in l. filiusfamilias. 114 §. cùm erit.D.de lega.1.

Cum erit rogatus, *(Inquit I.C.)* Si ſine liberis deceſſerit per fideicommiſſum reſtituere, conditio defeciſſe videbitur, ſi patri ſuperuixerint liberi, nec quæritur an hæredes extiterint.

Quibus verbis deſtruitur illorũ opin. qui in hoc caſu voluerũt, condõnem defeciſſe ẽtſi viuo patre liberi deceſſerit, quia hic deciditur ꝯriũ, & ſuperuiuentia deſideratur, & huius opinionis fuit antiquus doctor Oldr.cõſ.21. cuius conſilium ad hoc ꝯtinuè ſolet allegari, cuius verba illo nõ citato ad verbum refert Io. And. in addit.ad Spec.tit.de teſtam.§.in primis.quem cũ multis alijs refert Gabr. in d tit.de fideicom.concluſ.7.ſequitur Abb. conſ. 40.lib.1.Iaſ.qui latè examinat in l ſi quis.C.de inſti. & ſubſti.num.5.10.11.& conſ.66. & 51.lib. 3. Dec. conſ.63.270.218.377.414.513. nu. 2. & cõem dicit Crau. conſ. 98. nu.4.Soc.iun.conſ.4.per totũ.lib.3. vbi loquiẽ inſtitutis maſculis, & ſtante prohibitione alienationis.Io. Dilect. de art.teſtan.tit.de ſubſt. caut.25.Pariſ.conſil.86.& conſi.ſeq.libr.2. Hieron. Zanch.in rep.l. hẽdes mei.§.cum ita. D.ad Trebel. nu.222.& dictum Oldr.aliqui procedere voluerũt
33 etiam ſi † ex aliquib.coniecturis videatur teſtator vocaſſe, & grauaſſe filiũ in ꝯditione poſitum, quia illa cõditio expreſſa dẽt præualere tacitè volũtati. Iaſ.d.cõſ.66.& 51.lib.3.Moder. Pariſ.ad Dec.conſ. 585. vbi noĩatim repręhendit Grat. ꝯriũ tenẽtem. Soc.iun.d.conſ.4.Cra. d.conſ.98.per totũ, & hanc opi.cõem eſſe dicit Perſo. in d.tract. de adipiſ.poſ. n.193.in fi.Alex.ꝯſ.59.lib.3. Ceph.ꝯſ.269.per totũ.

Verùm contrariã opinionẽ multi ſequuti ſunt
34 eo in caſu, quando † ex coniecturis de contraria teſtatoris voluntate apparet, ita limitando illud conſil.Oldrad.inter quos Grat.conſ.5.nu.86.libr.2.

latè

latè Dec. conſilio 477. & 480. numero 7. Caſtren. conſilio 344. colum. 2. libro 1. Pariſ. conſilio 75. numero 64. libro 2. Gabriell. dicta concluſ. 7. vbi enumerat aliquot coniecturas. Port. conſilio 44. numero 2. 46. numero 20. 21. & 26. Crau. conſilio 326. numero 16. 537. & 878. per totum. vbi vide omnino. latè Cephal. conſilio 114. & conſilio 529. numero 35. libro 4. Marzar. conſilio 39. vbi latè examinat conſil. Oldra. Iacob. Menoch. conſilio 327. numero 14. libro 4. Riminald. iun. conſilio 464. numero 20. libro 4. & nouiſſimè attentis coniecturis ab opinione Oldradi recedendum eſſe multis rationibus, & authoritatibus defendit Ioſeph. de Ruſtic. conſilio 1. numero 16. 39. & ſequen. vbi ſex limitationes affert ad illud conſilium Oldr. quod conſilium eſt poſitum poſt tracta. eiuſdem Ruſtici, An & quan. lib. in condit. poſ. & hæc eſt ſine dubio magis communis opinio, quam latiſſimè defendit Achill. Perſonal. dicto tracta. de adipiſſen. poſſeſſ. numero 203. & multis ſequen. ideo non eſt opus, vt nos longius inſiſtamus, & cum hac opinione, quòd ſtantibus coniecturis ex his de quibus ſupra dixi, non habeat locum opinio Oldra. ſemper tranſiuit Senatus, & ita cenſuit ſacrum conſilium coram Principe in dicta cauſa de Chiaranſonai. 1566. 11. Maij concurrentib. excluſione filiarum, vocatione agnatorum, qualitate maſculinitatis, & pluralitate graduum, & hoc modo limitari poſſunt, & intelligi iura ſupra pro Oldra. adducta, & hæc ſufficiant in hac difficillima diſputatione.

Donatione facta cum reſeruatione facultatis diſponendi de florenis quinquecentum ſuper bonis donatis, ad quem ſpectent illa quinquecentum donatore non diſponente.

DECISIO XCVII.

1 *Donatione cum reſeruatione pecunia pro teſtando facta ſi donator non diſponat, ad quem ſpectet reſeruatum.*
2 *Donatio omnium bonorum ſine reſeruatione non tenet.*
3 *Facultas diſponendi de parte bonorum donatorum poteſt reſeruari.*
4 *Cautela pro donatario, vt res reſeruatas conſequatur.*

DONAVIT quis bona ſua reſeruata ſibi facultate diſponendi de florenis quinquecentum
1 † ſuper eiſdem bonis, deinde mortuo donante teſtamento non facto, ſed relictis hæredibus ab inteſtato, quæſitum fuit ad quem pertinerent illi quinquecentum reſeruati an ad hæredes ab inteſtato, an verò ad donatarium. Pro hærede allegabatur. l. conficiuntur in princi. verſiculo, ſed ideo de iur. codicillor. vbi is, qui non teſtatur videtur tacitè diſponere, vt hæreditas, ſeu illi quinquecentum floreni reſeruati tranſeant ad legitimos hæredes ab inteſtato ve-
2 nientes. Item facit, quia † donatio omnium bonorum non tenet, niſi aliquid reſeruetur. Barto. & Doctores in l. fina. C. de pact. ergo ſi reſeruati ſunt floreni quinquecentum, intelligendum eſt purè eſſe reſeruatos, & ſic tranſire ad hæredes non expectata conditione ſi de illis expreſsè teſtator diſpoſuit, vt innuit Gabriell. conſilio 139. nume. 5. libr. 1.

Pro donatario allegabatur, quòd hic non erant reſeruati floreni quinquecentum, de quibus poſ-
3 ſet diſponere, ſed erat † facta donatio puta, & reſeruata facultas diſponendi de florenis 500. prout in his terminis loquitur Cagnol. in dicta l. fin. numero 239. C. de pact. & ſic iſte moriens iam non reliquit in hæreditate florenos 500. ſed poteſtatem diſponendi de florenis quinquecentum, quæ poteſtas ad hæredem non tranſibat, cùm eſſet infixa perſonę donantis, qui non diſponendo magis dilexit donatarium quàm hæredem, ideo in hac quæſtione poſſumus diſtinguere, quòd aut per donatorem fuerit reſeruata facultas ſimpliciter diſponendi de florenis quinquecentum capiendis ſuper bonis donatis, & tunc illa tranſeant ſi non diſponat in donatarium: aut verò reſeruauit expreſsè florenos 500. aut quid aliud, de quo diſponere poſſet, & tunc non cedunt lucro donatarij ſed hæredis, ita videtur voluiſſe Cagnol. in dicta l. fin. numero 246. & ita cenſuit Senatus iudicando in fauorem donatarij 1564. 26. Maij. in cauſa Sauiliani. Et iterum ſecundum hanc diſtinctionem in fauorem hæredis, quando non reſeruauit ius diſponendi, ſed reſeruauit ſcuta ſ centum de quibus poſſet diſponere, tenuit Senatus in cauſa Blanchetti de Claraſco Referente D. Senatore Craueta, me Præſide. 1582. 14. Maij.
4 Cęterum, † vt hæc euitetur diſceptatio, cautela eſt, vt huic reſeruationi adijciatur clauſula illa, quòd ſi non diſponat, illa in donatarium tranſeant, vt acceſſoria principalis negotij, prout communiter obſeruari, & practicari dicit Cagnol. dicto numero 289.

Pœna conuentionalis adiecta quantitatis dationi per iudicis confirmationem, an ſi fiſco ſtipulata fuerit vti vſuraria debeatur.

DECISIO XCVIII.

1 *Pœna contumaciæ fiſco non debetur, niſi quatenus interſit, & nume. 2.*
3 *Pœna ex contractu priuati fiſco debetur.*

4 *Conuentionalis pœna, & ſtipulatio an debeatur quando nihil intereſt.*

DIXI aliàs ſupra deciſione 79. pœnam adiectam quantitatis dationi etiam præſentia, & decreto iudicis accedente vti vſurariam non deberi, & ita cenſuit Senatus, Sed dubitatum fuit an ſaltem ſit debita illa pœna, quæ fiſco in caſum moræ, & retardatę ſolutionis addicta fuit: & pro reo contra fiſcum multa allegabantur, & primò; quòd talis pœna debetur fiſco ex pacto priuati, at ſi non poteſt priuatus petere, ergo nec fiſcus. argumento l. cùm quidam. §. fiſcus. D. de vſucap. l. in facto. §. fiſcus. de condit. & demonſtrat. Dec. conſilio 531. Secundò,
1 quia † fiſco non debetur talis pœna contumaciç, niſi partis interſit. l. 2. D. ſi quis in ius voca. non ier. Ozaſc. deciſio. 70. numero 11. Burſat. conſilio 53. numero 12. hic autem priuati nihil intereſt ſaltem quod appareat, ergo nec contra fiſcum condemnabitur, aut etiam ſi ius fiſco competeret eſſet pœna æquitatis iure remittenda moroſo. dicta l. 2. in fin. & ita Iaſ. in l. 2. §. ſi in facto. numero 15. verſiculo 3. limita. D. de verb. obligat. Socin. conſilio 253. numero 13. Tertiò facit, quia vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. l. eum, qui ædem. D. de vſucap. hic autem iſte moroſus abſolutus fuerat erga priuatum, vt dixi dicta deciſio. 79. ergo tantò magis pro portione fiſco ſpectante eſſet abſoluendus. Quartò mouet,
2 quia † ſi ſtipulor 10. Titio dari, & ſi non dederis ſtipulor alia decem pro pœna, non poteſt pœna peti, niſi quantum ſtipulatoris intereſt. l. qui res. §. qui ſtipulatur. vbi Barto. D. de ſolut. l. liber homo. §. decem. 2. D. de verb. obligat. quia ſemper videtur fieri in fraudem vſurarum. Roman. conſilio 510 numero 10. 11. & 13. Vltimò adducebatur, quòd hæc pars pœnæ fiſco addicta erat acceſſoria illius partis, quæ creditori etiam fuerat conuentione promiſſa, vnde ſicut non debetur hæc, ita nec illa. iuxt. l. 2. D. ſi quis caut. quem text. ita intelligit Sarmient. Selectar. interprætar. libr. 3. capitu. 6. numero 3. verſiculo non ob. etiam. & pro hac opinione tenuit Crau. in conſilio 693. nume. 16. verſiculo non ob. tertium, & nume. 17.

3 Pro fiſco † verò allegabatur text. & ibi Barto. in l. 1. verſiculo, vel pœnam fiſco ex contractu priuati. D. de iur. fiſ. per quem tex. ita in terminis tenuit Marc. deciſio. 411. numer. 19. Secundò ego adducebam conſiliū Burſat. 53. & ea, quæ dicit Sarmient. dicto capit. 6. à numero 6. vſque in fin. omnino videndus, qui latè doctèque hac de re diſſerit, Senatus tamen re bene diſcuſſa, & intellecta, æquitatem quandam (prout ſolet) amplectens cenſuit in fauorem debitoris, dicens hanc pœnam non deberi. Ad Burſat. reſponderi poteſt ex diſtinctione, quam facit D. Ozaſc. in dicta deciſio. 70. nume. 12. quòd illa procedant in conuentionalibus non in prętorijs ſtipulationibus.

4 prætereà eſt dubium etiam in † conuentionalibus de opi. Burſat. & aliorū, quia ſapit ſemper vſurā ſi nihil interſit, & ideo contra illam multi tenuerunt, quos idem Burſ. allegat numero 12. & 41. & Sarmien. loquendo in pœnis conuentionalibus. numero 11. vult ſaltem damnum aliquod ineſſe, vt pœna debeatur, deinde animaduertendum eſt quando conuentionalis pęna adiicitur in fraudem vſurarum: nam tunc nunquam debetur, quamuis ſit in ſtipulationem coram iudice deducta. Cęterum maximus eſt obex huic ſententię ſaltem quo ad pœnas fiſco debitas, text. in l. fiſcus. D. de iur. fiſci. cui non video commodè reſponderi poſſe.

Feudum ex cauſa neceſſaria alienatum ſolennitatibus ſeruatis an poſſit per proximiorem agnatum, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, oblato pretio recuperari, latè diſcutitur, & declaratur.

DECISIO XCIX.

1 *Tex. in §. Titius. ſi de feu. defunct. non procedit in feudo hæreditario.*
2 *In feudo antiquo ſufficit agnatum eſſe hæredem primi acquiſitoris, vel vltimi defuncti. & nu. 24. 25.*
3 *Feudum cum conſenſu Principis alienatum, dicitur alienatum iure permittente.*
4 *Feudi reuocatio non permittitur agnatis, viuo alienante, & ſtantibus filijs. & nu. 26.*
5 *Alimentorum cauſa feuda alienari poſſunt.*
6 *Affectio in re maiorum qualiter conſideretur, & numero 17.*
7 *Oblatio facta tutoribus valet.*
8 *Clauſula in feudum antiquum, auitum, & paternum facit feudum inalienabile.*
9 *Feudum non poteſt alienari niſi concurrentibus quatuor qualitatibus, & nu 13.*
10 *Alienatio feudi an per reſcriptum Senatus concedatur, & num. 11.*
12 *Oblatio agnatis quando facienda.*
14 *Feudo nulliter alienato competit agnatis rei vindicatio.*
15 *Minor reſtituitur tam aduerſus damnum paſſum quàm, lucrum amiſſum, & nu. 19. 20.*
16 *Minor aduerſus negligentiam tutoris in integrum reſtituitur.*
18 *Alienatio de iurę communi prohibita qualiter per decreta concedatur.*
21 *Sententia lata aduerſus pupillos eſt ipſo iure nulla.*
22 *Feudum conceſſum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque an ſit hæreditarium, & nu. 27.*
23 *Feudum in dubio præſumitur ex pacto.*

DOMINI Philippus, & Antonius fratres de Saluciјs ære alieno ex cauſa neceſſaria contracto, præſertim reſtitutionis dotiū maternarum, & ſolutionis dotium ſororis oppreſſi ex poſuerūt, ꝙ nulla extabāt bona allodialia, ex quorum alienatione ab eorum neceſſitatibus ſubleua rentur, & impetrarunt licentiam alienandi à Senatu Excellentiſſimo Caſtrum, & feudum Mulazzani ſeruata tamen decretorum dominicalium forma, & ea lege, vt dotes prædictæ perſoluerent, & reliquum pretij in tot bonis ſtabilibus implicaretur pro ſuſtentandis ipſis ſupplicantibus, in cuius executione oblatione agnatis facta, productiſq; teſtibus ad probandam neceſſariam alienandi cauſam, ſententiam à delegato Senatore obtinuerunt, alienationem fiendam ſub modis ibi expreſſis validam futuram. Quam ſententiam alienatio eiuſdem feudi in D. Negronum excipit, ac poſtremo ↄfirmatio à Senatu Excellentiſſimo inſequuta eſt. Nunc Paulus, & Henricus fratres agnati proximiores venditorum feudum vt potè nulliter alienatum vendicare contendunt, & vbi actione iſta deſtituantur, ope reſtitutionis in integrum admitti ſe poſtulant ad venditionem reuocandam offerendo, & deponendo pecuniam exburſatam per ipſum emptorem, & vtroque caſu ſe mitti in poſſeſſionem dicti feudi.

Contradicebat D. Negronus, & allegabat.

Primò, quòd feudum non eſt ex pacto, & pro
1 uidentia, ſed hæreditarium, quo caſu † non procedit diſpoſitio. §. Titius. ſi de feu. fuer. controuer. inter domi. & agna. vt ibi notant Iſern. & Afflict. & de eo iudicatur ſicut de alijs bonis hæreditarijs. Craue. conſil. 256. Ozaſc. deciſ. 161. numero 6. & agnati non poſſunt reuocare alienationem. Clar. §. feudum. quæſtio. 42. Quod autem eſſet hæreditarium apparebat ex clauſula pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque.

Nec obſtat decretum Ducale diſponens, quòd non obſtantibus illis verbis feudum cenſeatur rectum & ſimplex, non enim ſublatum eſt quin oporteat volētem habere feudum eſſe hæredem. Ozaſc. dicta dec. ibi in fin. minuſque obſtat, quod hoc feudum ſit antiquum, auitum, & pater-
2 num, in quo ſufficit reuocantem † alienatum, aut ſuccedere volentem eſſe hæredem primi inueſtiti, vel vltimi ſucceſſoris. Alexan. conſil. 10. volu. 3. Curt. ſen. conſilio penu. colum. 4. Socin. iun. conſilio 110. numero 21. volumi. 2. cum alijs à Rolan. cumulatis conſilio 97. numero 39. volumi. 1. mediatè, vel immediatè. Alexan. conſilio 30. volum. 1. Alciat. conſilio 183. Dec. conſilio 390. numero 5. Clar. §. feudum. quæſtio. 9. Ozaſc. deciſio. 162. Quia non conſtabat actores eſſe hæredes alicuius primi inueſtiti.

3 Secundò, cùm feudum fuerit † alienatum cum Principis conſenſu, & beneplacito dicitur iure permittente alienatum. Clar. dicta quæſtione 42. Brun. conſilio 80. numero 13. etiam quòd ſine conſenſu agnatorum facta ſit, licèt & ipſorum agnatorum conſenſus alias de iure communi requiratur. c. 1. de alien. pater. feu.

4 Tertiò, reuocatio feudi non † permittitur agnatis, quando alienans habet filios, & ipſe viuit. Clar. dicta quæſtione 41. Alexan. conſilio 15. volumi. 5. Ruin. conſilio 213. volumi. 1. & 109. volum. 2. Roland. conſilio 57. numero 62. volumi. 3. vndè cùm alter venditorum habeat filios, immaturè intentata fuit reuocatio viuentibus adhuc venditoribus.

Quartò, licuit procedere ad alienationem tàm propter prædictas dotes quàm propter alimenta;
5 † quorum cauſa adeo eſt neceſſaria, vt pro eis vendi poſſint feuda. Ozaſc. deciſio. 170. Menoch. de arbitr. libro. 2. centur. 2. caſu 182. numero 160. Nam pro alimentis Abbas poteſt vendere bona monaſterij, & tutor bona pupilli. Angel. in l. non ſolum. D. de petitio. hæredita. quę quidem neceſſitas alimentorum probata fuit coram Domino delegato, & nunc per plures teſtes concludentes, quòd venditores non habebant vltra 50. florenos ex redditibus annuis, & ſępius cogebantur inuitati nunc huc, nunc illuc accedere ad epulas.

Quintò, non competit remedium reſtitutionis niſi probata minori ætate, & læſione. Bartol. & alij in l. nam & poſtea. §. ſi minor. de iureiurand. Ozaſc. deciſio. 158. numero 13. hic autem nulla probatur læſio, ſed tantum dicitur, ꝙ priuantur re
6 quæ fuit maiorum ſuorum, ob quam † affectionem licèt detur reſtitutio. l. ſi in emptionem. D. de minor. Tiraquell. de retract. in præfat. numero 34. tamen reſpondetur non eſſe verificata extrema illius text. cum appellatione maiorum intelligantur maiores vltra tritauum, & à tritauo infra parentes dicantur. l. Iuriſconſultus. §. parentes. D. de grad. & affin. Boer. deciſ. 13.

Rurſus læſionem eſſe ſpectandam tempore contractus. l. ſi ea voluntate. C. de reſcinden. vend. tempore autem contractus tam per confeſſionem iudicialem tutricum, quæ pupillis nocet. l. certum. §. ſed an ipſos. D. de confeſſ. quàm per teſtes conſtat actores fuiſſe grauatos magno ære alieno, & conſequenter non habere modum emendi, vnde cùm reſtitutio reducat negotium ad ſtatum in quo tunc erat. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. de minor. & tunc temporis actores non haberent vnde emerent, non eſt attendendum, quid poſſint præſtare nunc ſed tunc; cùm debeat tantum reddere reſtitutio quantum abſtulit læſio, & propterea ad obtinendam reſtitutionem non ſatis eſt probare minorem ætatem, & læſionem illam, niſi etiam probetur facultas emendi.

7 Sextò, cùm oblatio † facta tutoribus valeat. l. Æmilius. de minor. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 13. numero 21. Et alienatio ſit facta cum Principis conſenſu, expreſsè denegatur omnis reſtitutio aduerſus alienationem ipſam ex decreto Yolant. fol. 57. & factum tutoris præſertim in omittendo nocet pupillis. Aret. conſi. 67. in 4. dub. Doct. in c. 1. de dolo, & contu.

Deciſio XCIX.

Septimò, dictæ tutrices expreſsè conſenſerunt alienationi, & ex eo conſenſu excluſerunt pupillos à petendo feudo. Clar. in dicta quæſtione 42. verſicu. dixi, quòd ſi agnatus. & cauſa cognita fuit confirmata ſententia per Excellentiſſimum Senatum, quam tulerat. D. delegatus, ita vt in re iam iudicata verſemur, quæ pro veritate accipitur. l.res iudica. de reg.iur. cique eſt ſtandum. l. 1. C.de re iud.

Vltimò dicebatur reſtitutionem non eſſe concedendam, cùm illa exploſa ſit per decretum.

Ex aduerſo verò dicebatur.

Primo iſtud feudum eſſe rectum, & proprium, & conſequenter inalienabile, tum quia præſumendum eſt, cum longo tempore fuerit in agnatione, & tranſiuerit vltra quartum gradum. Bald. in capit. 1. in princi ſi de feu. fuer. contr. inter dom. & agna. Alexan. conſilio 25. colum. pen. volum. 5. Dec. conſilio 252. numero 6. & 269. numero 5. Pariſ. conſilio 2. in princip. volumi. 1. & conſilio 15. volum. 2. Cepha. conſilio 92. numero 32. volum. 1. Iacob. à Sancto Georg. in inueſtit. ſua verſi. feudum. Deci. conſi. 395. col. 2. tum etiam, quia in inueſtituris vocatur feudum nobile, anti-
8 quum, † auitum, & paternum, quæ verba iudicant, & efficiunt feudum proprium, & inalienabile. Ozaſc. deciſio. 163. numero 6. Adeoque talis natura non alteratur propter verba pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque ex traditis in dicta deciſio. numero 12.

Ex quo ſtante decreti diſpoſitione fol. 68. quod feudum cenſeatur eſſe rectum, proprium, & ſimplex non obſtante, quod in inueſtituris aponantur illa verba pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, feudum cenſetur propriam eius naturã retinere. vnde in diuiſione facta de anno 1530. habita fuit mentio recti feudi, in quo quidem feudo admittuntur agnati etiam tranſuerſales. cap. 1. de grad. ſucceſſ. in feud. Aret. conſilio 66. volum. 1. Et quibus caſibus permittitur alienatio talis feudi in feudi extraneum, ea non poteſt habere locum, niſi accedente conſenſu Domini & agnatorum, ad quos feudum poſt mortem alienantis eſt reuerſurum. capit. 1. de alienat. feu. pater. Dec. conſi. 208. colum. 2. Cephal. conſilio 133. numero 54. Roland. conſilio 3. volumi. 4. nec ſolus domini conſenſus ſufficit, quia vaſſallus domino etiam conſentiente non poteſt alienare feudum in præiudicium agnatorum. Curt. de feud. in 4. par. in vlt. par. & reg. 1. Clar. in §. feudum. quæſtio. 41. in princip.

Secundò, præſupponitur feudum non poſſe alienari, niſi concurrentibus quatuor qualitatibus,
9 † videlicet Principis conſenſu, Ozaſc. deciſio. 166. neceſſitate alienandi propter dotium reſtitutionem, vel conſtitutionem, idem deciſio. 167. Quòd non extent bona allodialia, deciſio. 174. Quòd fiat oblatio agnatis vaſſalli, deciſ. 175. Quibus ſic præmiſſis.

Primò dicitur nullum Principis conſenſum interueniſſe, ſed tantummodo Excellentiſſimi Senatus, vnde non poteſt dici Principem conſen-
10 ſiſſe niſi fictè, & per † interpretationem, (licèt reſcriptum legatur ſub nomine Principis) quod in ſtatutis receptum non eſt, in quibus verba debent non fictè, ſed propriè intelligi. Bald. in l. cum antiquioribus. verſicu. 7. C. de iure deliberan. Alex. conſilio 4. volumi. 4. Alben. conſi. 60. numero 3. hoc intelligens in qualibet hominis diſpoſitione: multò igitur magis proceder in decreto permittente alienationem feudi ex cauſa contra ius commune feudorum nulla ex cauſa neceſſitatis permittens alienari feudum. §. neceſſitate, & §. donare quib. ol. feud. poter. alien. Ozaſc. deciſ. 165. nu. 3.

Secundo, reſcriptum prædictum concedens facultatem alienandi eſt ſub conditione, nempe
11 ſeruata † forma decretorum, quæ quidem non fuit obſeruata: nam præter defectum conſenſus Principis non fuit probata neceſſitas, ſeu non fuerunt probata debita neceſſaria, propter quæ feudum alienari poſſit: dotes enim maternæ, & ſororię non excedunt ſummam ſcutorum 4200. & tamen alienatio aſcendit ad ſcut. 13000. & pro illis dotibus iam obtinuerant mulieres executionẽ ita quod de bonis in quibus facta erat executio amplius non tractabatur, quæ propterea ſic fieri debebat, vt commenſuraretur cum debitis neceſſarijs, quæ non penderent ab alienantium voluntate, ſed à lege, vt comprobat Ozaſc. deciſ. 167. cum tribus ſequen. Tiraquell. de retract. §. 1. glo. 14. nu. 15. & 16. cùm nihil amplius eſſet in pretio feudi alienati quàm in cumulo, æris alieni. Idem Ozaſc. in deciſio 171. num. 18. & 20.

Tertiò in ipſo actu reſtitutionis, vel conſtitutionis dotium ſeu ſolutionis aliorum debitorum neceſſariorum requirebatur alius conſenſus Principis. Ozaſc. deciſ. 166. nume. 11. & ſeq. quod hic non fuit obſeruatum: nec ſufficit quod ex poſt facto interueniat: cùm conſenſus ad ſolennitatem actus requiſitus in ipſo interuenire debeat non poſt. Caualca. conſi. 54. nu. 4. Curt. iun. cõſi. 100. nu. 5. Afflict. in c. imperialem. in princ. verſi. 24. quæro, de prohib. feu. alien. per Feder. nu. 12.

Quarto nec dotes integrè ſolutæ extiterunt, vt è quittationibus productis apparet, nec in earum cauſam tanta ſumma ſoluta quanta à fratribus ſupplicantibus fuit oblata, & depoſita, quo fit vt etiam hæc ſecunda ſubſtantialis qualitas deficiat.

Quintò non fuit ſatisfactum reſcripto quò ad oblationem fiendam agnatis: ad eam enim deue-
12 niendum † non erat, niſi adimpletis prius alijs trib. qualitatibus requiſitis, & præſertim illa, quæ in probatione cauſæ neceſſariæ alienandi conſiſtit: nam reſcriptum iubet informationes ſumi ſuper cauſis legitimis, & neceſſarijs alienandi, & defectu bonorum allodialium, quo facto oblationem fieri. At hic fuit facta oblatio, & ſimul citati agnati ad videndum examinari teſtes ſuper præmiſſis: vnde cùm ante probationem cauſarum prædictarum alienari feudum non poſſet, fruſtra offerebatur id, quod ſi acceptatum fuiſſet tradi non potuiſſet, & ita inanis, & irreleuatoria hæc oblatio fuit. l. qui decem. §. idem reſponſum.

ſponſum.D.de ſolut. Bar.in l.prætor.§.ſi quis pa-
ratus.de nou.ope.nunc. Alex.in l.ſi inſulam.col.
2.de verbo.oblig.& conſequenter non potuerunt
agnati conſtitui in mora offerendi aliquod pre-
tium: & ſi dicamus oblationem validam,ſequi-
tur neceſſario aliud inconueniens, quia non fue-
runt expectati agnati per duos menſes ad offeren-
dum pretium prout exigebatur. Accedit quòd
non fuit tradita copia denunciationis ipſis pupil-
lis iuxta formam nouorum decretorum, ex qui-
bus conſtat ſaltem tres qualitates pro ſubſtantiali
forma requiſitas defeciſſe,& reſcripti formam ne-
glectam fuiſſe, cuius omiſſio alienationem vitiat.
Ozaſc.deciſ.165.numero 4.& 16.& licentia alie-
nandi alicui conceſſa ſeruatis ſtatutis redditur nul
la,non probato, quod fuerint ſeruata ſtatuta.Si-
gniſmon.conſi.17.nume.54.Curt.ſen.conſi.8.col.2.
Brun. conſi.23.nu.4.& ſeq.
13 Rurſus reſiduum pretij erat † implicandum in
bonis ſtabilibus, quod cùm factum non fuerit vi-
tiat alienationem.Bar.in l. aut qui aliter in princ.&
in l.ſi vitem.§.ſi is qui. D.quod vi aut clam. Alex.
conſi.105.nu.5.vol.5.
14 Stante igitur nullitate alienationis † competit
agnatis vendicatio feudi alienati, imò & ipſe ven-
ditor reuocare poſſet non obſtante iuramento de
non contraueniendo.Ozaſc.deciſ.165.numero 5.
vbi dicit Principis conſenſum non videri interue-
niſſe in alienatione, in qua non fuerunt ſeruatę
ſolennitates decreti, quo quidem conſenſu defi-
ciente reuocatio etiam viuente alienante, & ſine
pretio per agnatos proximiores fieri poteſt. Ro-
land.conſi.4. numero 4. volum.4. ad cuius actio-
nem dantur.30.anni idem conſilio 57. numer. 43.
volum.3.
Sexto reſtitutio in integrum non eſt denegan-
15 da, quia † minor reſtituitur tam aduerſus damnũ
paſſum, quàm lucrum amiſſum etiam incertum,
quod facilitate,vel incuria fuit neglectum.Abb.in
c.conſtitutus.num.5.de reſtitut.in integr.l.ait præ-
tor.§.fin.de minor. Tiraquel.de retract.§.35.gloſſ.
2.numero 9. Mant.ſingul.628.& 632. Reſtituitur
quoque minor ad lucrum amiſſum etiam in prę-
iudicium tertij.l.& ſi ſine.§.quæſitum,& l.non om
nia.de minor.
Nec obſtat, quòd ſi lædatur facto tutoris poſſit
contra illum agere, quoniam ſecundum aliquo-
16 rum opinionem in eius facultate eſt †, vtrum tu-
torem conueniat, vel in integrum reſtitutione
vtatur.l.etiam.§.1.D.de minor.glo.& Bald.in l.fi.
C.ſi tuto.vel cura.interueni.per illum text.& in l.
etiam.eod.titul. Crauet.conſilio 202.columnn.fin.
Roland.conſilio 72.numer.47.volum.3.& quòd
minor petens ſe reſtitui aduerſus aliquod à tuto-
re omiſſum, vel neglectum, quod ſi feciſſet fuiſ-
ſet ſibi vtile, audiendus ſit abſque alia probatione
læſionis, tradit Ozaſc.deciſ.158.numero 6.poſt
Aretin.conſilio 66.columnn.penult.verſiculo non
obſtat text.
Confirmatur exemplo: nam ſi tutor vrgente
conſtitutione iuris congrui omiſerit ius protho-
miſeos non offerendo pretium intra præſtitutum
tempus ex ipſius conſtitutionis diſpoſitione da-
tur actio in tutorem. Cæterum conſtitutione re-
mota, vbi idem ius ex conſuetudine obſeruatur,
reſtituitur minor, vt non obſtante lapſu tempo-
ris pretium offerre poſſit.Afflic.de iur.protho.§.2.
num.32.Bald.in eodem tracta.in princip.num.10.
dum dicit conſtitutionem prouidiſſe pupillis de
remedio contra tutores, & ſic tacitè ſuſtuliſſe be-
neficium reſtitutionis: ſecus igitur vbi conſtitutio
non viget.
Accedit concluſio Ioan.de An.in conſilio 47.
quem refert & ſequitur Brun.conſi.80.colum.1.&
Tiraquell.de retract.§.1.glo.9.num.146.vbi inquit,
quòd ſi vaſſallus agnatis prius requiſitis, & nol-
lentibus emere, vendat extraneo, poterunt nihilo-
minus agnati huiuſmodi alienationem reuocare.
ad idem eſt gloſſ.& Bald.in d.§.Titius.ſi de feud.
contr.fuer.facit,quod tradit Afflict.de iur.protho.
§.2.num.15.dum dicit, quod facta denunciatione
vicino ſi is ex aliquo impedimento intra tempus
non poſſit emere, eo ceſſante etiam poſt tempus
admittitur ad pretium offerendum.
Huc confert, quod ſicut minor reſtituitur ad-
uerſus occaſionem tranſigendi.l.ſi ex cauſa.§.nũc
videndum de minor. ita etiam aduerſus facul-
tatem offerendi, vt voluit Bald.in d.l.Emilius.nu.
7.poſt med.gloſ.in terminis in clem.1.de reſtitut.
in integrum.
17 Et minor ex eo ſolo dicitur læſus, † quòd in ex-
traneum peruenerit res aliqua, quæ fuerit maio-
rum ſuorum,ad quam ipſe habet affectionem id-
circo addictione ab alio ſuperatus admittitur, vt
pretium ipſe offerat, & rem recipiat.tex.cum glo.
in l.ſi in emptione.D.de minor. Alex.conſil.67.nu.
3.vol.5.Dec.conſi.403.num.22.Tiraq.de retract.in
præfatione.nu.34.Neuizan.inter conſi.Brun.conſi.
12.num.70.
Ad idem eſt tex.in dict.l.Æmilius.de minor.vbi
mortuo eo qui prædium ea lege emerat, vt ſi in-
tegrum pretium intra certum tempus non ſol-
uiſſet inemptus fundus eſſet relicto filio impube-
re,cuius tutores interpellati fuerunt ad ſoluendũ
reſiduum pretij, nec ſoluerunt,& ob id alteri ven-
ditus fundus extitit, hoc non obſtante reſtituitur
minor,vt pretium ſoluat, & fundum recipiat.
Septimò licèt decreta permittant feuda alie-
nari pro debitis inſtantibus, vel ex neceſſitate præ-
terita contractus concurrẽtibus alijs requiſitis, (qđ
18 † tamen eſt contra ius commune, quo prohibe-
tur alienatio etiam ex neceſſitate famis. Docto.in
capit.1.qual.ol.feud.alien.pot.Iul.Clar.§.feudum
quæſt.31.Neuiz.conſil.10.nume.4.Hiero.Scurph.
inter conſi.Brun.conſil.132.nume.4.& conſil.134.
colum.1.) nõ tamen permittunt alienationem eo
quia ſint parui redditus, ita quod pecunia erro-
getur in prædiorum allodialium emptionem, vel
deponatur apud mercatores, vt vberiores prouen
tus percipiantur,& cum alienatio permiſſa ſit con
tra iuris communis diſpoſitionem, nõ debet trahi
ad hunc caſum, quo feudum euertitur.c.quæ in
eccleſiarum.de conſt.Ozaſ.deciſ.168.ſicuti eadem
ratione bona pupilli, quorum alienatio permit-
titur

titur pro ſolutione æris alieni non poſſunt aliena-
ri, vt pecunia implicetur in maius commodum.
l.magis puto. §. ſi æs alienum. D.de reb. eorum.l.ſi
fundus.eo.tit.gl.l.ob æs. C.de præd.minor.

Octauò, conſenſus præſtitus per tutrices pupil-
lo non potuit præiudicare tanquam ſibi valdè
damnoſus, quia ex eo priuabatur ſpe ſuccedendi
in feudo in defectum prolis ex ipſis venditoribus,
aut deuolutionis ex alia cauſa: nam certum eſt,
quòd agnatis omnibus acquiritur ius in feudis ab
inſtantia natiuitatis eorum. Dec.conſil.445. num.
20.Tiraquell.de retract. prima par.§.1. glo.9. num.
87.& hoc ius cùm à maioribus peruenerit eſt tan-
ti ponderis, quòd ne minor ab eo excludatur reſti-
tuitur, vt videtur in dict.l.ſi in emptione.vbi Bald.
Tiraquel.de retract.in præfat.nu.35.

Cùm igitur ex conſenſu tutricis excludetur à
19 vendicatione,& cõſequenter priuetur iure † quę
ſito in re maiorum ſuorum, ad quam habebat
ſpem ſuccedendi ſaltem potentia, cõcludendum
eſt eſſe concedendam reſtitutionem, & hoc pro-
batur in d.l.Æmilius, qa licèt ibi nõ detr̄ rèſtitutio,
hoc ideo eſt, quia non concedit̄ reſtitutio cõtra fa
ctum, ꝙ incepit à defuncto maiore, ſed qñ factū
habint initiū in minore, ſemꝑ datur reſtitutio ad
id ꝙ minor geſſit, vt ibi declarãt Bar.& Bal.in rep.

Nonò, quatenus conſenſus tutricum eſſet va-
lidus competeret reſtitutio, vt in præcedenti con-
cluſione.l.quod ſi minor. l. præfecti. D. de minor.
20† ſed conſenſus adhibitus nullus eſt, & pro non
adhibito cenſendus: nam ex eo remiſſa fuit actio,
quæ competere poterat pupillo. vt not. in dict.§.
Titius.Bar.& Doct.in l.quæ dotis.ſolut.matrim. &
actio cõpetebat ad rem immobilem nempe feu-
dum.cap.1.de cogn.feud. Verùm cùm actio, quæ
competit ad rem immobilem inter immobilia
numeretur. Tiraquell.de retract.1.par.§.1.glo.7.in
princip.propterea requirebatur, quòd in huiuſmo
di conſenſu, & remiſſione interuenirent ſolenni-
tates, quę requirũtur in alienatione rei immobilis
pupillaris.Alex.conſi.27.in fin.libr.3.Cagnol.in l.2.
num.59.C.de pact.inter empt.& vendi.& ſic cùm
ſolennitates non fuerint adhibitæ, quas numerat
Afflict.in deciſ.244. non potuit fieri remiſſio præ-
dicta medio conſenſu. l. ſi ad reſoluendam. C. de
præd. minor. & in ſpecie non poterant tutrices
ſine decreto repudiare oblationem ſibi factam
ſicuti, non poteſt tutor repudiare hæreditatem
delatam pupillo ſine decreto. Tiraquell. in d. §. 1.
glo.7.nu.83.nec etiam renunciare pacto, quod pu
pillus hēt de reemendo rem venditã. Alex.d.conſ.
27.vol.3. Tiraq.de retract. conuen. ad fi.tit. nu.19.

Decimò, quòd ſit concedenda reſtitutio præ-
ſuppoſita validitate conſenſus adducitur text.in l.
& ſi ſine.§.quæſitum.de minor.verſi.idem faciunt.
iuncta glo.verſicu.ſeruari.vbi quando res minoris
quæ præcepto teſtatoris, vel legis ſeruari debent
diſtrahuntur, competit reſtitutio: cùm igitur iſta
actio cõpetens ad feudũ, & prouidentia hominis,
& ipſius legis fuerit deſtructa ꝑ cõſenſũ ergo, &c.

Vndecimò, quando colluſio tutoris, vel curato
ris interuenit etiam pro minimo damno reſtitui-
tur minor.l.penul.vbi glo.de minor. Quod autem
colluſio tutricum interuenerit patet ex eo, quia
dum eſſet facta oblatio de emendo ſolùm negle-
xerunt oblationem, ſed conniuentibus oculis omi
ſerunt oppoſitiones quas facere poterant, & teno-
bantur ad hoc vt venditio non fieret. Et iterum
dum eſſent vocatæ ad videndum confirmari con-
tractum, & nihil aliud ab ipſis deſideraret emptor,
nedum aſtiterunt confirmationi prædictæ, ſed vl-
tro præbuerunt expreſſum conſenſum.

21 Duodecimò, ſententia † lata aduerſus pupillos
eſt ipſo iure nulla. l.cum & minores. C. ſi aduerſ.
rem iudica.reſt.poſtul. & cùm tutrices non defen-
derint pupillum allegando nullitatem actorum,
& ipſius contractus, propterea illa declaratio quã
fecit D.delegatus eſt nulla, quia indefenſus fuit pu
pillus, & conſequenter nõ exigitur reſtitutio in in-
tegrum, prout concederetur ſi iuſta defenſione tu
tricum id ſtatutum fuiſſet, vt inquit ibi tex.

Non obſtant modo in contrarium adducta, &
22 primum, ꝙ iſtud feudum ſit hæreditarium, † ex il-
lis verbis pro, ſe hæredib.& ſucceſſorib. quibuſcun
que, quia reſpondetur primo dictionem illam qui
buſcunque intelligi de deſcendentibus.Bal. in cap.
1.§.donari. nume.4. qual. ol. feu. pot. alien. & in l.
cum virum. circa fin. C. de fideicommiſſ. Dec. in
capit.præſentia. nume. 48. de probat. dicens hanc
opinionem de iure videri veriorē, idq; ſine dubio
qñ ex aliqua coniectura apparet verba poſſe de ex
traneis hæredib.intelligi.l.at.l.Gallus.§.etiamſi parē
tes.de lib.& poſth.vbi ēt Aretin.& Soc.ſequuntur.
Curt.iun.de feu.in 3.par.nu.62.vbi dicit hanc quæ
ſtionem valdè dubitabilem.alios cumulat Fran.de
Eccle.inter conſi. feud. conſi.4.nu.6. Confirmatur
quoniam in omnibus inueſtituris cõceſſio legitur
facta iure feudi nobilis, antiqui, auiti, & paterni, ex
quibus verbis feudum redditur proprium & in-
alienabile non obſtantibus verbis quibuſcunque.
Ozaſ.dec.163.nu.6.& 12.Crau.in reſponſo pro go-
nero.nu.334.354 & 359. cùm actus ſemper intelli
gatur factus, ſecundum iuris communis diſpoſi-
tionem.l.quæro.§. inter locatorem D.locati.l.Gal-
lus.§.quidam rectè.de lib.& poſth. iuxta quam re-
gulariter feuda non tranſeunt ad quoſcunq; hære
des, ſed ad deſcēdentes duntaxat & agnatos. Acce
23 dat ēt, ꝙ in dubio feudum † ex pacto, & prouiden
tia, & ſic rectum, & proprium non autem hæredi-
tarium pręſumit̄. Zaz.de feu.par.12.nu.2.Dec.cõſ.
78.cũ multis à Menoch.citatis conſ.61.nu.9.Crau.
in d.reſpon.num.314. & quatenus eſſet aliquod du
bium id ſubmouet̄ per decretum, vt dictum eſt ſ̄.

Scđo rñdet̄, ꝙ tex.in c.1.an agn.vel fil.à quo gñª
liter.deducta eſt ꝯcluſio, ꝙ in feudo hr̄ditario nul-
lus admittat̄, q nõ ſit hæres primi accipiētis, vel vl
timi defuncti loquit̄ in feudo hr̄ditario, vt plurib.
authoritatib.oſtēdit Vincimala īter ꝯſi.feu. Vario
rum conſ.1.nu.70.quo intellectu recepto ſequitur
filium tantũ qualitati hæreditariæ obſtrictum non
agnatos, quia tex.hoc ipſum ad literam diſponit.

Tertiò ſufficere agnato vendicanti feudum, vt
24 non ſtet per eũ quominus † vltimi poſſeſſoris ſit
hæres, ſecus verò qñ ei defertur hæreditas, is autē
ca

ea repudiata feudum obtinere vellet, quare ſi ex
quauis cauſa nõ poſſit eſſe hæres dum tamen nõ
ſtet per eum, nihilominus ad feudum admittitur.
Bald. in c. 1. num. 8. Alua. num. 9. an agn. vel fil. Caſt.
in l. ex facto. §. fin. ad Treb. Iacob. in ſua inueſti. ver.
ita quod. in 3. & 4. limitatio. Roland. in conſilio
53. numero 15. volumi. 3. & conſilio 48. numero
50. volum. 4. vbi oſtendit hanc eſſe communem
opinionem: ſed in hoc caſu impoſſibile eſt actori
eſſe hæredem vltimorum poſſeſſorum adhuc vi-
uentium, quorum propterea nulla eſt hæreditas;
nec agit iure alicuius ſucceſſionis ſibi delatæ, ſed
iure oblationis ſibi tanquam agnato factæ; &
iure etiam actionis agnatis competentis ad reuo-
candum feuda nulliter extra agnationem aliena-
ta, & conſequenter ceſſat oppoſitus defectus qua-
litatis hæreditariæ.

Poſtremo reſpondetur, quòd vbi æqualitas
25 hoc caſu requiritur cùm omnes fateantur † ſuffi-
cere actori hæredem eſſe primi acquiſitoris me-
diatè, vel immediatè, vt per Alexand. conſilio
10. volumi. 3. Dec. conſilio 208. in fin Curt. iun.
conſilio 1. numero 11. poteſt actor ipſe probè di-
cere ſe primi inueſtiti hæredem eſſe mediatum,
quod oſtendit eo ipſo, quòd eſt ex deſcen-
dentibus: item ex eo, quòd feudum acceptat
etiãſi milleſimo gradu diſtaret à primo ſtipite ac-
quiſitore, vt tradit idẽ Rimlnal. in alleg. cõſ. 1. nu.
72. Et vlterius in materia feudali dictio hæres in-
telligitur de herede ſanguinis non bonorum, vt la
tè per Ozaſc. dec. 161.

Non obſtat ſecundum nempe confirmatio
alienationis à Principe facta, quia ratificatio do-
mini ſuperueniens non confirmat alienationem
nulliter factam, niſi interuenerint in ea omnes ſo-
lennitates in actus confectione requiſitæ, vt docet
Ozaſc. dec. 166.

Neque obſtat, quòd agnatus non poſſit reuo-
26 care feudum viuo alienatore habente filios, † quia
hoc non procedit, quando alienatio fuit nulliter
facta, vt ſupra oſtendimus. Præterea etiam viuo
alienatore poteſt agnatus reuocare pretio reſtitu-
to. Ozaſc. deciſio. 177. numero 4. Quo verò ad fi-
lios ſi conſtaret ipſos extare, & vellent reuocare
oblato pretio poſſent viuente patre, aliàs non poſ
ſent, niſi poſt mortem patris abſtinendo tamen ab
eius hæreditate. Ozaſc. deciſio. 177. numero 4. ſed
poſtquam nõ agunt, relinquunt locum agnato, à
quo tamen poterunt reuocare reſtituto pretio.

Non obſtat quartum fundamentum, quia vt
ſupra dictum eſt nõ fuit probatum adeſſe aliqua
debita præter dotes, quibus iam erat ſatis factum
per ſubhaſtationes. Quod attinet ad alimenta cir
cunſcriptis præſumptionibus collectis ex actis qui
bus demonſtratum eſt cõmentitiam fuiſſe neceſ
ſitatem alimentorum deductam? Aduertendum
eſt, quòd decretum vult perſolui debita con-
tracta, non autem contrahenda, & prius erant de
coquenda bona allodialia, quæ ſupererant, nempe
ea quę fuerant ceſſa per communitatem Mullaz-
zani, deinde ad alienationem feudi deuenire non
integrè, ſed pro modo vrgentis neceſſitatis. Bald.
conſil. 331. libro 1. & conſi. 20. libro 2. Iaſ. l. creditor.
num. 3. in 3. limitatio. D. ſi certum pet. l. qui Romę.
§. duo fratres. num. 37. de verb. obli. & alij quos re-
fert Menoch. de arbit. quæſt. libro 2. centur. 2. caſu
182 nume. 31.

Minus obſtat quintum de læſione non pro-
bata, & quòd remedium reſtitutionis in integrum
ſublatum ſit per decretum: abundè enim ſupra
edoctum eſt, non requiri probationem lęſionis.
Decretum autem non obſtat: nam omiſſis om-
nibus quæ adduci poſſent, vt non comprehen-
dat pupillos, ponderanda ſunt verba decreti, ex
quibus ſuper tribus caſibus tantummodo fuit di-
ſpoſitum, videlicet quando agnatus condecenti
pretio emere, & pretium ipſum exburſare renuit,
vel aliàs contemnit, vel plus debito diſtulerit, qui
quidem caſus ſunt excluſi à præſenti quæſtione:
qa contemnere dicitur is, qui ex volũtate ſe ſubij-
ci legis ordinationi contemnit, & ideo procedit
ad contrauenienduni legi Fel. in cap. ſi quis. numer.
7. de maiori. & obed. Nec paria ſunt contemne-
re, & negligere, vt not. in capit. ſi quis decreta. 20.
diſtinctio. cum ergo nullus contemptus ex parte
pupilli etiam media perſona ſuarum tutricum
dici poſſit interueniſſe, meritò erit reſtituendus,
& tanto magis, quia (& hoc ponit falcem ad ra-
diciem) non petitur reſtitutio aduerſus illos ca-
ſus comprehenſos in decreto, ſed aduerſus con-
ſenſum præſtitum per ipſas tutrices, & aduerſus
indefenſionem, qui quidem caſus non poſſunt in-
cludi ſub diſpoſitione ipſius decreti.

Cauſa iſta multum diſputata: fuit res redacta
per Senatum ad ſequentes articulos, quorum
primus eſt, quod huiuſmodi feudum ex illis ver
27 bis pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus † qui-
buſcunque, eſt hæreditarium ex communi Doct.
ſententia: ſed ſecundum quid attenta maximè di-
ſpoſitione decreti, ita vt requiratur, quòd volens
reuocare ſit hæres ſaltem primi inueſtiti, vel vlti-
mi defuncti, & cõis ſtipitis, qui fuerit poſſeſſor
feudi, non autem hæreditarium, vt tranſire poſſit
ad hæredes extraneos, & propterea actori non cõ-
petere actionem reuocandi iſtud feudum niſi pro
illa parte quæ, erat Manfredi ſenioris communis
ſtipitis, & proaui ipſius actoris, cuius apparet ip-
ſum eſſe hæredem.

Secundus eſt, quòd viuo alienatore licet agna-
to etiam habente filios oblato tamen pretio feu-
dum reuocare, iuxta frequentiorem doctorum
ſententiam.

Tertius, quòd licuit alienatoribus alienare to-
tum feudum ex cauſis neceſſarijs adductis, & pro
batis.

Quartus, quòd iccirco non eſt concedenda re-
ſtitutio in integrum, & ita fuit concluſum per om
nes, Illuſtr. & integerrimo Do. Senatore Nicolao
Agatia Vercellenſi ex ſupra ſcriptis, & alijs ratio-
nibus valdè reclamante, & ſentiente, ꝙ reſtitutio
erat ſaltem concedenda ad reuocandam illam
partem, quæ erat Manfredi communis ſtipitis, an
no 1577. 5. Decembris.

Inceſtus

Inceſtus pœna quæ ſit tam quando cum aſcendentibus, quàm ſi cum deſcendentibus, vel tranſuerſalibus crimen committatur.

DECISIO C.

1 *Inceſtus pœna eadem eſt, quæ adulterij.*
2 *Text. plures, qui de pœna inceſtus tractant, enumerantur, & ponderantur.*
3 *Inceſtus materia confusè à doctoribus tractata.*
4 *Inceſtuoſus concubitus aſcendentium, & deſcendentium grauius punitur quàm tranſuerſalium, & nume. 5.*
6 *Iudex laicus non cognoſcit in inceſtu ſpirituali.*
7 *Inceſtus non committitur cum conſanguinea, quæ fit per illicitum coitum.*

INCESTVS pœna eadem
1 eſt, quæ † adulterij. gloſſ. Barto.
& Alber. in l. ſi adulterium cum
inceſtu. in princi. D. de adulter.
qui diſtinguũt vtrum ſit ſub co
lore matrimonij, vel in figura
ſimplicis fornicationis, prout in
hac materia ſolent communiter diſtinguere Do-
ctores. Cæterum hac de re ſunt plura iura, per
quæ varias inceſtuoſis pœnas inditas fuiſſe cogno
2 uimus, † & primò tex in l. miles §. 1. D. de adul. quẽ
text. ad hoc allegabat Alberic. in dicta l. ſi adulte-
rium cum inceſtu. Sed aduertendum eſt, quòd mi
les ibi cognouerat filiam ſororis, & tamen neque
text. neque gloſſ. dicunt fuiſſe inceſtum. Verùm
text. in l. ſororis proneptem. D. de ritu nuptiar.
probat fuiſſe inceſtum alius text. eſt in dicta l. ſi
adulterium cum inceſtu. tertius in l. ſi quis viduã.
D. de quæſtion. vbi imponit Iuriſconſul. inceſtuo-
ſo ſtupro, ſeu inceſtuoſo adulterio pœnam de-
portationis in inſulam. alius, & quartus text. eſt in
auth inceſtas. C. de inceſt nupt. & in corpore vnde
illa deſumpta fuit, vbi dicitur puniri fuſtigatione,
& confiſcatione bonorum tam marem quàm
fœminam.

Doctores verò in caſibus inceſtus ſatis confu-
3 sè loquuntur, & † videntur parificare omnes caſus
inceſtus, de qua re vide Paul. Grilland. in tracta. de
pœn. omnifar. coit. illici. quæſt. 1. & 2. nume. 9 &
quæſt. 3. numero 5. vbi dicit puniri pœna mortis,
quando non in figura matrimonij fit inceſtus.
Idem dicit Vitalin. de adulter. nume. 13. & Boer.
deciſio. 318. Bermond. Couer. in tracta. de publi.
concubinar. rubr. de inceſtu. nume. 6. & nume.
14. verſiculo ſum modo. quando enim in figu-
ra matrimonij fit inceſtus, tunc pœna eſt lęuior.
toto titu. C. de inceſt. nupt. & infames de iure Ca-
nonico fiunt, qui conſanguineas vxores ducunt.
capit. coniunctiones. 35. quæſt. 2. & 3. & quando
cum alia ſpecie fornicationis fit inceſtus, puniri
delinquentem pœna mortis dicit ex communi
Clar. libr. 5. §. inceſtus, & ibi refert plures ſenten-
tias Senatus Mediolan.

Ego tamen putarem in hac materia diſtinguẽ-
4 das eſſe perſonas. Nam † in aſcendentibus, & de-
ſcendentibus grauius puniendus eſt inceſtuoſus
concubitus quàm in tranſuerſalibus. hoc probat
text. in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. §. 1. iun-
cta l. fin. D. de ritu. nupt. vbi in aſcendentibus, &
deſcendentibus dicitur prohibita coniunctio iure
gentium: eſt enim contra naturalem pudorem fi-
liam vxorem ducere, vel cognoſcere, ideoque in
tali gradu fortè eſſet pœna mortis, vt dicit Boer.
dicta deciſio. 318. & ideo hic coitus inter aſcenden
tes, & deſcendentes propriè non inceſtuoſus, ſed
nefarius appellatur. §. ergo non omnes. inſt. de
nupt. Boſſ. in titu. de coitu damna. nume. 5. vbi di-
cit fuiſſe per S. M. tales delinquentes igni damna-
tos, vel furcis ſuſpenſos. Bermond. Couer. de publ.
concubinar. dicta rubr. de inceſtu. nume. 5. In tran-
5 ſuerſalibus † vero ſi eſt frater & ſoror, Boer. in di-
cta deciſio. 318. colum. 3. dicit eadem pœna puni-
ri poſt Grilland. vbi ſupra. quod mihi durum vi-
debatur, cùm id non ſit contra ius gentium, cùm
apud multas gentes, & magnas perſonas licita ali-
quando fuerit talis coniunctio, vt latè tradit Ti-
raquell. de legib. connubialib. par. 7. nume. 35. 37.
& 39. Ideoque in cauſa, quæ vertebatur in curia
Foſſani iux. votum Vicarij Excellẽtiſſimus Sena-
tus cenſuit marem, & fęminam fratres verberan-
dos, deinde fratrem ad triremes remittendum per
petuò, mulierem verò in exilium publicatis bonis
quatenus non extarent agnati. iuxt. auth. bona dã-
natorum. C. de bon. proſcripto. & Clar. plures tran
ſuerſales refert damnatos aliquando pœna pecu-
niaria, aliquando leui fuſtigatione corporali. fa-
ciunt dicta per Couer. in d. Rub. de inceſtu. nume.
16. vbi dicit, quod de iure communi inceſtus non
punitur pœna mortis, ſed deportationis, & can-
dem opinionem tenuit cõſilium Neapolitanum
apud Vincent de Franch. deciſio. 178. par. 2.

In conſanguinitate ſpirituali, vt in commatre
6 iudex laicus † non poteſt pœnam imponere niſi
concurrat adulterium vel ſtuprum, quo caſu de-
lictum aggrauatur compaternitate, vt per Parid.
de Put. in tracta. de ſindica. §. adulterium. num. 8.

In conſanguinea verò, quòd non committatur
7 inceſtus, quando fit † conſanguinea per illicitum
coitum, vt de eo, qui cognouit duas ſorores, tenet
Marſil. ſingular. 254. contrarium tamen videtur
ſentire Couer. in dicta rubr. de inceſtu. nume. 1.
verſiculo notent perpetuò Canoniſtæ. Ego exi-
ſtimo talem coitum eſſe de iure ciuili impunitũ,
ſed tamen in foro conſcientiæ maximum eſſe cri
men, & fornicationem aggrauari ita, vt per ſacer-
dotem maior ſit pęnitentia inferenda.

Statutum excludens maritatam à ſucceſſione patris, vel matris an vt locum habeat requiratur, quòd filia tempore mortis patris maritata reperiatur, vel dotata.

DECISIO CI.

1 *Statutum excludens dotatam ab hæreditate intelligitur*

ſi

ſi tempore mortis illius de cuius hæreditate agitur mulier dotata reperitur limita, vt num. 8. 9. 10. 11. & 12.

2 *Hæreditas delata, vel adita non differt in caſu ſtatuti fœminam excludentis.*

3 *Ius quæſitum in hæreditate ſine facto, & culpa acquirentis auferri non poteſt.*

4 *Filia prohibita à ſtatuto petere, non prohibetur retinere.*

5 *Statutum qualificans tempus petitionis non autem ſucceſſionis excludit dotatam etiam poſt aditam hæreditatem, ſed contra nu. 6.*

7 *Statutum debet intelligi iux. ea, quæ communiter accidunt.*

13 *Statutum requirens dotatam eſſe ſeu maritatam filiam, an ſit copulatiuè intelligendum.*

14 *Statuto filiam excludente poteſt iudex ex officio illam à ſucceſſione repellere.*

STATVTVM Aſtenſ. Ciuitatis, quod ad literã refert Marc. quæſt. 564. poſitum ſub Rubrica Ne mulier maritata. colla. 16. cap. 65. de quo nos ſcripſimus, & retulimus ſupra decil. 63. diſponit, quod mulier maritata à patre, vel fratre, vel patruo non ſuccedat cum fratribus in hæreditate patris, vel matris. Quæſitum fuit, an hoc ſtatutum procedat etiamſi filia tempore mortis patris, vel matris non reperiatur à patre dotata, ſed poſt mortem patris à fratre, vel patruo dotetur: & profecto dubia, & difficilis eſt quæſtio, de qua maxima facta fuit in Senatu noſtro Pedemontano diſcuſſio in cauſa Aſten. Iugalium de Mundo contra Cameranos.

Et pro parte negatiua, quod filia non ſit excluſa à ſtatuto, facit communis doctorum opinio,
1 quæ habet, quòd ſtatutum † excludens mulierem
dotatam ab hæreditate intelligitur ſi tẽpore mortis, & ſic delatæ, vel acquiſitę hæreditatis mulier erat dotata & non aliter. Hoc fuit originale dictum Bartol. in conſil. 31. & Bal. in conſil. 191. quædam mulier. in fin. libro 3. vbi ſtatutum. excludebat dotatam à ſucceſſione Caſtr. conſil. 6. ſuper eo. circ. med. libro 2. Alexand. conſil. 151. viſo themate. volum. 2. cum concordantibus in apoſtilla relatis, vbi Alexan. exemplificat, quando ſtatutum excludit filiam dotatam à patre, vel fratre ſecundum vires eorum, vt non ſuccedat. Dec. conſil. 589. num. 9. Corn. conſil. 94. libro 2. & conſil. 171. colum. 2. libro 4. cum alijs multis Docto. quos citat Bec. Caſalen. conſil. 112. nu. 20. cui addo Brun. de ſtatut. exclu. fœm. art. 6. quæſt. 16. vbi per plures columnas hoc examinat. Crau. 142. num. 10. verſiculo ideo ſtatutum. Gabriell. conſil. 15. nume. 32. Bolognet. conſil. 10. num. 22. & 21. Rub. conſil. 71. nume. 9. Alciat. conſil. 57. num. 6. Rip. in l. ex facto. numero 33. de vulga. Soc. iun. conſil. 5. numero 16. 17. & 18. libro 2. Socin. ſen. qui loquitur in hæreditate matris conſil. 121. 147. lib. 1. Abb. conſil. 107. dub. 5. libr. 2. Purpurat. conſil. 352. nu. 10. addo Nat. conſil. 687. num. 7. lib. 4. & quamuis contra hanc opinionem tenuerit Roman. conſil. 442. & conſil. 123. libro 2. & conſilio 75. libro 1. tamen opinio Romani communiter ab omnibus improbatur retenta opinione Bartol. Bald. & aliorum, quæ eſt communis, prout etiam de cõmuni teſtatur Mãdoſ. ad Roman. in dict. conſil. 442. Bec. dict. conſil. 112. num. 20. D. P. Surdus. conſ. 45. num. 34. & 35. volum. 1. & conſil. 100. num. 10. & 11. Rolan. conſ. 96. lib. 4. & conſil. 45. eo. lib. num. 10. 14. & ſeq. & in hanc opinionẽ indubitatè trãſibat Senatus, dum diſputaretur ſupra dicta cauſa, & ſequitur nouiſſimè Anchar. regien. quæſtionum familiar. libr. 3.
2 q. 33. nu. 3. 4. & 5. quæ opinio † procedit tam in delata quàm in adita hæreditate, cùm inter hæc duo
nulla hoc caſu differentia conſtituatur, prout contra Roman. omnes ſupra relati tenuerunt, & faciunt, quæ ſcribit Calcan. conſil. 1. col. 7. verſicul. facit etiam. & conſil. 7. col. penult. verſiculo vnde non ſolum. Crau. conſil. 759. num. 4. & quamuis opinio Romani mihi videatur ſatis colorata, & ſubtilis cùm non de adita, ſed de delata duntaxat ſucceſſione loquatur, quo caſu dubium eſſe fatetur Bec. dict. conſil. 112. num. 20. cùm delata ſucceſſio ita plenũ ius non tribuat quin auferri poſſit, tamen in iudicando difficile eſſet contra Bartol. & alios iudicare, ne ius quæſitum auferatur.

Secũdo pro filia adducebatur cõſ. Natt. 74. puto de iure dicendum. vbi per quatuor ferè columnas conſuluit in terminis huius ſtatuti Aſtenſ. procedere communem illam opinionem per iura, & rationes quas allegat, & non repeto, ſed ad illum lectorem, & iudicem remittimus, cui addo Brun. Aſtenſem in tracta. de ſtatu. excl. fœm. artic. 6. q. 16. nu. 266. quibus cum ſint Aſtenſes eſſet ſtandum in materia huius ſtatuti.

Tertio dicebam ego, quòd contrario admiſſo ſequeretur abſurdum, quòd fratres, qui ſolent malè tractare ſorores, vt dicit Surd. dict. conſil. 45. nu. 35. poſt Georg. Natt. de ſtatu. quæſt. 2. num. 1. mortuo patre pro ſuo arbitrio dotabunt ſorores, ſicq; iſtud ſtatutum tanquam contra bonos mores diſponens, & publicę intereſſe ius violãs iniquum diceretur, & iniuſtum, quod à lege municipali omnino alienum eſſe debet.

Denique pro filia adducebatur, quòd per aditionem hæreditatis communiter factam ipſi iam erat ius quæſitum in hæreditate paterna, & materna. l. gerit. & l. pro hærede. vbi Bar. D. de acquir.
3 hæred. cum ipſa etiam dicatur adiuiſſe. ideo † ius
quæſitum in hæreditate ſine facto, & culpa ipſius illi auferri non poteſt; cùm difficilius tollatur ius quæſitum quàm quærendum, vt in his terminis arguit Natt. dict. conſil. 74. num. 1. in fin. & conſi. 581. Cremen. ſingu. 127. quo circa ſtatutum non procedet in hæreditate iam adita propter hoc ius iam quæſitum, prout tenuerunt Ang. Caſtr. Roman. Alex. Corn. & Soc. relati à Bruno dict. artic. 6. col. 3. & 4. Georg. Natt. dict. 2. quæſt. principa. quæſt. 19. colu. 4. & 5. Bec. & Surd. in locis ſupra citatis, & ita limitat ſuam opinionẽ Ruin. in conſi. 65. n. 5. vol. 3. Soc. iun. conſi. 2. num. 12. & 14. & multis ſequen. &
4 propterea dici poteſt filiam † prohibitam à ſtatuto petere, non propterea prohibitã retinere. vt per

Dec.conſil.257.col.pen.in fi.& conſ. 300. num.10.
331.colum.2.Crauet.conſil.148.num. 2. Simon de
Præt.conſil.72.num.33.

Affirmatiuam vero opinionem, quòd per hu-
iuſmodi ſtatutum Aſtenſ.in eam formã conceptũ
filia quandocunque dotata excludatur, defende-
bant aliqui ex eo, quòd ſtatuti verba bene conſi-
derata clarè demonſtrant talem filiam etiam hoc
caſu excludi. Nec obſtare communem illam opi-
nionem ſupra relatam, quia illa procedit quando
ſtatutum ſimpliciter loquitur, qđ filia dotata, vel
maritata non ſuccedit, & ſic qualificat ius ſucce-
5 dendi, ſecus † verò ſi qualificat ipſam petitio-
nem, ita vt reſpiciat tempus petitionis, tunc enim
inſpicitur, ꝙ ſit maritata tempore quo ipſa mulier
effectualiter agit, & ſic ſufficit, quòd tunc reperia-
tur dotata, quamuis ſit delata hæreditas. Hæc fuit
originalis opinio Roman. in dict. conſil. 442. Soc.
conſil.42. lib.4. cum alijs allegatis per Rip. qui di-
cit eſſe dictum mirabile in l. ex facto. num. 13. de
vulgar. Curt.iun.conſil.10. num.9. Bec.dict.conſil.
112.num.21. Dec. conſil. 24.nume.6.verſic.prædi-
cta, & conſi.207.num.4.verſic.7.poteſt reſponderi,
& hoc voluerunt aliqui procedere non ſolum ſi
ſtatutum dicat poſſe dotari poſt agnitam hæredi-
tatem, verum etiam ſi hoc præſupponat, ita Corn.
conſi. 123 lib. 2 puta ſi ſtatutum dicat de dotata
extra hæreditatem paternam, vel quod non poſſit
habere regreſſum ad hæreditatem paternã. Brun.
de ſtatut. 4, memb. 6.articul. principa. quæſtio.16.
num.272.cum ſequen. tunc enim videtur præſup-
ponere ſtatutum, quòd habuerit filia ius propter
delatam hæreditatem, ſed illud per ſubſequentem
dotationem amiſerit, vt dicit Georg. Natt.in dict.
quæſt. 2.nume. 81. & clarè Rum.conſil. 65. per to-
tum.libr.3.Socin.iun.conſil.2.nume.13.lib.1.

Verùm, quòd etiã hoc caſu procedat illa com-
6 munis opinio quando † eſt adita hæreditas, multi
tenuerunt, vt Alex. conſil.48. colum.1.libr.4.151.
nume.2.lib.2.Brun.dict. articul.6.num.272. Rolan.
dict.conſil. 96. Surd.dict.conſil.45.n.42.dicens ita
fuiſſe iudicatum per Excellentiſſimum Senatum
Montisferrati, & conſil.100.nu.11. Natt.dict.conſ.
74.num.11. Bec.dict. conſil. 112.nume.20.Crauet.
conſil. 759. per totum, vbi inquit contrariam opi-
nionem Socin. & aliorum niti verborum ſubtili-
tate, & ita videtur eſſe de mente Bar.in dict.conſil.
31. vbi loquitur quando ſtatutum diſponit, quòd
mulier non poſſit redire. ideo dicere poſſumus
excludi filiam ex hoc primo fundamento ſi non
ſit adita hæreditas.

Secundò cõtra filiam pro fratribus adducebea-
7 tur, quòd † ſtatutum debet intelligi ſecundum ea
quæ communiter accidunt. l. nam ad ea. D.de le-
gib. Euerard.in ſuis locis legalib.cap.56.ſed à com-
muniter accidentibus fratres, & patrui non do-
tant mulieres, niſi mortuo patre, & tamen ſtatu-
tum excludit mulierem à quouis iſtorum dotata
ſit ab hæreditate paterna, & materna, & tam cla-
ra videntur eſſe verba ſtatuti in hoc caſu, vt nil vl-
terius deſiderari poſſit: nam præſupponit ſtatutũ
filiam dotari poſſe à patre, fratre, vel patruo, & à
quouis iſtorum dotetur vult excludi ab hæredita-
te patris, & matris, licèt quo ad matrem aliter dici
poſſet, quia poteſt frater dotare ſororẽ viua ma-
tre, quia illi non matri hoc onus ſpectat.

Et ſi velimus retinere hanc opinionem contra
filiam, cũ qua multi ex dominis tranſibant, & pro
qua iam in cauſa reuiſionis fuerat iudicatũ, vt in-
fra dicemus poſſet ad contraria reſponderi: Et ad
primum dici poteſt communem illam opinio-
nem eſſe veram, ſed limitari multis modis, & pri-
8 mò, vt non procedat in caſu, † quando verbum
maritata ſeu dotata non qualificat ius ſuccedendi
ſed ius exercendi actionem, & petitionem, prout
ſupra dicebamus, replicando ad contrariam opi-
nionem, quòd procedit in adita hæreditate, prout
loquitur Ruin. dict.conſil.65.numer.5. ita opinio-
nem ſuam reſtringit etiam Roman.in dicto con-
ſil.442.

Secundo limitatur illa communis opinio Bar.
9 vt non procedat, † quando ex verbis ſtatuti aliter
de mente ſtatuentium appareat, vt in hoc ſtatuto
Aſtenſi, vbi excluditur ab hæreditate matris dota-
ta à patre, etiam quod à matre non dotetur, item
per illa verba, *Sed eo ipſo, quòd maritata appareat ab
altero prædictorum ſit dote contenta*, Subdens ſtatu-
tum, *ita quod nullo vnquam tẽpore poſſit amplius habe-
re regreſſum*, vt in his terminis ſcribit Georg. Natt.in
dict.tracta.de ſtatu.quæſt.2.num.88. per l.pactum.
C.de collat.& videtur ſentire Gabriell. in ſimili ſta
tuto conſil. 15. nume.41.& 42.& omnes doctores
videntur admittere pro indubitato, quòd qualitas
excluſiua ſuperueniens etiam poſt agnitam hære-
ditatem operetur excluſionem, ſi id expreſsè ſtatu
tum, vel neceſſariò ex verbis æquipollentibus di-
ſponat, ita Dec.conſi.261.num.4. Alexan.48.lib.3.
Surd.dict.conſil.45.& conſil.100. lib. 1.Bec. conſil.
112.num.20.in fin.

Tertiò declaratur illa communis regula, vt non
10 procedat ſi † ſit à patre verbaliter in teſtamento
legatum factum pro dote, licèt enim non dicatur
verè dos ſine matrimonio, nihilominus quo ad
mentem ſtatuti habetur ac ſi eſſet dos ſoluta, & fi-
lia maritata, ita tenet Bartol.in l. Titio centum. §.
Titio genero. verſicul. quæro ſtatutum.de condit.
& demonſtr. Bald.in l.non ſine.D.de bon. quæ lib.
nam debet haberi pro verè dotata, & hoc multis
argumentis, & rationibus cõprobat Georg.Natt.
in dict.2.quæſt. & hanc opinionem communem,
& receptiſſimam dicit Bec. conſil.103.nu. 24. An-
charan. regien. d. quæſt.33.num.5. Gabriell. dicto
conſil.15.num.42.& 43.& in hac declaratione etiã
inclinabat Senatus, licèt illã limitet Ozaſ. ꝯſi.76.
nu.16. multis modis, & ſi velimus admittere id
quod dicitur de adita hæreditate.

Limita, & declara quarto vt ꝓcedat ante delatã
11 hæreditatẽ in ſua hærede † ſecus in extranea, vbi
ſufficit, quòd ſit dotata ante aditam hæreditatem.
Brun. dict.artic.6.quæſt.16.verſic.ellicitur.Natt.de
ſtatut.queſt.9.col.7.verſic.diſtingue igitur. per tex.
notab. in l.ſi quis filium.D.de acq.hæred. quamuis
contrarium teneat Abb.conſil.107.qui dicit etiam
in extranea communem illam opinio.procedere.

Limita-

Limitatur quinto cōmnnis opinio, vt non pro
12 cedat quando † ſtatutum loquitur per verba im-
portantia conditionem, vt ſi dicat, *ſi filia reperia-
tur dotata à fratre non ſuccedat*, tunc enim videtur
adimpleta cōditio etiam ſi doterur poſt mortem
patris; per ea quæ dicit Brun. dicta quæſtio. 16.
colum. 4. verſicu. Aliquando & ſecundo. Sed hæc
limitatio mihi non placet, quia deſtruit commu-
nem opinionem, cùm illa verba *filia dotata*, im-
portent conditionem, perinde enim eſt ac ſi dica-
tur, *ſi filia ſit dotata*. Nam hæc conditio ſi fi-
lia reperiatur dotata ita eſt intelligenda ſi ſit do-
tata tempore delatæ ſucceſſionis, vnde ſi non re-
peritur dotata nō excluditur, quia dotatio ſuper-
ueniens non nocet, vt dicit Bartol. in dicto conſil.
31. in fin. præſertim q̄n adita iam fuit hæredi-
tas, quod in his terminis admittit ſine difficultate
Roman. in iam ſupra allegato conſil. 442. in prin.
Ex quibus limitationibus vera poteſt reſultare
reſponſio ad communem illam regulam vt non
procedat in caſibus limitatis.
Ad conſi. Natt. 74. poteſt reſponderi quod D.
Natta non bene perpendit omnia verba ſtatuti,
& cōtra eum militat plurium Doctorum opinio
in caſibus, in quibus ſtatuta loquuntur per verba
prægnantia & reſpicientia non tempus delatæ hæ
reditates ſed ſucceſſionis, vt dixi ſupra in ſecunda
limitatione. Item Natt. ſe fundat in adita hæredi-
tate, quo caſu vera eſt illius opinio, licèt apud me
adhuc ſit dubia.
Ad tertium fundamentum, quod pro filia ad-
ducebatur de abſurdo, dicitur quòd ceſſat abſur-
dum poſtquam ſtatutum expreſsè vult eam ſoro
rem eſſe contentam ea dote, quæ à fratre ſtatuta
fuit nec poteſt de ea conqueri, vt per Brun. in con
ſil. poſito poſt tracta. de ſtatut. facto ſuper ſtatuto
ciuitatis Taurini in tractatibus nouiſſimè im-
preſſis. Quinimo non poſſet ſoror dicere, ego no-
lo dotari ſed innupta manere, & cū fratribus ſuc-
cedere, vt latè per Brun. in dicto tracta. in quarto
memb. art. 6. quęſtio. 12. nume. 247. & Natt. in tra-
cta. eod quæſtio. 9. Nam hoc caſu poterit frater
dotare ſororē arbitrio cōſanguineorū, & probo-
rum, & iudicis. Natt conſil. 201. Brun. in dicto
conſi. facto ſuper ſtatuto ciuitatis Taurini, de qua
re vide Andr de Iſern ſuper conſtitut. regni. In ali-
quib. lib. 3. col. 8. verſicu. Quid ſi frater. Bec. dicto
conſil. 112. nume. 1. & 4. Verùm tamen eſt, quòd
ſoror non poſſet inuita cogi ad ſe maritandum,
quia eſſet contra bonos mores, ſed quando ſtatu-
tum dotationem requirit, vt excludatur ſi non
vult maritari, maſculi poterunt dotem offerre, vt
per Ang. conſil. 349. Bald. in l. pactum, quod do-
tali. quæſtio. 20. C. de collat. & dos tunc non debet
eſſe minus legitima, vt ex magis communi tradit
Bec dicto conſil. 112. nume. 8. Gabriell. dicto con-
ſilio 15. nume. 23.
Ad vltimum reſponderi poteſt, quòd illud pro-
cedit in adita hæreditate, & vbi filia ſe immiſcuit
hæreditati, ſecus ſi ſit tantū delata hæreditas, quia
tunc habet ius non in effectu ſed in ſpecie quæ-
tum, ideo poterit facilius auferri. Imò etiam dici
poteſt inconueniens nō eſſe, vt per ſtatutum etiā
adita hęreditas auferatur, ſicut eo etiam poteſt ex
ꝓbata inīa legitima auferri, vt dicemus ſuo loco.
Eſt tamen animaduertendum hic, quòd ſi ſta-
13 tutum requirat filiam fuiſſe † dotatam & marita
tam requiritur, quod iſtæ duæ qualitates copula-
tiuè requirantur tēpore delatæ hæreditatis, prout
latè conſuluit D. Petrus Surdus. in dicto conſil. 45.
per multas columnas. Verùm ego dubito de con
ſilio D. Surdi: nam in eo decreto prout etiam in
ſtatuto noſtro verba ſtant disiunctiuè ſcilicet, q̄d
filia ſit dotata ſeu maritata, vt ipſe ibi aſſerit in fin.
nume. 35. vnde cùm in disiunctiuis ſufficiat vnam
eſſe veram. l. 1. de reb. dub. dicendum magis eſſet
vtrunque non requiri. Sed ſi ſtatutum loquere-
tur per copulatiuam, &c, tunc crederem verum
dicere D. Surdum. & in hoc etiam caſu intelligen
dus D. Ozaſc. dicto conſil. 76. nume. 16.
Et in ſpecie huius ſtatuti adeo excluditur filia,
vt etiamſi pars nō opponat de ſtatuto, tamen po-
14 teſt † ipſe iudex ex officio eam repellere. Natt. di-
cta quæſtio. 9. verſicul. conſidera. per gl. in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſac. videtur enim agere ſine actio-
ne, ideo ipſo iure repellitur. Caſtr. in l. ſi Titius &
Seius. D. de verbor. obligat.
Ex his omnibus ſupra adductis videre poteris
lector beneuole quàm ſit difficilis reſolutio huius
articuli, præſertim quando agitur de adita vel de-
lata hæreditate, fauor enim agnationis etiam tūc
non parum videtur nocere filiæ. Ideo cùm hæc
quæſtio controuerteretur in Eccellentiſſimo Se-
natu, Domini ſemper fuerūt inter ſe diſcordes in
prædicta cauſa Mundi, & Camerani. & cùm fuiſ
ſet relata cauſa illa in duabus claſſibus diuerſis tē-
poribus, concordes non fuerunt ſententiæ. Nam
prima lata fuit in fauorem filiæ Secunda in fauo-
rem fratrum. Tandem cōgregatis omnibus cùm
videretur dominis ardua & difficilis hæc quæſtio,
quo caſu poteſt iudex partes ad cōcordiam com-
pellere, vt dixi ſupra deciſ. 89 nu. 3. ſtantibus præ-
ſertim votis diſcrepātibus & diuerſis iudicatis cē-
ſuit Senatus cauſam hanc eſſe concordia termi-
nandam, prout factum fuit. Verùm vt in poſte-
rum certa ſit lex & diſpoſitio ſtatuti declarauit, at
tentis verbis ipſius ſtatuti, filiam dotatam à fratre
vel patruo etiam poſt mortē patris excludi à ſta-
tuto. Et hoc ſi ipſa non adiuit hæreditatem, vel
illi ſe immiſcuit, tunc enim attento iure iam quæ-
ſito non auferri ipſi ius ſucceſſionis à ſtatuto ſine
voluntate & facto ſuo, confirmando ſtatutum de
cuius validitate ſubtiliter quidam dubitabāt. Re-
ferentibus Illuſtribus DD. Senatorib. Goueano,
& Appiano. 1588. 17. Auguſti.

Euictione per venditorem promiſſa,
an vt de illa agatur ſufficiat latam eſ
ſe ſententiam, an verò rei ablatio, &
realis euictio requiratur.

DECISIO CII.

1 *Sententia inter emptorem, & tertium contendentem la-*

ta an ſufficiat, vt de euictione agatur. & nu. 2.
3 *Sententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum, facit vt de euictione venditor teneatur.*
4 *Stipulatio duplæ differt à ſimplici promiſſione euictionis.*
5 *Text. in l. habere licere. D. de euict. cum ſimul. declaratur.*

VENDITOR de euictione non tenetur niſi re euicta effectualiter, l. 3. C. de euict. vbi Cyn. & Doctores. & dixi ſupra decis. 85. vbi poſui vnam fallen.
1 Quæſitum fuit an ſufficiat †, q lata ſit ſententia contra emptorem, licèt res ab eo effectualiter auocata nondum ſit, vt de euictione teneatur. Et quod non poſſit hoc caſu emptor de euictione agere niſi res ablata ſit, ſuadent plura iura, & doctorum authoritates, nempe l. 3. C. de euict. l. euicta. §. dupla. l. habere licere. l. ſi plus. §. mota. D. eod. & videtur text. clarus in l. ſi ſeruum in principio. D. de act. emp. vbi glo. ſingular. in verbo abſit, quam ibi commendat Caſtren. & per illam ita in his terminis tenuerunt Alex. conſil. 4. volum. 3. nume. 1. Cephal. cant. 177. Bertachin in litera E. in §. emptor agit. nume. 24. Crau. conſil. 682. nume. 6. libro 4. Ozaſc. deciſ. 181. num. 4. Bec. conſil. 106 num. 44.
2 Pro contraria † verò parte allegabantur multa iura, & primo l. ſi non iniuria & l. ſi ſtatus & l. empti actio. C. de euict. in quibus legibus dicitur agi de euictione, quando lata fuit ſententia cōtra emptorem, quamuis text. in l. empti loquatur de iam facta remiſſione. Secundo videtur in ſimili optimus text. in l. ſi ſocius communis. D. commu. diuidun. vbi ſocius condemnatus agit contra ſociū antequam præſtet condemnationem, & pro hac parte dicebam ego eſſe authoritatem Odofred. qui hoc claré dicit in d. l. 3. C. de euict. per text. in l. vsque. de rei vend. vbi agitur de euict. lata ſententia contra emptorem, licèt ſeruus venditus mortuus ſit, qui non poteſt reſtitui euincenti, & vltra Odofre. idem tenet Caſtr. in l. atqui natura §. cum me abſente. num. 4. D. de negot. geſt. & cum hac poſteriori ſententia in facti contingentia tranſibat
3 Senatus; ea præſertim ratione motus, quia † ſnīa de qua agebatur, in rem tranſierat iudicatam, quo caſu res emptori dicitur abeſſe; cum ad reſtituendum ſit omnino, & præcisè obligatus. l. qui reſtituere. D. de rei vendicatio. vt dicit gloſſ. in d. l. ſi ſocius. facit optimè text. in §. fin. in fin. inſtit. de de offic. iudic.

Ad allegata in cōtrarium reſpondebam primò, quod illa. l. 3. non loquitur quando lata fuit ſententia, ſed qñ neq mota erat lis, ſed poterat de lite dubitari. Ad l. euicta. §. dupla. dicebā eam loqui in ſtipulatione duplę, q̄ cū ſit quodāmodo pęnalis,
4 ſtrictè † interpretatur. vt res ablata ſit, ſecus in ſimplici euictione, vt in ſimili dicit Salicet. in l. habere licere, & ibi Angel & Bal. licèt Rub. in l. non ſolùm §. morte. D. de oper. nou. nunc. nume. 458. ſatis differentiam non inter actionem ex empto, ſeu ſimplicem euictionis promiſſionem, & ſtipulationem duplæ, ſed inter ipſam duplæ ſtipulationem, & ſtipulationem habere licere, conſtituat, vt refert etiam Caballin. de euict. §. 3. nume. 161. Vel ſecundò reſpondetur, quod ille text. retorquetur dum vult ſatis eſſe, quod fuerit condemnatus ad litis æſtimationem, & non requirit ſolutionem. Nec obſtat glo. in verbo, reſtituta ibi, *fuit ergo tradita*, quia intelligitur de traditione, quæ fit a vendi-
5 tore emptori. Ad l. habere licere. † reſpōdetur, quod ille tex. potius probat opinionem iſtam: vult enim, quod non ſufficiat condemnatio, quando poſt condemnationem nō poteſt timeri executio ſententiæ, quia quis decedit ſine ſucceſſore: ſed ſi poteſt ſperari executio ſententiæ, tūc innuit tex quòd ſit locus actioni de euictione, & ita eſt de mente Bar. ibi in ſummario. Ad l. ſi plus §. mota reſpondetur, quod l. C. ibi loquitur quando ſolùm mota eſt lis, nec adhuc ſententia lata eſt, & ita etiam intelligit ibi Angel. Ad l. ſi ſeruum. in principio, reſponderi poteſt, quod ibi loquitur de actione ex empto, quo caſu expectanda eſt rei ablatio, ſecus eſſe in euictione. itē ibi agitur de ſtipulatione duplæ, vbi requiritur ablatio, vt dixi ſupra, & his attentis ceſſant authoritates doctorum contrariū tenentium.

Præſcriptio conuentionalis, quæ cœpit currere cum maiore, currit etiam minori abſque ſpe reſtitutionis in integrum: & quid ſi aliquid geſtum ſit cum ipſo minore, & ſtante ſcientia tutoris.

DECISIO CIII.

1 *Præſcriptio cōuentionalis, quæ cœpit currere minori, currit etiam filio pupillo abſque ſpe reſtitutionis in integrū.*
2 *Præſcriptio an currat, ſi cū minore aliquid geſtum fuerit.*
3 *Text. in l. Aemilius. de minor. declaratur.*
4 *Reſtitutio in integrum datur minori ex capite ignorātiæ, vel ex clauſula,* Si qua mihi iuſta cauſa. *contra n. 5.*
6 *Reſtitutio competit ex capite ignorātiæ, ſi præſcriptio finiatur in infantili ætate.*
7 *Reſtitutioni vt ſit locus, ignorantia probabilis requiritur, & qua illa ſit.*
8 *Reſtitutio in integrum an detur minori ex capite ignorantiæ, ſi tutor ſciebat, præſertim ſi ſit ſoluendo, & num. 9.*
10 *Reſtitutio & prorogatio nulla datur minori aduerſus tēporis lapſum, ſtante conuentione cum defuncto facta, & iuramento firmata, quòd nulla prorogatio etiam interueniente caſu fortuito peti poſſit.*

1 PRAESCRIPTIO † Cōuentionalis, ſeu terminus ad redimendum præfixus inter partes, qui cœpit currere cum patre, currit etiā filio pupillo, abſque ſpe reſtitutionis in integrū. text. eſt vulg. & notab. in l. Aemilius. D. de minorib. quamuis enim ibi Paulus I. C. refe-

ratreſti-

reſtitutam filiā, tamen id fuit propter pactum
legis cōmiſſoriæ, ꝙ Imperatori diſplicebat, & hāc
regulā per illū tex. tenuit ibi Bar. nu 5. ac latè Balb.
in tracta. præſcript. prima par. ſextæ par. principa.
col. 11. verſicu. vigeſimus tertius caſus, & verſicul.
Prima concluſio. Tiraquell. de retract. conuent. §.
1. glo. 2. nume. 54. Curt. Sen. conſil. 59. col. 4. verſic.
4 principali & hanc eſſe antiquam Azon. opinio-
nem dicit illum ſequendo. glo. in l. rem quam. in
verbo. verſatus. in fin. C. ſi aduerſ. vendit. pignor.
Afflict. deciſ. 212. & magis communem hanc opi-
nionem teſtatur Ludouic. in deciſ. Lucen. 48. nu.
5. poſt. Iaſ. conſil. 216. col. 2. libr. 2. Anchar. regien.
quæſtionum familiar. lib. 1. quæſt. 59. nume. 1. Au-
rel. Corbul. in tracta. de cauſ. ex quib. emphyteo.
iur. ſuo priua. titulo de cau. priuat. ob non ſolu. ca-
no. ampliat. 29. nu. 7. Et latè illam contra aliquorū
impugnationes defendit Io. Maurit. Bolan. in tra-
cta de reſtit. in integr. cap. 103. Quæ regula & con-
cluſio ampliatur, vt procedat etiam contra non-
dum natum, vt per Bald. in ſupra dicto loco in ter
tia ampliat. Bero. conſi. 121. nume. 8. licèt aliàs di-
catur, præſcriptionem tempore pupillaris ætatis
dormire, per text. in l. fin. C. in quib. cau. in integr.
reſtitut. non eſt neceſſar. Myſinger. conſil. 11. nume.
27. & hoc iure vtitur Excellentiſſimus Senatus.

Limitatur tamen & declaratur hæc concluſio
paſſim à noſtris doctoribus, vt nō habeat locum,
quotieſcunque cum minore aliquid geſtum fue-
2 rit, † vt quia illi facta eſſet prorogatio vel quid ſi-
mile: nam tunc omnes volūt præſcriptionem ceſ
ſare; per text. in d. l. Aemilius. gloſſ. in l. in cauſa. §.
Pomponius. in verbo. Non enim. de minorib. &
ita tenet Bartol. in dicta l. Aemilius. nume. 5. Crau.
conſil. 685. nume. 15. libr. 4. faciunt, quæ in ſimili
ſcribit Afflict. dicta deciſ. 212. in fin. Sed aduerte
quia ad hanc limitationem probādam mouetur
Bar. duplici capite. Primo per tex. in d. l. Aemilius.
Secundo per l. ſi cum militaribus. vbi gl. C. de re-
ſtitut. mil. Quò ad primum illud fundamentum
3 non ſubſiſtit, quia text. † non eſt intelligendus di-
uinatiuè, prout illum Bar. intellexit, dum loquitur
de prorogatione facta minori, qua de re nullum
verbum penitus in illa. l. nam I. C. ibi loquitur de
denuntiationibus factus nō minori ſed tutoribus,
non autem de prorogationibus, imò non obſtan-
te denuntiatione Paulus optimè cenſebat, non eſ
ſe locum reſtitutioni, & ratio quæ mouebat. I. C.
in contrariam ſententiam nón eſt concluſiua, ſed
poſita dubitationis cauſà, nam in illa non figit pe
dem, ibi in verſiculo.

Dicebam poſſe magis;

Imò indiſtinctè dicit reſtitutioni non eſſe locum:
præterea non ex eo vult I. C. oſtendere eſſe locum
reſtitutioni, quòd facta fuerit prorogatio, ſed quia
per factas denuntiationes vr̄ receſſiſſe à pacto. l.
commiſſoriæ, quod cum patre pupillæ factū fue-
rat, prout & doctiſſimus Cuiac. innuit in illius. l.
explicatione. Imò plus dico, qđ ſtantibus illis de-
nuntiationibus, vel etiā prorogatione adhuc non
erat reſtitutioni locus, quia per prorogationem
acquieuit contractui, & tutores ſciebant pactū, &
tp̄s luitionis vel ſolutionis, ideo currit tp̄s, nec vlla
competit reſtitutio, vt infra dicemus. Secundū verò
fundamētū Bar. ex d. l. ſi cū militaribus. multo mi
nus ſubſiſtit, quia tex ibi nec gl. hac de re loquun-
tur. Ideo his ſtantibus dicebam ego hāc opinionē
non eſſe tutā, & videri mihi durum, qđ is qui gra-
tioſè prorogationē fecerat pupillo, damnum ex
ſuo officio conſequeretur, contra illud iuris axio-
ma, quòd officium ſuum nemini debet eſſe dāno
ſuum, & dici ſoleat officium ſi officiat non eſt offi-
cium, & propterea contra ſupra poſita limitatio-
nē inclinabat Senatus in cauſa Farigliani. 1567.
4 Februarij. quamuis pro illa allegaretur Roian.
conſi. 10. nu. 14. lib. 2 Fulgoſ. conſi. 7. nu. 7. verſic. ad
tertiā. quē ſequitur Corbul. d. ampl. 29. n. 10. in fin.

Fallit & limitatur principaliter ſuperior regula;
vt quamuis non reſtituatur minor aduerſus hanc
4 præſcriptionem ex titulo de minoribus, † poſſit tñ
reſtitui ex tit. ex quib. cau. maior. puta ex ignorātia
vel alia iuſta cauſa. Bar. in d. l. Aemilius. nu. 5. verſi.
adhuc p̄dicta. Balb. in d. §. vigeſimuſtertius caſus.
ſecunda limitatione, quia etiā hoc caſu reſtituere
tur ſi maior ſucceſſiſſet defuncto & ignoraret cō-
uentionē: nam, vt dicit Bar. habet iuſtam cauſam
ignorādi. Corn. cōſi. 183. lib. 3. Crau. conſil. 756. nu.
3. & conſi. 610. nu. 15. lib. 4. Caſtr. conſi. 229. vēditio.
col. 1. Myſinger. ſingular. obſeruat. cētur. 4. obſeru.
16. in fi. vnde non eſt hoc ſpeciale in minore, vt di
cit Balb. & ſequitur Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter
emp nu. 223. & ibi nu. 224. verſic. ſed quidquid. di-
cit hanc opinionem cōem, & ipſe eā ſequitur alle
gando ad hoc etiā Rui. cōſi. 54. lib. 5. recedēs à con
traria opinione, quā alias tenuerat. Idē tenet An-
charan. regien d. q. 59. nu. 4. vbi loquir̄ in iſtis termi
nis, & in infante. Soc. conſi. 112. vol. 1. dicēs cōem,
quod procedere vr̄ etiā poſt 30. annos, per doctr.
Bar. in l. 2. §. ſi qui autem. D. de itin. actuq; priu. Fe-
lin. in c. vigilanti. de præſcr. Alex. conſil. 71. lib. 1.

Contrarium tñ tenuit Curt. ſen. d. conſi. 59. per
5 quinq; columnas, † hoc doctiſſimè cōprobando,
vbi loquitur in infante, qui patri ſucceſſit, & dein-
de eo facto adulto non tamen maiore 25. annorū
lapſum eſt tp̄s luendi, & concludit nō dari reſtitu-
tionem etiam, ex capite ignorantiæ. & Curt. citat
& ſequitur Natt. conſi. 492. Rol. d. cōſi. 10. lib. 2. nu.
20. Bero. conſi. 121. & 122. lib. 3. Soci. iun. cōſi. 45. &
46. per totum. lib. 4. & hoc præſertim quādo cum
patre emptio erat perfecta, quia tunc non reſtitui
tur minor etiam ex capite ignorātiæ, vt per Bero.
d. conſi. 122. nu. 4. & qñ ſumus in præſcriptione cō
uentionali, quia in ea nō datur regulariter reſtitu-
tio ſecundum Balb. vbi ſupra num. 30. cuius dicta
cōiter à doctoribus eſſe recepta dicit Ludouic.
deciſ. Lucen. 48. nu. 17. Quod quidem vr̄ ſatis poſ-
ſe ſuſtineri in minore, ſi finiretur præſcriptio poſt
egreſſum minoris ætatis, vt dicit Balb. dicto loco
verſi. ſi verò præſcriptio legalis, & videtur de men
te Anchara. in d. q. 59. nu. 4. pro qua opinione vide
tur tex. in l. 1. C. ſi quis ignorās rem mino. eſſe. Sed
6 ſi præſcriptio finiretur in ætate infantili, † tunc vr̄
quòd ſit locus reſtitutioni, vt ſentit Curt. in d. cōſi.
59. col.

59.col. 2 verſi.ſed præmiſſis. vbi conſiderat in caſu ſuo, quod præſcriptio fuerat finita tempore, quo minor erat extra pupillarem ætatem. & ita credo militare hoc caſu æquitatem illam, quã conſiderat Cagnol. in d.l.fi.nu. 224. cum hæc reſtitutio ex illa clauſula non detur, niſi ex quadam æquitate, vt dicit Rol. in d. conſil. 10.nu.19 poſt Bertran. & alios quos allegat, pro qua re text.eſt ſingularis in l.ſicut.§.quæ ergo.C. de præſcrip. 30. annor. cui ſimilem conſuetudinem Burboniorum eſſe refert Papon. in conſuetudin.Burbon.titu. de præſcrip.§. 33. in principio.

Verùm quicquid ſit, quando ſumus in capite ignorãtiæ probabilis etiã in minore ego dubitarẽ diſcedere ab opinione Bar. quã reperio cõem, niſi ſit decurſum tps 30 vel 40. annorum, vt dicemus ſuo loco, & ſcripſi infra deciſ.134.& hoc eſt, quod dicebat Practicus Papiẽ.in formu.reſpõſ.rei.§. præ-
7 ſcriptionis.num. 18. quod requiritur † aliqua iuſta cauſa, vt hæc reſtitutio ex capite ignorantiæ minori detur, & probabilem etiam ignorantiam requirit Anchar.in dict.quæſt.59.& ita regulariter requiritur, vt multis probat Roland conſil.59.num. 21.lib 4.& quando dicatur iuſta,& probabilis ignorantia, vide Alb.conſil.18.in principio.

Retenta igitur illa opinione Bar. cum qua iuſta accedente ignorãtiæ cauſa ſolet tranſire Senatus, & ſin eam ſępius iudicauit. Quæro, † quid ſi
8 pupillus quidem ignoret prout præſumitur, præſertim infans, qui ea etiam quæ videt non intelligit, an hoc caſu ſufficiat ſcientia tutoris? Quæſtio eſt ſubtilis & dubia, quam propterea deciſione principis indigere dicit Sfort. Oddo Peruſ. in ſuo tracta. de reſtitut. in integrum, & non ſufficere ſuadebat.l. 1.2.3. & fin.C.ſi tutor, vel cura. interuen. vbi minori datur electio, an velit contra tutorem agere, vel contra perſonam rem habentem, nec à reſtitutione excluditur; Item l.intra vtile.§. fin. D.de minor.l. rem quam.C.ſi aduerſ.vendit.pignor. Roland. conſil. 10.num.22. Aretin.(qui ſubtiliter diſſerit) conſ.161.col.5.verſi.2.concluſio. & per hæc iura præſertim per l.1.C.ſi tutor, vel cura.dicitur etiam tutoris authoritatem non excludere minorem à reſtitutione prout tradit Ioan. Maurit. Bolan.de reſtitut.in integr.c.143.ideo non erat ſine difficultate poſita, quæſtio & illis iuribus attentis aliqui ex Dominis tenebant cum hac opinione, quam communẽ dicit, & claram Sfort.Oddo in tracta.de reſtitu.in integr.queſt.3. art. 1. nu.6.

Sed his non mouentibus contrariam opinio-
9 nẽ veriorem eſſe dictũ, fuit nempe † ſcientiam tutoris ſufficere, vt non ſit ex hoc capite reſtitutioni locus, quia factum tutoris reputatur factum pupilli, & ſcientia tutoris ſcientia pupilli.l.ſi ex legati. cum ſequen vbi doctores, de verbor. obligat. Alc. conſil. 143. nu. 1. & hanc opinionem tenuit Natt. in dicto conſil.492.nu.6.Bero.121.nu. 19. vbi dicit communem, & conſil.122.num.3.lib.3.Alb. conſil. 18 num.1.facit.l.his, qui reipublicæ. vbi gl.& l.item prætor ait.§. 1 verſic. nam ſi fuit procurator.D. ex quib cau.maior.Ruin.119.num.18.libr.5.præſertim ſi poteſt minor habere recurſum contra tutorem, l.properandum. §. ſin verò. C.de iudit. qui text. loquitur in præſcriptione legali, ergo magis hoc firmabitur in præſcriptione conuentionali patris, in qua minus fauetur pupillo, & minori; vt tradidit Balb.in d.verſ.vigeſimustertius caſus, per totum & in terminis retractus cõuentionalis cũ hac opinione tranſit Tiraquell. de retrac.conuent.gl.2.§.1.nu. 55.per gloſ. ſingularem in l. ſi cum militaribus.C.de reſtitut.mil.Bar.in l.ſi infanti. C.de iur.delib. quem ibi communiter docto.ſequũtur. Martin. Lauden. in quæſt. incipiente Laudenſis.§ ad ſecundum dubium.vbi allegat. l.fin.D. de eo per quem fact.erit. in principio.Rolan.conſil.10.num.20.lib. 2. dicens communem, & nouiſſimè Clariſſi. D. meus Panc. conſil.165. num. 17. vbi etiam atteſtatur de communi. Papon.in dict.§. 33. glo fin.per text.ſingularem in §. pupillis. Auth.de hæredi. & falcid.dicens in Gallia eſſe hoc remedium pupillis paratũ. Borgnin.Caualcan. in tracta.de tut.& curat.nu.101. & vltra id quod eſt hæc opinio cõis, eſt etiam æquiſſima, & rationibus ſuffulta, de quibus per doctor. in locis ſupra citatis, & præſertim per D. Panciro-lam, qui ponit in hoc rationem diuerſitatis in reſtitutione ex minori ætate, vel ex capite ignorantiæ, quam etiam ponit Ruin.in d. conſil.119. num.21. & ad hoc facit, quod dicit Balb. par.1. quintæ par. principal.q.2.de præſcrip. in fin.poſt gl.in c.placuit. 2. 17. q. 3. & Panorm. in c.auditum. col.fi.de præſcript.quòd Eccleſia agere debet ad intereſſe contra hæredes illius prælati, qui paſſus eſt labi præſcriptionem temporis. & faciunt, quæ in ſimili de canone nõ ſoluto per authoritates ſupra allegatas dicit pulchrè Aurel.Corbul.in tract de cauſ.ex qb. emphiteut. iur ſuo priuat.tit.de cauſ.priu.ob non ſol. canonẽ. ampl.29.n.11.& quatuor ſeq.& ampl. 27. num. 20.Facit præterea, quia vt reſtitutioni ſit locus iuſta, & probabilis ignorantia requiritur, quę non eſt ſtantibus in contrarium coniecturis, vt per Crau.conſil.650. num. 5. lib.4. Cephal. latè conſil. 314. num. 16.& ſequen.lib.3. coniectura verò latis probabilis ſcientiæ eſt ipſius tutoris ſcientia ex ſupradictis. Item facit, quia aliàs ſequeretur negligentiam tutoris illi minime nocere, ſed tãtum tertio. nam ſi minor ageret cõtra tertiũ tutor vel curator remanerent impuniti, imò vt hoc euitetur dicendum eſt pupillo competere actionem aduerſus tutorem, & in ſubſidium tutore non exiſtente ſoluẽdo poſſe agere ad reſtitutionem. & recurrere ad remedium extraordinarium omiſſis omnibus illis diſtinctionibus, quas in hac materia afferunt Borgnin.dict tract.de tutor. num. 100.& Ludouic.de ci.Peruſ.15.num.2. & ſecundum hanc opinionẽ vidi ſæpius iudicaſſe Senatum, & ita cenſuit in ſupradicta cauſa Farigliani, & in cauſa. D.Caroli Biraghi contra filium D.Io.Baptiſt. à Sãcto Martino adhuc infante. & Com. Viſcarum tutorem eius. 1566.2. Septembris, & iterum in cauſa mea contra Commitiſſam Pollongheriæ in prima inſtãtia, & reuiſione toto ſedente Senatu. 25. Iunij. 1583. & 1586.Menſe Aprilis Nec ob. iura in contrarium allegata, quia illa procedunt ſtante tutore non ſoluendo: item quando de læſione aperte conſtat ex

culpa

culpa tertij, & non culpa tutoris, quia tũc daĩ ele-
ctio, per tex.in l.2.C.ſi tutor vel cur.interuen.in fi.
ibi, *Si circonuẽti ſunt*, & hæc mihi ſatis vr̃ ęqua ſnĩa.
Item ad l.5.C.ſi tut.r̃ndet Natt.d.conſi.492.in fi. &
ponderanda etiã pro ſolutione eſt ſnĩa.l.1.C.eod.
tit.vbi facit Imperator diſtinctionem an tp̃e quo
reſtitutio petitur lapſa ſit minor ætas, vel non, vt
primo caſu detur reſtitutio, ſecundo non. licèt re
vera hactenus non viderim bonam ſolutionem
ad d.l.etiã.quę multũ ſtringit ꝑ prima opinione.
Quid autem ſi in conuentione patris pupilli cõ
uentum erat; qđ nulla prorogatio peti poſſit etiã
interueniente caſu fortuito, & ita iuratum eſſet,
prout factũ fuerat in prædicta cauſa Illuſtriſſimi
30 D.Biraghi, & Viſcarũ, dubium facit quia ſi † reſti
tutioni non ſit locus, poteſt à Principe peti proro
gatio.c.cõſtitutus.de in integr.reſtit.Maluer.in tit.
de retract.verſicul.Item contra pupillum. Papon.
d.§.33.in verbo. *Faculte de remer*, in fin. & dictum
fuit nõ poſſe prorogationẽ peti à principe vt per
Ferrat.caut.55. Occulata fide.& per ea quę clarius
tradit Cagnol.in d.l.2. C. de pact.inter emp.n.142.
& 143.vbi dat cautelam, vt facias per partẽ iurari,
quòd lapſo tẽpore non impetrabitur prorogatio,
etiam caſu fortuito occurrente. Nam ſicut pater
non poſſet reſtitui ex clauſula generali, cũ renun-
tiauerit benef. caſus fortuiti, ergo nec minor qui
in ius illius ſuccedit, per ea quæ ponit Tiraquell.d.
tit.de retrac.§.1.gl.2.n. 58. & ita fuit per Senatum
iudicatum, ac dictum non eſſe locum reſtitutio-
ni attenta ſcientia tutoris, neq; prorogationi prò-
pter iuratam renuntiationẽ. In fauorem Illuſtriſ-
ſimi D. Caroli Biraghi Viceregis in Marchionatu
Salutiarum.

Legitima, quę filijs in confiſcatione bonorum debetur, quanta eſſe debeat, diſcutitur & declaratur.

DECISIO CIIII.

1 *Legitima in cõfiſcatione omnium bonorum filijs debetur.*
2 *Legitima filiorum quanta eſſe debeat in publicatione bonorum.*
3 *Statuto ſtãte quòd bona publicentur, an legitima debeat.*
4 *Legitima debetur etiam vita naturali delinquentis durante.*

CONFISCATIS bonis reſer
uatur legitima filijs.l.1.& l.cũ ra
tio.D.de bonis damnato.Boſſ.in
tract.de alim. vxor. præſtan.n.5.
1 † Et hanc reperio eſſe reçeptiſſi
mã omnium ſnĩam, vt portio
debita filijs relinquatur, cũ ma-
cula patris nocumentum filijs afferre nõ debeat
vt legit in EZechielle.c.18.& l.crimen. D. de pęn.
excepto in crimine lęſæ maieſtatis per l. quiſquis.
§. filij.C.ad l.Iul.maieſt.& l.fi. C. de bonis dãnat. &
6. q. 1. c. ſi quis cũ militibus. & in crimine hęreſis.
Cyn.in l.fi.de bon.proſcriptor.cir. fin. Et quamuis
Romanis mos eſſet omnia publicandi, vt multis
exemplis prolatis docet Alex.ab Alex. gen. dier.c.
23.in princ.libr. 3. tñ id ſolũ in grauiſſimis delictis
ſeruabaĩ, & bona aui, & matris filijs relinquebanĩ,
cuius rei teſtis eſt Cornel.Tacit.libr.13.annal.pag.
mihi 385.in parua impreſſione vbi de dãnatione,
P.Suilij loquens, ſic ſcribit. *Igitur adempta bonorum
parte, nam filio & nepti pars cõcedebatur, eximebanturq;
etiã, quæ teſtamento matris, aut aui acceperant, in inſulas*
2 *Balleares pellitur.* Sed dubitabaĩ in facti cõtingẽtia
corã Senatu, quota portio bonorũ debeaĩ filijs ꝑ
legitima. Negotium faciebãt.l.fi.C. de bono.dam
nat.vbi indiſtinctè filijs debetur dimidia: Et l.cum
ratio.D.eo.iuncta gl. ibi in verſi. ſi plures.vbi Albe.
& Bar.eã ſequitur.& glo.in l.1.in ver.portiones.de
bon.damnat.& gl.& Cyn.in d.l.fi.C.eo. vbi diſtin-
guiĩ; ita vt ſi ſint tres filij vel plures omnia appli-
centĩ filijs: ſin verò minores numero deĩ dimidia.
& hanc diſtinc.ſequuntur gl.omnes in locis ſupra
citatis, & ibi doct.præſertim Cyn.Odofred.Alber.
& Angel. & alij infra citandi. Ita quod nulli ſit du
bium quin hæc ſit vera, & cõmuniſſima ſentẽtia,
& cum ea etiam tranſit Cuch.de legitima.§. verũ
quia.nume.8.9.
Hanc q.tractat latiſſimè Antonius Peregrinus
in ſuo tract.de iur.fiſ.lib.5.tit.1.n.38. Sed non reſol-
uit remittens ſe ad Rolan. in conſi.97. lib.2. n. 30.
vbi hoc etiã examinat. Fuit per dños cõmuniori
calculo iuxtam cõem opinionem reſolutum, ꝙ
ſi ſint vnus vel duo detur dimidia, & ita ꝓcedat.
d.l.fi.ſin vero plures, qđ Accur.interpretaĩ ad mi-
nus tres, omnia bona relinquãtur per text.in d.l.cũ
ratio. vbi ſanctus ille Imperator ponit elegantẽ ra-
tionẽ, & optimo principe dignã inquiens ſe malle
imperiũ hominũ adiectione ampliari quàm pecu
niarũ copia, & hanc vt verã, & cõem multis rõni
bus cõprobat & ſequitur Rol.d.conſi.97.lib.2.nu.
30.33.dicens ita tenere etiã Specula. Bal.Albergo.
Fabia.Roman.Bereng.Alb.& Ang. per eũ relatos.
Quinimò ſi bona eſſent adeo exigua, vt vix ſuffi-
cere poſſent ad alimenta vnius vel duorũ filiorũ,
tunç omnia etiam vnico filio relinquũtur. Cuch.
de legitima.dicto.§.verum quia.num.9. poſt Boſſ.
de alimen.præſtan.n.5.& 6.quæ ſanè opinio ęquiſ
ſima eſt, & hanc quæſtionem ſic reſoluit nouiſſi-
mè. D. compater meus Antonius Sola ad nou.
conſti.titu.de edic.Annonæ.gl.12.& 13. Plot.cõſi.
30.nu.87.& qõne hac bene diſcuſſa ita cenſuit Se-
natus in cauſa Fiſci & Leuerę de Andumo refe-
rente D.Guerillo 1588.7.Septembris.
Et quamuis Boſſ.in tit. de alim.vx.prętan.nu.5.
videatur diſtinguere iux.Salic.d.l.fin. an facultates
ſint exiguę, vel magnæ, tñ Salic.in d.l.fin.reſtringit
hanc cõem opinionem, vt procedat quãdo patri-
moniũ eſt tenue, ſed ſi eſt magnũ tũc etiam ſi ſint
tres vel plures voluit, ꝙ detur dimidia ꝑ tex.in d.l.
fi.verſi.ſin autem mares.ſed ſi bene ponderetur il-
le tex.hoc non probat, & licèt Clarus in §.fi.q.78.
verſi. videndum eſt etiam. videatur tenere contra
rium, tamen illi non eſt credẽdum, & loquitur in
caſu ſtatuti non autem de iure communi, & fun-
dat opinionem ſuam in practica, quę cũ ſit cõtra
text.

text. & ius naturale non eſt ſeruanda, præſertim cùm hic non ſimus in tali obſeruantia, & fundat ſe in illo conſilio Roland. qui contrarium dicit, vt dixi ſupra, & in authoritate Caſſànei, qui etiam dicit de iure æquius, & verius eſſe, vt obſeruetur. l. cum ratio. licèt ex ſtatutis Burgũdiæ per ipſa ſtatuta aliter teneat, ideo melius, & æquius eſt, vt ſequamur opinionem gloſſ. & communem, quæ clarè probatur in dict. not. l. cum ratio, vt mirandum ſit cur doct. in re tã clara nodum in ſcirpo quærant præſertim apud Chriſtianos, in quib. cũ abundet gratia, abũdare etiam debet charitas. Et ſi Hadrian. Princeps maximus, vt inquit. l. C. in litẽ veniunt. §. præter hæc. D. de petit. hæredit. & Cęſarum optimus, & ſummi Philoſophi Plutarci diſcipulus, & Paulus illius. l. conditores etnici ita ſtatuerunt propter legem naturæ, quanto magis boni Principes Chriſtiani, & illorum conſiliarij prociuiores eſſe debent in hac charitate: ſed malitia temporum noſtrorum hoc patitur, vt ſæpe nos optimorũ principum conſiliatij inducamus illos in auaritiam contra omnes leges, parum conſiderantes diuinum iudicium, & quod ſi cęcus cęcum ducat, ambo in foueam cadunt.

Ampliatur vero ſupraſcripta reg. quòd legitima relinquatur, vt procedat nõ ſolum quo ad filios legitimos, ſed etiã, quo ad adoptiuos, & nepotes. l. fin. C. de bon. proſcrip. d. l. cum ratio. vbi text. hoc declarat niſi adoptio ſit fraudulenta.

Ampliatur ſecundo etiamſi extet ſtatutum, vel
3 decretum vt bona publicentur, quia in hac publicatione non veniet legitima, ſed illa detrahetur, vt latiſſimè, & eleganter concludit Rolan. in dicto conſilio 97. & latius Peregrin. in d. titulo primo de publicat. bonor. numero 34. dicens ita fuiſſe iudicatum de qua re ſcripſi, infra deciſ. 198.

4 Amplia tertiò, vt procedat † etiam vita naturali delinquentis durante ſiue ſit condemnatus, ſiue bannitus, vt per eundem Rol. d. conſil. 97. Peregr. nume. 37. D. Sola in dict. glo. 13. nu. 14. vbi reddit rationem. quam ampliationem cum generali regul. & alijs ampliationibus ſupra relatis ꝓbauit Senatus ita iudicando in cauſa Sanctæ Agatæ referente. D. Cacherano tunc Senatore, nunc verò Ill. Cameræ, & patrimonij primo præſide, & in cauſa. D. Caroli de Trana referente. D. Senatore Ozaſco 1:85. 17. Iunij, congregatis claſſibus, & aſſiſtẽte. D. Antonino Mayna ſecũdo præſide Cameræ, cùm ageretũ de intereſſe ipſius ducalis patrimonij, & de re feudali, quod an in feudo verum ſit ſcribetur aliàs latius. Et nouiſſimè ſecundum opinionem gloſſarum, & communem, quod ſi ſunt plures filij, omnia bona applicentur filijs etiamſi pater aufugerit, & ſit contumax cenſuit totus Senatus communi voto, re multum diſcuſſà. Anno 1589. 16. Decembris in cauſa Fauzoni de Monteregali referẽte Senatore integerrimo. D. Craueta, & ſancitum ita eſſe impoſterũ iudicandum, & obſeruandum. Verùm ſuadentibus aliquibus nimis ſubtilibus conſiliarijs magis burſæ principis quàm honori, & animæ fortè conſulentibus fuit ab hac ſententia petita reuiſio, quæ nunc pendet, ſed exiſtimo rem adeo claram, vt iudicandum ſit pro ſententiæ confirmatione.

Conſtitutum an tranſeat ad hæredes conſtitutarij ipſo iure, & quid ſi lapſum ſit decennium.

DECISIO CV.

1 *Conſtitutum tranſit in hæredes conſtitutarij. & numero 5.*
2 *Precarij effectus tranſit in hæredem tanquam vetus precarium.*
3 *Conſtitutum eſt vtilius precario.*
4 *Conſtitutum facilius tranſit ad hæredes quando ipſorum mentio facta fuit. & num. 6.*
7 *Text. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. D. de acquir. poſſ. declaratur.*
8 *Conſtitutum non operatur poſt lapſum decennij, niſi ipſemet conſtituens interuertiſſet poſſeſſionem.*

1 CONSTITUTUM † Quòd tranſeat ad hæredes conſtitutarij tenet Tiraquell. de conſtitut. part. ſecunda. ampl. 12. per tex. in l. quæſitum. §. quod à Titio. D. de precar. vbi concedens rem precario non dicitur moriens eam reuocare, ſed tranſit † effectus pre-
2 carij in hæredem non tanquam nouum precarium, ſed antiquum, vt dicit Caſtrenſ. in l. Lucius. numero 2. D. de donatio. & Bartol. in l. centeſimis. numero 10. & ibi Alexand. numero 11. Iaſ. numero 14. D. de verbor. obligatio. Abb. in capitul. final. numero 6. de precar. Dec. in l. more. D. de iuriſdictio. omnium iudic. numero 61. & in l. contractus. numero 11. de regul. iuris. ſequitur, & communem dicit Didac. variar. reſolut. libro tertio capitulo 15. numero primo, & in ſpecie in conſtituto per dictum §. quòd à Titio. tenet Imol. conſilio 26. Pariſienſ. ad Alexand. conſilio 151. libro ſexto in prima additio. per l. cum precario. D. de præcar. Neuiza. conſilio octauo. numero 56. dicens, quod tranſit actiuè, & paſſiuè, poſt Alexand. & Afflict. per eum citatos. Pariſ. conſilio vltimo numero quarto, & quinto libr. 4. Tiraquell. dicta ampliatio. 12. & D. meus Auguſtinus Molignatus. quiſquilia 193. Franciſcus. idem tenet Afflict. deciſ. 167. numero ſexto. Aquenſ. in l. exitus. numero ſecundo. D. de acquirend. poſſeſſio. dicens, quòd pro ea conſuleret opinione, & iudicaret: & quamuis iura per ſupraſcriptos doctores allegata loquãtur in precario, tamen idem dicendum in conſtituto à
3 maiori, cum † vtilius ſit conſtitutũ quàm precariũ vt dicit Balb. in repeti. l. Celſus. in ſecunda par. col. pe. & colligitur ex dña, quam inter hæc duo ponit

Dec.

Dec.in d.l.contractus.num.12.facit quia ſufficit fictus actus heredis, vt notant doctores in l.qui vniuerſas.§ q.† per colonum.vbi ita ſummat Aretin. D.de acquir. poſſeſſ. hæres autem præſumitur idẽ habuiſſe in animo quod defunctus, vt per Imol. ibidem poſt Iac. de Rauenna. Didac.d.c.15.nu.1.

Et hæc ſic firmata opinio tãtò clarius procedet,
4 quãdo expreſsè † in inſtrumento dictum eſt de heredibus.Alex.conſi.153.circa litem.num.2.lib.6. Pariſ. dicto conſi.vlt.nu.4. & 5. libr.4. Tiraquell.d.par.2. ampliat.12. nume.2. verſicu.contra tamen.& hoc incidenter tenet Corn. conſil.173. num.46. verſic. & per conſequens. lib. 2.& in ſimili de eo, qui ſe conſtituit, & hæredes ſuos poſſidere.Balb.de præſcript par.quarta quartæ pat.principal.q.11. verſi. ex quibus colligo.

Sed quod ſimplex conſtitutum non tranſeat
5 In hæredes conſtitutarij, † tenuerũt Alex. Caſtãn. & Caſtr.quos refert Tiraquell.dict.ampliat.12.nu. 2. qui citat ad hoc text. ſatis clarum. in l qui vniuerſas.§. quod per colonum. D. de acquir. poſſeſ. quibus addo Crau conſil. 437. nume.4.lib. 3. Cagnol.in l.contractus.nu.14 de reg.iur.verſ.& nota, quod mortuo eo. ſed iudicio mẽo dum allegat tex in l.cum precario. videtur æquiuocaſſe.Nam ille text. dicit contrarium, quòd actiuè tranſeat, ſed non paſſiuè, vt etiam errauit in illo text.Alex. d.conſi. 151. Nam precario nomine videtur poſſidere non conſtitutarius ſed conſtituens, ideo hæredes conſtitutarij poſſidebunt, quia precarij rogatio ad hæredem eius qui conceſſit tranſit.d.l. cum precario § fin.& ille tex.recipit hanc interpretationem ex d l.quæſitum.§. quòd à Titio. Pro hac verò parte,& opinione Cagnoli facit,quia ſicut morte conſtituentis dicitur expirare conſtitutum, vt dixi ſupra deciſ.38. ita & morte conſtitutarij, extingui debere,& ad hæredes non tranſire, vt correlatiuorum idem ſit iudicium, quod tamen declara,vt dixi infra deciſ.222. verſi.amplia etiamſi.

Imò quòd etiam hoc caſu ſi facta ſit mẽtio hæ
6 redum non tranſeat † conſtitutum in hæredẽ conſtitutarij, videtur elici ex l. cum hæredes.in princ. & d.l.qui vniuerſas.§.quod per colonũ. de acquir. poſſeſ.per quę iura,& multas alias rationes, & quidem ſubtiles ita tenebat coram Senatu Illuſtriſſimus D.Ozaſcus tunc Vicepręſes,poſteà Magnus Cancellarius Sabaudiæ.

Senatus re bene diſcuſſa, & intellecta cenſuit iux opinionẽ Imol.Pariſ.Neuizani, & Tiraquelli me referente conſtitutum tranſire tam actiuè quàm paſſiuè ſemper,& indiſtinctè in hęredem in cauſa Caremę, & Coaciarum. 1566. 29. Octobris. Ad cuius opinionis cõfirmationem adducebam ego bonum tex.in l.cum in plures.60.§. 1. D. loca. vbi hæres coloni licèt colonus non ſit, tamen domino poſſidet, ſicut ergò poſſeſſio naturalis tranſfertur in hæredem coloni fauore poſſeſſoris, ita & ciuilis tranſibit in hæredem cõſtitutarij colono poſſidente: ſic & de conductore domus,quod ipſo mortuo intra tempora cõductionis, hæres eius eodem iure in conductione ſuccedat, ſcribitur in l.circa locationis.C.loca.§.fi. inſtit.eo.titu.

7 Ad text. in † dicta l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. cuius diſpoſitio maximè vrgebat, reſpondebatur non procedere,quando poſſeſſio naturalis,& ciuilis erat pœnes colonum,qui poſſidebat nomine hæredum, ita declarant Angel. Imol. Alexan. & Aretin. ibi. quos ſequitur Afflict. dicta deciſio. 167. numer. 6. & ita reſpondet Tiraquell. dicta amplia.12.nume. 5.conſtitutum enim transfert ciuilem, & naturalem poſſeſſionem. l. quod meo. vbi omnes notant D.de acquir. poſſeſſ. quæ poſſeſſio pœnes colonos eſt, & per conſequens ad hæredem conſtitutarij tranſit ex ſupra dictis, & hoc eſt,quod voluit gloſſ in dicto.§. quod per colonum in verbo colonum. per text.in §.poſſidere. inſt.de interdict. cui addo. l.ſi de eo. §.1. D. de acquir.poſſeſſ.& id, quod Iuriſconſul.ait in fin.illius. §.quod per colonum.

Suprascripta verò ſententia fortè non procede
8 ret,quando † poſt conſtitutum lapſum eſt decennium, quia tunc morte contrahentium, & poſt longum tempus ab hęredib.videtur neglecta poſſeſſio, & conſequenter omiſſa, vt per Tiraquell. de conſtitu. dicta 2.part. ampl. 13. numero 7. Bartol. & Dec. in l. fina. numero 1. C. de edict. diu.Adr. tollen. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed 4.nume.775.Crau. dicto conſil.437. nume.3. quod tamen declarauit Senatus verum eſſe, niſi intra decennium ipſemet conſtituens poſſeſſionem per nouum contractum interuertiſſet, quia tunc ſpoliat conſtitutarium, cui competit remedium. l.fin C.de acquir.poſſeſſ.quod competit hęredi etiam intra 30. annos. Menoch. de recuper. poſſeſſ.remed.14.nume.68.poſt multos, quos allegat, & ita cenſebat Senatus in cauſa Caquerani, & de Solario. 1568.28 Auguſti. ſicut enim colonus interuertere poſſeſſionem non poteſt,ita nec ipſe debitor.Menoch dicto reme.14.num. 25.qua de re circa remedium dictę l. fin. dicam latius infra ſuò tempore.

Statuto de lucro dotis diſponente, an mulier teſtari poſſit, & an ad forenſes illud porrigatur.

DECISIO CVI.

1 *Teſtamentum non valet factum contra diſpoſitionem ſtatuti de lucro dotis.*
2 *Statutum de lucro dotis an extendatur ad forenſes.*
3 *Statutum viri in lucro dotis ſpectatur.*
4 *Statuti beneficium ad forenſes non extenditur.*
5 *Statutum, vbi agitur de ſuccedendo, & de bonis ſitis in territorio ſtatuentium, comprehendit forenſes.*

MVLIER quòd non poſſit teſtari ſtante diſpoſitione ſtatuti
1 † Vercellarum fol 27.de ſucceſſ. mulier. ibi *habere debeat*, diſponente dotis medietatem viro præmoriente vxore deberi, tenet Caſtren.in l.ſi cum dotem in fin.principii.D.ſolu. matrimon. Alba.conſil.50. in prin.

prin.qui ſcripſit in hac cauſa Fazardi & Motę, vbi
de hoc diſputabatur. Alexan.150.lib.2. nume.6.&
ita cenſiut in prædicta cauſa Senatus, & aliàs ſę-
pius quando caſus contigit iudicauit, vt dixi ſu-
pra deciſ.24. & teſtatur. D.Ozaſc. deciſio.20.Fran.
Bec.Caſalienſis latè conſil.76.per totum, & cùm
hæc quæſtio eſſet in ſupra dicta cauſa Fazardi Pa-
pienſis, & Comitis M. Antonij della Mota Ver-
cellen.ego conſiderabam verba illius ſtatuti, quæ
hoc tacitè innuebant,ibi. *Si vero filij extarent ex
alio viro, &c. Tunc medietas ad eos perueniat, & alia
medietas in patrem, fratrem, & ſororem.* Et ſic ſtanti-
bus agnatis voluit ſtatutum excludere à ſucceſſio
ne dictę dimidię proprios filios, ad quos & natu-
rali,& ciuili iure ſpectabat hæreditas. Ergo mul-
tò magis cenſetur prohibere ne vxor extraneum
inſtituat.

Sed dubium erat, an hoc ſtatutum Vercellen.
2 ſic diſponens de † lucro dotis,procederet in fauo-
rem agnatorum Papienſium: & dicebatur, quòd
non, quia ad forenſes non porrigebatur fauor il-
lius ſtatuti, & ita videtur tenere in terminis Pariſ.
conſil. 34.libr.2. quod refert.Rol. à Valle de lucro
dot. quæſt. 36.In contrarium faciebat ratio, quia
ſicut vir vtitur beneficio illius ſtatuti in odium
agnatorum, vice verſa deberent agnati illo vti in
odium mariti, prout in his terminis, & in hac cau
ſa latè demonſtrabat Alben.dicto conſil. 50.num.
9.& ſequen. Secundò, quia cùm agnati dederunt
dotem videntur voluiſſe contrahere iux.formam
ſtatutorum mariti, ad formam iuris communis,
3 l.exigere.vbi Doctores. de iudic. quod † ſtatutum
ſeruari regulariter debet in lucris nuptialibus,licèt
alibi ſit celebratus contractus, vt tradit, & multis
probat Bec.d.conſ.76.nume.6.

Cùm diſputata fuiſſet hæc cauſa, maior pars
dominorum cenſuit,non habere locum hoc ſta-
tutum in forenſe,per doctr.Barto.in l.cunctos po-
pulos.quæſt.7.numer.42.C. de ſumma trin.cuius
opinionem multis argumentis, & authoritatibus
comprobat Rolan.conſil. 24.nume.17.& ſequen.
libr.3.& in his terminis decidit Oldrad.conſil.248.
Andr.Gaill. in terminis ſtatuti practicar. obſeruat.
libr.2.obſeruat.124.nume.4.& ſequen. quem om-
4 nino vide:& facit communis regula,quod † bene-
ficium ſtatutorum ad forenſes non extenditur,
cùm ipſi onera ciuitatis ſtatuentis non ſuſtineant,
vt per Ang.Rom.Dec.Alexan.& Plot.quos refert,
& ſequitur Anchar.Regien.quæſtio. familiar. libr.
2.quæſt.63.nume.3.Crau.conſil.957. nume.19.libr.
5.Ad primam rationem reſpondebatur,quòd ra-
tio diuerſa eſt in viro,qui ſuſtinet onera matrimo
nij,quàm in agnatis. Ad ſecundam dicebatur ceſ-
ſare illud fundamentum in caſu noſtro ex eo, quòd
expreſsè cautum erat, quòd dos lucrari deberet
ad formam ſtatutorum Papien.non autem Ver-
cellenſium,& ita iudicatum fuit contra D. Fazar-
dum, qui repetebat dotem ſororis à Comite
Alexan.Languſco de Mota 1567.15.Martij.

Cęterum niſi in caſu iſto adfuiſſet pactum in-
ter agnatos, & mulierem tempore matrimonij,
quod ſeruarentur ſtatuta Papiæ, putaſſem atten-
denda ſtatuta Vercellarum, quamuis multi ex
alijs dominis contra tenerent. Nam ſtatutum
5 † etiam porrigitur ad forenſes, præſertim quando
agitur de ſuccedendo, & de bonis ſitis in territo-
rio ſtatuentium.Cyn.colum.fin.& Bald.nume.17.
in l.1.C. de ſumma Trin. Alexan. conſil. 19.nume.
6 volum.6.& conſil.112. volum.7.Curt. iun.con-
ſilio 5.nume.42.verſiculo ad ſeptimum. Anchar.
capit.1. quæſt. 12. de conſtitut. Alba. dicto conſil.
50.nume.5.vbi dicit opinionem Bart. communi-
ter reprobari.Natt. conſil. 148. & 149. vbi ad hoc
allegat plura inra, & conſil. 687. libr. 4. vbi dicit
contra Bart.ſe renuiſſe.Burſat. latè conſil. 198. di-
cens communem, & illam ſeruari in Gallia ſcri-
bit Tiraquell. de primogen. quæſt.46. Mandoſ. ad
Roman.conſil.224. nume.6. Crau. conſil. 467. &
ſecundum hanc ſententiã aliàs cenſuit Senatus.
1576.in cauſa Dominę Vernonę,& Dodoli Che-
rien. vbi in capite odioſo cenſuit Vernonam ab
hæreditate patris iuxt. ſtatutum Ripæ Cherij eſſe
excludendam licèt eſſet forenſis, quia ſtatutum
forenſes comprehendit, de qua materia latè Ce-
phal.conſil.309. libr.3.Mich. Graſſ.commun. opi-
nion.libr.1.capit.3. quæſt.11.Plot. conſil.17.nume.
15.Crau.conſil. 834.nume. 7. vbi improbat Barto.
diſtinctionem illam,quam facit in dicta l.cunctos
populos. nume.42. an ſtatutum ſit in rem conce-
ptum, vel in perſonam, ſed Barto. defendit Rol.
dicens illius opinionem communem in d. conſil.
24.nume.17.& ſequen.libr.3.ſtatutum tamen non
porriget ſuas vires extra territorium, vt latè per
D.Ozaſ.conſil.76.nume.19.

Procurator cõſtitutus ad omnes cauſas generali mandato, deinde ad vnam ſolam per ſpeciale mandatum an poſſit virtute generalis mandati in ſecunda inſtantia comparere.

DECISIO CVII.

1 *Procurator generaliter conſtitutus ad omnes cauſas an per ſecundam ſpecialem conſtitutionem cenſeatur reuocatus.*
2 *Mandatum primum per ſecundum cenſetur reuocatum.*
3 *Procurator poſt ſecundum mandatum primo mandato vti non poteſt.*
4 *Mandatum in dubio reuocatum non prę ſumitur.*
5 *Tex.in l.ſi quis cum procuratorio. § idem Iulianus. D.de procur.declaratur.*
6 *Cautela ad euitandas mandatorum plurium quaſtiones.*

PROCVRATOR conſtitu-
tus cum alijs procuratoribus
quilibet inſolidum ad omnes
cauſas, fuit in vna ſpeciali cauſa
conſtitutus etiam procurator
vſque ad ſententiam incluſiuè.
1 Quæſitum eſt an lata ſententia
poſſit proſequi in ſecunda inſtantia cauſam appel-
lationis.

lationis: & ſi quidem vtatur poſteriori mandato ſpeciali non poteſt proſequi per ea, quæ notant Docto.in l.inuitus. C.de procurator. vbi Caſtren. numero 5.verſicul. item eſt verum. & Iaſ. numero 4.verſicul. 2. fallit. poſt Barto. & alios, & per deciſio.Rotæ 63. in antiq.incipien.nota quod. Si verò vult vti priori mandato, cuius virtute regulariter poſſet proſequi cauſam appellationis, vt dicunt Docto.locis ſupra allegatis, dicitur quòd
2 eo vti non poteſt, quia videtur fuiſſe † illud mandatum per ſecundum ſpeciale reuocatum ex generali regula, quæ habet, quòd generi per ſpeciem derogatur, & per text. in l. ſi quis eum procuratorio. §. idem Iulianus.de procur. vbi gloſſ.in verbo duos. ampliat idem eſſe ſi eundem ſecundo loco conſtituat, vt videatur primum mandatum reuocaſſe, ita vt magis debeat vti ſecundo mandato. Bald.ibi poſt Specul.& per eandem glo.hanc opinionem tenuit Rota deciſ. 175. in antiquis, quod tamen procedet quando in ſecundo mandato nihil eſt aditum, vel detractum, ſed eſt conforme cum primo.ita dicit Alber.ibi,& Caſtr.numero 3. & ibi Aug.licèt ſit liber meus corruptus, & Fulgo. Hic autem videtur diuerſum eſſe primum mandatum à ſecundò, quia in primo erant plures procuratores, item ad omnes cauſas: in ſecundò verò ſolus, & ad ſolam cauſam erat ille conſtitutus,
3 & ideo non poterit † procurator vti primo mandato vti reuocato, vt per Specul.de procurator. §. ratione autem formæ.numero 14. dicens ita iudicatum per Clementem. ex quo dicto Specul. id etiam annotandum eſt, quod dicitur diuerſitatem eſſe in mandato, ſi primum ſit generale, ſecũdum verò ſpeciale etiam ſi ſit eadem perſona.

Senatus in hac cauſa fuit diù anceps, & ſecta erant vota inter Dominos, tamen ob præponderantiam voti Domi. Præſidis iuxta ſtilum de quo dixi deciſio. 1. iudicauit poſſe procuratorem vti mandato generali in alia inſtantia appellationis, ſicut poſſet comparere in alia cauſa 1567. 15. Septembris, in cauſa Iaini, & hoc illa ratione, quia
4 † non præſumitur in dubio reuocatum mandatum, & mutata voluntas. l. ſancimus. vbi Iaſ.numero 4. C. de teſtamen. Ad text. in d. §. idem Iu-
5 lianus.reſponderi poteſt, † quòd loquitur quando diuerſi fuerunt conſtituti procuratores: nam per poſterioris conſtitutionem cenſetur derogatum primæ conſtitutioni, & ſic primo loco conſtitutus eſt per ſecundam conſtitutionem reuocatus, & ita loquitur tex. quem allegat Rota in cap. non iniuſtè. in fin. de procurato. Sed replicari hic poſſet, quòd etiamſi fiat conſtitutio in eundem procuratorem, tamen adhuc dicatur mutata voluntas, & reuocatum primum mandatum per gloſſ. & Rot.ſupra allegatas, & communis videtur opinio ex notatis per Domi. Menoch. in ſuo nouo tractatu de præſumpt.libro 2. præſumpt.36. numero 6. verſicu.& hæc quidem. Dec.in l.ſingularia. numero 5. ſi certum peta. quem malè iudicio meo pro contraria allegat Domi. Menoch. omnino videndus, & vide Vant.de nullitatib.cap. 21.nu.163.

Ceterum, vt hæc controuerſia difficilis amoueatur, cautela erit quæ à prudentibus tabellio-
6 nibus apponi ſolet in confectione mandati †, vt dicatur in ſecundo mandato, Non reuocando alios procuratores iam conſtitutos, & conſtituatur etiam ſecundus generaliter ad omnes cauſas, tam in prima quàm in ſecunda, & tertia inſtantia, & ita video per prudentes Notarios practicari.

Denunciatio ſterilitatis intra annum an requiratur, vt remiſſio mercedis obtineatur, & qualiter remiſſio fiat.

DECISIO CVIII.

1 *Conductor ad obtinendam remiſſionem mercedis denunciare ſterilitatem domino debet.*

2 *Remiſſio mercedis propter ſterilitatem quando, & qualiter fiat.*

CONDVCTOR allegauit ſterilitatem, & ob id faciẽdam illi remiſſionem mercedis: excipiebat locator non teneri ad illam remiſſionem, cùm lapſo iam anno non fuiſſet illi denunciatus caſus ſterilitatis occurſus: quærebatur nunquid ea denunciatio eſſet neceſſaria, & Senatus in cauſa Canonicorum Careſanæ † cenſuit
1 eſſe neceſſariam, per text.in l.item quæritur. §.exercitu. D.loca. quem ad hoc citat, & latè diſcutit Boſſ.in titu.de remiſſ.merced. numero 51. & tenuit gloſſ. in dicto. §.exercitu. in verbo denunciauit, & ita omnes dicunt practicari, vt nouiſſimè teſtatur Vincen. Caroc.de loca. & conduct. par. 3. titu de remiſſ.merced.numero 32. poſt Ludouic. & alios quos allegat Burſat. conſilio 11. numero 29. libro 1. & hoc ad omnes vltra colonum extendit Menoch. de arbit.iudic. caſu 137. numero 19. & 21. in fin. vide Ruin. conſilio 127. aliàs 147. in fin. libro 1. & ita poſtea vidi per Senatum multoties iudicari.

Quando verò poſt factam denunciationem facienda ſit propter ſterilitatem remiſſio, & qualiter illa facienda ſit, vide Imol. & alios in cap. propter ſterilitatem. de loca. & conduc. Didac.pract. quæſtio.capit. 30. Vincen.Caroc.dicto titu. de remiſſio.merced.& Boſſ.in eodem titu. latiſſimè per Neuizan. conſilio 90. & 91. vbi refert plures opiniones, da qua re alibi dicemus. Senatus ſemper in hac quæſtione ſolet diligenter conſiderare pacta, & conuentiones fictuariorum, ſeu conductorũ, & iuxta illas ꝯhẽtiũ pacta obſeruari mãdat. Qũo autem

tem ſterilitas probetur, vide Maſcard. de probatio.
libro 3. concluſio. 1334.

Confeſſio, quæ abſente parte facta non valet, an ad liberationem faciendam proſit.

DECISIO CIX.

1 *Confeſſio abſente parte facta non valet nec obligat.*
2 *Confeſſio liberatoria an ſit efficax ad obligandum, & nume. 3.*
4 *Confeſſio liberatoria abſente parte facta valet in vim merè probationis, & exceptionis doli, & nume. 5.*
6 *Confeſſio liberatoria de æquitate canonica etiam abſente parte facta tenet.*
7 *Confeſſio acquirit ius abſenti, ſed irreuocabiliter donec ſit à parte ratificata, & ius tertio quæſitum.*
8 *Confeſſio transfert onus contrariæ probationis in confitentem.*

CONFESSIO abſente parte
facta non valet nec obligat cō-
1 fitentem, † tex. eſt in l. certum.
§. ſi quis abſente. D. de confeſſ.
& hæc eſt generalis, & receptiſ-
ſima regula, quam ponit, &
ſuis limitationibus ac amplia-
tionibus exornat Socin. in tracta. regularum. litera
C. reg. 42. latè more ſuo multis cumulatis A. Ga-
briell. libr. 1. commun. concluſ. titu. de confeſſ.
concluſ. 1. P. Duenn. regu. 119. in verbo confeſſio
extraiudicialis poſt Felin. Maran. & alios quos al-
legant, & nouiſſimè hanc regulam firmat, & mul-
tis ampliationibus, & limitationibus adhibitis de-
clarat Ioſeph. Maſcard. de probat. libr. 1. litera C.
concluſ. 347. quem pro huius materiæ intelligen-
tia videas.

Inter cęteras autem fallentias, quæ ad hanc re-
gulam traduntur, illa videtur eſſe præcipua, ne
2 procedat in confeſſione † liberatoria, quæ ad ali-
quem liberandum tendit, & huic ſententię ſub-
ſcribit Accurſ. in l. non ſolum. §. ſi verba liberatio-
nis. D. de liberat. lega. ſequitur Bald. conſil. 10. con-
ſil. 63. & 392. libr. 1. conſil. 466. libr. 4. & conſil. 41.
libr. 5. Marſil. ſingula. 202. tu ſcis. citans Ioan. Bapt.
de Sancto Seuerino in repetit. l. admonendi. D. de
iureiur. Alexan. conſil. 245. nume. 5. libr. 6. Guid.
Pap. quæſt. 176. Tom. Grammatic. conſil. ciuil. 17.
nume. 9. & hanc magis communem, & veriorem
dicit Bald. locis ſupra citatis.

Sed hæc limitatio controuerſa admodum eſt,
3 & ab ea receſſit † ſibi contrarius Accurſ. in l. idem
duobus. D. de pact. cum quo tranſierunt Barto. in
dicto §. ſi verba liberationis. nume. 6. & 11. & in di-
cta l. certum. §. ſi quis abſente vbi Alber. Bald. in
dicta l. idem duobus. Caſtren. ibidem, qui & pro
hac parte conſuluit conſil. 79. & 96. colum. 3. libr.
2. Alexan. legendo, & conſulendo in hoc pariter
varius in dicta l. idem duobus. nume. 4. dicens cō-
munem, & conſil. 212. libr. 6. colum. 1. verſiculo
ſecundum principale, & numer. 28. & conſil. 76.
eo. vol. Abbas in capit. fin. colum. 6. ſexto requiſito.
de confeſſ. Butr. Henric. Boic. Felin. in capit. ſi cau-
tio. nume. 32. de fide inſtrum. Lanfranc. de Oriano.
in tracta. de confeſſ. nume. 35. qui allegat ad hoc
tex. pulchrum in l. ſi tibi 10. §. ſi pactus. D. de pact.
probans etiam Bartol. limitationem. Signorol. cō-
ſil. 33. & 93. colum. 3. verſiculo nec aliqui. Fulgoſ.
in l. poſtquam liti. C. de pact. poſt Caſtren. Iacob.
Barto. & Angel. ibi. Pariſien ad Alexan. conſil. 115.
nume. 4. & 131. nume. 7. libr. 4. poſt Bertrand. con-
ſil. 178. libr. 1. & innumeros pro hac parte refert
Gabriell. dicta concluſ. 1. numero 22. verſiculo
contrarium. Ex quibus clarè patet hanc opinionē
communem magis eſſe ſaltem poſt tempora Bal.
& ob id illam ſequutus eſt Gabriell. ibi nume. 31.
cui addo Maran. de ordi. iudic. part. 6. articu. 3. nu-
me. 12. Socin. conſil. 21. libr. 1. Corn. conſil. 33. libr.
2. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. libr. 3. §. 23. nume. 29. qui
iura quædam allegat, quæ apud me parum ſtrin-
gunt, & hanc ſententiam vti magis communem
multis hincinde allegatis, & relatis nouiſſimè ſe-
quitur Maſcard. in dicta concluſ. 347. numero 61.
in fin. & veriorem, & magis receptam poſt Rip.
dicit Eman. Zoarez in Theſauro receptar. ſentent.
in verbo confeſſio liberationis pulchrè more ſuo
Ioann. Guter. de contractib. iur. capit. 54. numer. 7.
quem reperies in vltima edit. tractatuum. vol. 6.
par. 2.

Aliqui verò videntes hunc articulum dubium
voluerunt concordare Accurſij diſcordantiam,
4 & fuerunt in opinione, vt † confeſſio liberationis
abſente parte non valeat in vim pacti, iuxt. l. cum
ignorans. C. de donat. Attamen valeat in vim me-
rè probationis, & exceptionis doli, per § licet au-
tem. authen. de teſtib. ita ſenſit Bald. qui dicit etiā
communem in l. generaliter. quæſt. 12. C. de non
nume. pecun cuius dictum ſingulare dicit Caſtel-
lan. Cotta inter memoral. in verbo confeſſio. ſe-
quitur Alexan. conſil 115. nume. 4. & tenet dicens
ita concluſum. Guid. Pap. dicta quæſt. 176. in prin.
Federic. de Sen. conſil. 128. cir. fin. Puteus deciſio.
11. nume. 5. libr. 2. Iacobin. de Santo Georg. in l.
cum de indebito. §. ſed hoc vbi. nume. 19. D. de
probat. Maſcard. dicto libr. 1. concluſ. 348. nume.
44. faciunt, quæ idem ſcribit dicta concluſ. 347.
numero 24. & 26. Purpur. conſilio 600. numero
19. libro 2.

Contrarium tenuit Alexan. conſilio 212. libro
5 6. numer. 28. vbi ſimpliciter † vult non ſolùm ne-
ceſſariam præſentiam partis in tali confeſſione,
ſed etiam requiri intelligentiam, & confabulatio-
nem, & ſequitur Guter. dicta capit. 54. numero 7.
neque placuit hæc conciliatio Senatui, qui in hoc
6 caſu tranſiuit cum gloſſ. in dicta l. idem duobus,
& cum opinione Barto. quam veriorem exiſtima-
uit, iudicando liberationis etiam cauſa talem cō-
feſſionem abſente parte factam non valere, ita vt
nec etiam ſemiplenam probationem induceret
ſi incidenter, & ad alium finem emanaſſet, & ita

cenſuit

cenſuit in cauſa. Sācti Germani.1567.15.Septem-
bris, & hoc per dictum Federici in dicto conſilio
328.addo Ioſeph.Ludou.deciſio.Peruſ.82.nume.
10. quia ſi incidenter ſit facta confeſſio non pro-
bat, nec confitenti nocet.Pariſ. conſilio 60.nume.
40.volum.4.Ioſeph.Cumia. in ritus magnę curię.
capit.37.numero 59. vbi pulchrè, & latè de mate-
ria confeſſionis iudicialis differit, & capit. 54. nu-
mero 158.Put.dicta deciſio.11.libro 2. numero 4.
Alciat.de præſumpt. regu. 1.præſumpt. 51.nume.
5. quamuis allegaretur æquitas Canonica, quæ
6 vult † confeſſionem factam abſente parte facere
plenam, probationem ſi duobus teſtibus probe-
tur, quæ opinio licèt controuerſa ſit, tamen illam
veriorem, & communiorem dicit Maſcard. dicta
concluſ. 347. numero 58. Hieronim. Gabriell.
conſilio 71.numero 18.nam de iure ciuili non fa-
cit niſi ſemiplenam ex communiori, vt per Bur-
ſat.qui multos allegat. conſilio 2. numero 12.libr.
1. Purpurat. conſilio 347. numero 5. Ludou. latè
deciſio. Peruſ. 9. per totam. & re vera ſtante hac
æquitate, & contrarijs opinionibus Doctorum,
qui inter ſe etiam ipſi varij fuerunt in hac re, vt
Accurſ.Bald. & Alexan. videretur in dubio magis
pro liberatione quàm pro condemnatione iudi-
candum, ex vulg. regu. l.Arrianus.de act. & obli-
gat. & in dubio contra confitentem pronuncian-
dum eſſet in odium ipſius. Ideo his attentis ego
7 cogitabam aliam diſtinctionem † nempe, quod
valeat quidem confeſſio liberatoria parte abſente
facta, ſed reuocabiliter donec ſit à parte accepta-
ta, & ius tertio quæſitum, ita vt ante acceptatio-
nem poſſit quandocunque per confitentem reuo
ri per ea, quæ de donatione abſenti facta ſcribunt
Doctores, & nos diximus latè ſupra deciſ. 70. &
innuit in his terminis poſt Cyn. & Bart. practicus
Papien.in forma act.real. numero 6. & 9. Alexan.
conſilio 90. libro 1.Guter.dicto numero 7. Vaſqu.
dicto. §.23.numero 30. ſic enim & de confeſſio-
ne in teſtamento facta dicitur illam eſſe irreuoca-
bilem, quando parti ius eſt quæſitum.Menoch.de
præſumpt.lib.3.præſumpt.35.nu.32.

Cęterum ſupradictis admiſſis controuerſijs il-
lud pro firmo, & indubitato in hac confeſſionis
8 materia ſtatuo, † quod quomodocunque emiſ-
ſa confeſſio ſit onere probandi aduerſarius pro
quo ſtat confeſſio liberetur, ſed onus contrariæ
probationis in aduerſarium transferatur. in quam
rem me monet text.in l.inde Neratius.§.fin.D.ad
legem Aquiliam. ibi,

Hoc enim ſolùm remittere actori con-
feſſoriam actionem, ne neceſſe habeat
docere eum occidiſſe.

Et ſcribit Domi. Ozaſc. deciſio. 338.numero 8.
quod ſi in criminalibus procedit, multò magis in
ciuilibus locum ſibi vindicabit argumen.à maiori
ad minus, & hoc ſiue præſente, ſiue abſente par-
te facta confeſſio fuerit, quia confeſſio inducit
præſumptionem contra confitentem, etiamſi ſit
erronea, & extraiudicialiter facta, & illi ſtatur do
nec contrarium probetur. Caſtren. & Doctores.
communiter in l.error.C.de iuris, & facti ignoran.
Iacob. Micheli patrocin.38. nume.7. Chriſtiphor.
de Caſtell.conſilio 7.numero 11. & 13. Ancharan.
Regien.quæſtio.familiar.libro 1.quæſtio.1. nume-
ro 11. plura ad materiam huius confeſſionis vide
per Siluan.conſilio 44.per totum. libro 1. Et qua-
liter ad probandam confeſſionem diuerſi teſtes
iungantur, vide bonam doctrinam Craue.in con
ſilio 267. numero 3. vſque in fin. qui tamen loqui
tur de confeſſione parte præſente facta, & dictum
Craue.nouiſſimè ſequitur Peruſi. dicta deciſio. 9.
nu.11. & ſeq. & hæc nota, quia practicabilia, &
quotidiana ſunt.

Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem
beneficij à Pontifice obtenti, ſiue
vt vulgo dicitur aſſociatio qualiter
per Senatum ſit facienda, & conce-
denda.

DECISIO CX.

1 *Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem qualiter facienda.*
2 *Laicus non ſe intromittit in cognitione rei ſpiritualis.*
3 *Iudicis proprium officium eſt euitare ne deueniatur ad ar-
ma, & rixas.*

BENEFICIATVS compa-
ret coram Senatu, producit
bullas petens ſe aſſociari per of-
ficiales Ducales ad poſſeſſionē
1 beneficij; quæſitum eſt an † talis
aſſociatio concedenda eſſet, &
quomodo immiſſio in poſſeſ-
ſionem fieri debeat. Quidam ex dominis ne dare-
tur anſa calumniis, putabant concedendas literas
immiſſionis, & aſſociationis cum clauſula, *Niſi
quis ſe opponat*, quo caſu compareant coram Se-
natu intra quinque dies.

Alij putabant concedendam immiſſionem ſim
pliciter ſine aliqua clauſula ex eo, quòd præſen-
tabantur bullæ in promptu, & non erat cogni-
tio Senatus ſuper validitate bullarum, cùm ſit iu-
dex laicus: nam eſſet immittere falcem in alie-
2 nam meſſem, cùm † iudex laicus non poſſit vllo
modo ſe intromittere in re merè ſpirituali præ-
cipuè de quæſtione beneficiali principaliter, vel
incidenter.capit.tuam.de ordin.cogni. capit.lator.
qui fil.ſint legi.

Alij dicebant eſſe concedendas literas citato-
rias contra quoſcunque intereſſe prætendentes,
decernentes executionem faciendam ad valuas
Eccleſiæ adeo valere, & c. dicentes ita aliàs eſſe ob-
ſeruatum à Senatu, & habere rationem ne deue-
3 niatur ad arma, & ſcandala, quod prouidere † pro
prium iudicis officium eſt. l.ſi cuius. §.ſed ſi inter.
aliàs. l.æquiſſimum. D. de vſufruct. Bald. in l.1. §.
quies.

quiles quoque popularium.D.de offic.præſec.vrb. & in l.1:C.de ſumma trin. imò Principis eſt proprium procurare ne ad arma, & rixas occaſione litium deueniatur,vt per Natt.conſilio 60. nume. 32. Et cùm hac immiſſionis forma tranſibat maior pars dominorum, & ita fuit per Senatum re-
6 ſolutum, quòd in poſterum obſeruari deberet, & nunc hoc iure vtimur ſi beneficium ſit magni momenti: ſed ſi ſit exiguum tunc vt parcat ſumptibus ſolent concedi literę præciſę cum ea tamen clauſula, *Niſi quis ſe opponat*, & hoc caſu ſi quis ſe opponeret crederem eſſe cauſam, & partes iudici Eccleſiaſtico remittendā ſeu remittendas, ne Eccleſiaſtica iuriſdictio turbetur, modo non tractetur de mero poſſeſſorio, in quo laicus eſt iudex competens, vt aliàs dixi ſupra deciſ. 82. faciunt quæ dicam infra deci.131.

Donatio facta concubinæ per militem cum iuramento an viribus ſub ſiſtat.

DECISIO CXI.

1 *Donatio facta per militem concubina non valet.*
2 *Donatio facta concubina per militem cum iuramento valet. contra nu.4.*
3 *Donatio concubina quare fieri permiſſa.*
5 *Milites noſtri temporis non fruuntur priuilegÿs antiqua militiæ.*
6 *Donatio à iure probibita tenet, ſi fiat propter benemerita, & ſeruitia qua probari debent.*
7 *Donatio in concubinam valet, ſi non apparet amplius tempore donationis de concubinatu.*

1 DONATIO facta † per militem ſuæ concubinæ non valet.l.2. C. de donat. inter virum, & vxorem,& hanc regulā pulchrè more ſuo firmat., & exornat Io. Gutet. variar. reſolu. libro 2. ſiue in tractatu de contractib.iurat. cap.6. per totum.quam regulam extendunt Doctores à milite terreſtris ad militem cęleſtis militiæ nempe ad clericum.Bar.Ang.in l.affectionis. D.de donat. ꝙ iure meritò conſtitutum eſt, ne & clericus ſeruitium Dei,& bona eccleſiaſtica, & miles militare exercitium,& facultates derelinquant, & perperam expendant.

Dubitari tamen apud Doctores noſtros ſolet,
2 an ſi donatio † hæc facta cum iuramento fuerit ſubſiſtat: dubium mouet ſacramenti religio, & authoritas, ipſiuſq́ue priuilegium, quod res aliàs iure prohibitas per interuentum ipſius confirmat,ſicut de donatione inter virum, & vxorem, & inter patrem, & filium magis communiter concluditur, & dixi de vtraque plenè ſupra deciſio.32.in prin. & nume.10. & in ſimili dicit Iaſ. in l. frater à fratre. 2. lectu. nume. 45. eoque magis quia donationes illæ à iure ſunt improbatæ, hæc verò, quæ concubinis fit confirmatur. l. affectionis,& l.donationes D.de donat. cuius rei cùm nullam rationem diuerſitatis reperirem, mirari non
3 deſinebam vnde ſit, † quòd donatio in vxorem pudicam non permittitur, & in concubinam cōceditur,an quòd lex faueat magis concubinis,quę non debent eſſe melioris conditionis, vt ſcribit apoſtillator ad Dec.in conſilio 196.an vero, (qđ magis eſt,& verius puto,) vt inter coniuges ſicut honeſtam vitam, ita honeſtos, & bonos mores lex deſideret,ipſiuſque vitæ,& bonorum firmam ſocietatem,& communionem, quæ duo cauſam antiquitus prohibitioni dederunt.l.1. D. de donat. inter virum, & vxor. & dixi dicta deciſio. 32. in principio. Vnde ſupraſcriptam regulam ex his limitare aliqui ſolent, vt non procedat ſi donatio ſit iuramento vallata, & hæc dicitur eſſe originalis opinio Roma. in conſilio 43. numero 5. cuius dictum ſequitur ac menti tenendum, & ſingulare dicit Ioann.Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxo. §. 37. numero 10. Alexan. in addit. ad Bartol. in l. miles.D.de re iud.addit.ad Caſtren. in prin.in l.donationes. D. de donat. Euerard. in locis argumen. in loco à milite arma. milit. ad cęleſt. folio mihi. 119. in parua impreſſ. pag. 2. Bermond. Couer.in tracta.de publ.concubinar. in verbo contra prædictos.nume.24. Anton.de Pettut. in l.1.2.notab. D. de iureiur. quem etiam refert Couar. in dicto loco. Anchar Regien.de clerico loquens quæſtionū familiar. libr. 2. quæſt. 11. nume. 12. & nouiſſimè reſpondendo punctualiter ad conſilium Craue.de quo infra. Hanc ſententiam tenuit modernus Doctor Senen. D. Seraphinus de Seraphi. in ſuo tracta. de priuileg. iuram. priuileg.71. numero 10. & multis ſequen.

Contrarium tamen, quòd imò talis donatio
4 iuramento non confirmetur †, fortè tanquam quòd illa opinio ſit peccati nutritiua,tenet Romanus impugnans, Rip. in dicta l. miles in fin. D. de re iud. Roland. conſilio 98.numero 15.& 37. libr. 1. Calcan. conſilio 59. numero 6. Crau. conſilio 221.per totum, & conſilio 229. colum. 1. Capic. deciſio, 102. Afflict. deciſio. 102. & ibi Vrſil. Dec. conſil. 132. & expreſsè quo ad militem, clericum, Doctorem, & aduocatum, firmat ex arg. Rolan. Guter. in dicto capit. 6. nume.13. vſque in fin. vbi reſpondet ad ea, quæ de donat.inter vir. & vxo. à
5 ſimili traduntur.Burſa.poſt Mandoſ. & alios. conſil.205.nume.23.libr.2.

Sed animaduertendū puto, quòd Rol. Afflict. Capic. Crau.& Dec. non loquuntur de donatione facta per militem,ſed per clericum, & iſti Doctores ſaluare videntur Roma. dicentes, quòd Roman.loquitur in milite terreſtris non cęleſtis militiæ; inter quos magna eſt ratio diuerſitatis, vt latè ponit Crau. dicto conſilio 229. & colligitur ex Dec. dicto conſilio 132. tamen, quòd eadem in vtraque donatione ratio militet, defendit Gutet. dicto capit. 6.tam ratione turpitudinis, quæ iuramento non firmatur. cap.non eſt obligatorium.

quàm

quàm ex eo, quòd hoc priuilegium eſt conceſ-
ſum non mlliri particulariter, ſed generaliter toto
ordini, & militiæ. & hanc opinionem per rationes
ab eo, & Rol adductas, & per ea, quæ etiam circa
huiuſmodi iuramentum latè dixi ſupra d.deci.32.
nu.9. quæ hic non repeto: ego credo in puncto iu-
ris veriorem, & hoc tempore receptiorem.

Verùm cùm hæc queſtio diſputaretur in Sena-
tu in cauſa S. Martini, & Viſcarum contra autho-
ritatem Rol. & aliorum cenſuit Senatus donatio-
nem propter iuramētum tenere timore periurij,
5 & propter periculum animæ. Item quia † milites
noſtri temporis non fruuntur priuilegijs antiquæ
militiæ, ſecundum communem de qua per Ripā
in l.centurio.nu.10. D de vulgar. Guter.d c.6 nu.9.
& in ſpecie huius caſus tenet Imol. in d.l.donatio-
nes.D.de donat. Quamuis in hoc vltimo contra-
rium videatur ſentire Dec.conſi 578 nu.2. Aufrer.
ad Capel.Tholo.q 41. & ex noſtris ſubtiliter Do.
Io.Vaud.qq iur.lib 1.q.54.

Et hæc Senatus ſententia multò magis proce-
det ſi donatio facta fuerit ꝑpter benemerita, & ſer
6 uiria, quia tunc ſiue † à milite, ſiue à clerico facta
fuerit tenet, vt de legato à clerico facto ſcribit
Afflict.d deciſ. 102. dummodo tamen benemeri-
ta, & ſeruitia aliundè probētur quàm per confeſ-
ſionem donantis. Rol.d.conſi.98. nume.53 Guter.
d.c.6.nu.11.& 12.Dec d.conſi.132. & ita ſe conſu-
luiſſe dicit Barbat.in l.diuortio.relatus per Pirrum
Aurelianen.in conſuet. Aureliæ.tit.de teſtam.c.13.
7 In fi.Item ſi non † appareret, quòd tempore factæ
donationis concubinatus durabat, licèt ante fuiſ-
ſet, vt per Caſtr.in d.l.donationes.nu.2. in fin.& ita
votatum per conſilium hoc caſu in fauorem do-
natariæ teſtatur Capic.d.dec.102. in fi. quam deci-
ſionem in facti ſimilis contingentia ſequutus eſt
Senatus noſter 1575.

Dotis confeſſio, & promiſſio à marito facta reſtitutionis tempore, quæ per errorem maior ipſa dote ſoluta reperitur an teneat, & illud augmentum debeatur in præiudicium confeſſionis.

DECISIO CXII.

1 *Confeſſio dotis receptæ an marito præiudicet, & numero 3.*

2 *Confeſſio iurata videtur facta animo donandi.*

4 *Textus in l.cum is qui. §.mulier ſi in ea.D.de condict.indeb. declaratur.*

DOTIS nomine A. ſecundus maritus
promiſit in caſum dotis reſtituendæ
reſtituere ſcut.500.cum iuramēto. Eo
mortuo vxor conuolat ad tertias nu-
ptias. petit ab hæredib. A. ſcut. 500. Allegant hære-
des Ant. ſm maritum plus debito promiſiſſe, cùm
dos non excederet ſummā 300. aureorū, & quam-
uis 500. recognouiſſet ſecundus maritus, id fuit, q̄a
minor filius primi mariti tātundē promiſerat per
errorē, qui poſtea per ſententiā Senatus fuerat re-
ſtitutus. Pro vxore, q̄ 500. debeantur, allegabatur
doctr.Bart. Alex.& Caſt.in l.pe.§.ſi vir.D.ſol matr.
1 vbi volunt † confeſſionem dotis receptæ marito
præiudicare. Corn.conſi.109.nu.2.lib.4. Alex conſ.
148.lib.5. Abb.conſi.73.lib.2.in 1.dub.& eam opin.
Bar.cōem, & ſeruari in pract. teſtatur Cagn. noſter
in l.2.C.de pac.inter empto.nu.20. ſtante enim pro
miſſione dotis reſtituendæ poſt primam promiſ-
ſionē nulla pōt opponi exceptio. l. In ↄ̄tractib. §.1. C.
de non num pecu. quem tex. ad hoc allegat Caſtr.
in d.§ ſi vir. Socin. conſ.88. num.21. libr.4. vbi dicit
opinionem Bar. ſeruari in practica. Boer. deciſ. 329.
nu.3. volens periculum huius confeſſionis ſpecta-
re ad virum, qui quittauit, & dotem non recepit.
2 Roman. conſ.46. nu. 3. & quia † talis confeſſio iu-
rata videtur facta animo donandi. Angel. in §. fue-
rat. num 15. inſt. de act. Menoch. de præſumpt. lib.
3. præſumpt. 12. nu. 51. & in terminis. nu.90. & ea
quidem ſubſiſtit, ſi facta ſit ante contractum, &
conſumatum matrimonium, vt per Alex. conſ.
142. nu.3 & 4. lib. 5. His accedit tex. in l.cum is, qui
§.mulier ſi in ea.D. de condict. indeb. vbi indebita
promiſſio fauore dotis tenet, nec datur condictio
indebiti. Faciunt, quæ recitat Afflict. ex Io. Andr.
deciſ.402.nu.3. & fauore dotis hoc firmat in re du
bia Abb.d.conſ.73.nu.5.

Pro contraria autem parte, & ſic pro hæredi-
3 bus huius ſecundi viri, † adducebatur Socin. conſ.
27.nu.24. lib.4. vbi reſpondet ad doctr. Bart. poſt
Caſtr. ibi in d.§. ſi vir. Roman. conſ.445. nu.7. Iaſ. in
l.error. C. de iur. & fac. ignor. Dec. conſ.22. num.2.
Moder. Pariſ. ad d. conſ. Alex.148. in 1. additione.
vbi dicunt contrariam opinionem eſſe commen-
titiam, & ineptam, & allegant Curt. ſen. conſ.55.
& reprehendunt Neuizan. contrarium tenentem.
Addo his Io. Baptiſtam Ferret. in ſua reſponſione
motiui poſt conſ.166. lib.2. vbi pulchrè tenet pro-
miſſionem erroneam reuocari, licèt ſit ex cauſa
dotis, & in fin. ibi dicit hanc opinionem commu-
nem, æquam, & rationabilem, & ita teneo ego
æquiſſimam eſſe, & contrariam opinionem in me-
ra iuris ſubtilitate fundari: pro qua facit ratio æqui
tatis, quia aliàs mulier locupletaretur cum alte-
rius iactura, quòd à iure non admittitur, vt innuit
Ferret. vbi ſupra, & ita ſecundum hanc vltimam
opinionem omnibus maturè diſcuſſis, & conſide-
ratis iudicauit Senatus. 1568. vltima Ianuarij. in
cauſa Florani, & Cortinę de Corgneto Comita-
tus Valpergię.

Non obſtat tex. in d.§. mulier ſi in ea. D. de con-
4 dict. indeb. quia † text. ille procedit in eo, qui in iu-
re errabat, putans ratione conſanguinitatis ſe te-
neri ad dotandam mulierem, vt ibi exemplificant
Doctores, præſertim Paul. de Caſtro. vel ſi crede-
bat quis ſe debitorem dotis ex ↄ̄ctu, vel teſtō, vt
per Bart. & Salicet. ibi, qui dicit tenendum cordi.
Item pōt procedere in muliere paupere, quæ om-

niuo,

nino,eſſet ſine dote,ita eleganter declarat Bal.nouell.de dot.par.6.priuil.44. & priuileg.46. item licèt non repetat à marito cui ſoluta eſt dos,repetit tamen à muliere,vt ibi gloſſ.& Alber.ſentiunt, & per Salicet.ibi in fin.

Cæterũ ad hãc materiã vide plene p Menoch. d.preſump.12.per totã.Ludou.deciſ.Peruſ.66.par. 2.Barbat. conſ. 19. volum. 2. Aluar. Valaſc. Luſitan.conſultat.5.& 6. vbi plenè de confeſſione dotis receptæ.

Fraternitas inter extraneos contracta an ſubſiſtat, & an iſti fratres iurati non extantibus filijs ſuccedant inuicem.

DECISIO CXIII.

1 *Fraternitas inter extraneos conſtitui poteſt.*
2 *Frater fictus, & adoptatus an ob inteſtato altero fratri ſuccedat, & nume.3.& 7.*
4 *Frater fictus non poteſt fratrem prætereundo inſtituere turpem perſonam.*
5 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
6 *Text.in l.nemo.§. qui frater. D.de hæredi.inſtituend. declaratur.*

FRATERNITAS inter extraneos ex conuentione contra-
1 hitur, vt in ſocijs † l. verum, in
prin. D. pro ſoc. & poſſunt partes conuenire de ſe, tractando vt fratres. Iaſ.in l.quidam cum filium.num.5. verſiculo item iſtã legem.D.de verbor.obligat.Alex.in l.ſi pater tuus. nu.5.C.de hæred. inſtituen. poſt Imol. in l. ille autem.colum.2.D.eo.

Hinc diſputabatur in contingentia facti, an al-
2 tero ex illis fictis fratribus decedente ſine filijs † alter frater eo modo frater factus, & quaſi adoptatus ab inteſtato ſuccedat: & cùm iſte caſus eſſet corã Senatu; dicebaт illũ poſſe ſuccedere. Primò ex regu.3.tradita.Secundo per tex.in l.nemo.§.qui frater. D.de hęre.inſt. Tertiò, quia in ſucceſſionib. & vltimis voluntatib.idem iudicamus de fictis, ꝙ de veris cognatis. l.ſi cognatis. D.de reb. dub. vbi Soc.hoc not.col.3.in 5.notab.

Ex aduerſo opponebatur locum non eſſe ſuc-
3 ceſſioni. Primò per † tex. in l.nec apud. C.de hære. inſti.vbi frater non poteſt adoptare extraneum in fratrem,per quem tex.Fulg.ibi, & poſt eum Alex. dicunt,ꝙ talis fraternitas non eſt naturalis neq; ciuilis.Secũdo adducebaт in terminis deciſio Ang. & Bal.in d.l.nec apud.quos ibi ſequiт Fulg. & Alc. volentes,ꝙ ex tali fraternitate non q̃ratur ius ſucceſſionis,& idem tenet Imol. in l.ille autem. D.de hære.inſtitu. & Iaſ. in dicta l. quidam cum filium. numero 5. vbi ita tenent etiamſi expreſsè conuenissent, quòd alter alteri ſuccederet.

Quibus ſic ſtantibus ad allegata in 3rium reſpondetur.Primò, ꝙ illa doctorum opi. de qua in prima regula fortè non ſit vera, per tex. in d.l.nec apud.qui ſatis eſt clarus, & per ea, quæ ibi dicunt Fulg.& Alex.Secundo reſpondetur, ꝙ illa opinio procedit, quando promittunt ſe tractare vt fratres tunc enim operatur vt ipſi conuenientes non poſſint actus facere contrarios fraternitati, & ideo
4 † ampliando.l.fratres. C.de inoffi.teſt. non poſſent turpem perſonam inſtituere ipſo affraternato prætermiſſo,ita dicit Imol.in d.l.ille autem. & Alex.in d. l.nec apud. quam legit cum l. ſi pater tuus. C. de hæred.inſtitu.ea autem, quæ reſtant in diſpoſitione iuris, vt in ſucceſſione ab inteſtato,talis fraternitas non producit,cùm non habeat effectum na-
5 turalis,vel ciuilis fraternitatis,& † pactis dari hæreditas non poſſit,etiamſi expreſsè conuentum ſit.l. licet. C.de pact. Ozaſc. latè deciſ. 100. & ibi apud eum cenſuit Senatus, & dicam egó infra dec.225. pactũ.Ad tex. in l.nemo.§.qui frater.reſpondetur,
6 quòd † procedit in teſtamento, non autem ab inteſtato,quando inſtituitur is,qui fraterna charitate diligitur ſciendo illum non eſſe fratrem, vt dicit Soc.in d.l. ſi cognatis. D.de reb.dub. & colligiт ex apertis verbis ipſius tex.ſicut.n.extraneum quemlibet etiam penitus ignotum quis hæredem inſtituere poteſt.l.extraneum.1.& 2. C.de hæred.inſtituen. ita magis illum quem vti fratrem diligit,cùm amici reperiantur eius generis, qui fratribus proprijs ſunt chariores, & beneficientiores, de quibus Salomon in prouerb. cap. 18. *Vir amicabilis* (inquit) *ad ſocietatem, magis amicus erit quàm frater.* Sed talis inſtitutio non debet eſſe erronea, quia non valeret.Hinc dicebat Fulg. in d.l.nec apud. quod ſi quis putans eum eſſe fratrem, vel credens, quòd per talem fraternitatem teneretur hæredem inſtituere, & inſtitueret, tale teſtamentum non valeret, quia errabat in ſubſtantia rei, quamuis falſa demonſtratio non vitiet.l.falſa D.de cond.& demõ. quamuis Fulgoſ. ibi nimis largè loquatur, tamen ita eſt intelligendus ſecundum Alexan. in d.l.nec apud.alìàs eſſet contra text. in d.l.nemo.§.qui frater.D.de hęred.inſtitu.& ita ſoluit glo.in d.l.nemo. in verbo inſtituitur.

Ad tertium reſpondeт, quòd procedit in inſtitutione, ſeu fideicommiſſo expreſsè facto à teſtatore, vel etiam à iure ipſo, quando fictio illa eſt operatiua effectum iuris ciuilis,vt in adoptione filij, in qua ars naturam immittatur: tunc enim idem operatur fictio, quod veritas in caſu vero, ſed in fratrum adoptione fictio nullum parit iuris ciuilis effectum. d. l.nec apud. & dixi ſupra poſt Fulgo.Et ex his cum hac poſteriori opinione tranſiuit Senatus,& cenſuit in cauſa de Ruatis. 1568. 7.Nouembris excluſo tali fratre iurato à ſucceſſione fratris.

Aduertendum tamen,ꝙ hæc opinio dupliciter
7 limitatur per Imol. in d. l. ille autem. † Primò q̃ñ conſuetudo aliter induceret, quia illa attenderetur.Secũdò, vt non procedat in militib. quia inter ipſos talis fraternitas operari poſſet ſucceſſionem

ex

ex ſpecialitate inducta in milite. per l. licet. C. de
pact. Sed hæc limitatio diſplicuit Iaſ. in dicta l.
quidam cùm filium. vbi loquitur in armigeris, &
tamen tenet etiam talem fratrem non ſuccedere
niſi ex teſtamento. Sed Imol. opinio. verior eſt
ſtante aliquo ſuccedendi pacto reciproco. Et ita
teneo.

Cenſui ſeu penſioni emphytheoticæ quanto tempore præſcribatur.

DECISIO CXIIII.

1 *Emphyteota quanto tempore penſionem præſcribat.*
2 *Fructus triennio præſcribuntur cum bona fide.*
3 *Emphyteota donec ſit declaratum cecidiſſe in commiſſum facit fructus ſuos.*
4 *Cenſus ſolutio ſi probetur facta tribus vltimis annis præſumitur alijs ſolutum.*
5 *Titulus non requiritur ad præſcribendum, quando agitur de modico præiuditio.*
6 *Text. in cap. conſtitutus de relig. domib. declaratur.*

CENSVS ſeu pēſio emphyteo-
tica non fuerant ſoluti ab anno
1519. vſque ad annum 1540.
ſaltem quod appareret. Domi-
nus directus vocauit in ius em-
phyteotam, petendo canonem
à die conſignamenti: pars oppo
1 ſuit præſcriptionem: quæſitū fuit à quo die † cen-
ſus prædicti deberentur. Et quamuis multas opi-
niones referat in hac materia Boer. deciſ. 336. ta-
men dicebatur, quòd ad præſcriptionem annuæ
penſionis requirebantur 30. anni in priuatis, & 40.
ſi contra eccleſiam, per tex. in l. cum notiſſimi. §. fi.
C. de præſcript. 30. annor. vbi Doctores. c. de quar-
ta de præſcript. & l. ſi quis emphyteo. in fin. C. de
preſcrip. 30. annor. Butr. in cap. peruenit. colum. 24.
verſicul. venio ad tertiam. de cenſib. Specul. in titu.
de loca. ſeu de emphyteoſi. §. nunc aliqua. nume.
52. quæſtio. 41. Iaſ. in l. 2. nume. 72. C. de iur. emphy
teo. Balb. in tracta. præſcript. par. 4. quartæ par. prin-
cipal. queſtio. 8. & in quinta par. 5. par. queſt. prima.
Crau. conſil. 57. num. 8. Boer. dicta deciſ. 336. in fin.
qui dicit ita ſeruari de conſuetudine generali Fran
ciæ; vnde cùm hic non fuiſſet decurſum hoc tem-
poris ſpatium, non videbatur eſſe locum præſcri-
ptioni. & pro hac opinione, quod deberetur pēſio
etiam 40. annorum adducebatur text. in cap. con-
ſtitutus. & ibi gloſſ. de religioſ. domib. quæ voluit,
q̄ ſi ſumus in cōtractu emphyteotico cadat em-
phyteota per non ſolutionem penſionis debito tē
pore: & q̄d non præſcribatur facit ratio, quia poſt
lapſum biennij vel triennij iniuſtè poſſidet, vt dicit
Gulielm. Redoan. in tracta. de reb. eccleſ. non alie-
nan. quæſtio. 19. in princip. nume. 12. vnde cùm ſit
in mala fide, non præſcribit ſaltem ante 40. an-
nos.

Pro emphyteota dicebatur ex aduerſo, quòd in
2 bonæ fidei poſſeſſore illi cenſui qui eſt loco † fru-
ctuum triennio præſcribitur, prout de fructibus di
citur ſiue conſumpti ſint ſiue extent. gloſſ. magna.
in fi. in l. ſequitur. §. fructus. D. de vſucap. quam ibi
communiter approbant Bartol. Angel. Caſtren. &
Imol. & ibi Bartol. dicit, quòd per illam gloſſ. limi-
tantur omnes leges dicentes, quod bonæ fidei poſ
ſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum extan-
tium, quia intelligitur niſi per triennium poſſede-
rit quis bona fide Curt. ſen. conſil. 71. colum. 4. ver-
ſicul. ſexta concluſio. Et latè Balb. dicta par. 4. 4. par.
principa. quæſt. 35. & dixi ſupra deciſ. 29. nume. 8.
3 & certum eſt, quod † fructus, donec res ſit in com
miſſum cecidiſſe per dominum declarata, ſemper
ſpectant emphyteotæ. vt per P. de Beninten. deciſ.
Bonon. 37. Burſ. conſil. 26. nume. 8. libr. 1. Borgnin.
Caualcan. deciſ. 43. nume. 47. par. prima. pulchrè
Felin. in dicto cap. de quarta. nume. 32. & 33. de præ
ſcript. quorum ſententiam nouiſſimè cum quadā
diſtinctione recipit Aurel. Corbul. in tract. de cauſ.
ex quib. emphyteu. iur. ſuo priua. titu. de cau. pri-
uat. ob non ſolut. canon. ampl. 38. nume. 3. quic-
quid alij in contrarium ſcripſerint.

Ad quòd etiam facit, quod in oppoſito dicit gl.
ſingul. in l. 2. ſuper verbo repellere C. de iur. emphy
teo quam ibi ſequitur Iaſ. & alij. Dec. in l. ſi certis
4 annis. nume. 6. C. de pact. quod ſi quis † probet ſo-
lutionem cēſus trium vltimorum annorum, præ-
ſumitur retro ſolutum. per text. ſingu. in l. quicun-
que. C. de apoch. public. gloſſ. in cap. cum eccleſia.
in verbo vltimo. de cau. poſſ. & proprieta. Clar. in
§. emphyteoſis. quæſtio. 9. verſicu. ſed pone. Me-
noch. conſi. 5. volum. 1. D. Sola in decreto. Licet iu
re tertiæ. titu. de iur. emphyteo. gloſſ. 1. numero 22.
quòd intelligo procedere modo nulla extet inter-
pellatio: ſed ſi conſtet de interpellatione & de ſo-
lutione, non cadet quidem emphyteota ex qua-
dam æquitate à re emphyteotica, ſed bene ſoluet
penſiones omnes à die interpellationis, quia tunc
præſumptio eſt contra eum. Et ex hac opinione
melius concordantur illę antiquorum ſententiæ,
de quib. Boer. & Guid. Pap. quam concordauerit
Io. quem idem Boer. refert. in dicta deciſ. 336. nu-
mero 3. & Com. conſilio 21. volum. 3. ſic enim ſa-
tisfit domino directo, vt non præſcribatur omni-
bus penſionibus & ſolutioni, & vtili, ne rem em-
phyteoticam perdat ob non factam ſolutionem.

Ad allegata in contrarium reſpondetur, quod
ea procedunt in præſcriptione totius directi do-
minij, vt reddatur res cenſualis in totum libera:
tunc enim cùm agatur de graui præiudicio, lex re-
quirit ſpacium 30. annorum, ſed in præſcriptio-
ne fictuum, & cenſus modici præiudicij non requi
ritur tantum tempus, cùm longè diuerſa ſit ratio
in vno, atque in alio, & hanc differentiam in ſimi-
li an agatur de magno vel paruo præiuditio in li-
beratorijs preſcriptionibus, facit Barto. in l. cùm de
in rem verſo. colum. 3. verſic. Aut in ipſius incom
modum. & in quæſtione. Mulier habens. colum. fi.
Aretin. in l. recuſari. colum. 1. de acquir. hæred per
l. quam Tuberonis. §. 1. D. de pecul. Balb. de præſcr.

par.3.quæſtio. 10. colum. 14. verſicul. 2. generaliter limita.

Et quamuis Bald. in dicto tracta. par. 4. quartæ par.prin.quæſtio. 35.verſicul. & vide per Socin. di-
5 cat quòd requiratur in hac † triennali præſcriptione titulus allegando Socin.conſil.251. Tamen crederem in caſu quo ageretur de cenſu modici præiuditij, quod titulus præſumeretur, vt per Barto. in dicta l.cùm de in rem verſo.colum.3. D.de vſur.& tanto magis ſi non ſolùm triẽnio ſed per multum tempus antea puta 10. vel 20. annorum non eſſet ſolutus cenſus.argumento.l.vir vſuras.D. de vſur. & quòd in hac materia taciturnitas longi temporis intelligatur de decennio, tenet Balb. dicta quæſtio. 10. colum. 16. verſicul. & nota quod in propoſito.

Et ſi fortè opponeretur de text.in l. libertis. la ſecunda.§.1.D.de alimen.& cibar.lega. vbi ceſſatum erat ab eorum præſtatione per 14. annos & vltra, & tamen peti poſſunt: reſpondebitur id eſſe vel fauore alimentorum, vel quia ibi certum eſſet illa non fuiſſe præſtita, ſecus autem ſi dubitaretur de præſtatione facta.

Ad cap. conſtitutus. & gloſſ. penult. ibi reſpon-
6 detur, quòd ibi † non erat emphyteoſis ſed cenſus: item quòd ibi aderat mala fides. & ita reſpondet ibi Zabarell.in 18.oppoſitione, & tenet ibi gloſſ. in verbo.iuxta ratam. Sed hæc reſponſio eſt penitus contraria textui, vbi & emphyteoticum hunc cõtractum Pontifex expreſsè nominat, & bona fide conſtare videtur, cùm iuſto titulo poſſideret reus, prout ab ipſo Pontifice pronuntiatum fuit, ideo melior fortè eſt reſponſio ſecunda ipſius Zabarell. quòd ſit in mala fide intelligendo tamen non quò ad titulum ſed quò ad ſolutionem. Nam cùm annua penſio nõ fuiſſet ſoluta erat in mala fide, quia non ſoluebat ꝙ promiſerat & debebat, ideo non iuuatur pręſcriptione, ſtante interpellatione facta, & non erat dubium de debito & ſolutione, aliàs ſtante curſu temporis 40. annorum dubio procul erat præſcriptum ſolutioni, ſaltem quò ad præteritas penſiones, vt infra dicam, & eſt tex.in cap. de quarta.de præſcript. quem text.ſi non ſaluaremus hoc modo, totaliter deſtrueretur ex ſolutione illa glo. vel eſſet magnus obex huic ſententiæ.

Ad rationem illam, quòd emphyteota non pręſcribat, quia ſit in mala fide, reſponderi poteſt, qđ illud procedit ſi iurauit ſoluere in termino, & non ſoluit, vel quando eſt interpellatus, & non ſoluit, & quando manifeſtè conſtat de iſta mala fide, & debito reſiduarũ penſionũ per authenticas probationes.gl.in d.l.quicunque.C.de apoc.pub. quia tunc etiam in conſcientia non eſſet tutus, nec vnquam faceret fructus ſuos. Imputetque ſibi dominus, qui poſt ceſſationem non vtitur iure ſuo, & remedio ſibi à lege dato. Et ſi dicatur, quod hac opinione admiſſa ſequeretur negligentiam emphyteotę illi ſeruire contra id, quòd vulgo dicitur, neminem ex improbitate ſua actionem conſequi, dico ſuam negligentiam compenſari cum negligentia domini, qui non curauit debito tempore cenſum petere, & emphyteotam interpellare, & punire.

Quibus rationibus motus, in cauſa Domini Abbatis Noualitij, & Cumianæ iudicaui deberi ſolùm fructus ceſſatos per tres annos ante litem conteſtatam, à reliquis abſoluendo emphyteotam. De qua ordinatione cùm pars conqueſta eſſet apud Senatum re diſcuſſa diſcrepantibus votis nihil fuit reſolutum. 1568. 15. Nouembris. Sed cùm eueniſſet iſte caſus in alia cauſa Hypporedię fuit determinatum iux. opinionem meam, & ſtante præſcriptione 30.annorum, tunc indubitanter ſolet Senatus ſi de liberatione ſolutionis diſputatur, abſoluere emphyteotam à penſionibus præteritis, & condemnare ad futuras: & ita plures cenſuit, vt dicam infra, & hoc iure nũc abſque vlla difficultate vtimur, etiamſi tractetur de cenſu eccleſiaſtico.

Vicinus volens prope communem parietem ædificare, an teneatur ſeruare formam l.fin.D.fin.regun.

DECISIO CXV.

1 *Aedificare volens prope parietem communẽ an teneatur relinquere ſpatium, de quo in l. fin.D.fin.regund.& numero 2.*

3 *Prope parietem communem licèt ædificare, dummodo ſocio non noceat.*

4 *Socius non poteſt canale iuxta parietem vicini apponere, quo illius paries deterioretur.*

IN pariete communi an liceat ædificare, dixi ſupra deciſ.23. & 41. Sed dubitatũ fuit an prope
1 parietem communem † volẽs ædificare domum teneatur relinquere duos pedes iuxta formam.l.fina. D. fin.regundor.& circunſcripta illa quæſtione an dicta l. fin. ſit correcta, vt quidam voluerunt, quoniam contrarium verius eſt, vt per Cępol. de ſeruitut. vrbanor. prædior. capitul. 40. nume. 2. Nicol. Valla de reb. dub. tracta.8.nume.15. Prima facie videbatur dicendum, quòd teneatur vicinus in communi pariete idem obſeruare, quia licèt paries ſit cõis tamen non eſt vicini ædificare volentis, & ideo cenſendus eſt vt alienus, cùm magis noceat qualitas nocibilis partis alienæ, quàm proſit qualitas iuuans partis alterius ædificare volẽtis, & iura quæ dicunt, poſſe vicinum ædificare iuxta, vel apud murum communem, intelliguntur per duos pedes, vt clarè dicit Ang. in l.quidam Iberus. colum. final. verſic. in glo. quæ incipit, vel ad parietem. D. de ſeruitut. vrbanor. prædior. & hoc videtur velle illa gloſſ.in fin.& eam ſequitur Barto.& Florian.

In contrarium videtur text. in dict. l. quidam
2 Iberus vbi † prohibẽtur admoueri communi pa-

rieti

rieti Tubuli ad balneariam pertinentes, quia murum offendant nimio igne, ſecus ergo in alio opere, & ædificio non nocibili, & ita ibi videtur velle Florian. in verſic. ſi tamen ibi ſolùm faceret tubam. volens, quòd quãdo ceſſat deterioratio poſſit admoueri: Ita vt ſi aliquid fiat, quod ſocio non
3 noceat, poſſit † inuito altero ſocius facere. l. fiſtulam. D. de ſeruitut. vrbanor. prædior. vbi camera, & ſcalæ amouibiles poſſunt prope parietem communem conſtrui, quod nota contra illos rixoſos vicinos, qui ne quidem trabem, aut lapides iux. communem parietem pro commoditate ſocij apponi permittunt, qua de re vide Franciſc. Marc. quæſt. 502. vbi loquitur de muro proprio, & quæſtione 503. & cum hac poſteriori opinione videtur reſidere Neuizan. conſil. 65. numero 21. vbi dicit ita fuiſſe per duas conformes ſententias determinatum, & quando murus eſt communis non cogi ædificantem illud ſpatium intermittere tenet Nicol. Valla de reb. dub. dicto tracta. 8. num. 15. circ. fi. principij, & ita cenſuit Senatus in quadam cauſa Vercellen. 5. Maij. 1569. referente D.
4 Enuiarum, nõ autẽ † licebit ſocio ponere canale in muro cõmuni, per quod murus ex humiditate deterior reddatur, vt per eundem Marc. quæſtio. 498. nu. 5. & 13. par. prima. Nec ipſum murũ communem aliquo modo debiliorem reddere ita, vt ruinę periculum immineat, & ita cẽſebat Senatus in cauſa Tabatij Taurinenſis referente D. Senat. Ozaſco 17. Decembris. 1589. meliorem verò illum reddere poſſet. l. quidam Iberus. §. final. in l. fiſtulam. D. de ſeruitut. vrban. prædior. l. Sabinus. vbi glo. D. communi diuidun.

Coloni Eccleſiæ an ſint immmunes à collectis ratione partis colonicæ latè diſcutitur, & diſputatur in vtranque partem.

DECISIO. CXVI.

1 *Eccleſia eſt immunis à collectis ratione ſuorũ prædiorũ.*
2 *Coloni laicorum non ſoluunt collectas pro illorum parte colonica.*
3 *Collecta regulariter imponitur perſonis pro rebus.*
4 *Coloni Eccleſiaſticorum ſunt immunes à collectis, ſed contra num. 8.*
5 *Collecta imponitur ratione fructuum.*
6 *Emptores fructuum eccleſiaſticorum tenentur pro eis ſoluere gabellas.*
7 *Immunitatis priuilegium ſtrictè interpretatur.*
9 *Collecta in fraudem eccleſiaſticorum non poteſt imponi.*
10 *Coloni poſſunt compelli pro ſua negotiatione, & pro rata fructuum ad collectas.*
11 *Vna res poteſt diuerſo iure aliquando cenſeri.*
12 *Text. in capitul. eccleſiarum ſeruos. 12. quæſtio. 2. declaratur.*
13 *Coloni eccleſiæ non gaudent immunitate rebus impoſita.*
14 *Doctores multi in materia collectarum an ab illis coloni eccleſię ſint immunes declarantur.*

COLONI Eccleſiæ dicebant ſe exemptos, & immunes à ſolutione collectarum ratione partis colonicæ illis impoſitarum: dubitatum fuit, an hoc verum eſſet, & multa hinc inde propter difficultatem iſtius quæſtionis adducta in facti contingentia fuerunt. Et in primis pro immunitate, & in fauorem colonorum
1 allegabatur, quòd cũ † eccleſia non teneatur pro ſuis prædijs ſoluere. l. placet, vbi Doctores. C. de ſacroſan. eccleſ. capitul. non minus. de immunitat. eccleſiar. ita nec ipſi deberent teneri, aliàs per indirectum compelleretur eccleſia, & fieret fraus legi. confirmatur hoc ex regula, quæ habet quòd coloni clericorum gaudent fori priuilegio, de qua dixi latè ſupra deciſion. 22. poſt D. Ozaſc. deciſio. 32.

Secundò adducebatur, quòd coloni etiam lai-
2 corum non poſſunt compelli † pro parte colonica, quia ſolutio collectarum non eſt pro fructibus, ſed pro prædijs. Alexan. conſilio 37. colum. pen. libr. 4. & conſilio 4. libro 5. Curt. ſen. conſilio 36. Bellon. conſilio 27. numero 8. 9. & 10. & latè per Natt. conſilio 409. numero 5. imo ſi ſolueret repeteret à domino, vt ibi per Natt. poſt Bald. in l. 1. colum. 2. C. de iur. emphyt. & ſtatutum tale eſſet iniquum. Bartol. & Bald. in l. colonos. C. de agricol. & cenſ. Hancque opinionem quo ad colonos laicorum vti æquiorem tenuit D. Ozaſc. deciſio. 83. & ita vt ipſe teſtatur fuit ſequutus Senatus, licèt alij quos idem Ozaſc. refert tenuerint contrarium.

Tertiò pro hac parte videtur ſtare text. in cap. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2. vbi prohibetur exactoribus ne ſeruos Eccleſiarum ad onera cõpellant, cui conuenit alius text. in capit. generaliter. §. nouarum. 16. quæſt. 1.

Quartò, quia impoſitio collectarum regulari-
3 ter ſolet fieri † perſonis pro rebus earum. l. reſcripto. §. fin. D. de muner. & honor. ſed in caſu iſto perſona Eccleſiaſtica eſt immunis, res etiam ſunt eccleſiaſticæ, & immunes, ergo non poſſunt grauari coloni pro parte colonica, quia aliàs exemptio eccleſiaſtica non conſeruaret dominos immunes niſi pro dimidia, id eſt pro parte dominicali, & non debent eædem res diuerſo iure cenſeri. l. cum, qui ædes. D. de vſucap.

Et pro hac opinione non deerant authorita-
4 tes: nam illam ſequutus † eſt Bartol. in l. placet, in fin. repetit. C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi Parpal. nume. 74. & Batt. ſequitur Abb. conſilio 9. libro 1. Grat. conſilio 130. libro 1. vbi latè pro hac parte conſuluit. Natt. conſilio 409. per totum, vbi reſpondet ad Federic. de ſenis tenentem contrarium in conſilio 111. & poſt eum Alciat. Bero. & alij multi Doctores, qui ſe ſubſcripſerunt illi conſilio Grati, & videtur de mente Bald. in l. 1. 3. notab. C. de epiſcop. & cler. Ægid. Tomati in tracta. de collect. §. videndum. numero 8. vbi reſpondet ad contrarias rationes. Nicol. Feſtas. de æſtimo. numero 50. & ſequen. Burſat. conſil. 25. per totum. libr. 1.

In fauorem tamen communitatum, & contra
colonos adducebatur primò, quòd ſeparatorum
ſeparata debet eſſe ratio, ſed fructus, qui percipiũ-
tur à colonis pro ſua parte ſunt ipſorum colono-
rum, & quid temporale, ergo pro illis debent tene
5 ri, eoque magis, quia † collecta illi imponitur, qui
fructus percipit, & pro omni fructu ſoluitur col-
lecta. Alb. conſilio 40. numero 7. Rolan. conſilio
66. numero 29. libro 1. Crau. conſilio 497. numer.
5. libro 3.

Secundò, quòd emptores fructuum Eccleſia-
6 ſticorum pro illis † tenentur ſoluere gabellas.
Archid. in capit. vltimo. de cenſib. libro 6. Berta-
chin. de gabell. part. 7. quæſt. 7. ergo tenebuntur
coloni pro rata fructuum ſuæ partis colonicæ
ſoluere.

Tertiò mouet, quia priuilegium immunitatis
eſt ſtricti iuris. c. priuilegia, & cap. odia. de reg. iur.
7 libr. 6. ideo † ſtrictè debet interpretari, vt ſolùm
concernat beneficium eccleſiaſticorum non au-
tem laicorum colonorum, quia ſi ipſi eximeren-
tur, illorum eſſet principale commodum.

Quartò pro hac opinione adducitur dictum
Bal. in auth. ſed periculum. in fin. C. ſine cen. vel re-
8 liqui. & clarius in terminis † hanc partem tenue-
runt Feder. de Sen. conſil. 111. an diocclanus. num.
9. Bertachin. de gabell. dicta par. 7. quæſtio. 7. Ge-
minian. in cap. quanquam. in fin. de cenſib. lib. 6 &
ibidem Franciſc. Aretin. in l. placet. in 3. colum.
verſicu. capio. glo. in verbo extraordinarium. C. de
ſacroſan. eccleſ. Io. de Plat. in l. Senatorum. C. de
dignita. Brun. in tracta. de ſtatu. excluden. fœmin.
articu. 8. quæſtio. 12. colum. 3. verſicul. & pro hac
parte, & in fi. illius quæſtionis. Aegid. Boſſ. de prin-
cip. nume. 121. Ferrer. de gabell. numero 537. & vi-
detur de mente Innocen. in cap. non minus. de im-
munit. eccleſiar. & ibi Abb. nume. 14. verſicul. vel
ſecundo. vbi volunt, ꝙ coloni teneantur ad quæ-
dam munera, à quibus eccleſia eſt exempta, &
quòd pro parte colonica omnino teneantur, vo-
luit Remig. Gonni. in tractatu de charitatiuo ſub-
ſidio. quæſtio. 61. num. 10. & ſequen. Rip. in tracta.
de peſte, prima par. 3. par. quæſtio. 15. & ego hanc
opinionem receptiorem video, & veriorem ac
æquiorem arbitror: ſpecialia enim non ſunt mul-
tiplicanda. l. 1. C. de dot. promiſſ.

Ad allegata in contrarium facilis eſt reſponſio:
& ad primum dicitur, quòd non eſt admitten-
dum, vt per indirectum grauetur eccleſia, prout
eſſet ſi coloni eccleſiæ ad aliqua onera compelle-
rentur, ad quæ alij coloni laicorum non teneren-
9 tur, tũc enim cenſeretur † fieri in fraudẽ, & nõ ad-
mitteretur, vt in terminis dicit Federic. de Sen.
dicto numero 9. & illud dictum Federic. refert,
& ſequitur Iaſ. in l. 1. numero 10. C. de indict. vi-
duita. tollen. & quando vltra modum vellet do-
minus temporalis grauare, Epiſcopus hoc non
ſuſtinebit. Geminian. in capitulo quamquam. in
fin. de cenſib. ſed quando hoc non fit in fraudem,
& non grauantur coloni eccleſiæ vltra modum,
& vltra formam aliorum colonorum, certè non
poſſunt ipſi, vel eccleſia conqueri per rationes ſu-
pra adductas: & ad regulam illam, quòd coloni
eccleſię gaudeant illius priuilegio, reſpondetur il-
lud eſſe verum in colonis, & famulis perpetuis
non in partiarijs, & contraria opinio eſt recepta,
vt dixi ibi num. 4. in fin.

Ad ſecundum reſpondetur verum eſſe, quòd
coloni non tenentur ſoluere pro prædio domini,
10 † ſed pro ſua negotiatione, vel pro rata fructuũ
ſuorum bene poſſunt teneri. Luc. de Penn. in l. fin.
C. de quib. muner. nemi. lic. ſe excuſa. quæſt. 17. &
in l. fin. C. de fund. limitrof. Iaſ. conſil. 109. libro 1.
Bart. in l. 1. C. de annon. & trib. Federic. de Sen. dict.
conſil. 111. Io. de Platea. in l. nemo. C. de dignitat.
Geminia. in dict. cap. quamquam. de cenſib. Berta-
chin. de gabell. par. 7. quæſtio. 6. in clemen. fi. col. 2.
de cenſib. Natt. dict. conſil. 409. numer. 1. & 6. præ-
ſertim ſi talis eſt regionis conſuetudo, prout præ-
ſupponebatur in facto eſſe in patria Vercellarum,
de qua conſuetudine teſtatur D. Ozaſc. dict. deciſ.
83. in fin. Nec obſtat ſi fortè dicatur, quòd colo-
ni non dicuntur habere fructus ex lucro, cùm po-
nant operas ſuas, quarum loco cedunt fructus,
quia reſpondetur, quod ſuarum operarum ratio
habenda erit in taxu collectarũ, vt in ſimili dicit
Imol. in clemen. 1. de decim. numer. 14. verſicul. ſi
autem ſint cenſuales. Ozaſc. dicta deciſ. 83. nume-
ro 7. & 8. item ſi ipſi ponunt operas, Domini po-
nunt prędia, & tamen laici domini tenentur: non
erit igitur abſonum, quòd illi teneãtur in aliquo
iuxta lucri ſui qualitatem, & hoc modo poteſt re-
ſponderi ad rationem Abba. in dicto conſilio 9.
circa fi. libr. 1. Præterea non eſt inconueniens, quòd
11 † vna res diuerſo reſpectu, diuerſo etiam iure cen
ſeatur, ex diuerſitate ſcilicet rationis, & cauſę: ideo
coloni tenentur pro vna re ad decimas, licèt pro
eadem domini non teneantur. gl. ſingular. & com-
muniter approbata in clemen. 1. de decim. in ver-
bo excolendus, quam in his terminis pro reſpon-
ſione ad regulam. l. cum qui ædes. citat Socin con-
ſil. 268. in principio. ſicque intelligenda eſt dicta
deciſ. 83. Domini Ozaſc.

Non obſtat text. in dicto capitulo eccleſiarum.
12 tertio loco adductus, quia reſpondetur, quòd † il-
le tex. loquitur in ſeruis, qui ſunt ſub dominio ec-
cleſiæ, ſecus verò eſt in colonis non ſeruis, & ita
reſpondet Federic. d. conſil. 111. & Abb. in dicto
capitulo non minus. numer. 14. verſiculo, vel ſe-
cundo. Grammanc. in ſimili conſil. 102. numero
15. inter ciuilia.

Ad quartum reſpondetur, quòd iſta ſunt ſepa-
rata, colonus, & eccleſia, ſeu prædia, & perſonę
eccleſiaſticæ, vt dicit idem Federic. & licèt colo-
ni grauentur, non tamen grauatur eccleſia in præ-
dijs, vel perſonis, ſed pro rata fructuum colonis
pertinentium, vt dicunt Franc. & Geminia. in
dicto capitulo quamquam. & quando onus eſt
reale prout eſt collecta principaliter, quæ imponitũ
13 pro rebus, † tunc coloni non gaudẽt immunitate,
vt in ſimili de decima dicit Ferret dict. tracta. de
gabell. numer. 528. & eſt elegans deciſio Rotæ in
antiquis ſub titul. de decim.

Denique non obſtant authoritates in contra-
rium

rium allegatæ; quia contrariam ſententiam te-
nuerunt alij non minoris authoritatis, & pon-
14 deris Doctores. Præterea † Bartol. in loco citato
bene intellectus facit pro opinione iſta: loqui-
tur enim, quando vltra modum grauantur colo-
ni in fraudem eccleſiæ, vt dictum eſt ſupra in re-
ſponſione ad primum obiectum; & eodem mo-
do reſpondetur ad opinionem Parpal. qui ſimpli-
citer ſequitur ibi Bartol. imò Parpal. dicit verum,
quod Bartol. non determinat expreſsè hanc quæ-
ſtionem, & ipſe magis reſidet in contraria ſenten-
tia, inſpecta ratione, & authoritate Federi. quam
in fine illius numeri allegat, & ideo Parpal. be-
ne citatur ab omnibus pro hac parte. Abb. au-
tem in dicto conſilio 9. in fin. loquitur. quando
fit impoſitio pro oneribus patrimonalibus, &
pro rebus poſſeſſis, ſecus vero in caſu noſtro, vbi
imponitur collecta pro onere perſonali, vel pro
lucris, & trafigo. & ideo idem Abb. in conſilio 51.
numero 3. libr. 1. non audet illam opinionem fir-
mare, quòd iſti ſerui laici fruantur priuilegio ec-
cleſiarum, imò quòd non fruantur cenſuit Se-
natus in dicta deciſ. 12. Gratus verò videtur po-
tius cauſæ ſuæ, & pro ſuo intereſſe in cauſa pro-
pria inſeruijiſſe, quàm veritati. & gloſſ. quam ip-
ſe allegat in clemen. 1. in verbo. excolendas. in
fin. de decim. loquitur quando priuilegium exem-
ptionis eſt in rem, & imponitur onus rei, ita vt
ſecus ſit quando imponitur onus perſonæ, quia
tunc pro ſua portione coloni tenebuntur. Et
ſi gloſſ. aliter ſentiret, non eſſet communiter ap-
probata, vt dicit Grat. ſed potius reprobata per
ea quæ ſupra dixi. Et illa gloſſ. loquitur in de-
cimis, quæ debentur ratione prædij, ſecus ſi ra-
tione fructuum, vt etiam loquitur Abb. in ca-
pitul. ex parte il primo. colum. 2. de decim. volens
quod colonus partiarius, teneatur ad decimas pro
parte fructuum ab eo perceptorum, poſt Fede-
ric. dicto conſilio 111. nume. 10. Socin. conſil. 268.
colum. 1. dicens communem. Ad authoritatem
Natt. reſpõdeo, quòd loquitur fundando ſe in ca
ſu, quando grauantur coloni non pro ſuo lucro
fructuum, vel trafigo, ſed pro poſſeſſione & præ-
dio, tunc enim cùm poſſeſſio, & prædium non ſit
coloni, iniquum eſt ſi compellantur ad collectas
etiamſi eſſent coloni laicorum. Præterea ibi Nat.
reſpondendo ad Federic. intelligit procedere quan
do eſt onus concernens fructus, & rem ipſam. At
nos etiam intelligimus, vt talis ſolutio fiat ratione
rei, ideſt fructuum, non autem rei ideſt prædij
eccleſiaſtici & patrimonij. Non ob. vltimo au-
thoritas Burſ. quia vltra, quòd dici poſſet illius opi
nionem veram non eſſe ex ſupradictis, reſponde-
ri poterit illum loqui in ſpeciali priuilegio, & de
immunitate rebus ipſis non perſonæ conceſſa, vt
per eundem ibi nume. 5. Accedat, quòd hic agitur
de taxu, quod ſuccedit loco ſalis, ad cuius ſolutio-
nem omnes indiſtinctè tam eccleſiaſtici quàm lai
ci tenerentur, cùm capiant ipſi, & eorum beſtiæ
ex ipſo ſale commodum & beneficium, & ſecun-
dum naturam ſit, vt qui habet commodum ſen-
tiat etiam incommodum, ideo res magis remane
bat extra difficultatem.

Facta igitur omnium prædictorum iurium, &
rationum matura diſcuſſione, & rei veritate dili-
genter penſata, poſt multas diſputationes, & li-
brorum reuolutiones, tandem Senatus cenſuit eſ
ſe compellendos colonos monacorum, & ec-
cleſiaſticorum ad collectas pro illorum parte co
lonica tãtum, & pro eorũ beſtijs, ita tamen quòd
non compellantur in plus quàm alij coloni laico-
rum, ne in fraudem eccleſiaſticæ libertatis hoc fie
ret. Sed ſi monaci, & eccleſiaſtici vellent habere
famulos, & boues, & ipſi ſuis bobus agros cole-
re, tunc ſint immunes, & non poſſint collectari.
& ita fuit iudicatum in cauſa Vercellenſi, contra
Reuerendos monachos Sancti Andreæ, canoni-
cos regulares. 1569. 20. Decembris. Quid verò di-
cẽdum ſit de emphyteota eccleſię, vide D. Solam
in commentar. ad decre. Sabaud. titu. de iur. em-
phyteo. gloſſ. 2. 3. par. in fin. vbi latè hoc exa-
minat.

Poſſeſſorij cauſa matrimonialis an coram laico iudice tractari poſſit.

DECISIO CXVII.

1 *Poſſeſſorij cauſa poteſt coram iudice laico tractari.*
2 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere de cauſa matrimonij in poſſeſſorio. & nume. 4.*
3 *Matrimonialis cauſa etiam poſſeſſoria habet mixtam ſpiritualitatem.*

1 POSSESORII cauſa † tracta-
ri põt coram laico, vt per Guid.
Pap. quæſtio. 1. & ita vtitur hoc
iure Senatus, vt habetur inter
deci. Senatus Pedemõtani apud
D. Ozaſc. deciſ. 116. & dixi ego
latius ſupra deciſ. 82. per totam,
quicquid voluerit Afflict. in contrarium in conſti-
tut. Neapol. libr. 1. rubr. 67. num. 9. & 12. Sed quæ-
ro an idem ſit in cauſa poſſeſſoria matrimoniali,
2 vt de ea † iudex laicus poſſit cognoſcere. & ſit cõ-
petens, puta quando maritus petit vxorem, quæ
diuertit, vt ad ſe redeat, intentando remedium
ſpoliato competens? Pro eccleſiaſtico facit gloſſ.
in capitu. ex tranſmiſſa. in verbo. & ab eo. de reſti-
tut. ſpoliat. quæ vult, quòd qui agit ad reſtitutio-
nem probet deſpõſationem, & copulam, & quòd
hoc poſſeſſorium non habet naturam aliorum, &
nõ ſufficit ſola poſſeſſio, quia non põt haberi ſine
iure, & legitima deſponſatione: in alijs autem ſuf-
ficit titulus coloratus, vnde non poterit ad inſtar
alterius poſſeſſorij iudex laicus cognoſcere.

Secũdò pro hac opinione facit, quòd dicit An-
ton. de Butr. in cap. literas. de iuram. calumn. & in
cap. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpoliato. quem
refert Igne. in l. Neceſſarias. §. non aliàs. par. 2. nu-
mero 2. Ad Syllanian. vbi dicitur, quòd cauſa

3 † matrimonialis etiã poſſeſſoria habet mixtã cau-
ſam ſpiritualitatis, ideo iudex laicus eſt incapax,
& ipſe non poteſt in cauſa matrimoniali cogno-
ſcere, vt per Afflict. in conſtitut. reg. lib. 3. rubr.
48. & numer. 6. & 8. quinimo poſſet iudex eccleſia-
ſticus eo caſu inhibere iudici laico ne de illa cau-
ſa cognoſcat, vt per Angel. de Vbal. inter conſil.
matrimonial. varior. conſil. 44. num. 57. & 60. lib. 1.
& per Plot. ibidem conſ. 87. num. 15.
Ex aduerſo verò, quod imo iudex laicus ſit
4 competens, † allegabatur regula generalis, de qua
ſupra dicta deciſ. 82. & ad author. glo. & Butr. re-
ſpondebatur, quòd ipſi loquuntur in quolibet
poſſeſſorio tam cauſæ matrimonialis quàm alte-
rius, & tamen contra eos communis eſt in con-
trarium, vt demonſtrat Ign. in dicta repetit. §. non
aliàs. part. 2. numer. 12. vbi diſputat per multas co-
lumnas hanc quæſtionem, dicens iudicem laicũ
eſſe capacem in quocunque poſſeſſorio etiã adi-
piſcendæ. vt ibi num. 17. verſiculo ex aduerſo. Itẽ
ad illas rõnes ſupra adductas vnico verbo reſpon-
deri poteſt, quod iudex laicus non eſt competens
in cauſa martimoniali, quia nõ poterit de illa prin
cipaliter cognoſcere, ſed bene incidenter, ad nota.
in cap. intelleximus. de ordi. cognit. & tenet An-
ton. Franciſ. de Doctorib. in eodem lib. 1. conſilior.
matrimon. conſi. 68. num 27. ſicut incidenter om-
nes vno ore Doctores admittũt, vt cognoſcendo
de cauſa poſſeſſoria eccleſiaſtica cognoſcat de ti-
tulo, & cum hac opinio in cauſa matrimoniali vi-
detur tranſire P. de Ancharan. in cap. eaque. num.
11. ſub quarta quæſtio. de reg. iur. libr. 6. & ex his
Senatus in ſimili articulo cùm vir peteret à ſoce-
ro vxorem quam retinebat, & vxor peteret cau-
ſam eccleſiaſtico remitti, cenſuit per ordinationẽ
cauſam in hoc emergenti eſſe retinendam. 1586.
10. Martij. In cauſa Bugellen. inter Ferrerium, &
Conſtantinum.

Infantem expoſitum alere quis teneatur. & quis ei ſuccedat.

DECISIO CXVIII.

1 *Infantem expoſitum alere tenetur eccleſia, ſi non extat hoſpitale.*
2 *Infanti expoſito princeps, vel vaſſallus an de alimentis prouidere debeant.*
3 *Communitas an teneatur expoſitum alere.*
4 *Noua opinio ad quem ſpectet expoſitum alere.*
5 *Infanti expoſito quis ſuccedat.*

INFANS expoſitus fuit, quæ-
rebatur quis teneretur illum
alere: & cum hæc quæſtio con-
trouerteretur in Senatu, Domini
erant diſcordes, & in varia opi-
1. nione. Nam quidam † vole-
bant hoc onus ſpectare eccle-
ſiæ, per doct. Iacob. de Sancto Georgio in l. hæres
abſens. §. ſi quis tutellam. numer. 41. D. de iudit. qui
pro hac opinione allegat Abba. in cap. 1. numer. 3.
de infantibus expoſit. cuius dictum nouiſſimè ſe-
quitur Domi. compater meus Antonius Sola in
commentar. ad decreta anti. Sabaud. titulo de ca-
ptur. debitor. pro cauſ. ciuil. ib. gl. vnica 3. par. num.
8. & hoc ſi non extat aliquod hoſpitale, tunc enim
hoſpitali ſpectat hoc onus, gloſſ. 1. in capitul. fin.
87. diſtinct.
Alij verò dicebant hoc onus ſpectare Principi,
2 vel vaſſallo, † qui eſt dominus loci vbi infans ex-
ponitur, quia cùm princeps ſuccedat in bonis va-
cãtibus. l. 1. C. de bon. vacan. Bal. in l. ſi qua illuſtris.
ad Orfician. & ſic ſuccedere debeat iſtis, qui non
habent conſanguineos cognitos, meritò illi etiam
ſpectabit ius alendi. argumento l. quo tutella, & l.
ſecundum naturam. D. de reg. iur.
Tertia erat opinio illorum, qui dicebant
3 hoc onus ſpectare † communitati ea ratione,
quia cùm tales expoſiti dicantur filij populi, iux.
illud.

Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis,

Ob idq; vulgo quæſiri dicantur, ideo ad vniuer-
ſitatem tãquam matrem dictorum filiorum hoc
onus ſpectare debebat.
4 Ego verò eram in † noua opinione, quòd tale
onus ſpectare deberet vniformiter ad eccleſiam,
vaſſallum, & communitatem, quia cùm hoc ſit
ex pia cauſa, & pro elemoſina, ad quam eccleſia,
vaſſallus, & populus tenentur, ad illos etiam dẽt
hoc onus ſpectare, & vnicuique pro rata faculta-
tum ſuarum, pro qua opinione reperi conſonare
Nouell. Iuſtin. conſtit. 153. de infantib. expoſi. verſ.
quin ſancimus. vbi vult iſtis infantib. eſſe ſubuenië-
dum ab Archiepiſcopo, & à tota illi ſuppoſita ec
cleſia, quod ego interpretor, omni fideliũ cõgregatio-
ne tam laicorũ, quàm clericorũ, & etiam ab ipſo
magiſtratu laico, cum etiam præfecto præcipiat,
vt illis opem ferat, & in hanc opinionem conue-
niebant omnes aliæ ſupra relatæ.
Tandem viſum fuit maiori parti dominorum
ita iudicare, quod ſi extet in loco hoſpitale, ad illius
curam ſpectet hoc onus, per gl. in d. cap. fin. 87.
diſtinct. ſin minus teneatur rector eccleſiæ infan-
tem alere: quòd ſi rector non habeat ad id ſuffi-
cientes facultates, tunc omnes concurrant pro ra-
ta facultatum, videlicet rector, vaſſallus, vel Prin-
ceps, & communitas iuxta dictam auth. in cau-
ſa Aſprimontis. 1570. 21. Ianuarij. Imò indiſtinctè
iterum cenſuit hoc onus ſpectare ad rectorem lo-
ci in cauſa communitatis Iaueni, contra procu-
ratorem fiſcalem Illuſtriſſimi Guidonis Ferrerij
Cardinalis Vercellen. mei conſobrini Abbatis il-
lius loci, de qua etiam ſententia meminit D. Sola
in ſupradicto loco, præſertim ſi rector habet ad id
ſufficiẽtes redditus. Verùm hoc caſu exiſtimo Se-
natũ ea ratione motũ, quod Illuſtriſſimus Cardinalis
illic haberet opulẽtiſſimas facultates, quarũ bonã
partem in pauperum alimenta expẽdere ſolebat.
Cęterum in alio caſu exiſtimarem eſſe iudici pię-
ſertim

ſertim verò Senatui arbitrariũ ordinare, quid pro loci quantitate exiſtimandum eſſet, & in dubio vt omnes in hoc pium opus concurrerẽt ex ratione ſupra adducta, vt quod à multis portatur pondus minus omnes grauet.

Cæterum nota hic ad præſentẽ materiam durum videri, quòd is, qui pietatis cauſa expoſitum recolligit, & alit non poteſt alimenta repetere niſi in caſibus, de quibus per Abb. & alios in dict. cap.
5 1. de infantibus expoſ. nec † etiam illi ſuccedit ab inteſtato, vt per Hoſtien. & Zabarell. in dict. cap. 1. per tex. in l. nutritoribus. C. commu. de ſucceſ. ſed illi ſuccedit eccleſia, quæ erogat bona in pias cauſas. auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ. Iacobin. de Sancto Georg. in l. 1. C. de bon. vacan. libr. 10. vnde bene ipſa nutrire tenetur cùm ſuccedat, vt qui ſentit commodum, ſentiat & incommodum.

Frater an pro debito ciuili poſſit ad inſtantiam fratris carcerari, & detineri.

DECISIO CXIX.

1 *Frater an fratrem pro debito ciuili poſſit arreſtare.*
2 *Frater dicitur ferè alter.*
3 *Glo. in l. verum, in principio. D. pro ſoc. examinatur.*

FRATER Fratrem carcerari, & detineri facere pro debito ciuili intendebat, & pro eo ſupplicem libellum nobis in Senatu porrexerat:
1 † dubitatum fuit an id eſſet fratri poſtulanti concedendum. Quæſtio hæc mihi viſa fuit pulcherrima, & notanda tanquam peregrina, & illam in ſpecie tangit nouiſſimè Gaſpar Beatius Hiſpanus in tracta. de inope debito. cap. 17. numer. 80. & ſequen. vbi diſputat in vtranque partem, & tandem concludit poſſe fratrem ad inſtãtiam fratris arreſtari, reprobata aliquorũ diſtinctione, qui voluerunt diſtinguere inter vterinum, & alium; ſed illius opinio durior mihi viſa eſt quã quæ in iuditijs obſeruetur, & propterea Senatus in cauſa Boctorum reſcripſit poſſe quidem conueniri fratrem inſolidum non tamen carcerari ad fratris inſtantiam. Pro qua ſententia ad confirma-
2 tionem reſcripti facit in primis, † quòd frater dicitur quaſi ferè alter, & crudelis ille eſt, qui carnem ſuam odio proſequitur. capitul. non æſtimemus. 13. quæſt. 2.

Secundò, quia ſocius conueniri non debet, niſi in quantum facere poteſt, quia loco fratris eſt, ergo idem in fratre. l. verum, in principio, D. pro ſoc. quia iuxta dictum philoſophi propter quòd vnũquodq;. & illud magis tale auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. & quamuis gloſſ. ibi dicat fratrem in hoc non eſſe ita priuilegiatum, vt eſt ſo-
3 cius, & eam † glo. notab. dicant, & ſequantur Petr. Iacob. Butrigar. Rainer. Bart. Bald. Alberi. qui dicit communem, & Salic. in dict. l. verum, & ibidẽ Fulgo. qui dicit omnes doctor. excepto Iacobo de Rauen. cum illa gl. trãſire: & certè illa gl. communiter approbatur, & eã etiã ſequitur. P. de Vbaldis de ſocieta. par. 15. colu. 2. Iaſ. in §. ſed & ſi quis cum parente. num. 4. inſti. de act. tamen illa videtur dura, & deſtruere illum text. & contra opinionem glo. tenuit Iacob. de Rauẽna, quem ibi citat Alber. & etiam Io. Faber. in dict. §. ſed & ſi quis cũ parente. Addo ego, quòd contra illam faciunt verba text. ibi.

Cum ſocietas ius quodãmodo fraternitatis in ſe habeat.

Nam comparat ibi Vlpianus ſocietatem fraternitati, vnde non debet eſſe melior comparatio comparato, & non negat Accurſ. ibi quin frater ſolùm conueniatur in quantum facere poteſt, & non vltra. Aliàs etiam rationes ponit Alberic. quarum alteram repetit Io. Fab. in d. §. ſed & ſi quis cum parente, nempe, quòd frater tenetur alere fratrem ſi non habet vnde ergo non debet conuenire fratrem in plus quàm facere poteſt, & eadem ratione hoc tenet Aretin. in dicto §. quamuis reſtringat in fratre vtrinque coniuncto.

Nec obſtat huic opinioni contra glo. quod de fratre non loquuntur iura præſertim tex. in dict. §. ſed & ſi quis. quia reſpondetur, quòd cum hæc extenſio conueniat æquitati & bonis moribus, ideo fienda eſt, vt in ſimili dicit Io. de Plat. in d. §. ſed & ſi quis. dum extendit id, quod dicitur de ſocio ad canonicos, & alios, qui ſunt in eodem collegio, & quod hæc extenſio fiat ex æquitate dicit text. in l. non tantum. in fi. D. de re iudic.

Minus ob. quæ Beat. ſcribit in ſupra citato loco, quia vltra, quod non bene reſpondet ad conſi. Bal. quem allegauit, illius ratio non eſt concludens, dũ voluit ſocium liberari, & fratrem non, quia hoc eſt contra naturalem æquitatem, & eſſet melioris conditionis conſtituere ſociũ quàm fratrem contra mentem ipſius. l. C. in d. l. verum. & quamuis leges de hoc non dicant, tamen præſumẽdum põ eſt illas voluiſſe hoc beneficium fratri negare, cũ benignæ ſint l. benignius. D. de legib. præſertim verò inter nos Chriſtianos, inter quos inter fratres charitatis exuberantia maior exigitur, iux. illud Malach. 2. *Quare ergo deſpicit vnusquiſque veſtrum fratrem ſuum.* & Machabeorum 12. vbi ſocietatem fraternitatem appellat, & Paul. ad Roma. c. 12. *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes*, & alibi; *Nemo ſupergrediatur in negotio fratrem ſuum, neque vrgebit eum quaſi exactor, & ſimilia.*

Emphiteota quando valeat, & poſſit petere retractari canonem, quod pro re emphiteotica ſoluit.

DECISIO CXX.

1 *Emphyteotica penſio excedens in 25. annis valorem prædij emphyteotici retractari debet.*
2 *Emphyteota intentas læſionem, & remedium l. 2. C. de reſcinden. vendit. quid agere, & probare debeat.*

Emphy-

1 EMPHYTEOTA Retractari canonem petebat vti nimis exceſſiuum. † Dictum fuit debere retractari ſi excedebat in 25. annis valorem prædij emphyteotici, & tanto magis ſi annis 10. auth. de eccleſiaſt. titu. §. ſi vero loca. & de non alien. aut permutan. reb. eccleſ. §. ſi vero alicuius. §. dudum. & § quia verò leonis. glo. fin. in auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccleſ. Alexan. conſil. 74. nume. 6. lib. 1. glo. in capit. cum cauſa. de teſtib. & ita cenſuit Senatus in cauſa fratrū Santi Dominici de Claraſco, & Rachę, vbi pro decem iugeribus alteni, prati, & nemoris ſoluebantur ſachi quinque frumenti, quouis caſu non obſtante, ac cùm alijs pactis, & reduxit ad ſachos tres cùm dimidio, data tamen electione fratribus reſcindendi emphyteoſim ſi nolebant acceptare dictam reductionem, & hoc illa ratione deciſum fuit, quia præter id, quod cenſus annuus erat magnus, ita vt correſpōderet fructibus imò quaſi excederet, emphyteota ſoluerat introgium, & multa pacta in illius odium appoſita fuerant, quæ valde grauabant emphyteotam, ita vt potuiſſet dici valde læſus, & quamuis læſio non eſſet vltra dimidiam, tamen quia facta fuerat ab eccleſia, quæ eſſe debet iuſtitiæ cultrix, & in ea debet ſuperabundare bona fides, per ea quæ allegat Cagnol. in l. 2. C. de reſcinden. vendit. nume. 10. fuit habita conſideratio talis læſionis etiam minoris.

Cęterum cum d. l. 2. habeat locum etiam in cōtractu emphyteotico, vt dicit latè idem Cagnol. poſt alios per eum citatos in dicta l. 2. numero 203. quem ibi ſequitur Arius Pinell. prima par. capitu. 3. numero 37. vbi in fin. tradit qualiter iſtius lęſionis æſtimatio facienda ſit, deberet vt poſſit
2 † emphyteota petere reductionem penſionis, probare, quòd penſio eſt maior, quàm ſint omnes fructus etiam vltra dimidiam, prout in locatione conſiderant Doctores ibi, tunc enim penſio reducitur ad æquitatem, quia aſſimilatur locationi, imò potius videtur locatio, vt per Cagnol. dicto numero 203. & Alciat. in l. 2. §. nam ſi aliud. D. ſi certum petatur. poſt Roman. & Picum per eum citatos. In qua habenda erit ratio pactorum in contractu emphyteotico appoſitorum per quæ fit penſio leuior, vel grauior, vt in caſu propoſito fratrum Sancti Dominici. Et facilius etiam reducitur hæc penſio in emphyteoſi, quàm in ſimplici locatione, quia locatio cùm ſit temporaria minus poteſt grauare conductorem, ſed cùm hæc emphyteoſis ſit perpetua, in multiplicatis ſolutionibus penſionum perpetuarum magis emphyteota grauatur. Et ſolet etiam fieri reductio ad æquitatem, quando res tractu temporis iniqua redditur, per tex. ſingularem in l. cùm quidam. D. de vſur. & dicam infra deciſ. 226.

Donatio, quæ ex diſpoſitione. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. natiuitate filiorum reuocatur; an per tacitum donantis non reuocantis conſenſum poſt natos filios confirmata cenſeatur.

DECISIO CXXI.

1 *Donatio an reuocetur, & illius reuocatio ad hæredes tranſmittatur, ſi pater filijs natis donationem non reuocauit, & paſſus eſt donatarium re donata frui. & nume. 2. & 6.*

3 *Donatio in ſpecie l. ſi vnquam. reuocata cenſetur ex præſumpta mente donantis.*

4 *Pater non cenſetur mutaſſe teſtamentum, ſi poſt natum poſthumum illud non reuocauit.*

5 *Donans ſi de liberis cogitet facit ceſſare diſpoſitionem l. ſi vnquam.*

7 *Donatio in ſpecie l. ſi vnquam. ſi non reuocatur taciturnitate patris, tamē mortuo ipſo vſque ad dimidiam reuocabitur.*

DONATIO reuocatur ipſo iure per ſuperuenientiā liberorum. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. vbi Doctor. & latiſſimè omnium Tiraquell. ibi in verbo. Reuertatur. Sed quæſitū fuit in facti contingentia, quid
1 ſi filijs natis † pater nil dixerit, & paſſus ſit donatarium poſſidere per annum vel biennium, an eo inde mortuo poſſint filij eam rem donatam auocare. Paſſus eſt valde dubius, vt dicit Rip. qui hanc quæſtionem format in dicta l. ſi vnquam. nume. 108. quæſtio. 42. libro 3. reſponſor. & pro filijs allegantur quatuor argumenta per eundem Rip num. 105. & 106. quæ non refero, ſed ibi videri poterunt, ne illius verba de carta in papirum vt dicitur transferam. Quibus ego addo quintum ex l. longobardorum, quàm citat in his terminis Alberic. in princ d. l. ſi vnquam, & eſt inter illorum leges titu. de ſucceſſ. libr. 2. l. ſi quis ſe deſperauerit. ibi. *Omne thinx (quod eſt donatio,) quę prius facta eſt rumpatur, & filij legitimi vnus vel plures, qui poſteà nati fuerint, hæredes patri in omnibus ſuccedant,* quæ verba importare videntur, vt ſine aliqua difficultate poſt mortem patris filij poſteà nati vti hæredes omnia recuperent.

Probatur præterea hæc opinio authoritate magnorum virorum nempe Alberi. in d. l. ſi vnquam. col. 2. in prin. & ibidem Ang. Bald. conſi. 239. col. 2. lib. 3. & clarius hoc voluit Rip. in d. q. 42. Socin. ſen. conſi. 126. viſum fuit. col. 5. verſ. quod autem. lib. 3. Pariſ. conſi. 73. nu. 16. lib. 1. faciunt dicta per Guid. Pap. in deciſ. 214. nu. 3. vbi voluit, non eſſe neceſſariam reuocationem hæredis, quia ipſo iure donatio reuocatur per d. l. ſi vnquam Aluar. Valaſc. luſitan. omnino videndus conſultat. 31. nume. 7. vſque in fin.

Pro contraria verò, quòd imò hoc in caſu filij

mortuo

mortuo patre non poſſint iam factam donatio-
2 nem reuocare † faciunt. 5. argumenta relata per Ripam. in dicta quæſt. 42. quæ ibi videantur, qui-
3 bus addo ſextum, quia beneficium † reuocationis inducitur ex præſumpta mente donantis, vt dicunt Doctores in dicta l. & Imol. in capit. fin. col. fin. de donat. Socin. conſil. 247. colum. pen. verſicul. 2. principaliter. ſi ergo de contraria mente conſtet ex coniecturis, vel tacita voluntate ceſſabit beneficium dictę l. vt ibidem dicit Imol. & Socin. & idem Socin. conſilio 53. numero 17. libro 1. & conſilio 39. numero 16. libro 3. hic autem conſtat de mente donantis, qui videns filios natos, donatarium poſſidere permittit, nec declarat velle donationem irritam eſſe, magis enim eſt facto quàm verbo animum ſuum declarare. l. Paulus. D. rem rat. habe. ſic etiam ex hac coniectu-
4 ra non mutatæ voluntatis non † cenſeri mutatum teſtamentum, quòd pater ante natum poſthumum condiderat, magis communiter contra Barto. ſententiam noſtri concludunt, de qua re dicemus infra ſuo loco latè, & hæc parificat Crot. conſil. 66. nume. 22. & in hac ſpecie arguunt Tiraquell. & Rip.

Septimò facit, quia communis eſt concluſio,
5 quòd quando † donans cogitat de liberis, & nihilominus donat, tunc non procedit dicta l. ſi vnquam. Socin. conſilio 53. numero 7. libro 4. Clar. in §. donatio quæſt. 22. verſiculo ex qua quidem ratione. ergo tantò magis ſi videt filios natos, & nihil dicit, ſed patitur donatarium frui donatione, vt arguit Corn. conſil. 4. nume. 6. libr. 3.

Octauò adduci poteſt l. 1. §. fin. D. ad Senatuſc. Syllanianum, vbi etiam crimini condonatum videtur ſi offenſus nihil dicat.

Nonò pro hac ſententia apertus videtur tex. in dicta l. ſi vnquam in fin. vbi volunt Impp. res donatas natiuitate filiorum ad donantem redire integrè, ita vt ad illius liberum arbitrium, & in illius patrimonio permaneant: quo fit, vt ſicut ſi filios haberet poſſet diſponere, ita ex taciturnitate, cùm in illius bonis res redierit, & non reuocauerit, quaſi illius l. beneficio vti noluerit, donationem confirmaſſe cenſeatur, vt in 1. argu. hic innuit Rip.

6 Denique firmatur † hæc opinio authoritate. Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat. quem ſequitur Caſtren. in l. 2. in fin. C. de poſthum. hæred. inſtituen. Iaſ. in authen. ex cauſa colum. fin. numero 25. verſiculo pro 1. opinione. C. de liber. præterit. Cuman. in l. Titia. §. Imperator. colum. fin. verſiculo amplius dico. D. de lega. 2. Guid. Pap. ſingula. 339. Socin. ſen. conſilio 39. numero 14. libro 3. allegatur & pro hac opinione Hoſtien. in titu. de donat. §. qualiter. verſiculo Hæ autem reuocationes. Salycet. in l. ſi totas. quæſt. pen. C. de inoffi. donat. licèt non clarè loquatur in caſu noſtro, ſed quando filius etiam deceſſit, prout etiam in tali caſu loquitur Barto. in dicto §. Imperator. cuius dictum examinat Didac. variar. reſolut. libro 1. capit. 19. numero 12. & Imol. in dicto capitu. fin. colum. pen. de donat. Corn. conſilio 233. numero 1. libr. 2. & clarius in terminis noſtris firmat Corn. conſilio 4. numero 6. libro 3. quem cùm aliis refert Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit liberos. nume. 211. & 212. qui etiam allegat Bertrand. conſilio 83. colum. 2. libro 2. quod conſilium ego non reperi in libro meo: & in hac opinione videtur ibi reſidere idem Tiraquell. in dicta l. numero 212. & 223. idem in verbo reuertatur. numero 10 D. Ozaſc. de legitimatione loquens deciſio. 122. numero 9. & clarè ac expreſsè Aymo. in conſuetudin. Aluern. titu. 14. articulo 32. gloſſ. vnica. numero 11. & quamuis facilis ad contraria argumenta reſultet reſponſio, & Doctores pro ea opinione allegati non bene firment nec examinent præcipuè Caſtren. Iaſ. & Bald. qui loquuntur, quando natus quidem erat filius, ſed patre ſuperſtite deceſſit: nam tunc facilius admittitur ex taciturnitate firmari donationem non fortè ex ratione quam ipſi tradunt, ſed quia pro validitate actus iudicatur, & ceſſante cauſa filiorum ceſſat & ipſa ratio ac. l. diſpoſitio. tamen in hanc poſteriorem opinionem inclinabat Senatus, & ſecundum eam iudicauit.

Cæterum ego vti dubiam exiſtimo iſtius articuli reſolutionem, & quæſtionem difficillimam iudico, ita dubitarem ita indiſtinctè concludere, ſed dicerem, non eſſe contemnendam cautelam, vt pater nato filio declaret ſi velit donationem reuocare, vel ſubſiſtere: quòd ſi non fieret hæc declaratio, vti aliàs in dubia q̄ſtione dixi, mediã viam amplecterer, vt rerum donatarum legitima filio reliquum donatario pertineat, quando omnium,
7 aut maioris partis bonorum † donatio facta fuit, ſaltem ad for. l. ſi totas. C. de inofficio donatio. Iniquum etenim eſſet filium natum facultate ſui patris, & legitima ſibi iure naturæ debita priuari, & ſi per l. ſi vnquam. ipſo iure reuocatur donatio natiuitate, qui fieri poteſt, vt per taciturnitatem l. beneficium tollatur? & hoc etiamſi eſſet in poſſeſſione, quia beneficium l. ſi vnquam. eſt introductum in fauorem filii non patris, ideo pater non poterit per taciturnitatem in legitima præiudicare filio, ſicut dicitur in ſimili, quòd pater in odium filiorum non poteſt renunciare diſpoſitioni dictæ l. quo in articulo licèt variauerint Doctores, verior tamen, & æquior hęc eſt opinio, quam & Senatus Mediolanen. eſt ſequutus teſte Clar in dicta quæſt. 22. verſicu. 3. infertur. & donatio ex hac l. non reuocatur, niſi excedat dimidiam bonorum partem. Didac. d. c. 19 circa fi. verſic. cęterum præter iſta. & ver. his etiam adiiciendum. quod & placuit Socin. ſen. in conſilio 93. numero 31. libro 4. vbi dicit ſe ita vidiſſe conſultum, quando donatio eſt parua. Quamuis tota hæc pulchra, & difficilis quæſtio deciſione Principis particulari egeret, & illam ad priorem opinionem, vel ad legitimam ſaltem redigendam crederem.

An verò diſpoſitio. l. ſi vnquam procedat in dotis conſtitutione, pulchra eſt quęſtio, ſuper qua vide Nat. conſi. 90.

Deciſio CXXII.

Decretum antiquum Sabaudiæ diſponens, quòd à tribus conformibus ſententijs non liceat prouocare, & de nullitate dicere, multis mòdis ampliatur, & declaratur, ſimulq́ue quando tres ſententiæ conformes dicantur, examinatur.

DECISIO CXXII.

1 *Appellatio à tertia ſententia non admittitur.*
2 *Decretum Sabaudiæ prohibet dici de nullitate poſt tres conformes ſententias, & à ſententia vim præfecti prætorio habentis.*
3 *Princeps contra formam decreti prohibentis appellationem non poteſt reuiſionem committere.*
4 *Reſtitutio in integrum à minore poſtulata executionem trium conformium ſententiarum non impedit.*
5 *Sententiæ tres quando conformes dicantur. remiſſiuè.*
6 *Sententia an conformis dicatur, ſi differat in expenſis, & an tunc executioni mandetur.*
7 *Sententia vltima exequi poterit in illa parte, in qua alijs conformis eſt appellatione non obſtante.*
8 *Sententia non dicitur conformis, ſi in ſubſtantia differat.*
9 *Executio ſententiæ an impediatur ſtante decreto, quod à tribus ſententijs conformibus non appelletur, ſi vna illarum liberatoria ab obſeruatione iudicij lata ſit.*
10 *Sententia differens in ſumma pecuniaria an dicatur conformis.*
11 *Sententia an conformis dicatur, ſi dicat ſecundam latam extra fatalia, & primam in meritis confirmat.*
12 *Sententia ſuper deſertione pronuncians an conformis dici poſſit.*
13 *Sententia lata cum clauſula alio non apparente, an conformis dicatur.*
14 *Sententia, quæ nulla fuit declarata, an executioni mandetur.*
15 *Sententia in contumaciam lata an faciat numerum ad dicendum tres ſententias conformes.*
16 *Decretum mandans non retardari executionem ſtantibus tribus ſententijs conformibus, an procedat ſi vna illarum intermedia contraria ſit.*

TERTIO prouocare non licet,
1 & † appellatio poſt tertiam ſententiam regulariter non admittitur, vt in rub. & nigro. C. ne lic. ter. prouoc. in qua prouocatione intelligitur etiam de ſupplicatione, vt per Socin. conſilio 158. in prin. lib. 1. nec quis poteſt etiam nullitatem opponere, niſi prius facta ſit illarum ſententiarum executio. clemen. 1. de re iudica. At in patria no-
2 ſtra additur, quòd ſi tres † ſint ſententiæ conformes, quarum vna vim habeat præfecti prætorio non ſolùm habeat executionem, & non liceat amplius appellare, ſed nec ſupplicare, nec de nullitate dicere, nec vlterius audiatur, ſed intelligatur, & ſit eidem perpetuum ſilentium impoſitum, vt eſt in decreto Philiberti ſecundi in decret. antiqu. §. vt nihil in republica. in fin. illis verbis. *Declarantes vlterius, & ſtatuentes, quòd quando quis reportauerit tres ſententias conformes, quarum altera habeat vim præfecti prætorio, eo caſu non liceat condemnato tertiò prouocare, ſeu ſupplicare, nec de nullitate dicere, nec vlterius audiatur, ſed intelligatur, & ſit eidem perpetuum ſilentium impoſitum.* Cui decreto non eſt per noua decreta in hoc derogatum, quinimo ita ſemper vidi obſeruatum, & ita me referente cenſuit Senatus in cauſa Nicienſi Domini Frãciſci rextoris, & in alia cauſa Muratoris, & Boui de Cuneo. & aliàs ſæpiſſimè quotieſcunque caſus contigit. cùm hoc decretum ſit iuri communi conforme per text. in dicta clemen. 1. de re iud. vbi latè Canoniſtæ. l. prolatam. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. & huic decreto ſimilis eſt Hiſpaniæ pragmatica, de qua per Didac. pract. quæſtionem capit. 25. colum. 4. verſiculo etenim vehemens. in parua impreſſione, ſed in Camera Imperiali ius commune in hoc non obſeruatur, ne tollatur cognitio Imperialis Cameræ aſſeſſoribus, vt tradit Iohachim. Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 1. obſeruat. 15.

Hoc autem decretum ita firmum eſt, vt etiam
3 ſi Princeps † committat reuiſionem, id facere non poſſit niſi de poteſtate abſoluta. Dec. in capit. tua nobis. numero 9. de appellat. & tunc neceſſe eſt, quòd expreſsè fiat mentio de tribus ſententijs. Guid. Pap. quæſt. 139. Rebuff. de ſupp. ſeu earum propoſit. quæſt. 9. numero 61. & quod reſcribat de rogando decreto prędicto. Item non poterit iſtius
4 decreti diſpoſitio alterari per † reſtitutionem in integrum à minore petitam, vt traditur per Hieronimum à Laurentijs inter deciſiones Rotæ Auinionen. deciſio. 2. qua de re dicam latè infra deciſio. 181. hac prima parte, & vide Ioann. Maurit. Bolan. de reſtitut. in integr. capitu. 268. numero 1. Rober. Lancellot. de attenta. capit. 18. numero 36. Andr. Bard. in tracta. de tempor. vtili. capitu. 5. numero 2.

Hinc quæri poteſt ad declarationem iſtius de-
5 creti, quando dicantur † tres ſententiæ conformes: in qua re multa ſcribuntur per Doctores, & præſertim per Bald. conſilio 119. numero 3. libro 2. Crau. conſilio 1. numero 4. & conſil. 183. vbi Stracca, & 385. Socin. iun. conſilio 74. libro 2. Pariſ. conſilio 98. libro 3. & 107. numero 9. & 10. libr. 4. Dec. conſilio 385. Corn. conſilio 14. libro 4. latè Didac. pract. quęſtionum dicto capit. 25. Alexan. conſilio 77. libro 2. Curt. iun. conſilio 30. colum. 1. Caſtren. conſilio 163. colum. 2. lib. 2. Rom. ſingula. 291. Port. commun. concluſ. libro 1. concluſ. 32. Nos verò quoniam materia frequens eſt & practicabilis, aliquot adnotabimus caſus, ex quibus & hoc perfectè cognoſcetur, & iſtius decreti materia clara, & aperta iudicibus, & aduocatis reddetur, breuiter more noſtro ſcribentes.

Primo igitur quæri poteſt, ſi ſit conformitas in
6 principali, & difformitas in expenſis, † an dicatur

militare

nullitare decretum. Et cùm hæc quæſtio coram
Senatu agitaretur, dicebatur talem ſententiam
non facere conformitatem, quia habet formam
diuerſam cùm vna contineat diuerſitatem ab alia
in expenſis. Tantò magis, quia hoc decretum vi-
detur à iure exorbitans, cùm remoueat etiam nul
litatis deductionem, quare ſtrictius erit interpre-
tandum. c. odia. de regu. iur. in 6. vt in his terminis
arguit Dec. conſi. 385.

In oppoſitum verò, quòd ſufficiat eſſe confor-
mes in principali facit, quia inſpicitur id, quod
principaliter agit. l. 1. D de orig. iur. Præterea dato,
quòd non dicantur conformes in expenſis, tamen
7 quo ad principale † locum habebit decretum, &
poterit pro expenſis vti à nouo grauamine tan-
tum reclamari, vt in terminis dicit Franc. in capit.
directè. col. 3. verſicu. tertio concludo. de appellat.
Ange. in l. 1. C. ne lic. tertio prouoca. Veſtr. in ſua
praxi. libro 8. capit. 1. numero 26. Maran. de ordin.
iudi. in titu. quan. appellet. numero 281. & magis
in terminis Dec. dicto conſilio 385. in princip. poſt
Abb. conſilio 10. colum. 3. libro 1. Denique facit,
quod dicit Craue. in conſilio 183. numero 4. quod
à tertia ſententia non licèt appellare, niſi inferatur
nouum grauamen. Vnde reſultat concluſio in
hoc caſu, quòd ſi tertia ſententia minus grauat
in expen. non licebit appellare, ſinautem magis
grauat, licebit quidem appellare vti à nouo graua
mine, ſed in illa tantum parte vbi eſt nouum gra-
uamen non autem in alijs, prout eleganter, & do
ctè more ſuo in ſimili concludit Didac. dicto cap.
25. numero 6. verſicul. ego verò. & cum hac
opinione tranſiuit in hac quæſtione Senatus.
1563.

Et hæc quidem ſententia magis procedet, quan
do nulla eſt diuerſitas in ſubſtantia, tunc enim ſtan
8 te illa diuerſitate † communis opinio eſt, quòd
non dicantur conformes, vt per Alexan. conſilio
77. colum. 1. volum. 2. Barbat. conſilio 10. colum.
3. libro 1. Ruin. conſilio 114. colum. 4. libro 5. quos
refert etiam, & ſequitur Ronchegall. in l. ex duob.
ſecunda. nu. 4. D. de duo. reis.

Secundò locum habebit diſpoſitio iſtius decre-
9 ti, & tres ſententiæ conformes dicentur † etiamſi
vna illarum lata, ſit liberatoria ab obſeruatione
iudicij. In quo articulo licèt dubium ſit non leue
per ea, quæ de hac ſententia ſcribit Didac. var. re-
ſolut. libro 1. capit. 1. vbi voluit talem ſententiam
dici interlocutoriam, tamen adhuc dico vim dif-
finitiuę habere, cùm negotiũ principale diffiniat,
& per ea, quæ latè in iſtis terminis poſt multos ſcri
bit Borgnin. Caualcan. deciſio. 7. de iudic. part. 1.
numero 8. verſiculo tamen re diligentius perpen-
ſa. cuius diſtinctio in hac materia mihi non im-
probatur, & faciunt, quæ dicam infra in ſexto
caſu.

Tertiò locum habebit hoc decretum eo in ca-
10 ſu, quando † per vnam ſententiam quis fuit in cẽ-
tum condemnatus inde iudex appellationis retra
ctat illa centum ex cauſis ad quinquaginta: nam
ſententia dicetur conformis quo ad 50. & quo ad
illa 50. mandabitur executioni, nec poterit vlte-
rius prouocari aut de nullitate dici, ita ſingulari-
ter determinat Afflict. deciſio. 362. per totam: vbi
refert ita per totum concilium fuiſſe concluſum,
& ſequitur Afflicto non citato Didac. d. capit. 25.
nume. 6. verſiculo vndecimo.

Quartò amplia hoc decretum etiam ſi vna ex
11 ipſis ſententijs, (vt puta † ſententia ſecunda) confir
mat primam in meritis, & tertia dicit ſecundam
latam extra fatalia, ſed tamen confirmat primam
in meritis, tunc enim re ipſa proferuntur tres ſen-
tentiæ conformes in meritis, licèt diuerſimodè, &
ita cenſuit Senatus. 1582. 8. Iunij. in cauſa Zurlet-
ti de Cluſia. quamuis in hoc dubium faceret di-
ctum Alexan. conſilio 136. volum. 2. quem refert,
& ſequitur poſt alios Borgnin. deciſio. 17. numero
2. par. 1. volens, quòd talis ſententia lata tempore
peremptæ inſtantiæ ſit nulla, quòd etiam voluit
Ludouic. deciſio. Lucen. 24. nume. 14.

Quintò dicentur etiam tres ſententiæ confor-
12 mes, quando vna illarum lata eſt † ſuper deſertio-
ne appellationis: nam licèt hæc dicatur interlocu-
toria. capi. ſua. §. cumque. ibi *interlocutus fuerit*. de
appellat. tamen concernit merita, & eſt confirma
toria aliarum, ac habet vim diffinitiuæ, vt per Me-
noch. de arbitrar. iud. libr. 1. quæſt 67. numero 5. &
eſt interlocutoria ſolùm ad effectum, vt reuocari
poſſit ab eodem iudice ad exemplum interlocu-
toriæ, vt per Bald. in l. eos. colum. 2. C. de appellat.
& ſcribit Ioſeph. Cumia. in rit. magnæ cur. cap 78.
numero 49. effectus etenim in iſtis caſibus magis
quàm verba conſideratur, vt in ſimili dicit Dec.
dicto conſilio 385. colum. 2. & ita cenſuerunt Do-
mini de Rota deciſio. 427. fuit dubitatum in nou.
Guido Pap. quæſt. 11. vbi ita firmat apoſtilla. item
Rota deciſio. 21. de re iudic. in nou. & firmatur ex
infra dicendis præcipuè ex deciſione Senatus Pa-
riſien. de qua dicam infra in octauo caſu, quic-
quid in contrarium voluerit Corn. conſil. 38. lib. 4.
& poſt eum Didac. dicto cap. 25 numero 5. & no-
uiſſimè Hieronim. à Laurentijs deciſi. Rotæ Aue-
nionen. 3. ad quam tamen deciſionem reſponde-
ri poſſet, quòd procedit quando tractatur de exe-
cutione duarum ſententiarum conformium non
autem de tribus, vt ſcribitur ibi. in fin. illius deciſi.
licèt & tunc de hac opinione dubitem, & contrarium
tenuerit Domi. Sola in commentar. ad decreta an
tiqua ſuper hoc decreto. gloſſ. 2. 3. parte. nu-
mero 3.

Sextò ampliabitur hoc decretum, vt procedat
etiamſi in prima, vel ſecunda ſententia appo-
13 ſita eſſet clauſula † *alio non apparente*, vel *ſtanti-
bus actis prout ſtant*, &c. quia ſi tertia ſimpliciter
confirmat, videtur non poſſe vlterius prouocare,
etiamſi vellet appellans aliquid noui deducere, &
ita fuit concluſum in Senatu. Nam ſi dicamus
talem ſententiam cum ea clauſula eſſe diffiniti-
uam, vt dixi ſupra deciſio. 81. nulli dubium, quòd
ſunt tres ſententiæ etiam diffinitiuæ, & confor-
mes, & ſic militant verba decreti: ſinautem dica-
mus eas habere quandam vim interlocutoria-
rum, etiam locus erit decreto, quia procedit etiam
in interlocutoria, vt dicit Rota deciſio. 416. Corn.

conſi.204.libro 2.Purpura. conſi.129.in fin.libro 1. Didac.d.cap.25.num.3.verſicu. quinto eſt eadem. & præſertim id procedit, quando hæc ſententia fertur contra actorem ex eo, quod non probauit ſuam intentionem: nam tunc dicitur diffinitiua. Caſtren.in l.ſub prætextu. C de tranſact. & in l.admonendi. numero 76. & 77. de iureiur. & quamuis hæc clauſula hoc importet, vt poſſit etiam coram eodem ordinario comparere, & de nouo aliquid producere ſaltem refectis expen. non ſecus quàm ſi ab obſeruatione tantum iudicij reus abſolutus fuiſſet, vt dicit Borgnin. dicta deciſio. 7. & ego dicta deciſio. 81. tamen in caſu de quo in Senatu agebatur appellatum fuerat, & ſic videtur appellans velle accipere illam ſententiam pro diffinitiua, cùm non habuerit recurſum cum noua productione ad ordinarium, vt in ſimili conſiderat Borgnin.dicta deciſio.7.& faciunt, quæ ſcribit Dec. in dicto conſilio 385. colum. 2. verſiculo his tamen non obſtant. vbi loquitur in caſu quando in ſententia aderat clauſula, quod rei non debeant moleſtari non factis alijs probationibus: nam & tunc voluit ipſe eſſe locum ſtatuto.

Septimò dici poſſunt tres ſententiæ conformes
14 ad obtinendam executionem † ſi prima ſententia
nulla ſit, ſed tamen ex nouiter deductis fuit confirmata per ſecundam & tertiam, de quo tamen caſu dicam ex profeſſo infra latius deciſio. 228. quoniam difficilis eſt.

Octauò nomen conformis habebit ad diſpoſi-
15 tionem ſtatuti ampliandam † illa ſententia, quæ
in contumaciam lata fuit: nam licèt dicatur interlocutoria, quia expenſis refectis ſolet de nouo actor, vel reus audiri, vt communiter practicatur, tamen diffinitiuæ inſtar eſt, atque ita in facti contingentia per Senatum Pariſien. iudicatum refert Ægid. Magiſtri in ſuis deciſio.titu. de appellat.veluti ob abuſum. capit. 12. & fin. per totum vbi pulchrè examinat.

Nonò, & vltimò extenditur hoc decretum ad executionem trium ſententiarum conformium,
16 † etiamſi iſtæ ſententiæ non eſſent ſucceſſiuè con-
formes, ſed vna intermedia contraria. Abb. antiquus in dicta clem.1.de re iudic.colum.1. & 2. Didac.dicto capit.25.numero 3. verſiculo quarto animaduertendum. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. titu. de appellat. §. quoties. ſub numero 3. Zabarell.in dicta clemen. quæſt. 18. Barbat. ibidem col. 4. verſiculo decimo. & quamuis gloſſ. in dicta clemen.in verbo tres, & in verbo fuerint, velit quòd ſint ſententiæ ſucceſſiuę non autem interpolatæ, & ſimpliciter illam gloſſ. ſequatur ibi Imol. col. 2. Crau. conſilio 183. numero 3. allegans Rotam. quæ eſt in nou. deciſio. 14. de ſenten. & re iudic. tamen illa deciſio hoc non concludit, & Crauet. ſe non explicat in hoc capite, ſed in alio quando in aliquo ſunt difformes, & illa gloſſ. communiter reprobatur, vt colligitur ex Dec.in dicto conſilio 385. numero 2.verſicu.& vlterius.& ex traditis per Domi. Solam in dicta gloſſ. 2. numero 10. & propterea reprobata opinione gloſſ. ita in facti contingentia cenſuit Senatus. 1584. 5. Iunij. referente Illuſtri Domino Enuiarum, olim collega noſtro. Eſt tamen ad hanc materiam conſiderandum quando interlocutoria habeat vim diffiniriuæ, quia tunc poterit in numero diffinitiuarū computari, dè qua re vide Aluar. Valaſc. Luſitan. conſulta. 47.

Vxor an dicatur de loco vbi eſt nupta, & vnde eſt maritus, & an ſtatutum forenſes excludens ad dotem extendatur.

DECISIO CXXIII.

1 *Mulier nupta non amittit originem naturalem.*
2 *Mulier dicitur impropriè ciuis ciuitatis vbi nupſit.*
3 *Differentia eſt ſi ſtatutum dicat Peruſinus, vel de Peruſio.*
4 *Statutum non extenditur ad dotes, & bona dotalia.*
5 *Maritus forenſis non prohibetur ſuccedere.*
6 *Stipulatio de dote habet vim teſtamenti.*
7 *Momentaneum domicilium forenſis non conſideratur.*
8 *Statutum prohibens ſucceſſionem, forenſi non obſtat.*
9 *Mulier dicitur propriè ciuis illius ciuitatis vbi nupſit, & nume.12.*
10 *Vxor ligatur ſtatutis viri.*
11 *A pari procedunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*
13 *Bartol. dictum in l. fina. §. item reſcripſerunt. declaratur.*
14 *Statuto ſtante, quòd forenſis nō ſuccedat pater, vel alius dotem dans pecunia non priuatur mortua muliere, licèt ab immobilibus excludatur.*

EXTAT in loco Scarnafiſij patriæ Pedemontanæ ſtatutum, ſeu laudum quoddam ac conuentio inter Dominos nobilis, & antiquæ familiæ de Ponte, & homines illius loci, quo diſponitur forenſes proximiores non poſſe ſuccedere illi de Scarnafiſio, qui ſine teſtamento deceſſiſſet. Accidit, quod mulier quædam forenſis ibi nupta ſine teſtamento deceſſit nullis relictis liberis: proximiores forenſes petunt bona & hæreditatem: quæſitum fuit an eſſent audiendi, & ſit locus ſtatuto, ſeu laudo. Iſtius quæſtionis reſolutio mihi tota pendere ab altera viſa eſt, an vxor dicatur verè, & propriè de loco vbi nuptui tradita eſt. In quo articulo, & ſic pro primo fundamento proximiorum forenſium videtur, quòd
1 vxor ſeu † mulier alibi nupta non amittat origi-
nem naturalem ſuæ patriæ. l. origine. C. de munic. & originar. lib. 10. & nō efficitur de domo viri, niſi quo ad iudicialia, & niſi in foro, & in his, in quibus euocaretur ab actibus matrimonialib. l. cum quædam puella. D. de iuriſdictio. omnium iudicum. Barto. in l. fin. §. item reſcripſerunt. D. ad municip. cum cuius opinione tranſeunt Bald.conſilio 352. in bonis. libro 1. nume. 8. verſicu. ſed iſta.

& con-

& conſilio 310. ad euidentiam. numero 7. verſic.
item dicitur.libro 3. & conſilio 139. ſtatuto com
munis.libro 5. Caſtren. in l.rei iudicatæ. D. ſoluto
matrimo. Alexan.conſilio 56. colum.2. verſicu.&
per hoc.libro 1. & conſilio 100.libro 3.Corn.con-
ſilio 55. libro 1. Cur. iun. conſilio 5. numero 42.
verſicu. 2. reſpondetur. Riminald. conſilio 184.
numero 21.libro 1.Felin.in cap.1. colum.fin. circa
fin.de ſponſalibus.dicens mirabilem eam opinio-
nem Barto. & illius opinionem dicit in hoc com-
muniter probari Alb. conſilio 23. numero 11.pre
ſertim ſi ſit ſolutum matrimonium, ex quo infer-
tur, quod in tali vxorata habet locum ſtatutum
originis naturalis, vt per Curt.dicto conſilio 5. nu-
mero 42.Campeg.de dot.par.5.queſtione 71.Ideo
non dicitur aduena, licèt ſit de domicilio viri, vt
per Purputa. conſilio 507.numero 21. & ſequen.
libro 2.& conſilio 84. circa fin. libro 1. Et dato,
quòd mulier dicatur ciuis illius ciuitatis vbi nu-
2 pſit, vel vnde eſt vir, tamen † id eſt impropriè.
dicta l. fin.§.item reſcripſerunt. ad municip. verba
autem ſtatuti ſunt intelligenda in caſu vero non
autem ficto. l.3. §.hæc verba. D. de negot. geſt. &
in terminis ferè Brun. conſi.193.in fi. libr.2.qui erit
videndus.

Secundò pro forenſibus facit communis opi-
nio,de qua per Doctores omnes in rubr. D.ſoluto
matrimon. à qua Ripa numero 13. dicit non eſſe
3 recedendum, quæ vult, quod † differentia ſit, an
quis dicatur Peruſinus,vel de Peruſio: nam iſto ſe
cundo caſu non veniunt niſi illi, qui ſunt origina-
rij Peruſini non aūt incolæ,& ſic cū in caſu noſtro
dicat in laudo illis de Scamaſiſio proximiores nō
ſuccedant, non videtur intelligendum de vxore,
& in terminis eſt de hoc conſilium Come. 111.
libro 3.

Tertiò mouet pro hac parte, quia illa bona de
quibus hic controuertebatur erant ipſius vxoris
4 dos: ſtatutum † autem non extenditur ad dotes,
& bona dotalia, vt in terminis dicit Curt.ſen.con-
ſilio 27. Cephal. conſilio 301. & in reſtitutione do
tis eſt conſi. Butr.35. & eiuſdem Curt. conſilio 28.
5 Ita enim † maritus forenſis ſuccedere non prohi-
beretur. Barbat.conſilio 48. colum. 5. libro 2.poſt
Ancharan.in capit.ſtatutum. §.cum autem. de re-
ſcript.libro 6. & cap. Canonum ſtatuta. quæſtio-
ne 6. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. colum. 20.
Alexan.conſilio 123. colum.3. & conſilio vltimo
libro 4.

Quartò magis in terminis pro hac parte addu-
cebatur, quòd vxor ſtipulata erat dotem reddi ſi-
bi, vel ad eos quibus de iure debebit, quo caſu
6 tale pactum, & † ſtipulatio videtur habere vim
teſtamenti, & vltimæ voluntatis. gloſſ.in l.licet.C.
de pact. Boer deciſio.150.numero 7. Sed ſi per te-
ſtamentum, vel aliter mulier diſpoſuiſſet relin-
quendo proximioribus valeret diſpoſitio, ergo &
hoc caſu idem dicendum eſt.

Quintò iſtud magis coadiuuatur, quia iſti fra-
tres ceſſerunt ius ſuum originario, & ſic ceſſat ra-
tio ſtatuti, cum originarius habitet, & ſtatutum
velit, quòd proximior admittatur ſi iuret ſe velle
7 habitare, & illud † momentaneum dominium
ipſius forenſis non videtur conſiderabile. l.fina.in
fin.C.de bon.quæ lib.facit gloſſ.in capit.1.in verbo
domum veterem.de religio.domib.in 6.vbi Doct.
& Bal.conſi.232.lib.1.Abb. conſi.27.lib.2.Alc.cōſi.
88.in princi.lib.2. Dec.conſi.558. & in his terminis
Butr.d.conſi.35.in fi.
8 Sexto, & vltimò adducitur, quòd † ſtatutum
prohibens ſucceſſionem non obſtat forenſi. Alex.
conſi.44.nu.15.lib.5. Pariſ.conſi.12.num.26. & 53.
num.86. libro 3.de qua re dixi etiam aliqua ſupra
deciſio.106.

In oppoſitum, & pro dominis loci facit, quòd
9 imò talis mulier † maritata dicitur propriè ciuis
illius ciuitatis, & originaria vbi nupſit. Bald. con-
ſilio 100.conſideratis.libro 5.vbi dicit, quòd effi-
citur vna caro cum viro,& conſilio 62.eod. libro.
& conſilio 456.libro 1.& latè Socin. in dicta l. cum
quædam puella. in 1.nota. & quantuis idem Bald.
videatur contrarium tenere in allegato conſilio
139.tamen ipſe ibi in fin. ſe reſoluit ut oppoſitum,
& pro hac opinione volens, quòd mulier illa non
potuerit diſponere niſi iuxta conſuetudinem lo-
ci mariti, & ita Bald. intelligit Tiraquell. de legib.
connubialib. libro 1.numero 30. & ibi durior erat
caſus, quia mulier reuerſa erat ad domum pater-
nam,quòd non erat in caſu hoc, & quòd propriè
vxor dicatur ciuis tenuit Cagnol. in dicta l. cum
quædam puella. numero 11. poſt gloſſ. in l.ciues.
C.de incol.Gozadin conſilio 79 numero 5. cùm
ſubeat onera ciuitatis viri Butr. dicto conſilio 35.
numero 3.& pro hac parte videtur text.in l.mulie
res.C.de incol.libro 10.quem text. licèt quo ad fo
rum tantum Barto.intelligat, tamen etiam ad alia
eſſe extendendum indicant illius verba in fi. dum
ſe ad domicilium etiam porrigit,vnde habere de-
bet locum diſpoſitio ipſius laudi, cùm pactum
de ſuccedendo ſit validum inter dominum,& va-
ſallum, vt per Iacobin. in tracta. de feud. numero
12. & valeat ſtatutum excludens forenſes à ſuc-
ceſſione. Brun.de ſtatut.articu.6.colum.1.& in ter
10 minis, quòd † mulier ligetur ſtatutis viri tenet
Socin.in dicta l.cum quædam.colum. 1.Bald con-
ſilio 439.colum. 2.verſiculo ſed dicet.libr. 4.Imol.
conſilio 73. colum. fin. Bald. in ſua Margarita. in
verbo mulier poſt mortem.Socin. conſilio 81.lib.
3.idem Bald.in l.vxorem. C.de condit. inſert. Bar-
ba.conſilio 4. colum.1. libro 2.Grat. conſilio 113.
numero 11.libr.2.

Secundò moueor, quia cùm ea conuentio in-
ter dominos, & ſubditos ſit facta ad liberandum
à ſucceſſionibus. ſi non ſumus in caſu liberationis
remanet ſucceſſio, ita in hoc caſu arguit Alciat.
conſ.249.nume.7.

Tertiò in terminis noſtris videbatur res eſſe
pro hac parte extra difficultatem, quia poſt decē
annos etiam ex loci illius conſuetudine quis ha-
bebatur pro terrigena, hæc autem vxor morata
erat per triginta,& ibi mortua.
11 Quartò, quia † à pari procedunt forum ſortiri,
& ſtatutis ligari. Dec.conſilio 283. numero 8 & in
l.fin.D.de iuriſdict. omn.iud. Alexan.conſilio 210.
libro

libro 1. & conſilio 10. numero 8. libro 6. Boer. deciſio 13. numero 14. ſed mulier ſortitur forum in Scarnafiſio, vt ſupra dixi ergo ſtatutis Scarnafiſij ligabitur.

Quintò, & vltimò mouet, quia licèt ſuccedere volentes ſint forenſes, tamen quia defuncta habebat domicilium in Scarnafiſio, & bona ibi ſunt, ac cauſa ibi acta erat, ſequenda erunt ſtatuta ibi poſita, iuxt. communem opinionem, quam tenet Curt. dicto conſilio 5. numero 42. verſiculo ad ſeptimũ. poſt Bald. Abb. & alios ibi relatos, & tenẽdo hanc partem in fauorem dominorum poſſet ad contraria faciliter reſponderi.

12 Ad primum, quòd vxor hæc † dicitur originaria loci mariti verè, & propriè non autem fictè, imò taliter effici de loco viri quidam voluerunt, vt poſtquam nupta eſt, dicatur forenſis ſua origine inſpecta, & quo ad locum ſuæ naturalis originis, ita Ancharan. conſilio 168. in fin. Alex. Corn. Crau. Socin. & alij, quos allegat in ſimillibus terminis Ancharan. iunior. quæſtionum famil. libro 1. quæſt. 9. numero 9. & ante traductionem forum ſortiri dicitur. Andr. Gaill. practicar. obſer. libro 2. obſer. 80. numero 10. nec mirum cùm totalem agnationem, & familiam amittat, vt traditur in deciſio. Ozaſc. 127. & dixi ego ſupra deciſio. 37.

Ad doctri. verò Barto. In dicto §. item reſcripſe-
13 runt. reſpondetur, † quòd procedũ in bonis ſitis in territorio loci naturalis originis ſecus in alijs. Ita reſpondet Corn. conſilio 202. numero 11. verſiculo nec ſupradictis obſtat. libro 2. preterea cùm ſint duo ſtatuta magis ſequimur originem accidentalem ſecundam, quàm primam naturalem. Rom. in l. ſi conuenerit. in fin. D. de iuriſdict. omn. iud. Signorol. conſilio 167. colum. 8. verſicu. præterea nouus. Item reſpicit factum habitationis, quo caſu doctr. Barto. non procedit. Zabarell. conſilio 135. in princip. Felin. in cap. ſuper eo. 2. colum. 2. de teſtib. facit, quod in ſimili dicit Ruin. conſilio 47. numero 1. & 2. lib. 3. vbi dicit opinionem Bart. non procedere, quãdo excluderetᷣ forenſis, qui nõ ſubit onera in loco, tunc enim originaria alibi nupta non ſuccedet, & latè hoc in caſu conſuluit Ancha. iun. d. q. 9.

Ad ſecundum dicitur differentiam illam non eſſe conſiderabilem in caſu noſtro, vbi vxor eſt non ſolùm de ciuitate loci mariti, ſed etiam ciuis, & ſic omnes illæ duæ qualitates concurrunt in illius perſonam.

Ad tertium reſpondetur, quòd hæc bona non dicũtur amplius dotalia, cùm nulla ſit dos ſoluto matrimonio, & morte etiam mulieris, & ceſſat ratio fauoris dotis, quę mouere poterat: & quamuis maritus non prohibeatur ſuccedere, tamen non eſt bona conſequentia ex hoc ad caſum noſtrum.

Nõ mouet quartum de ſtipulatione, quia cùm illa ſit facta ꝑ illis ad quos de iure ſpectat, vł facta in fauorem illorũ, qui ex diſpoſitione iuris municipalis vocantur, & ſic cùm vocentur domini ex hac conuentione cenſebitur pro ipſis facta ſtipulatio.

Ad quintum dico, quod fratres non potuerunt cedere id, quòd non habebant: ſi enim ipſi excluduntur à ſtatuto non poterunt plus iuris in alium transferre, quàm ipſi habeant, vulg. reg. l. nemo. de reg. iur.

Ad vltimum dicitur opinionem illam non eſſe ſine controuerſia poſitam, imò cõtrarium verius eſſe ex traditis ſupra deciſi. 106. deinde nos non ſumus in ſtatuto, ſed in particulari, & valida conuentione, vt ſupra dixi.

Ex quibus conſtat hanc ſecundam opinionem in vtroque capite veriorem altera videri. Mihi verò in facti contingentia videbatur dura, vt iſti proximiores, qui dotem dederant excluderentur,
14 ideo dicebam † deberi dotem agnatis in pecunia, ſeu extimationem bonorum mulieris defunctæ, vt in ſimili caſu dicit Butr. dicto conſilio 35. in fin. quia quæſitum erat ius agnatis in dote, vt dicit Felin. in rubr. de ſponſalib. colum. fin. verſicu. tertia concluſio. Et pro hac re in fauorem iſtorum proximiorum conſidero, quòd mulier poſtquam extra ſuam patriam eſt maritata dicitur habere duo domicilia, vnum originis, alterum habitationis, & domicilij ſui viri: primum retinet tantum quo ad ſui commodum, alterum quo ad omnia, ita in hac materia videtur magis communiter Doctores concludere, vt nouiſſimè tradit Borgnin. Caualcan. deciſi. 42. numero 46. & ſequ. par. 1. ex qua opinione conciliatur Doctorum conflictus, quorum aliqui voluerunt vxorem eſſe de domicilio viri quo ad omnia, alij quo ad forum tantùm, & amittere propriam originem, qui conflictus aliàs eſſet irreconciliabilis, quo fit vt ſi hæc duo in muliere concurrant poſſint proximiores ad ſui commodum priore vti ſententia, nec dotis in immobilia cõuerſio illis damnoſa eſſe debet, & propterea ad hanc conſiderationem reſpiciens Senatus, viſis reſolutionibus dubiorum hincinde datis cum multis allegationibus, & negotio multum diſcuſſo cenſuit bona eſſe adiudicanda dominis, ſeu procuratori curiæ iuxta formam laudi, tanquam vxor eſſet de eo loco, & quòd potuerint ſtatuentes prohibere forenſes à ſucceſſione bonorum immobilium in illorum territorio exiſtentium: ſed ne priuarentur fratres dote ab eis prouenta, ordinauit pecuniam pro dote ab eis prouentam illis à Dominis reſtituendam, qui habebant bona immobilia iuxta formam conſuetudinis patriæ, ac pactorum dotalium.

Donatio abſenti facta Notario ſtipulante an in odium fiſci ſubſiſtat.

DECISIO CXXIIII.

1 *Donatio abſenti facta an poſt commiſſum delictum teneat.*

2 *Hæres reuocare non poterit donationem abſenti factam.*

DONAVIT

DONAVIT frater ſorori abſenti Notario ſtipulante quædã bona ſua: poſt tres annos donãs deliquit, ex quo delicto bona fuerunt confiſcata, vel annotata: ſoror donataria petitioni fiſci, & annotationi ſe opponit, quæſitum fuit, an talis donataria eſſet audienda, &
1 † donatio ſubſiſtat in odium fiſci. Dubitationem faciebat, quia licèt ex cõſuetudine approbata per totum mũdum donatio facta abſenti Notario ſtipulante ante ratificationem ſubſiſtat, tamen poteſt reuocari ante ratificationem ſequutam, vt dixi latè ſupra deciſio. 70. vnde cùm hic fiſco ſit ius quæſitum ex delicto facto per donãtem, cum quo tacitè cenſetur contractum m.l.Imperatores.D. de iure fiſ. non poterit ſoror donataria poſtea ratificare in præiudicium iuris iam fiſco quæſiti. ſed hoc non obſtante contrarium verius eſſe dictum fuit, quia fiſcus hoc loco erat loco hæredis,
2 at ſicut hæres † non poteſt hanc donationem reuocare ſicut nec poſſet donatarij hæres ratificare licèt habeat liberam actionem ad rei donatę conſequtionem, vt dixi ſupra dicta deciſio. 70. nume. 9. ita nec fiſcus, & præſertim ſtante ſtipulatione Notarij, quæ primò ſorori ius acquiſiuit, vt tenet in iſtis terminis Ludouic. à Peguera Hiſpanus inter quæſtiones ſuas ſeu deciſio. criminales capit. 48. numero 11. qui tamen requirit etiam conſtitutum, & quamuis ſtipulatio Notarij ius acquirãt reuocabiliter, tamen hoc eſt quo ad ipſum donantem & donatarium, ſecus quo ad alios hæredes, vel ſucceſſores, quia ad ipſos beneficium reuocationis non extenditur, & ita Senatus cenſuit in fauorem donatariæ excluſo fiſco in cauſa Calui. 1570. Menſe Nouembris.

Fideiuſſor an liberetur ab obligatione ſi ipſo inſcio, & non vocato creditor proroget tempus ſolutionis principali debitori obligato.

DECISIO CXXV.

1 *Fideiuſſor liberatur facta prorogatione termini, principali debitori, ſed contra. nume. 3.*

2 *Prorogatio nihil de nouo inducit niſi tertij præiudicium reſpiciat.*

4 *Fideiuſſor liberatur ſi ad certum tempus, & pro certo tempore fideiuſſit, facta prorogatione temporis, ſecus ſi ſimpliciter ad diem erat obligatus.*

5 *Reſeruatio iurium primæ obligationis facit, vt non liberetur fideiuſſor facta prorogatione.*

6 *Fideiuſſor non liberatur facta prorogatione etiamſi aliquid pro intereſſe receperit in facienda prorogatione creditor.*

7 *Prorogatio animo nouandi facta debitori fideiuſſorem liberat.*

8 *Nouandi animo quando quid fieri dicatur.*

9 *Nouatio hodie non fit niſi expreſſè dicatur.*

10 *Text. in l. ſi cum hermes. C. loca. declaratur.*

11 *Fideiuſſor facta prorogatione in duriorem cauſam non tenetur.*

12 *Fideiuſſor facta prorogatione non tenetur, ſi quid deterius debitori contingat.*

13 *Fideiuſſor, qui lapſo tempore non fuit proteſtatus, non liberatur ſi facta prorogatione debitor fiat nõ ſoluendo.*

14 *Fideiuſſor ad certum tempus, licèt elapſo tempore amplius non teneatur, non tamen à prioris temporis obligatione liberatur.*

15 *Fideiuſſor facta noua ſtipulatione liberatur. examinatur Iacobini ſententia in l. 1. C. de iudic. & in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. 2. lectu. D. de pact.*

FIDEIVSSOR an liberetur ab obligatione, ſi creditor ipſo ignorante proroget tempus debitori ad ſolutionem faciẽdam: pulchra, & ſubtilis eſt quæſtio, quam multum ambiguam dicit illam examinando Iaſ. in l. lecta. D. ſi cert. peta. & in l. 1. C. de iudic. & in ea reperio duas opiniones Doctorum ſibi inuicem contrarias: affirmatiuam vnam, & negatiuam alteram. Et pro affirmatiua, quòd † fideiuſſor facta
3 prorogatione liberetur, videtur text. qui ad hoc communiter allegatur in l. ſi cum hermes. C. loca. cui conuenit Iuriſconſul. reſponſum in l. item quæritur. §. qui impleto. in ſecundo reſponſo. D. loca. & in l. Labeo §. fin. D. de recep. arbitr. per quæ iura ita tenuerunt Specul. & ibi Ioann. Andr. in titu. de fideiuſſorib. §. 1. verſiculo illud, Butr. in capit. conſtitutus. de fideiuſſorib. & in capit. 1. de offic. delega. Ioann. Andr. in capit. præterea. il 2. colum. 2. verſiculo Sempronio, & ibi Præpoſit. nu. 11. de appellat. Felin in cap de cauſis. col. 3. verſicul. tertio limita. de offic. delega. Præpoſit. in capit. te quidem. 11. quæſt. 1. Natt. conſ. 202. num. 6. & in indiuiduo ita videtur determinare Practic. Papien. in for. libell. contra plur. reos deben. §. ſolutionem facere recuſauerunt, in fin. vbi dat cautelam, quòd fideiuſſores, qui volunt liberari curent, vt debitores faciant ſibi à ſuis creditoribus tempus prorogare, quod & innuit ex regula, quam tradit Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glo. 7. nu. 116. pro qua opi-
2 nione facit ratio, quòd † licèt qualitates actus præcedentis cenſeantur in prorogatione repetitę. l. ſed & ſi manente. D. de procur. Afflict. deciſ. 100. tãmẽ hoc limitatur. vt non procedat ſi ex alieno arbitrio deſcẽdat, & de alterius etiam facto tractetur, vt nouiſſimè regu. illam limitat Ioſeph. Marcard. lib. 3. de probar. concluſ. 1241. litera P. in fin. eo præſertim, quia in obligatione fideiuſſoris multum ſtrictè, & limitatè proceditur, vt dicit in his terminis Dec. conſ. 93. nu. 3. & latam liberatio habere debet interpretationem, vt in eiſdem terminis ſcribit Socin. ſen. conſ. 62. num. 17. lib. 4.

Pro contraria, & negatiua, quòd imò facta proro-
5 gatione nullo modo † fideiuſſor liberetur, allegatur à Doctoribus paſſim text. iuncta glo. in l. ſi vnus. §. ſi cũ reo. D. de pact. & per illũ text. hãc regu.

nega-

negatiuam tenent ibi Ang.Bal.& alij. P.de Ancha.
& Imol. in d. c. conſtitutus. & pro hac parte duas
vrgentiſſimas rationes ponit apoſtil.ad Abb.in d.c.
conſtitutus.litera d.ſub nu.11. & ita negatiuã regu
lam generaliter conſtituit Alex.in d.l.ſi vnus.nu.8.
& hanc partem firmat expreſsè Gomez.variar.re-
ſol.lib.2.c.13.nu.19.ver.ſexto, & vlti.dicens veriſſi-
mam,& tenendam in iudicando,& cõſulendo,&
nullo modo eſſe tenendã ꝯtriam opinionem , quã
& idem Iaſ. indiſtinctè vr̃ ſequutus in l.1. nu.18. &
ſeq. C.de iud. fundans illam ſeptem fundamentis
ſubtiliſſimis damnando opinionẽ quam aliàs te-
nuerat in locis infra citãdis, & cõem dicit,& ſequi
tur Emanuel Zoarez.in ſuo receptar. ſenten. the-
ſauro. in verbo fideiuſſor. & pro hac opinione vr̃
tex.ſi bene ponderetur in l.fi. D.de pact.

Pro concordia iſtarum opinionum ſolent Do-
ctores noſtri ita magis communiter reſoluere , ꝙ
4 aut obligatio prima † fideiuſſoris eſt pro certo
tempore , ita vt vlterius non teneatur iuxta.tex.in
l.ſi fideiuſſor conuentus.§.fi.D.mand.& tunc pro-
cedit prima opinio,per d.l.ſi cum hermes.& §.qui
impleto.illa ratione , quia qui fideiuſſit pro certo
tempore,illo elapſo remanet liberatus. l.ſi fideiuſ-
ſor.C.de fideiuſſ.Aut obligatio eſt ſimplex, ſed di
lata tantùm ſolutio in diem , & ad certum tem-
pus, & tunc non obſtãnte prorogatione tenetur.
Iſta videtur eſſe originalis diſtinctio Hoſtien.in d.
cap.conſtitutus.& ibi Gofred. & Ioan.Andr. de fi-
deiuſſor. & ibidem Anchar. Ioan.de Imol. Abbas
num.11.in fi. vbi ponit rationem ſatis naturalem,
& ibi Apoſtilla.dicit magis cõmunem. Archid.in
cap.te quidem.11.quæſtio.1.Felin.in d.c.de cauſis.
verſi.tertio limita.Archid.Bellamer. & alij in d.c.te
quidem.Alex.in d.l.ſi vnus.num.8.& in additio.ad
Barto.in l.vbicunque. D. de fideiuſſor. & conſi.72.
nu.1.& 2.lib.6.& conſi.66. nu.7.libr.7.Iaſ.in l.lecta.
nu.9.dicens æquam, & communem. & ibi Cagn.
num.99.Dec.num.13. & conſi.93. Iacobin.in d.l.ſi
vnus.§.ſi cum reo.num.1.in 1.lect.D.de fideiuſſor.
Alc.in d.l.lecta.nu.53. dicens communem.Barbat.
conſi.31.lib.1.Grat.conſi.126.nu.9.lib.1. Pariſ.conſi.
48.lib.1.Marc.Ant.Blanc.de compromiſſ.7.q.prin.
verſi.prorogatio.nu.70.Benuenut.Stracca.in tract.
de decoctor.par.5.nu.1. Paris de Put. de ſindica.§.
fideiuſſor,in fin.Marſil.in rubr.de fideiuſſor.nu.89.
vbi pulchrè declarat. Damouder.qui ita ſe pluries
conſuluiſſe teſtatur de tutor.& cura.capit.num.
66.Sebaſtian.Medic.de nouat.par.1.q.8.in prin.&
in hanc ſententiam magis videtur conſenſiſſe
Specul. cùm in hac quæſt. ſic vltimo loco diſtin-
guat poſt multas relatas more ſuo reſolutiones.
Brun.in tracta.de augmen.nu.46.3. concluſ. prin-
cipa.& communem dicit Viu. cõmun. opin.libr.
2.opin.110. in verbo fideiuſſor. & magis commu-
nem teſtatur Gabriell. de fideiuſſor.concluſ. 3.qui
multos allegat , quibus vltra ſupraſcriptos , addo
Frideric. Schench. in Viridar. concluſ. iuridicar.
concluſ.23.Math. Coler. Saxo.in ſuo eleganti tra-
cta.de proceſſib.executiu.par.1.cap.10.nu.303.vbi
multis imò etiam indiſtinctè videtur firmare ter-
tiam opinionem præcipuè nu.319.cir.med.reſpon
dendo ad contraria. Maſuer. ad Papien. in d. §.ſu-
per verbo conſenſerit.Andr.Gaill. practicar.obſer.
lib.2.obſer.30.num.13. Hartman.Hartmani practi-
car.obſer. forenſ. lib.2. tit.de fideiuſſor.c.6.Io. Say-
ſon.in conſuet.Turonen.c.1.art.24.in gl. ſuper ver-
bo *Parlant*. col.7. verſicul. quæro decimo octauo,
& hanc communem reſolutionem in hac mate-
ria dicit veriſſimam,& tenendã Io. Guter.de con-
tractib.iurat.cap.49.num.15.poſt Couarru. per eũ
citatum , & hanc partem ego tutiorem,commu-
niorem, & æquiorem iudico , & pro illa conſide-
ro ſtare maximam æquitatem, quæ inde reſultat,
ne ex beneficio ſuo & miſeratione, quam erga de
bitorem creditor habet , damnum conſequatur ,
imò iniquum eſſet dicere creditorem ex hac pro-
rogatione ſibi præiudicare,ideo illa prima opinio,
ita indiſtinctè intellecta ſemper mihi viſa fuit du-
ra,& penitus à iudicum aula relegandam eſſe cen
ſui,non ſecus quàm cautelam illam,quam tradit
Ferrar.in ſupra citato loco.

Et tantò magis hæc cõis reſolutio procedet , ſi
5 dictum eſſet in prorogatione † citra præiudicium
iurium primæ obligationis. Grat.conſi.126. nu.8.
lib.1.Iaſ.in d.l.lecta.nu.9.in fi.verſi. ſecus ſi. & idem
ſenſit Spec.in d.§.1.de fideiuſſor.nu.19. ver.vel dic.
addit.magna ad Abb.in d.c.cõſtitutus. ideo in hac
materia cautelã tradit Iacobin.vt creditor in ſecũ
da obligatione , ſeu prorogatione proteſtetur, ꝙ
caſu quo debitor in termino prorogato non ſol-
uat,ꝙ vult primam obligationem , & actionẽ ſibi
ſaluam eſſe.Ad ipſ verò hoc caſu datus fideiuſſor
cenſebitur,qñ tempus fuit appoſitum ad finiendã
obligationem,ſecus ſi ad executionem, & ſolutio
nem differẽdam:nam tunc nihilominus facta pro
rogatione tenetur,ſicut elapſo tẽpore adhuc erat
obligatus , ita pulchrè declarat Grat. d.conſi. 126.
nu.12.poſt Dec.d.conſi.93.nu.5.& dicam infra.

Hanc communem reſolutionem amplio , vt
6 procedat etiamſi † in hac prorogationis conceſ-
ſione aliquid pro vſuris,& intereſſe recipiatur : nã
hoc non obſtante non liberabitur fideiuſſor , vt
per Rotam in antiq. tit.de depoſ. deciſ.1. aliàs de-
ciſ.860.quamuis ad intereſſe iſtius intermedij tem
poris ille non teneatur,vt mox dicam.

Fallit verò prædicta concluſio , ſi expreſsè ani-
7 mo nouandi facta † eſſet iſta prorogatio , vt per
Alc.in d.l.lecta.nu.53. nam nouatione fideiuſſor li
beratur.Bal.in l.aliam. D.de nouat. ſicut nouatio-
ne ſtipulatio , item pignus, & hypotheca ſoluun-
tur.l.ſi creditor. & l.nouatione. D.de nouat.& de
hoc eſt text.ad literam in l.nouatione.C.de fideiuſ
8 ſor. & videtur † fieri animo nouandi, quando in-
terrogatio non fuit facta tacitè , vel per pactum ,
ſed per ſtipulationem.Iaſ.in d.l.lecta.nu.9.verſicu-
lo inuenio tamen.poſt Bal. in l.tam mandatori. C.
de non nu.pecun. & hoc tenet apoſtilla ad Abba.
in d.c.conſtitutus , q̃ eſt multũ notanda , & vr̃ ex-
9 cerpta ex Iaſ.in d.l.lecta.ſed † hodie non cenſet fa
cta nouatio niſi expreſsè dicat , vt dicit Grat. in d.
conſ.126. numero 9. per l. fin. C.de nouat. & licèt
hæc opinio ſit controuerſa , tamen hanc verio-
rem dicit D. Andr.Gail. dicta obſer.30. numero 3.
vbi

vbi voluit nec ope quidem exceptionis hodiè no-
uationem fieri, iux. quam opinionem refert in ca-
mera Imperiali iudicatum, & nouatio tunc be-
ne diceretur quando primus contractus eſſet alte-
ratus, nam tunc alterata obligatione fideiuſſores
non tenentur, ſed dicuntur liberati, vt per Socin.
dict. conſil. 62. numer. 23. in qua ſpecie eſt intelli-
gendum illud ſuum conſilium, quod aliàs non
poſſet ſubſiſtere.

Tenendo igitur hanc communem reſolutio-
10 nem, ad text. in † d. l. ſi cum hermes. & §. qui im-
pleto. pulchrè reſpondet Imol. quòd ibi non libe-
ratur fideiuſſor eo, quòd facta ſit prorogatio exa-
ctionis, ſed quia non obligauit ſe ad plus quàm ad
penſionem quinque annorum, vnde non eſt iuſtū,
quòd ſub illa obligatione trahatur etiam ad obli-
gationem alterius ſummæ de qua ſe non obliga-
uit, quòd clarè elicitur ex ipſo text. dum dicit, ꝙ
ex quo fideiuſſor non conſenſit poſteriori obliga-
tioni, ſed expreſsè contradixit, non tenetur ex fa-
cto nouo. Nos autem loquimur quando non agi-
mus de noua, & grauiori obligatione, ſed tan-
tum de differenda exactione debiti iam contra-
cti. Ex qua reſponſione elicio ego valde notan-
dam concluſionem in hac materia, ad declaratio-
nem clariorem præſentis quæſtionis, quòd ſi fide-
iuſſoribus diſſentientibus, vel ignorātibus fiat pro-
11 rogatio, ipſi † in duriorem cauſam non teneantur,
remaneant tamen ex priori contractu obliga-
ti, vſque ad tempus in obligatione præfixum: ſed
ſi ipſis ſcientibus, & tacentibus, non liberentur
etiam à poſteriori obligatione, ſed ſemper etiam
in futurum obligentur, & hæc videtur eſſe ſecun-
da opinio, quam Specul. in hac quæſtione retulit,
& videtur de mente Barto. in quæſtione illa, quam
tractat poſt Iacob. de Arena, & Dyn. in l. Lucius. 2.
§. Paulus D. de admin. tutor. vbi voluit, quòd poſt
tempus ſex menſium in prima obligatione poſi-
tum, non ſint fideiuſſores obligati, quia intelligitur
de eo, quod poſt illud tempus in priori obligatio-
ne præfixum agitur, & accidit: nam exemplificat
Bartol. in amiſſione caſtri poſt tempus occurſa,
quam quæſtionem tractat Alberic. de ſtatut. part.
2. quæſtio. 143. & 163. Martin. Lauden. in tractat.
de Caſtella. quæſt. 29. colum. 3. & quid de fideiuſ-
ſore officialis ſit dicendum, diſputabunt alij ſuo
loco. Ex quo infero, quòd ſi poſt temporis proro-
gationem aliquid deterius debitori contigerit ob
12 factam prorogationem, † puta, quòd fideiuſſor
ad deteriorem fortunam peruenerit, non teneatur
fideiuſſor, & ideo ſi durante tempore prorogatio-
nis debitor efficiatur pauperior, tunc non debet
factum creditoris nocere fideiuſſori, qui fortè non
fuiſſet expromiſſurus, ſi ſolutio fuiſſet differenda
in longum tempus, & ita intelligo, & declaro di-
ctum Felini in dict. cap. de cauſis. colum. 3. verſic.
3. limita. & in hoc caſu fortè poſſet procedere opi-
nio Specul. Io. Andr. & Butr. ac aliorum ſupra in
prima opinione relatorum, quod tamen ego non
ita abſolute procedere exiſtimo, ſed tunc demum
ſi fideiuſſor proteſtatus fuerit facta ſimplici pro-
rogatione ſe nolle, vlterius teneri, quia aliàs impu-
13 taretur † fideiuſſori, qui potuit agere vt liberetur
& tacuit, iux. d. cap. conſtitutus. Coler. d. cap. 10. nu.
311. in fin. & 312. & ideo non liberari fideiuſſorem.
ſi debitor hoc caſu decoxerit, dicit Straccha in d.
tracta. de decocto. par. 5. num. 1. & ad hæc pariter
reſpexerunt Grat. & Dec. dum loquuntur de tem-
pore finiente obligationem, vel differente exactio-
nē, vt dixi ſupra, & hoc clarius ponit ipſe Dec. in
d. l. lecta nu. 13. & in ſimili tenuit Crau. conſil. 436.
nu. 8. & 20. Coler. dict. nu. 303. in fi. vbi omnino vi-
de, ſi plura hac de re velis. Hinc fit, ꝙ fideiuſſor ad
ſummam maiorem non obligatur, nec ad vſuras
& intereſſe, vt per eundem Coler. num. 309. Et ad
hæc facit cōmunis regula, quæ habet, ꝙ fideiuſſor
14 ad certum † tempus licèt nō ſit fideiuſſor poſt ipſ
tamen remanet fideiuſſor, & obligatus pro tem-
pore pro quo fideiuſſit, quam regulam ſequitur,
& multis authoritatibus firmat Borgnin. Caual-
can. deciſ. 31. nu. 15. part. 1. & in hoc caſu poſt Dec.
tenet Guter dict. cap. 49. num. 15. in fin.

Sunt tamen aliqui, quibus hæc communis re-
ſolutio, & diſtinctio diſplicet, & ſunt in noua opi-
nione, ac aliter diſtinguunt, & reſoluunt præ-
15 ſentem quæſtionem, nempe, quod aut † creditor
ſine noua ſtipulatione prorogauit terminum ſo-
lutionis debitori, & tūc non liberetꝰ fideiuſſor: aut
creditor prorogādo ſtipulatꝰ de nouo pecuniā ab
ipſo debitore, & facit illū de nouo promittere, tūc
propter nouationem fideiuſſor liberetur, ita repe-
rio in his terminis diſtinguere Iacobin. in dict. l.
ſi vnus. §. ſi cum reo. ſecunda lectur. numer. 2. D. de
pact. & melius in l. 1. num. 16. & 17. C. de iudic. pro
qua diſtinctione videtur text. ad literam in l. vbi-
cunque. D. de fideiuſſor. ac in hanc ſententiā vide-
tur inclinare apoſtilla ad Abb. in dict. cap. conſti-
tutus. verſic. his ergo hincinde. & ex hoc dicit Ia-
cobin. concordari opiniones contrarias, quæ con-
cordia eſt quidem ſubtilis, & pulchra, ſed de illa
dubito propter communem reſolutionem, quæ
huic videtur aduerſari ſententiæ, ſtante præſertim
diſpoſitione l. fin. C. de Nouat. cum non fiat ex-
preſſa nouatio, & ego dubitarem recedere à prio-
ri reſolutione, pro qua ſemper conſulerem & iu-
dicarem niſi, cōſtaret de expreſſa nouatione, nihi-
lominus huic Iacobini ſententiæ quaſi annuens
Senatus in cauſa Calui, & Gaſtandi cenſuit per
talem prorogationem ſine ſtipulatione noua fa-
ctam non eſſe liberatum fideiuſſorem, qui fideiuſ-
ſerat pro debitore promittente ſoluere intra vnū
annum, ita intelligēdo opiniones doctorum con-
trarias, me referente. 1570. ſeptima Decembris.

Spurius ex fratre an dicatur turpis per-
ſona, ita vt à patruo inſtitui non poſ
ſit, & ſit locus. l. fratres. C. de inoffi-
cioſ. teſtamen.

DECISIO CXXVI.

1 *Spurius non dicitur turpis perſona.*

Deciſio CXXVI.

2 *Spurius ab extraneo inſtitui non prohibetur.*
3 *Spurius infamis perſona dicitur.*
4 *Spurius tamquam levi macula ſaltem aſperſus hæres inſtitui non poteſt.*
5 *Frater turpis non querelat teſtamentum fratris, qui turpem perſonam inſtituit.*
6 *Spurius virtute & dignitate decoratus hæres inſtitui non prohibetur inter tranſuerſales.*
7 *Spurius à Principe legitimatus poteſt hæres inſtitui.*

FRATER teſtatus eſt, & in teſtamento inſtituit hæredem ſpurium, vel naturalem ex alio fratre ex ſoluto & ſoluta natum, ſub ſtitutione facta in hunc modum, quod ſi dictus inſtitutus illi hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, ſubſtituit alium ſibi agnatum in gradu remoto. Moritur teſtator relicto inſtituto qui adiuit hæreditatē, ſuperſtite fratre qui monachus erat. Monachus obtenta ceſſione à capitulo ſeu monaſterio agit cōtra inſtitutum, petitque ſibi fratris hæreditatem nullo declarato teſtamento decerni: quæſitum fuit an iuſta petitio eſſet: & quoniam præſens quæſtio habet quatuor principales difficultates, illam quatuor articulis propoſitis, & diſtinctis examinabo.

Primus articulus igitur eſt in hac facti ſpecie, nunquid frater præteritus poſſit impugnare teſtamentum fratris ex remedio l. fratres. C. de inoffic. teſtamen. & §. ſoror. inſtitu. eo. titu. ex eo quod ſpurium inſtituerit tamquam turpem perſonam. Dicebatur per ſpurium valere teſtamentum ſua per
1 ſona inſpecta, quia ille non eſt † turpis perſona, cùm filij maculam non cōtrahant ex patris incontinētia, & turpitudine. cap. nunquam de vitijs. 16. diſtinct. cùm pœna ſuos tenere debeat authores. l. ſancimus. C. de pœn. & naſci ex adulterio non eſt culpa naſcentis ſed generantis. cap. Naſci. diſtinct. 56. Multiq; fuere naturales & ſpurij, ad ſummas dignitates evecti præſertim pontificias, vt narratur in cap. Oſius Papa. 56. diſtinct. & notat Alexand. Rauden. in tracta. de Analog. capit. 30. nume. 81. & pro hac opinione adducebantur ea, quæ in his terminis allegat Cagnol. in l. 1. numero 14. D. de inoffic. teſtamen. vbi ſentit non poſſe querelari te-
2 ſtamentum fratris inſtituto naturali † extraneo, in qua opinione videtur etiam fuiſſe D. Paleotus in tracta. de not. & ſpur. capitu. 55. nume. 5. facitque communis regula quę habet, ſpurium libere poſſe à fratre legitimo hæredem inſtitui, & à quocunque modo non ſit ex aſcendentibus, quā nouiſſimè firmat Simon de Præt. de interpretat. vltimar. volunta. lib. 3. interpretat. 1. dub. 3. ſolut. 2. numero 31. cuius regulæ authoritate in his terminis, & in hac cauſa conſulendo motus Rolan. conſil. 87. lib. 3. expreſsè tenuit, & cōſuluit talem inſtitutionem ſpurij à patruo factam ſubſiſtere, cùm ab extraneo aliquid accipere teſtamēto poſſit. Andr. Gail. practicar. obſer. lib. 2. obſer. 88. nume. 19.

In oppoſitum verò contra ſpurium facit tex. in cap. ſi gens. 56. diſtinct. vbi Bonifatius inquit tales
3 filios neque Deo amabiles † neque hominibus honorabiles eſſe. quod etiam voluit Calixtus Pontifex in capitu. coniunctiones. 35. quæſtio. 2. dicens infamia eos notandos, & infames cenſendos, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi. Item pro hac parte inducebatur tex. in d. l. fratre. ibi.

vel læuis notæ macula aſpergantur.

4 quo apparet ſufficere † quamlibet leuem turpitudinem, vel notam eſſe in inſtituto, vt poſſit ſubuerti teſtamentum à fratre, quem text. in ſimili caſu in illis verbis ponderat Ruin. conſilio 5. libro 3. Io. Fab. & alij in dict. §. ſoror. & eſt ratio, quia cū ius naturale id ſuadere videatur, vt propinquioribus benefaciamus, quamuis noluerit lex obligare fratrem ad inſtituendum fratrem, prout obligat ad inſtitutionem deſcendentis, voluit nihilominus prouidere ne ad excluſionem fratris turpis perſona, vel aliquo modo maculata admittatur, ſed quòd omni exceptione maior eſſet ille inſtitutus, qui fratrem non turpem excludere deberet,
5 & ideo ſi pater etiam eſſet † eadem, vel maiori macula turpitudinis notatus, nō admitteretur ad querelam. Iaſ. in l. in arenam. in fin. & in dicta l. fratres, lim. 7. C. de inoffic. teſtamen. quia tunc non conſideraretur eam inſtitutionem de turpi inconſiderate factam, cùm etiam frater turpis eſſet, & in pari cauſa lex magis fauet teſtatori de re ſua diſponenti. Atque in terminis, quòd talis ſpurius ſit infamis, & per conſequens, quòd ſit locus querelę, & remedio l. fratres. tenuit ſubtiliſimus ex antiquis Azò in ſummma. C. ex quib. cau. alicui infam. irroget. num. 4. & poſt eum Bart. Bald. Alex. & alij. in l. & ſi pepercerit. D. de lib. & poſthu. & in l. turpia. de lega. 1. Bald. in l. in bonæ fidei. D. de reb. cred. & in l. 1. C. de iur. aur. annulor. & conſil. 375. libro 129. colum. 2. libr. 2. Alex. in l. ex facto. numer. 22. D. de vulgar. ſubſtitut. Afflict. deciſ. 125. & 204. ex qua tamen deciſione 125. elici videtur, quòd tantum procedat hæc opinio quo ad legitimam. Iaſ. conſil. 154. nume. 5. verſicul. vnde dicit D. Azo. libr. 1. Mant. conſil. 259. numer. 7. & hanc ſententiā crebriorem, & receptiorem apud doctores eſſe dicit Ancharan. iun. quæſtionum familiar. libr. 3. quæſtio. 16. num. 9. vbi multos allegat dicentes talem ſpurium dici notatum infamia facti, & huic querelę dicit poſt Salyc. locum eſſe, quamuis fratri querelanti aliquid relictum eſſet.

Nec obſtant iura in contrarium allegata, quia reſpondetur, quòd iura illa poſita per Gratianum in ſecunda parte illius diſtinctionis 56. procedunt quo ad damnum vitæ æternæ, non autem quo ad alios iuris effectus, vt reſpondet gl. in d. 56. diſtinct. c. vndecunq; vel dic, quòd iſtud eſt, quia lex odio habet indiſcretionem fratris teſtantis, qui alium fratrem excluderet admittendo, & inuitando ad hæreditatem ſuam alium minoris qualitatis, & dignitatis, quàm eſſet frater, vt in his terminis conſiderat Dec. in conſil. 561. num. 4. dicens hoc caſu legem indignari, & ideo querelam concedere, & hac ra-

hac ratione inferebam, quòd ſi iſte ſpurius, vel
6 aliàs turpis † alijs virtutibus eſſet illuſtratus, & de-
coratus ita, vt fratre præterito dignior eſſet, tunc
non haberet locum querela, argumento text. in
capi. nunquam de vitijs. dicta. 56. diſtinct. ibi.
Natus ex meretrice, ſi propria virtute
decoretur, parentum non dedecoratur
opprobrijs. Et in cap. Apoſtolica, & c. ſeq. ead.
diſtinct. ibi. Quamuis filius ſacerdotis ſit, ſi
cæterę virtutes in eum conueniunt, il-
lum non reijcimus, ſed ſuffragantibus
meritis patienter ſuſcipimus. Et ob id li-
cet tales ſpurij ſint aliqua leui macula aſperſi, ta-
men ex virtutibus obnubilata macula, & illuſtres
facti ad ſummas etiam dignitates euecti ſunt, vt in
dicto capitu. Oſius Papa. Et ita conſuluit, & dicit
iudicatum in quodam filio præsbyteri Aluar. Va-
laſc. Luſitan. conſultat. 17. per totam. Minus obſtat
authoritas Cagnoli, & aliorum, quia licèt dici poſ
ſet in contrarium eſſe opinionem aliorum docto-
rum maioris authoritatis & numeri, vt in ſimili di
cit Iaſ. conſilio 71. in fin. lib 1. tamen adhuc reſpon-
deri poteſt, quod illa opinio, & altera regula ſuper
qua ſe fundat Roland. non militant in hoc caſu,
nec habent locum quando teſtator habebat fra-
trem, qui poterat querelare. & ideo hanc ſecũdam
opinionem Azonis tamquam veriorem & magis
communem ſequutus fuit in hoc articulo Sena-
tus ita iudicando in cauſa Luperiæ Cunien-
lis, 1569. Menſe Februarij. damnato conſilio Ro-
land. in dicta cauſa producto, quod poſteà in ſu-
pracitato libr. 3. impreſſum fuit. conſi. 87.
Hanc tamen opinionem limitarem, vt non pro
cedat non ſolùm ſi ſpurius proprijs virtutibus illu
ſtraretur, vt ſupra dixi, ſed etiam ſi principali reſcri
7 pto vel aliter † fuiſſet legitimatus prout, ita in ter-
minis tenet Bald. conſilio 146. colum. penul. verſi-
culo, & primo qualis. libr. 1. Alexan. in d. l. ex facto.
numero 22. D. de vulga. ſubſt. Iaſ. dicto conſil. 154.
numero 5. verſicul. vnde nunc. libr. 1. D. præceptor
meus Paleotus nunc S. R. E. Cardinalis meritiſſi-
mus, & Bononien. Archiepiſcopus in dicto capit.
55. nume. 6. & 7. & faciunt, quę dicit idem Anchar.
dicta quæſtio. 36. nu. 14. qui vlterius limitat com-
munem opinionem in caſu quando eſſet inſtitu-
ta ſpuria, quæ iuueni viro, & nobili matrimonio
eſſet collocata, quia tunc non poſſet dici turpis
perſona, quod tene menti, quia eſt pulchrum di-
ctum. Quamuis & in hac limitatione Bal. ſibi pro
more contrarius aliter teneat in l. generaliter. §. cũ
autem. verſiculo ſcias autem quòd in feudis. C. de
inſtitut. & ſubſtit. & Firman. in ſuo repertor. §. Ba-
ſtardus. numero 47.

Subſtitutio facta in eum caſum ſi Ti-
tius hæres non erit, vel aliquo caſu
hæres eſſe non poterit, quæ vulga-
ris dicitur, an inſtituta turpi perſona
faciat locum ſubſtituto, an verò fra-
tri querelanti, adita per inſtitutum
hæreditate.

DECISIO CXXVII.

1 *Subſtitutionis vulgaris effectus eſt, vt teſtamentum à ſe-cundo gradu vires capiat.*
2 *Aditione hæreditatis ob aliquem caſum deficiente locus eſt ſubſtituto non obſtante aditione, & nume. 12.*
3 *Diſpoſitio l. Titia. an habeat locum in teſtamento fratris, & nume. 10.*
4 *Spurio inſtituto per querelam à fratre inſtitutam non obtinente hæreditatem locus erit ſubſtituto. contra nume. 5. & nume. 11.*
6 *Teſtamentum fratris magis quàm patris rumpitur odio turpis perſonæ.*
7 *Fiſco hæreditatem ab indigno auferente non fit locus ſubſtituto.*
8 *Subſtitutio vulgaris adita hæreditate expirat.*
9 *Tex. in l. 3. §. fin. D. de libe. & poſthum. declaratur.*

ALTERA ſuccedit pulchra, &
ſubtilis quęſtio ex caſu propoſi-
to an præſuppoſita inualidate
teſtamenti propter querelam
ſit locus ſubſtitutioni vulgari fa
ctæ in fauorem illius agnati non
turpis, ita quod turpis excluda-
tur a fratre, & ſubſtitutus excludat fratrem. Et in
fauorem ſubſtituti multa adducebãtur, & primò
text. in l. 3. §. fin. D. de liber. & poſthum. vbi ſi non
ſuſtinetur primus gradus inſtitutionis admittitur
ſubſtitutus, & incipit teſtamentum valere à ſecun
do gradu. Ex quo. §. infertur concluſio, quòd iſte
1 eſt † effectus vnus ſubſtitutionis vulgaris expreſſę
(qualis eſt hæc l. cùm proponas. C. de hæred. inſti-
tuen.) vt faciat valere teſtamentum incipiendo à
ſecundo gradu, de qua re Bartol. in l. 1. nume. 28.
D. de vulga. ſubſt. ſcribit & communiter ibi Docto
res, vt teſtatur Rip. nume. 162. & ibi Bartol. ponit
caſum, quando deficit primus gradus ratione inca
pacitatis, vt quia ſpurius, per l. 2. C. de hæred. inſti-
tuen. & hanc Bar. opinionem in his terminis com-
muniter approbatam dicit Crau. conſil. 898. num.
13. & 26. libr. 5. allegans Bald. in conſil. 146. nume. 4.
lib. 1. & 363. libr. 1. & eandem tenuit idem Barto. in
dicto §. fin. nume. 2. ſimiliter exemplificans in ſpu-
rio. & de communi hac Bartol. regula nouiſſimè
teſtatur Simon de Præt. de interpretat. vltima. vo-
lun. libr. 3. dub. 5. ſolut. 5. nume. 54.
Secundò adducebatur l. ex contractu. de re iu-
2 di. vbi † licèt adita ſit hæreditas, tamen ſi non du-
ret aditio, deſinit eſſe primus inſtitutus hæres, & lo
cus eſt ſubſtitutioni, vnde iſtius ſpurij aditio huic
ſubſtituto non erit impedimento, cui conue-
nit. l. & ſi ſine. §. ſed quòd Papinianus. D. de mi-
noribus.

Tertiò l.cum, qui.§. fin.D.de inoffic.teſtamen.
vbi rupto teſtamento per querelam hæres, qui
adiuit,deſinit eſſe hæres,& omnia remanent in eo
gradu ac ſi nunquam fuiſſet adita hæreditas, &
quòd deſinat eſſe heres eſt tex.in l.in ſubſtitutione.
D. de vulgar. & per illum text. ita dicit Caſtren.in
l.cum duobus.numer.3.C. de inoff.teſtam. ideo ſi
deſinit primus hæres eſſe, ſecundus inſtitutus non
obſtãte aditione hæreditatem capiet, ſic enim dr̃
quod deficiente vno ſubſtitutionis gradu tranſit
hæreditas ad vlteriorem ſubſtitutum, vt dixi ſupra deciſ. 86.

Quartò adducebatur conſil. Anchatan. 275.vbi
donec effectualiter adita eſt hæreditas per inſtitutum non ſit locus ſubſtituto.

Quintò adducebatur opinio Dyni in l. ſi patroni.§.fin.D.ad S.C.Trebellia.quam refert Bartol.ibi
in quarto intellectu ad illum text. & dicit menti
3 tenendum,quæ eſt † quòd l. Titia de inoffic.teſta.
quæ vult, quòd rumpatur teſtamẽtum in totum
per querelam vti à demente factum, non habet
locum in teſtamento fratris, & quamuis Fulgoſ.
conſil.71.colum.3. verſicul. in diuerſum, & Dec.
conſil.561.colum.1. verſicu. his tamen. aliter ſentiant, tamen illorum opinio procedit in odium
turpis perſonæ tantum, ſed quo ad alias non turpes habet locum op. Dyni, & ita ſcribit Dec. dict.
conſil.161. cir.fin.

Sextò pro ſubſtituto facit, quia ſi duo hæredes
à fratre inſtituantur, & vnus eorum non ſit turpis
rumpitur teſtamentum quo ad turpem, quo vero ad alium non rumpitur, ita tenent cõiter doct.
præſertim Gul. de Cun. Bart.Bald.& Caſtren. in l.
fratres.C.de inoffic.teſtam.& ibi Salyc. in 5.quæſt.
ergo idem dicendum in caſu iſto, vt licèt rumpatur quo ad inſtitutum, tamen ſuſtineatur quantũ
ad ſubſtitutum, qui non eſt turpis, & in terminis
4 hanc opinionem † quo ad ſubſtitutionem factam
ſpurio cum conditione ſi capax erit, tenuit vir
ſummæ doctri. & integritatis Natt. in conſil. 246.
numero 8.& conſil.247.nume.3.& idem voluit in
hac cauſa Luperiæ conſulendo Crau. in dict.conſil. 898. per totũ, & re vera cęteris omiſſis ſtringit
admodum Bart.doctr.ſupra in primo fundamento allegata, & in iſtis pariter terminis pro ſubſtituto conſuluit Hieron.Gabriell. conſil.104.nume.2.
3. & per totum, & innuit Gomez. variat. reſolut.
libr.1. cap.10. numer.29. verſic. & idem eſt ſi inſtituatur. circ.fin. Simon de Præt. de interpretat.vltimat.voluntat. dict.ſolut.5.nume.22.nec pro contraria reperi hactenus doctorem in indiuiduo ſcribentem prout ſcripſerunt,& conſuluerunt ſuprascripti tam in hac cauſa quàm ſimilibus.

Pro contraria verò parte & in fauorem fratris
5 quòd ille in totum rumpat ſubſtitutionem vulgarem præſertim adita hæreditate per inſtitutum
primo facit, quod querela inofficioſi reducit rẽ
ad cauſam inteſtati l.poſthumus.§.ſi quis ex his.in
fin.D. de inoffic. teſtam.

Secundò facit communis doctrina doctorum
in auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. vbi Bartol.
numer. 16.volentium, quòd per querelam inofficioſi rumpãtur omnes directę ſubſtitutiones vulgares per text. in dicta l. Titia. de inofficioſ. teſtament.

6 Tertiò facit ratio, quia odio † turpis perſonæ
magis rumpitur teſtamentum fratris, quàm patris,vt per Dec.dict.conſil 561.numer. 4. ideoque
quamuis per auth. ex cauſa.ſuſtineantur fideicommiſſa in ruptura filij, vt per Bar.in dict.auth.num.
23. quem omnes ſequuntur, tamen in ruptura à
fratre facta per clauſulam codicillarem non ſuſtinetur fideicommiſſum. Fulgoſ. dicto conſilio
71. Angel. in §. ſiue igitur. columna penultim.
verſiculo contrarium credo. auth. vt cum de appellat.cognoſc.

7 Quarto facit, q̃ † adita hereditate per indignũ,
ſi fiſcus illam auferat,non ſit locus ſubſtituto licèt
digno.l.ſequens. D. ad S.C. Syllan. per quem text.
hanc regul. firmat ibi Bart. & in l.1.D.de vulgar.&
ſequũtur communiter doctores, vt ibi dicit Rip.
numer. 155. Cotaſ.in l. poſt aditam. num.50.C.de
impuber. & al.ſubſt. & ratio eſt, vt dicit text. quia
pœna huius primi inſtituti non debet eſſe lucrum
ſubſtituti:item,quia poſt aditam hæreditatem expirat ſubſtitutio, vt ibi per Bartol. & hoc caſu hoc
eſſe indubitatum dicit Michael Graſſ. in libro cõmun. ſentent. §. ſubſtitutio. quæſt. 8. numer. 8. ſic
idem dicendum in caſu noſtro,cùm iſte frater rũpat, vt ſibi locum faciat non autem alij. iux. text.
in l.nam, & ſi ſub conditione. §.fin. D. de iniuſto
rupt.teſtam.

Quintò adducebatur regula. l. poſt aditam. C.
8 de impub & al ſubſtit. vbi ſtatim † adita hæreditate expirat vulgaris, quæ regula ibi ampliatur per
Bald.etiamſi talis aditio non duret, niſi reſtitutione in integrum ſit ſublata, quæ reſtitutio cùm in
caſu hoc non interueniat,reſtat firma regula, nec
reperitur, quod aliquis ſcribentium, aut repetentium in dict.l.poſt aditam.eam limitet in caſu noſtro,vel querelę inofficioſi, quamuis multas limitationes ad eam adferat Zaſ.

Sextò facit pro hac parte, quia aliàs ſi ſtaret ſubſtitutio vulgaris eſſet ludibrio querela, quia totũ
reſtitueretur ſubſtituto, quod non eſt dicendum
prout in ſimili huic opinioni ſubſcribens tenuit
Caſtrenſ.in dict. l. ſi patroni.§.final. ad Trebellian.
& ibi Alexan. nume.7.verſiculo attamen eſt vidẽdum. quamuis hoc argumentum ſaluari poſſet,
quod procedat quando agitur de excludendo veniente ab inteſtato, vt admittatur turpis inſtitutus; ſecus ſi de admiſſione alterius ſubſtituti non
turpis ageretur, vt proxima deciſ.latius dicam, &
ita loquitur Caſtren.in dicta l. ſi patroni.dum non
vult hæreditatem reſtitui ſpurio ex clauſula codicillari.

Et ex his inferebam in caſu propoſito non eſſe locum ſubſtitutioni vulgari, ſed potius fideicommiſſariæ virtute clauſulæ codicillaris,vt proxima deciſ. dicam.

Nec obſtabunt contraria,quia ad ſingula facilis
patet reſponſio,& primo l.3.§. final.de liber.& po-
9 ſthum. quòd † illa procedit, quando inſtitutio eſt
à principio nulla non autem ſi à principio tenuit.

Et ita

Et ita ibi exemplificat, & declarat glo. & communiter doctores omnes præſertim Paul. de Caſtro numer. 2. dum reſpondet ad l. non putauit. §. a primo. de bon. poſſeſſio. contra tab. & idem Caſtren. numero 3. vbi infert ad alias quæſtiones: præterea ibi non erat adita hæreditas, vt per Caſtrenſ. ibidem numero 1. in caſu enim illius. §. propterea quod nullus eſt primus gradus, & hæreditas non fuit adita, incipitur à ſecundo, qui potius dicitur primus, quam ſecundus, vt ibidem dicit Caſtr. numer. 2. vlterius in caſu hoc ideo rumpitur non propter defectum ſolennitatis teſtamenti, ſed vt is qui rumpit locum ſibi faciat, ita Bart. in dicta l. 1. de vulgar. num. 28.

Ad l. ex contractu. reſpondetur, quòd procedit fauore minoris, & ope reſtitutionis in integrum, vt dicunt communiter doctores, & Barto. ibi. Bal. in dicta l. poſt aditam, in principio, & ibi Sapia. numero 5. Coraſ. numero 14. Rip. in dicta l. 1. de vulgar. numero 205. & ſic eſt caſus ſpecialis, vt dicit Zaſ. in tractat. ſubſtit. vulgar. capitulo 1. numer. 30. præterea ibi concurrebat, quòd hæreditas non erat ſoluendo, vt per Alberic. in l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de minor. vel dato cohærede, vt per Alber. ibi, & Sapia. dicto numero quinto, & ſeptimo. & eodem modo reſponderi poteſt ad dictum §. ſed, quòd Papinianus, vt dicunt doctores ſupra citati, & Rip. dicto numero 205. & communem dicit M. Graſ. §. ſubſtitutio. quæſtio. 15. nume. 4.

Ad tertium dicitur, quòd dicta l. eum, qui. §. fi. procedit eo quia querela inofficioſi facit teſtamẽtum irritum, & rumpit tam inſtitutiones, quàm ſubſtitutiones vulgares, & ſic potius facit contra ſubſtitutum. præterea ibi eſt ea ratione ne hæres qui adiuit ſit in damno amittendo ſuum creditũ ex aditione confuſum, imò ex illo tex. notant Bal. & alij, quòd querela reducit rem ad cauſam inteſtati, vt ibi dicit addit. marginal.*

Ad conſil. Ancharan. reſpondetur, quòd reprehenditur per Rip. in dicta l. 1. numero 207. vlterius loquitur in pœnitus incapaci ideſt bannito, quo caſu habet locum doctr. Bart. in dicta l. 1. numero 28. ſecus autem in eo, qui erat à principio capax, niſi querela obſtaret. quinimo Ancharan. videtur ibi facere pro opin. noſtra, dum in fi. concludit ex eo, quòd bannitus adiuit excludi ſubſtitutum, quamuis aditio non durauerit.

Ad quintum dicitur, quòd illa opinio Dyni
10 † non eſt vera, quia alij tenent, quòd l. Titia habeat locum etiam in fratre, cùm ſit eadem ratio, imo maior, vt ſupra dixi, cum videatur maior dementia in eo, qui carnem ſuam odio habens, turpem, & extraneam perſonam fratri virtutibus prædito anteponit, & in ſpecie, quod dicta l. Titia etiam. in caſu fratris procedat dicit Fulgoſ. dicto conſilio 71. colum. 3. verſiculo ad ſecundum, & verſiculo in diuerſum arguitur. quod conſiliũ etiam reperitur inter conſil. Caſtrenſ. conſilio 268. libro 2. ad primum videtur. columnn. 2. Bald. in dicta l. fratres. quæſtio. 3. Dec. conſilio 561. colum. 1. & ibi Dec. paulò poſt allegat alium text. concordãtem cum dicta l. Titia. iuris nouiſſimi videlicet. §. ſoror. inſtitut. de inofficio. teſtamen. inducendo, vt per eum. Nec doctores prædicti diſtinguunt, prout nec dicta l. Titia. diſtinguit. nec d. §. ſoror. vtrum odio turpis perſonæ, vel non, ſed ſimpliciter volunt rumpi teſtamentũ, quia talis eſt natura querelę inofficioſi, quę natura nõ eſt in hoc variata inter querelam filij, vel aliorũ, & querelam fratris quando eſt turpis inſtitutus, & quamuis Dec. & alij communiter vt infra dicam velint, quod in odium turpis perſonæ procedat opinio Dyni, vt in totum rumpatur, ſecus in odium non turpis legatarij, tamen id dicunt procedere doctores in cauſa fideicommiſſaria, & virtute clauſulæ codicillaris, & propter auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. ita dicit clarè Bartol. in dicta l. Titia. verſiculo hodiè tamen. Nec reperitur aliquis doctorum antiquorum, qui teneat opinio. Dyni in fauorem non turpis in directa ſubſtitutione, ſed tantum in fideicommiſſaria propter dictam clauſulam, & ita loquitur Dec. dicto conſilio 561. & Iaſ. in dicta l. fratres. numero 5. verſiculo teneas communem.

Ad vltimum reſpondetur, quòd præſuppoſita pro vera illa communi opinione, non tamen obſtat: nam illa non debet extendi ad alium caſum, tanto magis, quia diuerſitate rationis aliud ibi ſtatuitur, ſiquidem ſuſtinetur teſtamentum ea ratione, quia ſaltem in vna portione inſtitutus eſt non turpis in primo gradu, ideoque non perimitur in totum primus gradus, ſed in caſu noſtro per querelam primus gradus deſtruitur, & teſtamentum annullatur. dicta l. poſthumus. §. ſi quis ex liberis. de liber. & poſthum. Præterea vbi ſaltem pro parte lucratur frater, querela non eſt eluſoria, ſed in caſu noſtro eſſet omnino eluſoria, quia per vulgarem ſubſtitutionem totum à querelante auocaretur, quòd dicendum non eſt, vt voluit Caſtren. in dicta l. ſi patroni. §. final. ad Trebellian. & ibi Alexand. vult non debere eſſe querelam eluſoriam; ſed quod ſaltem detrahatur quarta. Et hanc Alexand. ſententiam ego crederem ſatis æquam, & in re dubia ſequendam.

His hinc inde deductis erant inter Senatores vota diſcrepantia, ſed tandem iudicatum fuit in cauſa Luperie Cunienſis, in fauorem agnati excluſo fratre per ſupradicta, & per ea quæ dicam in ſequen. articulis. Et re vera loquendo in puris terminis iſtius ſubſtitutionis videtur res omnis ab ipſa mente teſtatoris (ipſis verbis de-
11 clarata) diffinita: nam † præſuppoſito, quòd non poſſit inſtitutus hæreditatem retinere tanquam incapax, melius eſt vt ſecundus inſtitutus fauore teſtamenti obtineat quàm alius, quem omnino excludere teſtator voluit, vt in ſimili arguit Socin. iun. conſilio 106. numero 11. libro primo. & ego ob id dubitarem recedere ab hac ordinatione defuncti, quicquid alij ſubtiliter magis quàm ſubſtantialiter dicere voluerint. Nam ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio, & ſi quis ſub conditione inſtituitur, quis dubitat euenmente

nıente

niente conditione illum hæreditatem capere de manu tertij poſſidentis tempore intermedio. Nec ob. conſilium Decij, quia illi infra proxima deciſ. reſpondebo: minus dicendum eſt
12 aditionem ſpurij ſubſtituto † obſtare, quia illam non officere tamquam non probatam, & illegitimam dicit Crauet. dicto conſilio 898. numero 21. & in eadem cauſa conſilio 921. per totum, vbi reſpondet ad motiua. & aditio, vt idem inquit, per rupturam teſtamenti euaneſcit, ſtante præſertim inſtitutione conditionali, quæ ex ſubſtitutione colligitur. Nec meo iudicio obſtare hic poterit regula. l. poſt aditam. quia illa procedit, quando effectualiter adita hæreditas eſt ita, vt verè inſtitutus ſine moleſtia obtineat, ſecus ſi adierit & non retinet, quia à iure prohibetur: nam tunc non expirabit conditio vulgaris ſubſtitutionis, quia idem eſt apud me non adire, & rem aditam iure retinere non poſſe, cùm effectus rei magis quàm actus præſertim in teſtamentis inſpiciendus ſit, & iſta aditio expirat per querelam interpoſitam, & tunc effectum ſuum vulgaris ſubſtitutio ſortitur, iux. Crauet. in dicto conſilio 898. numero 25. aliàs laberetur ſua natura iſta ſubſtitutio, quæ ad conſeruandum teſtamentum eſt adinuenta. l. 1. D. de vulga.

Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita vt ſubſtitutioni factæ locus ſit.

DECISIO CXXVIII.

1 *Teſtamentum fratris an per clauſulam codicillarem ſuſtineatur. & nume. 2.*
3 *Clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentum aliàs inofficioſum.*
4 *Subſtitutus non turpis admittitur virtute clauſulæ codicillaris.*
5 *Subſtitutio, quæ non valet iure directo, valet iure fideicommiſſi.*
6 *Auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. an procedat inter tranſuerſales inſtituta turpi perſona. & nu. 7. 8. & 14.*
9 *Caſuum deciſio eſt à ſimili deducenda.*
10 *Teſtamentum dementis per clauſulam codicillarem non ſuſtinetur.*
11 *Teſtamentum fratris ſuſtinetur inſtituta turpi perſona ſi legitima relinquatur, vel minus. & nu. 12.*
13 *Legitima fratris quanta ſit.*

AGGREDIOR Tertium non minus dubium, & diſputabilem articulum, Nunquid præſuppoſita illa opinione, quòd non ſit locus ſubſtitutioni vulgari, ſit ſaltem locus fideicommiſſariç per clauſulã codicillarẽ, *Si nõ valet iure teſtamenti* &c. Ita vt teſtamentum aliàs nullum inſtituta turpi perſona virtute iſtius clauſulæ ſuſtineatur. Et quidem poſtquam ruminaui ferè omnium doctorum ſcripta, reperi ita dubiam iſtius quæſtionis reſolutionem, vt ferè difficilè ſit reperire quid doctores ſentiant in hoc articulo: vidi enim maiorem partem illorum terminos confundere, nullam penitus conſtituentes differentiam inter remedium clauſulç codicillaris, & authen ex cauſa. C. de liber. præterit. quamuis ſint diſtincta remedia; & tota hæc quæſtio ægeret deciſione Principis perpetua, vt tot doctorum contrarietates componerentur: Ego verò, vt elucidior fiat, & ne confuſio oriatur, diuidam quæſtionem hanc in duo capita ſeu quæſtiones. Primò nunquid clauſula codicillaris in hoc teſtamento operetur. Secundò an ceſſante clauſula codicillari ſuſtineatur teſtamentum per authen. ex cauſa. Et quò ad primam attinet magis commu-
1 nis † illa videtur eſſe ſententia ſi doctorum ſcripta numeremus, (prout hodiè fieri ſolet,) vt teſtamentum per talem clauſulam non ſuſtineatur ſed in totum rumpatur, ita conſuluit Caſtren. in conſilio 71. Ad primum. aliàs eſt 168. libro 2. ſed reperio eſſe idem conſilium, quod eſt inter conſilia Fulgoſ. conſilio 71. Idem tenuit Angel. in §. ſiue igitur. Auth. vt cum de appellat. cognoſc. columna penultima, verſiculo contrarium credo. Caſtren. in l. ſi patroni §. final. colum. 2. D. ad Trebellia. & ibi Alexand. numero 6. Iaſ. in l. fratres. numero 5. C. de inofficioſ. teſtamen. & conſilio 71. colum. final. in fin. libro 1. Dec. conſilio 561. per totum, dicens, quòd nefas eſſet ab hac opinione diſcedere. P. Iacob. in ſua praxi. titulo de auth. ex cauſa præteritionis. numero 14. verſiculo item ſi frater obtinear. Bolognin. conſilio 15. quidam Antonius. in fin. Gozadin. conſilio 85. numero 2. Ruin. qui conſuluit in eodem caſu Decij conſilio 5. numero 13 & communem dicit Michael Graff. in lib. ſententiar. §. Codicillis. numero 23. Hieron. Gabriell. conſilio 126. numero 3. Roland. conſilio 87. numero 13. libro 3. & poſt eum communem dicit Burſ. conſilio 92. numero 6. libro 1. Simon de Præt. de interpretat. vlt. volun. lib. 2. ſolut. 11. nume. 20.

Contrariam vero ſententiam tenuerunt Angel. in conſilio 171. ſuper puncto. licèt ab alijs corrupte allegetur in vltima quæſtione: & hæc videtur fuiſſe antiqua opinio Dyni in dicta l. ſi patroni. §. final. quem refert ibi Bartol. & ſequitur dicens menti tenendum; & poſt eum ex antiquis vidi ita tenere Iaco. de Arena in dicta auth. ex cauſa. in fin. vbi voluit expreſsè operari illam clauſulam, ſi rumpatur teſtamentum per querelã, & iux. hanc opinionem dicit fuiſſe per conſilium iudicatum Afflict. deciſ. 125. in fin. quæ deciſio non eſt parui momenti. cui addi poteſt deciſ. 204. vbi eſt idem caſus. Crauet. conſilio 898. numero 12. & 921. numero 9. libro 5. Ancharan Regien. quæſtionum familiar. libro 1. quæſtio. 11. nume. 3. & propterea cautelam adferebat Ioan. dilect. de arte teſtan.

teſtan.titulo 3.caut.16.quòd vt teſtamentum ſub-
ſiſtat inſtituta à fratre turpi perſona ponatur hæc
clauſula, dicens male in contrarium conſuluiſſe
Fulgoſ. Paul. de Caſtro & alios. Prò qua opinio-
ne facit doctr. Bartol. communiter recepta in di-
3 cta authen. ex cauſa. numero 29. vbi voluit † per
clauſulam codicillarem ſuſtineri teſtamentum
inofficioſum virtute fideicommiſſi, & ibi Fulgoſ.
numero 17. in fin. & ſi rei veritatem magis quàm
iuris ſubtilitatem conſideremus licèt altera pro-
culdubio communis ſit, & grauiſſimos habeat ſui
defenſores, non dubito quin illa tamquam æquior
in iudicijs obtineat, prout in cõſilio Neapolitano
fuit iudicatum; illa ratione, quia nulli dubium,
quòd fauorabilius eſt remedium clauſulæ codicil
laris quàm auth. ex cauſa. & tamen ſi rumpatur
teſtamentum ſuſtinetur quo ad legata & fideicõ-
miſſa per d.authen.ex cauſa. vt per Ioan. Fabr. ibi
numero 5. & dicam infra, ergo multo magis per
clauſulam codicillarem ſuſtinebitur.faciunt dicta
per Socin.iun.conſilio 107. numero 24.& ſequen.
libro primo.

Verùm ſi dubites recedere à communi, prout
ego verè in iudicando in hoc caſu recedere dubi-
tarem per pulchram rationem quam ponit de
Pret. dicta ſolut. 11. numero 31. verſiculo nam
præſuppoſito. Item quia ſi reſpicimus incapaci-
tatem illa ſemper ineſt ſiue per teſtamentum ſiue
per fideicommiſſum ab inteſtato admittatur, po-
terit illa reſtringi,& declarari,vt procedat quando
petitur virtute fideicommiſſi hæreditas ab ipſa tur
pi perſona hærede inſtituta, ſecus verò ſi fuerit fa-
4 cta ſubſtitutio † vulgaris in caſum quo hæres eſſet
inſtitutus non poterit: nam tunc magis erit locus
ſubſtituto, quia ceſſat odium turpis perſonæ à
doctorib. conſideratum. Ita ſe reſtringit, & limi-
tat Caſtrenſ. in dicta l. ſi patroni.& clarius Iaſon in
dicta l. fratres. numero 5. & ita illam opinionem
Dyni ſaluat Dec. dicto conſil.561. nume. 5. & ſic
ſe explicat Crauet. in dicto conſilio 921. numero
9. Vnde ego in prædicta cauſa Luperiæ Cumenſis
inferebam, quòd eſſet locus ſubſtitutioni ſi non
per vulgarem ſaltem per fideicommiſſariam ſub-
ſtitutionem virtute iſtius clauſulæ: nam ceſſat om
ne legis obiectum, quando ſubſtituta eſt perſona
5 non turpis licèt turpi perſonæ. Nam ſubſtitutio,
quæ non poteſt valere iure directo, ſtante clau-
ſula codicillari valet in vim fideicommiſſi. Pur-
purat. conſilio 216. numero 9. pulcher text. in l.
cum quis.37.§.Sciam.D.de legat.3. neque mirum
eſt vulgarem ſubſtitutionem virtute huius clau-
ſulæ tranſire in fideicommiſſariam, quando con-
ſtat de expreſſa voluntate teſtatoris, vt in caſu no-
ſtro, prout in pulchro, & ſimili caſu conſuluit
idem Purpurat. conſilio 481. numero 22. ſicut in
dicto §. Sciam. hanc expreſſam teſtatoris volun-
tatem I. C. conſiderat, & in hanc partem multi
ex Senatoribus mecum inclinabant.

Præſuppoſita igitur pro vera communi opi-
6 nione ſuccedit ſecunda quæſtio, † an ſaltem ſuſti-
neantur legata, & fideicommiſſa per dict.auth. ex
cauſa. Dubia certè & difficilis eſt pariter hęc quæ-
ſtio, quam propterea deciſione, & præſentia Prin-
cipis egere dicit Salyc. in dicta l.fratres. quæſt.4. &
arduam vocat Iul. Clar.in §.teſtamentum. quæſt.
52. verſiculo, ſed quæro. & reperio doctores con-
traria ſcripſiſſe, imo multæ fuerunt in explicatio-
ne illius auth.doctorum opiniones, quas refert P.
Iacob. in dicta auth.ex cauſa prætentionis. & Ful-
goſ. ibi numero 25. & 26. ſed in terminis noſtris
quando à fratre fuit inſtituta turpis perſona, qđ
tunc in totum teſtamentum rumpatur, nec per
diſpoſitionem illius auth.reconualeſcat, tenuerũt
Angel.in dicto §. ſiue igitur. Salycet.in dicta l.fra-
tres.quæſtio.4.Iaſ.ibidem numero 3. & 5. qui dicit
communem. Alexand.in dicta l. ſi patroni.§. final.
numero 6. poſt Imol. & Franciſc. de Rampon.
Dec.in l.liberi. numero 13. D.de bon. poſſeſ. con-
tra tabul.vbi citat text.in l. 5. §.liberis.D.de legat.3.
referens ſe ita diſputaſſe contra Igneum. idem
Alexand. in dicta auth.ex cauſa. numero 19. P.Ia-
cob.in dicta auth.numero 14. verſiculo item ſi fra
ter obtineat. Ruin. dicto conſilio 5. Roland.dicto
conſilio 87. numero 10. libro 3.& videtur ſequi
Iacobin. quamvis nihil reſoluat in dicta auth. ex
cauſa. nume. 37. & hanc opinionem magis com-
munem dicit Afflict. in dicta deciſio.125. & com-
munem teſtatur Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1.
§. 10.num.45.verſicu.4. pulchrè facit.

7 Sed contrarium † ſcripſerunt Bald. in dicta l.
fratres. quæſt.3.Curt. iun. ibidem num.75. dicens
quæſtionem eſſe valde dubiam, & nouam. Ca-
gnol. numero 87. in fin.& numero 88.Ioan.Fabri.
numero 5. Iacob.de Arena. & omnium lauſ-
ſimè Ioan. Igneus. in repetitione illius auth. nu-
mero 59. verſiculo ego autem dico. vbi per mul-
ta iura, & rationes firmat hanc ſententiam. Af-
flict. dicta deciſ. 125. numero 3. Cagnol. in l. 1.
de inofficioſ. teſtamen. & poſt eum M. Graſſ. in
dicto.§.codicillus. numero 23. Crauet. dicto con-
ſilio 921. & 898. vbi etiam refert ita aliàs conſul-
uiſſe. & à communi recedit Clarus in dicto. §. te-
ſtamentum. quæſtione 52. vbi dicit aliam opinio-
nem terribilem & iniquam. & quod ſi caſus con-
tigeret non peccaret mortaliter Iudex, qui con-
tra communem iudicaret,& in hanc partem ma-
gis videtur inclinare Salycet. in dicta quæſtione 4.
dicens æquiorem, licèt dubitet ab alia tamquam
communi recedere; & allegatur pro hac opi-
nione doctrina Dyni in dicta l. ſi patroni. §. fin. &
facit communis opinio Bartol. de qua dixi in
antecedenti quæſtione. Et certè mihi videtur
hæc opinio in iuditijs ſequenda, cùm ſit æquior
& humanior. Et pro illius defenſione ſtringit ad-
8 modum, quòd † teſtamentum per auth. ex cau-
ſa. quò ad legata, & fideicommiſſa ſuſtinetur non
fauore inſtitutorum, ſed vt conſeruetur volun-
tas teſtatoris, quam vim legis obtinere aliàs Iuſti-
nianus decreuerat.§. diſponat. auth. de nupt.& ſe-
quitur I.C.in dicta l. cum quis. §.Sciam de legat.3.
& ita omnes doctores in hac diſputatione vno
ore admittunt, quæ regula ſi vera eſt in teſtamen-

to fratris & matris, non video quare & in fratre
locum ſibi vindicare non debeat, nec tantum tri-
buendum eſt odio, cuius cauſa volunt doctores
alterius opinionis defenſores ceſſare correctionē,
vt fauori teſtatoris derogetur contra ipſarum le-
gum voluntatem, quæ ſemper benigiorem par-
tem ſunt ſequutæ. l. benignius. D. de legib. l. in re
dubia. D. de regul. iur. imò odia reſtringenda, & fa-
uores ampliandos eſſe ſemper ſcripſerunt, & ſi
tantam iuris authores teſtatorum voluntati tri-
buerunt authoritatem, vt voluerint ſcripturam
minus ſolennem ſuſtineri quamuis inteſtati dice-
rentur deceſſiſſe. l. ex ea ſcriptura. §. final. D. de te-
ſtament. quando de illius enixa voluntate conſta-
ret, quare & id in hoc caſu non concedemus? Nec
obſtat hic doctorum replicatio, quod correctio
non eſt admittenda, vnde quamuis per auth. ex
cauſa ſint correcta iura antiqua tamen, illa pro-
cedit quo ad aſcendentes, & deſcendentes, non
autem quo ad tranſuerſales: cùm de iſtis lex non
loquatur, nam ex ſupradictis reſponderi poteſt,
hoc ceſſare, cùm eadem ratio in vtroque caſu vi-
geat, nempe fauor teſtamenti, qui fuit cauſa im-
pulſiua, & finalis illius deciſionis: præterea dici
9 poteſt, quòd † quamuis omnes caſus non ſint le-
gibus comprehenſi, tamen vnius deciſio eſt à ſi-
mili deducenda, & interpretatione illius, qui iu-
riſdictioni præeſt, ſupplenda. l. non poſſunt, cum
l. ſequen. D. de legibus. Neque enim, (vt Modeſti-
nus ait) ea, quæ ſalubriter pro vtilitate hominum
introducuntur, iuris ratio, aut æquitatis benigni-
tas patitur, vt duriori interpretatione contra ipſo-
rum commodum ad ſeueritatem trahātur. Hinc
fit, quòd cum emendatam, & correctam tradant
noſtri quo ad aſcendentes, & deſcendentes. l. Pa-
conius. qua diſponitur odio turpis perſonæ in to-
tum rumpi teſtamentum, idem erit in fratre con-
cludendum, ſi enim text. illum non loquentem
de fratre ad firmandam regulam contra teſtamē-
tum fratris allegāt, neceſſe eſt, vt eadem allegatio
omnibus ſeruiat, & ad ſimilem caſum etiam in
caſu contrario extendatur, & tex. in d. l. Paconius
recipit interpretationem à l. ſi iure. C. de teſtamēt.
manumiſ. Et propterea videmus non rectam fuiſ
ſe opinionem illorum, qui voluerunt odio turpis
perſonæ in totum rumpi teſtamentum, quia in
contrarium quò ad aſcendentes, & deſcendentes
eſt magis communis opinio, & quò ad fratres
abſque dubio verior, imò magis communis dici
poteſt ſi bene ponderentur, & legantur doctorū
ſcripta, quorum multi ſunt, qui magis in hanc par
tem inclinant licèt parum ſapienter, & contra Iu-
ſtiniani præceptum à communi dubitent ſentētia
recedere. Alij verò fuerūt, qui nō concludunt, ſed
opiniones tantum referunt, ideo iuxta hanc po-
ſteriorem opinionem cùm grauiſſimis viris iudi-
care non erubeſcerem, ſed magis ſine difficultate
ſi adeſſet clauſula codicillaris. Addo tamen vnum
10 quòd ſi teſtamentum † irritaretur tanquam à de-
mente factum, tunc quia non amplius eſt agen-
dum de ſuſtinenda, ſed de damnanda teſtatoris
volſitate, quibuſcunque clauſulis nō obſtantibus
non ſuſtineretur teſtamentum, vt proximior ab in
teſtato hæreditatem caperet, per text. in l. nec fi-
deicommiſſa. 36. D. de legat. 3. l. Titia in fi. de inof-
fic. teſtament.

Hanc ſic firmatam opinionem amplio, vt mul-
to magis procedat, ſi in teſtamento frater legiti-
11 mam † fratri reliquerit, vel aliquid pro legitima,
nam tunc ſi minus legitima relictum ſit, poterit
ad ſupplementum agere iux. l. omnimodo. C. de
inofficio. teſtamen. alias ſi legitimam habeat, non
eſt quòd conqueratur de fratre, & teſtamentum
querelare non poterit, prout in his terminis ſcri-
pſerunt Angel. in l. 1. C. de inofficio. teſtam. quem
refert Afflict. & ſequitur dicens iuxta illius opinio-
nem iudicatum in deciſio. 204. & in dicta deciſio.
125. Iaſ. in l. fratres. 3. ampliat. numero 2. Alexand.
in dicta l. ſi patroni. §. final. colum. penult. verſicu-
lo vnde ſi reliquiſſet in teſtamento quartam. Curt.
iunior in rubric. D. de inoffic. teſtamen. vbi dam-
nat Dec. contrarium tenentem, refertque, quòd
requiſitus, vt conſuleret in illo caſu Decij, noluit
conſulere, propter text. in dicta l. omnimodo.
quem etiam refert, & ſequitur Cagnol. in dicta l.
1. numero 9. & 13. D. de inofficio. teſtamen. Pariſ.
conſilio 64. numero 26. libro 3. dicens magis com-
munem, & iuuari fortioribus iuribus, & rationi-
bus, & ab illa non eſſe recedendum. Fabian. de
Gioch. in repetit. auth. nouiſſima. numero 109. C.
de inofficio. teſtament. Gabriell. Eugub. qui etiam
Decium damnat. in conſilio 126. numero 2. &
magis communem dicit Anchar. regien. quæſtio-
num familiar. libro 1. quæſtion. 11. per totam, &
de hoc eſt doctrin. Bartol. quam pauci allegant in
§ primum itaque. Auth. de hæredi. & falcid. & hoc
videtur de mente gloſſ. in dicta l. omnimodo. in
verbo alijs perſonis, & ſequitur Bald. in d. l. fratres,
& hanc opinionē, quando integra legitima relicta
eſt, magis libenter ſunt ſequuti doctores, vt per
Clar. in §. teſtamentum. quæſtio. 50. in fin. Corn.
conſ. 176. num. 21. libro 4. Salycet. in dict. l. fratres.
quæſt. 3. Cagnol. in dicta l. 1. numero 10. Sed ego
nullam conſtituo differentiam ſiue integra legiti-
ma, ſiue minor pars fuerit relicta, per text. clariſ-
ſimum, & nullam cauillationem admittentem in
dicta l. omnimodo. quamuis in hoc caſu nec etiā
12 virtute huius relicti ſuſtineri teſtamentum † vo-
luerint Fulgoſ. in dicto conſilio 71. colum. pen.
poſt Gul. de Cun. & Barto. in dicta l. fratres. & latè
Iaſ. conſilio 71. libr. 1. Rub. in l. Titia. §. Imperator.
numero 287. vbi latè. D. de lega. 2. dicens hanc
opinionem veram, & quòd ſecundum eam con-
ſuleret. Aretin. in §. 1. inſt. de inoff. teſtam. Cre-
menſ. ſingula. 90. Bolognin. dicto conſilio 15. in fi.
Dec. conſilio 530. numero 10. Ruin. dicto conſi-
lio 5. ſed magis communis eſt in contrarium, &
Decij conſilium magis communiter à recentio-
ribus damnatur, & verior eſt abſque dubio, quic-
quid contra text. illius l. omnimodo. audacter &
ſubtiliter magis quàm verè Dec. & alij ſcripſerint.
Ideo ego cautelam traderem in hac inſtitutione,
vt ad

vt ad conualidandum teſtamentum legitima fra-
tri relinquatur: nam tunc nec de clauſula codicil-
lari, nec de diſpoſitione illius authen. differendum
erit, & ceſſarent tot difficultates ſupra narratæ.
13 Quanta verò † legitima fratris eſſe debeat hoc ca
ſu latè examinat Natt. conſilio 478. libro 3. poſt
Bald Fulgoſ. Aretin. & alios per eum citatos, & vi-
de Afflict. in dicta deciſio. 204. Corn. dicto conſilio
176. numero 3. libro 4. Hyeron. Gabriell. in dicto
conſilio 126 numero 5. & 6. & hæc in iure ſcabro-
ſa ſunt, & valde notanda.

Cæterum ſi perpetua lex ad has ſedandas con-
trouerſias eſſet per Principem præſcribenda, vt di
14 cit Salycet. rem † ita terminarem, vt ſiue eſſet le-
gitima relicta ſiue non ſiue adeſſet clauſula codi-
cillaris, vel non ſemper frater præteritus ſuam le-
gitimam ab hæreditate detraheret, reliquum inſti
tutus hæres caperet, fideicommiſſaque, & legata
oneri inſtituti relinquerentur, quòd ſi inſtituto hæ
redi vulgaris ſubſtitutio facta fuerit, ſubſtitutus
omnia habeat propoſita per fratrem querela, &
legata perſoluat tertia bonorum parte inter fra-
trem, & inſtitutum diuidenda relicta, & ita Prin-
cipi conſulerem. vide Anton. Peregrin. in tract. de
iur. fiſ. lib. 5. tit. 18. nu. 100.

Monachus an poſſit virtute ceſſionis ſibi à monaſterio factæ querelare teſtamentum fratris, turpem perſonam inſtituentis.

DECISIO CXXIX.

1 *Inoffícioſi querela competit monaſterio, in quo eſt frater monachus contra teſtamentum fratris.*
2 *Monachus regulariter non poteſt ſtare in iudicio.*
3 *Tacita licentia non ſufficit monacho ad agendum.*
4 *Monachus eſt incapax bonorum temporalium.*

VLTIMVS ſupereſt in
hac cauſa diſcutiendus ar-
ticulus, an frater mona-
chus, qui obtinuit ceſſio-
nem à monaſterio iurium
ſuo monaſterio competē-
tium poſſit virtute iſtius
ceſſionis querelare teſta-
mentum fratris. Et videba-
tur illum validè agere, quia in hoc caſu quando
1 frater turpem † perſonam inſtituit, competit ex
perſona monachi querela monaſterio. Bald. in
l. ſi quis filium. numero 6. C. de inoff. teſtam. & in
simili caſu conſuluit Dec. conſilio 530. & 561.
Ruin. conſilio 5. libro 3. vnde facile poterat mona
ſterium ſuum illud ius ipſi monacho à quo pro-
ueniebat cedere. Nec videtur obſtare regula il-
2 la, quæ habet, quòd monachus † non habet legi-
timam perſonam ſtandi in iudicio, vt dicit Spe-
cul. in tit. de actore. verſiculo item excipitur con-
tra actorem, quod eſt monachus. cùm ſeruo æqui
paretur, & pro mortuo habeatur. capit placuit, &
capit. nullus. 2. quæſt. 7. & latè per Felin. in capit. cū
dilecta. colum. 24. verſiculo monachus. de reſcrip.
Vant. in tracta. de nullita. tit. de nullita. ex defec. in-
habilita. manda. numero 47. & 48. quia in noſtro
caſu aderat mandatum capituli, & Abbatis, ſeu il-
lius conſenſus, quo caſu videtur poſſe conſiſtere
iudicium. gloſſ. & Doctores in clemen. religioſus.
de procur. vnde cùm adeſſet ceſſio illud ſufficie-
bat, quia ſufficit etiam tacitus conſenſus Abbatis,
& monaſterij, vt dicit Vant. dicto numero 48. &
poſtquam ceſſerant iura, videbantur tacitè, & in
neceſſariam conſequentiam conceſſiſſe licētiam
proſequendi in iudicio. l. 2. de iuriſd. omn iud. quæ
iura ſatis clara erant ex ſupradictis, & etiam quia
monachus in hæreditatibus ſuccedit. l. Deo nobis.
§. hoc etiam. in gloſſ. in verbo parentum. C. de epi-
ſcop. & cler. latè Crau. conſil. 152.

In cōtrarium tamen aduerſus monachum di-
3 cebatur †, tacitam licentiam non ſufficere, ſed ex-
preſſam requiri. Calder. conſilio 22. de regularib.
& non ſufficit licentia niſi etiam concurrat vtili-
tas monaſterij, qui ius ſuum ceſſerat, ſed hic nulla
erat vtilitas ſtā te ceſſione, quamuis ad hoc reſpon-
debatur hanc exceptionem vtilitatis eſſe de iure
tertij, quæ non poteſt opponi per alium quā per
ipſum monaſterium, vt dicit Imol in dicta cle-
men. religioſus. colum. 3. in prin. poſt Innocen. per
eum relatum, & idem voluit Rot. in antiqu. de-
ciſio. 2. tit. de procurator. hocque magis ſuadeba-
tur ratione perſonæ, in quem erat facta ceſſio, quę
4 erat † incapax bonorum temporalium. cap. cum
ad monaſterium. in fin. de ſtatu monachor. nec
poteſt Abbas vel monaſteriū contrarium admit-
tere imò nec ipſe Pontifex, vt in dicto capit. in fin.
niſi ſubſit iuſta, & vrgens cauſa, vt dicit Dec di-
cto conſilio 530. in fi. & quamuis in ceſſione adeſ-
ſet clauſula, quòd dabatur licentia monacho de
illis bonis diſponendi, tamen, quia non præciſè ad
eum finem cedebatur, ſed id remittebatur volun-
tati monaci, cenſuit Senatus non admittendum
illum ad hoc iudicium, vti inualida ceſſione pro
ducta, & abſoluit hæredem poſſeſſorem à petitio-
ne monaci. 1569. Menſe Februarij. ſtantibus etiam
concluſionibus ſupra factis, & conſilio Crau. 898.
ſupra allegato.

Matrimonium an & quando ſęuitia viri ſeparetur, ſeu magis cohabitatio.

DECISIO CXXX.

1 *Cohabitatio viri, & vxoris per ſęuitiam viri ſeparatur.*

2 *Vxor verberata flagellis poteſt diuertere.*
3 *Machinatio vitæ coniugis facit iuſtam ſeparationem.*
4 *Concubinatus viri eſt iuſta cauſa ſeparationis thori.*

SÆVITIA viri ſeparatur thorum, nec tenetur
vxor cum eo cohabitare
1 † etiamſi cautionem præſtet.text. eſt clarus in §.mi
tiores.auth.de nupt.gloſſ.
in capit.de benedicto. 32.
quæſtione 1. Specul. de
ſponſal. §. fin. numero 7.
Abb. in capit. literas. vltimo nota. de reſtitutio.
ſpoliato. & in cap.1.de diuort. text. in dicto capit.
literas.Ioan.Andr.in capit.1. de diuort. Marſil. in l.
1.in fin. C.de raptu virgin. In ſęuitia autem connumeratur
flagellatio: ideo ſi vxor fuerit à mari-
2 to flagellis † verberata poterit diuertere.Bartol. in
l.cum ſatis.numero 7. C.de agricol.& cenſ.& interim
maritus extra domum alimenta ſubminiſtrabit.
Alber.in l.ſi cum dotem. §.maritus. D. ſoluto
matrimo.Iaſ.in l.1.C.de lega.numc. 4. & ibi Bald.
numero 9. & dos ac donatio ante nuptias reſtituuntur.
dicto §.minores. Vincent. de Franch.
deciſio.244.libro 2.Ioan.Gutierez. Hipan. canonicar.quæſtionum
lib. capit.24. vbi latè de hoc. Ludouic.à
Peguera deciſio.criminal. cap.20. & cum
hac generali regula trãſiuit Senatus.1570 Menſe
Iunij. Quamuis diceretur furorem non eſſe cauſam
legitimam diuertendi.dicto. §.ſi maritus. niſi
ſit intolerabilis, vt per Socin.conſilio 286. colum.
fina.circa fin. nam illud procedit, quando ſęuitia
venit ex furore & infortunio, ſecus ſi ex culpa, &
quando furor eſt tolerabilis, vt ibi in glo. fortuitis.
& re vera peſſima res eſt in republica cùm mariti
dant cauſam mulieribus renouandi in hoc capite
legem repudiationis, & deberet ex decreto Principis
iſta execrabilis res metu alicuius pœnæ compeſci,
caueantque prudentes viri ne cauſam dent
huic petitioni memores, quòd Cato ſacrilegij inſtar
eſſe credebat mulierem verberare, & meritò
cùm illa diuinæ, & humanæ domus ſocia dicatur.

Separatur etiam thorum (vt & illud obiter no-
3 temus) ſi vitæ † mulieris fuerit maritus inſidiatus.
Abb. in dicto capit. literas, & capit. 2. de diuort.
Præpoſit. in capit. quæſijt.in ſecundo nota. de diuort.ſumma
Antonini de diuor. §.1.& Silueſtr.§.
6.vbi reprobantes gloſſ.in capit.2. de diuort.dicũt
non teneri cõiugem cohabitare cum viro, vbi eſt
periculum corporis ſui, maximè ſi veniat vxor
via exceptionis gloſſ.in dicto capit. literas. Abb &
Præpoſit.in dicto capit. 2.de diuort. & hoc ſi aliter
prouideri non poſſit. Abb. in capit. quemadmodum,in
fin.de iureiur. verbera tamen læuia,&
ex cauſa permittuntur marito. Abb.in dicto cap.
quemadmodum,in fin. & in capitu. cum contingat.numero
20. de for. competen. & Felin. ibi numero
7. & ad hoc vide eundem Felinum in cap.
illud,poſt princip.colum.4. de præſumpt. ſed ego
conſulerem vxoratis,vt ab iſtis verberibus penitus
abſtinerent niſi ſubſiſtente vrgentiſſima cauſa: nã
nulla peſtis domui pernitioſior quàm cum iram
mulieris verberatæ in ſe excitat maritus,& verbera
præbent iuſtam cauſam fugæ, vt per Anchar.
conſilio 409.qui hinc dicit reſultare capitale odiũ
inter coniuges. Archid.capit.quicquid.32.quæſt.5.
dicetur etiam illa ſæuitia mariti quando tenet cõ-
4 cubinam † cum vxore,vel in domo, vel extra: nã
ex ea cauſa poterit peti ſæparatio thori à marito
ab vxore,& tenebitur vir dotem reſtituere,& donationem
propter nuptias, ac maritus hoc facinus
committens erit infamis,vt pulchrè per Dec.
conſilio 530. numero 4. vbi conſuluit tanquam
turpem perſonam inſtitui non poſſe, & iure merito,nihil
enim hoc peius,& indecẽtius, ac Reipub.
Chriſtianæ pernicioſius.

Princeps,& dominus ſecularis an poſſit facere reductionem beneficij vacantis ad manus ſuas, donec de beneficio fuerit per Pontificem prouiſum.

DECISIO CXXXI.

1 *Princeps non debet ſe intromittere in negotijs Eccleſiaſticis.*
2 *Iuriſdictio non competens non eſt vſurpanda.*
3 *Statutum mandans, quòd nullus poſſit adipiſci beneficij poſſeſſionem ſine placito officialis, vel Principis an ſubſiſtat, & num.7.*
4 *Princeps non poteſt prohibere ne quis beneficium impetret ſine illius beneplacito.*
5 *Beneficij vacantis cuſtodia ordinario ſpectat.*
6 *Fructus rerum Eccleſiaſticarum dicuntur temporales.*
8 *Iudex, vt euitentur ſcandala poteſt facere reductionem bonorum ad ſe non ſpectantium.*
9 *Reductio ad manus regias poſſeſſionem rei non tollit.*
10 *Clerici, & res Eccleſiaſticæ in cauſa poſſeſſoria dicuntur de foro iudicis laici.*
11 *Princeps poteſt facere reductionem bonorum Eccleſiaſticorum vacantium ad manus ſuas.*
12 *Conſuetudo reducendi bona Eccleſiæ ad manus Principis eſt laudanda, & ſeruanda.*

PRINCEPS reduxit ad manus ſuas beneficium vacans in Diœceſi Taurinen. & deputauit œconomum generalem in ſuis prouincijs, qui fructuum beneficiorum vacantium curam haberet. Oppoſuit ſe Reuerendiſſimus Archiepiſcopus,ac Nuntius apoſtolicus,ac
alij

alij Eccleſiaſtici dicentes non potuiſſe Principem
hoc facere. Primò, quia hæc ſunt negotia Eccle-
1 ſiaſtica †, in quibus Princeps, & iudex ſecularis ſe
intromittere non debent. capit.tuam.de ordi. co-
gnit. c lator. qui fil. ſint legit.Abb. in capit. literas.
de iuram. calumn. colum. 3.verſiculo merè ſpiri-
tualis. & contrarium facientes excommunican-
tur.capit.generali & capit.quia ſæpe.de elect.dici-
tur enim tunc Princeps falcem immittere in alie-
nam meſſem,quod non licet,vt habetur Deutero
nom.capit.23. & in cap. Eccleſias.§ quia ergo.13.
quæſt. 1. clemen. paſtoralis. cir. fin. de re iud. quæ
2 vult ex hoc dicto † non eſſe vſurpandam iuriſdi-
ctionem alij ſpectantem, & capitu.venerabilem.
cir. princip. de elect. vbi falcem in alienam meſ-
ſem imponit, qui alterius officium vſurpat. imò
vnuſquiſque magiſtratus poteſt ſe in hac vſurpa-
tione ēt pœnali præcepto defendere, §.addictos.
C.de epiſ.aud. vbi gl. ſup verb. vindicet. & hoc vr̃
facere in caſu noſtro Princeps,vel reſpublica,quæ
3 † ſtatuit, quòd nullus etiam titulatus poſſit adipi-
ſci poſſeſſionem beneficiorum ſine literis placito-
rijs Principis,vel officialis ſecularis, vt in terminis
iſtis dicit Ang.conſilio 23.nulla perſona.in prin. di-
cens,quod tale ſtatutum iuri communi contradi
cit,& imponit ſalcem in alienam meſſem. Boſſ.in
tit.de Principe,& priuileg.eius.num.218.

Secundò, quia Princeps non poteſt facere or-
4 dinationem, † ne quis accedat Romæ ad impe-
trandum priuilegia, vel capiat poſſeſſionem be-
neficij ſine illius beneplacito, & ne quis citet
alium ad curiam Romanam, ita tenet Boſſ. in di-
cto titulo de Principe. numero 218. vbi ex hoc
damnat talia edicta facta à Duce Mediolani. di-
cens quòd ſine dubio non valent defectu poteſta-
tis, & tam eos, qui condunt quàm qui ſeruant in-
cidere in pœnam. cap.nouerint. & capit.graue.de
ſenten.excommunicatio. & eſſe hoc contra liber-
tatem Eccleſiaſticam, & ſic nullum. l.priuilegia.
& authen.caſſa. C.de ſacroſan. eccleſ. reprobando
Ange.contrarium tenentem in dicto conſilio 23.
quem etiam damnat Abb., conſilio 82. libro 1.
quem ſequitur Dec.in cap.eccleſia Sanctæ Mariæ.
num.48.col.19.verſic.4.inferebatur.de conſti.& ibi
Feli.num.96.

Tertiò,quia beneficii vacantis cuſtodia etiamſi
5 ſit de iure patronatus † ſpectat ſuo ordinario, cui
ſpectat collatio.capit.cum vos plerunque. vbi Do
ctores.de offic. ordinar. & capit. fina. eodem. vbi
Abb.dicit non eſſe alibi. Quamuis hoc de patro-
nis non procedat in regibus Franciæ, & Angliæ.
Zabarel.in d.c.cum vos.

Sed in contrarium Princeps dicebat hanc redu
ctionem eſſe iuridicam.& illam fieri potuiſſe. Pri-
mò,quia edictum Principis reductorium ad ma-
nus ſuas, & deputatio œconomi concernit tan-
6 tum fructus, qui dicuntur † res ſeculares, & nihil
ſpiritualitatis habentes,vt per Federic de Sen.con
ſilio 245. Lapus allegat. 81. Non valuit,in fin. Do.
Ozaſc deciſi.32. numero 5. Vnde talium iurium
laicus non eſt incapax,prout etiam poteſt non ſo-
lum Princeps, ſed etiam iudex ſecularis ſe intro-
mittere, & cognoſcere de cauſa poſſeſſoria bene-
ficiali, & ſpirituali,vt per Guid.Pap.q.1.& dixi latè
ſupra dec.82.& 117.

Secundò in fauorem Principis poteſt allegari
deciſio Ange. in dicto conſilio 23. quem ſequitur
Socin.inter conſil.Curt.conſilio 20. colum.16.qui
7 volunt, quòd † talia edicta fieri poſſint pro bono
publico ad euitandum ſcandala, & rixas,quæ ple
runque oriri ſolent occaſione adeptionis poſſeſ-
ſionis talium beneficiorum, prout etiam ad eui-
8 tanda ſcandala poteſt iudex † anocare ad ſe, &
ſub ſequeſtro reducere poſſeſſionem bonorum
alijs ſpectantium.vulga.l.æquiſſimum.D de vſufr.
lega. quod procedere etiam in caſu noſtro dicit
Boſſ. in dicto titulo de Principe. numero 212. ci-
rans Felin.in capit.3.de præſcript. & hoc ſolere ſer-
uari in Gallia teſtatur Rebuff.in concorda. Franc.
rubr.de regu.ad prælat. nom.facien. ſuper gloſſ.in
verbo in manibus noſtris. in princi. vbi plus dicit,
quod hanc reductionem ad manum regiam iudi
ces Eccleſiaſtici non concedunt, allegans ad hoc
dictum Bald.in capit.ſignificaſti. de offic. delega.&
idem in tractatu de cau. benefi. poſſeſſ. gloſſ.1. in
princip.& faciunt, quæ dixi dicta deciſi.96.& dec.
110.& de hac ſimiliter cõſuetudine in regno Fran-
ciæ teſtatur Benedict. in c. Raynutius.in verbo,&
vxorem.2.deciſ.

Tertiò videtur hoc poſſe fieri, cùm non tendat
in præiudicium Eccleſiæ,quinimo potius videtur
fauorabilis, cùm id conſeruet ius habentis bñfi-
9 cium, & per manum regiam, ſeu per † reductio-
nem non tollitur alicui poſſeſſio. Henric. Boich.
in capit.examinata.de iudic.ſequitur Ioan. de Sel-
ua in tractatu de benefi.2. par.quæſtio 9. colum.2.
Rebuff. in dicta gloſſ. verſicu. & hodie nimis.&
verſicu.ſequen. vbi ponit quatuor effectus huius
ſalutaris reductionis, quæ adeo etiam ipſis Eccle-
ſiaſticis vtilis eſt,vt ſepiſſimè ipſimet poſt adeptã
poſſeſſionem literas ſaluęguardię à Principe requi
rant in patria noſtra, vt pacificè poſſideant no-
uum beneficium. Et hæc prouiſio impedit mul-
tas graſſationes, & prædationes, quæ ab improbis
fieri ſolent in bonis Eccleſiæ vacante ſacerdotio,
putantes ſibi licere hoc impunè facere, & obſe-
quium ſe præſtare Deo, ſi bona Eccleſiæ ſubfu-
rentur.

Quartò facit, quia iudex laicus cognoſcit in
10 poſſeſſorio, vt dictum eſt ſupra,& ſic † clerici,&
res Eccleſiaſticæ in cauſa poſſeſſoria dicuntur de
foro laici iudicis, ergo ſuper tali poſſeſſorio pote-
rit laicus ſtatuta, & edicta facere, quia paria ſunt
forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt per Dec.in l.fin.
colum.1.de iuriſdictio. omnium iudicum & dixi
ſupra deciſio.113.nume.11. Nec dicitur ſtatuendo
ſuper poſſeſſorio, ſtatuere ſuper re ſpirituali, ſed
temporali.Gui.Pap.conſi.78.nu.4.

Quid igitur ex his hincinde adductis reſoluen-
11 dum eſſet dubitabať †. Ego dixi poſſe Principẽ ta-
lem reductionem facere, & œconomum appo-
nere, & tantò magis in patria iſta Pedemontium,
vbi viget talis conſuetudo, quòd ſtatim vbi vaca-
uit beneficium, Princeps reducat ad manus ſuas,

pro vtilitate ſucceſſoris, ne fiat in fructibus depredatio, & bonorum deuaſtatio, & quamuis Papa illud alicui conferat etiam Cardinalibus, non ſolent ipſi capere poſſeſſionem actualem eiuſdem beneficij, niſi habitis literis beneplaciti à Sereniſſimo Duce, & ita vidi obſeruari in Abbatia Mulegij apud Vercellas, quæ fuerat collata Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali ab Eccleſia, cùm vacaret per mortem Reuerendiſſimi Epiſcopi Aſten. Gaſparis de Capris vxoris meę Patrui, & idem obſeruatum fuit in Illuſtriſſimo olim collega meo Domi. Marco Antonio Bobba Cardinali in conſecutione Abbatiæ Secuſiæ, & Caramanię, & aliàs ſępiſſimè. Quæ conſuetudo eſt valida, & ipſis beneficiatis vtiliſſima, & obſeruanda, prout in ſimili de conſuetudine, quod nuncietur Principi mors prælati, & petatur licentia alium eligendi, dicit Corſet. de poteſta. reg. quæſtio. 11. verſicu. item valet. quamuis ibidem Corſet. dubitet an talis conſuetudo obliget etiam Papam, & talem conſuetudinem tolerabilem eſſe, & vigere dicit Domi. Præſes à Ponte in ſua quæſtione, quis ſit iudex in cau. feu. colum. penult. verſicul. quinimo fortius.

Hæc autem conſuetudo à Principibus noſtris
12 inducta † boni conſulenda eſt, & laudanda à Sanctiſſimo Pontifice, ſiquidem non minima cura fuit ipſis circa ea, quæ Eccleſiis proſunt, vt in ſimili etiam dicit Imperator in §. fin. in fin. authent. vt determinat. ſit numer. clericor. quo in loco apparet Imperatorem etiam pro bono Eccleſiæ, & legem dare œconomo qualiter procedere debeat in adminiſtratione rerum, & pro tali conſuetudine eſt text. in capitu. generali. in verbo conſuetudine. de electio. in ſexto. qua conſuetudine vtuntur multi Principes. Specul. de præbend. §. reſtat. vbi appellat hunc morem ius guardiæ. Franciſc. Marc. quæſt. 552. & tribus ſequen. libr. 2. vbi dicit ſufficere 60. annos ad eam introducendam conſuetudinem, & deciſio. 44. eod. libro. vbi diſputat an tunc poſſit apprehēdi poſſeſſio ſine literis regiis: & in fortioribus terminis eſt conſuetudo in dominio Venetorum, quę eſt etiam apud nos tam citra quàm vltra montes, vt non poſſit apprehendi poſſeſſio ſine placitorijs, & aliter poſſidens non habetur pro poſſeſſore, vt ponit Ferret. in conſilio 1. ante fin, & maximè Archiepiſcopatum reducit Princeps laicus, quia in eo maius ius habet. Marc. deciſio. 66. libr. 2. & de conſuetudine reducendi Principum Italiæ latè etiam Ferret. conſilio 71. & 14?. qui loquitur in fortioribus terminis nempe de reductione, quæ à dominis temporalibus fit de beneficio non vacāte propter malam adminiſtrationem prælati fundans ſe in lege diuina. vnde in caſu noſtro cùm ſolùm de reductione beneficij vacātis agatur donec per ſummum Pontificem illi prouiſum fuerit de iuſto domino, res erit extra omnem difficultatem, & non niſi hoc in caſu Principum noſtrorum inueteratam hāc reductionem procedere iudicarem, aliàs periculoſa nimis eſſet, & contra libertatem Eccleſiaſticam, niſi magiſtratus & prælati Eccleſiaſtici, ad quos ſpectat rerum Eccleſiaſticarum conſeruatio, eſſent hac in re negligentes, vel ad illorum inſtantiam fieret reductio, & ſecundum has conſtitutiones conſultus à Sereniſſimo Duce noſtro Senatus, ita conſuluit, & cenſuit.

Saluaguardiæ fractæ pœna, & cognitio an ad ſupræmum dominum, an verò ad vaſallum ſpectet, ſi per ſubditum vaſalli, & in ſuo territorio rupta fuerit.

DECISIO CXXXII.

1 *Saluaguardiæ ruptæ cognitio an vaſallo ſpectet, & numero 3.*

2 *Princeps inueſtiens de regalibus cum mero Imperio, &c. priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis.*

SALVAGVARDIATVS fuit per literas Ducis quidā ſubditus vaſalli ipſius Ducis, inde per alios ſubditos eiuſdem vaſalli, & in territorio vaſalli contrauentum fuit ſaluęguardiæ, quæ-
1 ſitum eſt vtrum † cognitio, & pœna illius criminis ſpectaret vaſallo, vel domino. Pro Duce ſupremo domino adducebatur, quòd hic tractabatur de iniuria ſibi facta, vnde ipſe erat cognitor, vt latè per Natt. conſilio 580. numero 6. Secundò, quia literæ dicebāt, quod pœna fiſco ſuo applicaretur. Tertiò, quod vaſallus paſſus fuerat literas ſaluęguardiæ publicare cum ſuis qualitatibus. Quarto addebam, quod etiam hoc caſu Princeps in Eccleſiaſticos cognoſcit, qui alterius iuriſdictioni ſubiacent, vt per Aufrer. in tract. de poteſta. ſecular. ſuper Eccleſiaſt regu. 1. num. 20. & in hoc caſu, quòd cognoſcant officiales Principis, tenet Caſſan. in catalo. glor. mun. par. 5. conſiderat. 24. numero 195. P. Nunez. in tracta. de exequend. manda. reg. par. 1. quæſtione 11. numero quinto. Carol. de Graſſal. Regal. Franc. libro 2. priuileg. 16.

Pro vaſſallo adducebatur, quòd Princeps inue-
2 ſtiens de mero, & mixto imperio † cùm regalibus priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis. Crauet. conſil. 128. Brun. conſil. 31. in fin. Bellamet. conſi. 15. colum. penultim. & fin. Pariſ. conſil. 2. numer. 18. libr. 2. Guid. Pap. quæſtio. 341. colum. 2. Afflict. deciſ. 282. in fin. Boer. deciſ. 264. numero 7. Rub. conſil. 77. Grammaric. deciſ. 50. numero 8. & 11. Curt. iun. conſil. 2. numer. 4. Roland. conſilio 42. & 48. libro 2. dicitur enim vaſſallus inueſtitus priuatiuè quoad dominum, & prædicti Doctores loquuntur etiam in confiſcatione bonorum in crimine læſæ maieſtatis, quamuis in hoc contrarium

tenear

teneat Natt.conſilio 580.numer.6.& 14. Boſſ. de
Pen.num.28.Roland.conſi.78.lib.2.Alc.conſ.451.
Quam regulam doctores ampliant etiamſi ex lite
ris Principis augeretur, vel conſtitueretur deli-
ctum, quod iure communi non erat. Boſſ. dicto
tit.de pœn. numero 25. item etiamſi ſperneretur
præceptum Principis.Natt. conſilio 119. per text.
in l.Imperialem. §.illud. de prohib.feu. alienat.per
Frideric. licèt in hoc contradicat idem Natt. con-
3 ſil.580.nume.6.& in terminis † ſaluęguardię, quòd
ſpectet cognitio, & pœna vaſallo tenuit Iaſ.conſ.
57.libr.3.per totum,& (licèt non ita clarè) Guid.
Pap.quæſt.56. Rebuff.de mater.poſſeſſ.articulo 2.
glo.2.verſicul.quemadmodum.Neuiza.conſil.83.
numer. 9. Senatus poſt multas diſputationes me
referente in cauſa Molli de Corgnato, & Com.
Valpergiæ cenſuit Principem non poſſe retine-
re cauſam ratione ruptæ ſaluęguardiæ generalis,
ſecus in ſpeciali obtenta in executionem ſenten-
tiæ Senatoriæ 1571. penult. Ianuarij. cuius etiam
deciſionis meminit Perilluſtr.Dom.Comparet,&
collega meus D.Præſes à Ponte inter doctiſſimas
ſuas quæſtiones Laudim. quæſt.24. colum. 4.ver-
ſiculo limitant etiam aliqui, quòd intelligo proce
dere niſi vaſallus retardaret iuſtitiam facere, vt
per Grammat.vot.28. & tradit D. Ponte d. quæſt.
24.colum.5.in fin.10.vol.tracta.par.2.

Reſtitutio, quæ ex capite ignorantiæ conceditur, an lapſo quadriennio poſt præſcriptionem decurſam peti poſſit.

DECISIO CXXXIII.

1 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantię ſolet concedi.*
2 *Reſtitutio an poſt quadriennium ex cauſa ignorantia peti poſſit, & num.3.*
4 *Reſtitutio ex capite ignorantia intra quadriennium conceditur etiam poſt centum annos.*

RESTITVTIO conceditur
ex capite ignorantiæ aduerſus
1 † præſcriptionem decurſam, vt
per Barto. in l.1.§.ſi quis autem.
D. de itiner. actuque priua. & in
hoc omnes Doctores conue-
2 niunt. Sed quæſitum eſt, † an
lapſo quadriennio poſt præſcriptionem adhuc pe
ti poſſit hæc reſtitutio: & videtur non eſſe conce-
dendam, vt euitetur rerum infinitas, ad quam ex-
cludendam præſcriptionis remedium fuit indu-
ctum, & ita videtur voluiſſe gloſſ. in capitu. 1. de
in integr. reſtitut. libro 6. Aſcan. Clemen. de patr.
poteſta. effect. 13. numero 8. Natt. conſilio 45. in
princi. qui tamen non loquitur ſtante ignorantia,
ſed expreſsè hoc voluit Cephal. conſil.314.nume.
3.40.& 43.in fin.libr.3.

Contrarium tamen, quòd etiam poſt lapſum
3 quadriennium † ſtante ignorantia petatur reſtitu-
tio, tenuit Abb.in capitu. 1. in fin.de præſcript. vbi
dicit dubium iſtud eſſe pulchrum. Balb. de præ-
ſcript.part. 4.quæſt. 20 numero 10. Plot. conſilio
98. numero 1. ratio eſt, quia cùm hoc quadrien-
nium ſit vtile, non currit niſi à die ſcientiæ, vt di-
cit, poſt multos quos allegat, Menoch. de præ-
ſumpt.libro 1.quæſt.71.numero 2.P.Beninten. de-
ciſio.Bonon.64. in fin.Ioann.Dilect.de arte teſtan.
titu.11.caut.6.numero 4.quam opinionem aliqui
4 adeo veram eſſe fuerunt arbitrati, vt † ſi durante
illo quadriennio quis ſter ignorans etiam per cen-
tum annos, nihilominus detur reſtitutio, per mi-
rabile dictum Bald. in l.falſam. C. ſi ex falſ. inſtru-
men. quem ſequitur Alexan. Tiraquell. Caſtren.
Abb.Ang. l audien. Barbat.Iaſ. Socin.Dec. & alii,
quos refert Menoch. dicta quæſt. 71. quibus addo
Ioſeph. Ludou. deciſio. Lucen. 52.numero 17.
Rub.conſilio 13.in fin. Bero. quæſt. 81.numero 4.
Ioann. Mauit. Bolan. de reſtitut. in integr. capitu.
59. numero 14. de cuius tamen dicti veritate di-
cam infra deciſio. ſequenti. & hanc opinionem,
quòd lapſo quadriennio propter ignorantiam de-
tur reſtitutio, comprobat, & communem dicit
Boer.deciſio.39. numero 3. & 4. & illam ſequutus
fuit Senatus ita iudicando in cauſa Ruffinæ, &
Fornerij, vbi lapſi erant poſt decem annos præ-
ſcriptionis etiam alij decem, & ſic non ſolùm
vna, ſed geminata præſcriptio. Cui verò incum-
bat onus probandi non eſſe decurſum tempus
quadriennij, vide Ioſeph. Maſcard.in tractatu de
probat.lib.3.concluſ.1277.

Reſtitutio ex capite ignorantiæ an aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum peti poſſit.

DECISIO CXXXIIII.

1 *Reſtitutio ex capite ignorantia an detur aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, & numero 9. & 10.*
2 *Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionem triginta annorum ex capite ignorantia. contra nu.5.& 15.*
3 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum datur ex cauſa ignorantia. contra numero 6.*
4 *Quadriennium, quod currit ad petendam reſtitutionem in integrum, durat etiam per centum annos ſtante ignorantia potentis. ſed contra numero 8.*
7 *Reſtitutio excluditur per longam præſcriptionem.*

Præ-

31. *Præſcriptio longiſſimi temporis imò etiam longi contra ignorantes currit.*
32 *Text. in l. 2. C. quibus non obſtat longi temp. præſcrip. declaratur.*
33 *Text. in l. fina. C. de tempor. in integrum reſtitu. declaratur.*
34 *Reſtitutio non datur minori aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum.*

DIXI ſupra aduerſus præ-
ſcriptionem decurſam da-
ri reſtitutionem ex cauſa
ignorantiæ. Quæro nunc
an aduerſus præſcriptio-
1 nem triginta, vel quadra-
ginta annorum, † quæ
temporis longiſſimi dici-
tur, peti poſſit hæc reſtitu-
tio? Quæſtio hæc ardua certè, & difficilis dici po-
teſt, in qua varij fuerunt Doctores, & inter ſe, ſuo-
rum aliàs ſcriptorum immemores, contrarij,
vt pulchrè oſtendit doctiſſ. Crau. in tracta. de an-
tiqu. tempor. §. materia iſta. part. 4. numero 46 &
47. & omnium elegantius Pinell. in authen niſi
triennale. numero 59. C. de bon. matern. contra
quam varietatem maximè conſulentium excla-
mat Crau. in dicto §. numero 48. ſicut, & de no-
ſtrorum temporum miſeria in tot reuoluendis
Doctorum libris conquæritur in hoc tractatu
Pinell. & propterea hunc articulum Cæſarea
deciſione egere dicit Burſat. conſilio 160. nume-
ro 70. libro 2. & quoniam multi hincinde Do-
ctores allegantur, ne termini materiæ confun-
dantur, allegando ſolùm Doctorum authorita-
tes penes quos vtriuſque opinionis rationes vi-
deri poterunt, conſtituam duas regulas princi-
pales, diſtinguendo præſcriptionis tempus per
ampliationem prout in hoc articulo diſtinxit
Pinell. vt melius dicta Doctorum diſcernantur:
inde quid mihi videatur exponam: poſtea quid
Senatui viſum fuerit, & paucis agam ne ab alijs
propoſita tranſcribam.

Prima igitur regula eſt, reſtitutionem in inte-
2 grum aduerſus † præſcriptionem triginta an-
norum tam minori quàm maiori ex capite iu-
ſtæ, & probabilis ignorantiæ concedendam eſſe,
& hæc fuit originalis opinio Bartol. in l. 1. §. ſi quis
propter. D. de itiner. actuque priua. quem ſe-
quuti ſunt Alexan. Roman. Panormitan. Felin.
Pariſ. Iaſ. Dec. Afflict. Didac. Balb. Boer. Mo-
dern. Pariſ. Gratus, Alciat. Tiraquell. Socin. ſen.
Socin. iun. quos refert idem Pinell. quibus ad-
do Rot. Genuen. deciſione 203. numero 5. cir.
finem, & numero 6. dicens communem, ac pro
hac parte iudicatum. P. de Benintend. qui etiam
de communi teſtatur. deciſione Bonon. 69. nu-
mero 1. Ioſeph. Ludoui. deciſione Lucen. 52. nu-
mero 47. Bero. quæſtio. 81. numero 2. Ioann.
Dilect. de arte teſtan. titu. 11. caut. 6. numero 3.
Dom. Ozaſc. qui dicit magis communem deci-
ſione 69. numero 16. Franciſc. Bec. conſilio 12.
numero 62 & conſilio 50. numero 3. & hanc ſi-
ne dubio omnium communem dicit Burſat.
conſilio 160. numero 70. libro 2. citans etiam
Riminal. iun. Alciat. Fab. Peregrin. Mandoſ.
Villalob. & Non. Ioann. Maurit. Bolan. in tracta-
tu de reſtitutio. in integrum. capitu. 59. Sfort.
Oddo. de reſtitutio. in integrum. part. ſecun-
da. quæſtione 90. articul. quarto. & articu. quinto.
dicens etiam in maiore hanc eſſe hodie magis
communem.

Ampliatur hæc regula ab aliquibus, vt proce-
3 dat etiam in † præſcriptione 40 annorum, ita
Panorm. Pariſ. Boer. Afflict. Crau. Socin. Balb.
Imol. Ruin. Loffred. Syluan. Rebuff. quos idem
Pinell. recenſet, quibus addi poſſunt Grat. con-
ſilio 143. numero 1. libro 2. Rota Bonon. dicta
deciſione 69. numero 1. in fin. & numero 2. licèt
dicat in hoc capite ita Doctores variaſſe, vt diſ-
ficile perſcrutari poſſit, quænam ſit magis com-
munis opinio, & propterea dubitat Rota Ge-
nuen. dicta deciſio. 203. in fin. Ludouic. dicta de-
ciſio. 52. numero 47. & deciſio. 48. numero 21. di-
cens veriorem, & communiorem. Natt. conſilio
162. numero 38. Rube. conſilio 13. in fin. Rolan.
conſilio 68. numero 21. libro 3. vbi dicit magis
communem, & reſpondet ad contraria, & con-
ſilio 72. numero 48. eod. libro, vbi allegat Man-
tu. Bertrand. & alios. Bec. dicto conſilio 12. nume-
ro 64. & dicto conſilio 50. numero 4. Crau. con-
ſilio 622. numero 13. libro 4. Menoch. de præ-
ſumpt. libro 1. quæſt. 17. qui tamen non firmat,
& nouiſſimè de magis communi teſtando ſe-
quitur Petr. Antonius de Petra. in tracta. de fi-
deicommiſſ. quæſt. 14. numero 259. & multis
ſequen. vbi latiſſimè examinat, & defendit re-
ſpondendo contrarijs, & in eam pariter videtur
inclinare Sfort. Oddo in dicto tracta. de reſtitut.
in integrum. part. 2. articu. 6. quæſt. 90. quam ſen-
tentiam multis firmare conatur Crau. in dicto §.
materia iſta. numero 49. & ſequen. & conſilio
201. numero 35. & præcipuè mouentur omnes
ſupraſcripti ex eo, quòd ad petendam reſtitutio-
nem in integrum datur quadriennium. l. fin. C.
de temporib. in integrum reſtitutio. quod qua-
driennium cùm ſit vtile, non debet currere niſi
à die ſcientiæ, vnde fortius dicere non erube-
4 ſcunt, quòd † etiamſi labantur centum anni,
tamen ſtante ignorantia, ſi à die ſcientiæ non fue-
rint lapſi 4. anni, adhuc poſſit in integrum re-
ſtitutio peti, vt per Crau. & alios, quos allegat
Menoch. in dicta quæſtio. 71. numero 3. & re-
cenſui ego proxima antecedenti deciſio. nume.
4 & hoc ex ratione ſuperius tradita.

Altera eſt in hac quæſtione negatiua regula,
5 quòd aduerſus † præſcriptionem triginta an-
norum reſtitutio non detur, pro qua allegatur
Bald. de more Bartolo contrarius in l. prima. C.
qui admitti. oppoſit. 20. quem fuerunt ſequuti
pauci quidem, ſed non vulgares iuris noſtri pro-
feſſores, nempe Anchar. Cuman. Ang. Curt.

ſen.

ſen. & Aretin. quos refert Pinellus, quibus addo eundem Pinellum qui dicit hanc eſſe probabiliorem,& Reipub.vtiliorem, & multis illam argumentis confirmat. Corn. conſilio 244. libro 4. Franciſ. Sarmient. ſelectar. interpretat. libr. 2.cap.10.& omnium latiſſimè probat Vaſqu. controuerſ.Illuſtr. lib.libro 2. capit.75.per totum. vbi illam firmat 23.fundamentis, & quidem ſubtiliſſimis, & propterea non malè fortè in Senatu Dolano conſuetudine obſeruatum dicit Ioan. Maurit.Bolan.in dicto tractatu de reſtitutio. in integrum. capit. 110. vt minorum ſupplicationes reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem 30. annorum petentium reijciantur, ſed ad Principem remitti illos ſcribit.

Hanc regulam multò magis aliqui è doctoribus, & quidem frequentius exiſtimant habere
6 locum in † præſcriptione quadragenaria. Ita Alexan. Socin.Dec.Curt.ſen. Socin.iun. Ioan. Dilect.Didac.Gomez. Galiaul. Alcia Rube. Zoanet. Balb. Gozadin. & Iaſon. quos allegat idem Pinell. quos ſequitur ipſe Pinell. Bero. qui dicit magis communem quæſtione 81. numero tertio. & hanc in hoc capite crebriorem dicit Cephal. conſilio 314. numero tertio. verſicul. & quamuis.libro 3. Burſat. conſilio 160. numero 70. poſt Bero. (omnino videndum conſilio 56.numero 41.& ſequen.libro 3.) Porti. & Simon.de Præt. & addit Vaſqu.etiam pro hac par. Moder. Pariſ. & magis communem dicit Socin. iun. conſilio 37. libro 4.& de magis communi teſtatur Sfort.Odd. in dicto articu.6. numero 26. citans vltra ſupracitatos Cagnol. Natt. Pariſ.& Rolan. à Valle conſi. 59.per totum. lib. 4. & ſi iungamus huic opinioni Bald. Aretin. Anchar. Cuman. Angel. Vaſqu. & Sarmient. qui voluerunt aduerſus 20. annorum curriculum fruſtra reſtitutionem impetrari, nulli dubium,quòd hæc opinio altera magis communis iudicabitur, & verior dicetur, ſiue (vt fieri ſolet) numerentur, ſiue etiam ponderentur ſententiæ ſcribentium.

Imò adeo firmam eſſe hanc regulam Vaſqu, & Sarmient. voluerunt, vt non ſolum per tem-
7 pus 30.annor.ſed † etiam per longi temporis præſcriptionem decem, vel viginti annorum hæc reſtitutio excluderetur.Hincque ab altera opinione,
8 q; per centum annos † huius reſtitutionis remedio nõ præſcribatur ſtante probabili,& iuſta ignorantia magis communiter noſtri receſſerunt, vt videre eſt per Menoch. dicta quæſtio. 71. in fin. & latè per Boer.deciſ.39.Ludouic.poſt Socin.d.deci. Lucen.48.nu.24.

Ex his videmus quàm variæ, & inextricabiles ſint doctorum opiniones in hac quæſtione, & ex illorum authoritatibus proſpicere lector beneuole poteris quęnam iſtarum regularum ſit in iudicando ſequenda,& ſi velimus ſcire de communi opinione, hinc colligimus communiorem proculdubio eſſe illam priorem regulam, quæ habet reſtitutionem ex cauſa ignorantiæ contrà præſcriptionem 30. annorum dari, ſed in ſecundo capite magis communem eſſe contrariam opinionem, nempe poſt decurſum tempus 40. annorum fruſtra reſtitutionem impetrari, ſed quid tenendum ſit nunc videamus. Et vt breuiter ac reſolutione loquar, poſt omnium doctorum reuolutas, & conſideratas opiniones, con-
9 ſtanter teneo contra † præſcriptionem quidem longi temporis dari reſtitutionem intra quadriennium à die ſcientiæ, modo quadriennium ſtatim poſt decurſam præſcriptionem longi temporis non vtile, ſed continuum ſit, & in hoc capite ita cenſebat Senatus in ſupra dicta cauſa Rufinæ, & Fornerij,vt dixi proxi. antecedenti deciſione, ſed
10 aduerſus † triginta aut ad ſumum quadraginta annorum curriculum hanc nullo modo concedendam eſſe, ideoque nec illam dari, ſi quis ſit intra quadriennium à die ſcientiæ, quia de hac præſcriptione non loquũtur legislatores quando quadriennij tempus concedunt, ſed de præſcriptione longi temporis; Et omiſſis multis, quæ pro hac ſententia adduci poſſunt quoniam multa Pinell. & Sarmient. & longè plura Vaſqu. ſcripſerunt, hac ſola conſideratione contentus ero, quod om
11 nes Doctores mihi concedunt poſt Barto.† præſcriptionem hanc longiſſimi temporis contra ignorantes currere, ita vt ignorantiæ præſcribatur tanti temporis ſpacio, quod mihi negari non poteſt ſtantibus verbis Imperatorum apertiſſimis in l.fin.in fin.& authen. malæ fidei. in prin.C.de præſcript.long tempor. l.ſi quis emptionis. C.de præſcript.30.annor. vbi etiam in longi temporis præſcriptione hoc volunt procedere, & per tantum tempus voluit Iuſtinianus omnem ſecuritatem poſſidenti tribui l.omnes. & l.ſicut.C.eodem titu. ſed eluſoria certè eſſet iſta præſcriptio, inutiliſque ſecuritas ſi poſt tempus præſcriptioni datum reſtitutio adhuc concederetur: credendum enim eſt legislatores voluiſſe includere illud quadriennij tempus in hac longiſſimi temporis præſcriptione,cùm veriſimile non ſit voluiſſe diuturnitate poſſeſſionis partam ſecuritatem alterius maleficio, & ſub prætextu mendicatę cuiuſdam ignorãtię,vel potius craſſę negligentię perturbari, contra quàm Dioclet.& Maxim. ſcripſerint in l. longi temporis. C. de præſcript. long. tempor. aliàs nunquam eſſet litium finis, & rerum dominia in incerto perpetuò remanerent, quòd & præſenſit Iuſtinianus volens propterea tempus ignoranti currere, ne altera dubitationis inextricabilis oriretur occaſio. dicta l. fin. in fin. C. de præſcript. longi tempor. & ſi præſcriptum eſt hoc ſpatio temporis ignorantiæ, non poterit illa alio remedio reuiuiſcere, & inquietaretur contra expreſſam iuris mentem hac via per indirectum poſſeſſor, quod dicendum non eſt, & quamuis reperiamus iuſtis aliquando de cauſis contra præſcriptionem decurſam reſtitutionem conceſſam fuiſſe, vt in l. 2. C. quibus non obijc. longi temporis præſcriptio. tamen illud in-
12 telligendum eſt de præſcriptione longi temporis non longiſſimi, item ſtante neceſſaria cauſa

abſentię

abſentiæ fauore Principis, vel reipubli. & illa lex de præſcriptione decem annorum eſt intelligenda, quia vnica erat decennalis præſcriptio, quæ longi temporis dicebatur, quæ tamen iuſta exiſtente abſentiæ cauſa ad alios decem annos fauore abſentis protrahebatur, quo decennio elapſo nec ex hac cauſa licèt iuſta reſtitutio concedebatur. l. ſi poſſeſſio. C. eodem tit. quibus non obſtat longi tempor. præſcriptio. quantò magis in ea, quæ longiſſimi temporis eſt obtinebit, ſatisque eſt ſi ignorans abſentis beneficio vtatur. Præterea pro hac parte facit text. in l. prima. C. ſi quis ignoran. rem mino. eſſe ſine decre. compara. vbi cauetur poſſe emptorem bonæ fidei aduerſus minorem ſe longi temporis præſcriptione iuuari, qui text. mihi videtur ſingularis, & notabilis, & non video quomodo Domi. à Petra, qui conatus fuit reſpondere text. apertiſſimo in l. fina. C. de præſcriptio. longi tempor. volens non excludi per illius verba reſtitutionem in integrum, poterit huic reſpondere, qui de ignorantia, & reſtitutione loquitur.

Nec his obſtat vtilitas quadriennij, quam Do-
13 ctores deducunt † ex l. fina. C. de tempor. in integrum reſtitut. quia illa vtilitas per illam legem eſt ſublata, & loco anni vtilis continuum quadriennium fuit conceſſum, nec ibi Iuſtinianus loquitur de aliqua præſcriptione, ſed indiſtinctè voluit, quòd quotieſcunque reſtitutio in integrum poſtulatur, quæ ex iuſtis cauſis à lege permiſſa eſt, illa intra quadriennium petatur, vt minor poſt vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum habeat etiam quadriennium ad petendam reſtitutionem, illudque non amplius vtile, ſed continuum ſit, quòd & ſubtiliter in illa quadragenaria præſcriptione conſiderauit Dec. conſilio 29. & 373. Cui non ſatis bene iudicio meo reſpondet Domi. meus Crauet. in dicto. §. materia iſta. numero 56. & 58. Imò ex ſupraſcriptis remanet euacuatum, & ereum efficitur illud argumentum, quod ab ipſo æneum appellatur, & cui non poſſe dari reſponſionem exclamat: nam conſequentia inconuenientiæ quam facit non eſt bona, & non militat argumentatio à tempore decennij ad tempus triginta, vel quadraginta annorum, quam ille facit, & ſi detur aliqua reſtitutio aduerſus præſcriptionem minori, vt in l. fina. C. in quib. cau. in integrum reſtitut. non eſt neceſſar. illud procedit fauore pupillaris ætatis, quo tempore non currit tempus pupillo, ſed poſt pupillarem ætatem currit illa 30. annorum præſcriptio, quod apertè ſcribitur in l. ſicut. C. de præſcript. 30. annor. vnde hoc ad aliorum reſtitutionem non extenditur, quia illis non dormit, ſed currit tempus, ideo Imperatores in dicta l. ſicut. illis vtuntur verbis. *Sed pupillari ætate duntaxat, huic eximenda ſanctioni*, idque expreſſius Iuſtinianus intellexit in dicta l. fina. in fin. ibi. *Exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in ſuo ſtatu remanentibus*. Poſt quod tempus
14 fruſtra reſtitutio poſtulatur, vnde patet † malè ſenſiſſe Accurſ. in gloſſ. ibi, & cum eo Bartol. & Rolan. conſilio 68. numero 21. libro tertio. & nouiſſimè Rauden. in tractatu de analog. capitu. 33. numero 133. qui voluerunt minori dari reſtitutionem aduerſus præſcriptionem 40. annorum, quia hoc eſt contra expreſſam legislatoris mentem, & ideo pulchrè Bald. & Salic. ac doctè in dicta l. fin. dixerunt præſcriptiones longiſſimi temporis contra minores currere, licèt hic cum minoribus officio iudicis ſtante iuſta, & probabili ignorantia mitius agendum fortè eſſet, vt illis daretur reſtitutio ſaltem aduerſus triginta annos, non autem aduerſus quadraginta, & hoc magis ex quadam æquitate quàm quòd ita iuris rigor poſtulet.

Ex quibus omnibus inferri poteſt ad multa,
15 & primò, † non eſſe vſque quaque veram communem illam opinionem, quòd aduerſus triginta annorum tempus detur in integrum reſtitutio, quia videmus quàm facile illa ſubuertatur, nec eſt curandum, quòd communis ſit, quia vt dicit Ioſeph. Ludo. dicta deciſio. 52. numero 13. conſulentes ſępenumero præmij auiditate verioribus aliquando opinionibus prætermiſſis falſas opiniones ex illorum numero communes efficiunt, & vnus inde poſt alium currunt velut oues, vel grues, vt inquit Decius, & ſatis mihi ſemper viſum eſt opinionem veram eſſe, licèt à communi recederem, authoritate Iuſtiniani frętus in l. 2. C. de veter. iur. enuclean. neque tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant, ſed argumentum peſſimi turba eſt, vt ſcribit Seneca, & dixi in deciſio. 1. nume. 2.

Infertur ſecundò veriſſimam eſſe, & magis communem alteram Doctorum ſententiam, quòd aduerſus quadragenariam præſcriptionem non detur ex capite ignorantiæ, vel ex alia quauis iuſta cauſa reſtitutio in integrum etiam minori, & ab illa non eſſe in iudicando recedendum, non ſolum quia receptior, ſed quia verior ſit.

Infertur tertiò falſiſſimam eſſe illorum ſententiam, qui voluerunt poſt decurſam præſcriptionem dari vtile tempus petendi reſtitutionem vſq; ad centum annos, à qua propterea multi, & quidem magis communiter receſſerunt, vt ſupra dixi.

Vltimò infertur non eſſe veram diſtinctionem illam, quam tradit in hac materia Bou. in tract. de ſtatutar. vrb. præſer. glo. 19 nu. 12. quòd diſtinguendum ſit inter ignorantiam iuris, & ignorantiam facti, vt primo caſu nõ detur reſtitutio. ſecundò verò reſtituatur ignorans, quia hanc diſtinctionem l. non facit, quæ quando de ignorantib. loquitur nec ius nec factum diſtinguit.

Hæc quæſtio fuit per multos dies diſputata coram Excellentiſſimo Senatu, in cauſa Foſſanenſi Ancinę, cõtra Dionîſios, & multa dicta fuerunt, tandem maior pars dominorũ viſo Puello, & illius rationibus conſideratis, dixit illius opinionem

eſſe

eſſe veriorem, & ita Senatus cenſuit non eſſe dandam reſtitutionem ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionē quadraginta annorũ. 1584. dicens ita in poſterum obſeruadum, Præſide Perilluſtri D. Cęſare Cambiano ex Dominis Ruſſiæ compatre meo, & quo ad illam præſcriptionem quadraginta annorum cum illa etiam opinione maior pars dominorum inclinabat aliàs in cauſa Rouaſchæ. 1568. men. Auguſti, licèt illa cauſa non fuerit reſoluta.

Iudex, qui in ſententiæ prolatione de intereſſe nihil dixit, an poſſit poſtea iterum illud adiudicare parte actrice petente, & quid in fructibus, & expenſis.

DECISIO CXXXV.

1 *Iudex poſt latam ſententiam an poſſit poſtea iterum ſuper intereſſe iudicare parte petente, & quid in fructibus, numero 2.*

IVDEX condemnauit emptorem erga venditorem iuxta formam inſtrumenti cum expenſis, & nihil de intereſſe petito dixit. Venditor petit intereſſe poſt ſententiam coram eodem iudice, quærebatur, an iudex
1 poſſet condemnare emptorem, & † ſententiam dicere quò ad intereſſe. Et dicebatur, quòd non per l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. & quia iudex functus erat officio, obſtabatque rei iudicatæ exceptio. l. iudex poſteaquam. D. de re iudic. vnde ſi non condemnat in acceſſorijs videtur liberaſſe, ita, quòd nouo iudicio peti non poſſint, vt per Innocent. in capit. gratis. de reſtitu. ſpol. Bald. in dicta l. terminato. columna 1. & in adit. Specul. titulo de excepr. verſiculo ſi iud. pronun. Bertachin. in verbo iudex poteſt. numer. 172. Crauet. conſi. 320. & vide ibi Strace. Fuit dictum per Senatum veram eſſe regulam ſupra traditam, & dictum Innocent. niſi ſententia referat ſe ad inſtrumentum, in quo emptor promiſerat ſoluere principale cũ omnibus damnis & intereſſe, quia tunc ſententia videtur relatiua ad inſtrumentum, & relatum eſt in referente, & hoc in cauſa Sauoti Taurinenſ. 1588. 8. Octobris, referente D. Senatore Guerillo compatre meo. Bonum tamen eſt, ꝙ iudex ſemper clarè loquatur in ſua ſententia, & vel abſoluat vel condemnet conuentum in iſtis acceſſorijs, vt de lite lites non oriantur, & ita moneo.

2 Quid verò dicendum ſit in fructibus, & † expenſis dubitari ſimiliter non ſine ratione poſſet. Pone enim, quòd in libello fuerit petitum prædium cum fructibus, & iudex condemnauit ad prędij reſtitutionē, & de fructibus nihil dixit, an poſtquam ſententia in rem iudicatam tranſierit, poſſit actor nouo libello fructus petere: & videreĩ poſſe actorē hoc facere, quia res iudicata in vno nõ nocet in alio. l. & an eadem. D. de excepr. rei iudi. & cum fructuum caſus ſit omiſſus à iudice, videtur relictus diſpoſitioni iuris communis, & pro hac parte in facti contingentia allegabatur. l. 4. C. de poſ. & l. eos in principio. C. de vſur. Iaſ. in §. omnium, in fi. inſtitut. de act.

In contrarium tamen videbatur dicendum nõ licere actori hanc nouam petitionem reiterare, quia iam fuerat facta in principio cauſæ, ideo cùm iudex de illa dixerit in ſententia, videtur à fructibus abſoluiſſe, argumento capitu. nonne benedicimus. de præſumpt. & pro hac parte facit d. l. terminato, & authoritates ſupra traditæ, ſed magis in terminis videtur text. in l. Paulus. 1. D. de re iudica. iuncta glo ibi, & alia gloſ. in l. & ex diuerſo. §. 1. D. de rei vendicatio. & in ſpecie ita decidit Guid. Pap. quæſtio. 405. verſiculo, ſed quid ſi tales. poſt Anton. de Butr. ibi relatum.

Diſtinxit in hac quæſtione Roffred. in rubric. de offic. iud. quo petun. fruct. quæſt. vltim. quòd aut agitur de fructibus pendente lite perceptis, & illi peti non poſſint poſt ſententiam: aut de alijs ante litem motam perceptis, & illi peti poſſint, ſed hæc diſtinctio nõ placuit Senatui, qui indiſtinctè cenſuit fructus nõ deberi, nec peti poſſe noua actione, quia debebat actor in hoc capite grauatus appellare, in cauſa Claue, & Collineti de Gruliaſco 1569. vide ſi plura velis Benuenutum Straccam in addit. ad Crauet. conſil. 310. Ioan. Bapt. Aſin. in tractat. de execut. §. 7. cap. 89. & 90.

Socio contrahente nulla facta mentione ſocietatis, & non apparente de vtilitate ſociorum ex eo contractu, an ex dicto contractu alij ſocij remaneant obligati.

DECISIO CXXXVI.

1 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
2 *Text. in l. ſocij, in fin. D. pro ſoc. declaratur.*
3 *Socius nomine proprio contrahens an alios obliget.*
4 *Socij obligantur ex geſtis alterius ſocij ſi extet mandatum, & quid operetur illud mandatum.*
5 *Creditor habens animum ad communem negotiationem in mutuando, vel vendendo contra omnes agit.*
6 *Socij ex contractu vnius ex ſocijs non poſſunt conueniri, ſi agens illorum fidem non eſt ſequutus, ſed contrahentis.*
7 *Alexan. in conſil. 139. libr. 5. examinatur.*

SOCII vnius negationis (vt verbis Vlpiani vtar in l. 5. in principio. D. pro ſoc.) in inſtrumento ſocietatis dixerunt, quòd quicquid eſſet per vnum ex ſocijs actum, contractum, & obligatum, cenſeretur ab alijs factum, & omnes obligarentur. Vnus ex his emit coralia à

mercatore pretio aureorum duorum milium, &
obligauit ſe nomine proprio nulla facta mentio-
ne ſocietatis, nec apparet ipſa coralia verſa in be-
neficium ſocietatis: quærebatur, an alij ſocij eſſent
obligati: & quòd tenerentur adducebatur pactum
in instrumēto factum, quòd obligatio vnius alios
1 afficeret: vnde ex conuentione partium contra-
ctus legem accipiunt. l. ſi conuenerit. D. pro ſoc. &
ita in ſimili à natura contractus arguit Rota Ge-
nuen. deciſ. 14. numer. 9. & cùm ad hanc obliga-
tionem faciendam doctores mandatum requirāt
in hac conuentione illud ſatis videtur expreſſum.
Secundo pro hac parte videtur facere tex. in l. iu-
re prouiſum. C. de fabricenſib. libro 10. vbi, quod
ab vno agitur ad omnes ſpectat, & ex illius facto
omnes tenentur etiam ex cauſa delicti. Tertio ad-
ducebatur Bald. conſil. 162. & 263. libr. 5. quod vl-
timum eſt Franciſci de Vbald. vbi ſcribitur, quòd
ex vnius negotiatione alij inſolidum obligantur,
& creditor poteſt agere contra quem velit.

In contrarium, quòd alij non teneantur, & ver-
ſus venditorem non obligentur ex ſocij facto, vi-
detur text. in l. ſi ſocij ſimus, in fin. D. pro ſoc. vbi
2 † alij ſocij cauent de indemnitate ſocij obligari,
quaſi, quòd ipſi erga creditorem non teneantur, &
ad hunc propoſitum illum text. allegat Petr. de
Vbald. in tracta. de ſoc. ſiue de duob. fratrib. parr.
9. in principio, ſed in propoſito noſtro melior vi-
detur text. in l. ſi vnus, in principio. D. pro ſoc. vbi
ille vendiderat de conſenſu ſociorum. melior tex.
in l. cum duobus. 52. §. fin. D. eod. vbi licèt vnius
negotiationis ſocietas eſſet contracta, tamen ſi ſo-
cius ex alia cauſa quærat ſeparatim, non pertinet
ad communionem: Sed ad hæc iura poſſet reſpō-
deri maximè ad primum, quod ille text. non pro-
bat neceſſariò poteſt enim eſſe, quod in diuiſione
hic obligatus ita cōueniſſet, vt quamuis alij eſſent
obligati, tamen releuarent eum aduerſus credito-
rem, vel quod in contractu facto per ſocium ſe
obligaſſet inſolidum erga creditorem. argumen-
to l. penul. in fin. D. de exercitor.

Secundo allegabatur text. in l. iure ſocietatis.
D. pro ſoc. iuncto intellectu Bald. ibi, qui dicit eam
legem intelligi quando ſocius contrahit non ſocie
3 tatis † ſed ſuo nomine. ſed ad illum text. dicebam
poſſe reſponderi, quòd loquitur in eo ſocio, qui
non habet mandatum ad ſe obligandum, prout
in caſu noſtro: requiritur enim tacitum vel expreſ
ſum mandatum, vt per Alexand. conſilio 147. pon
deratis libro 2. & P. de Peruſ. in dicto tracta. Soc.
par. 9. in principio, verſicu. mihi videtur.

Tertio pro hac opinione adducebatur Alexan.
conſilium 139. colum. 1. lib. 5. vbi vult duo requi-
ri, vt ſocij obligentur ex contractu alterius ex ſo-
4 cijs, videlicet mandatum, & vlterius † quòd ſocie
tatis nomine ſe obligauerit, ſed quando nomine
proprio contrahit ſolus tenetur, allegat Bal. in di-
cta l. iure ſocietatis. & Alex. citat & ſequitur Dec.
in l. ſi ſocius. colum. 2. num. 3. D. ſi certum petatur.
& Pariſ. conſilio 94. numero 24 libro 1. & eiuſdem
ſententiæ fuerunt Socin. P. de Vbald. & Ronche-
gall. quos refert & ſequitur Rot. Genuen. dicta de-
ciſ. 14. numero 94. & deciſ. 7. numero 3. Sed aduer-
tendum eſt, quod omnes iſti doctores ſe referunt
ad Bald. in d. l. iure ſocietatis, qui tamen non loqui
tur quando adeſt mandatum aliorum ſociorum.
Verum replicari poteſt mandatum non ſufficere,
quia illud efficeret, vt ſocius haberet beneficium
diuiſionis contra alios ſocios, nō autem vt ex ſuo
contractu ius acquireret creditor contra dictos ſo
cios, cum quibus nihil eſt geſtum.

Quartò magis in terminis videtur facere text. in
l. fin. D. de exercitor. act. cir. fin. ibi, *& ſufficere ſi in hoc
5 *credid:erit*, vbi eſt caſus, † quòd quamuis ſeruus ſit
præpoſitus naui, tamen non obligat dominum ni-
ſi creditor mutuo dederit pecuniam nauis cōtem
platione, & ſic haberet animum & cogitaret de to
ta ſocietate. per quem tex. ita videtur tenere Natt.
conſilio 567. numero 6. libro 3. Ad hoc tamen re-
ſpondebam, quòd illa l. fin. loquitur in mero inſti-
tore, qui non eſt ſocius nec habet tam generale
mandatum ad obligandam ſocietatem, vt in caſu
noſtro.

Quintò ponderabam ego text. in l. ſi vnus ex ſo
cijs. §. 1. D. pro ſoc. vbi ſi vnus ex ſocijs fœneratur, &
vſuras perceperit, licèt de communi pecunia fœ-
neratus fuerit, tamen ſi nomine proprio contraxe
rit, ſolus vſuras lucrabitur, cui conuenit, l. ſi quis ſo-
cietatem. 74. D. eod. quæ multo magis procedere
debent cum hic agatur de obligando, & facilius li
beratio, quam obligatio concedatur, vulg. l. Arria-
nus. D. de act. & oblig. licèt hic reſpōderi poſſet vt
dixi ſupra in ſecundo fundamento huius partis.

Deniq; præſuppoſito pro vero quòd eſſet man
datum generale vt in hoc caſu, item quod nomi-
ne ſociorum fuiſſet ab iſto ſocio contractum, ad-
huc videretur dicendum ex facto huius ſocij nō
remanere alios ſocios erga creditorem obligatos,
6 quia illi, † qui cum iſto ſocio contraxerant, egerāt
tamquam cum priuato, habito ſolum reſpectu
ad illius perſonam non autem ſociorum, vnde il-
le ſolus erit obligatus, ita in his terminis pulchrè
hoc ponderat Rota Genuen. dicta deciſ. 14. num.
97. Item probatio competebat iſto ſocio obliga-
to, vt demonſtraret in vtilitatem ſociorū verſum
eſſe ſuum negotium, vt in ſimili ſcribit Capic. de-
ciſ. 180. numero 4. & ad hoc videtur eſſe pulcher
text. in l. fin. D. pro ſoc. vbi directa actio datur con-
tra eum, cuius perſona in contrahenda ſocietate
ſpectata eſt, quem ad hoc allegat Vueſembec. in
ſua œconomia libr. 14. Digeſtorum, quem refert
etiam, & ſequitur dicta Rota dicta deciſ. 14. num.
99. Imo quod in vtilitatem ſociorum verſum eſ-
ſet incumberet onus probandi contrahentibus, vt
dicit P. de Vbald in dicto tracta. de duob. fratrib.
quem refert & ſequitur dicta Rota nume. 125.

Cùm cauſa hęc diſputaret in Senatu inter Or-
ſinam, & Darut coram Senatu erā opinionis pri-
mæ motus ex pacto illo inſtrumenti facti inter ip
ſos ſocios, quòd geſta per vnum obligarent alios,
& ad conſi. Alex. reſpondebam, quòd ipſe Alexan.
7 dicto conſi. 139. quem † omnes ad hoc citant, po-
nit duos caſus, vnum de iure communi, & tunc
requiruntur duo, mandatum ſcilicet ſeu præpoſi-

tio ſociorum, & quòd nomine ſocietatis ſit geſtū, per iura ab eo allegata: alium quando adeſt ſtatutum, quod geſta per vnum ex ſocijs obligent alios inſolidum, qui eſt caſus noſter, & in hoc ſecundo caſu Alexan. non requirit, quòd ſocius geſſerit nomine ſocietatis, ſed ibi dicit alios ſocios non teneri, non ratione prædicta, vt in primo caſu, ſed quia ſocij mei ſocius, meus ſocius nō eſt, vnde videtur ibi Alexand. in ſecundo caſu conſentire, quòd nō requiratur fieri mentionem ſocietatis: quòd ſi hoc procedit in ſtatuto, quod ſtrictè ſolet interpretari, tanto magis idem dicendum erit in pacto ſociorum, quod eſt bonæ fidei, & latiſſima in eo ſit interpretatio. His tamen non obſtantibus placuit alijs dominis ſecūda opinio, eo quod ille creditor non eſſet ſecutus fidem ſociorum ſed illius tantū cum quo contraxit nomine proprio; & ita abſoluit reos, & ſocios conuentos Senatus à petitione venditoris, niſi probaretur rem fuiſſe verſam in beneficium ſocietatis. dicta Liure ſocietatis. Anno 1571. 12. Februarij.

Retenta verò hac opinione ad contraria breuibus reſponderi poteſt; & ad primum de mandato & pacto dici poteſt, pactum illud ſeruire inter ipſos ſocios, vt habeant beneficium diuiſionis, non autem vt tertius contrahens, qui de ſocietate non cogitabat illo ſe iuuare poſſit: nam vt eo caſu alij obligentur requiritur, quod contractus, & negotium fiat tam nomine proprio quā ſociorum, vt per eandem Rot. deciſ. 91. numero 6. Purpurat. conſilio 71. nume. 33. libro 1. qui ampliat etiamſi ex cōmuni pecunia res eſſet empta, qua de re ſingularis eſt text. in l. ſi vnus. §. 1. D. pro ſoc. Ad Liure prouiſum. reſpondet Fulgoſ. in l. 1. §. ſi plures. D. de exercitor. act. & ſi bene ponderetur ille text. non militat in caſu noſtro. Ad conſil. Bald. reſpondet Rota dicta deciſ. 14. numer. 118. quòd in illo caſu ille, qui cum tertio contraxit, habebat mādatum, & non habebat partem, ſed poteſt etiam dici opinionem Bald. non eſſe veram, quando non apparet de communi vtilitate, & quòd non omnium, ſed vnius fides ſpectata fuerit, vt ſupra dixi, & facit ad hoc doctr. P. de Vbal. dicta part. 9. numero 1. in fin. vlterius Bald. ibi loquitur, quando ab omnibus ſocijs adminiſtrator fuit præpoſitus, & qui contraxit fidem omnium fuit ſequutus, ſic enim loquitur tex. in dicta l. ne in plures. iuncto. §. final. l. antecedentis. D. de exercitor. act. & ellicitē ex l. fi. in fin. eod. Ceterum ſi plura velis vide Rotam Genuenſ. in dicta deciſ. 14. vbi plenè & doctè de re hac diſſeritur.

Vſumfructum totius dotis an filia patri relinquere poſſit ſola proprietate filijs reſeruata.

DECISIO CXXXVII.

1 *Mater an poſſit filios grauare in legitima, ita vt ſolam proprietatem habeāt, vſusfructus verò alteri relinquatur.*

2 *Pater obligatur pro dote data filiæ.*

3 *Vſufructu bonorum omnium legato, pro rata legitimæ illud euaneſcit.*

4 *Angeli opinio in §. prohibemus. auth. de trien. & ſemiſſe, probatur.*

MATER inſtituit in ſuis dotibus à patre profectis ſuos filios hæredes, & legauit illarum dotium vſumfructum patri ipſius teſtatricis. Auus vſufructuarius petit eas dotes à nepotibus, vt vſumfructum conſequatur: nepotes (omiſſa tunc allegatione inualiditatis teſtamenti)
1 opponunt, quod † mater non potuit eos grauare in legitima l. qm̄ in prioribus. C. de inoff. teſta. Replicat auus, quod bonorum omnium vſusfructus legari poteſt. l. omnium. D. de vſufr. l. vxori. D. de vſu, & vſufr. lega. item quòd dos erat aureorum mille, & quòd ipſe eſt ſexagenarius, qui præſumitē ſolū viuere per quinque annos ꝓximos l. hæreditatum. D. ad l. Falcid. & ſic cùm fructus dotis ſoleat ad ſummum conſiderari ad ſeptem pro centenario ex patriæ conſuetudine, releuabit legatū aureos 420. vnde remanebit vtilitas proprietatis in ſcut. 580. filijque pluſquam legitimam conſequētur. Sed opponebant iterum filij, quòd poterat pater viuere vſque ad centum annos, & ſic proprietas fuiſſet inutilis, & grauati eſſent in legitima, & quòd ad præſens oua cras pullis ſunt meliora, iux. glo. in l. cum hi. D. de tranſact. Tandem fuit iudicatum in fauorem patris, ſeu aui vſumfructum totius dotis deberi, per glo. & ibi Angel. in §. prohibemus. auth. de trien. & ſemiſ. Cepol. cautel. 21.
2 numero 2. item, quia † pater obligatur pro dote data filiæ, & per conſequens commodum habere debet, vt per Neguſant. de pignorib. 4. memb. 2. part. numer. 36. item, quia cùm dos à patre profecta ad patrem redeat facilius redire debet vſusfructus cùm proprietas filijs reſeruetur, idque magis quia in caſu iſto filij habebant aliunde vnde poſſent ſe alere in bonis patris, quòd ſi id defeciſſet, fortè danda illis fuiſſet electio conſequendi legitimam, & renunciādi proprietati, in cauſa Comitis Sancti Martini, & Pagani Aſtenſis. 1571. 13. Martij.

Sed aduerte, quòd iſta opinio eſt periculoſa quò ad legitimā, quia text. eſt expreſſus in contrarium in dicto §. prohibemus. vbi in fin. ad matrem etiam illius diſpoſitionem extendit Iuſtinianus, & id exprimitur etiam in auth. nouiſſima, in fin. C. de inofficioſ. teſtament. ex quibus iuribus commu-
3 nem concluſionem doctores elliciunt, quòd † ſi bonorum omnium vſusfructus legatus ſit, tamen pro rata legitimæ talis vſufructus ceſſat. de qua communi opinione teſtatur Socin. conſilio 107. numer. 7. volum. 1. dicens iudicatum, & illam tenet Alexan. conſil. 29. nume. 2. libr. 4. ac communem etiam dicit Michael. Graſſ. in libr. ſententiar. §. legitima. quæſt. 39. numer. 23. nam integra legitima relinqui debet in proprietate cum vſufructu

per dicta iura, & firmat idem Graſſ. in dict. §. quęſtio. 15. nume. 6. Neque ob. gloſſ. in dict. §. prohibemus. quia illa non firmat illam ſententiam, quod vſusfructus omnium bonorum legatum, valeat, ſed ab illa recedit in dict. l. omnium. & dict. auth. nouiſſima. dicit enim priorem opinionem in qua propoſuerat. l. vxori meæ. D. de vſufruct. legat eſſe per hæc nouiſſima iura correctam, veriorem eſſe, & in hac parte illa glo. communiter approbatur, vt per Caſtren. in dicta auth. nouiſſima, & illam cautelam Dyni quã ſuppreſſo authore refert Cepol. caut. 21. reprobat Barto. in l. hæreditatum. D. de bon. auth. iudic. poſſiden. vbi dicit, quòd ſi debita portio per tale relictum vſusfructus auferatur peccabitur mortaliter, & contra † doctr. Ang.
4 tenet expreſsè Roderic. Xuar. in repetit. l. quoniam in prioribus. ampl. 3. nume. 2. verſiculo teneas contrarium. dicens contra illum ſtare omnes gloſſ. & omnes ſcribentes, & ante Roderic. hanc Cepol. cautelam, & Angel. opinionem reprobat Iaſ. in dicta auth. nouiſſima. nume. 44. verſiculo concludit ergo gl. & hoc hodiè eſſe expeditum dicit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 10. nume. 454. & libr. 2. §. 20. part. 4. nume 288. vbi nume. ſequen. diſputat an hoc caſu teſtamentum a patre factum ſubſiſtat, & an legitimam ſuper vſufructu retenta proprietate filius conſequatur, vide ibi latè per eum. & dixi infra deciſ. 184. marito lucrante. numer. 9. vnde neceſſariò nobis dicendum eſt, quòd vſusfructus legatum à matre factum ſubſiſtat: præſuppoſito, quòd dos ad patrem redeat mortua cũ liberis filia, vt dicam deciſ. ſeq. aliàs præſuppoſita validitate teſtamenti (de quo tamen dicam infra deciſ. 150.) legitimam integram tam in proprietate quàm in vſufructu filij habebunt.

Dos à patre profecta ad patrem redit, quando prædecedit maritus, & inde moritur vxor etiamſi extent liberi.

DECISIO CXXXVIII.

1 *Dos à patre profecta ad patrem redit.*
2 *Dos redit ad patrem contra conſuetudinem Martini, ſi prædecedat maritus.*
3 *Renuntiatio matris non obſtat nepotibus venientib. ad ſucceſſionem aui.*

1 DOS A patre profecta † ad patrem redit. vulga. l. dos à patre. C. ſolut. matrimon. Sed ſecundum opinionem Martini, & communem obſeruãtiam, iuxta quam poſt multas diſputationes cenſuit Senatus, vt dicã infra deciſ. 190. remanet penes filios. Nota tamen ſingulariter non habere locum hanc conſuetudinem quando, prędecedit maritus, & inde moritur
2 vxor, tũc enim † dos à patre profecta redit ad patrem excluſis filijs, nec habet locum opinio Martini. Ita voluit Bartol. in l 1. nume. 2. D. de dot. prælega. & in l. poſt dotem. ſolu. matrimon. vbi Paul. de Caſtro, & ſequitur Bald. Anch. Fulgoſ. & omnes, vt teſtatur Iaſ. l. poſt dotem. nume. 102. & ibi Alexand. numé. 25. & conſilio 115. libr. 1. & hanc limitationem notabilem in practica dicit Aretin. in §. fuerat. num. 22. Inſt. de act. Neuizan. in Syl. nupt. libro 2. nume. 79. Hieronym. Tort. in dicta l. poſt dotem. in quinta quæſtione Bartol. Iaſ. in dicto §. fuerat. numero 22. Phanuc. de lucro. dot. gl. 11. numero 3. dicens ita in facti contingentia obtinuiſſe per ſententiam Rotæ Lucen. & durum eſſet iniudicando ab ea recedere, vt dicit Iaſ. in dicta l. poſt dotem. colum. penult. nume. 102. & 103. Quamuis idem Iaſ. ibidem diſputãdo teneat opinionem cõtrariam per aliquas rationes quas ibi allegat. & cum hac opinione Bart. tranſiuit Senatus in cauſa præcedentis quæſtionis, quamuis videretur aliqualiter dura: & pro illa ſtat illorũ opinio, qui contra Martinum ſcripſerũt dotem redire ad patrem etiam liberis extantibus, de qua dicam infra deciſ. 190. Fuit tamen dictum, quòd hoc caſu poſt mor-
3 tem aui materni illi nepotes † poterũt petere portionem hæreditariam in bonis aui. Quamuis filia renuntiaſſet bonis paternis. vt per Crauet. conſilio 84. Doctor. in l. pactum, quod dotali. C. de collat. Rub. conſilio 42. Rip. reſpon 6. libr. 1. Dec. conſilio 281. nume. 6. Alexand. conſilio 199. colum. 3. libro 7. De qua re quo ad renuntiationem ſcilicet an illa ſtante nepotes admittantur, dicam infra ſuo loco. Et vide Rolan. conſilio 11. lib. 1. Vincent. de Franch. deciſ. 67.

Laudimium an debeatur pro alienatione neceſſaria, quæ fit ex præcepto iudicis, qui leuauit bona de gagio.

DECISIO CXXXIX.

1 *Laudimium an debeatur ex datione in ſolutum, quę à iudice fit poſt leuationem bonorum de gagio. & quid non ſtante conſuetudine, nume. 2.*
3 *Laudimium an debeatur ex alienatione, quæ fit ex cauſa dotis.*

LAVDIMIVM ſeu tertia venditio, vt noſtri dicunt, an debeatur ex cauſa neceſſaria, & alienatione quæ fit ex cauſa neceſſitatis pro debito, quando
1 per iudicem † leuãtur bona de gagio, & ea dantur in ſolutum ſub haſta creditori, vel alij tertio, quæſtio eſt pulchra, & ſubtilis, & in qua Doctores contraria ſcripſerunt; & ego plura ſcribere eram paratus,

ratus, ſed quoniam ſubtiliter, & doctè more ſuo
ſuper ea ſcripſit, Per Illuſtr. D. Præſes à Ponte in
ſuo tracta. de laudim. quæſtione 47. ne ab alijs
ſcripta repetantur, ideo breuiter & reſolutiuè cõ-
cludo laudimium deberi iux. opinionem. Bald. in
conſilio 306. verba. libro 1. Tiraquell. de retrac. li-
gnag. §. 1. gloſſ. 14. numero 14. qui plures allegat, Et
hoc ſiue veriori inſpecta ſententia, quæ habet ex
alienatione neceſſaria deberi laudimium, vt refert
dictus. D. Ponte, dicta quæſtio. 27. colum. ſecunda
in princip. Siue illo inſpecto, quod ex datione in ſo
lutum debeatur laudimium. vt per Ioſeph. Ludo-
uic. deciſ. Peruſ. 60. numero 7. Quam ſententiam
multis præiuditijs tã Senatus Excellentiſſimi quã
Illuſtris Cameræ firmatam teſtatur D. Præſes di-
cta quæſtio. 27. colum. ſecunda, & ita cenſuit Se-
natus me referente in cauſa Caſtaneç, & particu-
larium Ripolarum. 1571. 24. Aprilis. Motus tam
illa ratione, quam etiam tangit D. Præſes. d. quæſt.
27. colum. ſecunda in fin. quod aliàs aperiretur via
fraudibus dum homines, vt euitarent ſolutionem
laudimij, fingerent ſe debitores ex aliqua cauſa, &
paterentur fieri leuationem de gagio, & ſic domi
ni fraudarentur iure ſuo, quibus ſolent vt pluri-
mum ſubditi, quaſi domeſtici ęmulatores, & do-
minorum bono inuidẽtes, & omnem libertatem
affectantes, inſidiari, quàm etiã ex eo, quod in hac
cauſa erat probata conſuetudo ſoluendi ex tali
cauſa hoc laudimiũ, licèt aliquibus dura hæc opi-
nio videretur, & exiſtimarent opinionem ſuperio
2 rem † procedere ſtante conſuetudine, non quòd
de iure communi illa vera ſit allegantes authorita
tem Bald. in cap. 1. numero 11. de prohib. feu. alie-
nat. per Frideric. Bar. Bald. Fulgoſ. & aliorum in l. ſi
ideo. de condict. furti. Iaſ. in l. ſi. colum. 12. quæſtio.
7. C. de iur. emphyt. Afflict. deciſ. 191. Brun. conſilio
44. Boer. titulo de retrac. §. 3. & titulo de feud. §. 7.
Sed aduerte, quòd citati Doctores hoc non dicũt,
imo Bald. in loco allegato dicit totum cõtrarium
in illis verbis, ſaluo iure canonis, & Brun. in cõſilio
44. loquitur in diuiſione, licèt cõcluſio ſua videa-
tur generica. Ideo cùm iterum in Senatu hac de
cauſa ageretur, cẽſuit laudimium deberi in dubio
cùm non appareret de cõſuetudine, veriorem exi
ſtimans ipſius Bald. & Tiraquelli ſentẽtiam in cau
ſa Vicinoui 23. Iulij. 1588. Referente Illuſtri. D.
Ozaſco. In qua tamen fuit dictum eſſe limitandã
hanc ſententiam tribus concurrentibus, ſcilicet ſi
3 cauſa † obligationis ſit dos; ſi fiat leuatio ex neceſſi
tate mera, & ſub haſta: ſi nulla alia bona extarent,
prout, & iſtis tribus concurrentibus in camera fuiſ
ſe iudicatum non deberi laudimiũ dicit D. à Pon-
te dicta col. 2. verſicu. ſecus ſi debitum. & quòd nõ
debeatur laudimium ex cauſa dotis, tenet etiam
dictus D. à Ponte in dicto tract. de laudim. q. 29. di-
cens etiam in his per eandem cameram iudica-
tum; quamuis diſtinguant Doctores in datione
bonorum ſi illa dentur æſtimata, vel libera, vt ibi
per eum. & quod laudimium ex cauſa neceſſaria
non debeatur, tenuit nouiſſimè conſilium Neapo
litanum apud Vincent. de Franch. deciſ. 277. par.
ſecunda.

Alluuionis accrementum, ſiue aug-
mentum an ad emptorem, an verò
ad venditorem ſpectet in retractus
conuentione.

DECISIO. CXL.

1 *Alluuionis augmentum prædio factum an veniat in re-
trouenditione, quæ de prædio fit. & nu. 4.*
2 *Pactum factum ſuper prædio extenditur ad alluuionem.*
3 *Alluuio dicitur pars prædij.*
5 *Emptio cum pacto retrouendendi poteſt dici perfecta.*

ALLVVIO Accreuit prædio
meo accrementum, ſeu aug-
mentum, quod prædium ex pa-
cto luendi teneor ad omnẽ ven
ditoris requiſitionem retrouen-
1 dere: quęſitum fuit † an alluuio-
ne adiunctum cedat beneficio
emptoris an vero venditoris. Et multæ rationes ac
iura fuerũt hinc inde adducta, quæ cum ab infra
citandis doctoribus præcipuè à doctiſſimo Meno
chio ſcribantur, breuitatis cauſa prætereunda du-
xi. Ideo veniendo ad authoritates, & deciſiones in
terminis pro venditore qui redimit, quòd ad eum
ſpectet alluuionis augmẽtum, adducitur Paul. de
Caſtro in conſilio 388. videtur dicẽdum. in antiqu.
Gozadin. in l. 2. C. de pact. inter emp. num. 180. Ca-
gnol. in l. 2. quæſtio. 27. C. de pact. inter emp. in anti-
qua lectu. quos refert, & ſequitur Tiraquell. de re-
trac. conuent. §. fin. quæſtio. 14. Pro quorum opi-
nione vltra ea quę ipſi tradunt facit, quod pactum
2 † factum ſuper prędio extenditur ad alluuionem,
vt per Natt. conſilio 286. numero 5. vnde ſicut pa-
ctum fuit factum de retrouendendo prædio ven-
dito, idem pactum cenſebitur in augmento repeti
2 tum, eoque magis quia † alluuio dicitur pars præ-
dij, Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. titulo 1. §. 1.
gloſſ. 5. numero 99. Hypol. Riminald. conſilio 137.
per totum. Item facit, quòd in materia alluuionis
ſcribunt feudiſtæ, & in §. ſi quis de manſo. & §. ſe-
quen. de controuer. inueſt. & ibi Bald. numero ſe-
cundo. Clar. in §. feudum. quæſtio. 88. vbi volunt
quòd vbi augmentum non facto hominis ſed na-
turaliter, vt puta per alluuionem contingit, tunc
ſiue incrementum patens ſit ſiue latens, feudo ac-
creſcit, & idem in maioratuum materia exemplo
feudi tenuit doctus Molina. de primagen. cap. 26.
nume. 17. libr. 1.
Pro emptore verò, & quòd ad illum ſpectet al-
4 luuionis † incrementum, allegatur idem Cagnol.
in dicta l. 2. in noua lectura. quæſtio. 59. vbi reuo-
cata illa ſua priori ſententia pro hac parte allegat
multa iura, & rationes, & illam dicit æquiorẽ Syl-
uan. conſilio 70. nume. 10. & ſequen. Quidam cer-
nentes iſtius quęſtionis difficultatem diſtinxerũt,
3 quòd aut venditus eſt fundus ſimpliciter nulla
adiecta

adiecta menſuratione, vel nulla facta dinumeratione iugerum, & tunc augmentum eſt venditoris: aut fuit datum prædium menſuratum in tot iugeribus, & eodem modo promiſſa fuit retrouenditio, tunc augmentum ſit emptoris, ita diſtinguit in his terminis Zoanett. in dicta l. 2. numero 128. Tom. 6 tractat par. 1. & ante eum ſic diſtinxit Gozadin. in dicta l. 2. nume. 177. cum ſequen. pro qua diſtinctione allegat text. in l. Iulianus. §. ſi Titius. D. de act. empt. vbi hoc etiam videtur ſentire Bartol. licet non loquatur in retractu. Sed hæc diſtinctio mihi non ſatisfacit, cùm ſit cõtra expreſſa iura de quibus infra, imò nec ex eodem. §. ſi Titius. probatur, vt ibi pulchrè in ſuis aduerſar. ad pandectas oſtendit Coſtalus: nam in illius. §. ſpecie nondum erat perfecta venditio nec res emptori tradita, quando per alluuionem decem iugera addita fuerunt, nec ibi debebat cedere commodum incrementi emptori, quia nullum habebat periculum: nam cùm centum iugera fuiſſent promiſſa tenebatur tondem venditor preſtare, aliàs ad intereſſe conueniri poterat, vnde ceſſat cauſa per quam voluerunt iuris authores alluuionis augmentum ad emptorem pertinere, vt mox dicam.

Ego vt ingenuè quid ſentiam fatear exiſtimo indiſtinctè eſſe in fauorem emptoris concludendum, ita vt ſiue ſimus in incremento ex facto hominis ſiue à natura contingente, ſiue illud latens ſiue patens ſit, venditor poſſit quidem totum prędium redimere cum augmento, ſed æſtimationem augmenti ſoluere teneatur. Et hoc per text. iudicio meo clariſſimum in l. penultim. C. de ſolut. ibi, *Vel euentum meliorem.* Et ibi eſſet text. in terminis ſi poneremus caſum, quòd ille qui dederat fundum fecerat pactum de retrouendendo, vel ſaltem, quòd pignori datus eſſet, prout innuit tex. in illis verbis. *Pro pecunia quam mutuo acceperas*, aliàs ille text. eſſet de indubitabili, & illum text. in hac materia allegat Brun. de Augmen. conclu. 23. Accedat ratio, quam ibi text. ponit: nam ſi minoris fuiſſet pretij fundus contrarium non eſſet poſtulaturus, hoc enim pluſquam certum eſt in caſu noſtro, quòd ſi alluuione prædium decreuiſſet aut pro maiori parte perijſſet, non perijſſet venditor, vt emptor retrouenderet, & periculum emptoris fuiſſet, qua etiam naturali ratione moti legiſlatores ex l. ſecundum naturam. 10. D. de regul. iur. in hac alluuionis materia ſtatuerunt incrementum ad emptorem ſpectare. l. Id quod. D. de pericu. & commod rei vend. l. 1. C. eod. §. ſed & ſi poſt emptionem. inſt. de empt. & vendit. Vlterius moueor quia perfectam eſſe venditionem legiſlatores voluerunt, vt commodum ex re vendita emptor cõſequatur. l. neceſſario. D. de per. & commo. rei vendi. d. l. 1. C. eodem. Atqui perfecta ſatis dici vendi-
5 tio † poteſt, licèt ſub pacto retrouenditionis facta fuerit, quia conditio non efficit, quin venditio perfecta dicatur. vt dicit glo. in dicta l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. & in dicta l. neceſſario. Didac. pract. quæſtionum. capitu. 3. nume. 6. pro illa enim non ſecus atque ex omni ſui parte perfecta ſit, laudimiũ ſoluitur, vt dixi ſupra deciſ. 75. & hanc partem tenendo ad authoritates contrarias reſpondetur, quod Paul. de Caſtro in allegato conſilio non reperitur, & Cagnol. a priori opinione receſſit, vnde Tiraquello, qui in eis ſe fundat, & nihil allegat, non eſt credendum, & magis credendum eſt Cagnolo, qui factus ſenior, & doctior re melius diſcuſſa aliter ſenſit. Ad rationem illam quam ex Natta deduximus reſpondetur, quòd diuerſitas rationis, quæ reſultat ex dicta l. penultim. C. de ſolut. facit vt non procedat in hoc caſu per ea, quæ dicit Brun. in dicto tractat. de augm. concluſ. quinta princip. verſiculo prædicta concluſio limitatur. & pro hac opinione ipſe Natt. conſuluit. conſil. 601. numero 5. libr. 3.

Ex quibus patet hanc partem veriorẽ, & æquiorem eſſe, & illam in facti contingentia ſequutus fuit Senatus in cauſa D. Liſij contra D. Scagnelli ex Marchionibus Ceuę. 1571. 7. Aprilis. me referente. Verùm petita reuiſione fuit per alios dominos, qui volebant videri prudentiores cæteris, iudicatum contrarium, ſed puto eueniſſe id, quod I.C. ait in l. 1. D. de appellat. Remanet igitur quæſtio hæc dubia propter contrarias ſententias Senatus, ego tamen non recedo à mea opinione, & prima ſentẽtia Senatus, pro qua in ſupradicta cauſa Scagnelli ſcripſit vir doctiſſimus Iacob. Menoch. & eſt impreſſum inter ſua conſil. conſil. 26. libro primo, & ibi multas adfert rationes reſpondendo contrarijs, atque illum omnino videas; vnà cum conſilio D. Ozaſc. nouiſſimè poſt hæc ſcripta edito in ſuo libr. conſil. conſil. 48. per totum. qui & hanc partem vti æquiorem ſequitur, & reſpondet contrarijs. & de illa poſteriori Senatus ſententia meminit etiam Perilluſtr. D. compater meus Præſes à Ponte in ſuo tractat. de laudim. quæſtione 8. columna ſecunda, verſiculo ex quibus inferri poteſt, qui licèt priorem Gozadi. & Tiraquell. opinionem multis ſubtiliter quidem more ſuo firmet, & reſpondeat iuribus in contrarium allegatis, non tamen video reſponſum illi rationi, quam ponit text. in dicta l. id quòd. & in dicta l. penultim. C. de ſolut. ſaltem ſatis competenter, & ſuis reſponſionibus facilis eſſet replicatio: ſed ne in longiora trahamur conſultò omittimus. & ad id quod dicitur ac magis ſtringere videtur quòd alluuionis augmentum dicitur pars prædij, reſpondetur ſatis eſſe, quòd ſequatur partem prædij, & illius naturam vt redimi poſſit, non tamen ſequitur quin iuxta æſtimationem fiendam venditor emptori pretiũ ſoluat incrementi, & hanc opinionem credo veram ſicut Euangelium, vt noſtri dicũt. quia aliàs reſultaret maxima iniquitas, & ſtatueretur contra omnia iura de peric. & commo. rei. vendi.

Clauſula codicillaris an operetur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi ignoranter præteriti.

DECISIO CXLI.

8 *Clauſula codicillaris an operetur in poſthumo ignoranter*

rantes præterito.nume.7.& 8.& 10.

2 *Clauſula codicillaris quare adinuenta.*

3 *Clauſula codicillaris cenſetur in teſtamento aſcripta magis de mandata teſtatoris, quàm ex ſtilo notariorum.*

4 *Clauſula ſi non valet, reſpicit futurum tempus.*

5 *Clauſula codicillaris operatur in venientibus ab inteſtata.*

6 *Falcidia detrahitur ab hæreditate, quæ reſtituitur.*

9 *Doctores contrarij non ſunt in hoc articulo.*

11 *Clauſula codicillarris magis aperatur rupto teſtamento, quando poſt natum poſthumum pater ſuperuixit, & nume.12.*

13 *Reſtitutio hæreditatis facienda eſt per poſthumum non expectata ſui morte.*

14 *Legata pia, & neceſſaria ſuſtinentur rupto teſtamento per clauſulam codicillarem.*

15 *Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt inſtitutus extraneus.*

16 *Teſtamentum ex clauſula codicillari reconualeſcit mortuo poſthumo viuo patre, & quid ſi moriatur poſt patrem in pupillari ætate, num.17.*

18 *Poſthumus grauatus reſtituere hæreditatem ab inteſtata per clauſulam codicillarem, an detrahat duas quartas.*

CLAVSVLAM illam codicillarem, *Si non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum*, quā
in teſtamentis validam eſſe Imperator ſtatuit in l. fi. §. illud. C.
de codicill. & in omnium notariorum ore frequentiſſima eſt,
tanti momenti in teſtamento poſitam eſſe noſtri
voluerunt, vt ſi in teſtamento patris poſita ſit, in
quo filius præteritus reperiatur, nihilominus reconualeſcat teſtamentum, & hoc nullam habet
difficultatem etiam in poſthumo, quando ſcienter præteritus eſt, vt per Clar. in §.teſtamentum.
quæſt.46. in principio, ſed ſi ignoranter ſit à patre
1 præteritus, † tunc iux. Bartol. doctrinam in l.1.nu.
10. q. 6. de iure codicil. aut fuit appoſita clauſula
præſentis, vel futuri tpis primo caſu omnes conueniunt non rumpi teſtamentum, & ex hac clauſula ſuſtineri: ſecundo caſu dubitant Doctores atque inter ipſos ita diſſentiunt, vt difficilè reperiri
poſſit, quænam magis ſit amplectenda ſententia,
an Bartol.qui tenuit non valere iſtam clauſulam,
an verò illorum, qui contra Bar. teſtamentū confirmare ſcripſerunt. Et licèt hæc quæſtio in hoc
capite ſatis trita ſit, tamen ardua, & difficilis quibuſdam viſa fuit, vt nil certi determinare auſi fuerint vnde Bal. ſuper illa conſultus dixit illā eſſe cō
cordio terminandam. conſil.387.lib.5.propter doctorū in illa contrarietates,& hanc deciſione prin
cipis egere ſcribit Alex. in l. Titius. in fi.princip.D.
de lib.& poſthum. & certè mihi omnibus, quæ in
teſtamentorum materia pertractantur, difficilior
viſa fuit, & propterea decreui illam altius examinare, vt ſine improbo noſtrorum temporum labore facilè dignoſcant iudices,quæ verior, & quæ
receptior ſit, cùm vtraque verior, & magis communis appelletur,& pro clariori illius intelligentia
præmittam aliquot concluſiones notabiles, &
ſubſtantiales.

Primò, clauſulam codicillarem pro validitate
2 teſtamentorum † ad excludendā illorum ſubuerſionem tam ex cauſa præteritionis, quàm alia de
cauſa adinuentam eſſe, & à iuris authoribus traditam,& conſtitutam.l.fi.§.illud quoque.C.de codicill. cuius formula eſt in l.ex ea ſcriptura. 29. D.
de teſtament. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.l. cohæredi.41.§. quod ſi hæredem. D. de vulgar.ſubſti.l.3.D.teſtamen.mil.l.ſi iure.C. de teſtam.
manum.

Secundò hanc clauſulam magis de mandato
3 teſtatoris, † quàm ex ordinario notariorum ſtilo
in teſtamento aſcriptam cenſeri, quicquid ſcripſerit Bar.in l.1.nume.10.D. de iur.codicill.& poſt
eum ac alios nouiſſimè Anchar.Regien. quæſtionum familiar.lib.2.quæſt.11.nume.12.& ſeq.& alij
quos ad ſungum refert Maſeard. de probat. lib.1.
concluſ.300. & hanc veriorem, & frequentiorem
traditionem eſſe dicit Simon de Præt. de interpre.
vltimar. volunta.lib.2.ſolut.10.num.56.& ſequen.
Menoch. qui in hoc Bart. communiter reprehendi ſcribit, in tracta.de præſumpt.libr.2. præſumpt.
79 num.4.& conſil.37.num.131.135. & ſeq.Mantic.de coniectur. vltimar. volunta libr.1. titulo 10.
ratio eſt, quia cùm ad validandum teſtamentum
adinuenta fuerit, coniectura eſt teſtatorem voluiſſe omni meliori modo ſuam voluntatem ſubſiſtere, & quod notarius cenſeatur rogatus clauſulas conſuetas in inſtrumento apponere omnes
conueniunt.

Tertiò tutam non eſſe nec veram opinionem
Bart. & aliorum licèt crebriori calculo firmatam,
4 qui voluerunt † differentiam conſtituere inter
clauſulam præſentis, vel futuri temporis, ita vt
differentia ſit, quando clauſula eſt concepta per illa verba, *Si non valet*, vel per illa, *ſi non valebit, &c.*
& propterea meritò ab illorum opinione receſſiſſe.P. Iacobi Aurelianen. in ſua praxi, in titulo de
auth. ex cauſa. numero 13. verſiculo item ſecundum vulgarem, qui voluit clauſulam ſi non valet habere tractum ad futura non ſecus atque ſi
dictum fuiſſet, ſi non valet, vel valebit, &c.
quod etiam videtur de mente Bald. & Imol.quos
refert Corn.conſilio 133.colum.2. nume.5.libro 3.
vnde nullam in hac clauſula conſtituit differentiam gloſſ. in auth. ex cauſa.C.de liber. præteritis,
ſicut nec etiam ipſi legiſlatores conſtituerunt,qui
ſimpliciter perquirunt, an vim codicillorum ſuū
teſtamentum habere teſtator velit, vt in dicta l.
final. C.de codicill. non ſecus atque inteſtatus deceſſiſſet. dicta l. ex ea ſcriptura. de teſtamen. l. ab
inteſtato.D. de iur. codicillor. video enim ex I.C.
reſponſis generalem poſſe in terminis quæſtionis
noſtræ proponi regulam, quod etiamſi per natiuitatem poſthumi rumpatur teſtamentum, tamē
codicilli non infirmantur indiſtinctè. l. conficiuntur.§.ſi poſt factum.l.is,qui vnum.in principio.D.
de iur.codicillor.Neque ſi totum iuris ciuilis corpus

pus diligenter perlegas, vllibi teperies in hac clauſula futurum à præſenti tempore ſeparari, quamuis multos effectus ex diueſitate iſtius clauſulæ circa tempus colligat Simon de præt. de interpretat. vltim. volunta. libro 2. ſolut. 31. numer. 5. 6. & 29. & ſi perpenditur ratio, quam adducit pro conualidanda hac differentia Ferrar. in for. libell. pro legarei ſingular. in §. nec valet. videbitur quã ſit illa inanis: nam inquit illam ideo introductam nè teſtamentum agnatione poſthumi præſenti rumpatur, ſed etiam ſtante ſimplici clauſula codicillari, vt valeat iure codicillorum eundem effectum oriri ex tali clauſula per iura ſupra relata non ignoramus. Virtus enim iſtius clauſulæ non conſiſtit in formula verborum, ſed quia per illam cenſetur rogatus hæres veniens ab inteſtato reſtituere hæreditatem vocato in teſtamento cùm hæc paria ſint Guid. Pap. quæſt. 323. in principio Capell. Toloſ. queſtio. 455. & hanc concluſionem in agnatione poſthumi tenuit Odofred. quem refert Specul. in titulo de inſtrument. edit. §. compendioſæ. numer. 15. & cum hac pariter ſententia fauore teſtamenti tranſit ipſe Bartol. in l. 1. numero 11. de codicill. firmaturque per text. in l. ſi ita. 31. in principio. D. de leg. 2.

Quartò eſt ſciendum hanc clauſulam codicillarem non habere locum, niſi in venientibus ab
5 inteſtato, † quia alij non tenerentur reſtituere, vt per Corn. conſilio 195. numero 19. libro primo. atque neceſſe eſt, vt iſti venientes ab inteſtato obtineant primum gradum. Rub. conſilio 125. in fin. & dicam infra.

Quintò, quòd quando virtute iſtius clauſulæ
6 hæreditas † per fideicommiſſum petitur, tunc ſaluatur ratio. l. Falcidiæ. l. ſecunda. §. final. D. de iur. codicillorum, ſed an vna quarta, vel duæ ſint detrahendæ, dicam infra.

His ſic præmiſſis concluſionibus deſcendendo ad quæſtionem propoſitam, quoniam poſtquam hanc deciſionem compilaſſem reperi ſuper illa plura ſcripſiſſe Illuſtriſſimum D. meum Ozaſcum in ſuis conſilijs nuper impreſſis conſilio 11. quod eſt repertum conſilio 70. vbi refert in vtranque partem rationes, & authoritates, ideo omiſſis rationibus, & iuribus deueniam ſolùm ad authoritates doctorum. Nam in puncto iuris res mihi videtur aperta contra Bartol. per l. penultim. l. conficiuntur. §. ſi poſt factum. ex l. ſi quis cum nullum. §. ſed & ſi poſt codicillos. & l. qui graui. D. de iur. codicillorum, vbi nulla conſtituitur differentia inter ſcientiam & ignorantiam, imò in dicta l. qui graui, & in dicta l. penultim. I. C. voluerunt agnatione poſthumi non rumpi teſtamentum licèt de poſthumis non fuiſſet cogitatum, quòd tamen intelligo verum, vt infra dicam.
7 Pro Bartol. igitur opinione, † quæ multis æquior & verior viſa fuit, adducit Ozaſc. in dicto conſilio ſeptuageſimo gloſſ. Albert. Galeoti. Specul. Ioan. Andre. Tindar. colleg. Peruſin. Aretin. Socin. ſen. Socin. iun. Alexand. Barbat. Signorol. Curt. iun. Zabarell. Ioan. Baptiſt. à Sancto Seuerino. Iaſ. Rip. Vitalin. Ioan. Dilect. Ruin. Cagnol. Ign. Clar. quos omnes hanc partem in indiuidio firmare vidi excepto Speculo, qui nihil reſoluit, imò contrarium innuit ex Odofredo, vt infra dicam, quibus addo Iacob. de Arena antiquum iuris magiſtrum in auth. ex cauſa, in fin. C. de liber. præterit. vbi etiam indiſtinctè voluit rupto teſtamẽto præteritione illud rũpi quo ad omnia. Clar. in §. teſtamentum, quæſtione 52. verſiculo, ſed quid ſi poſthumus. Bald. in l. ſi totos. de inofficio. donat. & conſilio 387. quædam domina. numer. tertio libr. quinto, & conſilio 156. clauſula. libro ſecundo. Angel. in l. quòd iure. de teſtament. milit. & conſilio 364. vbi pulchrè, & ſubtiliter examinat, & tenet etiamſi teſtator diu ſuperuiuat. Modern. Pariſ. ad Alexand. conſilio 26. libro primo, & conſilio 30. libro tertio, & ad Dec. conſi. 490. vbi dicit Dec. male conſulere. Corn. conſilio 113. colum. 3. libro 1. Bertrand. conſilio 170. colum. prima. volum. primo, & 71. colum. ſecunda libro ſeptimo. maximè ſi ſimus in iuris ignaro. Rub. conſilio 112. & 125. dicens magis communem. Alciat. conſilio 517. Caſtr. in l. ſi vt certi. nu. 3. C. de teſt. mil. quem malè quo ad eum locum pro contraria parte refert. D. Ozaſc. Pute. deciſio. 234. in principio. libro 2. dicens hanc opinionem magis æquam. Andr. Gaill. German. Pract. obſeruat. libro ſecundo, obſeruat 114. numero octauo. Siluan. conſilio 81. numero 29. vbi latè examinat, & tandem concludit hanc opinionem vti humaniorem ſemper ſibi magis placuiſſe. Burſat. qui pulchrè, & latè diſputat. conſilio 15. per totum. libro primo, & numero 25. dicit communiorem, & æquiorem, prout & conſilio 89. numero 40. verſiculo attamen pro nunc. Purpurat. conſilio 451. numero ſecundo Franciſc. Bec. conſil. 107 nume. 25. Hieron. Gabriell. conſil. 113. nu. 9. Simon de Præt. de interpretat. vltimar. volunt. lib. 2. ſolut. 11. nu. 8. & conſil. 67. lib. 2. dicẽs ita vidiſſe iudicatum. Mantica. de coniect. vltim. volunta. libr. 1. titul. 10. Mich. Graſſ. de ſucceſſ. §. codicillus. nu. 22. verſiculo contrariam partem. dicens hanc partem hodie veriorem, communiorem, & rationabiliorem, ac iudicando ſequendam. Doctiſſimus & ſummæ integritatis Dominus Guido Pancirol. conſilio 113. numero ſexto, & ſeq. dicens veriſſimam, & q᷑ tuta conſcientia aliter iudicari non poſſet, & eſſe magis communẽ & pro hac parte citatur etiam ab Alex. Nicol. de Matarell. in auth. ex cauſa, & à Soc. Gaſpar. Calca. & huius ſniæ rationes ac iura nullibi melius adferuntur, quàm à Soc. ſen. Ang. & Aret. & hanc indiſtinctè à Senatu Mediolanen. recipi teſtatur Clar. d. §. teſtamentũ. q. 46. in fi. & præcipuum illius fundamentũ eſt, q̃ cùm verſemur in dubio, & in coniecturata teſtatoris voluntate, veriſimile nõ ſit teſtatorem voluiſſe excludere proprium filium ſine vlla cauſa, & extraneum inſtituere.

Sed hac ratione non obſtante contra Bartol.
8 multi tenuerunt, † & conſuluerunt tam antiqui quàm recentiores. nempe Odofred. Specul. Cyn. Iacobus de Beluiſio Nicol. de Matarell. Dyn. Franciſc. de Rampon. Oldrad. Bar. ſibi contrarius. Bald. Alber. Saly. Ang. omnes Doctores Peruſini tẽpore

Angel.

Angeli.Caſtren.Imol.Corn.Iacobin.Abb.Cumán.
Ioan. de monte Sperel. Fulgoſ. Roman. Alexan.
Barbar.omnes Doctores Paduæ, & Ferrariæ tem-
pore Barbat. Ioan. Petruci. Ioan. P. Ferrar. Guido
Pap. Capell. Tholoſ. Aufrer. Benedict. addit. ad
Bartol.Iaſ.Betrand.Bolognin. Dec. Aret.Curt.iun.
Crauet.Ruin.Pariſ.Socin.iun.Caſalen.Grat. Villa-
lob.Benedict.de Benedict.Rip.Alcia.Ballion.Bero.
Siluan.Cephal.Crot.Zuarez. Tiraquell. quos om-
nes refert ſuis locis Dom.Ozaſc.dicto conſilio 70.
His addo eundem Ozaſc. dicto conſilio 70. & ibi
Roland.P.Surd. Petrinum Belli. qui illi conſilio ſe
ſubſcripſerunt.Bertachi. in §. clauſula codicillaris.
numero 44.Curt.ſen.conſilio 66.Maſuer.in addit.
ad Ferrar.in dicta forma.libell. pro lega. rei ſingul.
in §.valere debeat.in glo. ſuper verbo futuri tem-
poris. Corn. conſilio 133.numero 5. & 6.libro 3.
Georg.Nat.qui dicit communem in capit.quam-
uis.de pact.in 6.numero 98.Riminald.ſen.conſilio
237.numero 9.libro 2.41.nume. 10. libr. 1.Goffre.
in l.1.D.de iure codicillor. Lancellot. Dec in l.qui
filiabus colum. 3.verſicu. & ſic vult Bartol. de leg.
1.Polit.de ſubſtitu.fideicommiſſar. col. 11. Burſat.
conſilio 88. & 89. numero 40. libro 1. & conſilio
92. numero 4. eodem. Roland.conſilio 7. libro 4.
per totum, vbi enumerat Doctores. Ancharan.
iun. Regien. quæſtionum familiar. libro primo.
quæſtione 11. Franciſc. Zoanett. conſilio vlti. per
totum.

Hi ſunt doctores, qui pro Barto. & contra Bart.
in quæſtione propoſita ſcripſerunt, ex quorum
dinumeratione ſimpliciter facta proculdubio vi-
debitur hæc poſterior opinio magis communis,
cùm alteram in numero longè excedat, & ex his
videmus contraria ſcripſiſſe Bartol. Bald. Angel.
Caſtren. Alexan. Barbat. Iaſ. Betrand. Curt. Ruin.
Socin.Rip. Alcia.Siluan.& Burſat. quibus propter-
ea vti varijs parum hac in re credẽdum eſſet. Sed
ne in hac Doctorum dinumeratione decipiatis,
9 eſt aduertendum multos † argui contrarietatis,
qui non contraria, ſed diuerſa ſcripſerunt, inter
quos Bartol.Iaſ.& Angc. Benedict. Corn. Crauet.
Crot.Aufrer. & Burſat. qui loquuntur, vel quan-
do inſtitutus eſt extraneus, vel quando appoſita
eſt clauſula futurum tempus reſpiciens:item mul
ti illorum reſtringunt ſe in caſu ſuperuiuentiæ per
multos annos. Caſtren. Corn. Roman. Iaſo. Rip.
Benedict. Dec. Crauet.Crot.Zoanet. & alij de qui-
bus mox dicam, ſed Domi. Burſatus negari non
poteſt quin ſit ſibi de more contrarius, forte im-
memor illorum, quæ ante ſcripſerat. Attamen
quando non ſuperuixit teſtator ſi bene legantur,
& ponderentur Doctores, non eſt dubium, quòd
hoc caſu communis eſt pro Bartol. Præterea eſt
animaduertendum, quod alij ex ſupra in poſte-
riori opinione allegatis non loquũtur in hac quæ-
ſtione, vt Guido Pap. Capell. Tholoſ. Riminald.
& Siluan. Notandum eſt etiam, quòd doctores
ferè omnes, qui contra Bartol. ſcripſerunt, ſunt
conſulentes, qui licèt in conſcientia tenuerint
Bartol. opinionem æquiorem, tamen fortaſſe cu-
piditate lucri conſuluerunt contrarium, vt dicit
Bolognin. relatus à Burſat. in dicto conſilio 15.
num. 22.

Ex quibus omnibus videre licet difficultatem
iſtius quæſtionis, & credo, quòd ſi Longobardo-
rum tempore accidiſſet, illam gladio dirimendam
ſtatuiſſent, vnde media via eſſet eligenda iuxta ea,
quæ ſcripſi ſupra deciſio. 39. & quo ad me ſem-
per cauſam concordandam conſulerem, prout
conſulebat Bald. in dicto conſilio 387. licèt Domi.
Panciról. dicto conſilio 113. numero 12. dicat hoc
non porocedere, quando conſtat de æquitate al-
terius opinionis. Verùm de ſtricto iure loquen-
do licèt opinio Bartol. omnibus videatur æquiſ-
10 ſima, ego tamen per iura ſupra allegata † non au-
derem recedere à communi, quæ eſt contra Bart.
cum ampliationibus tamen, & limitationibus ſe-
quen. & ideo cùm caſus huius quæſtionis conti-
giſſet in cauſa Do. Ludouicæ Solariç. & Delphinæ
Orlitæ, ſuper qua ſcripſerat Domi. Ozaſc. in dicto
conſilio 70. & 11. in qua fuimus delegati Domi.
Petrin. Belli Conſiliarius Status, Dominus Sena-
tor Ruſſia poſtea Præſes, D. D. Guido Panci-
rola, & Bernardus Trottus, & ego. cenſuimus
iuxta communem contra Barto. ſed concurren-
tibus ſuperuiuentia per triennium teſtatoris mor-
te poſthumi, & inſtitutione matris teſtatoris, qui-
bus in caſibus abſque difficultate magis procedit
opinio contra Bartol. & hoc 1571. 25. Maij. Quæ
tamen ſententia noſtra cùm non placeret Domi.
Panciroleç in ea cauſa condelegato, noluit illi ſe
ſubſcribere.

Retenta igitur opinione contra Bartol. pro ve-
ra, amplia vt multò magis procedat quando poſt
11 natum † poſthumum pater ſuperuixit per mul-
tos annos, & potuit mutare teſtamentum, & non
mutauit, tunc enim etiam Doctores tenentes pro
Bartol. ab eo recedunt. Caſtren. Iacob. de Beluiſ.
Alexan. Roman. Iaſ. Corn. Dec. Crot. Bertrand.
Curt. iun. Crauet. Ruin. Pariſ. Socin. iun. Rip.
Cephal. & Purpurat. in locis ſupra à nobis, & à
Domi. Ozaſc. citatis, quamuis & hanc opinio-
nionem in hoc articulo dicat ambiguam idem
12 Iaſ & propterea † contrarium tenuerit idem Bart.
conſilio 225. Lapus. numero 2. Angel. in l. idem-
que erit. de milit. teſtamen. Aretin. dicto conſilio
vltimo. colum. 3. Rub. d. conſil. 113. & 121. colum.
2. Soci. iun. 153. libro 2. Modern. Pariſ. ad Alexan.
& Dec. vbi ſupra Andr. Gaill. pract. obſeruat. libro
2. obſeruat. 113. numero 4. & dicta obſeruat. 114.
in fin. Siluan. dicto conſilio 81. Burſat. dicto conſi-
lio 15. numero 17. & ſequen. Imò ex hac ſola
coniectura non eſſe à Bartol. opinione receden-
dum dicit Gabriell. dicto conſilio 113. numero 17.
dicens contrarium nec iuris regulas, nec æquita-
tem poſtulare. M. Graſſ. in dicto. §. codicillus. nu-
mero 23. & re vera poteſt multum dubitari, quòd
aliqua legitima cauſa impeditus pater non muta-
uerit teſtamentum, licèt habuiſſet animum mu-
tandi, prout vnuſquiſque ſanç mentis ſatis per ſe
conſiderare poteſt, verum in dubio, & quando
inſtitutus eſt alius ex filijs magis præſumendum
erit patrem noluiſſe mutare teſtamentum, niſi

contrarium per claras probationes edoceatur,
vel per euidentes cõiecturas, vt per Gabriel. dicto
conſilio 113. numero 19. quod ego in arbitrio pru-
dentiſſimi iudicis relinquerem.

Amplia ſecundò, quòd quando facienda eſt
13 reſtitutio hæreditatis † per poſthumum illa fa-
cienda eſt præſentialiter morte non expectata.
Caſtren. conſilio 15. libro 2. facit, quia filio ſuccur-
ritur in eo in quo læditur, vt in hoc caſu dicit Are-
tin. in dicta l. Titius. in fin. princip. D. de liber. &
poſthum.

Amplia tertiò, vt multò magis procedat opi-
14 nio contra Barto. quando agitur † de legatis pijs,
vel neceſſarijs, & pro dote, vel pro intereſſe. Imol.
in dicta l. Titius. in prin. colum. 2. præſertim ſi le-
gata ſint minima, & non abſorbeant dimidiam
hæreditatis, & talia ſint, quæ veriſimiliter teſtator
eſſet etiam poſthumo inſtituto relicturus, vt per
Socin. conſilio 93. numero 30. in fin. libro 4. Ign.
in authen. ex cauſa. numero 71. Burſ. dicto conſi-
lio 15. in fin.

Declaratur nunc, & limitatur opinio contra
Barto. nempe, quòd clauſula codicillaris opere-
tur etiam poſthumo ignoranter prætenito, vt non
15 habeat locum † quoties cunque inſtitutus eſt hæ-
res extraneus, quia hoc caſu verior eſt, & huma-
nior opinio Barto. quia mera iniquitas eſſet vide-
re filium contra naturalem rationem, & votum
paternæ pietatis reſtituere hæreditatem extraneo
inſtituto, pro qua notabili limitatione videtur
tex. ſatis clarus in l. ſi mater. in fin. C. de inoffic. te-
ſtamen. vbi ſi extranei hæredes ſint inſtituti, agit
poſthumus inofficioſi querela, quo caſu certum
eſt clauſulam codicillarem nihil operari tãquam
ſi teſtamentum à demente factum eſſet. l. Titia.
de inoff. teſtam. l. nec fideicommiſſa. ※. D. de leg.
3. Burſ. conſilio 92. numero 6. libro 1. poſt Rol. per
eum citatum, & dixi ſupra deciſio. 128. numero
10 & videtur etiam pro hac limitatione text. in
dicta l. penult. D. de iur. codicillor. vbi ponitur ca-
ſus in inſtitutione filij, & propterea poſthumi
agnatione non rumpitur teſtamentum, & in hanc
ſententiam inclinat Barto. in l. 1. quæſt. 6. de iure
codicill. & clarius conſilio 210. numero 1. in fin.
& conſilio 225. & ita eſt intelligendus Barto. in l.
qui filiabus. numero 6. de leg. 1. quo loco concor-
dat cum communi opinione, nec in eo poteſt di-
ci ſibi contrarius, quia in l. 1. loquitur quando in-
ſtitutus eſt extraneus, & in l. qui filiabus. quando
filius. In hoc etiam caſu loquitur Ang. nempe,
quando eſt inſtituta mater, quæ quo ad poſthu-
mum extranea eſt, & Aret. conſilio vltimo. in cu-
ius facti ſpecie conſuluit etiam Socin. ſen. dicto
conſilio 93. ita etiam Rub. in dicto conſilio 112.
loquitur in inſtitutione fratris. Et idem conſilio
125. Bald. dicto conſilio 387. libro 5. & ad hoc re-
ſpexit Iaſ. in dicta authen. ex cauſa. numero 24. in
fin. dum poſt Aret. inquit, quòd vnuſquiſque de-
bet conſiderare conſcientiam ſuam ſecundum
rationem naturalem, & videre an ſit veriſimile
patrem voluiſſe extraneum filio præferre, idque
etiam ſentit Ign. in dicta authen. ex cauſa. nume-
ro 73. verſiculo ſecundo ex æquitate. Bertach. in
§. clauſula codicillaris. numero 44. in fin. & hanc
differentiam de extraneo inſtituto, vel filio in
conſeruatione legatorum facit Caſtren. in dicta
l. ſi vt certi. numero 3. C. de teſt. mil. & illam ſequi-
tur Aretin. in dicta l. Titius. D. de liber. & poſt-
hum. Crau. dicto conſilio 34. & expreſsè hoc vo-
luit Rot. apud Put. dicta deciſio. 234. numero 9.
Andr. Gaill. dicta obſer. 114. Burſ. dicto conſilio
15. numero 14. & expreſſius conſilio 89. nume-
ro 50. verſiculo, quia reſpondetur. vbi ſic intelligit
Doctores, qui contrarium tenuerunt. Gabriell.
dicto conſilio 113. numero 19. verſiculo idcirco
ſi inſtituti ſint extranei. & quamuis Bero. etiam
hoc caſu videatur contradicere in capit. Raynu-
tius. numero 155. tamen loquitur quando teſta-
tor iam natum, & ſic ſciens præterijt, ex doctr.
Barto. quam allegat. Item Ang. qui in conſilio
364. contrarium ſentit volens, quod etiamſi eſſent
inſtituti filij, tamen clauſula nihil operetur, ſed
rumpitur teſtamentum, habet hac in re omnes
contradicentes, & loquitur contra text. in dicta l.
ſi mater, & in dicta l. pen. Hincque vera redditur
opinio Bald. in l. filio præterito. quam etiam refert
Balion. in dicta authen. ex cauſa. numero 26. ver-
ſiculo, & hoc dicit eſſe verum, quòd legata in tali
teſtamento ſuſtinẽtur, quando inſtitutus eſt filius,
ſecus ſi teſtator nullum filium habuiſſet præter
poſtea natum, & ſic videmus in his terminis mul-
tos Doctores ex ſupra citatis pro opin. contra
Barto. in his terminis loquutos. nec erit abſurdum
maiorem effectum tribuere huic clauſulæ quan-
do inſtituti ſunt alij filij quàm quando extranei,
tum quia ceſſant hoc caſu illæ rationes à Doctori-
bus pro contraria parte conſideratę, cùm præſer-
tim habeat ſuam legitimam filius, tum etiam,
quia videmus tantum hoc caſu tribui huic clau-
ſulæ, vt ſi teſtamentum ſit factum inter liberos,
cenſeatur tacitè ſubintellecta dicta clauſula tan-
quam ſi expreſsè appoſita eſſet, vt per Dec. conſi-
lio 242. Crau. conſilio 34. numero 1. & per hanc
rationem ita videtur firmare Grat. conſilio 112.
numero 28. libro 2. quamuis etiam in caſu extra-
nei hæredis inſtituti contra Bart. tenuerint Rolãd.
& Burſ. in locis ſupra citatis.

Nec obſtat ſententia in prædicta cauſa Orlitæ,
cùm in teſtamento de quo agebatur eſſet inſtitu-
ta mater teſtatoris, & ſic extranea, quia vltra
quòd reſpondetur ibi teſtatorem per multum
tempus ſuperuixiſſe, & declaraſſe voluntatẽ ſuã,
cùm noluerit mutare teſtamentum, tamen hoc
prætermiſſo, quia dubito an haberet etiam lo-
cum in inſtitutione extranei, reſpondetur, quòd
eramus in caſu in quo erat poſtea mortuus poſt-
humus ſuperſtite ipſa inſtituta, quo caſu poſſet ſu-
ſtineri teſtamentum de iure prætorio, cùm appa-
reret de expreſſa voluntate teſtatoris, quia auiam
inſtituerat, & matrem poſthumi excluſerat, vt in-
fra latius dicam.

Poſita ergo in hoc caſu quando eſt inſtitutus
extraneus opinione Barto. pro veriori, & magis
communi, Limitari illa ſingulariter poteſt duo-
bus

16 bus in caſibus. Primo quando teſtatore † viuente moritur poſthumus, & inde non mutato teſtamento pater decedit, quia tunc magis veriſimile eſt illum noluiſſe mutare teſtamentum, & cum iam facto voluiſſe decedere, & ceſſant hoc caſu omnes illæ rationes iniquitatis, & naturalis ordinis, quas conſiderant Doctores tenentes cum Bar. & pro hac limitatione ſunt duo iura fortiſſima, & apertiſſima, & 1. tex. in l. poſthumus. 12. D. de iniuſ. rup. vbi in ſpecie ſcribitur legata, & fideicommiſſa de iure prætorio confirmari, licèt de iuris ſcrupuloſitate ruptum eſſet teſtamentum, quòd ſi de iure prætorio ſecundum tabulas ab inſtitutis peti poteſt bonorum poſſeſſio mortuo poſthumo, fortius hoc fieri poteſt ſtante clauſula codicillari, per quam rogatus cenſetur poſthumus, & grauatus reſtituere vocatis hæreditatem, & ita per illum text. ſuſtineri teſtamentum non obſtante morte poſthumi tenuerunt omnes poſt Barto. ibi, & communem dicit Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 45. Alciat. libro 3. paradox. capit. 8. Forcatul. in ſua Necyomant. iur. dialog. 10. per totum, quibus addo Cuman. Iaſ. Socin. Dec. qui ante eos hoc tenuerunt, & Vaſqu. quos ſuis locis refert, & ſequitur Alfan. in ſuis reportat. collectan. 545. & latè hac de re diſſerit Baſ. libro 2. paradoxor. capitu. 4. & 5. Secundo eſt pro hac parte text. ad literam, & in terminis codicillorum in l. conficiuntur. §. ſi poſt factum. D. de iur. codicillor. ibi. *Nam etſi poſthumus natus ruperit teſtamentum, & deceſſerit; nihilominus codicilli valent*. Quo quid apertius reperiri poteſt? & ad hanc limitationem poſſent trahi illa, quæ in ſimili ſcribit Bald. conſilio 170. quidam Nicolaus. libro 5 & poſt eum Dec. in dicto conſilio 242. numero 2. verſiculo ſed in caſu iſto. vbi voluerunt teſtamentum ex hac clauſula ſuſtineri, quando præmoritur filius patri, & hoc expreſſè in terminis noſtris firmat Burſ. conſilio 15. numero 20. Moueor vlterius illa ratione, quia cùm per hanc clauſulam dicatur rogatus veniens ab inteſtato reſtituere hæreditatem vocato, id etiam in quocunque contingere poteſt poſt mortuum poſthumum, qui nondum habuit hæreditatem patris viuentis, cùm ſemper hæc clauſula operetur in venientibus ab inteſtato, vt dixi ſupra in præmiſſis.

Secundò ego vltra Doctores limitarem opinionem Barto. & cum alia communi ſine difficul
17 tate tranſirem, quando poſthumus † moritur etiam poſt mortem patris in pupillari ætate nullo facto teſtamento; nam quamuis de iure ciuili res videatur expedita, quòd tranſmittat ab inteſtato hæreditatem in matrem, tanquam proximiorem in gradu ſuccedendi, tamen propter illam clauſulam codicillarem cenſetur ſaltem moriens tranſmiſiſſe hæreditatem in auiam iam à patre inſtitutam, vel alium vocatum, Ita vt ſaltem in caſum mortis cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum inſtitutis à patre: pro qua limitatione vltra iura ſupra in proxima antecedenti limitatione adducta, quæ hic multum ſeruiunt, adſero text. ſatis clarum, & apertum in l. æquiſſimum, in prin. D. de bon. poſſ. ſecun. tabul. vbi Iuriſconſul. ſcribit contra tabulas primò liberos vocari: quod ſi illi hæreditatem non obtinebunt, iudicium defuncti ſequendum eſſe: redit ergo prætor ad teſtamentum, contra quem antea hæreditas vocabatur ſine bonorum poſſeſſio, vt teſtatoris voluntas conſeruetur, & clarius hoc ſubijcit Vlpianus ibi in illis verbis.

Expectandi igitur liberi erunt, quandiu bonorum poſſeſſionem petere poſſunt: quòd ſi tempus fuerit finitum, aut ante deceſſerint, &c. tunc reuertetur (*inquit*) bonorum poſſeſſio adſcriptos.

Cui conuenit l. 1. §. 1. D. de ſucceſſor edict. vnde elicitur ratio ſatis firma, quòd ſi voluerunt legiſlatores iudicium teſtatoris ſuſtineri in hac bonorum poſſeſſionè petenda, vbi nullum extabat fideicommiſſum, multò magis hoc operabitur ſtāte clauſula codicillari, per quam rogatus cenſetur hæres reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum, cùm & per illam vulgaris ſubſtitutio in fideicommiſſariam trahatur, vt dixi latè ſupra deciſio. 128. quæ vt plurimum poſt mortem grauati operatur, & ſi hæreditas à grauato iuxta communem opinionem reſtitui debet ipſo viuo, vt dixi ſupra in quarto præmiſſo, quantò magis propter æquitatem erit tempore mortis reſtituenda, & in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, & iſte erat caſus noſter in prædicta cauſa Orlitæ, in qua propterea non malè iudicatum fuit, eſſe reſtituendam hæreditatem à matre legitima hærede D. Ludouicę auiæ, & matri reſpectiuè inſtitutæ, cùm non ageretur de reſtituenda hæreditate ab ipſo poſthumo, & ad hunc caſum ſe reſtrinxit in prædicta cauſa conſulendo Dom. Ozaſc. dicto conſilio 70. in prin. & numero 14. vbi ad hoc ſubtiliter inducit text. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. in quibus etiam terminis cōſuluit Crot. in dicto conſilio 66 & hoc innuit Puteus in dicta deciſio. 234. in fin. vbi dicit aliud eſſe quando non amplius agitur cum poſthumo, ſed cum extraneis, & quod in illo caſu Domini de Rota ſuam probaſſent ſententiam, quæ erat pro opinione Barto. & hanc limitationem ego iuſtiſſimam arbitror: per illam enim & iudicium teſtatoris, & communis ſuſtinetur opinio, & non auferetur hæreditas à filio, vt detur extraneo, & ſi hæc in re eſſet lex perpetua à Principe condenda, vt tam difficilis altercatio ſopiretur, & terminaretur prout opus eſſe noſtri Doctores dicunt, non aliter tutius, & iuſtius terminari poſſet, ſicque ſtatuto cauendum eſſet ſtatuendo, quòd ſtante clauſula codicillari in teſtamento in quo fuiſſet inſtitutus extraneus, vel ſuus hæres, hæreditas moriente poſthumo ignoranter prætento perueniat ad inſtitutos, legitima detracta ſi eſſemus inter ſuos, aliàs integraliter reſtitueretur.

Neque ſtantibus ſupradictis obſtare poterit do-

ſtri.Bartol. in l. 1. quæſtione. 11. D. de iure codicill. quam refert, & ſequitur Ferrar. Papien. in dicta forma libell. pro lega. §. valere debeat. numero 9. & Bec. conſilio 107. colum. fin. prout nec etiam obſtabit, quod Doctores in hac quæſtione ſcribunt, & præſertim Benedict. in dicto capit. Raynutius. in verbo in eodem teſtamento. 1. numero 246. quod clauſula hæc non aſtringit, niſi hæredem in primo gradu ab inteſtato ſuccedentem, quia reſpondetur, quòd ſatis reſtituitur à ſuccedente in primo gradu cùm per mortē illius tranſeat tanquam fideicommiſſaria in hæredem inſtitutum, vnde nec oberunt dicta per Purpura. in conſilio 451. numero 4. quia illa non habebunt locum de iure prætorio, & ſtante clauſula codicillari, pro qua erit notandus iſte mirabilis effectus, & hæc tene menti, quia non vulgaria ſunt, & illa ſemper dicta ſint ſub correctione melius ſentientis.

Reſtat nunc pro finali huius quæſtionis tractatione, vt videamus an in caſu, in quo eſt per non vocatum reſtituenda hæreditas inſtituto, de-
18 trahere † debeat poſthumus, vel alius illius legitimus ſucceſſor duas quartas, an verò ſolam legitimam. In quo articulo dubitat Roman. in dicto conſilio 122. colum. fina. verſicu. ex quibus. & Bald. conſilio 431. libro 3. & diſtinguit nouiſſimè Simon de Præt. vt apud eum in allega. ſolutio. 11. numero 19. Sed ego breuiter, & reſolutiuè loquendo dico, quòd licèt de ſtricto iure ſola legitima eſſet detrahenda, per text. in l. 2. §. fina. D. de iure codicillor. cùm ſimus in puro fideicommiſſo, quo caſu hæres non detrahit niſi vnam quartam, vt per Doctor. in capit. Raynutius. de teſtam. & latè per Neuizan. conſilio 1. numero 3. & in iſtis terminis firment Caſtren. dicto conſilio 15. libro 2. colum. 1. Iaſ. conſilio 104. libro 4. Fulgoſ. in authen. ex cauſa. numero 14. Crot. conſilio 66. numero 27. Burſat. conſilio 88. in fin. Gabriel. dicto conſilio 113. numero 5. Bero. in dicto capit. Raynutius. numero 155. & Docto. paſſim magis communiter. Tamen cùm ſimus in articulo difficillimo, & controuerſo dicerem eſſe detrahendas duas quartas, prout etiam tenuit Angel. in conſilio 99. colum. 2. Bald. conſilio 14. quidam nomine Iacobus. libro 3. Dec. dicto conſilio 242. in fin. Bald. in l. filium quem. numero 34. C. famil. erciſc. & hac detractione ſtante videtur ſatisfieri illis Doctoribus, qui dixerunt hanc opinionem iniquam ex eo, quòd ſuis bonis à natura debitis filius priuetur, vt conſiderat Balion. in repetitio. d. authen. ex cauſa. numero 23. & propterea nos delegari in prædicta cauſa Orlitæ videndo dubietatem articuli cenſuimus ex æquitate eſſe duas quartas ab hæreditate per Orlitam matrem detrahendas legitimam ſcilicet, & Trebellianicam, & reliquam hæreditatem reſtituendam auiæ poſthumi inſtituti; & ita ſemper conſulerem, & iudicarem donec aliter per Principem ſtatuatur. Laus Deo, & Virgini.

Pactum de non diuidendo, quod de iure infirmatur, an per iuramentum interpoſitum confirmetur.

DECISIO CXLII.

1 *Pactum de non diuidendo regulariter non valet.*
2 *Pactum de non diuidendo laudo nec præſcriptione firmari poteſt.*
3 *Pactum de non diuidendo an iuramento in contractu poſito confirmari poſſit. & nu. 4.*
5 *Pactum de ſtando in communione licèt in perpetuum non valeat, poteſt tamen fieri ad vitam.*

PACTVM de non diuidendo, ſed quod per-
1 petuò quis † remaneat in communione, non valet. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. D. commun. diuidun. l. ſi conuenerit. l. nulla. D. pro ſoc. Roman. conſilio 13. circa finem. latè Ioan. Guter. Hiſpan. de contractibus iurat. capit. 58. numero 2. & ſequen. Nemo enim in communione, vel ſocietate ſtare compellitur. l. fina. C. commun. diuidun. aliàs naturalis homini libertas tolleretur, quod contra bonos mores eſſet.
2 Ampliatur hæc regula, vt † nec per laudum hoc induci poſſit. Alexan. conſilio 46. numero 11. libro primo. Caſtren. conſilio 107. libro primo. ſicuti nec etiam præſcriptione, quia etiamſi communio duraret per centum annos, nunquam præſcriberetur, quia poſſet peti diuiſio. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. numero 3. D. de condict. indebi Doctor. in dicta l. fin. C. commun. diuidun. in l. prima. §. ad hæc. C. de annal. exceptio. & hanc regulam multis firmat Seraphin. in tractatu de priuileg. iuramen. priuileg. 58. à nu. 1. vſque ad nume. 6.

Dubitatum tamen fuit, an hæc regula proce-
3 deret in communione iurata, ita vt † pactum huiuſmodi iuramento confirmaretur: & dicebatur non valere, per gloſſ. in capit. fina. in verbo reuocatus. de procuratorib. libro 6. quam communem dicit in iſtis terminis Alexan. conſilio 18. numero primo. libro ſexto. vbi hanc opinionem ſequitur, & poſt eum Bertrand. conſilio 136. libro ſecundo. Dec. in l. penultim. numero 23. C. de pact. Socin. conſilio 278. colum. penultim. libro primo. Pariſ. conſilio 27. numero 133. libro primo. Corn. conſilio 13. colum. 2. libro quarto. Andr. Gaill. pract. obſeruat. libro ſecundo. obſeruatio. 34. numero ſeptimo. Auendan. Curt. Sen. & Tiraquell. quos ſuis locis refert Guter. dicto capit. 58. numero 15. citatur etiam pro hac parte Felin. in capitu. ex parte. de reſcript. ſed nihil firmat. Ratio huius

opinionis

opinionis eſſe poteſt, quia contra bonos mores videtur eſſe hoc pactum, vt ſupra dixi: at contra bonos mores iuramentum præſtitum non valet. capit. non eſt obligatorium. de regu. iur. libro 6. de quo dixi latè ſupra deciſio. 32. qua ratione etiam pactum de ſuccedendo non obſtante iuramento tollitur, vt per D. Ozaſc. deciſ. 100. nume. 31. 36. & 37. & dicam infra ſuo loco.

In contrarium tamen vrget maximè regula,
4 quòd iuramentum, † quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, eſt ſeruandum. capit. quamuis pactum. de pact. capit. cum contingat. de iureiur. cum ſimill. & alia multa de quibus Guter. in dicto capit. 58. numero 16. & 17. vnde ſtante iuramento à communi regula contra Alexan. videtur recedere Iaſ. in dicto §. ſi centum. numero 7. qui tamen magis dubitat, & nihil reſoluit. Alberic. in l. fin. C. commun. diuid. Ruin. in l. filiusfamilias. §. diui. colum. 42. cir. fin. de leg. 1. Pariſ. conſilio 127. libro 4. Roland. conſilio 6. numero 55. libro 1. Lupus in rubr. de donat. inter vir. §. 54. numero 4. & hanc in puncto iuris dicit veriorem Guter quamuis dicat alteram communem, & propterea difficile ab illa in practica recedi, & hanc ſecundam opinionem ſequitur, & optimis quidem fundamentis defendit D. Seraphin. de Seraphin. in dicto priuileg. 58. nume. 6. & per totum, vbi omnino videas.

Sed dato communiorem eſſe primam opi-
5 nionem, non habebit difficultatem ſaltem † in vita paciſcentium, vt per Florian. in dicto §. ſi conueniat. Dec. conſil. 265. per totum. & in d. l. pen. nu. 24. C. de pact. Iaſ. in dicto §. ſi centum. numero 8. in fin. Ruin. in dicto §. diui. colum. 43. verſiculo verum autem. Bertrand. conſilio 77. libro 2. Grat. conſilio 66. libro 1. numero 14. dicens communem contra Socin. Roland. dicto conſilio 6. libro 1. Guter. dicto capitu. 58. numero 20. nam hoc etiam de iure ſine iuramento quo ad vitam permittitur. l. 1. D. pro ſoc. l. cum duobus. 52. §. idem reſpondit. 1. D. eod. cum & ad tempus paciſcatur. d. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. in fin. Ex quibus in cauſa nobilium de aduocatis dominorum Ceridoni, quę fuit coram Senatu diſputata 1571. 14. Decembris fuit reſolutum non eſſe recedendum à cõmunione iurata de non diuidendo, præſertim quia fuiſſet diuiſio grauoſa ſubditis, ac dominis indecora, & omnibus nocibilis, & idcirco talis conuentio facta opera. & authoritate Eccellentiſs. Domini mei primi Præſidis Caſſiani Putei, qui honori illius antiquę familiæ ſummopere ſtudebat, fuit confirmata.

Succeſſor in beneficio an lucretur fructus beneficij maturatos etiam ante mortem prædeceſſoris.

DECISIO CXLIII.

1 *Fictus maturi, qui prædeceſſori non fuerunt per conductorem ſoluti, an ſpectent ſucceſſori in beneficio.*
2 *Tex. in cap. relatum. de teſtam. declaratur.*

SVCCESSOR in beneficio petebat cenſus, & fictus exiſtentes penes emphyteotam, vel conductorem Eccleſiæ qui non fuerant ſoluti prædeceſſori beneficiato, & tamen erant maturi ante mortem eius: dicebatur
1 illos non deberi, quia non debet quis ante † canonicam inſtitutionem fructus beneficij habere, & tanto magis maturatos ante mortem prædeceſſoris, vnde ſi ad hæredes pertinere non poſſent, prout de fructibus perceptis dicitur per Didac. var. reſolut. libr. 1. capit. 15. numero 12. ſaltem ad Eccleſiam ſui tituli ſpectare videbantur. iuxt. cap. relatum. extra de teſtamen. capitu. quia ſæpe. de elect. in 6. Contrarium tamen cenſuit Senatus, quòd imò iſti fictus ſic maturati ad ſucceſſorem pertinerent, per text. in dicto capitu. quia ſępe. de elect. capit. præſenti de off. ordinar. libro 6. capitu. illud. capit. non liceat. & capit. hæc huius. in princi. 12. quæſt. 1. & per doctr. Ioann. Andr. in capit. nemo plus iuris. de reg. iur. in 6. & ita expreſsè voluit Abb. in capit. querelam. numero 7. ne prælat. vic. ſuas. ac vidi ſcriptum iuxta hanc opinionem per D. & Præceptorem meum Colendiſſimum Aug. Molignatum Vercellen. poſtea Epiſcopum Petræ Honorij inter ſuas quiſquilias manuſcript. quiſquil. 90.

2 Non obſtat text. † in dicto capitu. relatum. quia procedit quando nullus eſt datus ſucceſſor, & Eccleſia ſubuentione opus habet, ſed dato ſucceſſore omnes fructus ſucceſſori reſeruantur, vt in d. capit. quia ſæpe. ibi, *Vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari*. Imò dum prouidetur de ſucceſſore, redditus pœnes œconomum integri conſeruantur. capitu. quoniam. 75. diſtinct. (quod officium hodie ex antiqua conſuetudine in magnis beneficijs facit Camera Ducalis reducendo beneficium vacans ad manus ſuas, quæ conſuetudo bona eſt, vt dixi latè ſupra deciſ. 131.) item poteſt reſponderi ad d. capit. relatum. quòd habet locum in Canonicis ſecus in aliis, per gloſſ. in d. capit. illud. ſuper verbo ſucceſſoris. 12. quæſt. 2. & pro hac ſententia eſt Bulla Iulij III. in Bullario folio 504. Bulla. 9. inter Bul. Iulij. 3. vbi voluit ſummus Pontifex ad ſucceſſores in beneficio fructus ſpectare etiam ſi pro illorum conſecutione anteceſſor iudicialiter egiſſet. Cæterum ſi plura velis de hac re videas Didac. Couarru. in dicto libro 1. var. reſolut. capit. 15. numero 12. & ſequen. Borgnin Caualcan. deciſio. 44. numero 1. 23. 24. 27. & 28 part. 1. ſuarum deciſionum. Ludouic. deciſio. Peruſ. 33. num. 15. qui plures etiam Doctores congerunt. Quid item dicendum ſit in penſionibus, vide Gigan. quæſt. 52. vbi tenet, & rectè, quòd maturaię ante mortem ad hæredes penſionarij ſpectent.

Hæres condemnati, qui ante condemnationem defunctus eſt, an teneatur ad pœnam. Declaratur text. decreti antiqui Sabaud. libro 2. rubrica Hæredes defunctorum.

DECISIO CXLIIII.

1 *Inquiſito mortuo ante latam condemnationem an ſequi poſſit condemnatoria ſententia, & hæres pœnam ſoluere teneatur.*

2 *Decretum antiquum Sabaud. libro 2. ſub rubrica hæredes defunctorum declaratur, & reſtringitur.*

DEFVNCTO accuſato an poſſit ſequi condemnatio, & hæres teneatur ad pœnam,
1 † quando ante mortem inquiſiti concluſum erat in cauſa, & iuſtificata fiſci intentio per cõfeſſionem partis vel per teſtes, dubia eſt quæſtio, quam latè examinans Dom. Ozaſc. deciſio. 149. per totam tandem dicit ob iurium, & Doctorum varietatem eſſe dubitabilem, & re vera iura tam ciuilia quàm Canonica in hac quæſtione diuerſimodè loquuntur, vt colligitur ex l. omnes. §. penult. D. de act. & obligat. l. Caius. D. ad Senatuſconſul. Syllanian. l. ex iudiciorum. D. de accuſat. l. 1. D. de priu. delict. l. defuncto. & l. 3. C. de publ. iudi. l. crimen. D. de pœn. l. ſi pœna. eod. l. ſicuti. & l. pupillum. §. in hæredes. de regu. iur. l. 1. C. ex delic. defunctor. l. 3. C. ſi penden. appell. reus, vel accuſa. mor. l. fin. C. ſi re. vel accuſ. mor. fuer. l. 1. & 2. de accuſat. §. 1. & pen. inſt. de perpet. & temporal. act. l. fin. C. de iur. fiſc. cap. quorundam. 26. diſtinct. 26. quæſt. 1. cap. 1. cap. admonere. 33. quæſt. 2. cap. cãm quæ. il ſecundo. qui fil. ſint legit. variæ enim ſunt Doctorũ opin. de quibus latè p. d. D. Ozaſc.

Sed præſuppoſita pro vera, & magis communi illa opinione, quod poſſit ſequi condemnatio, quam ſequitur idem D. Ozaſc. & teſtatur ibi Senatum ſequutum, pro qua mihi videtur text. ineuitabilis iuxt. vulgatam lectionem in l. 2. in prin. & l. 3. §. fin. D. de bon. eor. qui ante ſentent. mort. ſibi conſciuer. quicquid ſuper illa recentiores quidam Vltra montani nugentur. pro quibus afferi poteſt, quod ſcribit Valer. Maxim. libr. 9. c. 12. de Caio Licinio, qui, vt bonorum confiſcationem euitaret, ſibi ipſi mortem conſciuit, quo intellecto nulla fuit à Cicerone lata ſententia. Quæri poteſt an procedat attenta forma decreti antiqui Sabaud. poſito libr. 2. ſub rub. Hæredes defunctorũ, &c. vbi pœnæ nondum declaratæ non tranſeunt ad hæredes, quod magis concludendum videbatur per ea, quæ in ſimili de ſtatuto dicit Iaſ. conſ. 46. col. 5. lib. 3. poſt Angel. in d. l. 1. C. ex delic. defunctor. Rupellan. in Enchirid. iuris Galliæ in verbo confeſſio. pag. mihi 88. & 89. Sed in contrarium dicebatur decretum non obſtare, & ſic ſeruandam eſſe communem
2 opinionem, quia decretum illud † loquitur in pœnis contumacialibus, ſecus eſt in pœnis delictorũ, ita diſtinguit Bal. in d. l. 1. C. ex delict. defunctor. & cum hac diſtinctione tranſiuit Senatus, & cenſuit bene iudicatum per ordinarium Cigalæ Nicien. qui condemnauit hæredem in libras 200. propter delictum defuncti. Et cùm iterum Referente D. Surdo tractaretur iſte caſus in cauſa Caſtelletti inquiſiti de vi publica, & conuicti, qui mortuus erat ante latã ſententiam, pronunciauit Senatus bene condemnatum per ordinarium, & tranſiuit Senatus omnino cum opinione D. Ozaſc. in d. dec. 149. nõ obſtantib. nouiſſimè, & doctiſſimè ſcriptis per D. Compatrem meũ Senatorem Solã in d. decreto Hæredes defunctorum. Vide tamen ad materiam pulchram regulam cum multis limitationibus, quam ponit Andr. Gaill. in tracta. de pace publ. lib. 1. cap. 20. per totum.

Notarij duo rogati de teſtamento vel alio inſtrumento, an cenſeantur rogati inſolidum.

DECISIO CXLV.

1 *Notarij duo ſi ſint rogati de inſtrumento, an ſufficiat vnius ſubſcripto. & nu. 2.*

NOTARII duo fuerunt rogati de teſtamento, alter deceſſit, qui nec inſtrumentum ſubſcripſit nec protocollum reliquit, vnus vero ſubſcripſit protocollum, quæſitum fuit an tale protocollum per vnum tantũ ſubſcriptum probaret, cùm in fine diceretur, de quo teſtõ ego Petrus Notarius vna cum Antonio ro-
1 gati fuimus. Et videbatur † dicendum vnũ Notarium ſufficere ex his, quæ in terminis dicit Dec. conſ. 36. nu. 5. Tomas Diplou. in addit. ad Bar. cõſ. 114. verſicul. vlterius. vbi ad hoc citat Bal. in quodam conſil. & ita etiam tenuit Rot. Roma. inter manuſcriptas D. Cardinalis Putei 594. Referente, D. P. Æmilio Verallo, quæ in hodiè impreſſis reperitur licèt manca. deciſ. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 1. num. 202. & ſeq. vbi plura adducit, & ita vidi conſultũ per celeberrimos I. C. D. Præſidẽ Purpuratũ. D. Præſidẽ Ozaſcũ, & D. Gui. Pancirolã ex rõnibus à Dec. relatis in d. conſ. 35. & ita tenuit ipſe Purpurat. in ſuis impreſſis conſ. 402. nu. 72. & 77. lib. 2. rõ potiſſima eſt, quia quilibet iſtorũ Notariorũ poteſtatẽ, & authoritatẽ habet à lege inſtrũ. conficiendi plenè probantia, quæ non vĩ à contrahentibus ſublata, niſi id expreſſè dictũ ſit, pſertim cũ noluerint probationẽ illã veriſimiliter coanguſtare, ſed magis duos Notarios adhibere, vt facilius inſtrũ. haberi poſſint, quàm quod de illorũ fide dubitet, vt in his terminis arguit Menoch, vnde vnuſquiſque iſtorum Notariorum cenſetur inſolidum rogatus.

In contrarium dicebatur eſſe cõmunis opinio,
2 quã firmat † Alex. conſ. 92. & conſilio 124. libro 7. poſt Ioan. Andr. Hoſtien. Butr. Bald. & Angel. per eum relatos, & per text. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. D. de eden. vbi Bald. & idem Alexan. Boer. deciſio. 21. Modern. Pariſ. ad Alexan. d. conſ. 124. Gui. Pap. q. 122. Caſtren. in dicta l. ſi quis ex argentarijs.

latè

latè Hieron. Gabriell. qui multis probat conſilio 39. per totum, dicens hanc opinionem eſſe veram, & communem concludens ſaltem neceſſe eſſe, quòd vnus ſcribat, alter ſubſcribat inſtrumentum, vt etiam voluit Guido Pap. dicta quæſtio. 122. in fin. & in hanc partem magis innuere videtur Put. in dicta deciſio. 6. Dominos de Rota inclinaſſe, licèt ipſe teneat opinionem Decij, Iacobin. de Sancto Georg. in l. prætor ait. §. cogentur. numero 10. & 11. D. de eden. vbi fortius inquit non ſufficere, quòd vnus ſe ſubſcribat, ſed eſſe neceſſe, quòd omnes rogati ſe ſubſcribant per authoritates Bald. & Ioan. Andr. quos allegat. & pro hac opinione faciunt dicta Bart. in dicto conſilio 114. in primis. verſicu. vlterius. in illis verbis, *Verùm eſt, niſi partes duos Notarios adhibuerint*, & illud conſiliũ eſt Bald. ad verbum, vt videre eſt inter conſi. ſua conſilio 392. in fin. libro 3. citat pro hac parte Gabriell. text. in §. in his. authen. de inſtrumen. cautel. & fid. Sed neſcio videre quomodo velit inducere illum textum ad probandam illam ſententiam, bonæ ſunt tamen rationes huius opinionis.

Cum iſte caſus agitaretur in Senatu in quadam magna cauſa hæreditatis Illuſtriſſimi Domini Ludouici de Chialant dum diſputaretur de validitate ſui teſtamenti, fuit repertus maximè dubius, & fuit dictum opinionem Decij, quòd cenſeatur quilibet inſolidum rogatus, eſſe de iure veriorem, aliam tamen Alexan. eſſe communiorem; & tenendam, ſed ſi aliqua adminicula concurrerent, quæ coadiuuarent fidem illius Notarij etiam leuia, tunc ſuſtinendam opinionem Decij, & ita in caſu propoſito cenſuit probari prædictum teſtamentum ex ſubſcriptione vnius Notarij, quia eſſet de antiquo, & de illo teſtamento mentionem feciſſet Iaſ. in quodam ſuo conſilio, licèt enim ad rei eſſentiam inducendam ſingula, quæ non proſunt, nec collecta iuuent, tamen hoc non procedit ad inducendam probationem. Bald. conſilio 128. cum quidam Notarius. colum. 2. in princip. libro tertio. & ſemper in dubio pro actus validitate eſt iudicandum, & ad hanc validitatem inſtrumenti propter antiquitatem in ſuo caſu ſe reſtringit ſemper Dec. in dicto conſilio 36. & Purpurat. dicto conſilio 402. numero 77. qui etiam hoc modo intelligẽndus eſt in conſil. 284. numero 2. libro 1. ne ſit ſibi contrarius. Quamuis etiam in hoc contra Dec. teneat Hyeron. Gabriel. dicto conſilio 39. numero 10. & ſeq. vbi requirit, quòd ſimus in tempore centum annorum ad ſolennitatem inducendam. Ideo ad euadendam hanc difficultatẽ cautè Notarij apponunt clauſulam, & quemlibet eorum. de eodem inſtrumento fuiſſe rogatum, quòd ſi duo Notarij rogentur, quia vna pars dubitet de altera, & de eiuſdem Notarij fide, ſolet dici expreſsè, quòd tale inſtrumentum debeat per ambos ſubſcribi, ſed plerunque rogantur duo Notarij, non ꝙ de alterius fide dubitetur, ſed quia quęlibet pars vtilitati conſulens cum ſuo Notario conuenit de premio inſtrumenti, & ſæpe gratis à ſuo Notario quilibet conſequitur inſtrumentũ, quo caſu inſolidum quilibet videtur rogatus.

Feudum emptum à fœmina liberis carente, & ſexagenaria, quæ fuit inueſtita pro ſe, & hæredibus capacibus, an eius qualitatis eſſe poſſit, vt ad hæredes inueſtitæ tranſeat, an verò illa mortua ad Dominum deuoluatur, & illi aperiatur.

DECISIO CXLVI.

1 *Feudum conceſſum fœminæ intelligitur datum etiam pro ſuis hæredibus maſculis tantum, & numero 12. & 14.*

2 *Feudum ſicut non poteſt habere fœmina, ita nec ab ea deſcendentes.*

3 *Feudum emptum in perſona emptoris dicitur nouum. & nume. 13.*

4 *Clauſula iure antiqui operatur inter deſcendentes, non inter tranſuerſales. & nu. 15.*

5 *Feudum conceſſum alicui pro ſe, & hæredibus, qui filios habere non poteſt, intelligitur de hæredibus extraneis conceſſum.*

6 *Clauſula* ad habendum, tenendum, &c. *facit feudum alienabile.*

7 *In feudo fœmineo ſuccedit fœmina ſicut maſculus.*

8 *In feudo improprio, dictio hæredum extraneos complectitur, & nu. 10.*

9 *Feudum emptum reputatur inſtar allodij.*

11 *Dominus tenetur feudum ad ſe deuolutum hæredibus vltimi inueſtiti concedere.*

MVLIER Nobilis ſexagenaria, & carens liberis emit pro ſe, & ſuis hæredibus maſſaritium feudale à D. D. fratribus de Gouono ſitum ſuper finib. Leualdiſij ad habendũ, tenẽdũ, & faciendũ quicquid ſibi ſuiſq; hæredibus placuerit, ſaluo beneplacito Principis, poſtea ſoluto laudemio obtinuit inueſtituram pro ſe, & ſuis hæredibus, & prout eius authores inueſtiti fuerant, & præſupponitur hoc feudum fuiſſe aliàs recognitum in feudum gentile, antiquum, auitum, & paternum pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſorib. de more tamen patriæ capacib

Deceſſit emptrix ſine liberis inſtituto hærede Illuſt. D. Comite Sinfredi eius nepote ex ſorore. Vnde diſceptatur num ſibi vel Principi ſpectet huiuſmodi feudum, ita vt teſtamẽtum ſuſtineri poſſit, vel non.

Et

Et prima fronte videretur dicendum pertinere
Principi, & vnle dominium eſſe conſolidatum
cũ directo, quia feudum pro ſe, & hæredib. prout
antiquitus erat conceſſum, intelligitur datum pro
hæredib. maſculis deſcendentib. c. 1. §. etſi clientu-
lus. & ibi Bal. de alie. feu. & in l. fi. C. de ſuis, & legit.
Dec. conſi. 185. & 208. Dec. Pedem. 161. nu. 15. Iul.
1 Clar. in §. feudum. q. 83. col. fi. quæ concluſio † pro-
cedit ſiue feudũ ſit receptũ p fęminã, ſiue per ma-
ſculum, niſi aliter expreſſum ſit. c. 1. de feu. fęm. vbi
2 Afflict. teſtatur de cõi: vbicunq; autem † non ad-
mittuntur fęminę, nec etiam maſculi ex ipſis de-
ſcendentes. c. 1. §. hoc aũt. vbi Doc. qui feu. dar. poſ.
Maſuer. ad Papi. in for. lib. quo. ag. ad reuocat. feu.
in §. nec ſuperlinb. in gl. ſuper verb. fęmineũ. Bec.
conſi. 101. nu. 34. & ſeq. Afflic. c. 1. §. & quia. nu. 22.
q feu. da. poſ. & nu. 36. & §. fi. nu. 29. Melch. Palaez.
in tract. maioratu. par. 2. q. 6. nu. 52. Gallic. inter ɔſi.
feud. varior. conſi. 2. nu. 41. Vnde cùm D. Sinfredi
deſcendat ex fęmina ſorore, quæ non ſucceſſiſſet,
ita nec ipſe nepos ex ſorore. Caſt. in l. maritus. C. de
procu. Iaſ. in l. Gallus. §. nũc de lege. de lib. & poſth.
Non enim melioris eſt conditionis nepos quàm
ſit eius mater. l. 1. C. de bon. mater.
3 Secundò feudum † emptum ab alio vaſallo in
perſona emptoris dicitur nouum per mutatio-
nem nouæ perſonæ. l. fi. C. de nouat. Alex. conſi. 28.
volu. 5. verſic. & ſic firma manet. in feudo autem
nouo tranſuerſales non ſuccedunt. c. 1. §. ſi autem.
qui feud. dar. poſſ. c. fi. de ſucceſſ. feud. imò nec fra-
ter fratri. c. 1. de duob. frat. à Capi. inueſt. Iaſ. in vſib.
feudo. colum. 27. verſi. nouum autem. Clar. §. feu-
dum. q. 79. colum. 2. verſic. ſed quæro. vbi commu-
nem dicit, & ſi dicatur hoc feudum conceſſum
fuiſſe in antiquum attenta relatione ad antiquas
inueſtituras cùm relatum ſit in refererente cum
omnibus ſuis qualitatibus. Bart. in l. 1. D. de recept.
arbit. Bald. conſilio 212. vol. 5. & in feudo antiquo
tunc agnatum, aut alium, qui fictione iuris po-
teſt dici comprehenſus in inueſtitura ſuccedere.
Curt. ſen. conſilio 49. Nat. conſilio 467. & 468. Re-
4 ſpondetur ea verba intelligi † reſpectu deſcenden
tium, & non tranſuerſalium. Alexan. conſilio 10.
volumi. 3. Socin. inter conſi. Brun. conſi. 10. nume.
16. Curt. iun. conſi. 1. nu. 13.
Exaduerſo autem dicitur, quòd emptrix tem-
pore acquiſitionis carebat prole, & ſpe prolis cũ
eſſet ſexagenaria, vnde cùm acquiſiuerit pro ſe, &
hæredibus non videtur intellexiſſe de ſuis deſcen-
dentibus, veluti ſi Princeps concedat feudum ſa-
5 cerdoti pro ſe † & hæredibus, tunc appellatione
hæredum non videtur ſenſiſſe Princeps de deſcen
dentibus quos habere nequit. Bald. in §. naturales.
ſi de feudo defunct. numero 8. Socin. iun. conſilio
187. numero 7. volum. 2. prout etiam non intelli-
gitur magis de maſculis, quàm de fœminis, ſi feu-
dum eſſet fœmininum. Clar. in §. feudum. quęſtio.
73. facit text. libro 2. feud. titu. 18. de duob. fratrib.
à capita. inueſtit. Fulgoſ. conſilio 229. Iacobin. in
verbo, & fœminis. numero 15. Alexan. conſilio
119. libro 5. Ruin. conſilio 9. numero 3. libro 1.
Ozaſc. deciſio. 23. numero 30. cùm itaque non
cogitauerit emptrix de deſcendentibus dictio hę-
redibus retinebit ſuam propriam naturam, Et
comprehendet etiam extraneos. l. in annalibus. C.
de legat.
Secundò facit, quia Princeps prius confirma-
uerat contractum in omnibus eius partibus, & ſic
6 clauſulam illam *Ad habendum*, &c. per quam
cenſetur data facultas inueſtito liberè diſponendi
de feudo. Socin. ſen. conſilio 252. quæſt. 2. libro 2.
Crauet conſilio 256. colum. 3. Grammat. deciſio.
103. numero 129. capit. 1. de feud. non hab. propri.
natur. feud. Ozaſc. deciſio. 164. Brun. conſilio 36. &
conſilio 121. colum. 6. verſic. ſeptimo contra. Nat.
conſi. 644. numero 5. libro 4. Fran. Bec. conſilio 88.
numero 23. 39. & 49. vbi plenè, & ſi dicatur verba
iſta non eſſe in inueſtitura, reſpondetur ſatis conti-
neri in inueſtitura poſtquã in illa expreſsè confir-
matur contractus in omnibus ſuis partibus, &
actus confirmatus cenſeatur eſſe in confirmante
cum omnibus ſuis qualitatib.
Tertiò cùm iſtud feudum ſit emptum per fœ-
7 minam, effectum eſt fœmininum, † ita vt fœmina
ſuccedat ſicut maſculus. Dec. conſilio 390. nume.
7. Roland. conſilio 48. Clar. de feud. quæſtione 73.
volumi. quarto. vbi ſub numero 35. dicit hanc
eſſe magis communem, & tale feudum ſapere
naturam allodialium. Burſat. conſilio 4. numero
16. quiquid dixerint Andr. de Iſern. Mari. Laud.
Præpoſit. & Afflict. in capitu. 1. §. hoc autem
notandum. & §. & quia. qui feud. dar. poſſ. Iacob.
à Sancto Georg. in verbo, & fœminis. verſicul.
ſexto fallit. Zaz. in titu. de feud. degen. numero
21. Socin. coſilio 19. libro primo. Brun. conſilio
18. & 108. col. 7. Et ſi diceretur id intelligendum
de fœminis deſcendentibus. Reſpondetur, quod
cùm habeat naturam allodialium indifferenter
comprehendere omnes cùm etiam in legitimam;
& Trebellianicam imputetur. Burſat. dicto con-
ſilio quarto. & alienabile ſit in quoſcunque. Celſ.
Vgo. conſilio 26. Burſat. dicto conſilio quarto.
& in eo non vendicat ſibi locum decretum, quod
loquitur de feudo. Alciat. conſilio 160. & hoc
feudum dicitur improprium. Crauet. conſilio 6.
8 numero 109. Et † in feudo improprio dictio hæ-
redum ſtat propriè, & includit omnes etiam fœ-
minas. Socin. conſilio 257. libro 2. Corne. conſi-
lio 16. numero vndecimo. volumi. primo. Dec.
dicto conſilio 390. numero ſeptimo. Pariſ. conſi-
lio 12. numero ſecundo. & conſil. 23. libro primo;
Burſat. dicto conſilio quarto. & conſilio 22. nu-
mero ſexto. & in feudo empto ſcribit Natt. con-
ſilio 216. numero tertio. ex eo etenim ſolo, quòd
9 emptum eſt †, improprium efficitur, & reputa-
tur inſtar allodij, & regulatur vt cęteri contra-
ctus. Brun. conſilio 137. verſicu. quinto moueor.
libro ſecundo. idem Natt. conſilio 159. numero
16. vbi dicit ſtultum eſſe in iſto feudo attendere
regulas feudales, & conſilio 246. numero quarto.
& dicto conſilio 216. numero 2. Bald. conſilio 56.
libro 3.
Nec ob. ſi dicat̃ illud pcedere ſi à Dño, & nõ ab
alio vaſſallo emptũ ſit feudũ, vt ſentit Brun. d. cõſi.

108. nu.

108.numero.27.quia illum improbat Alciat.con-
ſilio 166.numero 3. Bald.in l. qui ſe patris. colum.
7. verſicul. & ſcias. C. vnd. libe. Confirmatur, quia
cùm Principis authoritas acceſſerit cõtractui per-
inde eſt ac ſi contractus fuiſſet ſecum celebratus
cùm omnia ſua faciat, quibus ſuam authoritatẽ
impartitur. l. 1. §. verera. C. de vet. iur. enucl. §. hæc
igitur. in proh. Digeſto.

Quarto emptrix fuit inueſtita in feudum anti-
quum nobile, &c. prout erant authores inueſtiti,
quo caſu fingitur hoc feudum fuiſſe patris, & qui
ipſius inueſtitæ, & ſic ſucceſſiſſet illi ſoror ſiue ma-
10 ter d. Domini Sinfredi, quæ venit † in feudo fęmi-
neo appellatione hęredum. Brun. conſi. 114. vol. 2.
Iaſ. conſilio 136. volum. 4. & latiſſimè Tiraq. de re-
tract. §. 32. gloſſ. 1. numero 31. vſque ad 42. Rolan.
in conſil. 60. nume. 17. volum. 1. Clar. in §. feudum.
quæſt. 8. colum. 1. Gabriel. in tract. commu. opin. ti-
tul. de feud. concluſ. 1. Et ſicut ad in iſta fuiſſet ſo-
ror, ita eius filius. Brun. conſilio 147. vol. 1.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd cum inueſtitura ſe
referat ad antiquas appellatione hęredum non ve-
nire fœminas, ſed maſculos, quia cùm feudum ſit
effectum fęmininum, vt ſupra dictum eſt, cenſen-
tur alteratę antiquæ inueſtituræ in hoc vt vocen-
tur tam fœminæ, quàm maſculi, arg. l. oratio. de-
ſponſ. l. ad rem mobilem. de procur. poſtea quã
emptrix illis non obſtantibus effecta erat capax.

Vltimò in ſubſidium ſe ſe offert communis illa
11 concluſio doct. quòd dominus † directus tenetur
feudum ad ſe deuolutum & apertum per extin-
ctionem lineæ vltimi inueſtiti hæredibus ipſius in-
ueſtiti renouare, & de nouo concedere non ob-
ſtante illorum opinione, qui reſtringunt hoc non
procedere, ſi velit feudum pro ſe retinere. Berous
conſilio 98. volum. primo. Tiraq. in præfatio. de re
tract. nume. 41.

Ad contraria verò reſpõdetur, quòd licèt dictio
hęredum in feudis accipiatur pro maſculis, nihilo
12 minus id non † procedit in feudo fęminino, &
empritio, vt ſupra dictum eſt. & qñ feudum fuit
acceptatum per maſculum, & non per fęminam.
Zaſ. de feud. par. 8. nume. 38. verſi. ſupra dicta con-
cluſio fallit vbi dicit cõmunem. Curt. de feud. 3.
par. verſi. ſecundo ſingulariter limit. Clar. §. feudũ.
quæſtio. 73. Roland. conſilio 76. nume. 7. lib. 3. facit
quod ſcripſit Gozad. conſil. 71. dum inquit, quòd
Princeps inueſtiendo fœminam non cenſetur re-
ſpicere agnationem, ſed cognationem.

Ad ſecundum de feudo nouo dicitur non eſſe
13 verum, † quãdo inueſtitura ſe retulit ad antiquas,
tunc enim aſſumpſit naturã feudi antiqui, & pro-
pterea in eo ſuccedunt tranſuerſales. Curt. ſen. con
ſilio 49. col. 19. verſ. tertia autem ratio. Iaſ. conſil. 1.
vol. 3. Rol. conſil. 60. Bero. conſil. 97. vol. 1.

Neque obſtat, ꝙ in inueſtitura non fiat expreſſa
mentio quòd ipſa emptrix inueſtiatur iure feudi
antiqui &c. quia non eſt attendẽda formalitas, &
ſtructura verborum. Dec. conſil. 53. Crau. de anti.
temp. par. 5. ſect. vltima. Clar. §. feudum. quæſtio. 8.
verſiculo, & hoc. & cũ cõſtet de relato ad quod
refert ſe dictio illa *prout*, illud cenſetur expreſſum,
ita quòd ſi illud feudum erat antiquum, per dictio-
nem, *prout*, remaneat antiquũ ſicut antea, vt con-
ſuluit Alexand. conſil. 29. volum. 5. nume. 22. Bur-
ſat. conſil. 85. nume. 8.

Neque obſtat conſil. Alexan. in contrarium ad-
ductũ videlicet 10. vol. 3. quia ibi illa verba tanquã
de feudo antiquo non habebant relationem ad
aliam ſcripturam de qua conſtaret ſicut in hoc
caſu. Præterea Alexand. ibi nititur ſuſtinere illam
concluſionem, quòd illa verba in antiquum non
reddant feudum nouum in antiquum, quæ com-
muniter eſt reprobata, vt per Ceph. conſil. 173.
vol. 2. cui etiã reſpondet Cur. Sen. conſi. 49. col. 4.

Nec etiam obſtat quòd hic concurrerent duæ
fictiones nempe, quòd iſtud feudum effectum eſ-
ſet antiquum, & fęmininum. Alexand. conſilio 30.
14 numero 11. libro 1. nam quando fœmina † eſt
inueſtita, tunc feudum non dicitur fictè fęmini-
num ſed propriè. capitu. 1. de benefi. fęm. capitu.
1. de nat. ſucceſſ. feud. & vlterius plures fictio-
nes poſſunt concurrere, quando vna venit in con-
ſequentiam alterius Crot. in repet. l. ſi quis pro em
ptore, verſicu. 1. ex hac diffinitione, & in præiudi-
cium eius, qui actum facit.

Neque obſtat, quòd illa verba in antiquum non
opetentur niſi fauore deſcendentium. Ruin. conſi
15 lio 5. vol. 1. quia † Ruin. mouetur ea ratione tan-
tummodo, quòd inueſtitus nõ poſſit ſtipulari pro
agnatis, quæ ratio non militat in feudis conceſſis
per Principem, & per alia adducta per Curt. ſen.
conſil 49. Iaſ. conſil. 1. volum. 3. Brun. conſil. 114.
Natt. conſil 467. Rol. conſil. 60. in fin. libro primo.
Cephal. conſil. 173. lib. 2.

Nec etiam illud quòd in inueſtituris authorum
adſint illa verba, *de more tamen patriæ capacibus*.
quia vltra quòd feudum effectum eſt fœmininũ,
hæc clauſula non excludit fœminas à ſucceſſione
feudali. Alc. conſi. 176. nu. 7. Ozaſc. deciſ. 26. nu. 18.

Ex quibus omnibus re bene diſcuſſa, & intelle-
cta, cùm hæc quæſtio eſſet coram Illuſt. Came-
ra fuit concluſum frequentioribus calculis non
eſſe feudum deuolutum nec domino apertum
ſed ad hæredem inſtitutum pertinere. 1578. Men-
ſe Auguſti. Quamuis multa doctiſſimè (more
ſuo) allegarentur per D. Senatorem Agatiam, quæ
contrarium ſuadere videbantur. De qua ſententia
meminit D. compater meus Anto. Sola, qui fuit il-
lius cauſæ patronus pro D. Sinfredi in Decret. an-
tiqu. tit. de feud. ſuper Decreto Yolant. glo. 4. nu. 16.
vbi vide.

Datione in ſolutum facta de certis prędijs creditori, quatenus intra tale tẽpus debitor non ſoluat, an poſt temporis lapſum poſſit creditor pecuniam petere, & prædia reſpuere.

DECISIO CXLVII.

1 *Datio in ſolutum eſt inducta in fauorem creditoris.*
2 *Datione in ſolutum facta creditor non poteſt lapſo ter-*

mino à pacto recedere limita nu. 5.
3 *Dec. in conſil. 12. reprobatur.*
4 *Per dationem in ſolutum debitor ab obligatione liberatur.*

DATIO in ſolutum facta
de certis prædijs creditori
quatenus intra ſex menſes
debitor non ſoluat, eſt in-
1 ducta † in fauorem credi-
toris cùm illius conſenſus
requiratur. l. precij. C. de re
ſcinden. vendit. Ideo pote-
rit creditor lapſis ſex men
ſibus petere pecuniam, & reſpuere prędia in ſolu-
tum data, prout latè conſuluit Dec. conſi. 12. Curt.
iun. conſilio 132. Gozadin. conſilio 42. nume. 15,
qui tamen loquitur in caſu, quando non eſt facta
traditio: & cōmunem dicit Rip. in l. 4. §. ſi ex con-
uentione. D. de re iudica. cuius ſententiæ potiſsima
ratio eſt, quia cùm hoc pactum ſit in fauorem cre
ditoris inductum, non debet in illius odium retor
queri. l. quod fauore, C. de legib.

Sed contrarium in eodem caſu Decij conſu-
2 luit † Socin. iun. præceptor meus conſil. 41. libr. 3.
& conſil. 62. nume. 21. vbi dicit cōtra Dec. iudica-
tum. Alciat. conſil. 109. Pariſ. conſil. 81. nume. 27. li-
bro 2. & video opinionem Decij magis commu-
3 niter † reprobari, & contra ipſum vltra ſupra addu-
ctos conſuluerunt in his terminis Syluan. conſil.
101, per totum. Crauet. conſil. 477. nume 6. & ſe-
quen libr. 3. vbi impugnat conſil. Dec. citans vlte-
rius pro hac parte Caſtren: & Afflict. in deciſ. 397.
vbi voluit in hoc caſu electionem eſſe debitoris,
& ita vidi conſultum per Dominum Præſidem
Balbum in ſuis conſilijs non impreſsis, & per D.
Purpuratum, vt in ſuis cōſi. conſi. 557. per totū, &
videtur hæc opinio verior, vt per Rub. in conſil.
117. & illam in facti contingentia ſequutus fuit
Senatus vt cōmuniorem, & veriorem 1561. in
cauſa D. Furni de publicijs. Pro qua adduci pōt
meo iudicio ſatis aperta ratio, quia facta datione
4 in ſolutum † debitor liberatur ab obligatione l.
manifeſti. C. de ſolut. eſt enim illa ſolutio, dicta l.
precij. C. de reſcinden. vendit. Alberic. de ſtatut.
quæſtio. 88. numer. 2. vnde facta liberatione ceſſat
obligatio, & per conſequens nulla competit actio
creditori, poſtquam ſibi eſt ſatisfactum de ipſius
cōſenſu, idque magis procedit ſequuta traditio-
ne, quia tunc res non eſt amplius integra, & facta
infecta eſſe non pōt, & pro hac etiam parte multa
jura, & rationes adfert Syluan. dicto conſilio 101.
quæ ſciens prętereo cum ibi videri poſſint, quibus
vlterius addi poteſt, quòd cùm vtriuſque conſen-
ſu datio in ſolutum facta fuerit, & accepta non
poteſt niſi vtriuſque accedente diſſenſu diſſolui,
facit etiam dictum Bald. in l. ſucceſſores. C. de ſo-
lut. vbi voluit, quòd datio in ſolutum non reuoca-
tur per pœnitentiam cùm illa perfecta venditio di-
catur, & ibi videtur text. ad hoc ſatis clarus, & in
l. final. D. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eat. l. ſi præ-
dium. in fin. C. de euict. Natt. conſilio 307. nume. 3.
libro 1. & ita teneas.

Limitatur tamen hæc opinio communis con-
tra Dec. quando in inſtrumento, ſeu actu dationis
5 in ſolutum adeſſent verba, quæ hoc † remitterent
in voluntate, vel arbitrio creditoris, quia tunc poſ-
ſet creditor iuxta facultatē ſibi in principio actus
conceſſam recedere, & pecuniam petere, & hoc
caſu poſſet procedere opinio Dec. ita cenſuit Se-
natus in cauſa Nuceti, & Solarij. 1574.

Virginem non viripotentem ſtuprans qua pœna puniendus ſit.

DECISIO CXLVIII.

1 *Stuprans non viripotentem, ſeu immaturam punitur pœna mortis, ſed contra num. 2.*
3 *Text. in §. ſi autem per vim inſtitut. de public. iudic. declaratur.*
4 *Iudex competens quis ſit in cauſa ſtupri.*

VIRGO non viripotens, & an-
norum 11. quam & l. C. imma-
turam dicunt. l. 25. D. de iniur.
fuit vi ſtuprata. Iudex Foſſani
cōdemnauit reum pœna mor-
tis, & amputationis capitis: ap-
pellauit reus ad Excellentiſsimū
Senatum: diſputatum fuit, an bene, vel malè per
judicem proceſſum fuiſſet ad hanc condemna-
tionem: dicebat fiſcus bene iudicatum, quia vi nō
1 viripotentem ſtuprauerat, † quo caſu pęna mor-
tis eſt infligenda per text. in §. ſi autem per vim.
inſtit. de publi. iud. l. raptores C. de epiſcop. & cler.
in verbo tutoribus. vbi Fulgoſ. nume. 8. & in ter-
minis ita tenuit Bald. in dicta l. raptores. & in l. ſi
quis non dicam rapere. quem refert, & ſequitur
Afflict. in conſtitut. reg. libr. 1. rubr. 19. de raptu. nu-
mer. 16. apoſtillat. ad deciſ. Guid. Pap. 556. & vide-
tur etiā tenere Iul. Clar. in caſu tamē, ꝙ per talem
coitum fracta eſſent mulier. claustra. in §. ſtuprū
verſiculo fuit aliquando. in fin. libro 5. pract. cri-
minal.

Contra dicebatur ex parte rei pœnam eſſe mi-
2 tigandam † per text. ad literam. in fin. l. ſi quis ali-
quid. la 2. §. qui nondum. D. de pœn. & quamuis il-
le text. nō loquatur in violento ſtupratore, tamen
generaliter loquit. & ad idē facit, quia cùm puella
dicat immatura, in ea nō pōt cadere verū ſtuprū,
& ſic non eſt veri ſtupri pœna plectenda, vltra ꝙ
etiam ipſius ſtupri pœna ex generali obſeruantia
iuribus etiam probata non eſt capitalis, vt dixi ſu-
pra deciſ. 3. in prima, & quinta concluſione, &
hanc opinionem tenuit Guid. Pap. quæſtio. 555. &
ante eum Gulielm. de Cun. vt refert Afflict. in ſu-
pra citato loco. Signorol. conſil. 209. alias 207.
Grammatic. deciſ. 22, qui per text. in dicto. §. qui
nondum. dicit fuiſſe condemnatum talem ſtu-
pratorem in pœnā deportationis ad triremes per

ſepten

ſeptennium.Menoch. de arbitr.iudi. lib.2.Centur.
3.Caſtr.294. num. 6. vbi ita practicatum teſtatur.
Bermond. Couer.in tract. de publ. concubinar. titulo de ſtupro numero. 39.& 40. qui refert in hac
quæſtione tres opininiones, & hanc probat. & facit opinio illorum, qui voluerunt illam iudicis arbitrio relinquere, quos refert Menoch. & Clar.nã
iudex non debet ad mortem vſque ſuum arbitrium extẽdere, vt aliàs ſcripſi, & hæc mihi æquior
& humanior ſententia ſemper viſa eſt, ac legibus
amica, ideo non erit ab illa in practica vllo modo
recedendum. iux. l. interpretatione. D.de pœn. &
eſt magis communis, & propterea minus procedens Senatus in caſu prædicto reparando ſententiam iudicis condemnauit reum perſonam vilem, qui etiam vilem violauerat ad triremes per
decennium, ſaluis iuribus pro intereſſe filiæ in bonis rei quatenus extarent.

Ad tex. pro parte fiſci allegatum in §. ſi autem.
3 inſtit.de publi. iudic. facilis † erat reſpõſio, quòd ille procedebat, & loquebat in violento ſtupratore
cum raptu. ſed mitius punitur violentus ſtuprator
quàm raptor, qui à domo patris, vel puellæ virginem alibi abducit, & vi retinet, vt in terminis decidit Cuman. conſil. 95. & vidi latè ſcriptum per D.
meum Molignatum epiſcopum Petræ Honorij
in ſuis deciſionibus manuſcriptis deciſ. 120. & per
Menoch. dicto caſu 294. numero 1. & 6. qui ita
dicit poſſe ſaluari contrariam Bald. opinionem.
Cæterum reperio & aliam pœnam antiquitus
fuiſſe tali ſtupratori indictam, nempe, vt illi nares
abſcinderentur, & dimidiam ſuæ ſubſtantiæ partem puellæ traderet, vt habetur libro baſilicorum
60. cap.75. cuius loci grecam lectionem ſic in latinũ vertit doctus interpres. *Qui vitiat puellam ante pubertatem hoc eſt ante 13. annum, ei nares abſcinduntur, & ſubſtantiæ ſuæ dimidiam violatæ puellæ præſtato.* Verùm
cum in corpore iuris de hoc habeamus legẽ apertam in dicto §. qui nondum non erit ab illa recedendum.

4 Quis verò erit iudex † competens in hac cauſa ſtupri? & quamuis aliqui voluerint illam eſſe mixti fori, & poſſe à quocunque cognoſci, ego
tamen exiſtimo huius cauſæ ſolùm laicum eſſe iudicem competentem, & ad ipſum ſolum huius
criminis cognitionem ſpectare, ſi illi adulterium
non annexetur, quo caſu ſi præuenerit eccleſiaſticus ipſe poterit punire, & cognoſcere ratione
adulterij quantum ad pœnam ſpiritualem tantũ,
& laicus iudex procedet ratione ſtupri, & intereſſe puellæ pro dote, prout tenet Couer. in dicto titulo de ſtupro. in fin. aliàs inquit vſurparetur cognitio iudicis ſecularis, quod non eſt permittendum, Franciſc. Marc. quæſtio. 2. part. 1. numer. 3. &
4. & ita ſemper obſeruauit Senatus noſter, & vidi pluries iudicatum, & ſi eccleſiaſticus vellet
hoc caſu cognitionem laico ſpectantem vſurpare, eſſet laico apertum remedium per viam querelæ, ſeu recurſus prout in patria noſtra practicatur. Et hoc ſi de ſtupro inter laicos tractaretur.

Forenſes, qui bona in loco vbi non habitant poſſident, ad quæ onera teneantur

DECISIO CXLIX.

1 *Forenſis an teneatur ad onera mixta, quæ perſonis pro rebus imponuntur.*
2 *Forenſes de generali conſuetudine tenentur ad collectas, & collectari poſſunt, licèt ſit contra ius.*
3 *Conſuetudo eſt probanda, nec creditur aſſerenti doctori,*
4 *Regiſtratio obligat ad ſolutionem onerum.*
5 *Forenſis non tenetur ad collectas, quæ imponuntur pro rebus, quarum vtilitate ipſe non fruitur, & plura referuntur exempla num. 6. 7. vſque in finem.*

FORENSIS poſſidens bona
in ciuitate, in qua non habitat,
compellebatur ad omnia onera
indiſtinctè, quæ imponũtur per-
1 ſonis pro rebus: † dubitatũ fuit
an id iure liceret. Dubium faciebat, quia licèt de iure communi
forenſes ad collectas, ſeu onera perſonalia, vel mixta non teneantur. l. reſcripto. §. final D.de munerib. & honorib. l. libertus. § ſola. D. ad municip. l. cũ
neque. C. de incol. libr. 10. l. 1. C. de mulierib. & in
quo loco. lib. 10. per quæ iura ita tenuerunt Caldemn. conſil. 6. titulo de cenſib. Natt. conſil. 157. num.
3. & 160. numer. 6. Bartol. in dicta l. 1. colum. 4 C. de
mul. & in quo lo. Alexan. conſil. 101. colum. 3. lib.
3. Pariſ. conſil. 25. colum. 8 libr. 1. Port. libr. 5. commun. concluſ. concluſ. 3. lim. tertia: tamen limitatur hæc regula, vt non habeat locum ſtante in cõ-
2 trarium conſuetudine, prout per totam † italiam
hæc viget, vt forenſes teneantur ad collectas, vt
teſtantur multi Doctores, inter quos Rub. conſilio
9. numer. 10. Gabriell. de iur. immunitat. concluſ.
ſecunda. Crauet. conſi. 851. numer. 14. libr. 5. Natt.
conſil. 215. num. 2. in fin. dicens de hac conſuetudine non eſſe dubitandum, & plures alij quos allegat Burſ. conſil. 16. nume. 13. lib. 1. licèt idem Bur-
3 ſat. dicat hanc conſuetudinem eſſe probandam,
& non eſſe ſtandum dicto doctorum ex magis
communi num. 34. & 37. & idem velit Natt conſil. 160. nume. 14. Quam conſuetudinem in his terminis obſeruandam dicit Andr. Gaill. Germanus
practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 51. numer. 17.
quem omnino vide pro clariori intelligentia huius materiæ, & de conſuetudine Delphinatus, &
Lugdunenſ. teſtatur Guid. Pap. quæſtio. 87. nume.
6. vbi vide bonam diſtinctionem in hac materia.
& de generali conſuetudine Galliæ. Apoſtilator
ad Alex. cõſi. 101. lib. 3. & in patria noſtra ciſmontana ita fuit ab antiquo obſeruatũ, & eſt de hoc
vbique apud nos notoria conſuetudo: vnde ſtante hac limitatione, & conſuetudine obſeruata erat
iuſta petitio ciuitatis contra forenſem: Contra quẽ
vlterius dicebatur, quòd ipſe emerat ab oppidanis,

qui ad talia onera tenebantur, ex quo & ipſe teneri deberet, cùm res tranſeat cum onere ſuo: item quod regiſtrauerat, & promiſerat ſoluere omnia
4 onera, per quam regiſtrationem, † & promiſſionẽ cenſetur cum ciuibus loci quaſi contractum, vt ad onera teneantur, vt in his terminis arguit Rub. dicto conſilio 9. numer. 7. & 10. & in ſpecie dicebatur talem forenſem teneri ad onera, quæ reſpiciunt generalem conſeruationem loci, & munus, vt in refectione, & fortificatione villæ ſcribit Guid. Pap. quæſtione 7. & in ſtipendijs medicorum, chirurgi, ludimagiſtri, & aliorum officialium; ac militum Natt. conſi. 193. num. 1. & denique ad omnia onera neceſſaria, vt per eundem Natt. dict. conſil. 215. per totum.

Ex aduerſo dicebat forenſis ſe nõ teneri ad omnia onera indiſtinctè, quia præſuppoſita pro vera generali conſuetudine collectandi forenſes, illa non habebit locum in collectis, quæ imponuntur
5 † pro rebus, quarum commodo ipſi alibi habitantes non fruebantur. per regul. l. ſecũdum naturam. D. de regul. iur. & quia quando onera ſunt mixta, quæ imponuntur perſonis pro rebus, in quibus quantitas impoſitionis reſpicit rem de directo, & illius æſtimationem, ſed obligatio, & vinculum ſoluendi reſpicit perſonas, tunc talia onera non poſſunt imponi non ſubditis, etiam pro bonis ibidem poſitis, vt in propoſito ſcribit Nat. conſilio 160. numer. 6. & ſequen. & propterea in ſpecie dicebat forenſis eſſe reſtringendum onus collecta-
6 rum, vt non procederet † quo ad ſalaria Syndicorum per ea, quæ ſcribit Guid. Pap. quæſtio. 65. cùm imponatur perſonis. Bartol. in l. 1. C. de mul. & in
7 quo lo. lib. 10. Nec † pro reparatione eccleſiæ, aut campanarum, vt per Bart. conſilio 126. libr. 1. Nat.
8 dicto conſilio 215. numero 7. in fin. Nec pro † cuſtodibus cauſa peſtis. Caſtr. conſilio 317. lib. 2. Natt.
9 conſilio 158. numero 11. nec † pro concionatore & medicis, vt per eundem Natt. dicto conſil. 158. & conſilio 157. numero 4. Burſat. dicto conſilio 16. per totum. & numero 31. vbi nec vult teneri pro cuſtodia in ipſo loco ficda tempore belli. Item ne
10 † teneretur ad refectionem murorum, ad quam alij omnes etiam immunes ab alijs oneribus, & habitantes. nulla præſcriptione obſtante tenentur, vt per Io. Gall. quæſtio. 40. vbi teſtatur ita per Parlamentum regium iudicatum. quamuis in hoc vltimo contradicat Guid. Pap. dicta quæſt. 7. & Natt. dicto conſil. 215. in principio. Ratio eſt, quia illud indicitur pro ſecuritate ciuium habitantium, vnde cum forenſis non habitet, ipſe non debet tene-
11 ri. Item † non teneri dicebat ad refectionem Pontium, Viarum, & fluminum, vel ad cuſtodias caſtri. Andr. Gail. practicar. obſer. libr. 2. dicta obſer. 52. numero 15. Natt. conſilio 157. & 158. Nec obſtant rationes illæ in fauorem ciuitatis allegatæ, quòd fuerant empta bona ab oppidanis, & quòd illa fuerant regiſtrata; quia ad primum reſpondetur, quod non eſt abſonum quod res affecta vno onere per tranſitum ad alias manus deſinat eſſe affecta, vt in eccleſia acquirente bona laicorum. Ad ſecundum reſpondetur, quòd in promiſſione de ſoluendo ſubintelligitur clauſula ad quæ onera de iure tenentur, ideo teneri tantum debent ad onera, quæ vniformiter reſpiciunt tam vtilitatem forenſium, quàm ciuium non aliter, vt concludit Rub. dicto conſil 9. nume. 12.

Senatus in hac quæſtione omnibus maturè diſcuſſis, & conſideratis in cauſa particularium Vol-
6 ueriæ, & Plozaſchi me referente, cenſuit eſſe obſeruandam generalem cõſuetudinem, vt ad omnia onera forenſes tenerentur, & pro illis collectari poſſent, exceptis tamen ſalarijs medici, chirurgi, ludimagiſtri, Syndicorum, cuſtodum tẽpore peſtis, & impenſis horologij, campanarum, refectionis eccleſiæ, lampadis, & impenſis faciendis cauſa militiæ popularis; veſpillionis, & ſimilibus alijs, quæ ratione perſonarum tantum imponuntur, & concernentibus ſeruitium perſonale & locale, de quibus per Parpal. in l placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. confirmando ſententiam delegatorum, qui declarauerant ad talia forenſes non teneri. Anno 1575. die 11. Februarij. & iterum in alia communitatis Sancti Albani. 1587. An autem forenſes teneantur pro liberationis ſolutione Principi facta dicam infra ſuo loco.

Filiafamilias vidua an poſſit teſtari de dote, ita vt teſtamentum ab ea factum patre viuente viribus ſubſiſtat.

DECISIO CL.

1 *Filiafamilias vidua poteſt teſtari, ſed contra nu. 5.*
2 *Filiafam. nupta videtur emancipata, & ſui iuris, & dotem iure proprio habere dicitur.*
3 *Teſtamentum filijfam. valet in rebus, in quibus pater nõ habet vſumfructum. ſed contra nu. 11.*
4 *Filiafam. poteſt teſtari in fauorem patris, & num. 8. ſed contra nu. 9.*
6 *Filia vidua reincidit in patris poteſtatem, ideo ſtatutum diſponens quòd maritata ſit ſui iuris, hoc caſu non procederet.*
7 *Filiafam. maritata non exit patris poteſtatem.*
10 *Filiafam. non teſtatur etiam patre conſentiente, & qua ſit ratio.*
12 *Teſtamentum filijfam. non ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, nec etiam in vim donationis cauſa mortis.*
13 *Teſtamentum filij non valet etiam ad pias cauſas.*
14 *Filiusfam. an poſſit donare cauſa mortis. & n. 15. & 16.*
17 *Filiafam. de dote inter viuos diſponere poterit ſine conſenſu patris.*

FILIAFAMILIAS Vidua teſtata eſt. Inſtituit in dote ſua liberos, & patri abſenti vſumfructum reliquit. Dicebatur valere teſtamentum per multas ratio-
1 nes, † quas poſui conſil. meo. 7. vbi latè examinaui. Itẽ qa licèt id in filiota ſit expeditum, vt teſtari non poſſit per iura

iura vulgata, atque indubitati iuris hoc eſſe dicāt
Imperatores Dioclet. & Maximian. in l. ſenium. C.
qui teſtam. facer. poſ. tamen id videtur ceſſare in
2 muliere nupta, tū quia videtur † emācipata cum
è manu patris in manū viri conueniat, & illius im-
perio ſubijciatur, vt Paulus Apoſtolus ait, atque
inde materfamilias efficitur, ſicque ſicut lege 12.
tabularum patriſfamilias libera rerum ſuarum ad-
miniſtratio conceditur, eadē matrifam. conceſſā
cenſetur: tum etiam, quia dotem filia a patre iure
proprio conſequitur, & propriū filiæ patrimoniū
appellatur, ideoq; omnino à patris ſubſtantia eſt
ſeparata, ac ab illius vſufructu pater priuatur, vn-
de poterit teſtari non ſecus quàm ſi de illis bonis
quibus pater vſufructu priuatur teſtata eſſet, quia
3 illo caſu † ſecundum aliquorū opinionem valet
teſtamentum, per tex. in l. fi. §. ipſum autem. verſi.
filijs autem fam. C. de bon. quę lib. & in auth. vt lic.
matri, & au. in princip. & pro hac opinione addu-
citur doctr. Bar. in auth. de hæred. ab inteſt. vbi idē
iudicat de dote, quod de caſtrenſi pecul. & in ſpe-
tie allegatur Caſtr. in l. qui in poteſtate. de teſtam.
& in d. l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſſ. licèt re vera
Caſtr. videatur vtrobique magis tranſire cum opi
nione Bal. qui contrarium tenuit. Gotfred. in dict. l.
qui in poteſtate in fin. Socin. conſil. 110. col. 2. Dec.
in d. l. ſenium. nume. 13. Barbat. in rubr. de teſtam.
vbi nume. 24. 25. & 26. examinat, citat iura, & ra-
tiones, & ita dicit ſe bis conſuluiſſe, & in facti con-
tingentia mecum ita conſulebat Reueren. D. epi-
ſcopus Petræ Honorij Auguſtinus Molignatus.
Quam ſententiam magis dicebam in caſu noſtro
veram eſſe, quia hæc filia quo ad vſumfructum
4 † erat in fauorem patris teſtata, vnde non deberet
in illius odium retorqueri, vt in ſimili dicit Pari-
ſien. ad Dec. in conſ. 245. & Tiraquell. de legib. con
nubial. glo. 8. nume. 126. & cum hac opinione in
iſto caſu tranſiuit Senatus me referente in cau-
ſa Sancti Martini, & Pagani. 1575.

Verùm petita reuiſione, & re multum diſcuſſa
in pleno Senatu, & diſputata inter nos Senatores,
5 fuit reuocata in dubium iſta ſnīa † ex eo, quòd
cōis eſſet in contrarium, quòd ſcilicet filia teſtari
non poſſet, quam tenuerunt Bal. Salyc. & Angel.
in d. l. ſenium. Bart. conſil. 130. num. 2. verſic. & per
hoc ſi filia. lib. 1. Bran. de ſtatut. exclud. fœm. articu
lo 11. quæſt. 8. Alex. conſ. 17. lib. 2. Iaſ. in d. l. ſenium.
& in l. poſt dotē. nu. 9. ſolu. matr. Franc. in rubr. de
teſtam. q. 18. Clar. in §. teſtamētum. q. 18. verſic. ſe-
cundo adde. Bauer. inſt. de teſtam. §. 1. in principio.
Mich. Graſſ. commun. opin. §. teſtamentum. q.
25. num. 3. dicens communem. Cephal. conſi. 256.
nume. 10. libr. 2. Grammat. conſil. ciu. 87. nume. 4.
& ſeq. Franciſc. de Eccleſ. inter conſ. feud. varion
conſil. 11. nume. 12. & de cōi reſtatur Io. Dilect. Du-
rans de art. teſtan. tit. de teſtam. in 1. tit. in princip.
Rolan. conſi. 68. num. 3. lib. 4. Franciſc. Bec. conſ. 76.
num. 1. & 2. & præſertim hæc cōis opinio debebat
6 procedere in caſu noſtro, vbi filia † erat vidua, &
ſic reinciderat in patris poteſtatem, dato quòd di-
ci potuiſſet, illam per matrimonium eſſe libera-
tam, vt pulchrè oſtendit Grammat. deciſ. 54. vnde
non valeret ſtatutum hoc caſu diſponens, quod
filia poſtquā eſt maritata ſit ſui iuris, & poſſit te-
ſtari, quia illud procederet durante matrimonio,
nam ſi efficeretur vidua cùm reincidat in patris
poteſtatem non poſſet teſtari, vt per Roland. in
terminis dicto conſilio 68. numer. 12. & pro hac
parte faciebat, quia aut hæc dos eſt peculium pro
fectitium, quod magis videtur per l. dos à patre.
C. ſolut. matrimon. vbi doctor. aut eſt aduen-
titium, & tale, quod illo pater vſufructu priua-
tur, ſed neutro caſu poteſt ſubſiſtere teſtamētum:
nam de primo iura ſunt aperta: de ſecundo licèt
Doctores ſint contrarij, tamen magis communis
opinio eſt, vt nec eo caſu filiusfam. teſtari poſſit,
vt dicam infra. Faciunt, quæ notat Vigl. in princi-
pio tituli inſtit. de teſtamen. numer. 5. & nullā à
iuris authoribus in prohibitione teſtamenti factio
nis habita ratio fuit, an filiafam. eſſet nupta, vel
non, dum vtriuſque ſexus homines prohibitionē
hanc comprehendere dixerunt. l. penultim. C. qui
7 teſtamen. facer. poſſ. Neque enim per † matrimo-
nium filia patris poteſtatem egreditur, vel eman-
cipata dici poteſt. l. ſi vxorem. C. de condit. inſer.
Purpurat. conſi. 396. nu. 24. lib. 1. quod & Lex. Iu-
lia de adulterijs nobis indicat, quæ patri filiæ adul
teræ coërtionem permittit, quam viro prohibet,
ideo non poterit teſtamentum valere, quia factū
à filiofam. & quamuis ego ad iura, & authoritates
vno verbo dicerem poſſe reſponderi, quòd non
8 loquebantur in caſu noſtro, nempe quando † te-
ſtatur in fauorem patris, quo caſu videtur valere
teſtamentum per text. meo iudicio clarum in l. fi.
in principio. D. vt legator. nom. cau. Nihilominus
maior pars dominorum dixit, hanc poſteriorem
ſententiam eſſe ſequendam, & reuocata priori
ſentētia fuit dictum teſtamentum vti à filiafam.
factum non ſubſiſtere, anno. 1576. Menſe No-
uembris, & vlterius fuit condemnatus pater ad
reſiduum dotis promiſſæ, quoniam extabant filij,
ſequendo opinionem, & conſuetudinem Martini
quòd ad filios dos pertineret. de qua dicam infra
deciſ. 190. Et ad text. in dicta l. fin. reſpondebatur
9 † poſt Accurſ. ibi, (licèt diuinatiuè,) quòd illa
mulier erat emancipata, vel eramus in caſu quo
teſtari poterat, aliàs enim non potuiſſet teſtari, vt
dicit Socin. conſil. 9. col. 1. libr. 1. quod & authori-
tate Ciceron. in Topic. defendi poteſt, qui dixit
mulierem non emancipatam, ſeu capite non de-
minutam teſtamentum facere non poſſe, quòd
& repetit idem Cicer. libro ſeptimo, epiſtol. fa-
mil. ep. 22.

Ampliatur primò hæc ſententia, vt procedat
10 etiamſi teſtamenti tempore † pater preſens fuiſ-
ſet, & conſenſiſſet, per text. in l. 6. & 16. D. de teſta-
ment. & in l. pennlt. C. qui teſtament. facer. poſſ. &
in filiofam. hoc communiter teneri refert, & ſequi
tur Rube. conſilio 93. numer. 3. cuius ſic conſtitu-
ti iuris rationes multæ traduntur; nam Vlpianus
in ſuis inſtitutio. titulo de teſtament. illam reddit
rationem, quia filiusfamiliàs nihil habet proprij de

quo

quo teſtari poſſit. Imperator verò in l.final.§.ip-
ſum autem. C. de bon. quæ liber. aliam adfert ra-
tionem, nempe, quia iuueniles calores ſunt cohi-
bendi. Aliam communiter adferunt rationem do
ctor. vt per Iaſ. in dicta l. Senium, numero 9. quia
teſtamentum non debet ex alieno arbitrio pende-
re, quæ tamen licèt probabiliter ſatis adinuentæ
fuerint, multas tamen patiuntur difficultates, quæ
ex ampliationibus ſubſequētibus colligi poſſunt,
& de quibus Doctores ſuis locis. Ideo mihi vide-
tur in hac ſubtili perquiſitione Accurſ. in dicta l.
Senium. quem ibi probat Bartol. & Azo. in ſum-
ma titu. C. qui teſtam. fac. poſſ. rem attigiſſe; dum
volunt hoc ideo ſtatutum, quia teſtamentum iu-
ris publici eſt, & quæ iuris publici ſunt priuato-
rum conſenſu ſubuerti non poſſunt. l. iuriſgentiū.
§.fin. & l. ius publicum. D. de pact. quam rationem
probat, & exornat Franciſc. Duar. ad titulum qui
teſtam. fac poſſ. cap. 2.
Ampliatur ſecundò vt procedat etiam in ad-
uentitijs, in quibus patri non quęritur vſusfructus:
11 nam quamuis † aliqui voluerint hoc caſu valere
teſtamentum, in contrarium tamen eſt magis cō-
munis opinio, de qua poſt multos teſtatur Clar. in
dicto §. teſtamentum. quæſtione 18. Viu. com-
mun. opin. libro 1. in verbo filiusfamilias. nume-
ro 1. Mich. Graſſ. in dicta quæſtione 23. numero
2. Vurmſer. practicar. obſeruat. forenſ. libro 1. ti-
tulo de teſtamen. capitulo 17. pro qua opinione
eſt text. ineuitabilis in dicta l. penultim. C. qui te-
ſtamen fac. poſſ. & ad auth. vt liceat matri & auię,
quæ contrarium ſuadere poterat, reſpondent ſub-
tiliter Duaren. & Vigl. in ſupra allegatis locis. &
plenè de hoc per Rub conſi. 45. & cùm hac com-
muniter recepta ampliatione trāſibat Senatus in
ſupradicta cauſa Pagani.
Ampliatur tertio, vt nec etiam tale teſtamen-
12 tum valeat ex vi † clauſulæ codicillaris in teſta-
mento poſitæ, nec in vim donationis cauſa mor-
tis, ſi de illa in teſtamento mentio facta fuerit. Spe
cul. Angel. Socin. Didac quos ſuis locis refert &
ſequitur Graſſ. in § donatio. cauſa mortis. quæſtio.
3. numero 3.4. & 5. Ioah. Fab. in dicta l. Senium. in
fin. Alexa. d. dicto conſilio 17. Bec. dicto conſil. 76.
& ita vidi teneri per antiquum Doctorem Alber-
tum Galeotti in Margarita ſua capitul. 32. nume-
ro 51. & ſequen. Quod intellizo niſi in teſtamento
dictū fuiſſet, quòd valeret in vim donationis cau-
ſa mortis, & pater fuerit præſens ac conſenſum
præſtiterit, vt per Bec. & alios in ſupra citatis locis.
Rub. dicto conſilio 46. Roland. conſilio 68. nume-
ro 9. libro 4. licèt contradicat Galeott. in loco
ſupracitato. Ratio huius ampliationis eſt, quia ſi-
cut non poterat teſtari, ita non poterat codicillari
vt tradunt omnes Doctor. in dicta l. Senium. quā-
uis Clar. poſt Socin. contradicat in §. donatio. quæ
ſtio. 6. cuius opinionem æquiorem dicit Graſſ. &
cū hac pariter ampliatione tranſibat maior pars
Dominorum.
Amplia quarto, vt nec etiam valeat ad pias cau
13 ſas tale † teſtamentum de bonis etiam aduētitijs.
gloſſ. & Doctores in dicta auth. vt lic. matr. & au.
in principio, & in l. qui in poteſtatę. D. de teſtam.
quam opinionem Vurmſer. dicto libro 1. obſer. ti-
tulo de teſtam. capit. 17. communem dicit, & pro
illa text. eſt expreſſus & ad literam in capitu. licèt.
in fin. de ſepultur. libr. 6. Decretal. quem malè pro
contraria aliqui allegant, & ex eo videmus erraſſe
Clar. in dicto. §. teſtamentum. quæſtio. 5. verſicul.
ſed nunquid. Barto. Soci. regu. 196. in verbo. filius-
fam. fallent. 1. (qui tamen dicit vtranque opinionē
eſſe ſuſtentabilem.) & alios per illos allegatos, qui
magis fauorem pię cauſæ quàm ipſam rei verita-
tem, & iuris rationem conſiderantes contrarium
(& quidem magis communiter) ſcripſerunt, & no-
uiſſimè Magdalen. in tract. de num. teſt. in teſtam.
requiſ. capitu. 4. nume. 51. par. ſecunda, ſed credo il
los non legiſſe verba illius cap licèt. quæ tam à ve-
ritate alienum intellectum non patiuntur.
Amplia quinto extra teſtamentum, quòd nec
14 etiam donatio cauſa † mortis ſubſiſtat nullo acce
dēte patris conſenſu, quamuis in ſui fauorem illa
facta fuerit, & quando tertius cui fit eſt abſens. vt
per Socin. conſilio 112. numero 5. libro 1. & poſt
eum Clar. in d. § donatio. quæſtio. 6. verſiculo ſed
quæro, nec pater poſſet in hoc ſibi anthorari, vt di-
cit Faber. in dicta l. Senium. pulchrè Gabriell. con-
ſilio 167. per totum. & hoc procedit etiam in ad-
uentitijs, in quibus patri non quæritur vſusfructus,
quia illorum ſine conſenſu non ſubſiſteret dona-
tio. vt per Rub. conſilio 46. numero 5. verſicu. ſtan
15 te ergo præmiſſa. de cuius † tamen dicto ego dubi
to, & video communem eſſe cōtra eum, pro qua
ſtat text. in dicta auth. vt lic matri & au. in princip.
& in dicta. l. penult. C. qui teſtamen. fac. poſſ. vt per
Rom. conſilio 512. in prima quæſtione, & in ma-
teria donationis à filiofam. factæ vide pulchrum
conſilium Iacobi Philippi Monpelien. conſilio 2.
per totum.
Hanc ampliationem limita propterea, vt non
16 procedat † quo ad donationem in aduentitijs, in
quibus patri non quæritur vſusfructus per ſupradi
cta, quibus addo in terminis Crauett. qui de filia-
fam. donante loquitur conſil. 543. lib. 3. per totum.
vbi voluit quòd ſi filiæ pro ſua legitima portione,
& pleno iure data eſſet à patre dos, ipſa de illa di-
ſponere poſſit inter viuos vel cauſa mortis, quod
& firmat conſil. 555. libr. 4. per totum. licèt Purpu-
rat. in conſil. 396. num. 31. & ſequen. videatur tene-
re contrarium.
17 Limita † ſecūdo in donatione inter viuos, quia
tūc filia donare poſſet ſi propria ſit dos, vt latè per
eundem Crau. conſi. 92. ſicut filiusfamil. de aduen-
titijs poſſet ſine difficultate diſponere. ſicuti etiam
non obſtan. dotis conſtitutione marito facta ſi ſui
iuris eſt poteſt alij inter viuos donare, reſeruato ta
men vſufructu ne fiat in eo marito præiudicium,
prout cenſuit Senatus in quadam Ripolen. 1560.
& hoc præſertim ſi donatio eſſet facta pio loco,
& pro anima & mulier liberos nō haberet, & hæc
omnia nota, quoniam pulchra ſunt & quotidiana,
ideo menti tenenda. l. legaui. ff. de libera. lega.

Auth.

Auth. res quæ. C. communia de fidei-commiſſ. an procedat quando mulier ſciebat eſſe fideicommiſſum.

DECISIO CLI.

1 *Auth. res quæ. C. communia de leg. & fid. declaratur, vt procedat tantum in muliere ignorante fideicommiſſum.*
2 *In alienatione fideicommiſſi an vtriuſque ignorantia requiratur.*
3 *Dotis reſtitutio in fideicommiſſis eſt ſine fraude facienda.*
4 *Auth. res quæ procedit etiamſi mulier ſciret fideicommiſſum tempore dotis datæ.*
5 *Text. in auth. de reſtitut. & ea quæ par. in principio declaratur.*

AVTH. Res quæ. C. commun. de lega. & fideicomm. declaratur ſecundum aliquos, vt procedat ſolùm eo caſu quando
1 † mulier ignorabat fideicommiſſum, ita vt ſi ſcientiam haberet fideicommiſſi tempore quo matrimonium cõtrahit, vel dotem dat non poſſit poſteà petere dotem ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, per text. in auth. de reſtitutio. & ea quæ parit. in principio ibi. Per deceptionem, & ibi, ſe ignorante reſtitutionem; iuncto. §. quamobrem eadẽ authen. & ita tenuit Crauet. ſecundo reſponſ. pro genero à numero 59. vſque ad 64. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. capitulo 182. numero 70. Crot. in l. filiusfam. §. Diui. de legat. 1. numero 168. & 170. Curt. iun. in dicta auth. res quæ. numero 11. Socin. conſilio 23. colum. 1. libro 3. Menoch. conſilio 33. nume. 28. Pro qua opinione quæ proculdubio communis eſt ego conſiderabam multa adduci poſſe. Et primò facere poterat id, quod in terminis iſtius auth. dicit Cephal. conſil. 344. numero 30. libro 3. quòd reſtitutio dotis ſine fraude facienda eſt: ſed quanta fraus hac reſtitutione inſpecta oriretur, & induceretur ad ſubuerſionem fideicommiſſi? Nam ſi bona hæc in illius fideicommiſſarij manus incidiſſent, qui poſteritati ſuæ parum conſulendo, vel de voluntate teſtatoris, qui illum honorauit, parum aut nihil curando, dilapidare & alienare bona cupit, facillimè hac licentia fretus bonam dotem caperet, illamq; ad libitum conſumaret, & quod per directum fieri non poſſet, per indirectum faceret, iusque fideicommiſſi ſubuerteret, & eſſet hæc magna cautela ad ſubuertendum prudentis teſtatoris iudicium, & totius fideicommiſſi conſtitutionem annullandam; quas circomuentiones Iuſtinianus ipſe in hac licentia concedenda prohibuit in d. auth. de reſtitut. §. quamobrem. in fin. & hoc admiſſo vltima defunctorum elogia ſuum finem non ſortirentur, & aliena ſpes falleretur, contra quàm eidem Iuſtiniano viſum fuerit in l. fi. in fin. C. commu. de lega.

Secundò dici poteſt non ab re conſtituendam eſſe hanc differentiam inter ſcientem, & ignorantem mulierem, & propterea optime ad hãc ignorantiam Iuſtinianum in dicta auth. de reſtitut. in principio rationem habuiſſe. quia & in alienatione
2 † quæ de fideicommiſſo fit eadem differentia habita fuit à iuris authoribus, dum eo ſolùm caſu talem fideicommiſſariæ rei alienationem ſubſiſtere dixerunt. text. eſt in l. final. §. fin. D. de legat. 2. ibi, Propter iuſtam ignorantiam tam mulieris quàm emptoris, &c. Per quem text. omnia iura dicentia non poſſe alienari res ſubiectas fideicommiſſo, & in materia alienationis prohibitæ loquentia declarantur, vt poſt Dyn. tradit Alber. in dicta auth. res quæ. numero 1. Bald. in capitu. quoniam frequenter. §. in alijs. numero 7. vt lite non conteſta. Iaſ. in dicta auth. res quæ. numero 2. Curt. numero 52. Barto. in l. oppoſit. ibi. latè Neuizan. conſilio 32. numero 10. Nec obſtat ſi ad illum tex. diceretur, quod eſt intelligendus de ignorantia vel de ſcientia tantum alienantis, quia contrarium eſt verius per verba text. ibi, dum de alienante, & emente loquitur, & hanc eſſe veram & communem ſententiam dicit poſt Alexand. Socin. Claud. Iaſ. Corn. Opizo. Meneſius de Padilla Hiſpanus in repetit. d. auth. res quæ. num. 6. quem ibidem vide numero 118. cir. finem. D. Ozaſc. plenè deciſ. 73. dicens ita iudicatum, & ad hanc eandem ſcientiam, & ignorantiam idem Iuſtinianus reſpexit in d. l. fi. in fin. poſt auth. res quę. C. cõmun. de legat. quem text. & pro hac parte ponderabis.

Nec contra ſuprapoſitas conſiderationes pugnabit fauor publicus dotis, aut cõceſſa etiam inter ſcientes ex antenuptialis donationis cauſa fideicommiſſi obligatio. Nam quantum attinet ad fauorem dotis, illud poteſt habere locum in muliere ignorãte fideicommiſſum, quę bona fide nihil vlterius excogitans, & quaſi decepta, ſe ſuaq; marito tradit, ſecus verò in ſciente, quæ ſibi prouidere potuit ante dotis traditionem, vt illa vel penes idoneum mercatorem aut campſorem reponeretur, qui de fructibus marito reſpõderet, vel prædia compararentur, ne in hanc diſputationem in omnem caſum reſtitutionis dotis incideret, & propterea ſcientibus, & in tota culpa, & quaſi in dolo cõſtitutis iura non ſubueniunt. l. auxilium. ff. de minori. Quo verò ad donationẽ propter nuptias, ſuper qua maximum aliqui contrariũ tenentes fundamentum conſtituunt, dici poteſt non eſſe bonã conſequentiam, quæ inde fit, nec valere hoc caſu argumẽtum à donatione antenuptiali ad dotem, licèt aliàs æqualitas inter hæc ſtatuatur, toto titul. auth. de æqual. dot. & donat. propt. nupt. Ratio differentiæ in hoc caſu illa eſſe poteſt, quia donatio propter nuptias de talibus bonis permittitẽ ad matrimonium facilitandum, quia fortè ſine ipſa mulier non cõtraheret, quod in dote ceſſat, quæ cùm nõdum ſit in mariti manum, poteſt in tuto collocari tamquam res omnino à fideicommiſſo ſeparata, & ad omnem reſtitutionis euentum conſeruari. & hæc ſunt quæ pro hac parte, & communi hac opinione facere videbantur.

Ab hac

Ab hac tamen cõi ſentẽtia vir doctiſſimus Didac. var. reſolut. lib. 3. capitu. 6. colum. penultim, ſub nume. 10. verſiculo, & quamuis, receſſit, qui & illius auth. diſpoſitionem, quam magis communiter noſtri & ad dotis reſtitutionẽ extendunt, in illo caſu voluit procedere quando mulier ineſſe fideicommiſſum apertè ſciebat, ſequutus in hoc ſententiam Ripæ in l. filiusfam. §. Diui. numero 77. de lega. 1. qui iura, & rationes ac authoritates adducit, quas non refero, quorum opinionem tamquam æquiorem ac publicum fauorem reſpicientem, & propterea iniudicando veriorem ſequutus fuit Senatus in cauſa D. Lucretiæ Tiuonę contra Dominos Rotarios de Podiuarino, 1579. 15. Iulij præſupponendo, quòd quamuis ſcire potuiſſet illa mulier bona eſſe fideicommiſſo ſubiecta, tamen nupſerat ſciens, quòd ius ciuile tali mulieri pro dotibus ſuccurrebat ob bonum publicum, quod priuato vnius familiæ præferri debet, vt dicit text. in dicta auth. res, quæ. & in corpore vnde ſumitur, nam alias vxorem ducere non potuiſſet.

Ad tex. in dicta auth. de teſtitu. in principio vbi de ignorantia mulieris Iuſtinianus rationem habet, reſpondebatur, quod ibi ita erat caſus, Et lex fuit generalis ſubſequuta fundata non in ignorantia, q̃ potuit eſſe vna ex cauſis impulſiuis nõ finalis dictæ conſtitutionis, ſed in fauore publico, & tanto magis iuit Senatus in hanc ſententiam, quia fideicommiſſum illud de quo diſceptabatur non erat clarum, ſed valde ambiguum. ſed ſi clarum fuiſſet fideicommiſſum, & omnibus notorium, & appareret manifeſtè vxorem de eo certam notitiã habuiſſe, Senatus à cõi opinione nõ receſſiſſet.

Prohibita extractione granorum ab aliquo loco, vt conſeruetur vbertas, an poſſint exteri extrahere fructus bonorum propriorum.

DECISIO CLII.

1 *Edictum de non extrahendo granum extra patriam, an extendatur ad exteros ibi bona poſſidentes.*

PROHIBITA extractione granorum à præſenti patria Pedemontana per edictum Sereniſſimi Ducis noſtri, vt conſeruetur vbertas in ſuo ſtatu, an poſ-
1 ſint † exteri bona ibi poſſidentes non obſtante hac prohibitione extrahere fructus bonorum propriorum, qui fuerunt percepti in patria, in qua facta fuerat inhibitio. Hãc quæſtionem tangit Cyn. in l. fi. in fi. C. quæ ſit longa conſuetu. quem ſimpliciter refert Guid. Pap. quæſtio. 373. & ibi apoſtillator, qui ſequi videtur opinionem Cyni tenentis, quod poſſint iſti forenſes extrahere, & ſecundũ hanc opinionem cẽſuit Conſilium ſtatus Sereniſſimi Ducis noſtri in voto ipſo Duci dato ſuper precibus quorundã de prato gelato, qui poſſidebant bona in territorio Ducis die 27. Nouembris. 1579. Ego tamẽ eram in contraria ſententia ex eo, quia hoc edictum factũ fuerat propter magnam penuriam, quæ erat in patria Pedemontana, ideo non erat auferendus panis filiorum, vt paſcerentur exteri. Inſpicitur enim locus vbi ſunt victualia, & vbi orta ſunt, nõ autem quis ſit eorum dominus, & ideo temperandam eam opinionem Cyni exiſtimabam, & ita conſulebam Principi, vt iſtis poſſeſſoribus ad eorum domuum neceſſitatem licẽtiam extrahendi grana concedet, quod vero ſupra eorum vſum ſuperarat id ſubditis Sereniſſimi Domini noſtri vendere cõgerentur, iuxta illud Euangelicum, quod ſupereſt date eleemoſinam. Sed prior ſnĩa æquior viſa fuit conſilio, vt omnia iſtis forenſibus liberaliter concederentur. Mediolani vero vbi eſt perpetua talis prohibitio contrarium diſponi videtur, dum conceditur licentia extrahendi ſolùm dominis de vno loco ad alium eiuſdem Dominij, vt in libr. 1. conſtitut. Mediolan. titulo de præfect. annon. §. liceat tamen cuicunque, & §. liceat etiam in eo diſtrictu.

Debitor pecuniæ an poſſit inuito creditore in alia re ſoluere. Examinatur tex. in auth. hoc niſi debitor. C. de ſolution.

DECISIO CLIII.

1 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*
2 *Calicutanorum executio contra debitores.*
3 *Debitor de iure nouo Auth. offerendo bona liberatur ab obligatione, & non poteſt perſonaliter conueniri.*
4 *Auth. hoc niſi debitor. non procedit ſtantibus decretis. & decretum Saband. ſub titulo.* Come ſi habbi da proceder all'eſſecutione, &c. *declaratur. & nume. 6. 7. & 8.*
5 *Frater an teneatur in plus quàm facere poſſit.*
8 *Mulier pro ciuili debito non poteſt carcerari.*
9 *Auth. hoc niſi debitor. quando habeat locum in debito eccleſia. & nume. 10.*
11 *Auth. hoc niſi debitor. non procedit quando debitor poteſt in pecunia ſoluere.*
12 *Auth. hoc niſi debitor, vt habeat locum requiruntur illa ſubſtantialia, de quibus per Roman. in conſilio. 163.*
13 *Auth. hoc niſi debitor. An procedat ſtante renuntiatione.*
14 *Auth. hoc niſi debitor. non habet locum, quando debitor promiſit ſoluere in pecunia cum iuramento.*

DEBITOR pecuniæ non poteſt inuito creditore aliud quàm pecuniam ſoluere. l. cum à quo C. de ſolut. neque
1 enim † aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt, vt eſt text. ad literam, qui ad hoc continuè allegatur in l. 2. §. mutui datio. vbi Iaſ. in primo notabi. & Ripa ac alij. D. ſi cert. peta. & hoc quidem iure veteri obſeruabatur, cuius quidem ſi antiquiſſimam obſeruantiam, & inſtitutum conſide-

conſiderabimus, reperiemus illud contra oberatum debitorem acerbiſſimum fuiſſe, vt multis recenſet vir multæ lectionis, & maturæ doctrinæ Couarru. var.reſol. libr. 2.capit.1. & Gaſpar Beat. in ſuo eleganti tracta. de inope deb. creditor. addicen. capit.1. Aſinius in tracta.de execut.§.2.cap. 2. & aliquot ſequen. vbi inter cætera tractant de antiqua illa conſuetudine ex l. 12. tabularum petita, qua debitores tradebantur creditoribus dilaniandi, de qua etiam poſt Gell. meminit Menoch.de arbitr. iud. libro 2.caſu 183. in prin. à qua parum differt ea lex, quę viget apud Calicutanos;
2 † quæ eſt, quòd creditor facta fide apud Principē ſacerdotum de ſuo credito accipit ab eo frondem quandam viridem, & ex ea vocato debitore circulum facit in terra, à quo circulo incluſus debitor exire non audet: datur enim tunc ſtatim dilaniandus non ſolū creditoribus, ſed & alijs quibuſcunque tanquam reipublicæ hoſtis, ſed aut ſoluit, aut illic famæ perit ab omnibus exoſus, vt refert Ludouicus Patritius Romanus in itinerario rerum Indiæ. libro 1. capit. 9. Hiſpani verò ex antiquis illorum legibus id obſeruant, & iudicio meo ſatis conuenienter, vt debitor inops detur ad ſeruiēdum creditori, cui operas pręſtare tenetur, donec plenè illi per taxationem operarum ſatisfactum fuerit, vt teſtatur Didac. in dicto capit.1. & Beat. in ſupracitato loco. Et eandem legem in Saxonia extare refert Math. Coler. in tracta. de proceſſib. executiu. part. 1. capit. 3. numero 148. quod & l. diuina per ſeptennium cautum erat quam obſeruandam dicit vir doctiſſimus Bodin. libro 1.ſuæ Reipub. capit. 5.cir.fin.& hæc quidem de iure antiquo, vel de conſuetudine obſeruatur. Hodie verò attento iure nouiſſimo authenticorum per quod iuris veteris acerbitatem delere
3 voluit Iuſtinianus, illud obſeruatur, † vt ſi pecuniam, aut aurum, vel argentum non habeat creditor, vel prætioſa mobilia, offerendo bona ſtabilia meliora ad electionem creditoris à debito liberetur.auth. hoc niſi debitor. C.de ſolut. §.quod autem.authen.de fideiuſſor.& propterea hac oblatione facta non poterit creditor bona reſpuere, & petere, vt debitor pro debito detineatur, & hāc generalem eſſe practicam, & obſeruantiam dicit Papien. in for. libell. reſponſ. in act. hypothecar.§. exceptionem ſolutionis. numero 3. in fin. & hoc iure nos vtimur, & ita ſemper obſeruauit Senatus. Sic enim & lex cæſarea ſemper abhorruit, vt pro debito ciuili liber homo detineretur ad corpus, vt refert Didac. dicto capitu. 1. colum.3. quamuis contrarium dicat Cuch. in tracta.de morator. præſcript. numero 20. per tex. in l.fin. C.qui bon.ceder. poſſ.Menoch. dicto caſu. 183.numero 3.vbi latè, & hoc magis communiter extenditur, vt procedat etiamſi promiſſa fuiſſet ſolutio in pecunia numerata, & non aliter.

Hoc autem ius nouum recipit plures reſtrictio-
4 nes, & primò, vt non procedat † ex forma decretorum huius patriæ, ex quo eſt in electione creditoris, vel bona accipere cùm extimatione tertij minoris in fauorem creditoris, vt in libro 3.nouorum decretorum ſub rub. *Come ſi habbi de procceder, &c.* vel ad perſonalem detentionem debitoris deuenire: quinimo vtranque ſimul executionem intentare poteſt, vt ibi dicitur in verſiculo, *& ſarà in facoltà*, & dicit Didac. dicto capit. 1.hoc in Hiſpania obſeruari, quando quis eſt debitor pecuniæ regiæ. Quod tamen decretum ſublimitatur in diuerſis caſibus. Primus eſt, quando agitur aduerſus eum, qui non poteſt conueniri niſi in quantum facere poteſt, vt in marito. §.item ſi de dote. inſt. de act. l.maritum. D. de re iud. Beat. in dicto tracta.de inop.debito.capit.3.per totum, & ſimillibus. tunc enim nec requiritur ceſſio bonorum, nec capitur perſona, nec detrahitur tertia iuxta formam decreti, ſed loco tertiæ fit lata quædam bonorum extimatio, & capitur tantummodo ſexta loco tertiæ, & ita ſæpius iudicauit Senatus noſter, quod an & in fratre locum habere
5 † debeat dubitari poſſet, cùm ille conueniatur in plus quàm facere poſſit, vt per gloſſ. in l. verum. D.pro ſoc.& ibi Bartol. & alij, & tenet Beat. in dicto tracta. de inop. deb. capit. 17. numero 84. vbi voluit etiam ad inſtantiam fratris incarcerari poſſe. Contrarium tamen verius eſt per ea, quæ dixi latè ſupra deciſio.119. & ideo etiam ille non obſtante diſpoſitione decreti poterit in bonis ſoluere facta æſtimatione ad decimam, vel ſextam, vt ſupra in alijs dixi, & cum hac opinione in cauſa fratrum tranſiuit Senatus in quadam cauſa D. de Votignaſco, qui à ſorore conueniebatur ad ſolutionem dotis promiſſę, & attenta oblatione bonorum per ipſum facta dictum fuit debere ſororem accipere in ſolutum bona meliora ſtabilia ad ſuam electionem cum vtilitate decimæ. 1588, die 16. Menſe Iulij, quæ ſententia fuit in reuiſione confirmata 1589. 26.Ianuarii. quamuis ego dicerem in prædicta cauſa non eſſe faciendam æſtimationem cum vtilitate decimæ, ſed ſextæ per ea, quæ pauló infra dicam, imò & tertię attento, quòd eramus in dote, quæ vritur fauore publico, quod priuato præferri debet. authen. res, quæ. in fin.C.commun. de lega. quo in caſu nec etiā procedere auth. hoc niſi debitor. voluit Caphal conſilio 195. numero 1. libr. 2. pro quo eſt text. in l. pen. D. de iur. dot. ſed fortè Senatus ibi ad ita ſtatuendum motus fuit propter inopiam fratris debitoris, & idem cenſuit Senatus in hærede cum beneficio inuentarij, ſiue contentio ſit cum alijs creditorib ſiue cum ipſo hærede.

Secundus eſt caſus, quando debitor eſt perſo-
6 na nobilis, † vaſallus Principis, vel doctor, aut miles, tunc enim eodem modo non proceditur cōtra perſonam, vt dicit Didac. dicto libro 2. capit. 1.numero 4.ſed contra bona, quæ capiuntur cum tertio pluri ad formam decreti, & ita obſeruat Senatus per not.per Abba. & alios in cap. Odoardus.de ſol.& in militibus, & vaſallis, qui etiam militū priuilegijs gaudent propter leges militares à Sereniſſ. Ducibus noſtris ſuper hac re ſpecialiter conſtitutas.

Tertius caſus erit, quando debitor non expe-
7 ctata † condemnatoria ſententia ſponte offert ſę ſolutu-

ſoluturum, & exhibet bona ſuper quibus fiat exe-
cutio,& ſolutio, tunc enim fiet ſtricta extimatio,
& dabitur ſexta, vt dicebam in caſu priuilegiato-
rum,vel decima, vt in Eccleſia, & hanc opinionē
tenebat Iacob. de Belluiſ. quem citat Salyc. in
auth. hoc niſi debitor. & hanc etiam opinionem
tenebat quo ad decimam tantum in quæſtione
facti D. Compater meus Antonius Sola, & cum
illa tranſibat Senatus in prædicta cauſa Votigna
ſci,vbi tamen quęſtio erat inter fratrē,& ſororē.
Ideo ego puto contrarium in alijs quia ratio de
creti hoc ſuadet,cùm det illud tertium pro expen
ſis, quæ fiunt in executione non autem in ſenten-
tia,cùm expenſæ ſententiæ,& ante ſententiam ta-
xentur,& fiant tanquam debitum principale. Itē
moueor à ſpeciali, quia quod de decima dicitur
habet locum in debito Eccleſię, vt infra dicam,
ergo in debitis laicorum aliquid plus creditoribus
dari debet, & ita video ſemper obſeruatum in Se
natu,vt non audiantur ſupplicantes offerentes bo
na, & petentes ſe non moleſtari perſonaliter,quia
ſolet fieri ſuper precibus hoc decretum. *Suppli-
cante ſoluente inhibetur omnis moleſtia*. Et vidi ſem-
per obſeruari in caſu talis oblationis, vt darentur
bona iuxta formam decreti cū tertio pluri, quod
facilè admittendum eſt,cùm debitor habeat etiā
in hoc caſu fauore decreti ſex menſes.ad redimē-
dum, & ſatis eſt, quòd creditor contra ius aliud
pro alio inuitus capere cogatur, cui vt plurimum
neceſſe eſt lucrum tertij pluris amittere, vt pecu-
niam qua opus habet inueniat, & aliquando etiā
difficile illi erit emptorem repetire, ideo erit ob-
ſeruanda forma decreti,ne creditor cui omnia iu
ra fauent ſit in damno ſui beneficij.

Quartus caſus eſt ſi obſtet ratio publicæ hone-
8 ſtatis,vt in † muliere,quæ carcerari non poteſt, vt
dicit Didac. dicto capitu. 1.numero 3. niſi renun-
ciaſſet omni legum auxilio, vt ibi per Didac. qui
tamen contrarium tenet,& meritò cum honeſta-
ti publicæ renunciari non poſſit.

Cæterum animaduertendum eſt hoc decre-
tum fortè habere locum tantùm quando proce-
ditur in executionem ſententiæ, non autē quan-
do ſumus in ſimplici debito, & debitor non eſt
condemnatus, quo caſu credo, quòd haberet lo-
cum iuris ciuilis diſpoſitio, & d. authen. hoc niſi
debitor.

Limitatur ſecundò principaliter dicta authen.
& illius priuilegium in debito Eccleſiæ, in quo il-
9 lud ſpecialiter obſeruatur, † vt dentur bona in ſo
lutum creditori facta ſtricta extimatione, & data
decima vltra legitimam æſtimationem. §. ſi verò
prædictum.authen.de alienat.& emphyteu. ſecun
dum vnam opinionem gloſſ. quæ eſt, quòd ſi res
valet 10.detur pro nouem, & quamuis gloſſ. eam
opinionem reijciat, tamen mihi magis placet ex
ratione quam ibi adfert gloſſ. vt debitor, qui in
hoc grauatur, vt rem pro pecunia capiat, in alio
releuetur, vt decimam partem lucretur, qui ſen-
ſus magis congruit literæ, ſi adhæreamus inter-
pretationi doctiſſimi Haloandri, qui illa verba an
tiquæ, & vulgatæ interpretationis, ibi. *Addita in
pretio decima parte vniuerſæ æſtimationis in ipſa quanti-
tate, &c.* aliter exponit videlicet. *Addita item pre-
tio decima parte totius æſtimationis ad eandem quantita-
tem*. Illa enim dictio *Item*, videtur addere, pro-
ut& illa verba. *Ad eandem quantitatem*. Quæ
omnia innuunt illam decimam adijci in fauorem
creditoris, non autem debitoris,aliàs non eſſet ad
dere,ſed adimere, vt etiam voluit idem Iuſtinia-
nus in dicto §. quod autem.Authen.de fideiuſſor.
Eſt & illud ſpeciale in debito Eccleſiæ, quia non
10 datur † ab ea in ſolutum res melior, ſed medio-
cris, vt dicit Salyc. in dicta auth. hoc niſi debitor.
poſt gloſſ.quam dicit communiter approbari, &
tenet Ioann. Guter. in tracta. de contractib. iurat.
capit.29. numero 2.cir. fin. Beat. dicto capit. 1.nu-
mero 48. & quod dicitur in Eccleſia, fortè idem
dicendum in perſonis Eccleſiaſticis ex capi. Odo-
ardus. de ſolut.de cuius capit. materia vide plura
per Guter. in dicto tracta. cap. 17. per totum.Ne-
uizan.conſ. 59.quaſi per totum.

Limitatur tertiò diſpoſitio dictę authen. vt nō
11 procedat,quando † debitor poteſt pecuniam ſol-
uere,& illam in arca habet, ſed obſtinatè,& con-
tumaciter contendit velle ſoluere in bonis, tunc
enim non audietur per ea, quæ ponit Iaſ. conſilio
44.colum. fin. libro 1. poſt Roman. conſilio 163.
in prin. quod in campſore exemplificat Ludou.
deciſ.Peruſ.64.cir.fin.par.2.

Limita quartò, vt non procedat illud ius no-
uum, & ſupraſcripti caſus, quibus liceret rem pro
12 pecunia ſoluere niſi interuenientibus † illis re-
quiſitis, de quibus ipſa lex loquitur, & refert
Roman conſilio 163. nempe, quòd debitor pro-
bet ſe feciſſe exactam diligentiam repetiendi pe-
cuniam, & quòd non repererit, quòd offerat bo-
na meliora ad electionem creditoris, ꝙ caueat
de euictione,quòd trāsferat dominium,quòd det
inſtrumenta titulorum, cum cuius dicto tranſeūt
communiter Doctores nullo contradicente,inter
quos Iaſ.conſilio 9. colum 6. libro 1.Ripa in l.2. §.
mutui datio.numero 25. Guter.dicto capit.19.nu-
mero 2.Beat.dicto capit.1. numero 47. & hæc re-
quiſita adeo ſubſtantialia ſunt, vt non poſſit aliter
faciendo debitor vti beneficio illius authen.vt per
Ludoui.dicta deciſio 64. numero 1.& non ſufficit
illa interuenire poſt oblationem, ſed omnia iſta
in ipſo oblationis actu præſtanda ſunt, vt pulchrè
in terminis per Nat.conſilio 344.per totum. libro
2. Burſat. conſilio 9. numero 51. libro 1. Cephal.
dicto conſilio 195. libro 2. numero 1. Pet. de Be-
nintend.deciſio.Bonon.28.& vidi tentum per Re-
uerendum Dominum meum Molignatum in
ſuis quiſquil.capit.436. His verò addi vnum po-
teſt, & quidem ſubſtantiale requiſitum,ſine quo
nullius momenti eſt oblatio, quæ vel in actis, vel
extra acta fit, nempe quòd debitor probet ſe non
reperire emptorem bonorum ſuorum, quia non
præſumitur contrarium, & hoc probatur per tex.
in dicta authen. hoc niſi. in fin. & in corpore in §.
quod autem.verſicu.ſed ſi nec. & verſicu. ſi enim.
Beat dicto capit.1.numero 46.Ludouic.Beninten.
& alij ſupra citati, & hoc idem voluit Papien. in

dicta

dicta forma libell. reſpon.act.hypothecar.in dicto §. exceptionem ſolutionis. in fin. dum dicit regulam iuris nouiſſimi intelligi ſi debitor bona ſua ſubhaſtaſſet, & diligentiam feciſſet omnem, vt res venderetur.

Limitatur quintò beneficium illius auth. quan-
13 do illius fauori debitor † renunciaſſet expreſſè prout quotidie fit, vt videntur ſentire Albetic. & Bald. ibi, ac poſt eos Salicet. & Fulgoſ. Dec. in dicto §. mutui datio. numero 25. Guter. dicto capit. 29. numero 4. Beat. dicto capit. 1. numero 49. Vincen. de Franch. deciſio. 81. per totam, dicens non habere contradictorem ſtante iuramento. Minado. deciſio. 1. colum fin. verſic. ego eram in opinione. licèt Cyn. in dicta authen. hoc niſi teneat contrarium. Nec me mouet, quòd renunciatio ceſſionis bonorum fieri non poſſit, vt tenuit Senatus, & dixi ſupra deciſio. 36. quia in illa renunciatione quis obligat perſonam ad perpetuos carceres, hic verò licèt non poſſit debitor dare bona in ſolutum, iuxta formam dictę authen. poteſt tamen cedere bonis iuxta ius antiquum, vt expreſſè declarat Imperator in dicto. §. quod autem. & ad hanc reſponſionem reſpexit Fulgoſ. in dicta l. cum à quo. in fin. & ſecundum hanc opinionem, quæ videtur communis, ſemper iudicauit Senatus.

Sextò limitabis illam authen. vt non procedat quando debitum eſt iuratum, & quis promiſiſſet
14 † cum iuramento ſoluere in pecunia. Alexan. conſilio 37. numero 27. lib. 2. vbi hoc ampliat etiamſi ſtatutum dicat poſſe ſolui in rebus. Ioan. Guter. dicto capitu. 29. numero quinto vbi dicit hanc eſſe ſingularem limitationem ad dictam authen. poſt Rolan. à Valle, & alios quos allegat. Beat. dicto capit. primo. numero 10. Roland. conſilio 31. in princip. libro 2. Benintend. dicta deciſio. 28. Molignat. dicta quæſtio. 436. Pro qua opinione facit pulchrum dictum Afflict. in deciſio. 163. numero 2. Vbi inquit iuramentum eſſe implendum in forma ſpecifica. Quòd tamen intelligerem procedere, quando quis expreſſè iuraſſet ſoluere in pecunia non aliter: verùm ſi quis ſimpliciter ſe obligat ad centum, quæ cùm iuramento ſoluere promittit, & non exprimat in pecunia, & non in alia re, tunc quamuis huic obligationi addatur iuramentum, non ideo tamen magis putarem teneri ad ſoluendum pecuniam præciſè, quia illa promiſſio recipit interpretationem à iure communi, & à dicta authen. & iuramentum regulabitur ſecũdum naturam actus, vt fortius quidem liget, ſed non in plus per l. fina. C. de non numer. pecun. & ita eſt intelligendus. Ludouic. dicta deciſione Peruſi. 64. numero 10. & licèt numero 17. idem velit etiamſi iuratum eſſet de facienda ſolutione in pecunia & non in alia re, tamen requiri abſolutionem à iuramento, vt ibi latè per eum. & hanc limitationem cùm prædicta intelligentia probabat Senatus in prædicta cauſa Votignaſchi.

Cenſus an emi poſſit, & de Bulla Martini V. circa hoc, & alia ad materiam.

DECISIO CLIIII.

1 *Cenſus annuus licitè emi poteſt ex communi.*
2 *Martini conſtitutio, & Nicolai de cenſibus ab aliquorum impugnatione defenditur, & nu. 4.*
3 *Cenſus an ſuper certa re conſtitui debeat.*

1 CENSVS emi licitè poteſt, † dummodo non excedat decem pro centenario, tūc enim nō dicitur vſura, ſed contractus à lege permiſſus, & ita tenuerunt antiqui Doctor. in capit. in ciuitate. de vſur. libro ſexto. Nat. conſilio 341. numer. 1. & hanc communem, & veriorem hodie ſententiam eſſe dicit Andr. Gaill. pract. obſeruat. libro 2. obſeruat. 7. numero 5. & latè per Didac. variarum reſolut. libro 3. capit. 7. quamuis non ſine controuerſia poſita hæc quæſtio ſit, vt apud ſuprâſcriptos Doctores videre licet, & penes Franc. Marc. q. 21. par. 2. Rota Genuen deci. 194. & 211. Et hæc cōtrouerſia magis ſopita, & deciſa fuit per Martinum Pap. illius nominis Quintum in extrauag. regimini. de empt. & vendit. & inde eandem conſtitutionem in regno Neapolitano fecit Nicolaus anno 1454. & Calixtus poſtea, qui dicto Nicolao ſucceſſit anno 1455. Et quamuis ad iſtas conſtitutiones præſertim Martini, & Nicolai aliqui reſpondere voluerint, nempe quòd non poſſint allegari in iudicijs, cùm ſint extra librum aliarum conſtitutionum, & decretalium, nec ſint ab aliquo digno authore gloſſatæ, vt dicit Nat. conſilio
2 498. numero 18. Tamen reſpondetur, quòd licèt non ſint gloſſatę in libro extrauagantium, ſunt tamen gloſſatæ extra librum, & illas conſtitutiones citant, & gloſſant multi, quos refert Didac. dicto capit. 7. ſub numero 2. verſi. ſexto poſt variam. Caſſan. in catalogo glor. mun. par. 12. conſiderat. 99. verſicu. aduerte. colum. 10. Alcia. conſilio tertio. Bertrand. conſilio 62. libro 2. & alij quos infra referam, & conſtitutionem Nicolai commentatus eſt latiſſimo commentario Foler. in ſuo tractatu de cenſib. per totum. & maior pars Theologorum hanc cenſus emptionem admittit, vt videre eſt apud Didac. & Gail. in locis ſupra citatis. & Nauarr. in ſuo commentar. de vſur.

Sex autem requiſita ad hoc vt procedat dicta Martiniana ponit frater Bartolomeus Caranza in ſua ſumma conciliorum poſt concilium Florentinum, vbi tractat de decretis Calixti, & Martini. Nempe, quòd ſtatuatur ſuper re certa, ex qua cenſus percipiatur. Secundo, quòd iuſto pretio, & integraliter numerato intercedente fiat. Tertiò, quòd interueniat pactum de retrouendendo

quandocunque. Quartò, quòd venditor non poſſit compelli ad redimendum. Quintò, quòd ſi res pereat periculum ſit emptoris. Sextò, quòd obligetur res fructuoſa, de quo vltimo vide Didac. in
3 dicto capit. 7. numero 5. & † quod requiratur ſuppoſitio certę rei, & non generalis obligatio cum hypotheca, tenet Caſſane. in ſupradicto loco. Foler. in dicto tracta. de cenſibus. licèt contrarium teneat Didac. dicto numero 5. verſiculo ego ſanè. cuius ſententia videtur ſatis probabilis, & illam generali conſuetudine firmari dicit Andr. Gail. dicta obſeruat. 7. numero 13. dicens Cameram Imperialem hanc opinionem ſequi. Aliqui verò pu-
4 tauerunt, quòd dicta Martiniana † ſit localis in regione, vbi ita præſcriptum erat per longam conſuetudinem, cùm Pontifices ſupra relati videantur ſe referre ad illas prouintias tantum, quæ ibi nominantur, & ita ſentit Alcia. dicto conſilio 3. numero 3. Natt. dicto conſilio 498. Grat. conſilio 39. libro 2. Aretin. conſilio 30. & ita etiam poſſet intelligi alia conſtitutio Pauli III. ſuper eadem re, quæ eſt in Bullario inter illius conſtitut. capit. 41. in qua confirmat conſtitutiones Martini, & Calixti. Verùm ex illarum conſtitutionum lectione ſatis apertè colligitur voluiſſe Pontifices indiſtinctè, & generaliter permittere talem cenſuum emptionem, & venditionem, ſtante præſertim communi opinione, de qua ſupra in prin. dixi, & ſm Martinianam ſępius iudicauit Senatus & nuperrimè in cauſa Battiani Hyporedienſis, in qua prouincia iam multis annis viget hæc cõſuetudo.

Ceterum iſtis cenſibus formulam denuo præſcripſit Pius V. inter ſuas conſtitu. capit. 80. in ordine Bullarij, quæ hodie erit in patria Pedemontana obſeruanda, ſed illa non fuit per Senatum in dicta cauſa Hyporedienſi obſeruata, quia in ea prouincia publicata non legebatur, cùm debuiſſet ibi publicari iuxta formam datam ab Imperatore Iuſtiniano in ſuis authen. vt fac. no. conſtitu. & alibi ſępius, & per ea, quæ dicit Natt. in dicto conſilio 498. numero 20. & faciunt ea, quæ tradit Put. deciſio. 1. libro primo. vbi loquitur ſtante etiam decreto irritanti, & ita vt ſupra dixi iudicauit Senatus. Verùm, quia illa penſio ſoluebatur in grano, quòd iam multis annis ſemper creuerat in pretio, ita quòd excedebat 12. & vltra pro centenario, ſtatuit ex æquitate, vt dictus cenſus reduceretur, & moderaretur ad octo pro centenario 1580. 1. Septembris, referente Domino Surdo. Vide de hac re quæ nouiſſimè ſcribit Doctus Nauarr. in ſuo commentat. de vſur. ad c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. nu. 69. & plurib. ſeq.

Inuentarij confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciale mandatum.

DECISIO CLV.

1 Mandatum ſpeciale an requiratur in confectione inuentarij per hæredem.

2 Ad petendum fideicommiſſum ſpeciale mandatum requiritur.

MANDATVM ſpeciale requiritur in multis caſibus, quorum triginta octo habentur ex Franco. in capit. qui ad agendum. de procur. & decem ponit gloſſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. D. de acquiren. hæredi. Sed quærebatur in Senatu, quid iuris in confectione inuen-
1 tarij, quod per hæredem fit †, an in hoc requiratur ſpeciale mandatum. Ego dixi, quod ſic, ea ratione, quòd vbi agitur de magno præiudicio, tunc mandatum ſpeciale requiritur. l. qui ita. §. 1. D. ad Trebellian. vbi Barto. & idem Bartol. & Ioan. de Imol. in l. filiusfamilias. colum. fina. D. de donatio. & idem Imol. in l. Paulus ait. D. de acquirend. hæredita. In inuentario verò agi de graui præiudicio, & facientis illud, & creditorum hæreditatis demonſtratur ex multis ſolennitatibus in eo ab Imperatore requiſitis in l. fina. C. de iure deliberan. de quibus & nos dicemus ſuo loco, ergo & ibi requiritur ſpeciale mandatum, quia vbi maius periculum ibi cautius eſt agendum.

Secundò mouebar ex ratione clemen. non poteſt. de procurator. vbi in mandato quantumuis generali, & cum clauſulis etiam, quòd exigeretur ſpeciale mãdatum, tamen non intelligitur de his, quæ ſunt grauiora expreſſis.

Tertiò pro hac adducebatur text. in l. fina. §. ſin autem à locis. in fin. C. de iure deliberan. ibi, per procuratores inſtructos, dicitur autem inſtructus procurator quando de ea re habet particularem, & ſpecialem notitiam, & ſubijcit ibi Iuſtinianus illa verba.

In loca vbi res poſitę ſunt mittendos,

vt ſpecialitatem huius negotij magis demonſtret, ſicut etiam paulò ante ſpecialem Notarium ad ſcribendum requirebat.

Quartò mouebar à ſimili, quia ſicut in fidei-
2 commiſſo adeundo, † & petendo requiritur ſpeciale mandatum. dicta l. qui ita. §. 1. ad Trebellian. vbi Bar. & idem Bar. & Imol. in d. l. filiusfami. col. fin. & in d. l. Paulus ait. D. de acquir. hære. Imò requiritur ſpecialiſſimum ad tale fideicommiſſum per d. l. qui ita. & per l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. cum §. ſeq. D. de acquir. hæred. ſic & in inuentario dicendum erit, & faciendum mandatum ſpecificè ad faciendum inuentarium talis hæreditatis. Et pro hac opinione etiam allegabatur Iaſ. in d. l. fin. in prin. col. 10. ſub nu. 4. verſi. ſexto requiritur. C. de iur. delib. & ſecundum hanc eandem opinionem cenſuit Senatus in cauſa Rotarij, & Bertoui 1580. 26. Nouembris.

Auus paternus, qui vnà cum auo materno ſuccedit ad hæreditatem nepotis præmortui, facta diſtinctione bonorum paternorum, & maternorum, an totius hæreditatis habere debeat vſumfructum, ad materiam auth. item hæreditas. C. de bon. quæ liber.

DECISIO CLVI.

1 *Auus paternus, vel pater an in aduentitijs maternis in quibus mater, vel auia ſuccedunt habeat vſumfructum, & num. 2. & 5.*

3 *Text. in auth. item hæreditas. C. de bon. quæ liber. declaratur.*

4 *Pater ſi vnà cum filio ſuccedat, conſequitur vſumfructum in illa hæreditate.*

AVTHEN. item hæreditas. C. de bon. quæ libe. & §. ſi verò. authen. de hæred. ab inteſta. verſiculo nullum vſum. volunt, quòd pater non retinet vſumfructum in bonis filij, quando ſuccedit pater cum alio filio in
1 hæreditate filij. Sed quæritur, † quid ſi moriente filio, vel nepote ſuccedat ipſi nepoti auus paternus, & maternus, vel pater, & mater an tunc in bonis, quæ tranſeunt ad auum maternum, vel ad matrem, auus paternus aut pater habeat vſumfructum. Et videtur, quòd non per iura ſupra allegata, vbi quando concurrit pater, vel auus in ſucceſſione bonorum filij, vel nepotis cum alio filio non retinet vſumfructum, quamuis illum aliàs habuiſſet, & clarius videtur hoc probari in dicto §. ſi verò. vbi ponitur caſus, quando parentes ſimul ſuccednnt non extante alio filio, vel ſi extet: & tamen ſequitur generalis regula, quòd nullum ex filiorum portione pater habeat vſumfructum, cùm vocetur pater ad proprietatem.
2 In contrarium † verò adducebatur, ꝙ cū viuente filio pater habeat vſumfructū, nō videbatur rationabile, ꝙ eo mortuo plus iuris haberet in bonis filij illius hæres quā ipſemet filius, ex regula Nemo plus iuris in aliū trāsfert quā ipſe habeat. Nec ob. d. auth. itē hęreditas. & d. §. ſi vero. quia loquun
3 tur in diuerſo caſu, † ideſt, qn̄ filius ꝯcurrit cum patre ad ſucceſſionem fratris ſui, quo caſu corrigit̄ ius antiquū, deferens patri vſumfructū. Igitur hæc lex correctoria non eſt ad alios caſus trahenda, in quib. ſpecialiter non corrigit. l. præcipimus. §. fi. C. de appel. ibi, *ſpecialiter, &c.* quā dictionē ponderat Signo. in conſi. 101. factum ſic ſe hēt. col. pen. ēt ꝙ vigeret maior rō. vt per Fulg. in l. 3. C. de bon. mat. Vlterius diuerſa eſt rō in caſu illius auth. illic enim priuatur pater vſufructu, quia admittitur in parte proprietatis contra l. fi. §. fi. C. ad Tertul. vnde cùm in vno grauet̄ frater amota parte proprietatis, merito in alio releuatur, vt habeat partē vſusfructus, quam rationem ponit text. in corpore. Cyn. & alij in d. auth. Item hæreditas. inferentes ex hoc, quòd
4 ſi ſuccedit pater † cum filio vni extraneo, filius nō conſequitur vſumfructum, ſed nudam proprietatem, quod etiam tenet Iacob. de Are. Cuman. Corn. Alber. Ange. Fulgoſ. Iacobin. in d. auth. item hæreditas. licèt Imerius ibi teneat contrarium, quem ſequitur Caſtr. Salicet. & Odofred. ibi. Bart. conſilio 118. Oducius. nu. 5. Accedat, ꝙ in legibus Iuſtiniani non eſt arguendum ab illorum ratione, quia multotiens carent viua ratione, vt inquit Corn. in dicta l. fin. nu. 12. C. ad Tertul. Et plerunq; fiebant pro arbitrio Triboniani, qui modo vnum modo aliud pro lege dictabat auaritiæ ſtudens plus debito, vt ex Suida in vita Iuſtiniani adnotauit Ægi. Perrinus, de quo Vergilij verſus commodè dici poteſt in lib. 6. Æneid.

Qui leges pretio fixit, atque refixit.

Qui modus loquendi figere leges, & refigere quo modo accipiatur doctè admodum exponit Nicolaus Eritrheus Iuriſcon. in ſuo indice Virgiliano in verbo refixit. Sed vt ad rem noſtram redeamus pro hac opinione facit, ꝙ dicit Odofre. in d. l. fi. cir. fi. ꝙ in vſufructu bonorū filij non inſpicitur mors filij, ſed patris. l. 3. C. de vſufr. & ideo Bar. ibi dicit, ꝙ per mortem filij pater non amittit vſumfructum, ſed remanet incorruptus penes patrem, & in hac parte illa l. fina. non corrigitur, vt ibidem per Bald. in fin. Come. numero 4. & Fulgoſ. quod etiam videtur de mente Caſtren. in authen. excipitur. C. de bon. quæ liber. verſicul. item in dimidia. vbi vult, quòd tantum in eo caſu expreſſo ſpecialiter amittat pater vſumfructum aliàs non, vnde ſi illi defuncto ſuccederēt proprij filij, duraret patris vſusfructus. dicta l. 3. C. de vſufruct. vbi Cyn. & alij, & clarius idem Bartol. in authen. de hæredi. ab inteſtat. in principio. verſiculo. not. text. per nota. in dicta l. 3. & in §. conſequens. in eadem authen.

Sed clarius hanc opinionem contrariam videtur firmare Caſtren. in authen. defuncto. numero 1. verſicu. item ſi filius. C. ad Tertull. vbi expreſsè dicit, quòd ſi filius eſt in poteſtate patris, & pater habeat in eius bonis vſumfructum, eo mortuo ſuccedit in illis bonis aduentitijs pater, & mater æqualiter, vſusfructus verò remanet apud patrem, quia morte filij non extinguitur. per text. in dicta l. fina. §. fina. ad Tertull.

Verùm ſupradictis non obſtantibus adhuc inſiſti poteſt ſuper prima opinione ponderando melius text. in dicto. §. ſi vero. vbi cum patre, & filijs mater admittitur, & tamen pater quo ad matrem ſolam ſui vſusfructus partem cum proprietate habet, & ſupradicta poſſent habere locum in alijs bonis, non autem in bonis à linea materna prouentis, in quibus non haberet vſumfructum. Neque officit text. in dicta l. fina. quem Caſtren.

allegat,

allegat, quia eſt correctus per hanc authen. & melius allegaſſet text. in dicta l. 3. C. de vſufruct. & ibi gloſſ. & Doctores. faciunt, quæ latè ſcripſi ſupra deciſione 27. numero tertio. Quid dicemus?

Certè caſus iſte non eſt ſine difficultate, cùm legiſlatores non ſe clarè explicēt, & doctores etiam intricatè loquantur, & ſibi contradicant. Ideo cùm quæſtio hæc agitaretͤ in Senatu anno 1581. 2. Martij. cùm deceſſiſſet nepos, qui habebat bona à patre, & à matre prouenientia, & alia quædam ſua arte acquiſita ſuperſtite auo paterno, & auo materno, dictum fuit quo ad proprietatem ipſos debere ſuccedere, iuxta doctri. Barto. de qua dixi ſupra dicta deciſio. 27. Sed quo ad vſumfru-
5 ctum † fuit per multos dies diſputatum, & variæ erant Senatorum opiniones. Aliqui enim volebant auum retinere vſumfructum incorruptum excluſa ab eo auia per text. in dicta l. fina. §. fin. ad Tertullia. cum opinio. Bartol. ibi, & aliorum, qui dicunt illum text. incorrectum quo ad vſumfructum, & iuxta doctrin. Caſtren. in dicta authenti. defuncto. Alij volebant paternum auum ſuccedere in proprietate, & vſufructu pro ea tantum parte, in qua ſuccedebat in proprietate, aliam verò acquiri auo materno etiam cum vſufructu, quo priuabatur auus morte nepotis, cùm in proprietate auus paternus, admitteretur per text. in dicto §. conſequens. & dicta authent. item hæreditas. & dicta authen. defuncto. quę duę authen. ſumuntur ex eodem fonte, arguendo à ratione ſcripta. Alij verò ex Dominis dicebant ſuccedere auum paternum in vſufructu bonorum maternorum, quorum cùm auus maternus haberet proprietatem pręcipuam, meritò reſeruandus erat auo paterno vſusfructus per rationem dicti §. conſequens. ſed hæc ratio non placebat mihi, quia habet auus paternus loco bonorum maternorum alia bona à linea paterna deſcendentia ſibi præcipua. Alij erant in opinione, quòd paternorum, & aduentitiorum bonorum vſusfructus eſſet aui paterni, maternorum verò, & proprietas, & vſusfructus eſſet aui materni, ita vt per mediam quodammodo viam hæc difficultas terminaretur, prout in ſimili diuidi debere vſumfructum dicit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. libro primo. §. primo. numero 45. verſicul. ſecunda opinio. & per ea, quæ dixi ſupra in principio deciſionis. & cum hac vltima opinione vti æquiori tranſibat maior pars Dominorum & fuit iudicatum. Nec abſurdum videtur, quòd diuerſo modo ſtatuatur in bonis maternis, & aliud in alijs bonis aduentitijs, prout in ſimili diuerſificatur in l. ſi viua matre. C. de bon. mater. vbi Io. Faber.

Cęterum hanc opinionem tunc demum intelligerem procedere, quando pater in illius rebus à linea materna prouenientibus non haberet vſumfructum: nam tunc ius quæſitum non poſſet illi auferri, per text. in l. prima. C. de bonis matern. & ita intelligo dictum Caſtren. in dicta authen. defuncto. qui etiam loquitur in ſolis aduentitijs, non in bonis à linea materna quæſitis, quo caſu aliud eſt dicendum, quàm diſtinctionem apertè facit text. in dicta l. final. ad Tertullian.

Iuri offerendi, quod peſteriori creditori competit, quando ſit locus, & an præſcribatur.

DECISIO CLVII.

1 *Ius offerendi competit ſecundo creditori aduerſus primum, & anteriorem creditorem.*

2 *Datione in ſolutum facta à parte an competat ſecundo creditori ius offerendi.*

3 *Iuri offerendi præſcribitur per 30. annos, ſi alius creditor poſſideat.*

4 *Iuri offerendi præſcribitur per decem annos inter præſentes, ſi extraneus cum titulo, & bona fide poſſideat.*

5 *Ceſſante hypothecaria ceſſat ius offerendi.*

6 *Iuri offerendi præſcribitur per quadraginta, quando debitor poſſidet, & quid ſi mixtim poſſideant. numero 7.*

8 *Ius offerendi ceſſat, quando tertius poſſidet, qui titulum habeat à creditore rectè vendente. & numero 9.*

10 *Ius offerendi perpetuatur, quando eſt ſequella exceptionis.*

11 *Ius offerendi non habet locum in poſteriore creditore, quando primus creditor habuit rem à iudice per deliberamentum præſente ſecundo creditore.*

IVS offerendi competit ſecundo creditori haben-
1 ti hypothecam † aduerſus primum, & anteriorem creditorem. l. prima. & l. prior. C. qui potior. in pignor. habe. l. ſecundus. C. de pignorib. l. potior. §. fina. D. qui potior. l. prima. C. ſi antiqu. credito. pignor. vendid. In quibus locis aduertendum eſt, quòd ius offerendi ſemper illic datur contra anteriorem creditorem non autem contra tertium. Crauet. conſilio 298. Affiict. decio. 16. numero quarto. & ſequen. Neguſant. de pignoribus. prima par. tertij membr. quintæ. part. principal. vbi latè examinat hanc regulam. Quæ procedit etiamſi data ſit res in ſolutum à iudice primo creditori. Neguſant. dicta par. 1. numero 17. Riminal. iun. conſilio 3. numero 9. 21. libro primo. Sed ſi à parte
2 res fuerit † in ſolumm data, tunc ſi hypotheca ſecūdi creditoris oriatur poſt dationem in ſolutū factam, non eſt locus iuri offerendi, vt innuit Crau. dicto conſilio 298. numero 4. & ita cenſuit

Senatus

Senatus in cauſa Boſſardi, & Cotij Taurinen. 1588. confirmando ſententiam iudicis Taurinenſis latam. 9. Iunij eiuſdem anni, aliàs non ceſſaret ius offerendi per d.l.1.C.ſi antiqu.cred.

Quærunt tamen Doctores in hac materia an præſcribatur vllo tempore huic iuri offerendi, quam quæſtionem latè tractat D. Franciſc. Balb. in ſuo tracta. præſcript. part. 4. 5. part. principal. quæſt. 2. ſed quoniam materia frequens eſt in praxi, ego illam latius examinabo pręſupponendo inprimis duplex eſſe hoc ius offerendi prout dupliciter competit. Primò enim competit quoddam ius offerendi debitori ſuper pignore, & huic ex crebriori opinione nunquam præſcribitur, vt dicemus ſuo loco, & de hac materia latè diſſerit Ozaſc. deciſio. 115. Andr. Gaill. pract. obſer. libro 2. obſer. 18. & de hoc iure offerendi non intendo nunc diſſerere. Secundum eſt ius offerendi, quod competit ſecundo ſeu poſteriori creditori aduerſus anteriorem, de quo loquuntur iura, & Doctores ſupra in principio huius deciſionis allegati, & de hoc eſt præſens materia noſtra, & non inutilis quæſtio, pro cuius pleniori reſolutione diſtinguẽdi ſunt aliquot caſus, quibus diſcuſſis apertè cognoſcetur, quando ius offerendi in hoc ſecundo capite locum habeat, & quando ac quanto tempore illi præſcribatur.

Primus caſus eſt, quando alius creditor poſſi-
3 det, & tunc † præſcribitur poſt 30 annos l.cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Balb. dicta quæſt. 2. Vincent. de Franch. deciſio. Neapol. 69. numero 12. And. Gaill. dicto libro 2. obſer. 18. numero 12. imò etiam hoc caſu videntur neceſſarij. 40. anni. per tex. in d.l. cum notiſſimi. §. eodem iure.

Secundus eſt caſus, quando poſſidet extraneus
4 cum titulo, † & bona fide, qui tamen non habuit titulum à debitore: nam tunc huic remedio præſcribetur per decem annos inter præſentes. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred. præſcript. opponat. & quamuis illa iura ab aliquibus dicantur correcta per dict. l. cum notiſſimi. quæ lex eſt Iuſtiniani, qui fuit multò tempore poſt Gordianum, & Diocletianum, & ita etiam hodie non currere præſcriptionem dicat Alexan. conſilio 58. numero 9. libro 5. tamen Doctores communiter tenent, quòd imò etiam hodie procedant illa iura in dicta l. 1. & 2. hoc modo declarando, & diſtinguendo iſtos duos primos caſus, prout diſtinguit Abb. conſilio 14. videtur primo. colum. 1. verſiculo, hinc dixit notabiliter gloſſ. libro 2. Cagnol. in procem. Digeſtor. numero 213. Fulgoſ. conſilio 127. colum. 1. & malè Alexan. conſuluiſſe dicit Cagnol. & Modern. Patiſ. ibi. in litera C. & ratio huius opinionis eſt, quia hoc caſu ceſ-
5 ſat hypothecaria in ſecundo creditore †, qua ceſſante ceſſat etiam ius offerendi tanquam acceſſorium hypothecariæ, vt dicit Bald. conſilio 50. ſecundus creditor. libro 1. & quamuis multa opponerentur in contrarium, tamen ſecundum hanc opinionem iudicauit Senatus. 1581. 28 Maij. in cauſa Marochini, & Cerreti. faciunt etiam, quæ dicit Ioann. Crot. in l. ſi is, qui pro emptore. numero 56. verſiculo nam creditor. D. de vſucapion. vbi voluit, quòd illa l. 1. & 2. non ſint correctæ per authen. malæ fidei. C. de præſcript. long. temp.

Tertius eſt caſus, quando poſſidet ipſe debi-
6 tor, & tunc, † quia hypothecariæ non præſcribitur niſi per quadraginta annos, tantò etiam tempore durabit ius offerendi, dicta l. cum notiſſimi. in princi. iuncto. §. eodem modo.

Quartus caſus eſt, quando poſſedit debitor per aliquod tempus, deinde poſſedit creditor, &
7 tunc fit mixta † conſideratiò temporis, vt conſiderato debitore requirantur 40. anni, ſed conſiderata creditoris poſſeſſione requirãtur 30. vt in dicto §. eodem modo, vbi eſt caſus ſingularis de hac re.

Quintus caſus eſſe poteſt, quando poſſidet tertius, qui titulum habet à creditore vendente iure
8 dominij rectè, & ſeruatis ſeruandis, & † tunc ille tertius ſtatim eſt ſecurus. l. 1. C. ſi antiqu. cred. pign. vend. in princi. per quam l. ita conſuluit Fulgoſ. in dicto conſilio 127. in ſua ſubſcriptione ad conſilium cuiuſdam innominati, & ita regulam ſupra in prin. poſitam in hoc caſu limitat Neguſan. dicta part. 1. 3. membr. 5. part. prin. num. 4. quem ſequitur in eodem caſu Vincent. de Frãch. deciſio. 224. per totam, vbi dicit ita iudicatum, & Cæphal. conſilio 397. num. 37. lib. 3.

Quando autem dicatur rectè vendere creditor, ponit gloſſ. in l. obligata. C. ſi antiqu. cred.

Sextus caſus eſt, quando tertius poſſidet habens
9 titulum à creditore non rectè vendente, † & tunc dic, vt ſupra in ſecundo caſu, vt non ſit iſte tertius bona fide emens ſecurus niſi poſt 10. annos, iuxta formam dictę l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred. præſcrip. oppon. quod intelligendum eſt ſi præſente creditore emit, ſecus ſi ignorante, quia tunc requiruntur 30. anni, cùm mala fides authoris in hunc ſecundum tranſeat.

Septimus eſt caſus, quando ius offerendi eſt
10 † ſequella exceptionis: nam tunc illud perpetuatur, vt per Caue. conſilio 71. numero 4. Balb. dicta part. 4. quæſt. 2. cir. fin. cùm exceptiones perpetuę ſint.

Octauus, & vltimus caſus eſt, quando poſſidet quidem primus creditor, ſed non iure creditoris, ſed iure dominij, quia ſeruatis his de quibus in l. 1. C. de iur. domi. impetr. res ſubhaſtata, fuit illi deliberata præſente ſecundo creditore, & tũc ceſ-
11 ſat † ius offerendi, quia fuit ſecundus creditor in culpa, qui non licitauit. l. ſi finita. §. poſtquam. D. de damn. infec. ratio eſt, vt ibi dicit Caſtren. ne rerum dominia ſemper ſint in incerto. Bald. in l. fin. C. de bon. auth. iud. poſſiden. ita in hoc caſu decidit Papon. in titu. de criees. libro 18. tit. 6. capit. 3. in fin. per text. in l. obligata. C. ſi antiqu. cred. faciunt dicta per Cęphal. in terminis conſilio 298. numero 8. libro 2. & dicto conſilio 397. numero 45. & 46. libro 3. & latius conſilio 550. libro 4.

per

per totum. Tiraquell. de retract. municipa. §. 8. gloſſ. 7. numero 12. Capic. deciſio. 41. numero 10. Doc. conſilio 592. per text. in l. ſi rem alienam. §. fin. D. de pignorat. act. Sed in contrarium, quòd imò poſſit in hoc caſu offerre ſecundus primo, & duret etiam hypothecaria, videtur text. in l. 1. C. ſi antiqu. cred. in ſecundo reſponſo. vbi ſi debitor vendit, vel in ſolutum dat rem primo creditori, remanet tamen ſecundo ius offerendi. Subhaſtatio autem, quæ fit à iudice, æquiparatur dationi in ſolutum, quæ fit à debitore. l. ſi ob cauſam. C. de euict. Nec videtur obſtare text. in dicta l. obligata. cùm non faciat ad rem, quia illic loquitur de obligatione, quæ fit à debitore emptori, vel creditori licitanti, non autem de illo iure offerendi, quod competit ſecundo creditori contra primum creditorem, de quo loquuntur iura ſupra citata in princi. Verùm iſtis non obſtantibus contraria ſententia primò relata eſt de iure verior, & communis. Et ad l. 1. reſpondet Cephal. dicto conſilio 298. ſub numero. 16. quòd procedit quando ſecundo creditori competit hypothecaria, ſecus vbi non competit per dationem in ſolutum, & dicto conſilio 550. numero 27. & 28. Deinde licèt æquiparentur ſubhaſtatio, & datio in ſolutum, quæ à debitore fit, tamen quando cum ſubhaſtatione interuenit deliberatio præſente poſteriore creditore, qui potuit licitare, & non licitauit, tunc aliud eſt dicendum, quia ſibi præiudicat quaſi conſentiendo, & cum hac opinione tandem poſt multas diſputationes tranſiuit Senatus. Reliqua ad materiam iuris offerendi vide per Neguſ. & in materia huius vltimi caſus Vincent. de Franch. in dicta deciſio. 69. per totam, & de iure offerendi ſuper dote vide Ozaſc. deciſio. 135. & nouiſſimè ad materiam præſentis deciſionis Aſinium in tracta. de execut. §. 7. capit. 115. per totum.

Leuatio de gagio, quæ iuxta diſpoſitionem nouiſſimorum decretorum Sabaudiæ fit in odium creditoris cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, & concurrentibus alijs creditoribus, & quid in vxore, & minore.

DECISIO CLVIII.

1 *Leuatio de gagio, quæ fit cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, vel alterius creditoris.*

2 *Decretum Sabaud. diſponens, quòd deliberentur bona ſubhaſtata in odium debitoris cùm tertio pluris, vel minoris reſpectiuè eſt fauorabile.*

LEVATIO de gagio, quæ fit à creditore ad formam decreti Sabau. ſub tit. *della forma, & ordi. che ſi ha da ten. nelle pignorat. incan. & deliberat. de beni ſtabi.* cum tertiò pluris, vel mi-
1 noris reſpectiuè †, an procedat etiam in odium tertij poſſeſſoris, vel alterius creditoris, & ſic etiam in concurſu creditorum. Et videbatur, quòd non. Primò, quia hoc decretum videtur eſſe odioſum, tanquam factum in odium debitoris, contra quem fit executio, ideo ſtrictam habere debet interpretationem. capitu. odia. de regu. iur. in ſextò. Secundò, quia iſte creditor primus videtur locupletari cum alterius iactura ideſt ſecundi creditoris, vel poſſeſſoris, quod leges non admittunt.

In contrarium tamen dicebatur, quòd hoc decretum eſt valde generale, & non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. D. de publicia. Secundò allegabatur pro primo creditore, in cuius fauorem facta erat deliberatio,
2 quòd iſtud decretum eſt fauorabile, & non odioſum: eſt enim repertum, vt conſuleretur creditorum incommodis, quæ reſultant ex contumacia debitoris non ſoluentis, qui coguntur cum iactura temporis, & periculis perſonæ, & bonorum, executionem hanc moliri, & concedere etiam tempus ad luendum per ſex menſes, vnde cùm ſit fauorabile, ſequitur regula, quòd fauores ſunt ampliandi, &c.

Nec obſtant contraria, quia ad primum reſpondetur, quòd lex dicitur fauorabilis, vel odioſa inſpecta principali intentione legiſlatoris, vnde Macedonianum dicitur odioſum, & Velleianum fauorabile. Hic autem principalis intentio eſt fauor executionis, & publicus, & priuatus creditoris. Ad ſecundum reſpondetur, quòd hic nullum eſt lucrum conſideratis creditoris incommodis, & vlterius, quòd pôt poſſeſſor, vel ſecundus creditor ſibi prouidere licitando, vel plus offerendo, quòd ſi non facit damnũ ſentit ex ſua culpa, vt ſupra ẽt in ſimili dicebamus deciſ. 157. in 8. caſu. & quamuis in hac quæſtione variæ eſſent Senatorum opiniones, quorũ aliqui volebãt, quòd ſaltẽ larga fieret hoc caſu bonorũ æſtimatio nẽpe ad decimã, vel ſextã præſertim in concurſu creditorũ, & quñ fit executio poſt taxã expẽſarũ, quo caſu æquior vr̃ prima opinio, & ita dicerẽt fuiſſe aliàs p Senatũ iudicatũ, vt dixi ẽt ſupra deciſ. 153. tamen maior pars dominorũ in hanc poſteriorẽ ſententiã inclinauit, & ita iudicauit Senatus ĩ cã D. Borgarelli de Cherio. cõtra D. Reuiliaſcũ 1581. die 5. Iunij. & iterũ in cã Illuſtr. D. de Manta, & Leuini 1588. 12. Iulij. Referente. D. Cerua. & 1587. 9. Martij. vt dicã infra deciſ. 194. In vxore autẽ, quæ ob vergentiam viri ad inopiã dotes in tuto collocari petebat, cẽſuit Senatus, vt ſi ꝯ maritũ ageret darent̃ bona cũ quarto pluris, & etiam plus ſi illa quarta non ſufficeret ad onera matrimonij, vt per Bartol. in l.

ſi con-

ſi conſtante nume. 102. D. ſolut. matrimon. ſed ſi in odium creditorum poſteriorum bona leuarētur, darētur cū decima vltra verū valorē. 1589. 12. Maij. In minore vero cum iterū quæſtio ſuper materia huius decreti verteretur fuit dictū, quòd leuatio de gagio, quæ fit contra minorem non fiat cum tertio pluris ad formam decreti, ſed ad largam æſtimationem idest ad decimam, modo tamen tutor, vel minor ab initio litis fateatur debitum, & offerat de bonis in ſolutum, ſecus verò ſi patiatur ſe condemnari. 1589. 9. Iulij.

Filia excluſa per ſtatutum an faciat partem in ſupputatione legitimæ.

DECISIO CLIX.

1 *Filia excuſa an faciat partem in ſupputatione legitima, extantibus maſculis.*
2 *Filia excluſa per ſtatutum fauore maſculorum nulla debetur legitima.*
3 *Dos regulariter non ſuccedit loco legitima, & eſt res à legitima ſeparata, & num. 4.*
5 *Filia nō facit partē, quādo dos non ſuccedit loco legitimę.*
6 *Filia an faciat partem, multa opiniones referuntur. num. 7. 8. 9. 11. 12. 13. & 14.*
8 *Filia faciunt partem filio habili in illius fauorem.*
9 *Dos, quādo filia non facit partē detrahitur, vt æs alienū.*
10 *Dos, quādo detrahitur vt æs alienū, detrahēda eſt de toto corpore hæreditatis non autem de legitima maſculorū.*
11 *Statutum mandans filiam dotari vſque ad quantitatem legitimæ, facit filiam eſſe ſuam.*
12 *Filia, qua vti habilis fuit habita in conſideratione per ſtatutum, facit partem cum maſculis.*
13 *Filiæ faciunt partem ad commodum maſculorum.*
15 *Filia, ſi aliquid in teſtamento relinquatur à patre iure inſtitutionis vel pro legitima, tunc partem faciunt. ſed contra numeru 17.*
16 *Pater ſi aliquid relinquat filiæ in teſtamento, illud imputari debet in legitimam.*
18 *Senatus fuit in hac q̄ſtione, an filia excluſa faciat partē.*

1 FILIA excluſa per ſtatutū, † an faciat partem in ſupputatione legitimæ. Hæc queſtio, vt exorditur Roma. in l. 1. n. 62. C. quan. nō peten. par. eſt ardua, & ſubtilis, & vt dicit Bruni. i trac. de ſtatu. excluden. fęm. particu. 13. §. tertio q̄ro. eſt pulchra, & difficilis, & propterea Fulgoſ. in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtamen. dicit ſe neſcire quid conſulere in hoc caſu, multique è doctoribus tam antiqui, quàm recentiores, qui in hac quæſtione interrogati reſpōderunt, vel irreſoluti tranſierunt, vel adeo intricatè loquuti ſunt, vt quaſi in labyrinthum ingreſſi regreſſus viam reperire non potuerint, & rem nobis difficiliorem reddiderunt; & cum à multis tractata fuerit, multæ ob id opiniones circa illius reſolutionem reperiuntur, quas pro clariori iſtius materiæ intelligentia referam, prout Gabriell. & Graſſ. in locis infra citandis fecerunt. Pręmittendo in primis aliquot ſcitu neceſſaria, ex quorum cognitione res clarior, & apertior fiet.

Primò, quod filię excluſæ per ſtatutum fauore
2 maſculorum † nulla debetur legitima, nec illius ſupplementum etiam deficientibus maſculis, ita vt ius illius cenſeatur extinctum, nec quo ad legitimam amplius in conſideratione habeatur: qua de re latè per Bertazol. conſil. ciu. 109. libr. 1. contra quem licèt conſuluerit Cæphal. in cōſil. 404. libro 3. fuit tamen pro illius opinione Ferratiæ iudicatum, & hoc intelligendum eſt ſtante tali ſtatuto excludente fœminas propter maſculos poſt dotationem. Nam aliàs ſi ſtatutum de legitima mentionem non faciat multi tenuerunt, & quidem magis communiter non cenſeri mulierem etiam dotatam excluſam à legitima, vel illius ſupplemēto, vt habetur per canoniſt. in c. Raynutius. de teſtament. Doctores. in auth. nouiſſima, & in l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtamen. Bartol. Bald. & alij communiter. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. D. de liber. & poſthum. Brun. de ſtatut. art. 9. colum. 4. Socin. conſil. 127. nu. 2. volum. 4. Corn. conſil. 316. libr. 1. 107. & 150. libr. 2. Dec. conſil. 16. nu. 4. & cōſi. 296. Pariſ. cōſi. 27. 28. & 54. lib. 2. Crau. cōſi. 11. nu. 13. & cōſ. 236. nu. 2. 3. & 14. latè Decian. conſil. 6. nu. 13. vol. 1. de qua re dicemus alibi latè.

Secundò præmitto, quòd dos licèt ab aliquibus ſub nomine legitimæ ſumatur, tamen de ſtricto iure tam communi, quàm ſtatutario, ſeu mu-
3 nicipali, † dos non ſuccedit loco legitimæ, quia eſt diuerſum à legitima, & res omnino ſeparata, & vltra rationem quam pro hac opinione tradit Menoch. de arbitr. iud. libro 2. Centur. 2. caſu 149. nu. 10. probo ex eo, quia dos poteſt eſſe ſine legitima; & legitima ſine dote, ergo nō eſt idem, quod dos, quod & nominis diuerſitas arguit. l. ſi idem. C. de iur. codicillo. poſito, quòd ſuccedat in locum illius, ſiquidem poteſt filia remanere innupta in domo, & hoc caſu non eſt, quòd fiat mentio de dote, quia dos non eſt ſine matrimonio, & tū erit locus legitimæ vlterius, quòd dos, & legitima ſint omnino diuerſa, vt dicit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. D. de condit. & demonſtrat. Cardin. conſil. 151. in fin. probatur primò, quia frater dotat ſororem. l. tutor. §. final. D. de adminiſtr. tutor. doctor. in l. 1. D. ſolut. matrim. non tamen tenetur dare legitimam. l. fratres. C. de inofficio. teſtamen. Item dos debetur in vita, legitima poſt mortem. Tertiò mater tenet ad legitimā, non tū ad dotem. l. mater. C. de iur. dot. Cardinal. Alban. ad Bartol. in dicta l. Titio. §. Titio genero, & multa alia exēpla adferri poſſent, ex quibus demōſtratur dotem non eſſe idem cum legitima.

Tertia hinc deſcendit concluſio neceſſaria in hoc articulo, quòd non niſi ex teſtatoris, vel ſta-
4 tuti expreſſa diſpoſitione † dos ſuccedit loco legitimæ, bene tamen verum eſt, quòd dos computatur in legitimā, & ſic in portionē iure hæreditario debitam iuſta ratione, ne ſcilicet hæreditas plus iuſto in detrimentū maſculorū grauetur, prout certè grauaretur, ſi dotem, & legitimā filiæ haberent.

Quartò præmitto, quod quotieſcunque dos nō ſuccedit loco legitimæ, vt quia filia non fuit per ſtatutum, vel patris diſpoſitionem (non extante ſtatuto) agnita vti ſua, quod vltimum eſſe poteſt, quando propter dotem excluditur à legitima, &

5 illius ſupplemento, tunc † non facit partem in cō-
putatione legitimæ filia, ſed habetur pro extranea,
vt per Caſtren. in l. planè. §. ſi duobus. numer. 8. D.
de legat. 1. Gabriell. conſil. 11. & 15. & omnes Do-
ctores in locis infra citandis id vno ore præſuppo-
nunt, nec reperio hac in re aliquem cōtradicentē.
His ſic præmiſſis ad opiniones noſtrorum de-
uendendo. Prima opinio in propoſita quæſtione
eſt, quod filiæ augeant numerum, & numerentur
6 cum maſculis, ita vt faciant legitimam, † quæ
aliàs erat triens, vt ſit ſemis, ſi ſunt quatuor filiæ
& vnus maſculus. Ita tenent Bald. Ang. Caſtr. &
Roma. relati per Brunum in loco ſupra citato, &
latius per Bos. in titulo de publicat. bonor. num. 2.
vbi dicit ita iudicatum, & hæc eſt illa opinio, quā
magis communem dicit Iaſ. in l. re coniuncti. nu-
mero 247. de legat. 3. vbi loquitur de iure accre-
ſcendi. Guid. Pap. quęſtione 295. colum. final. poſt
Petr. Iacob. à quo tamen ipſe diſcedit, dicens ita
bis iudicatum, & quæſt. 599. in principio. Pariſ. con
ſilio 53. numer. 76. libr. 3. & plures allegat Decian.
conſil. 46. numero 30. libro 3. quæ opinio procedit
præſuppoſito, quòd dos ſuccedat loco legitimæ,
itaquod omnes concurrant pro ſua legitima in
hæreditate. ita enim præſupponit Ang. in conſil.
300. punctus talis. aliàs 299. in principio. Sed hanc
opinionem dicit reprobatā Soci. iun. conſi. 25. nu.
3. libro 1. & poſt eum. H. Gabriell. conſil. 11. nu. 9.
Secunda opinio eſt huic omnino contraria, q
7 filiæ partem non faciant, † nec augeant nume-
rum in computatione legitimæ. ita tenent Angel.
Imol. Caſtr. Aretin. quos citat Brun. dicto articul.
13. quęſt. 3. dicens communem, & eam ipſe credit
veriorem. Ruin. 152. col. 2. libr. 5. & pro hac parte
multos refert illam ſequendo Crauet. conſil. 966.
numer. 8. lib. 5. quibus addo Roland. conſil. 15. nu-
mero 7. lib. 1. Claud. Chiflet. in tracta. de portionib.
capitu. 7. in principio, vbi adfert bonā diſtinctio-
nem in hac quæſtione, & hanc partem commu-
nem dicit Gabriell. conſil. 15. numer. 20. addens de-
trahi has dotes vti æs alienum iux. 4. opinio, de
qua infra dicam. quo poſito non dubito viſis om-
nibus ſcribentibus quin hæc opinio ſit priori ma-
gis communis, quamuis has contrarias opiniones
ita dubias eſſe dicat Socin. & non ſit reprehenden-
dus, qui vnam vel alteram ſequatur, propter opi-
nionū cōflictus, & propterea iſtis duabus opinio-
nibus relatis irreſolutus in hac quæſtione tranſit
Dec. conſi. 607. numero 15. ſed iſtæ duæ opiniones
contrariæ ſic conciliari poſſent, vt prima proce-
dat, quando dos ſuccedit loco legitimę, vt ibi dixi,
puta ſi iure inſtitutionis illa à patre relicta fuerit,
vel ex verbis ſtatuti colligatur, quòd dos habea-
tur pro portione legitima. Secūda verò habeat
locum in 2rio caſu, qn̄ dos non ſuccedit loco legi
timæ, ſed detrahitur vti æs alienum, vt infra dicā.
8 Tertia eſt opinio, quòd filiæ faciant partem † fi-
lio habili in illius fauorem, ita vt quando ſunt 4.
filiæ. & vnus maſculus legitima non ſit tertia ne-
que ſemis, ſed dimidium ſemiſſis, de qua per Ro-
man. in dicta l. 1. C. quan. non petent. part. colum.
antepenultim. verſiculo in contrarium. & quod
filia excluſa faciat numerum in fauorem maſcu-
li, latè Decian. dicto conſilio 46. numero 31. & ſe-
quen. dicens ita practicatum, & communem dicit
Alciat. conſil. 479. numer. 13. & dicam infra pro-
ximè, & in ſeptima opinione. Sed opinionem Ro-
mani impugnat omnibus contrarijs ſoluendo Ga-
briell. d. conſil. 15. verſi. ſupereſt, vt reſpondeamus.
Quarta fuit opinio, quod talis dos ſuccedat lo-
9 co legitimæ, † & tamen ante omnino detrahatur,
vt æs alienum, vt per Alexan. conſil. 36. numer. 7.
libro 7. quem ibi ſequitur [redacted] qui
concludendo dicit, quod talium filiarum non ha-
betur ratio ad minuendam legitimam filij, ſed be-
ne ad eam augendam, quod etiam voluerūt Ale-
xandrin. & Panſ. quos refert Gabriell. in libr. com-
mun. concluſ. titulo de legit. concluſ. 2. in quinta
opinione. Sed aduertè, quòd hæc opinio Alexand.
non poteſt procedere, quia præſupponit, quòd
hæc dos ſuccedat loco legitimæ, quo caſu, vt ſu-
pra dixi, vera omnium ſententia eſt, quòd filia nō
facit partem; ideo iux. id quod ſcribit Gabriel.
conſil. 11. num. 9. poſſumus illam dicere veram,
& receptam, quatenus vult filios. non numerari
qn̄ dos non eſt loco legitimæ, ſed falſam, & repro-
batam, quando vult dotes deduci vt legata, vt
dixi etiam ſupra in ſecunda opinione, & quod fi-
liæ non faciant partem hoc caſu tenuit idem Ga-
briell. dicto conſil. 15. numer. 20. & poſito, quòd
dos vti æs alienum detrahatur, illa eſt detrahenda
10 de integro † corpore hæreditatis, & non de ſola
legitima fratrum, & ideo filius capiet de eo, quod
ſupererit integram ſuam legitimam. quæ opinio
eſt vera, & cōis, vt dicit, & firmat, vt vnum pro
multis allegem Decian. d. conſ. 46. n. 21. & 37. poſt
plures ibi citatos, quibus alios addere poſſumus
cumulatos per A. Gabriell. d. concluſ. 2. n. 23. & 4.
& illis addo Capyc. deciſ. 158. n. 7. Burſ. conſ. 92. n.
40. dicens in fi. conſilij ita iudicatū, & ſi addamus
doctores, qui tenuerunt ſecundā opinionem cū
quib. in hoc caſu tranſit Rub. conſ. 156. n. 6. & in fi.
conſi. non eſt dubium, quin hæc opinio ſit magis
cōis, & vera præſuppoſito ſemper caſu in quo dos
nō ſuccedit loco legitimæ, ita vt filiæ nullo modo
partem facient. & hāc opinionem cōem, & tenen-
dam ad maius cōmodium maſculorum dicit Si-
mon de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 3. dubitat.
5. ſolut. 6. n. 5. vbi illam limitat duob. mod. Caph.
latè conſi. 245. per totum lib. 2. & conſ. 322. num. 4.
Bero. conſ. 138. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 31. n. 71. Ca-
gnol. in l. Papinianus. §. quarta. numero 11. verſicu-
lo pariformiter. D. de inoffic. teſtament. Cardinal.
Alban. in dicta l. Titio. §. Titio genero. in addit. ibi
ad Bartol. D. de condit. & demonſtrat. Corn. dicens
veram, & communem. conſil. 199. libro 3. qui ta-
men loquitur in caſu, de quo dicam infra in 7. opi
nione. Menoch. conſil. 71. numer. 25. libr. 1. Port.
conſil. 13. num. 13. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 21.
1. par. Crauet. conſilio 165. numero 4. & conſilio
186. numero 12. Tob. Non. conſi. 18. Gabriell. con-
ſilio 121. numer. 54. & conſilio 101. numer. 10. &
hanc opinionem ego tenendam vti veriorem, &
magis communem credo, nec ab illa in iudican-
do,

do, & conſulendo recederem, præſuppoſito ſemper, quod dos non ſuccedat loco legitimæ, & iuxta illam fuit obtentum, vt infra dicam.

Quinta fuit opinio, quod dos computetur in le
11 gitima,& filiæ faciant partem, † quãdo ſtatutum vult filias dotari vſque ad quantitatem legitimæ, vt dicit addit. ad conſil. Socini poſt ſuas lecturas. poſt Corn.conſilio 197.& 303.libr.1.& hæc opinio in terminis talis ſtatuti poteſt eſſe vera, quia tunc dos ſuccedit loco legitimæ, & ſtatutum expreſsè vult dotem eſſe pro legitima, quo caſu fiet detractio de triente maſculi,quaſi quòd filia habeat intra ſuitatis,& non ſit èxtranea, idque ſentit Ang. in l.Papinianus.§.quoniam.num. 5.& §. vnde ſi quis. nume.2.D.de inoffic.teſtam. & conſil. 300. Caſtr. in l.huiuſmodi. §. ſi Titio.nume.1. D. de legat.1.& conſilio 52.verſiculo breuiter.colum.final.lib.1.& in hoc caſu,vt aliàs dicebam, non video aliquem è Doctoribus tenentem contrarium, poſito quòd dos ſuccedat loco legitimæ. & ita loquuntur, & intelligendi ſunt omnes Doctores, quos allegat Crauet.in dicto conſil.966. ſi in fonte videantur. & in his terminis hanc opinionem admittunt Cephal. Pariſ. & Gabriell. Curt iun.conſil.268. Bero. dicto conſil.138.numero 14 libr.2.Grat.conſil. 160. poſt nume. 28. Sed difficultas eſt non parua, an in ſpecie huiuſmodi ſtatuti dos habeatur pro legitima.

Sexta eſt opinio in hoc articulo, quòd ſi ſtatu-
12 tum excludit ſimpliciter filiam, † & mandat dotari nõ faciat partem, ſed habetur pro extranea.ſi verò excludit ſolùm dotatas, vel habuit conſiderationem aliquo modo ad legitimam, tunc filia tamquam in conſideratione habilis à ſtatuto, faciat partem, & dos computetur pro legitima, vt refert Gabriell. dicta concluſ. ſecunda. verſic.quarta opin.poſt Socin.conſilio 150.libro 1.ita videtur diſtinguere Decian.dicto conſil. 46. Cephal. dicto conſi.245 num.20.pulchrè Mich.Graſſ.commun. opin.§.legitima.quæſtio.7.num.4.verſicu.Quid dicendum.Purpurat.conſil.264.in fin. & ſimilem diſtinctionẽ videtur feciſſe Caſtren.in d.l. Titio centum.§.Titio genero.poſt.nume.8.verſicu.ego pluries & conſil.275.dub.2.lib.1.& conſi.468.quod eſt vltimum.dub.3.lib.2.quem ſequitur Soci.ſen.conſilio 75.nume.8.vſque in fin.libr.3.Cuman. conſil. 35.colum.2.verſiculo in contrarium. Corn. dicto conſilio 199.colum.2.libr.3.Alexand.conſil.13.numero 12.libr.3.179.numero 5.lib.5.Pariſ.conſil.25. nume.39.libr.2.& dicto conſil.53.nume. 76. libr.3. Ruin.dicto conſil.152.poſt nume.7. libr. 2. & quo ad primũ caſum diſtinctionis ita intelligendi ſunt Doctor.allegati per Riminald.dicto conſil.31.numero 74. libro 1. Sed Brun. in hoc articulo refert diuerſas opiniones Doctorum numero 23. & ſeq. & tandem reſidet cum opinione illorum,qui voluerunt,quòd fœminæ nullatenus partem faciant etiam ratione dotium, & quod legitima ſit tertia pars vel ſemis totius hæreditatis, deducto ære alienò,& deductis dotibus excluſarum, ita quòd ipſe dotes nec in patrimonio, nec in legitima quo ad calculandum ipſam legitimam computentur,dicens hanc opinionem veriorem, communem, & tenendam,& ſecundum illam fuiſſe iudicatum in cauſa de Pelletis Aſten. & ſic loquitur in terminis ſtatuti Aſten.in quo ſolùm dotatæ vel maritatæ excluduntur, vt per ipſius ſtatuti verba videre licet, quæ poſui aliàs ſupra deciſ. 63. neque enim hoc caſu dos poteſt ſuccedere loco legitimæ, vt filiæ faciant partem,iux.receptiorem opinionem,quam etiam magis communem dicit Purpurat.conſilio 350. per totum.lib.1.& conſilio 546.numero 3. libro 2.Cephal. conſilio 765. in fin. libr. 5. Bertazol. conſilio ciu. 108. nu.7. vbi dicit veram, & cõem.

Septima fuit opinio, quòd ſi ſtatutum excludat filias fauore maſculorum, vt ſi ſtatutũ dicat, quòd extantibus maſculis vel agnatis filiæ nõ ſuc
13 cedant, † tunc filiæ faciant partem ad commodum maſculorum, vt per Brun. dicta quæſtio.3. numero 44. Decian.dicto conſilio 46.numero 33. & ſequen. Sed hæc opinio non eſt ita ſimpliciter intelligenda, ſed tunc demum quando dos ſuccedit loco legitimæ,tunc enim licet ex veriori, & cõmuniori filiæ faciant partem tamquam agnitæ, tamen ſi habuerunt dotem attento,quòd excluduntur à ſtatuto fauore maſculorum illud,quòd plus eſt vltra illarum dotem ad veram portionem legitimæ, cedit in fauorem maſculorum, & ita poteſt intelligi opinio Alexand. & Moder. ac Rubei, quam retulimus ſupra in quarta opinione, & mihi videtur in hoc caſu veriſſima hæc opinio, quia cùm ſtatutum filias ſeu fœminas excludat fauore maſculorum ſeu agnationis, omnia ſunt acceſſoria ex hac excluſione prodeũtia in illorum fauorem interpretanda: inde credo quod Brunus bene conſuluerit,licèt hũc paſſum dixerit dubium Bal. & irreſolutum reliquerit in conſilio 157.libro 5.& iſta eſt vera opinio Caſtr.in dicta l.planè. §. ſi duobus.nume.8.de leg.1.& hoc modo Gabriell.etiam dicto conſilio 11.nume. 17. dicit impinguari partem maſculorum. & dicto conſilio 15. nume. 21. & numero 29.verſiculo ex his confido.& pro hac opinione induco opinionem P.Iacobi. in titul. de condict.ex l.omnimodo.nume.7.verſiculo ille ergo filius. vbi voluit quòd filius vel filia per renunciationem excluſi faciant partem in fauorem vniuerſalis hæredis, & computentur in numero filiorum ad calculandũ legitimam, & ſic cùm hic ſimus in fauore maſculorum, illorum fauore hæc erit ad ſtatutũ facienda interpretatio,neque enim abſurdum eſt, vt quis faciat partem, & ad illam non admittatur.l.huiuſmodi. §. ſi Titio. D. de leg. 1.& ita primam opinionem ſupra relatam ad hũc caſum trahit Pariſ. conſil.36.numer.29. libro 2.dicens tunc magis communem. vt refert Gabriell. dicta concluſ.2.nume.2.& in his terminis ad fauorem maſculi conſuluit Corn. dicto conſil.199. licèt tranſeat cum illa opinione ad fauorem maſculi, vt dos detrahatur vt æs alienum ab vniuerſa hæreditate, & maſculus habeat integram legitimam. quam opinionem dicit communem, & tenendam. & cum P. Iacobo, quòd filiæ faciant partẽ in fauorem vniuerſalis hæredis,tenuit Boer. deciſ.104. numer.10.& hoc caſu dici poteſt, quòd filij habent reſiduum iure accreſcendi, prout lo-

quitur Iaſ. in dicta l re coniuncti.nume. 247.& tenuit Roman.& alij realati.per Gabriell dicta concluſ.2.nume.5. in tertia opinione quibus addo Bellon.conſil.83. nume. 18. Ita vt portio, quę ſupereſt vltra legitimam & dotem, quæ loco illius ſuccedit, accreſcat maſculis, licèt his cõtradicere videatur Caſtr.conſil. 286.col.2.& 3.lib.1.Crau.d. conſil. 966.nume.4.& ſeq.

Octaua eſt opinio mea, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd filia à quocunque dotata ſit excludatur ab hæreditate patris omnino, tunc quia in totum tollitur legitima, dos quam habet etiam in bonis patris à fratre vel alio, non ſuccedat loco legitimæ,
34 † & per conſequens filia nõ faciat partem per ea, quæ ſupra diximus. & quia perſona excluſa omnino à ſucceſſione etiam ab omni legitima & ſupplemento non facit partem, neque connumeratur, cùm pro mortua habeatur, & illud quod illi debetur detrahitur vt æs alienum de tota hæreditate per condict.ex lege Bar.in l.1.D.de condict.ex lege.& iſta opinio eſt vera, & communis ſecundũ Corn.dicto conſil.199.Socin. conſil. 150 153.288. libr.2.& probaui latè ſupra in ſecunda, & quarta
35 opin. Si verò filiæ habuiſſent à patre dotes † in teſtamento iure inſtitutionis vel legitimę, tunc facerent partem, vt in hoc caſu tenuit Gabriell.d.conſil.11.nu.17.Ratio eſt, quia tunc dos in legitimam computatur, quo caſu non eſt dubium, quòd filia facit partem, & ſic erimus in terminis primæ opinionis, cùm filia nõ habeatur pro mortua vel pro extranea.Caſtr.conſil.52.ſuper primo puncto. numero 2.libr.1.Alex.conſil.131. libr. 1. Ideo ſi pater
36 relinquat aliquid filiæ † in teſtamento, id imputari debet in legitimam citra omnem dubitationẽ, vt cenſuerunt Bal.Caſtr.& Com.quos hoc caſu ſequitur Brun.dicto art.13.quæſtion. 3. colum. 4. & 5. verſicul. ſed pro concordia. Socin. ſen. conſilio 76.libro 3.Pariſ.conſilio 36.numero 29.& conſilio 54.numero 19.volum.2. Decian. dicto conſil. 46. numero 26.in fin.& dicit communem Bellon. conſilio 83.nume. 15. poſt Bald.Angel.Soc.Caſtr. Com.Aret. Curt. Iun. Curt.ſen. Caſſan. Fabian de Cıochis, quos allegat. Ruin. conſil. 40. n.11.vol.3.

Verùm in hoc vltimo, quòd filia inſtitura à patre ſtante tali ſtatuto faciat partem, contrarium
37 † tenuit Bartol.conſil.8 in fin. Borgnin. in tractat. de vſufru.mul.relic. numero 59. Tiraquell.de primogen.quæſtio.56.& quòd cõmunis concluſio quæ habet, quòd filiæ non faciant partem, procedat etiam quod pater teſtamentum fecerit, tenuit Ruin.conſilio 52.numero 9.libr.2.Brun.art.11.quæſtio.2.numero 5.cir. fin. Pariſ. dicto conſil. 54. numero 4. libro 2. Burſ. dicto conſil. 92. in fin. Bero. dicto conſilio 138. numero 13. & 18. dicens hanc concluſionem eſſe de mente omnium, & pro illa plures allegat illam ſequendo Crauet. dicto conſilio 966.numero 9.Rub.conſil.156. numero 8.cir. fin.Petr.conſilio 13.numero 13.& 14. Gabriell. dicto conſilio 11.numero 7.Riminald iun.dicto conſilio 31.numero 74.& 75. Fabian.in dicta auth.nouiſſima.numero 211.& 215.C.de inofficioſ.teſtam. & præſuppoſito tali ſtatuto, video non obſtante tali inſtitutione hanc eſſe magis receptam opinionem. Vnde non refert ſit dos relicta nec ne titulo inſtitutionis, quinimo vbi pater expreſsè illam reliquiſſet pro legitima, non potuiſſet in hoc præiudicare filio ad minuendam illius legitimam à ſtatuto auctam. Calderin.in conſil.32.titu.de teſtam.

Ex iſtis omnibus ſupra relatis opinionibus videre licèt quàm anceps, & difficilis ſit huius quæſtionis reſolutio, & ideo cùm ſimilis quæſtio diſcutienda coram Senatu occurriſſet in cauſa Beccariæ ſuper ſtatuto Montisregalis excludẽte fœminas, fuit
18 diuerſimode determinata; † & fuerunt latę tres ſententiæ. Primò enim cùm cauſa non eſſet plenè diſcuſſa attento concordio aduocatorum, inclinauit Senatus in illam opinionem, quòd filiæ facerẽt partem, & dos ſuccederet loco legitimę referente. D.Cerua. 1581. 20. Iunij. Verũ petita reuiſione fuit reuocata iſta ſententia, & dictum quòd attentis verbis ſtatuti Montisregalis, vbi videbatur omnino excluſa filia, data illi dote congruenti, (quamuis aliqui ex dominis dubitarent) talis dos non computaretur in legitima, & filiæ non facerent partem, præſertim quia illud ſtatutum nõ curabat à quo dotata eſſet, & hoc non obſtãre, quod pater dotaſſet filias in teſtamento in dimidiũ florenũ iure inſtitutionis quo caſu ego tenebã contrarium. Imò cùm ageretur contra fideicommiſſarium dicebam ſalua meliori deliberatione, quòd legitima inſpicitur tempore mortis patris, vnde tunc filiæ tres vnà cum filio trientem capiunt, in quo triente dotes perſoluunt, quæ ſi ad plus aſcendunt quàm ſit filiarum legitima, id ſuper reliqua hæreditate percipitur, ne filij legitima minuatur: ſin verò ad minus tunc quòd ſupereſt lucro cedit filio maſculo, reliquum detracta Trebellianica cedit fideicommiſſario. Et cùm partes viderent duas ſententias contrarias, voluerunt reuiſionem, & tandem Senatus totus congregatis claſſibus, & re per aliquot dies multum diſputata, ac viſis allegationibus præſtantiſſimorum I.C. DD.Ludouici Morotij. M. Goueani nũc Senatoris meritiſſimi, & Franciſci Oderti, qui pro fideicommiſſario conſuluerant, & DD. Conſtantij Filippi.Io. Vaudi, & Aſcanij Bentij, q pro ſororibus de Beccarijs ſcripſerãt, & reuolutis libris pro vtraq; parte facientibus confirmauit hanc ſecundam ſententiam, diſcrepantibus tamen votis, & cenſuit in terminis prædicti ſtatuti eſſe ſequendam ſecundam opinionem ex eo quòd per illius verba elici non poterat, quòd dos ſuccederet loco legitimę, Anno 1583.ſecunda Iunij. & dictum in poſterum non fore ſuper hac quæſtione vlterius dubitandum, ſed iſtam deciſionem perpetuò obſeruandam, vt auferatur diſputationibus multiplicibus occaſio.

Mobilium appellatione an veniant pecuniæ, ita vt in legato mobilium generaliter facto comprehendantur.

DECISIO CLX.

1 *Pecunia eſt res mobilis.*

2 *Mobi-*

2 *Mobilibus legatis an veniat pecunia reperta in capſa teſtatoris.& nu.4.& quid ſi ſit dictio vniuerſalis.nu.5.*
3 *In legatis à proprietate verborum non receditur.*
6 *Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata an in legato mobilium comprehendatur.*
7 *Mobilium appellatione non venit pecunia in legatis attento communi vſu loquendi.& nume.12.*
8 *Dec.in conſil.472.examinatur.*
9 *Pecunia ad negotiationem deſtinata cenſetur res immobilis.& idem ſi fœnori ſit deſtinata.num.10.*
11 *Mobilium in relicto non venit pecunia, ſi locus vbi mobilia repoſita ſunt deſignetur.*
13 *Fructus hæreditatis an in legato mobilium veniant, & quid de nominibus debitorum remiſſiuè.*

1 PECVNIAM rem † mobilem eſſe nemo eſt, qui neſciat, ideo mobilium, ſeu mouẽtium appellatione illam cõtineri omnes ſcripſerunt, in l. mouentiũ. 93.D. de verbor.ſignieat.vbi prę cæteris Brecheus, & Fomerius ex recentioribus. neque enim negari poteſt quin pecunia ſimpliciter, & propriæ ſit res mobilis, vt dicit Tiraquell.de retractu. §.1.glo.7. nu.102. poſt Cyn. Bald. & Alberic.in l. ea demum. C.de collat. Angel.in §.& quia parum.auth.de nupt.per illum text. Hinc dubitatum fuit apud Doctores, an in le-
2 gato † mobilium,pecuniæ, quæ in domo,& capſa teſtatoris repertę fuerunt,contineantur,& legatario cedant. Nam quod illę veniant, & quod legato mobilium cedant,tenuit Dec. conſil.381.num. 4.& conſil. 472. colum.1. & poſt eum Tiraquell. de retract.d.glo.7.nu. 102. Pariſ.conſil.67.nu.11.lib. 2.Mantica de coniectur. vltimar. volun.lib.9.tit.3. num.2.Natt.conſil.117.num.5.Stracca in tract.de mercatur. par.1.nu 76.Io.Gall.deciſ.ſeu q.1.Pinell. in l.1.2.par.nu.44.C. de bon.mater.moti per tex.in in l.ſi chorus.79.§.1.D.de leg.3. & per multas rationes, quas allegat Dec.in d. conſi.472.& præcipuè, quia præſuppoſito pro verò, quòd ex proprietate
3 vocabuli pecunia ſit res mobilis, non erit † in legatis ab hac verborum proprietate recedendum. l.non aliter.de leg.3.
Sed quòd imò pecunia in legato mobiliũ non
4 † comprehendatur,tenuit Iaſ. in l.ſingularia.num. 28.Corn.conſil.49.libr.3.Alc.in l. mouentium.in fi. D.de verbor.ſignificat. & in dicta l.ſingularia. Gabriell.conſil.98.nume.20. & ſequen.qui mouentur ex text.in l.quæſitum.78.§.1.& in l. ſi mihi Męuia. 91.in fin.de legat.3.Quorum opinio ſi bene conſiderentur iura,& rationes pro vtraque parte allegatæ,probabilior certè videbitur, attenta præſertim regula illa, quam Paul. libr.3. ſententiar. titulo de vſufr. cap. de mobilib.legat.& poſt eum Harmenopolus grecus interpres lib.5.titu.10.circ.fin.tit 1. proponunt, ꝙ mobilibus legatis aurum, vel argẽtum non continetur,ſed illorum ſpecialis mentio fieri debet, licèt aurum, vel argentum à pecunia differant.l.cum aurũ,in prin.D.de aur.& arg leg.
Sed pro cõcordia ego cogitabam diſtinctionẽ, quòd aut pecunia eſt in magna quantitate puta vltra centũ aureos in nobili,10.in mediocris fortunæ,& 25.in ruſtico, & tunc in legato mobiliũ non veniat, per d.l. quæſitum. & l. ſi mihi Mæuia. Aut extat in minori ſumma, vt ſupra reſpectiuè,& tũc veniat illa pecunia in tali legato.d l. ſi chorus §. 1. Moueor q̃a I. C. in d.l. ſi chorus. facit diſtinctionẽ an pecunia eſſet fęnebris ideo repoſita, vt mutuo daretur, vel eſſet in peculio, dum de peculio dixit intelligit de modica ſumma, quia peculiũ dicitur puſilla pecunia, ſeu patrimonium puſillũ.l.depoſitin.§.peculiũ.D. de pecul. & in terminis illius text. ſentit Coita in ſuis memoralib. in verbo peculiũ, & arridet huic opinioni interpretatio Iacobi Reuar.ad illum text.lib.5.varior.c.17. & Coraſ. libr.1. Miſcellan.c. 13. & cum hac opinione vidi poſtea tranſire Gabriell d.conſ.98.nu.35. & hoc eſt,quod voluit Gomez.in §.item ſeruiana.nu.21.inſtitu.de act.dum diſtinguit inter pecuniam, quæ expendibilis eſt,vel pro theſauro habetur,licèt illius diſtinctio non conueniat literæ illius tex. quæ non intelligit ſub nomine peculij theſaurum, ꝙ ſibi paterfamiliàs theſaurizans conſeruat, cùm non intelligatur teſtator,nec præſumatꝰ alieni relinquere quã hæredi, quem magis diligit quàm legatarium.
Verùm retinere ſi velis indiſtinctè primam opinionem, quæ ſine dubio eſt magis cõmunis, præſertim ſi addamus opinionem illorum,qui voluerunt,ꝙ etiam pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata ſit res mobilis, de qua infra dicam, Am-
5 plia,vt multo magis illa procedat, quando † cum dictione mobilium teſtator addit dictionem vniuerſalem, quæcunq;, vel omnium & quæcunque, vt per Cur.iun.conſ.183.nu.4.Alex.conſ.118.nu.5. lib. 5. & in hac ſpecie videtur ſe reſtringere Dec.d. conſil.472.Tiraqu.de retract.d.gl.7.nu.20.licèt cõtrarium tenuerit Cor.d. conſil.49. col.fi.verſic.circa pecuniam, & ſit text.in d.l. ſi mihi Mæuia.§.fin. vbi ſunt verba generalia geminata, & firmet Tiraquell.dict.glo.7.nume. 26.
Amplia ſecundò, vt procedat communis opi-
6 nio etiamſi talis pecunia † fuiſſet ad emptionem prædiorum deſtinata:nam tũc deſinit eſſe res mobilis, & inter immobilia connumerabiꝉ in hoc legato, vt per doctores in l. cætera.§.fi. de leg.1.& latius per Boer.deciſ.209.vbi enumerat 25.doctores pro hac parte, & quatuordecim pro alia. & hanc opinionem tenuit Roland. de lucro dot.q.91. nu. 12. vbi dicit in fi.quæſtionis,ꝑ iudex aliter iudicando faceret litem ſuam,& illam cõem,& veriorem dicit And.Gaill.practicar. obſer. lib.2. obſeruat.11. vbi per totã pulchrè de hac re differit. Mich. Graſ. commun.opin.§.legatum.q.19.num.8.Mantica d. tit.3.num.2.in fi.& titu.2. num.2.eo.lib Pinell.in d. l.1.2. par.num.44.C. de bon.matern.Sed licèt hæc opinio communis ſit, altera tamen verior ſemper viſa fuit, quam præ cæteris latiſſimè defendit Tiraquell.in dict.glo.7.num.105.poſt Cuman.virum ſubtiliſſimum in d.l.cætera. §. ſed ſi ſeparauit. de legat.1. pro qua allegantur. l.tertia.§.6.de contrar. iud.tut.l.22.D.de adminiſtr.tuto. ſequitur Gomez. in dicto §. item ſeruiana nume. 21. & facit opinio eiuſdem Cuman. Alexan.& Areti.in l.ea demum.

C.de

C.de collat.quos refert,& ſequitur Tiraquell. in d.
glo.7.nu.111.qui voluerũt,quod pecunia ex re im
mobili redempta in legato non veniat, & de illa
iudicetur vt de re immobili.& cum hac poſterio-
ri opinione ſtante magna quantitate pecuniæ tran
ſiuit in facti contingentia Senatus.

Fallit nũc,& declaratur prædicta cõmunis opi-
7 nio,vt non habeat locum,quãdo † eſſemus in pa-
tria, in qua communis vſus præſertim idiotarum
eſſet, vt appellatione mobilium intelligeretur de
vtenſilibus, & ſuppellectilibus domus, & non de
pecunia,vt videtur eſſe in tota Italia,prout in hoc
caſu teſtatur Ioan.Andr.in addit. ad Specul. in ti-
tulo de fruct.& inter.§.1. verſiculo, ſed quid ſi de-
beo.dicens vſum, & formam loquendi attenden-
dos eſſe, vt ſecundum vſum accipiantur verba,
ceſſat enim ambiguitas illius verbi, *mobilium*, pro-
pter vſum loquendi, qui eſt vt de ſuppellectili, &
ſimilibus intelligatur. l.1.2.& 3. & l.ſuppellectile.
de ſupellect. legat. refertur enim verbum, *mobi-
lium*,non ad legum,vel legiſlatum ambiguitatem,
& ſubtilitatem, ſed ad factum, & ipſum commu-
nem vſum loquendi. argumento.l.quibus diebus.
§.dominus. de conditio. & demonſtrat. & hanc
opinionem Io. Andr. refert Natt. dict. conſil.117.
num.5.& ſuerunt illius verba originalia Oldrad.in
conſil.219.factum tale eſt.cir.fin. & ita tenet Corn.
conſil.49.num.3. Plot.in l.ſi quando.num.15.C.de
in lit.iuran. Pinell.in dict.l.1.2.par.num.50. dicens,
quòd ita vſus obſeruat.& ſecundum hanc opinio-
nem, quòd legatis mobilibus non veniant pecu-
niæ,etiam,quod eſſet dictio vniuerſalis,omnia,vel
quæcũque attento communi vſu loquendi in pa-
tria etiã iſta cõmuniter obſeruato, iudicauit Se-
natus in cauſa Taurinen. referente Illuſtr. D. Se-
natore Scalengiarum, nunc Legato pro Sereniſſ.
Duce Sabaudiæ apud Venetos.

Nec obſtabit huic opinioni tex.in d.l.non aliter.
de legat.3. quia fallit quando communis vſus lo-
quendi differt à proprietate verborum,tunc enim
magis attenditur cõis vſus, quàm verborum pro-
prietas.l.Labeo D.de ſuppellect.l.liberorũ.§.quod
tamen caſſius. D. de leg.3.

Minus obſtat doctri. Decij contrariũ tenentis
8 in d conſi.472. † quia loquitur in ciuitate Lucana,
in qua præſupponit non conſtare de tali cõmuni
vſu loquẽdi, ſed in caſu noſtro notorium eſt hanc
eſſe conſuetudinem huius patrię,quæ ita ſe hẽt,vt
eſt ea de qua loquitur Oldr.& Io.Andr.in locis ſu-
pra allegatis, & quã in Gallia admittit procedere
idẽ Dec.Nam apud nos appellatione mobiliũ,iux
ta cõem vſum patrumfamilias idiotarum, non
intelligimus ſimpliciter de rebus mobilibus om-
nibus,ſed de ſuppellectili, quæ enumeratur in l.3.
D.de ſupellect.legat. & iſte error verborũ facit ius
vt dicit I. C. in dict. l.3. in fin. præſertim in modo
loquẽdi, & vſu penes quem totum arbitrium eſt,
iux.illud Horat. citari à gl.in l. Labeo.§. nec mirũ.
dicto titulo de ſupellect. legat. vbi I.C. inquit non
eſſe mirum vſu longo, & moribus ciuitatis re-
rum appellationem mutari, vnde nunc aliud eſt
dicere lego mobilia mea, aliud omnes res mobi-
les, nam illa dictio mobilia, videtur eam ſpecia-
lem apud vulgum ſignificationem habere, vt tã-
tum ſupellectilem intelligat, non autem omnes
res mobiles, quæ moueri de loco ad locum poſ-
ſunt,quod etiam animaduertit Pinell. in dic.l.1.num.
45. & licèt ſcribat Mantica in dict.titulo 3. num.8.
quod talis loquendi vſus eſt probandus, tamen talis
probatio non erit in patria noſtra neceſſaria, quia
eſt notorius apud omnes talis loquendi vſus.

Fallit ſecundo dicta cõmunis opinio, ſi talis pe-
9 cunia fuiſſet ad aliquem † negotiationem deſtina-
ta: pone enim, quod teſtator eſſet nummularius, vel
mercator, & legaret vxori mobilia, certè eſſet ab-
ſurdum dicere,quòd vxori voluiſſet legare pecu-
niam, vnde redditus ſuos percipit, & pro hoc eſt
text. in dicta l.ſi chorus §.1. de lega.3.& l.ſi fundus
& l. ſi domus.§.1. & l. ſi ita legatum. 86. eod. titul.
Mantica dict.titul.3. num.3. & hoc procedet ſi pe-
cunia ſit in magna quantitate, vt ſupra dicebam,
& cẽſuit Senatus in quadã Taurinẽ. ideo ſi pecu
nia ſit apud argentarios, ſeu vt vulgò dicitur in
10 banchis,† vel fęnori deſtinata, aut in aliquo mon-
te non veniet in tali legato. dicta l.ſi chorus. §. 1.
Tiraquell. dict.glo.7. nume. 112.quamuis contra-
rium (& malè) ſenſerit. Mantica dicto titulo 3.nu.
2.poſt Pinell.in l.1.2. part.num.44. C.de bon.ma-
tern. & in dubio nũmi cenſentur ad negotiationẽ
deſtinati,vt per Gabriell.dict. conſil.98.nu.27.nam
non præſumuntur eius generis homines tenere
pecuniam otioſam, & id ſatis rerum magiſtra ex-
perientia nos edocet.

Tertiò limitatur,vt non procedat,ſi teſtator le-
11 gaſſet omnia mobilia, † quæ ſunt in tali domo
nullo omnino excepto, neque enim tunc veniet
pecunia, niſi de illa quoque teſtatorem ſenſiſſe
oſtendatur.dict.l.ſi mihi Meuia.§.fi. & d.l. quæſitũ
& hoc eſt, quod voluit Iaſ.in dicta l. ſingularia.
num.28.quem cum Alcia. Conr. & Gomez.ita in
iſtis terminis intelligit Pinell. in dicta l.1.nume.46.
verſicul.melius igitur.& nume.47. dicens hoc ca-
ſu male fuiſſe reprehẽſum Corn.à Dec. in d conſi
472.illa ratione quia relatio ad locum in hoc reli-
cto habita eſt,& in hac ſpecie video loquutos fuiſ
ſe I.C.in dictis iuribus ſupra allegatis, & in dicta l.
ſi ita legatum. 86. Gabriell. conſil 98. numero 28.
Plot. in dicta l. ſi quando. §.1. numer.15. Mantica.
dict.titul 3.num.3. qui hoc caſu vult,quòd illa pe-
cunia cẽſeatur ad negotiationem deſtinata. Verũ
animaduertendum eſt circa iura allegata pro hac
limitatione, quòd ibi I.C. ponunt caſum in loco
exemplificatiuè non reſtrictiuè, ideó non video
rationem ſpecialitatis de vno caſu ad alium.

Quartò, & vltimò declaratur. d. cõmunis opi-
12 nio, vt nõ procedat † ſi poſt legatum mobiliũ te-
ſtator illis vteret verbis in inſtitutione, *in alijs verò
bonis mobilibus,& immobilibus inſtituit. &c.* quia ex il-
la dictione, *mobilibus*, vltra communem vſum lo-
quendi declaratur mens teſtatoris, vt noluerit in
legato intelligere de pecunia. Ita Plot.in d.l.ſi quã-
do.§.1.Dec.conſil.665. colum.2.

Quid verò dicendum ſit in fructibus, an illi in
13 moblium † legato veniant, vide Mantic.dict.tit.3.
num.6.

nũme.6.Gabriell.dict.conſil.98.& nouiſſimè Rot. Auinionen. deciſ. 14. per totam. & deciſ. 16. Item an veniant nomina debitorum, dic quod non. D. Sola in commentar.ad decreta tit.de iur.emph.gl. 7.2.parte.nume.31.ſunt enim tertia ſpecies bonorum, vt ſuo loco dicemus, & tradit Andr.Gaill.d. obſeruat.11. num.9. & de hoc eſt text. in d.l.li mihi Mçuia.92.in principio.D.de legat.3.Mantica de coniectur.vltimar.volunta.libr.9.titu.3.nu.9.apud quem multa videre poteris ad materiam, quæ nam ſub legato mobilium cõprehendantur, quæ fruſtra eſſet hic repetere.

Minor in delictis an mitius ſit puniendus. Et iudex teneatur de neceſſitate pœnam minuere.

DECISIO CLXI.

1 *Minor in delictis mitius punitur, & quid in pubere, & doli capace num.2.& 4. & quid in atrocioribus. delictis, numer.5.*

3 *Minori in delictis non ſubuenitur, & qualiter id procedat numer.7.*

6 *Iudex tenetur de neceſſitate minorare pœnam attenta minori ætate.*

8 *Minor, qui deliquit, ſtante ſtatuto pœnam mortis inferente, non debet ad mortem damnari.*

MINOREM in delictis mitius puniendum eſſe, & pœna ex-
1 traordinaria, Doctores † noſtri & quidem magis communiter ſcripſerunt, per text. in l. auxilium. §. in delictis. D. de minorib. quod quidẽ in impubere videtur expeditũ per ea, quæ tradit Menoch. in tracta. de arbitrar.lib.2.centu.4.caſu.329.ratio eſt, quia talis ætas excuſationem meretur. l. 1. §. impuberi. D.ad S.C.Syllan.l.ferè.108. D. de reg.iur. & ætatis rationem habendam eſſe I.C. ſcribit in l.aut facta. §.perſona.D.de pœn.Gandin.in tracta.malef.rub.de pœn.verſi.cum aliquis. Sed an id locum habeat in pubere doli capace dubitatũ fuit: & cũ ſuper hac
2 quæſtione † diſputatũ fuiſſet in Senatu in perſona cuiuſdam de Virlis ætatis annorum 24. qui alium alabarda tractatè, & animo deliberato occiderat referente Domino Arcatore fuit dictum minorem 25.annis ratione ætatis non eſſe à pœna ordinaria. l. Corn. liberandum, & ideo fuit non obſtante minori ætate ad mortem me tamen reclamante, & ſuadente, vt ad perpetuas triremes relegaretur condemnatus, & decapitatus. Pro qua opinione facit ratio, quia minor ex omni delicto tenetur, ſicut eſt capax mali.l.pupillũ. D.de regu.iur. §.in ſumma.inſt. de obligat.ex delict. vnde regula
3 iuris in hoc caſu aperta eſſe videtur, quod † minori in delictis non ſubueniatur.l. ſi ex cauſa.9.§ nunc videndum. D. de minorib.l. ſi minor.36.D. ad l. Iul. de adult.l.excipiuntur.in fi.D.ad S.C.Syllan. quando enim extra pubertatem egreſſus quis eſt, & doli capax effectus, excuſationem nullam meretur, & dolus eſt in cõſideratione, vt dicit Bart. in d.l.ſi ex cauſa.§. nunc videndum.in fin.text.eſt in l.7.C. de pœn.ideo in publicis, & criminalib. iudicijs ætatis ſuffragio minores non iuuari ſcribit P. Faber in d.l.ferè.de regul. iur. pro qua opinione eſt glo.magna in l.ſi quis in tãtam.in principio.C. de vnde vi, & in d. l. ferè. vbi Accurſ. diſtinguit inter atrox, & atrociſſimum delictum, vt primo caſu mitius puniatur, ſecundo pœna ordinaria teneatur, quando delinquit in faciendo non in omittẽdo. vt per Socſen. in c.1.num,15.& 16. de delict.pueror, & illam glo.refert, & reaſſumit illam ſequendo Henric. Boic.in d.c.1.de delict.pueror.& hæc fuit Græci interpretis Harmenopoli clara ſententia in promptuar.iur. ciu.lib.6. titulo 6. vbi duobus in locis ſic ſcribit. *Qui cędem meditatò, & conſulto facit cuiuſcunque tandem ſit ætatis gladio plectitor.* Item alibi, *Li minor etiam 25. annis ſi cędem fecerit pœna tenetur legis Cornelia*, & videtur text. ad literam in l ſi quis te.C. ad l. Cornel. de Sicar. & quamuis aliqui faterentur id iudicis arbitrio relictũ eſſe, d.§. in delictis ibi,

Niſi quatenus interdum miſeratio ad mediocrẽ pœnam iudicem perduxerit.

Vt etiam tenuit in impubere Menoch. dict.caſu. 329. tamen arbitrium huiuſmodi ita interpretabantur, vt poſſet iudex etiam ad mortem iuxta caſuum diuerſitatem arbitrari; ita vt de neceſſitate minimè pœnam minuere teneatur, vt per Vincent.de Franch. deciſ.230. part. 2. & hanc opinionem multo magis in caſibus atrocioribus procedere Senatus volebat, vt in aſſaſſinagio. Vnde cũ fuiſſent præteritis dieb. inquiſiti duo iuuenes, vnus illorum annorum 19 aut 20. exiſtens, fuerunt ex illius voto nulla minoris ætatis ratione habita furca ſuſpenſi ex eo, quod in via publica quendam pro pecunijs ſubripiendis occidiſſent. 1589.die 4. Februarij. & ita vidi ſepius obſeruatum, vt minor 25. poſt pubertatẽ eadẽ pœna qua maior afficeretur in grauioribus delictis; imò etiam in ſimplici furto ſepius reiterato.1589.22.men. Martij. in quodam minore de Beuilaquis Taurinen. ætat.ann.21. qui fuit condemnatus tamquam famoſus latro ex eo, quòd plura furta commiſiſſet ad pœnam perpetuarum triremium.

Mihi tamen ſemper diſplicuit hæc obſeruantia Senatus, nec illam vnquam quotieſcunque caſus
4 contigit † probare potui tanquã nimis rigoroſam, & humano iudice indignam, per text. in d.§.in delictis. & ſtante pro hac parte magis cõi doctorum opinione, de qua teſtatur Gomez.lib.3.var.reſolu. c.1.nu. 62. & quam tenuerunt Gandi. Aret. & alij quos refert & ſequitur pulchrè cõſulendo Io. Bap. Caccialup. inter conſ. criminal. Zilett. conſi.92.lib. 1. vbi reprehendit iudices contrariũ tenentes, dicẽs ita vidiſſe pluries conſultũ per celeberrimos doctores, & obtentum, & quòd iſta non eſt miſeratio crudelis, & reprehẽſibilis, ſed legalis, & laudabilis apud ſublimes iuriſtas, & viros magnanimos. Marſil. conſil.24.nu.38. & 30. nu.20. Galeat. Maluat. inter.ead. conſil.crimin. conſil. 111. nu.25. eod.lib.1. Menoch. poſt Zuccar. de arbitr. dicto caſu 329. numero 19. & hanc opinionem eſſe penes omnes receptam nec aliquem cõtrariari, ſed potius con-

uenire

uenire etiam in caſu adulti dicit Hyppol. Riminal. inter eadem conſilia conſi. 135. vbi innumeros refert illam tenentes, & reſpondet ad iura, quæ contrarium ſuadere poſſunt. Burſat. conſil. 77. nu. 19. lib. 1. & pro hac parte multas rationes non quidem contemnandas, & omnino videndas refert, multos etiam allegando more ſuo vir multiſcius Tiraqnell. in tracta. de pœn. temperan. cauſ. 77. per totam. & hanc ſententiam in iudicijs obſeruatam teſtatur Grammat. deciſ. 23. & vot. 14. nume. 1. & & 2. vbi licèt dicat in caſu ſuo fuiſſe reum ad mortem damnatum, tamen illud factum fuit, quia fuit per teſtes cõtrarios maior ætas probata. Idem voluit Vueſembech. in ſumma tit. D. ad l. Cornel. de Sicar. nume. 26. illa ratione, quia quoties in delicto eſt minor dolus, toties pęna quoque minor eſſe debet. Sed in minore eſt minor dolus, ergo minori pœna plectendus erit, & ita dicit per Imperij ordinationes cautum eſſe, & ſequitur Mandoſ. in ſuo tracta. de æta. minori. cap. 4. nume. 30. qui dicit hanc eſſe filoſoficam conſiderationem. Boſſ. in titul. de confeſſ. nume. 69. in fin. Ludouic. à Pegnera Hiſpan. deciſ. crimin. cap. 24. nume. 21. verſiculo 4. conſideranda eſt. dicens ita fuiſſe iudicatum. & de magis cõmuni teſtatur. Sfort. Odd. de reſtitut. par. 2. quæſtio. 79. articu. 9.

Hanc opinionem adeo veram quidam ſunt arbitrati, vt illam etiam in atrocioribus delictis pro-
5 cedere † voluerint, vt in ſacrilegio. Bertachin. quẽ refert Clar. in §. ſacrilegium. verſicu. ſed quæro. Peguera dicto loco. In famoſo latrone. Caccialup. dicto conſil. 92. In homicidio. Riminald. dicto conſilio 135. Grammat. dicta deciſ. 23. In Abortu. Dec. conſil. 535. cir. fin. Ozaſc. deciſ. 60. nume. 8. dicens ibi propter minorem mulieris ætatem Senatum motum ad pœnam minuendam, de quo nos diximus ſupra deciſ. 12. & 13. In ſtupro violento. Cuman. conſilio 95. In furto, vltra Caccialupum Fulgoſ. conſilio 137. Rol. conſilio 51. nume. 40. libro 1. Sed quicquid in alijs ſit, in crimine læſę maieſtatis hæc non procedet opinio, vt per Henric. Boic. in dicto capit. 1. de delict. pueror. illo etenim caſu maioris perſonam minor repræſentat, & ideo maioris pęna pariter affici debet. Cęphal. conſilio 304. numero 197. libro 3. Ideo I.C. ad hunc caſum reſpiciẽs vtitur dictione interdũm, in dicto §. in delictis. Item non habebit locum in parricidio, vt latè per Francum dicta deciſ. 250. vbi tamen multa concurrebant, quæ delictum etiam in minori ætate commiſſum aggrauabant. & ibi inclinare videtur in ſniam, quòd regulariter minoretur pęna.

Quibus ſic ſtantibus non eſt quod iudicis arbitrium extendant aliqui, vt poſſit iuxta caſuum diuerſitatem vſque ad mortem arbitrari, quia vltra, quòd hæc opinio nõ eſt vera ſimpliciter, vt dixi ſupra deciſ. 12. nu 9. in iſtis etiam terminis improbat per Gomez. Caccialup. & Vueſembech. in locis ſu-
6 pracitatis. Imò quòd dè neceſſitate † iudex teneatur minorare pœnam, ſcribit Foler. in prac. crim. par. 4. nu. 17. poſt Saly. c. Bal. Caſtr. & Alex. in l. etſi ſeuerior C. ex quib. cau. infam. irrog. & communem dicit Gramma. dicta deciſ. 23. nume. 11. & duob. ſequent. Burſat. dicto conſilio 77. nume. 19. lib. 1.

Nec obſtat generalis illa regula, quod ętati non ſubueniatur in delictis, per iura ſuperius adducta, quia vltra reſponſionẽ traditam à Riminaldo dicto conſil. 135 reſpondere etiam poſſumus, quòd
7 illa † ſit vera in quantum minor 25. non remaneat ex ſuo delicto impunitus, ſed tamen non negant, quin extra ordinẽ tunc ratione ætatis puniatur, & mitius aliquo modo quã puniret maior, ita vt iudex magis miſerationem, & clementiam quàm iuris rigorem ſequatur; & eodem modo reſponderi poteſt ad l. ſi quis te. C. ad l. Cornel. de Sicar. & ad Fabr. & omnes illos qui voluerũt, quod in delictis ætati nõ ſubueniatur. Sic enim videmus, quòd licèt iuris authores adulterium (quod nõ niſi in pubere contingit) impunitum in minore eſſe nolint l. ſi minor. 36. D. ad l. Iul. de adult. fuit tamen ætatis ratio habita quo ad minorandã pęnam in tali delicto. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. fratres. D. ad l. Iul. de adulter. vbi pro

Claudiæ, Claudio,

Legendum eſſe Cuiac. ſcribit in d. §. in delictis. ſuper verbo. vtique atrocioribus, in fin. licèt enim rigor iuris ad delicta terrenda aliquid ſeuerius induxerit, iudicis tamen officium eſt pęnas eiuſmodi circa perſonarum ſexus, & loci qualitatem infligere, & alias circunſtantias conſiderare, de quibus I.C. in l. Aut facta. §. 1. D. de pœn. vnde Marcianus in l. perſpiciendum. dicto titulo de pœn.

Planè (*inquit*) in leuioribus cauſis proniores ad lęnitatem iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatem legũ cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.

Cuius verba ſeueros illos, & nimię iuſtitię iudices, vt nominat Bal. à Boſſ. relatus in titul. de alim. præſtan. vxo. n. 8. in corde ſemper ſcripta habere ſummopere cuperem, quos conſiderare moneo hominem creaturam Dei eſſe, maximo cum miſterio creari, creatum educari & conſeruari non ſine maximo parentũ ſudore & vigilijs: vnde non debet tã nobilis factura, & animæ corporiſq; coniunctio ita facilè diſſolui & annihilari. Item animaduertere debent ſeueri iſti iudices miſericordiã in diuinis ſcripturis ſemper cũ veritate iunctã fuiſſe, vnde canit propheta. *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, Iuſtitia & pax oſculatę ſunt*, & dicit Iac. in epiſtola ſua. c. 2. qđ ſuperexaltat miſericordia iudicium. & multa ſimilia doctè adfert rigoroſum iudicem inſtruendo Iacob. Simancha Catolicar. inſtitut. titulo 47. numero 79. & 80. Aureos illos verſus Claudiani referendo.

Sis pius in primis; nam cùm vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Ideo licèt ſacroſanctæ leges optimè malefactores puniendos nulla harum rerum conſideratione habita voluerint, eſt talis aſperitas ſaltem in minori ætate lenienda, & hic miſericordia exercenda. Vnde illud in ore omnium, *Aetas excuſanda,*

ſtanda,& Plato lib.13.de ſcientia. *Reſpondeat autẽ inuior (inquit) nam ſi labatur minus peccabit, mitius igitur punietur*, cuius verba ẽt refert Mandoſ. in loco ſupra citato, idq; magis procedere debet ſtante communi opinione de qua ſupra dixi: nam ſi iudex in ciuilibus communem opinionem ſequi debet, exclamentque vbicunque Doctores, iudicem contra communem iudicantem litem ſuam facere, quomodo in criminalibus, & vbi de vita hominis agitur poterit à recepta magis opinione recedere? Caueant igitur Domini iudicantes ne ita aſperi ſint, ne aliquando ſummum ius, & ſeueritatem, quam in homines ſine cõſideratione exercent, illi poſt mortem iudicio Dei in ſe ipſos experiantur. vt dicit Diuus Iaco. d.c.2.

Neque obſtabit, in patria noſtra text. decreti noui Sabaudiæ inter criminales. libro quarto. titul. *del reo*. in fin. quia illud intelligi debet quo ad ſolennia, prout loquitur dum de nullitate proceſſuum tractat, non autem quo ad pœnam ex delicto infligendam, quia tunc iuris diſpoſitio eſt ſeruanda, cùm ſimus in odioſis, in quibus ſtricta fieri debet interpratatio, & ita in terminis ſtatuti dicit Boſſ. dicto titu. de confeſſ. numero 69. in fin. ſic enim & tale decretum, vel ſtatutum non excludit minorem à beneficio reſtitutionis in integrum, vt ex communi conſuluit Roman. conſilio 90. numero 2. & 3. Dec. conſilio 39. numero 3. in fin. Sfort. Oddo de reſtitut. in integr. quæſt. 16. art. 9. part. 1.

Ex hac verò magis communi opinione inferunt Doctores vnam notabilem declarationem,
3 ſiue ampliationem, quòd ſi ſtatuto caueatur, † vt quilibet homicida capite puniatur, minor tali pœna non puniatur, ſed mitius plectatur, quam opinionem communem eſſe multis Doctorum authoritatibus oſtendit Hypolit. Bonacoſ. commun. opin. criminal. libr. litera M. in verbo minor non debet. ad quem ne longior ſim lectorem beneuolum remitto. Illud præterea adnotare libet, quòd ſi vellemus tenere opinionem illam gloſſ. quòd ætati non ſubueniatur, illa habebit tantum locum in delictis atrocioribus non in atroce, vel leuiori, ita diſtinguit ipſa gloſſ. in dicta l. ferè. Et quando delictum dicatur atrox, vel atrocius pulchrè examinat Clar. in prac. crim. §. 1. numero 9. Ex quo inferebam in facti contingentia malè fuiſſe condemnatum illum minorem ætatis annorum 21. ad pœnam triremium perpetuarum ex eo, quòd faſſus fuiſſet ſe plura furta commiſiſſe, & tot, quòd de numero non recordabatur, tum reſpectu minoris ætatis, tum etiam, quia illa confeſſio erat facta in tortura nullis præcedentibus legitimis indicijs, & ideo nulla erat, vt p Maſcard. concluſ. 354. in verbo confeſſio. Imo ab ipſo minore reuocari poterat, & aduerſus illam reſtitutio in integrum erat concedenda, vt ſingulariter determinat Angel. in l. certum. §. in pupillo. D. de confeſſ. Roland. conſilio 51. numero 38. & eſt pulchrè addit. ad Matheſilan. notabil. 58. numero 5. quicquid dicat Sarmient. Selectar. libro 3. capit. 13. ideo cùm illius ſententiæ petita fuiſſet reuiſio, fuit frequenti exiſtente Senatu reparata, & mutata pœna attenta minori ætate ad pœnam fuſtigationis, & banni per quinquennium. 1589. die 11. Iunij. Referente D. Senatore Ermolio.

Filij duorum fratrum an ſuccedant patruo in ſtirpes, vel in capita.

DECISIO CLXII.

1 *Filij fratrum ad ſucceſſionem patrui venientes qualiter diuidere hæreditatem debeant. duæ inuicem pugnantes ſententiæ referuntur. nume. 2. & 3.*

4 *Lex antiqua ſemper in pari gradu tranſuerſalium hæreditatem diuiſit in capita.*

5 *Repræſentatio non eſt neceſſaria inter tranſuerſales in pari gradu ſuccedentes.*

6 *Text. in auth. de hæred. ab inteſta. ven. capit. 3. latè examinatur.*

7 *Azo. opinio, quòd filij fratrum in capita ſuccedant, eſt in iudicijs recepta, & nunc in patria iſta noua conſtitutione terminata.*

FILII duorum fratrum ſimul patruo mortuo ſuccedentes, an
1 † ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, antiqua, anceps, & ſtibulis eſt quæſtio, & de illa eſt magnum certamen inter Doctores, vt ait Tiraquell. in loco infra citando. In cuius tractatione tam latè diſputationis campum ingreſſi ſunt noſtri, vt res ſatis per ſe iam aperta, & clara cimerijs tenebris obſcurior effecta fuerit, & quoniam pro vna, & altera ſententia ſtant multi Doctores, inter quos recentiores aliqui illam ſententiam, quam ſequi voluerunt communem, & receptam dixerunt, in eaque tempora incidimus, quibus magis Doctorum numerum quàm rei veritatem multi conſiderant, volui hic, vt iſtis communis opinionis perquiſitoribus ſatisfacerem, enumerare vtriuſque partis defenſores, & cùm apud ipſos res ad nauſam ſit diſcuſſa, diutius non inſiſtam in proponendis argumentis, & reſponſionibus ab alijs iam tactis, ſed breuibus quid ſentiam dicam, inde quid in facti contingentia Senatui viſum fuerit aperiam.

Prima igitur opinio eſt, quæ anteſignanum habet Azo. virum grauiſſimum, & iuriſprudentiæ
2 noſtræ maximum decus, † qui voluit, quòd hoc caſu patrui hæreditas per capita diuidatur, ita vt quot ſunt filij, tot ſint portiones, idque ſcripſit in ſumma C. de legit. hæred. §. item iure nouiſſimo. verſiculo illud dubitaui. & in authen. ceſſante. C. eod. nouiſſimè edita cum illius gloſſ. ad leges Codicis opera A. Conrij. Hunc ſequuti ſunt infraſcripti magnæ authoritatis Doctores.

Accurſ. ad §. hoc etiam addendum. in verbo ſuperſtites. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.

Roffred. in titu. de bon. poſſeſſ. vnde cogna. §. vltimo quæritur.

Hoſtienſ. in ſumma tit. de ſucceſſ. ab inteſta. §. viſo igitur.colum.vlt.

Vbert.de Bob.in d.auth.ceſſante,& ibi.

Iacobus Butrigar.

Cyn.

Odoffred.

Alberic.

Caſtren.num.3.

Bald. in l. 1. §. vlt. D.ſi pars hæred. peta.qui licèt aliàs contrarium conſuluiſſet ,dicit tamen hanc opinionem eſſe magis conſonam literę, & naturæ,& in d.auth.ceſſante.

Salyc.in dicta authen.ceſſante,& in authen. poſt fratres.& in l.lege 12.tabular.C.de leg.hæred.

Ioann. à Monte in d.auth.poſt fratres.

Iacob. de Beluiſ. in capitu. 1. in fin. de natu. ſucceſſ. feu.

Iacob. de Ardizone in ſumma feudo. titulo de ſucceſſ.feu.

Mart.Lauden.in d.cap.1.col.fin.

Aretin.in §.cum filiuſ. in fin. inſt.de hæred.quæ ab inteſta.defer.vbi hanc dicit veriorem de iure, quam nis ſi caſus accederet, vereretur diſcedere ab opinione glo.Bart.& Bald.

Fortun. Garz. in reperi l.Gallus.§.idem credendum. colum.19.verſiculo ex ſuperioribus.D.de liber.& poſthum.

Bulgárus, &

Raynerius de Forliuio, quos citat Bald. in capit. 1.in prin. de ſucceſſ.feu.

Io.Ferrar ad titu.inſtit de hæred. ab inteſta. in verbō, non in capita,ſed in ſtirpes.in fin.

Eguin.Baro.in d.§.hoc etiam.

Syluester Aldobrand. in addit. ad gloſſ. in d. §. hoc etiam.citans ad hoc.

Præpoſ. Senen. in ſeptimo caſu. quæſtio. ſexta per totum.

Zaſ. in ſingular. intellect. capitu. 7. & conſilio 4. in princi. libro 1. & in tracta. feu. part. 8. concluſ.6.

Ferron ad conſuetud.Burdegalen.§.6.col.3.

Didac.in epito.de ſucceſſ ab inteſta.num.8.

Rebuff. in prooem. conſtitut. reg. gloſſ. 5. numero 81.

Franciſ. Hotoman. illuſtr. quæſtio.libr. quæſt. 14.vbi latè,& doctè examinat.

Iacob. Spiegell. in lexico iur.ciu. in verbo in capita ſuccedere.

Alber.Papien.quem citat Tiraquell. in glo.12.nu.4. §.11.lib.1.de retrac.

Vaſqu.de ſucceſſ.§.13.num.13.lib.2.

Cuiac.lib.2.de feu.tit.12.

Duaren.in conſuetu.feudo.cap.8.numero 10.& cap. 11.nume.14.

Hanneton.lib.2.iur.feu.cap.6.

Myſinger.ſingular.obſer.centur.3.obſ.95.

Ioann. Imbertus Rupellanus in Enchirido iuris Galliæ litera S.

Ioann.Vaud.ex noſtris.var.quæſt.lib.1.q.24.

Maturin. Montan. in tracta. de hæred. ab inteſta. venien.regu.29.

Michael Graſſ. commun. opin. §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſtio. 30. numero quarto. vbi dicit hanc tenendam , ſed alteram ex æquitate ſuſtineri poſſe.

Ioan.Schreideuuin.in tracta.feu.part.6. tit.de ſucceſſ. Collateral.num.11.

Franciſcus Balduinus.in authen.de hæred. ab inteſta. in verſiculo poſt liberos.

VVeſembech. in ſumm. titu. de grad. & affinib. D. numero 16.

Benedict. Capra. conſilio 21. colum. vlt. & conſilio 104.

Cephal.conſil.431.libr.3.

Hancque communem dicunt Vaſqu. & Capra in locis ſupra citatis.

Alteram opinionem , quòd in ſtirpes ſuccedatur , &
3 ita diuidatur † hæreditas,tenuit Accurſ. ſibi in hoc contrarius in d auth.ceſſante.in glo.ſuper verbo in ſtirpes.C.de legi.hęr. & in §.reliquū. in verb.fratres. in verbo parentum. authen. de hæred. ab inteſtat. quem in hac parte anteſignanum ſequuti ſunt

Ioan. And.ad Specu.de ſucceſſ.ab inteſta. §.1. verſ.ſed an filij.

Bart.in l.2.§.hæreditas verſicu.ego vero. D.de ſuis,& legit.hæred.& in l.1.§.fin.D.ſi pars hæred.pet.idem conſi.173.verſicul.ego autem. Bald.ſibi contrarius conſi.66.lib.1.293.347.2.dubio.lib.2.

Dyn.

Angel.

Corn.

Iacob.de Arena in auth.ceſſante.

Ioan.Faber.in §.cęterum.nu.4. Inſtit.de legi.agnator. ſucceſſ.

Iacob.de Beluiſ.in §.ſi vero neque fratres. & in §. reliquum. in fin.auth.de hæred.ab inteſt.dicens, quòd hoc eſt ipſa veritas.

Matheſila.in tract.de ſucceſſ.art.3.ver.2.

And.Barb.ab alijs citatus.

Port.in d.§.cęterum.

Dec.in l.3.C.vnde legit.vbi dicit communem,ſed ipſe non reſoluit.

Guido Pap.deciſ.134.

Nicol.de Vbald.in tracta.de ſucceſſ.ab inteſta. par.3. colum.1.

Iſern.c.1.de grad.ſucced.in feu.

Imol.ad clemen.plures. colum.vlti. de iure patrona. & ibi.

Ioan.de Ligna.&

Cardin.Zabarell.

Aluar.c.1.de ſucceſſ.feu.& ibi.

Martin.Lauden.ſibi contrarius.

Petr.Ferrar.in forma libell.ab int. in verbo nulliſque ſuperſtitibus. colum. 14. verſiculo vlterius quæritur.

Gulielm.Benedict. in c.Raynutius. in verbo. & vxorem.nu.631.

Iacobin.de Sancto Georg.in tract.feu.in verb.præſentes.col.3.ver.ſed vlterius.

Curt.iun.de feud.verſi.quarto. circa iſtam.

Roch.de Curte de iure patro.q.2.

Tom.Diplou.in addit.ad Bar.d.conſi.173.

Papon.Areſt.11.lib.21.tit.1.

Fabian.de Gioch.in auth.nouiſſima.q.5.

Ioan.

Ioan. Oldendorp. in epito. ſucceſſio. ab inteſtat. numero 20.
Claud. Canriuncula. in d. §. cum filius. inſtit. de hæred. ab inteſta.
Benedict. de Plumbino ab alijs relatus.
Io. Lup. in repet. c. per veſtras.
Sonſbech. in tract. feu. par. 9. concluſ. 6. nume. 100. & ſequ. vbi latè diſputat reſpondendo omnib. Zaſij fundamentis.
Viu. lib. 2. commu. opi. nu. 25.
Alexan. conſilio 29. colum. 1. libro 5. 55. numero 4. libro 4.
Iaſo. conſilio 173. numero 2. verſic. ſed præmiſſis. libro 4.
Bertrand conſi. 2. lib. 2.
Ruin. conſi. 8. in fi. lib. 1.
Pariſ. conſi. 25. nu. 9. lib. 2.
Boer. conſi. 2. vbi latè.
Socin. iun. conſilio 74. numero 7. & 104. numero 29. libro 1.
Fulgoſ. conſi. 12. col. vlt.
Aretin. conſi. 164. col. 1.
Caſſan. conſi. 47. col. 7. ver. ſed quicquid ſit.
Franc. Bec. conſi. 16. lib. 1. vbi latiſſimè.
Alben. conſi. 29.
Crane. conſi. 966. libro 5.
Simon de Præt. conſi. 37. nu. 14.
Anto. Cont. qui latiſſimè diſputat in fin. ſui libelli de hære. ab inteſt.
Burſat. conſi. 67.
Hypolit. Riminald. conſi. 31. nu. 47. lib. 1.
Feder Scot. conſi. 18. lib. 2. circà fi.

Hanc opinionem communem teſtantur in locis ſupra citatis. Corne. Fulgoſ. Boer. Clar. de feud. quæſtio. 75. Pancirol. in addit. ad Barto. in dicta l. 2. §. hæreditas. D. de ſuis, & legit. Illamque æquiorem dicit Valentin. Forſter. in tractatu de ſucceſſ. ab inteſta. libro 3. de ſucceſſio. collateral. pag. mihi 333. & 335. Et ſi Doctorum authoritates dinumerentur, non eſt dubium, quòd hæc eſt magis communis: nam pro prima Azon. ſunt Doctores numer. 43. & pro altera Accurſ. ſtant 53. & ſic ꝑponderat numero, licèt Accurſ. Bald. Lauden. & alij variauerint, ſed Baldo magis credendum erit in poſteriori opinione, quam tenuit legendo nempe, quòd in capita ſuccedant, quàm in alia quam conſulendo, vt amico, & pecunijs inſeruiret fuit ſequutus. Sed poſito, quòd hæc ſit magis communis, an ex eo & verior dicenda erit, & in iudicijs locum obtinebit?

Mihi certè (vt ingenuè fatear) nunquam placuit iſta communis opinio, licèt aliquibus propter glo. & aliorum magnorum virorum authoritatem temerarium fuerit viſum ab illa recedere, imò hinc aliqui quęſtionem iudicis arbitrio decidendam reliquerint, vt Ioan. de Plat. in dicto §. hoc etiam. verſicu. tene quamuis. Corne. in dicta authen. ceſſante. colum. fin. verſicu. ſed licet hæc teneri. Alij dubietate iuris attenta voluerint hoc caſu hæreditatem per medium diuidi pręuia tranſactione, vt Cyn. in dicta authen. ceſſante. & concordandam dicat Cephal. dicto conſilio 431. in fi. pro quibus facit id, ꝙ ſcripſi ſupra deciſ. 89. Imò miror quomodo Docto. ſola authoritate glo. variabilis mori in tam clara, & bene per leges veteres, & nouas reſoluta quæſtione, quaſi nodum in ſcirpo quærętes perplexi fuerint, & ipſam rei veritatem non cognouerint, quod quàm verum ſit nunc apertè demonſtro. Præſuppoſito pro vero, & indubitabili, quòd repręſentatio antiquitus non niſi inter deſcendentes, quando aſcendentibus ſuccedebant, locum ſibi vindicabat, idque iure merito tum ex eo, quòd nepotibus magis debeatur hæreditas aui in cuius poteſtate cum filijs æqualiter ſunt conſtituti, & quos vel nominatim exhæredare, vel inſtituere debet. l. 2. C. de poſthu. hæred. inſtitu. vt dicunt Cephal. Zaſ. & Fortun. in locis ſupra citatis: tum etiam, quia filii filiorum in ſucceſſione aui nullum gradum conſtituunt, ſed parentum ſuorum gradus conſideratur, vt voluit expreſsè Iuſtinianus in §. ſi quis igitur. verſicu. ſic tamen. ibi,

In hoc enim ordine gradum quæri nolumus,

Ideo cùm non proprio iure, ſed repręſentatiuè ſuccedant, in ſtirpes hæreditas diuideretur illorum prima origine, & ſtirpe tantum conſiderata, quæ omnia ceſſant in tranſuerſalibus, qui iure proprio non repræſentatiuè ad hæreditatem veniunt.

Hoc igitur præmiſſo ſciendum eſt, quòd in pa-
4 ri gradu collateralium † ſucceditur in capita, & nõ in ſtirpes, ita quòd ſi duo ſint fratres, quorum vnus habeat filium, alter duos, ſi ſuccedant illi filij ad hereditatem patrui morientis, tres erunt hæreditatis partes, idque iure veteri primò cautum fuit, & lege antiqua introductum. l. poſt conſanguineos §. hæc hæreditas. D. de ſuis, & legit. l. 1. §. fi. D. ſi pars hæred. petat. Hinc Vlpianus in corpore ſuorum fragmentorum. titu. 26. §. 4.

Agnatorum (*inquit*) Hęreditates diuiduntur in capita, veluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo pluresúe liberi, quotquot ſunt ab vtraque parte perſonæ, tot fiunt portiones, vt ſinguli ſingulas capiant,

Quod & Caius libro 2. inſtitu. titu. 8. circa fin apertius ſcripſit. Vnde hoc iure veteri erat expeditum vt fratrum filij ſine patruo in capita ſuccederent. Hoc ius antiquum fuit à Iuſtiniano confirmatum in l. penult. §. fina. in fin. C. de legit. hæredib. Quæ lex eſt vna ex nouiſſimis quinquaginta conſtitutionibus, cùm ſit data poſt conſulatum Lampadij, & Oreſtis, quæ ab eodem Iuſtiniano confirmatur in §. hoc etiam addendum, in fin. inſtitu. de legit. agnator. ſucceſſio. vbi etiam Theophilus Græcus interpres id apertè ſenſit. Ex hoc iure nihil fuit per ius nouiſſimum authenticorum immutatum, in authen. de hæred. quæ ab inteſtato. capit. 3. vbi de tranſuerſalium ſucceſſione poſtea Iuſtinianus ipſe tractauit, ſed illud duntaxat

fuit de nouo correctum, & inductum, quia cùm iure veteri in hac ſucceſſionis materia lege 12. tabularum cautum eſſet, vt agnatus proximus familiam haberet, ex quo illud ſequeretur, vt ſi ad hæreditatem mortui concurriſſent frater ipſius defuncti, & alterius fratris filij, fratris filij vti remotiores à fratre, & patruo reſpectiuè excluderentur, tanquam in gradu proximiori conſtituto. l. 3. C. de legit. hæred. §. ſi plures. inſt. de legit. agnator. ſucceſſ. iuris veteris in hac parte rigorem præſentiens Iuſtinianus, illud emendare voluit, & ſtatuit, vt in hoc caſu filij fratrum ad hæreditatem patrui vnà cum patruo admitterentur, & ne obſtaret iſtis filijs diuerſitas graduum ius repræſentationis induxit, vt per fictionem illi mortui patris perſonam repræſentantes, ab vlteriori in proximiorem conſtituerentur gradum, & repræſentando nihil vltra de hæreditate caperent quàm illorum pater ſi viueret accepturus fuiſſet, & ſic non in capita, ſed in ſtirpes diuideretur hæreditas, ſicut eodem modo cum illorum patre diuiſa fuiſſet. Hoc igitur ſucceſſionis caſu ceſſante ſicut ceſſat repræſentationis cauſa, ita & illius repræſentatio-
5 nis † effectus ceſſare debet, & ad ius antiquum redeundo in capita eſt, non in ſtirpes hæreditas diuidenda, & hoc totum eſt, quod Iuſtinianus in dicta authen. ſanxit, quæ eſt Nouell. conſtitut. 118. quod vt clarius cognoſcatur examinemus totum id, quod de hac ſucceſſione diſpoſuit ibi Iuſtinia-
6 nus, & reperio † triplicem ordinem ſucceſſionis fuiſſe ab illo conſideratum. Primus fratrum, & ſororum vtrinque coniunctorum, nulla habita ſexus differentia. Secundus eſt ordo fratrum, & ſororum, qui ex vno tantum parente, ſiue patre ſiue matre iuncti ſunt. In tertio ordine omnes deinceps à latere venientes fuerunt comprehenſi. In primò igitur gradu vocantur vtrinque cõiuncti fratres æqualiter. vt in dicto capit. 3. in prin. iſtis non exiſtentibus, ſecundum ordinem vocat, & ſic illos fratres, qui ex vno tantum latere fratri defuncto iungebantur. dicto capit. 3. §. his autem. In vtroque ſucceſſionis ordine nulla erat dubitatio, quin in ſtirpes ſuccederetur, cũ vnuſquiſque per ſe ſtirpem faceret, & filios excluderent proprios, qui ſunt patruo, de cuius ſucceſſione agitur, nepotes. Sed ille caſus fuit apud Iuſtinianum dubius in iſtis ordinibus, quando defunctus eſſet vnus ex iſtis patruis relictis filijs, & mortuus eſſet alius patruus ſuperſtite fratre, & iſtis nepotibus ex fratre præmortuo: videbat enim iuris antiqui diſpoſitionem illis obſtare, cùm iſti nepotes eſſent in vlteriori gradu inſpecta perſona patrui, ita vt neceſſariò erant per patruum ſuperſtitem proximiorem excludendi, vt ſupra dicebam: ſed huic iuri æquitas quædam, & pietas obſtabat, quæ permittere non videbatur, vt iſti filij, quorum pater viuens ad hæreditatem admiſſus fuiſſet, hæreditate patrui priuarentur, imò ſicut ad hæreditatem aui nepotes cum patruo admittebantur ita &, hic idem ſtatuendum eſſet, ideo re bene diſcuſſa æquitate magis quàm iuris ſcripti diſpoſitione motus, Pius Iuſtinianus ius antiquum in hac parte emendando ſanxit, vt filij admitterentur ad hæreditatem cum patruo, & ſuccederent illi non iure proprio, ſed repræſentatiuo, patris perſonam repræſentando, vt non in capita ſi proprio iure, ſed in ſtirpes repræſentatiuè ſuccederent, & hoc ne ex hac ſucceſſione maius incommodum patruus, (qui antea ſolus admittebatur) ſentiret, ſi tantam ſinguli nepotes de hæreditate portionem ſuſcepiſſent, quot ipſe perſonæ erant. dicto capitu. 3. verſiculo ſi autem defuncto. & cum repræſentationem hoc facerent caſu voluit etiam Imperator, vt omnibus priuilegijs perſonæ repræſentatæ fruerentur, iuxta naturam ſubrogatorum, Vnde ſicut præmortuus pater vtrinque coniunctus ex vno latere tantum coniunctos fratres excluſiſſet, & vice verſa, idem & filijs ipſius ſuccedentibus erit obſeruandum, dicto c. 3. §. vnde conſequens eſt, vſque ad verſiculum huiuſmodi. Non igitur negamus nos, nec negare potuit Zaſ. (ſi ita intelligendus eſt quemadmodum illum Sonſbech. reprehẽdẽdo intellexit) quin hoc caſu filij fratris perſonam ſui patris repræſentent, & quin hoc loco ius repræſentationis Iuſtinianus ad ſimilitudinem deſcendentium induxerit, cùm id clarè ex verbis ipſius text. colligatur, imò & idem apertè ſenſerit alibi in Nouell. 127. vt fratr. filij in prin. idque fruſtra conatur mihi oſtendere Sonſbech. in loco ſupracitato. Sed quòd hoc ius repræſentationis perpetuò duret, ita vt extra caſum nouiter à Iuſtiniano propoſitum extendatur ad vltimum ſucceſſionis ordinem, quando ſcilicet fratrum filij inuicem iure proprio ſuccedunt, hoc omnino negamus, ſicut & ipſe Iuſtinianus apertè negauit illis verbis.

Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fæminarum filijs aut filiabus, vt in ſuorum parentum iura ſuccedant, &c.

Hac ſola propoſitione facile quis decipi potuiſſet, exiſtimando id etiam locum habere, quando filij iſti ſine patruo ſuccederent, ideo, vt hanc dubitationem remoueret Iuſtinianus, ſubijcit.

Sed, & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs iudicantur thijs *(hoc eſt patruis)* ſiue paterni ſiue materni ſint.

Quaſi dicat Iuſtinianus, non ſemper volo concedere hoc repræſentationis priuilegium iſtis fratrum filijs, ſed ſolùm, quando cum patruis ſuccedunt, & ſic hæc temporis taxatiua omnem dubitationem excludit. Huius ſic conſtituti iuris rationem vnam voluit hic adferre ipſe Iuſtinianus, in verſi. illud palam eſt. quæ quidem meo iudicio obſcura eſt, niſi de patruis magnis intelligatur, vnde dedit cauſam ſua obſcuritate, vt aliqui inde arguere voluerint, quòd in omnibus

caſibus

caſibus filij fratrum iure repræſentationis admittantur, ſed non eſt bonum hoc argumentum, ſi conſiderabimus aliam rationem, nempe hoc ideo inductum in hoc caſu, & alio illius verſiculi, quia ſi non eſſet repræſentatio, filij fratrum excluderentur, neceſſaria igitur eſt repræſentatio, vt admittantur: ſed in noſtro caſu non eſt neceſſaria repræſentatio, quia filij non exiſtente in medio patruo veniunt, tanquam in pari gradu ad hæreditatem iure proprio, & cùm non ſit repræſentatio neceſſaria, ceſſabit effectus illius, vt ſupra dixi, & ſi iure proprio ſuccedunt, ergo in capita, iuxta leges veteres, iuxta nouas ipſius Iuſtiniani conſtitutiones, quas illum correxiſſe præſumendum non eſt, quia ſemper Iuſtinianus ſuas conſtitutiones corrigere volens id expreſſit, & legum correctio eſt euitanda: imò, quod ius antiquum in hoc caſu voluerit firmum manere legiſlator, indicant finalia verba illius capit. 3. in quibus tertium ordinem ad ſucceſſionem vocat, ibi, ſi verò neque fratres, &c. vbi expreſsè voluit, quòd in pari gradu ſecundum perſonarum numerum, & in capita diuidatur hæreditas. Radice igitur, & fundamento caret illa communis opinio, quæ vti ipſis legum diſpoſitionibus repugnans nullo modo recipienda erit, malèque illos reprehenſos cognoſcimus, qui Azonis ſententiam imò ipſius Iuſtiniani fuerunt ſequuti, & hanc fuiſſe mentem ipſam Imperatoris, Græci interpretis Harmenopoli ſcripta indicant. libr. 5. ſui Promptuarij. tit. 8. & ibi Ioan. Mercer. hanc ſententiam ſequitur, & illam VViſigotorum lex ſequuta eſt, vt legitur libro 4. illarum legum. tit. 2. l. 8. illis verbis. *Qui moritur, ſi fratres aut ſorores non reliquerit, & filios fratrum, & ſororum reliquerit, ſi ex vno fratre ſit vnus filius, & ex alio fratre, vel ſorore forſitan plures, omnem hæreditatem defuncti capiant, & æqualiter per capita diuidant portiones.*
7 Iure igitur merito Azonis † opinio frequentius fuit in contradictorio iudicio obſeruata, & vti verior recepta: ſic enim pro illa ter fuit Pariſijs iudicatum, vt dicit Papon. libr. 21. tit. 1. Areſt. 12. & aliàs etiam pro eadem opinione iudicauit Centumuiralis curia Pariſien. reuocato contrario Areſto, quod iam octo annis elapſis latum fuerat, vt dicit Maturin. Montan. d. regu. 29. Rupellan. in d. Enchirid. litera S. Modern. Pariſ. ad conſ. Alex. 55. nu. 4. & ſic etiam multorum locorum conſuetudine fuit acceptata, vt teſtatur Benedict. in d. verbo, & vxorem. nume. 663. verſiculo. Tamen in aliquibus. & iure Saxonum obſeruatam dicit VVeſembech. & in Germania fuit per immortalis memoriæ Caroli V. conſtitutionem terminata pro Azone, vt tandem controuerſia hęc ceſſaret, cuius conſtitutionis meminerunt Zaſ. Duaren. Hanneton. Myſinger. & alij ſupracitati, & illam retulit Germanico Idiomate conſcriptam Valentin. Forſter. in dicto tracta. de ſucceſſ. ab inteſta pag. mihi. 334. & ſtantibus tot legibus, & authoritatibus fruſtra æquitatis cuiuſdam imaginariæ colore ab illa noſtrorum multi receſſerunt: nam æquitas eſt in contrarium, vt aliqui ſapientiſſimè adnotarunt, ideo cùm hæc quæſtio fuiſſet in Senatu diſcuſſa ſedente Principe nunc regnante Sereniſſimo Carolo Emanuele, & multum diſputata per peritiſſimos Iuriſconſul. Ludouicum Morotium nunc vnum ex Sacri Palatij meretiſſimis Referendarijs, & Clementem Viualdum in hac Taurinen. Academia Matutinum primæ Cathedrę ordinarium in publicis audientijs die 8. Martij 1582. fuit iudicatum pro Azonis ſententia, & voluit Princeps, vt ad perpetuam memoriam, & pro ſedandis litibus, noua de hac re fieret conſtitutio ſiue perpetuum edictum, quod impreſſum, & publicatum fuit 8. Iunij eiuſdem anni. cuius verba eram hic repoſiturus, niſi me Dom. Compater meus Antonius Sola præueniſſet, qui illam poſuit poſt commentaria ad nouas conſtitutiones nouiſſimè edita, quam etiam ſuis gloſſ. illuſtrauit, & cum hac opinione pariter tranſit, vt latè per eum in gloſſ. 1. numero 5. vbi & an in feudis locum habeat videre poteris. Non erit igitur in hac patria ſuper hoc vlterius dubitandum.

Ampliatur iſta opinio, quòd in capita diuidatur hæreditas, vt procedat etiam in teſtamentaria diſpoſitione, quando ex teſtamento ad hæreditatem plures concurrunt, vt in hac facti ſpecie. Quidam condidit teſtamentum, in quo hæredes inſtituit filios maſculos ex filiabus ſuis naſcituros: teſtatori ſunt tres filiæ, quarum duæ vnicum habuerunt maſculum, alia tres: quæſitum fuit, an hæreditas teſtatoris ſit in ſtirpes an in capita diuidenda. Et ex his, quæ diximus ſupra omiſſa quadam æquitatis ratione, quæ contrarium ſuadere poterat, cenſuit Senatus teſtatoris hæreditatem eſſe in capita diuidendam, ita vt hæreditatis tot ſint portiones, quot ſunt filij 1587. 2. Iulij. Referente Dom. Senatore Cerua. 8

Subſtitutione facta filijs in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitutio ſacerdotis, ſeu monaci perſonam compræhendere poſſit.

DECISIO CLXIII.

1 *Monachus grauatus non cenſetur, cui facta cum aliorum fratrum perſona ſubſtitutio fuit, ſi ſine liberis decederet.*

2 *Conditio ſi ſine liberis, quo ad laicos inducit puram ſubſtitutionem.*

3 *Caſtren. doctrina in l. 1. §. lex Falcidia. D. ad l. Falcid. refellitur, & declaratur.*

SACERDOS

Deciſio CLXIIII.

SACERDOS ſeu monachus fuit vnà cum tribus ſuis fratribus teſtatoris filijs laicis inſtitutus, hac conditione ſubſtitutioni in teſtamento factæ adiecta, *ſi quis eorum ſine filijs maſculis decederet*, quæſitum eſt de validitate iſtius ſubſtitutionis quo ad portionem illius, qui erat in ſacris conſtitutus, cùm in illius perſonam verificari, & purificari iſta conditio non poſſet. Et quidam ex dominis dicebant illum non
1 fuiſſe † grauatum, quia cùm ei non competerent conditionis verba, ergo nec diſpoſitio, per doctr. Caſtren. ita in terminis tenentis in l. 1. §. lex Falcidia per illum tex. D. ad l. Falcid. quem ſequitur. ibi Alexan. in lectura. & in addit ad Barto. Roma. conſil. 438. colum. 2 num. 8. verſicul ſecundo principaliter. Pariſ. conſil. 109. libro 3. & in cap. in præſentia. nume. 47. de probat. vbi dicit communem. Ego dicebam contrarium eſſe verius, quia videtur fuiſſe de mente teſtatoris pariformiter ſubſtituere omnibus, & illa dictio *ſine liberis* operatur
2 quo ad laicos, ſed quo ad † ſacerdotem videtur pura ſubſtitutio, vt per Dec. conſil. 299. vbi vult, quòd relatio conditionis non ſit, quando actus redderetur nullus. Secundò facit, quia in hac ſubſtitutione, ſi præmoritur vnus ex laicis ſine filijs, frater ſacerdos ſuccederet, vt dicit Dec dicto conſil. 299. nume. 9. ergo rationabile etiam eſt, vt laici fratres illi ſuccedant, vt æqualitas ſeruetur, & reciprocum ſit fideicommiſſum. Accedit vltimò, quòd ſumus in caſu vbi ſubſtitutus erat ex
3 deſcendentibus teſtatoris, quo caſu † ceſſat doctrina Pauli de Caſtro, vt dicit Boer. quæſt. 354. nume. 7. poſt Bald. Alexan. Iaſ. Ferrat. & alios ibi relatos, imò monaſterium hoc caſu excluderetur ex cõmuni, de qua per Boer. & Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. § 26. num. 41. libr. 3. & nouiſſimè per Alexan. Trentacinqu. in tracta ſubſtitut. par. 1. capit. 7. nume. 13. in fin. latiſſimè Ioan. Guttierez Hiſpan. Canicar quæſtio. capit. 32 per totum. vbi plenè ſimilis ſubſtitutionis caſum examinat, Et ad illam doctr. Caſtren. poteſt dici illam non eſſe veram, quia vt dicit ibi Alexan. idem Caſtren. aliter dixit in lectura Bononienſi. Item poſſet militare, quando vnico filio ſacerdoti illa conditio appoſita fuiſſet, iuxta diſtinctionem Bartol. in l. hæredibus. §. Titius. D. ad Trebell. Boer. dicta deciſio. 354. numero 13. Nec mirum eſt, quòd vna res diuerſo iure cenſeatur, quando diuerſa eſt ſubiectorum ratio, & qualitas, vt dicit Iaſ. in l. iam hoc iure. D. de vulga. & pupillar. Alexan. in l. Gallus. §. quidam rectè. colum. 2. & 3. D. de liber. & poſthum. tunc enim vna determinatio determinat prout cuique competit. Iaſ. in l. contra maiores. colum. 2. D. de inoffic. teſtamen: & iſtis attentis meam opinionem multi probarunt, & ita fuit iudicatum per Senatum in quadam Nicien. Referente Illuſtr. Compatre meo Dom. Senatore Balbo. 1582. 25. Auguſti.

Exactor talearum an teneatur exigere ab eo, qui eſt in quinternetto, an verò poſſit à poſſeſſore ipſarum talearum ſolutionem petere.

DECISIO CLXIIII.

1 *Talearum exactio qualiter in Pedemontana patria committatur.*
2 *Collectæ exactio fit ſummariè, & habet paratam executionem.*
3 *Talea ſeu collecta an à prædij poſſeſſore, an verò ab eo, qui deſcriptus eſt in quinternetto exigatur, & numero 5.*
4 *Collecta ſolui debet per poſſeſſorem.*

IN patria iſta Pedemontana, circa talearum, & collectarum
1 exactionem † vetus eſt obſeruantia; vt per ſindicos, & adminiſtratores cõmunitatis fiat paruum volumen, quod quinternetum appellant, in quo deſcribuntur omnes illi, qui debent ſoluere taleas, & collectas, inde talis quinternetus exactori remittitur in publica, & authentica forma. iuxt. l. excellentia. C. de erogat. militar. annon. & exactor ab illis in illo quinternecto deſcriptis exigit iuxta formam præſcriptam, quam præterire nullo pacto poteſt, de quo etiam iſto meminit Ægid. de Toma. de collect. cir. fin §. Retenta proxima diſcuſſione. num. 25. & poſtquam talis exactio alicui eſt
2 commiſſa † poſt impoſitionem, debet ſtatim ſine exceptione ſolui, cùm talis impoſitio habeatur pro ſententia. Alber. in rubr. de muneri. & in ea cauſa proceditur ſummariæ. Bald. conſil. 434 libr. 3. & debet procedi ad executionem ſaltem media cautione quibuſcunque oppoſitionibus non obſtantibus, vt per Tomat in dicto §. retenta. numero 35. in fi. Euenit nunc, quod vnus ex iſtis exactoribus ſic deputatis petijt ſolutionem collectarum ab Antonio poſſeſſore prædij: oppoſuit ſe Antonius dicens ſe quidem poſſidere, ſed nomen ſuum non eſſe in quinterneto deſcriptum, ſed nomen venditoris, vel alterius antiqui poſſeſſoris, vnde non poſſe ipſum moleſtari: Oppoſitione hac non obſtante ad executionem proceſſit exactor, & pro exactore propoſita per poſſeſſorem querela pronunciauit iudex: condemnatus Senatum appellauit: dubitatum fuit an
3 bene fuiſſet per iudicem iudicatum. Et † pro exactore dicebatur, quòd poterat eligere, & conuenire poſſeſſorem, & ipſo non ſoluente ad executionem vſque procedere, per tex. in l. Imperator. D. de publica. & l. cum poſſeſſor. D. de cenſib. prout latè tenuit Boſſ. in tracta. de Principe num. 97. & pluribus ſequen. Natt. conſil. 611.

per

per totum libro 3. Regula enim eſt, quòd collectę
ſolui debent per poſſeſſorem l. 1. C. de annon. libro
10. §. coges. in fin. anthen. de mandat. Princip. & po
teſt poſſeſſor compelli etiam pro præteritis, tem-
pore quo ipſe non poſſidebat. iuxta glo. in dicta l.
1. Aret. conſilio 105. Afflict. deciſio. 95. illa etenim
bona cenſentur tacitè hypothecata pro collectis,
præſertim ſi ſint poſita in æſtimo. Moder. Pariſ. in
conſuetud. Pariſien. §. 52. glo. 2. nume. 19. licet Iaſ.
in §. fuerat. numero 71. & 72. inſtit. de actio. teneat
contrarium, ad quod vide Crauet. conſilio 872.
libro 5.

In contrarium, quòd non poſſet exactor à
poſſeſſore exigere, ſed ab eo, qui eſt in quinter-
5 neto deſcriptus, facit, quia quinternetus, † & regi-
ſtrum dant formam, & normam exactioni colle
ctarum, iuxta quam procedere debet exactor.
Ange. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reliqu. per illum text.
quod dictum Ange. communiter ſequuntur Do-
ctores, vt dicit Rolan. conſilio 32. libro 1. qui hanc
tenuit opinionem, & latè Nicol. Feſtas. de æſtimo,
& collect. par. 2. capit. 4. nume. 15. & 21. Dec. con-
ſilio 285. Item, quia exactor videtur habere man-
datum limitatum, vt exigat iuxta formam da-
tam in quinterneto, nec habet ipſe cognitionem,
aut electionem, ſed meram executionem, & hoc
etiam videtur innuere communis ſtilus huius pa-
triæ Pedemontanæ, vt ſemper concedantur litte-
ræ pro exactione talearum, conſtito quod ſit de-
ſcriptus in quinterneto, & ideo in cauſa Vigoni
cenſuit Senatus malè iudicatum declarando cō-
tra poſſeſſorem in quinterneto non deſcriptum
actionem non competere anno 1582. 25. Ianuarij.
& ad contraria reſpondebatur, quòd verum qui-
dem eſt, quòd communitas agere poteſt, & ha-
bet electionem contra bonorum poſſeſſorem ſi
velit, ſed exactor non poterit recedere à cataſtro,
& quinterneto ſibi ad exigen. dato, niſi aliter indica
rent verba deliberamenti, & ita loquitur Natt. in
dicto conſi. 611. vbi in fin. magis videtur inclinare
in hanc ſententiam, & declarat Feſtas. d. nu. 21. &
22. facta autem excuſſione contra deſcriptum nul
li dubiū, quòd poterit exactor agere aduerſus poſ-
ſeſſionem hypothecaria pro taleis præteritis, eo
ſcilicet tempore impoſitis quo nondum ipſe poſ-
ſidebat, & perſonali pro eis, quæ impoſitæ ſunt
tempore ſuę poſſeſſionis, & ita obſeruatur.

Remedium l. 2. C. de reſcindenda venditio. an habeat locum, quando venditor promiſit cum iuramento non contrauenire venditioni.

DECISIO CLXV.

1 *Venditor lęſus vltra dimidiam, qui iurauit non vti beneficio. l. 2. C. de reſcind. vend. non poterit illud remedium intentare. contra nu. 2. & nu. 5.*
3 *Venditor, qui cum iuramento renunciauit remedio. l. 2. non poteſt petere ſupplementum pretij.*
4 *Minor iurās an reſtituatur ad remedium. l. 2. C. de reſcin. vendit.*
6 *Remedium l. 2. C. de reſcin. vendi. habet locum in enormiſſima lęſione non obſtante iuramento.*
7 *Contractus doloſus ipſo iure annullatur.*
8 *Donatione facta in venditione de eo, quod plus eſt ſtante enormiſſima lęſione non ſuſtinetur, nec abſolutio eſt neceſſaria.*
9 *Abſolutio à iuramento an impetrata valeat ad implorandum remedium. l. 2. C. de reſcin. vendi.*

VENDITOR lęſus vltra dimi
diam iuſti pretij an poſſit inten-
tare remedium l. 2. C. de reſcind.
vendit. quando iurauit non con
trauenire venditioni, dubia &
controuerſa eſt quæſtio. Nam
1 quòd † non poſſit, eſt glo. magi-
ſtralis, quam ſequuntur Odofred. Bald. Salycet. &
alij communiter in dicta l. 2. quam opinionem
communem dicunt Cagnol. in dicta l. 2. numero
91. & in l. ſi quis maior. numero 31. C. de tranſact.
Crauc. conſi. 114. nume. 9. volu. 1. Alex. conſi. 133.
numero 11. libro 5. Rolan. conſilio 13. numero 22.
& ſequen. & conſi. 59. numero 18. libro. 1. Gabriell.
titulo de empt & vendi. concluſ. 1. nu. 78. & ſequ.
D. Ozaſc. deciſio. 41. nume. 8. Pinell. in dicta l. 2.
3. par. cap. 1. num. 1. & ſequen. Menes. de Padilla ad
d. l. 2. num. 32. qui concluſionem hanc veriſſimam
dicit. Corn. conſilio 72. col 3. lib. 3. Pantal. de Crema
in dicta l. 2. Neuizan. conſi. 22. numero 11. Fabian.
de Monte in tractatu de empt. & vendi. 8. quæſtio.
principa. nume. 15. qui tamen obſcurè loquitur.
Ioſeph. Ludoui. deciſio. Peruſi. 97. par. 2. nume. 2.
poſt Cephal. & Burſat. per eum citatos. Io Guter.
de contractib iurat. cap. 26. numero 4. latè Didac.
libro 2. variar. reſolu. capit. 4. & in capit. quamuis.
3. par. §. 4. de pact Ludouic. Molina in tractatu
de Hiſpan. primogenitis. libro 2. capitu. 3. numero
18. Pet. Racha in cerdiſtolog. rerum ciuil. capitu.
19. numero 4. & hanc opinionem videri commu-
niorem dicit Natt. conſilio 10 numero 3. volum. 1.
& nouiſſimè hanc partem multis allegatis ſequi-
tur Ioan. Bapt. Aſin. in tractatu de execut. §. 8. cap.
128. Ratio meo iudicio vltra Doctores eſt, quia
præponderat animæ periculum, quod euenit
ex periurio, quod ſequitur ex petita reſciſione,
periculo facultatum ex illius obſeruantia contin-
genti, licèt hodie hominum prauitas ad eum
vſque finem Satanæ perſuaſione peruenerit, vt
facultates ipſas non ſolùm proprio honori, &
vitæ mortalis periculo, ſed etiam (proh dolor)
immortalis animæ perditioni anteponant.

Contrariam partem, quòd imo non obſtante
2 iuramento poſſit venditor † vti remedio dictę l.
2. tenuerunt. Gulielm. de Cun. quem refert Al-
beric. in dicta l. 2. numero 9. Placentin. cuius
meminit Odofredus ibidem. Imol. in capit. pe-
nulti. numero 22. de empt. & vendit. & ibi Anto.

de Burgoſ.nume.35. qui leui quidem argumento
communem impugnare conatur. Caſſiodor. deci-
ſio.1.de empt.& vendit. Cranet. conſilio 192. nu-
mero 8. in fin. Modern. Pariſ. in addit. ad Alexan.
conſilio 133. numero 11. libro 5. dicentes hanc
opinionem ſeruari in practica.qui omnes Docto-
res ſe fundant in l.fin.C.de non numer.pecun.Cui
difficile eſt reſpondere,nec Imola,vt refert Ozaſc.
aliter reſpondere potuit quàm contrariam ſenten
tiam communiorem eſſe. Sed ego dupliciter re-
ſpondeo. Primò, quòd illa procedit in contracti-
bus fœneratitijs, odio fęnoris, & in alijs contra-
ctibus enormiſſimam læſionem, & dolum re ip-
ſa continentibus, vt dicam infra in ſecunda limi-
tatione, aliàs enim iuramentum contractum
etiam de iure ciuili confirmat. in l. 1. C. ſi aduerſ.
vendit. Secundo dici poteſt. l.illam. procedere de
iure ciuili,ſecus de iure canonico.c.quamuis.cum
ſimil.ſed prima verior eſt.

Certè negari non poteſt quin paſſus ſit dubius,
vt dicit Imol. dicto numero 22. & Ozaſc. dicta
deciſio. 41. numero 10.& tam antiqui quàm mo-
derni, qui tenent contra communem,mouentur
coloratis rationibus, vt ait Pinell. in dicta l. 2. Ni-
hilominus à communi non eſt recedendum,cum
qua ſemper vbi caſus contigit tranſiuit Senatus
noſter,vt apud Dom. Ozaſc. & iterum in cauſa
Taurinen.1582. referente D. Arcatore quondam
Collega noſtro.

Retenta igitur communi opinione pro vera.
3 Amplia vt non poſſit † venditor etiam agere ad
ſupplementum pretij, ita tenent communiter
Doctores allegati per Arrium Pinell. dicta tertia
par. numero quinto. & Ozaſc.dicta deciſione 41.
reprobata opinione Bald. & aliorum, qui contra-
rium tenuerunt: nam hoc modo eſſet per indire-
ctum concedere, quòd de directo prohibetur, &
hanc ampliationem comprobat Guter.dicto cap.
26.numero quinto & ſexto. dicens ita tenendum,
& quòd pro hac parte iudicaret, & conſuleret.
Suppletio etenim iuſti pretij de pari procedit cum
ipſa contractus reſciſione, vt in dicta l. 2. & ita
cenſuit Senatus in quadam Taurinenſi,referente
D.Senatore Enuiarum. 1583.

4 Amplia ſecundò,vt idem † ſit in minore iuran-
te per text.vulga.in authen.ſacramenta puberum.
C. ſi aduerſ. vendit. Sed in hoc capite eſt diſtin-
guendum, quod aut ſimpliciter iuramento con-
tractum firmauit minor, aut verò in eodem con-
tractu huic remedio expreſsè cum iuramento re-
nunciauit: nam primo caſu poterit petere reſci-
ſionem ſecundo non. Ita pulchrè diſtinguit Mo-
lina.dicto cap.3.num.21.poſt glo. Bar.Bald.Salyc.
Alber.Fulgoſ.Cagnol.Couarru.Pinell. & alios per
eum citatos. Ex quibus conſtat hanc eſſe magis
communem opinionem, & hanc diſtinctionem
video eſſe originalem Odofred.in dicta l.2.nume.
3.verſicu. ècontra tamen. & iuramentum plures
defectus non ſupplere tenuit poſt Dec. Cephal.
conſilio 409. numer. 46.libro 3.& nouiſſimè hanc
magis communem oſtendit Ioan. Bapt. Aſin. in
tractatu de execution. §. 8. capit. 375. Seraphin.
de priuileg. iuramen. priuileg. 83. numero 43. &
aliquot ſeq.

Declara nunc,& limita ſuprapoſitam commu-
5 nem opinionem. Primò vt procedat † tantum quã
dictum eſſet nullo modo ꝯuenire, ſecus ſi iuretur
ſimpliciter de nõ ꝯueniendo, & ita intelligi debet
gl.in d.l.2.ſecundu Pinel.d.loco. ex doctr. Bar.in l.
generali.§.vxori.D.de vſufr.leg.& videtur de men
te Alber.poſt Gul.de Cun.in d.l.2.nu.9.

Secundò limita non procedere, quando lęſio
6 eſſet multò plus † quàm dimidia iuſti pretij, hoc
eſt,vt noſtri dicunt enormiſſima.Cagn.in d.l.2.nu.
300. & in d.l.ſi quis maior. nu.6. Capit.Caſſiodor.
Didac.& alij relati per Pinell.d.par.3. nu.7. licèt ip-
ſe Pinell. contrarium teneat nulla habita ratione
an ſit enormis, vel enormiſſima lęſio per rationes
ab eo allegatas.Verùm enim eſt, quòd enormiſſi-
mę lęſioni iuramentum non adſtipulatur, vt ex
magis communi tradit Ozaſc. dicta deciſ.41.nu.1.
& 2. & de hac lęſione intelligi poſſunt Caſſiodor.
& alij ſupra pro contraria principali opinione re-
lati,prout illos bene in hac parte ſequitur,& intel-
ligit Molina.d.c 3. nume.18. vbi voluit hoc proce
dere etiam in geminata renunciatione, & dato, ꝙ
non competeret remedium huius legis, compe-
tit remedium.l.ſi quis cum aliter.36. D.de verbor.
obligation. Videtur enim in ea accedere dolus
re ipſa, qui æquiparatur dolo ex propoſito, vt
per Doctores in dicta l. ſi quis cum aliter. Dec.
conſilio 180.numero 7. dicens communem, licèt
ibidem.numero 3.multos alleget,qui contrarium
tenuerunt,de quo vide Cagnol. in dicta l.2.nume-
ro 79. Curt. iun. conſilio 53. & conſilio 141. imò
tunc contractus erit nullus ipſo iure ſicuti dolo-
7 ſus † ipſo iure contractus reſcinditur. l. ſi dolo. vbi
Odofred. C. de reſcind. vendit. nihil enim magis
obſtat bonæ fidei, quæ in iſtis contractibus inter-
uenire debet, quàm dolus, ideo cùm iuramen-
tum adijciatur in contractu iam nullo per ſe il-
lud nullas vires habebit, quando tunc verè con-
tra bonos mores præſtitum dicetur,quo caſu non
eſt obligatorium. capit. non eſt obligatorium.de
regu.iur. libro 6. & dixi latè ſupra deciſio. 32.& ita
tenuit Cagnol. in dicta l.2. numero 81. facit l.om-
nes. §. Lucius. D. de hijs, quæ in fraud. creditor.
Curt. ſen. conſilio 65. numero 24. Roman. conſi-
lio 54.colum.2.& 90 colum. fin. Barto. in l.fin. cir.
fin.D.de prætor.ſtipulat.Bald.in §. item ſacramen-
ta.numero 8. de pace iuram. firman. & in l. 3. col.
2. C. de dot. promiſſ. Butr. in capit. finem litibus.
colum.fin.de dolo, & contumac. & in capit.quin-
tauallis. vbi Doctores.de arbitr. Roman. & Imol.
in l.qui ſuperſtitis.D.de acq.hær. Soc.cõſi.263.col.
2.in fin.Caſt.conſi.174 lib.1. & cum hac opinione
tranſit Guter.d.c.26.nu.7.Pet.Greg. Tholoſ.lib.25.
Syntagma. iur. c.24.nu.16. Marc. Solon de pace.
ꝯſi.28.num.11.& ſeq.Aſin.in tract.de execut.§.8.c.
130.& faciunt, quæ latè ad materiam. cap.quam-
uis. in ſimilib. renunciationis terminis nouiſſimè
ſcribit D. Senator Sola in glo. ad nouas conſtitut.
Sabaud.titu. de alienatio. bonorum mulier. glo.2.
numero 4. 5. & 6. Quod adeo verum eſt, vt ſi

quando

quando vẽdita fuit res valens 100. pro 25. vendens
8 renunciando addidiſſet, quod donabat illud, quõd plus erat in valore, nihilominus poſſet ad reſciſionem agere, videtur enim hoc caſu venditorem noluiſſe donare, ſed vendere, ſed captatum ab emptore illas clauſulas addidiſſe: captatoriæ autẽ donationes rate nõ habẽtur. l. cum Aquiliana. de tranſact. & clauſula illa, vltra quòd de notariorum imperitorum ſtilo apponi ſolet, intelligitur in modico valore. l. hæc adiectio. D. de verborum ſignificat. atque ita contra Alc. tenuit Io. Guter. in auth. ſacramenta puberum. nu. 101. C. ſi aduerſ. vendit. Sarmien. ſelectar. interpret. lib. 1. c. 11. n. 4. vbi oĩno vide. & cũ hac opinione tranſiuit Senatus, & cenſuit in cauſa Nitien. referente D. Senatore Ozaſc. 1589. 21. Ianuarij. Ampliando, vt hoc caſu non requiratur abſolutio à iuramẽto, vt per Ozaſ. deciſ. 41. nu. 2. & deciſ. 46. de quo dicam alibi. Item fuit dictum, quòd deberet reſtitui res cum fructibus iux. Cagnol. in dicta l. 2. numer. 81. habita tamen ratione interuſurij pecuniæ ſolutæ, vt per eundem Cagnol. nu. 123. & ſequent. licèt contra hanc opinionem ſtante donatione pluris valoris teneat Odofred. in d. l. 2. nume. 4. cùm regula ſit, vt quod plus eſt in valore vltra pecuniam, quæ ab emptore traditur, id cenſeatur donatum. l. ſi donationis. D. de contrahen. empt. Natt. conſil. 316. nu. 4. & quòd in enormiſſima læſione ſit neceſſaria abſolutio à iuramento, tenuit Molina. d. c. 3. num. 25. de quo tamen nos ſuo loco dicemus.

Tertiò limita, vt non procedat communis opi-
9 nio, quando † obtenta fuiſſet abſolutio à iuramento, quæ limitatio eſt multum ſuſtẽtabilis, & æqua, vt dicit Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo. numer. 10. D. de verbor. obligat. Caſſiador. dicta deciſ. 1. nu. 4. Nat. d. conſil. 10. & conſil. 207. in principio. Verum hæc limitatio videtur dubia per ea, quæ dicit idem Alexan in dict. l. ſtipulatio. & maximè illo attento, quòd abſolutio iſta nõ ſeruit niſi quo ad effectum agendi, & excipiendi, & hæc eſt communis formula: iam enim ex hoc iuramento ius tertio acquiſitum eſt, quod ſine illius voluntate auferri non poteſt, aliàs ſequeretur, quòd omnes contractus iurati ſola iuramenti abſolutione impetrata (quæ facilè etiam parte non citata conceditur) diſſolui poſſent, ideo magis erit tuta hæc limitatio in enormiſſima læſione, licèt tunc non neceſſaria, vt ſupra dicebam. ſed qui vult ſe iuuare tali abſolutione neceſſe eſt, quòd obtineat illam antequam agat, aliàs eſſet periurus, & illi non prodeſſet. Feder. de Sen. conſil. 301. in fi. Menoch. conſ. 24. nũ. 17. lib. 1. de quo latè Aſin. in d. §. 8. cap. 165. col. 51. verſic. Quoniam de abſolutione. Si plura velis ad materiam huius renunciationis vide Guter. dict. c. 26. & qualiter iuſtum pretium deducatur in hac materia, vide Aſuar. Valaſc. Luſitan. cõſultat. 43.

Limitatur denique, vt non procedat cõmunis opinio in iuramento ruſtici, & mulieris, quia præſumuntur iſti circõuenti: de qua limitatione vide Aſin. in d. tracta. de execut. §. 8. cap. 129.

Fideiuſſor, qui ſe principaliter, & inſolidum obligauit cum iuramento, an poſſit vti beneficio excuſſionis.

DECISIO CLXVI.

1 *Fideiuſſor, qui ſe principalem conſtituit, an habeat beneficium excuſſionis. & num. 2.*

3 *Fideiuſſores plures inſolidum obligati habent beneficiũ diuiſionis.*

4 *Iuramentum in fideiuſſione præſtitum cum generalibus renuntiationibus non tollit beneficium auth. præſente. C. de fideiuſſoribus.*

5 *Fideiubens pater pro filio poteſt principaliter conueniri.*

6 *Fideiuſſor fideiubens poſt contractum animo nouandi non habet beneficium excuſſionis.*

7 *Auth. præſente. C. de fideiuſſorib. non habet locum inter mercatores.*

8 *Statutum Taurini quo cauetur, vt ciuis non fideiubeat pro forenſe, non eſt ſeruandum.*

FIDEIVSSOR habet regulariter excuſſionis beneficium ita, vt non prius cõueniatur, quàm ſi excuſſione principali debitoris facta ſoluendo repertus ille debitor non ſit, & hoc fideiuſſoribus beneficium contra iuris veteris diſpoſitionem introduxit Iuſtinianus. auth. præſente. C. de fideiuſſorib & in auth. de fideiuſſor. per tot. Dubitari tamẽ conſueuit, quid eo
1 caſu dicendum ſit quando fideiuſſor † non ſimpliciter in caſum non ſolutionis debitoris, ſed principaliter inſolidum faciendo caſum, & debitum proprium ſe obligauit: nam quòd hoc caſu non priuetur fideiuſſor eodem excuſſionis beneficio, non ſecus ac ſi ſimpliciter, & ſine clauſula inſolidũ fideiuſſiſſet, ſuadet æquitas, quæ pati non videtur, vt is, qui pecuniam non accepit, ſed gratiosè pro alio fideiuſſit, ex ſuo officio damnũ patiatur: pro qua opinione ſtat glo. ad hoc communiter allegata in §. 1. auth. de fideiuſſor. in verbo fideiuſſorem. verſiculo item quid ſi principaliter. quæ tamen diſtinguit, vt infra dicam. cum qua tranſit Specu. in titulo de renuntiat. & concluſ. nume. 18. Iacob. de Beluiſ. in dicta auth. Papien. In for. libel. contra plur. reos deben. in verbo. Beneficio nouarum. nume. 3. dicens communem. Aretin. conſil. 32. Io. Guter. de contractib. iurat. c. 23. numero. 8. Vaſqu. Illuſtr. controuerſ. cap. 33. numer. 9. Curt. Burgenſis. lib. 1. *vinetor.* ad collegam. capitul. 13. vbi ſubtiliter differit. Frideric. Schench. in viridario concluſionum iuridicarum. concluſ. 90. Iaffred. Balb. deciſ. 83. centur. 1.

2 Sed quod imò hoc caſu ceſſet excuſſionis bene-
3 ficium, & poſſit quandocunque † fideiuſſor conueniri, latè defendit Hypolit. de Marſil. in rubrica de fideiuſſor. num. 62. Ancharan. libr. 1. quæſtio familiar.

miliar quæſtio.32.nume.9. Rota Genuen.deciſ.78. num.2. Matheus Coler.in tracta. de proceſſib.executiu.lib.1.cap.10.nume.255.256.258. & 260.vbi hanc communem dicit. Durans de Art. teſtan.tit. 6.de legat.caut.30.nu.2.Andr. Gaill.practicar. obſeruat.lib.2. ob.28.num. 2. & 6.vbi dicit hanc opinionem communiter in foro ſeruari.Natt. conſil. 345.nu.3.vbi diſtinguit. Pro qua opinione facit ſtilus patriç,ex quo proceditur ſola facti veritate inſpecta, ac de bono & æquo, quo caſu ſecundum aliquos non requiritur excuſſio, vt dixi ſupra deciſ.51. Item hæc opinio magis ſuadetur, cùm reducat nos ad iuris veteris obſeruantiam,quod per auth. non videtur in hac parte correctum, vt in l. iure noſtro. C. de fideiuſſor. vbi & aduertendum eſt contrahentium pacto poſſe ab illo iure recedi, vnde cùm principalem ſe fideiuſſor conſtituerit, videtur per pactum à beneficio receſſiſſe, cùm contrarium dicere in coutractu potuiſſet.l. ſi alienam.C.eo.titul.

Verùm ſingulis maturè diſcuſſis, & conſideratis rationibus, quas doctores ſuis locis tradunt,cũ hæc quæſtio coram Senatu agitaretur, fuit hæc poſterior opinio vti durior damnata, & prior Accurſij recepta vti æquior, & magis communis, & ita cenſuit non ceſſare ſtante hac clauſula beneficium excuſſionis. in cauſa Truſarelli. 1582. 20. Nouembris. referente D. Senatore Cranetta. Nec officit ratio illa, quòd quando agitur ſola facti veritate inſpecta, & de bono, & æquo, tunc non ſit neceſſaria excuſſio, vt ſupra dicebam, quia vltra, quòd dici poteſt,quòd ſi agitur ex bono,& æquo, ſequendũ eſt; quod æquitas ſuadet, & ſic vt prius conueniatur fideiuſſor, reſpondetur, quòd ab iſto ſtilo per ius decretorum inducto fuit quo ad fideiuſſores, & tertios poſſeſſores receſſum, vt dixi dicta deciſ. 52.

Retenta igitur opinione gloſſ. pro vera amplia,
3 vt illa procedat † etiam in pluribus fideiuſſoribus, quia ipſi inter ſe non obſtante illa clauſula habebunt beneficium diuiſionis. Aretin. in §. ſi plures. inſtitut. de fideiuſſorib. Schench. dicta concluſ. 90.

Amplia ſecundò, vt procedat etiam non obſtã-
4 te iuramento in contractu appoſito † cum generalibus renuntiationibus, quia iuramentum non impedit excuſſionem, vt per Grammat.conſi.170. numer. 4. inter conſil. ciuilia. & requiritur ſpecialis renunciatio nouarum cõſtitutionum, licet quis ſe principaliter obligauerit ad tollendam hanc fideiuſſionis exceptionem. Iacobin. in l.perſonam.§. qui pecuniam.nume.5.D.de pact.Crau.conſil.263. nume.6.Papien. in dicta for.libell.contr.plur.reos. deben. ſuper verbo. Aliiſque omnibus legibus. in principio.Faciunt, quæ ſcribit Barbat.conſi.43.colum. 6. numero 5. verſiculo capio modo. lib. 2. & & cum hac ampliatione tranſibat Senatus in ſupradicta cauſa Truſarelli. Quamuis contrarium tenuerint Natt. conſil.426.nume.32. Rolan.conſi. 6.nume. 45. lib.1. Guter.dicto capitul.23.num.27. 28.Andr. Gaill.dicto libr.2.obſeruat.27.numer.21. & ſequent.Coler.dicto cap. 10. numer. 347. quos tamen intelligo, vt loquantur in renuntiatione iurata,quæ huic beneficio fit, cùm iuri pro ſe introducto quilibet renuntiare poſſit, vt dicit Odofred.in dicta auth.præſente. numer.2.Guter. dicto capitul.23. numer. 9. & 21.ſecus ſi non ſit facta renuntiatio niſi generalis.

Limitatur verò prædicta opinio, vt non proce-
5 dat, quando † eſſet fideiuſſor pater pro filio. Boer. latè deciſ.221. per plures columnas, & præſertim ſub numero 13. Gail. dict. obſeruat. 27. numero 33.

Fallit ſecundò, quando fideiuſſio fieret poſt cõ-
6 tractum debiti principalis † eo animo, vt nouaretur contractus, & principalis remaneret abſolutus. Ita tenet glo.diſtinguendo in dicto §. 1.auth.de fideiuſſor.Guter.in dicto capitulo 23.num.8.Boer. dicta deciſ.221.nume.13. verſiculo tum primo,& præcipuè Gabriell. de fideiuſſor. concluſ.1. limita. 24.poſt Barto.Bald. Angel.& Iacobin.in l.in perſonam.§. qui pecuniam.D. de pact. Dec. conſilio 7. colum.2.

7 Fallit tertiò, vt non † procedat inter mercatores per ea,quæ refert Gabriell. dicta concluſ. 1.lim. 27.Eman. Soarez. receptar. ſententiar. verbo fideiuſſor.Benedict.in cap. Raynutius. in verbo ſi abſquè liberis. 2.nume. 51. Ludouic.deciſ. Peruſ. 45. nume.12. Gail. dicta obſeruat.27.num.27. Coler. dicto capit.10.num.346.& cum iſta fallentia tranſiuit Senatus, referente D.Craueta. 1582. menſe Decembris.Alias plures fallentias ponũt Gabriel. Guter.& alij in locis ſupra citatis, ad quos ne longior ſim me remitto.

Cæterùm notandum eſt, quòd in hac ciuitate Taurini extat ſtatutum, quo cauetur ne quis fide-
8 iubeat † pro foreņſe, & fideiuſſio præſtita non tenet,ideo caueant notarij, qui fideiuſſionem ſtipulantur, vt renuntiare faciant expreſsè huic ſtatuto, & ſimile ſtatutum eſt Cunei, ſed hoc ſtatutum nõ ſeruatur vti prohibitiuum commertiorũ, preſertim ſi ſit promiſſio iurata, vt dicit Natt. conſil. 52.lib.primo,& contra illud vidi iudicare tam per iudices huius ciuitatis quàm per Senatum præſertim in cauſa Taurinenſ. Bonadæ & Panzoię, & in alia. D. Rubei, & Pelicerij me referente. 1570.

Feudum propter homicidium confiſcatum an ad dominũ an verò ad agnatos pertineat, & quid vita delinquentis durante.

DECISIO CLXVII.

1 *Feudum ex pacto, & prouidentia non venit in confiſcatione bonorum.*

2 *Feudum ſiue fructus feudi durante vita naturali vaſalli ad ſiſcum non pertinent bonis confiſcatis.*

CONFI-

CONFISCATIS bonis vaſalli propter homicidium fiſcus petebat feudum: oppoſitũ fuit per agnatos, quòd ipſi erant vocati ex pacto & prouidẽtia prædeceſſorum: dubitatum fuit an iuſta eſſet oppoſitio, & fuit concluſum in fauorẽ agnatorum, & dictum † quòd tale feudum ad illos vel filios ſpectat, quia in hac
3 confiſcatione non veniunt hæc feuda. Alexan. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. numero 26. & ſequen. D. de damn. infect. Clar. in §. feudum. quæſtio. 64. & 66. Zal. par. 10. nume. 96. de Germaniæ conſuetudine circa hoc atteſtans. & eſt text. libr. 3. feudo. titu. quæ fu. prima cau. benef. amitten. §. denique. vbi doctores, & titul. 15. alias. 37. An ille qui interfe. fratr. domi. ſui. & in capitulis extraordinariis lib. 4. titul. 98. iuxta Cuiatij editionem. & videtur etiam text. cum gloſſ. libr. 2. titul. 31. ſi vaſall. feud. priu.

Sed maius erat dubium, an ſaltem vita natura-
2 li † vaſſalli delinquentis durante fructus feudi domino ſpectarẽt, & dicebatur ad fiſcum pertinere, ne delicta remanerent impunita, & per text. in l. ſtatius. §. Cornelio. D. de iur. fiſci. In contrarium dicebatur, quòd imò ad agnatos cum proprietate perueniunt per ea, quæ dicit Clar. in §. fin. pract. crimin. quæſtio. 78. numero 15. Caſtren. conſilio 46. libro 2. in fin. Boſſ. in titulo de publicat. bonor. numero 54. Nec obſtabit dicta l. ſtatius. §. Cornelio. quia procedit in allodio non in feudo, in quo magna eſt diuerſitas, vt per Rol. conſilio 97. numero 30. libro 1. nam feudum alienatum poteſt reuocari à filio viuente patre. §. Titius. ſi de feu. defunc. Iacobin. in §. & cum pacto. in fin. Secus autem in allodiali fideicommiſſo. l. peto. §. prædium. de leg. 2. Item facit pro hac parte, quòd publicatis bonis filij pater non priuatur vſufructu bonorum aduentitiorum. vt per D. Ozaſc. deciſ. 94. Idem igitur dicendum eſſet in feudo ex pacto & prouidentia. & ſecundum hanc poſteriorem opinionem cenſebat Senatus in quadam cauſa feudi Caburreti ſedente Sereniſſimo tunc regnante Emanuele Filiberto in publicis audientiis, licèt poſteà ſententia bonis reſpectibus non fuerit tunc publicata. Vide P. Io. Ancharan. quæſtionum familiar. libr. 2. quæſtio. 5. Socin. iun. conſil. 49. nume. 1. libr. 3. citans in terminis Cępoll. conſi. ciuil. 58.

Vſufructu bonorum legato an veniant bona poſt teſtamentum acquiſita, & quid ſi relicta fuerint omnia bona tam mobilia quàm immobilia.

DECISIO CLXVIII.

1 *Vſufructu omnium bonorum legato veniunt futura, & poſt teſtamentum acquiſita.*
2 *Legatum mobilium ad præſentia reſtringitur.*
3 *Vſufructu legato vxori omnium bonorum tam mobiliũ quàm immobilium, an veniant futura. & nu. 4.*
5 *Text. in l. ſi ita. D. de aur. & argen. lega. declaratur.*
6 *Teſtamentum à die mortis teſtatoris vires capit.*
7 *Legatum quando ſit dilecta perſona habet latam interpretationem & ad futura, & poſt teſtamentum acquiſita bona extenditur.*
8 *Donatione omniũ bonorum facta, quare non veniãt poſt factam donationem acquiſita.*

VSVFRVCTV Bonorũ omniũ legato venire etiã
1 bona † poſt teſtamentum acquiſita Bartol. ſcripſit in l. ſi ita. colum. 2. numero 4. verſiculo ait in teſtamento. D. de aur. & argen. legat. per l. quoties. D. de vſufru. melior text. in l. vxori meę. 37. D. de vſu, & vſufr. lega. quam ſententiã latè defendit Bero. conſilio 44. numero 20. libro 2. & quęſtio. 30. numero 5. & ſequen. Imol. in l. ſin. §. qui indiuiſam. D. de lega. 1. quia hic ſunt verba generalia diſpoſitiua, quæ ad futura extenduntur. Cephal. filius latè inter conſil. Cepha. conſil. 773. per totum. libr. 5. licèt re vera hęc Barto. opinio ſit dubitabilis, & diſputabilis, vt dicit Caualcan. in tract. de vſufr. mul. relic. nume. 85. & contra Barto. teneat Crauet. in rubrica de lega. 1. nume. 92. Socin. iun. cõſilio 99. per totum, qui multos allegat. lib. 3. Socin. in l. 1. in princip. D. de lega. 1. pro quibus videtur text. apertus in l. ſi ita. D. de aur. & argen. lega. Ideo regulam in contrarium ponit Ludouic. deciſ. Petruſ. 61. numero 37. in fin. par. 2. Sed retenta opinione Bartol. quæ videtur magis communis, & cum qua ſolet tranſire Senatus, fallit ſi mobilium tantùm bonorum † relictus fuerit vſusfructus, quia tunc reſtrin-
2 gitur legatum ad particularitatem, quo caſu bona futura, & poſt factum teſtamentum acquiſita nõ veniunt, vt idem Bartol. docuit in d. l. ſi ita. & conſuluit Fulgoſ. conſil. 100. colum. ſecunda.

Quęri tamẽ ſolet, quid ſi teſtator reliquerit vxori vſumfructum omnium bonorum tam mobi-
3 lium, quàm immobilium, † an tũc bonorum poſt teſtamentũ acquiſitorum relictus cenſeatur vſusfructus? cùm hæc quæſtio penderet in Senatu in cauſa Muræ, & Bauzani valde torquebat nos. Nã videbatur iſta mulier attenta doctr. Bartol. in caſu mobilium, excluſa à poſteà acquiſitis, prout in terminis tenuit Cranet. in dicta rubr. de lega. nume. 95. poſt Crot. ibi. ſequitur Cagnol. in l. fin. numero 229. C. de pact. facit illorum opinio, qui voluerũt donationem hoc modo factam futura non comprehendere, vt per Doctor. in l. ſtipulatio hoc modo. D. de verbor. obligat. & in dicta l. fin. C. de pact. quam opinionem in facti contingentia ſequutus fuit Senatus, vt dicam infra deciſ. 199 donatio omnium bonorum, & per text. in dicta l. ſi ita. vbi præſens ſemper tempus capitur.

In contrarium tamen dicebatur pro vxore, quòd iſta Bartol. concluſio limitatur, niſi de contraria

4 ɔiecturata † teſtatoris mẽte appareret. vt ꝑ Bero.
conſi.44.nu.22.lib. 2. vt quia dixit *lego vſumfructum*
omnium, & quorumcunque bonoru, &c. vt in terminis
conſuluit Neuiza. conſil.71.& ibi D. Scarauellus.
per tex. in d.l. ſi ita. Socin.iun. conſil.98.lib.1.Dec.
conſil.69.col.1.& 2. Ludou.d.deciſ.61. nu.38. hoc
etenim caſu, vt dicit Bero.dict.q.30. vtitur teſtator
generali diſpoſitiua, ſiue (vt alij volunt) vniuerſa-
li *omnis*, quæ excludit particularẽ diſpoſitionem;
Nam vltra, ꝙ per ſe ſatis videtur ſufficiens conie-
ctura voluntatis teſtatoris, legatum comprehen-
dens tam mobilia, quàm immobilia; illud tamen
ampliatur addita generali cõprehenſione, *omnium*,
ex qua magis volũtatem ſuam declarare videtur,
nec obſtabit tex. in dict.l. ſi ita. minuſque ex illius
5 regula ſi teſtator adiecerit pronomen meũ, † quia
illa non procedit in legato vniuerſali, ſed in parti-
culari, vt elicitur ex ipſius.l.ſpecie;neque enim ibi
ex ſolo pronomine, *meum*, reſtringitur legatum
ad præſentia, & ea bona, quæ ſunt tempore facti
teſtamenti, ſed ratione legati particularis, vt tra-
dunt Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſ.§.1.gloſ.c.
nu.19.Didac.pract.quæſtionum c.2.nu.2.& 3.ideo
cùm ſimus in legato vniuerſali omnium bono-
rum tam mobilium, quàm immobilium venient
futura, vt dicit Ceph. conſil. 599. nu.12. lib.4. per
text.in l.fi.§. qui indiuiſam.D.de legat.2. Quamuis
etiam in legato vniuerſali contrariũ tenuerit So-
cin.dict.conſil.99.num.5.lib.3.vbi dicit, quòd talis
verborum vniuerſitas ad tempus teſtamenti re-
ſtringitur, dicens vlterius, quod hæc opinio non
habet contradicentem, quod an verum ſit, patet
ex ſupra ſcriptis. ſed aduerte, quòd in caſu Socini
aderant verba, *ſpectantibus, & pertinentibus*, quæ præ
ſens tempus demonſtrant. & iſtæ coniecturæ vo-
luntatis teſtatoris magis coadiuuantur præſup-
poſita pro vera illa regula, quæ in teſtamentorum
6 tractatu frequens eſt, † quod teſtamentum non ni-
ſi à die mortis teſtatoris vires capit, vt in illis ter-
minis arguit Ceph.dict. conſil.773.numer.12.

Accedit in fauorem vxoris alia limitatio, quæ
tradi ſolet illi doctr. Bartol. nempe, vt non proce-
7 dat, quando † legatum fit perſonę valde dilectæ, &
inſtituitur perſona non ita dilecta, vt erat in caſu
noſtro per ea, quæ dicit Neuizan. dicto conſilio
71.Bartol. in l.ſi cognatis. de reb. dub. Ludouic.di-
cta deciſ.61.nu.39. dicens communem contra Ca-
gnol & Roman.nam, vt dicit Ceph.conſ.14. num.
21.& 22. lib. 1. hoc caſu legatum latam habet in-
terpretationem.

Nec obſtat doctr. Bar. quando dicitur *mobilium*;
quia vt ſupra dixi plus eſt dicere tam mobilium,
quàm immobilium, quàm dicere mobilium ſim-
pliciter: nam primo caſu in ſolo legato mobilium
certũ eſt legatum eſſe particulare. Secundo verò
caſu videtur ex cõi vſu loquendi fuiſſe mentẽ te-
ſtatoris, & notarij omnia bona comprehendere,
cùm idiotæ neſciant illam ſubtilitatem de incor-
poralibus, & iuribus.

Minus officit, quod de donatione omnium bo-
norum facta dicebatur, quòd illa non comprehen
8 dat futura, quia reſpondetur aliud iuris eſſe † in
legatis aliud in contractibus, licèt de vno ad aliud
procedat argumentatio. Rationes tres diuerſitatis
adfert Crau.in d. rubr.de lega.nu.96. & 97. quibus
addo aliam, quod in donatione, quæ generaliter
fit, quis non cogitare præſumitur, niſi de præſenti-
bus, cùm futura non ſint in eſſe, & ea donari mini-
mè poſſint vti præſentia, cùm de futuris contingẽ-
tibus nil certi determinari poſſit, ſed in teſtamẽto
quis magis cogitat de morte, & ſic de ſtatu tẽpore
mortis exiſtente, vnde non dẽt eſſe mirũ ſi de fu-
turis etiam bonis diſpoſitum intelligatur, cũ tem-
pus futurum neceſſario conſideretur id eſt mortis.

Viſum fuit Senatui re bene diſcuſſa, & intellecta
& ſæpe perſuaſis partibus ad concordiã ob rei am
biguitatẽ multis tamen reclamantibus, quod hoc
caſu non veniret vſusfructus bonorum futurorũ
poſt teſtamentũ à teſtatore acquiſitorum, & ita iu
dicatũ fuit me Præſide, & cõfirmata prima euſ-
dem Senatus ſententia. 1583.16. Septembris.

Emphyteota vendens rem emphyteo- ticam non reſeruato; nec obtento aſſenſu Domini, an perdat emphy- teuſim.

DECISIO CLXIX.

1 *Emphyteota alienans non reſeruato beneplacito domini cadit in commiſſum.*

2 *Emphyteota non cadit à iure ſuo, ſi ſtante conſuetudine, quæ viget in hac patria non impetrauit licentiam alie- nandi.*

EMPHYTEOTA Vendidit
rem emphyteoticam ſine dñi li-
centia, & ſine clauſula, *ſaluo bene-*
placito, &c. Quæſitum fuit an ca-
1 dat in commiſſum: † & de iure
cõi certum eſt illũ cadere, quia
ſpernit dignitatem directi domi
ni l.fi.vbi Iaſ.nu.10.C.de iur.emphyt.Clar.in §.em-
phyteuſis.q.13.Sed de cõſuetudine patriæ Ducalis
2 † Sabaudiæ aliter obſeruari dicit Purpur. in addit.
ad Iaſ.in d.l.fi. num.10. dicens hanc conſuetudinẽ
fundari in doctr.Bar. in l. Mutileguli.C.de mutile-
gul. & quamuis Bart. ibi parũ faciat ad hanc rem,
nihilominus poſtquã Dñs Purpurat. qui fuit præ-
ſes digniſſimus, & integerrimus per multos annos
in hac patria Subalpina ita atteſtarẽ, dicebã ſuæ at-
teſtationi ſtandum eſſe, præſertim ad euadendum
pœnam, quia cùm tantus vir ita teneat, certè non
vr̃ in dolo, aut culpa, qui tã grauis authoritatis vi-
ro credidit, & tanto magis cùm de hac conſuetu-
dine teſtetur etiam doctiſſimus, & ſummę integri-
tatis ac magnæ experientiæ vir D.Senator Sola in
ſuis cõmentar. ad Decre. anti. Sabaud. tit. de iur.
emphyt. c. rempublicam.glo.2.1. part. numer.10.
vbi dicit talem eſſe ẽt conſuetudinẽ in Gallia, &
valere, poſt Bal.& alios ibi relatos. & ſolet ſẽper li-
mitari gñalis regula d.l.fi.niſi de cõſuetudine aliter

obſerue-

obſeruetur, vt poſt Curt. limitat Marin. Fręc. in tra ctat. de author. & poteſta. Baron. §. pluribus autem modis. nume. 79. lim. 27 Et certè ſi quęramus de veritate illius conſuetudinis, in patria Canapitij ita obſeruari clariſſimũ eſt, & ego in illis partibus ſemper audiui, verùm in patria Pedemontana non ita paſſim obſeruatur, tamen cum iſti Doctores in hac patria indiſtinctè admittant talem conſuetudinem, & ſimus in pœnalibus, fuit pro excuſatione emphyteotæ pronuntiatum, hoc tamen addito, quod licèt excuſetur à pœna, poſſit tamen directus dominus offerre pretium, & rem emphyteoticam ſibi habere, cùm de iure communi ipſe dominus in re emphyteotica ſit emptori cuicunque præferendus, & ita iudicatũ fuit per Senatum referente D. Senatore Surdo anno 1584. die 5. Martij in cauſa Dominorum Genoliæ, & tanto magis quia in eo caſu res non probabatur emphyteotica, niſi ex conſuetudine ipſius emphyteotæ, quo caſu videtur excuſandus etiam circumſcripta noſtra conſuetudine per ea, quæ dicit Borgnin. Caualcan. in tracta. de vſufr. mulie. relic. numero 237. per totum, poſt Gratum conſilio 55. libro 1. & Iul. Clar. in §. emphyteoſis. quęſtio. 28. verſiculo vnum tamen ſcias. Eandem verò conſuetudinem alienandi in feudis eſſe ſcribit Raynaud. in ſuo comprehenſor. feudo §. Habito igitur. nume. 30. dicens ſufficere quòd infra annum vaſſallus ſe domino repræſentet. quæ tamen conſuetudo non eſt in patria noſtra tam attento iure communi quàm Decretorum forma. Sed quæro an ſit alleganda iſta conſuetudo? & videretur, quòd ſic quando eſt facti. In contrarium quia generalis, & ius facit l. de quibus. de legib. & generalis conſuetudo non eſt probanda Dec. conſilio 402. & 655. Marc. Solon à Pace. conſil. 48. nu. 3. ſed de hoc alibi dicemus.

Mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, an poſſit in teſtamento plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi, latè diſcutitur & declaratur.

DECISIO CLXX.

1 *Mater an poſſit teſtando plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi. & nu. 2. & 3. & quòd non poſſit nume 4. & 7.*

5 *Mulier donando coniunctæ perſonæ ſui viri, videtur in fraudem legis facere.*

6 *Filio relictum videtur factum patris contemplatione.*

8 *Mater malè facit quæ, nõ ſeruat æqualitatem inter filios.*

9 *Text. in §. fin. auth. de nupt. qualiter procedat. & nu. 12.*

10 *Pater an poſſit plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi. & nu. 13.*

11 *Opinio, quòd mater ſeruet æqualitatem inter filios ex diuerſo matrimonio, eſt æquior & humanior.*

14 *Bald. opinio. & aliorum doctorum qui tenuerunt, matrẽ poſſe plus relinquere filijs ſecundi matrimonij quàm primi, latè diſcutitur, & ponderatur. & num. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*

18 *Doctores qui contra l. hac edictali. cautelas requirunt, malè faciunt.*

25 *Mater non poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij etiam mortuo ſecundo viro. Sed contra numero 26. & numero 29.*

27 *In dubio fraus præſumitur, ſi mater filijs ſecundi matrimonij relinquat plus quam primis.*

28 *Coniecturis fraus præſumitur in relicto à matre ſecundis filijs facto.*

30 *Filius feſtiuus & gratus, vel grauioribus ſtudijs deditus poteſt in plus inſtitui.*

31 *Opinio, quod mater non poſſit inæqualiter filios primi, & ſecundi matrimonij inſtituere, non procedit de neceſſitate.*

32 *Mater poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quando non facit in fraudem.*

33 *Mater poteſt filio ſecundi viri plus relinquere, quando maritus ex tali relicto nihil conſequitur, & priuatur vſufructu.*

MATER, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & habet filios ex primo & ſecundo matrimonio, an poſ-
1 ſit plus relinquere in ſuo † teſtamento vni ex liberis ſecũdi matrimonij quã alijs primi, dubia eſt & ardua, licèt trita & quotidiana quæſtio, quæ tractatur in materia. l. Hac edictali. C. de ſecund nupt. & multa pro vtraque opinione adduci fundamenta poſſunt. & primo pro illa opinione quòd poſſit mater plus filijs ſecundi matrimonij quàm alijs relinquere facit, quia talis prohibitio, quæ dependet à d. l. hac edictali. videtur odioſa, cùm auferat matri liberam teſtandi facultatem, ideo ſtrictè erit interpretanda. cap. odia. de regul. iur. lib. 6. quam rationem ponderat latius Bertrand. in dicta l. hac edictali. numero 19. Benedict. Capr. conſi. 81. nume. 3.

2 Secundò videtur † pro hac parte text. in §. fin. auth. de nupt. quem text. ita ibi ſummat Bar. & clarior text. in l. cum alijs. C. de ſecund. nupt. iuncta gl. in verbo. vt à matre.

3 Tertiò hanc † primam partem tenuerunt multi graues Doctores, & primo Bald. qui eam examinat in l. 1. q. 2. de inoff. dotib. dicens ſe ita conſuluiſſe, & tenere, quamuis totus mundus, & natura teneant contrarium. idem tenet conſil. 264. ego Bal. inter conſil. Caſtr. libr. 1. & conſil. 22. Quædam. D. Nicolina. lib. 4. & Bal. ſequitur Caſtren. in auth. vnde & ſi parens. nu. 2. C. de inoffi. teſtam. citans pro hac opinione Odoffr. ibi. & text. in d. § fin. auth. de nupt. Dec. cõſi. 246. nu. 3. & in auth. præterea. C. vn. vir. & vxor. & conſi. 557. Boer. deciſ. 200. col. 3. verſicu. ego tamen. Bertran. conſil. 112. viſo themate. lib. 2. par. 2. Durans. de art. teſtan. titu. de legat. caut. 65. nu. 2. Marc. q. 27. lib. 2. Ang. 285. col. 1. Benedict. Capr. d. conſil. 81. Vaſqu. in d. auth. vnde ſi parens. nume. 12. Crau. d. conſil. 40. & 193. nu. 11. Borgnin. de vſu-

de vſufruct.mul.relic.nume.85.Decian. conſil. 35. nu.24. lib.1. Gulielm. Onciacus Sabaudien.quæſt. Academicar. lib.2. quæſt.69. Ruin.cōſ.56.n.9.lib.3.

Contrarium, quod non poſſet mater inæquali-
4 ter filios † inſtituere, ſuadent infraſcriptæ rationes
& authoritates. Primo text. in dicta l.hac edictali.
verſiculo ſin verò plus,ibi.

Omni circūſcriptione per interpoſitam perſonā, vel alio quocunq; mō ceſſante.

nulla autem eſt perſona patri magis coniuncta,& cum qua poſſit induci ſuſpicio fraudis quàm in filio præſertim, cùm pater ſit vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij.& ad hoc propoſitum ita hunc text. inducit Florian. in ſua diſputatione relata per Bertrand.in dicta l.hac edictali.num.14.& dicit Caſtren. in conſilio 149. ſine diſputatione. quòd per illum text. ſolet vulgò tradi doctrina, quod non poteſt mater etiam mortuo ſecundo viro plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm filijs prioris reliquerit.

Secundò videtur pro hac parte poſſe retorqueri text.in dict. §. final. auth.de nupt. vbi prudentiſſimè Iuſtinianus diſcrimen, ſeu vt dicitur vulgo partialitas parentum filios odio habēs ſuadet matri æqualitatem, & ideo omnes,qui hanc opinionem ſunt ſequuti, maximum fundamentum ſuper iſto text.conſtituunt.

Tertiò facit, quod dicit Bald. in dict. l. hac edi-
ctali. in lectura antiqua, quem refert Bertrand. ibi
5 num.26. quòd † mulier donando fratri, vel amico
viri videtur facere in fraudem legis, ergo tāto magis ſi filio relinquat, qui eſt vna,& eadem perſona cum patre,& ſequitur ibi Iacobin.

Quartò facit præſumptio illa, quæ cauſam dedit. l. hac edictali. quòd videatur vxor amore nouelli coniugis hoc feciſſe, propter quem etiā proprios filios illam excoriaturam præſumit. l. lex, quæ tutores.C.de adminiſtrat.tutor.Angel. conſ.144.col. fin.& daret mulier non ſolùm bona ſed perſonam ad ſecundi viri perſuaſionem, quæ vt plurimum inter illos captatorios amplexus perfici ſolet, vt per Caſtren.conſi.150.lib.2.in fin.

Quintò inducit pro hac parte Florian. tex.in l.
qui tutelam. D. de teſtamentar. tutel. vbi relictū
6 † filio videtur factum patris contēplatione,& per-
inde eſt ac ſi patri relictum fuiſſet, vnde ſi tam anxiè legiſlatores perſuaſiones viri timentes remedium prioris matrimonij filijs perquiſierunt, prohibendo ne illi pluſquam vni ex liberis primi matrimonij relinquatur, qui fieri poteſt, vt in fraudem huius prohibitionis filijs ab illo ſecundo viro habitis, mater primarū nuptiarum immemor plus relinquat,& per indirectum obtineat vir, quòd directo prohibetur?

Denique non eſt hæc opinio doctorum autho-
7 ritate deſtituta: nam † illam tenuerunt grauis au-
thoritatis, & profundę doctrinæ viri, vt Odoffred. in d.l. hac edictali. col.1.verſiculo item non poſſit. & quamuis Caſtr.in auth. vnde ſi parens.alleget illum pro contraria parte, tū non reperio, quòd ibi Odoffred.hoc dicat.idem tenet Florian.de Sancto Petro antiquus, & bonus doctor in ſua diſputatione, quæ incipit mulier primo viduata. in 3.dubio. quam ad verbum refert Bertran. in d.l.hac edictali.nu. 14. & eſt hæc diſputatio, quam in fonte vidi inter illius diſputationes prima in ordine, vbi hanc partem firmare videtur. nu.18. & aliquot ſequen. Sed ne decipiaris aduerte, quod Florian.ibi loquitur quādo relictum fuit ipſi viro: item qū filio proprio ipſius viri ex alio matrimonio nato fuit relictum legatum. vlterius nihil firmat, ſed magis reſidet cum illa opinione. quòd ſi clarè apparere poſſit, quòd ſine patris contēplatione legatū factum fuerit ſilio tunc ſuſtineatur, vt ibi per eum, licèt in fin. dicat, quòd hæc pars validiora habet argumenta.citat etiam Bertrand.pro hac opinione Caſtr.in d.auth. vnde ſi parēs: qui tū vt ſupra dixi tenet contrariū. hanc partem tenuit Bal. ſibi contrarius conſil.161. lib. 1. vbi dicit ita tenuiſſe Fran. de Albergottis inter conſil.Caſtr.261.lib.1. & ibi.Io.de Ligna.conſi. 263.& poſt eum Ricard. de Salyceto 264. in pede illius conſilij inter d. conſi.Caſtr.poſt.d.conſi.261. & ſubdit Bal. quòd ita fuit iudicatum, & obſeruatum; licèt ipſe conaretur defendere contrarium. Alex.in addit.ad Bar.in d.l. hac edictali.Gabriell.in tit.de ſecūd.nup.concluſ.4.num.44.Crau.conſ.40. in fi.Bertran.in d.l.hac edictali. nume.14. & ſeq.& clarius firmat Caſtren.conſi.149.vbi dicit hāc eſſe vulgarem doctrinam, quæ colligitur ex l.hac edictali.& conſil.150. viſo caſu.lib.2.vbi acerbè inue-
8 hitur contra iſtas impias matres, quæ ſpreto † Iu-
ſtiniani conſilio in §.fi. auth.de nup. nō ſeruant inter filios primi,& ſecundi matrimonij æqualitatē, & reſpondet ad rationes Bal. & ad d. §. fin. vt infra dicam. Idem tenet Ruin. conſil. 112. libr. 1. vbi n.7.in fi.dicit, quòd opin. quam tenet Bal. in l.1.C. de inoff.dot. eſt cōiter reprobata Iaſ.in d.auth. vnde ſi parens. nu. 4. dicens hanc opinionem veriorem,& ita tenere Salyc.in d. l. hac edictali. q.8. qui tamen nihil cōcludit, licèt arguat ad partes. Corn. conſ.82.libr. 3. nu.3. Hypolit. Riminald. conſ.241. n.38.vbi latè examinat,& 243. n.26. & 428. dicens cōem. Pariſien. ad Dec.d.cōſi.246.D.Io.Vaud.ſubtiliſſimus doctor Taurin. lib.1. variar. quæſt. q.17. & ſecundum hanc opinionem iudicauit curia, vt refert Boer.deciſ.201.col.5. verſicul.& ſecundū.& quamuis aliqui ex ſupranominatis doctoribus loquantur nō de filijs eiuſdem vxoris ex primo mrīmonio, ſed de filijs mariti ex alia vxore, vt Floria. Bertrand. & Gabriell. tamen rōnes quas allegāt faciunt etiam pro iſtis. ex quibus patet hanc ſententiam videri magis communem. Quid dicemus?

Certè negari nō pōt, quin quæſtio iſta ſit dubia, in qua doctores inuicē pugnant, & duo claſsici ſcilicet Bal. & Caſtr. modo vnā mō alterā opinionē ſequuti ſunt, & cū caſus contigiſſet, Clariſ. I.C.D. Franciſcus Odettus, & inter primarios aduocatos huius ſacri Senatus ex ſ.traditis, & multis alijs rōnibus tuebatur opinionem Bal. contra filios primi matrimonij, dicens videri ſibi cōem, & pro ea di-
9 cebat primò eſſe † tex. ineuitabilem in d.§. illud.ſiue ſi.auth. de nupt. nam quamuis ille tex. in princ. videatur facere pro matris diſpoſitione æquali, tamen

men illud nō eſt diſpoſitiuè, ſed hortatiuè,& ideo
in fi.dicit contrarium Imperator, videlicet ſuffice-
re, quòd relinquatur legitima. & ita illum.§. pon-
derare.Bal.conſi.164.in princip.lib.1. inter conſilia
Caſtr.Bertran.conſi.186.nu.2.lib.3. & alios docto-
res tenentes hanc opinionem.
Secundò mouebatur, ꝙ aliter dicendo ſeque-
retur abſurdum, ꝙ filij ſecundi matrimonij eſſent
deterioris conditionis, quàm quilibet extraneus,
cui excepta legitima poteſt omnia relinquere.
Crau.241.nu.1.Rolan.conſi.62.nu.25.lib.1.& idem
inter filios ſecundi matrimonij. Alex. conſil. 227.
num.1.lib.6.
10. Tertiò adducebat, quòd ſi † patri permiſſum
eſt plus relinquere ſecundis quam primis,vt vide-
tur probare tex. in d.l. hac edictali. vbi Cyn.Iacob.
Butr.Bal.nu.6.7.& 12.& conſil.328. nu.3. lib.3. Ber-
trand.d.conſil.186. Rolan.d.conſil.62. nu. 29. Non
eſt negandum matri, ex regula correlatiuorū.&c.
Verùm ego licèt diu in dubio pēderet animus,
tamen inclinabam potius in opinione, quæ pro
11 æqualitate filiorū facit † vti humaniori, & æquio-
ri, & per ea quæ dicit Caſtr.d.conſilio 150. colum.
2.libro 2.& latius Riminal.iun. in dictis tribus con
ſilijs. Nec obſtabant contraria allegata, & primò
12 text.in dicto.§.illud. nam † vltra quod illi reſpon-
det Caſtren.in dicto conſilio 150.colum. 1.verſicu-
lo breuiter.quem ſequitur Ruin. dicto conſil. 112.
libr. 1.nume.7. quod loquitur quando ceſſat cauſa
ſuſpitionis.quia mortuus erat vir ſecundus, quod
veriſimile eſt,cùm de ipſo viro nullam mentionē
faciat ibi Iuſtinianus, ſed viro viuente militabit ra
tio. d. l. hac edictali. & eodem modo reſponderi
poſſit ad d.l.cum alijs.C.de ſecun.nupt. Reſponde
ri vlterius poteſt, quòd ille tex.qui eſt in ſui forma
ſingulariſſimus, cùm conſtituat legem exhortati-
uam & non præceptiuam, contra formam alia-
rum legum,quæ ſancire debent & præcipere.cap.
lex. 2. diſtinct. & gloſſ. in capit. lex 2. diſtinct.
quamuis videatur ſolùm hortari,tamen in ſuis ra-
tionibus & procemio apponit cauſas, quare ma-
ter ſeruare debeat inter filios æqualitatem, ita vt
non ſtet in meris terminis conſilij. vnde malè fa-
ciet illa mater,quę cum conſilio Imperatoris non
diſponit, & æqualitatem non ſeruat inter liberos.
vt pulchrè dicit Caſtren. dicto conſilio 150.col.1.
Imò talis adhortatiua lex ſubſiſtit, vt dicit Bald. in
quodam ſuo conſil.quod legitur ſub rubr.titu.C.ſi
quis aliqu.teſta.prohibu.col.2. verſicul. ſuper quo
etiam. prout in ſimili dicitur in teſtō per hoc ver-
bum *rogo* induci neceſſarium fideicommiſſum.
Ad ſecundum de abſurdo reſpondebā hoc fuiſ
ſe inductum optima ratione,id eſt ne mater blan-
ditijs ſecundi viri quem lex oderat induceretur ad
relinquendum ſecundis & excludēdum primos,q̄
rationē conſiderauit ſancta illa.l.hac edictali. quæ
aliàs eadem ratione eſſet abſurdiſſima:excoriarent
enim mulieres proprios filios primi matrimonij,
vt ſecundo viro complacerent.Nam vt inquit Iu-
uenal.Satyr.6.*Ferrum eſt quod amant, & vinorum am-
plexus non defunctorum vmbras.*
Ad tertium dupliciter reſponderi poteſt.Primò
quòd lex. hac edictali. loquitur tam de nouerca
quàm de vitrico,& remouet omnem colorē frau
dis in vtroque. & opinio Doctorum aliter tenen-
tium non eſt vera, & contra eam tenent alij Do-
ctores infra allegandi.Secundo reſpondetur,quòd
13 diuerſa eſt ratio in patre † quàm in matre.nā con-
tra patrem non reperitur ſcriptum, quòd excoria-
ret primi matrimonij liberos, vt dicitur in matre,
d.l.lex quę tutores.Item non eadem eſt authoritas
vxoris in maritum, quæ eſt mariti in vxorem, vt
latè oſtendit Tiraquell.in tracta.de legib. connub.
in prin. vnde non cadit illa ſubornationis ſuſpitio.
Ad authoritates verò Doctorum, qui tenuerūt
opinionem contrariam,reſponderi etiam ſingulis
14 poteſt. † Et primo Bald.eſt ſibi contrarius,& dicit
quòd totus mundus,& ipſa natura eſt contra illius
opinionem.ideo ipſe eam mutauit in melius,& te
ſtatur, quod ſecundum ſuam contrariam opinio-
nem fuit iudicatum per valentes Doctores, vnde
magis ſtabitur illius retractationi,vt dicitur de San
cto Aug. qui fecit librum retractationum ſuarum
opinionum.
15 Paul.de † Caſtro firmat ſe in opin.Odofr.qui di
cit contrarium. & ideo conſulendo aliter cenſuit
tam in dicto conſil. 149. quàm in conſil.150. ſi be-
ne conſideretur, dum reſpondet ad.§.illud quoq;.
16 Iaſ.vero † expreſsè in auth.vnde ſi parens.relatis
opinionibus hinc inde tandem tenet opinionem
pro filijs primi matrimonij, dicens quod ita tenet
Salyc.& fortè melius.
17 Ad Dec.conſil. † 246.nu. 3. & in auth.præterea.
C.vnd.vir & vx. dicitur, quòd ille hoc nō firmat,
imo conſultus de modo euadendi eam ſanctam
cōſtitutionem.l.hac edictali.dicit difficilè eſſe hoc
inuenire, cùm lex illa excluſerit omnes cautelas,
& fraudes,tamen ponit aliquas,ſed hanc non po-
nit,quia non ſubſiſteret, & dato, quòd eā poneret
malè faceret,conſulendo aliter,quàm conſuluerit
Imperator in d.§.illud quoque. à cuius cōſilio bo-
ni Doctores non deberent recedere, & illæ caute-
læ per Dec.adinuentæ reprobanī, vt notat ibi Pa-
riſien.in ſuis addit. Potuiſſet Dec.& alij,qui volunt
euadere ſuis cautelis illam ſanctam conſtitutio-
nem, vnā addere; illud Virgilij ſcilicet vt *Miſceant
primis aconita nouercæ*, & ideo peſſimè faciunt
18 Doctores, † qui contra eam legem has cautelas
inueniunt,vt fraudem legi faciāt, & tot bonorum
Imperatorum labores ſuis tecnis eludant,vt multi
mali Doctores faciunt,burſæ magis quàm animę
conſulentes. & faciunt illi,quòd in prouerbio ha-
betur, *fatta la lege trouato l'inganno.* Quod conſide-
rans prudens ille Imperator in dicta l.hac edicta-
li.prohibuit omnes cautelas,& mulier quę illas ſe-
quiī peccat mortaliter. vt dicit Crau. ꝯſil.191.n.11.
19 Bertrand. † in d.conſi.112.aliàs.312.libr.1.par.2.
dicit contra rationes, quas ipſe ponit in d.l.hac edi
ctali.nu.14.& ſeq.præterea loquitur ibi Bertran. qñ
diſponit vxor mortuo marito,aliàs diceret contra
caſum.l.hac edictali.in fin.principij. ibi,

Per interpoſitam perſonam.

Tertiò reſpondetur,ꝙ ſi ita intelligeret malè con-
ſuluiſſet,

ſuluiſſet, & contra cõem, & æquiorem ſñiam ex-
tra libros fortè equeſter, & non bene conſideratis
conſiderãdis, prout ex lectura conſilij apparet, quę
demonſtrat illum non viſis libris, & eorum parũ
memorem in eo ſuo caſu cõſuluiſſe, ſiquidem di-
cit ſe non bene recordari eorum, quæ diſponũtur
in d.§.illud quoque.& allegat Bal.& cõem opinio
nem contra id, ꝙ verè tenuit Bal.& communiter,
& ſic illud conſilium non meretur allegari pro
hac parte.
20 Ad conſ.Crau.40.† nu. 11 dicitur, ꝙ ibi non lo-
quitur deciſiuè, quinimo aſſerit maximum eſſe
dubium, & allegat pro & contra, & nihil reſoluit,
quia non erat illius caſus de quo tunc agebatur,
& idem Crau.in conſ.133.nu.11.non viſis libris cõ-
ſuluit, & nimis breuiter reſpondet, vt ipſe ibi dicit,
& Iaſ. ab eo allegatus dicit cõtrariũ, vt ſupra dixi.
21 Dec.in allegato conſi.557.† nu.7. de hoc nõ lo-
quitur, ſed tantũ dicit, ꝙ pater poteſt libere de bo-
nis ſuis diſponere, & illa etiam in mari proijcere,
quia hoc eſt verum in odium ipſorum filiorũ non
autem in fauorem nouercæ.d.l.hac edictali.
22 Durans de † arte teſtan.tit. de legat.cautel.65.n.
2. male vidit alios doctor. tenentes contrariũ præ-
ſertim Bal. quem ipſe allegat, & ideo dubitans de
hac cautela ſubiungit, quod cautius erit ſi mater
adijciat cautelã, & conditionem, ꝙ patri non quę-
ratur vſusfructus. quæ cautela eſt verbalis, ſiquidẽ
veriſimile eſt, quòd filius etiam ſi poſſet patrem
vſufructu non priuabit, & illi, vt boni filij regula-
riter ſolent, & debẽt, patri conplacebit, & ita fraus
legi fiet, contra Iuſtiniani mentẽ in l. hac edictali.
23 Ad Ruin.† conſi.56.nu.9.lib.3.rñdetur, quòd lo-
quitur in dotis conſtitutione à patre facta, in qua
ſecundum qualitatẽ meritorum poteſt diligens, &
prudens paterfamil. dotem minuere, vel augere,
& idem Ruin.in caſu noſtro conſ.112.lib.1.n.8.ex-
preſsè conſuluit in fauorem filiorũ primi matri-
monij, reſpondendo ad §.illud quoque.
24 Decian.articulum † hunc nõ examinat, ſed ſim
pliciter tranſit, vnde illius authoritas non eſt atten-
denda, ſed potius Bal. Caſtr. Riminal.& aliorũ ſu-
pra citatorum, qui illam examinant. Præterea po-
teſt intelligi, qñ ceſſat ratio fraudis l.hac edictali.&
ſic ſecundo viro iam mortuo, prout eodem mo-
do poteſt reſponderi ad deciſ. Marci.27. lib.2. Ca-
ualcan.de vſufru.mul.relic. nu.39. Gabriel.l.d.con-
cluſ.5. num. 57.& alios ſupracitatos.
Itaque pater opinionem prædictã contra ma-
trem pro filijs primi mñmonij eſſe cõem, verio-
rem, & æquiorem, nihilominus in caſu propoſito,
cũ non eſſet hæc quæſtio ſine difficultate, & age-
retur res inter fratres vterinos, quatuor doctiſ. Iu
reconſult.arbitri ad hoc electi cẽſuerunt cauſam
eſſe concordandam prout factũ fuit, aliquid plus
ſua portione dando filijs ſecũdi matrimonij à ma-
tre in vita ſecundi viri inſtitutis. Nunquam tñ au-
diui caſum hunc diſputari in Eccllentiſſimo Se-
natu, fortè quia prudentes litigatores videntes du-
bium articulũ cauſas ipſas concordarunt. Ego tñ
ſemper iudicarem pro æqualitate fauore filiorũ,
& ita crederem Senatum fore iudicaturum, cùm
ſoleat æquitatem amplecti, & hæc pars ſit procul-
dubio æquior, & humanior.
Retenta igitur illa opinione, ꝙ non poſſit plus
relinqui filijs ſecundi quàm filijs primi mñmonij,
amplia primo, vt procedat etiamſi maritus ſecũ-
25 dus eſſet † mortuus tpe teſtamenti. Hanc amplia-
tionem tenuit Caſtr.d.conſ.149.lib.2.dicens vulgò
ita teneri per d.l. hac edictali. quæ ampliatio vide-
tur fundata illa ratione, quia l. hac edictali. cenſe-
tur facta, vt dicit ibi Bertran.colum.2. non ſolùm
odio mariti ſecundi, & matris conuolantis ad ſe-
cunda vota, ſed in fauorẽ filiorum, quib. voluit lex
ſuccurrere aduerſus iniuriam illis à matre factam,
à qua ſine cauſa derelicti fuerunt, & ob id licèt in
extraneos, aut inter filios eiuſdẽ mñmonij poſſet
pro arbitrio diſponere, tñ ſecus eſt in fauorem viri
ſecundi, aut eius filiorum ex ſecundo mñmonio.
26 Sed contra hanc † ampliationem tenet Bertran.
in d.l.hac edictali.nu.19. vbi facit tres caſus, & qñ
maritus ſecundus mortuus erat, videtur non poſ-
ſe conſiderari rationem fraudis, & ideo valet di-
ſpoſitio inæqualis, quæ cum vitrico non valuiſſet,
& quamuis ibi Bertran. nullam authoritatem alle-
get, tñ ante eum ita tenuit Caſtr.in d.conſ.150.lib.
2.vbi etiam conſiderat tres caſus. & licèt poſſet re
plicari, ꝙ etiam mortuo marito durat odium ip-
ſius, cùm iſti filij prodeant ex radice infecta, & le-
gibus odioſa, tamen ego dubitarẽ de iſta ampliat.
propter authoritatem Bertrand. & Caſtrenſ. cum
quibus in dubio concurrerem.
Amplia ſecũdò, vt procedat hæc opinio qñ eſ-
27 ſemus in † dubio, & ignoratur cuius contem-
platione reliquerit mater bona filijs ſecundi mñ-
monij: nam præſumitur, ꝙ fraudulenter hoc fece-
rit, quæ fraudis præſumptio à lege inducitẽ ex trãſi-
tu ad ſecunda vota relictis filijs primi mñmonij. d.
l.lex quæ tutores. Ita expreſsè tenet Bertran. in d.l.
hac edictali.n.19.& ſeq.& ſequitur Hypol. Rimin.
conſ.241.n.44. reprobans opinionẽ Caſtr.d conſ.
150.col.fi. qui diſtinguit, ꝙ aut filij nondum erant
nati, & non valet relictum illius factum, quia cen-
ſetur factũ contemplatione patris, aut erãt nati ita
ꝙ potuit ad illos habere affectionẽ, & tunc valeat,
& ceſſet fraudis ſuſpicio, quã diſtinctionem vr ſe-
qui Pariſien ad Dec.d. conſ.246. & hanc ẽt fraudis
ſuſpicionem firmat Com.conſil.82.colum.2.lib.3.
Ampliatur tertiò, vt tanto magis, & indubitatè
28 procedat, qñ † vltra præſumptionem, quæ eſt cõ-
tra binubos, accederet etiam alia fraudis ſuſpicio,
vt puta ſi mater inſtituiſſet expreſsè filios ſecundi
matrimonij in proprietate, maritum verò in vſu-
fructu, vt exemplificat Riminal. in d.conſi. 241.n.
48.& Caſtr.d.cõſi.150. col.fi. vel ſi apparet, ꝙ mu-
lier illa erat aliàs infenſa filio primi matrimonij, vt
in caſu quodã mihi cõmiſſo, vbi mulier habebat
ex primo viro duos filios, moritur vnus relicto in-
fante, qui ſuccedit in locum primi, deinde ſecun-
dus moribundus teſtatur præterita matre pro-
pter iniuriam illi ex ſecundis nuptijs illatam inſti-
tuto filio ex fratre, ideo mater irata teſtando
illi infanti hæredi alterius filij parum quid reli-
quit, & filios ex ſecundo matrimonio inſtituit,
videtur

videtur enim id feciſſe in fraudem l. hac edicta-li. & ad vindictam ſuæ præteritionis, ideoque dicebam non valere talem matris præteritionem in odium nepotis infantis nihil demerentis factam. Vel ſi vxor primo legat marito, & addit hanc conditionem, quòd ſi maritus capere non poſſet, relinquit filijs ſecundi matrimonij, tunc enim videtur manifeſta fraus, & vocari filij contemplatione patris, vt per Alexan. ad Barto. in dicta l. hac edictali. poſt Bald. ibi allegatum, & iſtis duob caſibus. iudicaui contra teſtamentum matris.

Amplia quartò, quòd etiam mortuo marito
29 vxore viuente † non conualeſcat teſtamentum. Caſtren. conſilio 213. libro 1. per l. fin. D. communia præd. facit regu. l. quod ab initio. de regu. iur. & eſt hoc de mente Riminal. iun. conſilio 248.

Amplia quintò etiamſi primus maritus conſenſiſſet in ſuo teſtamento, vel aliter, vt ipſa mulier nuberet: nam nec hoc caſu poſſet plus relinquere vitrico quàm filijs primi matrimonij, quia l. hac edictali. licèt vulgò limitetur, quando filij conſenſerunt matrimonio: tamen cùm ſit introducta in fauorem filiorum, non operabitur contra eos patris, & mariti reſpectiuè conſenſus. ita cenſuit Senatus in cauſa Cuſani, & Galeç. 1589. 22. Decembris. Quinimo ſubtiliter admodum ſenſit Sarmient. Selectar. interprætat. libro 1. cap. 4. nec etiam filiorum conſenſum matri ſecundo nubenti prodeſſe, cuius opinio licèt ſubtilis ſit, tamen non erit in praxi ſeruanda.

Denique amplia, vt hoc caſu totum deuoluatur ad filios primi matrimonij. §. optimè. vbi Bart. authen. de nupt. Ang. conſilio 185. colum. 2. per l. cum alijs. C. de ſecund. nupt. Corn. conſilio 82. libro 3. ſed contrarium tenuit Flor. & poſt eum Bertrand. in locis ſupra citatis. Riminald. dicto conſil. 241. in fin.

Limita nunc ſupra retentam opinionem, vt non procedat, quando filius ſecundi matrimo-
30 nij, cui plus relinquitur, eſt † adeo feſtiuus, & gratus, vt aliquid plus mereatur quàm alius ex primo, vel vt melius interpræatur Haloander, eſt ita ſerijs, grauibuſque ſtudijs deditus, vt maiori gratia dignus ſit. Si verò omnes pariter feſtiui ſint, & grauioribus ſtudijs dediti, vt nulla honeſta ratio ſit inæqualitatis inducendæ, certè ſeruanda erit æqualitas, & iſte videtur ſenſus illius text. in dicto §. fin. vt poſſit mater plus relinquere, ſed iuſta ſubſit ratio. Quid enim ſi vnus ex filijs ſtudijs vacare velit? poterit mater aliquid plus illi largiri, vel etiam quando eſſent bene merita in filio ſecundi matrimonij, ita vt omnino ceſſaret fraus, vt dicit Pariſien. ad Dec. d. conſil. 246. Bertr. conſ. 73. libr. 2.

Declara ſecundò prædictam opinionem, vt procedat de honeſtate, quæ vult æqualitatem ſer-
31 uari, ſed non de † neceſſitate, ſecundum opinionem quam non probo. Fran. Marc. dicta quæſt. 27. per. §. fin. de nupt. authen. Et ex hoc inferebam in caſu propoſito, quod cum ea mater, quæ plus reliquerat filijs ſecundi matrimonij viuente marito, & deinde mortuo marito, ſuo confeſſori dixerat, quòd volebat ſuum teſtamentum valere, ſi tamen cum bona conſcientia poterat plus vni quam alij ſine cauſa relinquere, quòd videbatur recedere à teſtamento, in quo filijs ſecundis plus reliquerat, quia id de honeſtate facere non poterat per ea, quæ dicit Caſtren. dicto conſilio 150. libro 2. quinimo etiam in filijs ex eodem matrimonio honeſtum eſt, vt æqualiter inſtituantur, aliàs quis incidet in periculum. Oldrad. conſilio 127. in fin. ſi enim non eſt hoc honeſtum, non eſt vtile. iuxt. dictum Cicero. libro 3. offic. eſt etiam contra fidem datam primo viro, vnde quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt, & ſic contra conſcientiam, & mulier hoc faciens in fraudem, vt in effectu maritus haberet, peccaret mortaliter, vt per Craue. dicto conſilio 193. numero 11. Nec obſtat, quod dicit Franc. in capit. ſi pater. colum. fin. de teſtam. libro 6. quod non ſit contra conſcientiam id, quod fit lege permittente ciuili, & Canonica, quia reſpondetur, quòd in hoc caſu lex Canonica nihil diſponit, ſed tantùm lex ciuilis in dicto §. fin. ſecundum intellectum Barto. & Bal. vnde adhuc videtur eſſe contra legis conſilium, & honeſtatem, & ſic contra conſcientiam per ea, quæ dicit Franc. in dicta colum. fin. verſiculo, ſed contra prædicta: & hæc tantò magis procedunt, quando mater in articulo mortis dicit confeſſori ſe ita velle ſi id poteſt cum bona conſcientia aliàs non, vt per Dec. conſil. 611. num. 7.

Tertiò limita, vt dicta regu. non procedat, quādo manifeſtè conſtat illud plus relictum ſecundis liberis non fuiſſe factum contemplatione vi-
32 trici, & non † in fraudem, vel ad cautelam. de qua in l. hac edictali. §. ſin verò. ſed bono zelo, & intuitu filiationis tantummodo, ceſſat enim tūc ratio dicti §. ſin vero. & hanc opinionem expreſsè tenet Caſtren. dicto conſilio 150. libro 1. & Bertrand. in dicta l. hac edictali. numero 19. Marc. dicta quæſt. 27. [redacted] ad Dec. dicto conſilio 246. & ex hoc videtur ſubuerti ampliatio prima ſupra poſita: nam ſi pater erat mortuus certum eſt, quòd nihil vtilitatis, & emolumenti ad eum pertinebat, & ſic ceſſat ratio dictę l. hac edictali. & pro hoc videtur tex. in §. nec illud. dicta authen. de nupt. in fin. vbi mortuo ſecundo marito ſi vxor non tranſeat ad tertia vota, poteſt de bonis vt vult diſponere, & faciunt allegata per Burſat. conſilio 164. numero 27. & 28. libro 2. vbi vult, quòd ſtatutum Mutinæ diſponens, quòd mater non poſſit plus relinquere filijs ſecundi viri quàm primi, non habet locum mortuo ſecundo viro. Niſi reſpondeatur, vt ſupra dicebam, quòd dicta l. fuit facta non ſolùm odio mariti, ſed etiam fauore filiorum primi matrimonij, ac etiam in odium mulieris, quæ per tranſitum ad ſecunda vota intulit iniuriam primo viro, ac etiam ipſis liberis. §. proſpeximus. authen. de non eligen. ſecundo nuben. & in odium intemperantiæ, & inhoneſtatis ipſius matris, vt ait Imperator in dicta l. lex, quæ tutores. §. lex enim. C. de admin. tutor. ibi.

Sed etiam, quod per fœminas immoderatas, atque intemperatas proſpexit minoribus, quę plerunque nouis maritis non ſolùm res filiorum, ſed etiam vitam àddicunt.

In quo tex. ponderandum eſt verbum plerunque, inducit enim præſumptionem iuris de mala mente matris in primos liberos ex eo, quòd plerunque idest magis frequenter fit, per quem text. dicunt doctor. paſſim, quod mater zelo ſecundi viri excoriaret proprios filios à primo viro habitos, ideo eſt legibus valde ſuſpecta, vt per Afflict. deciſ. 357. nume. 2.

Fallit denique ſupradicta opinio, vt non proce-
33 dat, quotieſcunque pater † filiorum ex tali plus relicto nihil penitus conſequitur, vt ſi filius ſecundus ſit emancipatus, vt dicit Vaud. dicta quæſt. 17. (niſi eſſet facta emancipatio in fraudem,) ideo cautelam aliqui hic tradunt, vt patri viuenti omnino prohibeatur vſusfructus. Durans dicta cautel. 65. tunc enim ceſſant omnes præſumptiones contra matrem, quæ ſi poteſt extraneo, quod à legitima ſupereſt relinquere, multò magis proprijs filijs dare poterit, ſed vt ſupra dicebam hæc cautela videtur verbalis, & fraudulenta, ideo non obſeruanda, & hæc nota, quia ſingularia ſunt, & alibi fortè ita congeſta non reperies.

Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit, & combuſſit, an incidat in crimen falſi, & an pœna falſi ordinaria erit puniendus.

DECISIO CLXXI.

1 *Gabellarius libros in quibus notauit res gabellæ lacerans, & comburens an falſum committat.*
2 *Falſitas in priuata ſcriptura commiſſa, quę nemini nocet, non punitur.*
3 *Falſum committit, qui priuatam ſcripturam malo animo vt alteri noceat vitiat.*
4 *Scripturam priuatam cum alterius damno lacerans, vel comburens, non dicitur verè falſum committere.*
5 *In ſcriptura publica qualiter falſum committatur.*
6 *Libri gabellæ an dicantur publici, vel priuati.*
7 *In dubio malus animus non præſumitur.*

GABELLARIVS à tertio conuentus ſuper negotio gabellæ fuit requiſitus, vt libros ſuos exhiberet: ille multos exhibuit, præcepto illi facto vt ederet, q iuris eſt ſaltem conſuetudinarij in datiarijs, vt dicit Anto. Scapp. in tracta. iur. non ſcripti libro 3. cap. 77. numero 3. poſt Iaſ. in l. ipſe diſpice. numero 12. C. de eden. & videtur text. in l. vbi exigitur. D. de eden. in princip. & in l. argentarius. §. 1. D. eodem. quem text. extendit ibi Barto. ad omnes publicum officium gerentes. Sed cùm tertius videret aliquos deficere, obtulit iuramentum conuento, vt ſe purgaret illo, quod non habebat alios libros, tandem iurauit gabellarius ſe duos quidem alios libros habuiſſe, ſed quoniam in illis erant deſcripta aliqua erronea, illos lacerasse, & cremasse. Dubitatum fuit in Senatu quærente Sereniſs. Duce noſtro Carolo Eman. an iſte gabellarius hac de cauſa falſum commiſiſſet,
1 & an pœna † falſi plectendus videretur. Ego ſaluo ſaniori iudicio hanc quæſtionem ſic reſoluebam omiſſa diſtinctio. Bald. in conſilio 24. libro 4. quòd aut tales libri dicuntur ſcripturæ priuatæ, aut publicæ: ſi ſunt priuatæ ſcripturæ, idest, quæ pertineāt ad ſolum ſcribentis commodum, & ſine quibus ſtare ipſe poſſit, & officium ſuum exercere, tunc non eſſe dubium, quòd non poteſt dici commiſſa falſitas, nec res illicita aut dolus, tum quia de re propria actum eſt, in qua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. etiam in abutendo. Alberic. in l. cum in fundo. nume. 2. de iure dot. Rip. in l. ſerui electione. §. 1. numero 14. de lega. 1. tum etiam, quia iſta laceratio tanquam nulli nocibilis non punitur, ſicuti non puniretur
2 falſitas † in tali priuata ſcriptura commiſſa. per glo. quam omnes ad hoc allegant, & ſequuntur in l. damus. in verbo priuatas. C. ad l. Cornel. de fal. vbi Azo ita tenuit, & ita conſuluit Caſtren. conſi. 130. videtur dicendum. colum. 1. libro 1. vbi voluit, quòd poſſit talis liber priuatus comburi impunè, & in hac parte, quando nulli damnum infertur, illum ſequitur Socin. ſen. conſilio 103. per totum. & conſilio 104. colum. 2. verſicu. quartus, & vltimus caſus. libro 1. & Salyc. in l. 1. numero 8. C. de ſepulchr. viola & in dicta l. damus. in fin. Barto. in l. ſi quis legatum. D. ad l. Cornel. de falſ. vbi videtur tex. ad hoc. & communem dicit Clar. in §. falſum. numero 35. verſicu. item excuſatur. lib. 5. licèt ipſe velit tunc puniri talem pœna extraordinaria ſtellionatus, quod non credo verum, & latè de libris mercatorum loquendo ſcribit Marc. Solon de pace Hiſpan. conſi. 13. nu. 4. & 5.

Aut verò eſt talis priuata ſcriptura, ex qua tertius ius poteſt conſequi, & propter illius lacerationem damnum, & intereſſe conſequitur, & tunc credo ſubdiſtinguendum, quod aut eſt commiſſa falſitas in ipſa ſcriptura, puta quòd in libro ratio-
3 num quis poſuit † res falſas eo animo vt alteri noceret, & hoc caſu putarem eſſe falſitatem commiſſam, & incidiſſe hoc committentem in crimen falſi. per text. in dicta l. damus. in verſicu. nec non & rationes priuatas, vel publicas: nam hoc caſu nullam conſtituit differentiam ibi Imperator an ſcriptura ſit priuata, vel publica, quia animus attenditur, atq; in hoc caſu intelligendus eſt Soci. ſen. in conſi. 62. ne videatur contrarius Caſtren. & ſibimet in ſupra allegatis conſilijs, & idem voluit Salyce. in dicta l. 1. verſicu. ego his non obſtan. poſt Dyn. in capit. non eſt ſine culpa. de regu. iur. lib. 6.

vbi tamen Dyn nihil dicit ad rem, & clarius idem Salyc. ibi in verſicu. ſecundo caſu, quando vitium. Quamuis ipſe non videatur probare hanc diſtinctionem qualitatis præiudicij prouenientis: nam Salyc. intelligendus eſt, quando nullitas fuit facta ad effectum malum, licèt enim tunc ſit nullus actus per ſe committitur tamen falſitas in effectu, crederem tamen, quòd pœna non eſſet ita grauis ſicuti ſi commiſſa eſſet falſitas in libro publico, vel in ſcriptura publica, vt in inſtrumento ſeu teſtamento manu Notarij, vel ipſius teſtatoris ſcripto legitimè formato, & ſubſcripto.

Aut verò eſt cõmiſſa falſitas non in ipſa ſcriptura, ſed in rei ſubtractione, vel laceratione, aut cõ-
4 buſtione, vt in caſu noſtro, & tunc † licèt videretur prima fronte dicendum eſſe commiſſam falſitatẽ. per l. eũ, qui. C. ad l. Cornel. de falſ. & per l. 1. §. qui in rationibus. vbi gloſſ. in verbo amouerit. & l. inſtrumentorum. alias Paulus. §. 1. D. eod. titu. tamẽ ego ſalua meliori deliberatione dico, quod non incidit in pœnam falſi tale committens aliquid. quia non poteſt dici commiſſa falſitas: nam vera falſitas eſt, quando ponitur in ſcriptura pro vero id, quod eſt falſum, vtpote talem eſſe debitorem, qui non eſt, vel tantum debere, cùm minorem ſummam debeat, bene tamen tenebitur ad intereſſe erga partem hoc prætendentem, actione in factum, ſi dolus acceſſerit, quod intereſſe per iuramentum in litem terminabitur, idque totum prudentis iudicis arbitrio relinquetur.

Nec obſtat diſpoſitio dicta l. eum, qui. quia ibi poteſt dici commiſſa falſitas, cùm res publica, & quæ publicam reſpicit vtilitatem, vt eſt teſtamentum amouetur, & occultatur, & ſic falſitas ex apparenti mendacio, & occultata veritate deſcendit, quòd non poteſt dici in priuato libro, qui laceratur, vel comburitur. ſic etiam non obſtabit text. in dicto §. qui in rationibus. & gloſſ. ibi, quia ille text. procedit, & intelligi debet, quando occultatur liber rationum, qui eſt publicus quo ad intereſſe publicum, licèt priuatus, quòd à priuato teneatur dici ſoleat, & quando malo animo rei veritas, quæ ſcitu neceſſaria eſt, abſconditur, vt dicit dicta gloſſ. ibi. & ita etiam loquitur text. in dicta l. Paulus.

Aut verò ſequendo principalem diſtinctio-
5 nem ſumus in ſcriptura † publica, puta in libris publicum negotium tangentibus, & tunc vel falſitas eſt commiſſa in ſcriptura, vt ſupra dicebam, & nulli dubium, quòd eſt commiſſa falſitas: vel fuerunt libri lacerati aut conbuſti, & tunc ſi malo animo, & dolo id factum fuerit, non erit falſitas commiſſa neque ob id pœna ordinaria falſi punietur reus, ſed extraordinaria, & ea pecuniaria, & vlterius ad intereſſe ciuile erga partem, ſeu vniuerſitatem, vt in terminis dicit Boſſ. in tit. de falſ. nume. 81. & ſequen.

Punctus eſt igitur, vt videamus an iſti libri ga-
6 bellæ dicantur † publici, vel priuati. Et quòd publici dicantur facit, quia illis ſicut publicis ſcripturis fides adhibetur. doctor. in authen. ad hoc. C. de fid. inſtrumen. & in l. quidam. §. nummularios. D. de eden. vbi Bald. Maſcard. de probat. libro 2. conclu. 837. litera G. Verùm cùm iſti libri concernant priuatum fauorem, & commodum gabellarij circa ea, quæ ad illius ſpectant officium, vt tradunt Doctores in dicto §. nummularios, & poſt eos Socin. ſen. conſilio 208. colum. 2. verſiculo tertio ex libris. part. 2. Maſcard. de probat. dicto libro 2. litera L. concluſ. 976. numero 41. magis eſt, vt priuati dicantur, & tales, vt ex ipſorum laceratione non poſſit dici commiſſa falſitas, vt de mercatorum libris dicit Marc. Solon. dicto conſilio 11. numero 6. nam cùm teneantur à gabellario ſolùm pro ſuo intereſſe, & eius generis illi ſint, vt ſi ipſe gabellarius ſi nollet poſſet ipſos non conficere cum pro illius memoriali fiant, (vt credo) non video vnde hoc poſito falſitas oriri poſſit: cui enim dubium, quòd ſi fauor, & priuilegium aliquod datum eſt libris gabellarij, quin ipſe poſſit tali fauori, & priuilegio renunciare, libros lacerando, vel comburendo? Non nego tamen, quòd ſi hæc laceratio priuatum aliquod reſpiciat damnum, priuato ad intereſſe teneatur lacerans, vt ſupra dicebam, quòd ſi publicum vniuerſitatis, vel Principis damnum oriatur, tunc ſtante dolo, arbitrio iudicis extraordinariè vltra intereſſe puniatur pecuniaria pœna, non autem de falſo per ea, quæ de laceratione ſcribit idem Maſcard. de probat. concluſ. 962. libro 2. In
7 dubio † verò malus animus non præſumitur, quando ſumus in homine bonæ famæ, & nobili, & quando ex tali laceratione, vel combuſtione tale quid faciens nullum lucrum aut commodum ſentiret, vt per Maſcard. dicta concluſ. 962. numero 8. & 9. quo fit, vt in caſu propoſito non videretur locus eſſe inquiſitioni ſuper falſitate, & ideo Senatus votauit ex tali laceratione, & combuſtione non incidiſſe gabellariũ in pœnam falſi, nec eſſe locum inquiſitioni anno 1589. vltima Februarij: ſed quoniam apparebat, quòd talis gabellarius hoc fecerat poſt præceptum magiſtratus illi factum de præſentando tales libros, dictum fuit illum pœna pecuniaria ob ſpretam iudicis authoritatem eſſe plectendum: poteſt enim imo debet magiſtratus pœnis, & mulctis contumaces, & inobedientes ſuis mandatis coercere. l. 1. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemper. & l. ex quacunque. §. 1. ſi quis in ius vocat. non ierit. cum ibi notatis. & pro hac ſententia videtur text. ſi bene ponderetur in dicta l. vbi exigitur. D. de edend.

Legitima matris mortuo filio cum fratribus, quibus aliquid relictum eſt, extraneo vniuerſali hærede inſtituto quanta eſſe debeat. Burrigarij, & Bar. inuicem pugnantium ſententiæ examinantur.

DECISIO CLXXII.

1 *Legitima matris an ſit tertia tertia, vel tertia totius pe-*

 tendo

tendo ſupplementum.& nu.2.4.
3 *Legitima parentum tuta eſt ſicut legitima filio-*
rum.
5 *Legitima eſt tertia pars eius, quod quiſque eſt ab inteſta*
to habiturus.
6 *Legitima matris quanta eſſe debeat, varijs articulis pro*
poſitis, & excuſſis reſoluitur, & declaratur.

LEGITIMA matri debita eo
caſu cùm decedit filia nupta re
1 licta matre †, & tribus fratribus,
quibus ſingulis quinquaginta re
liquit marito vniuerſali hęrede
inſtituto, quanta ſit quęri ſolet,
an ſcilicet ſit tertia pars totius
hæreditatis, an verò tertia tertię. Difficilis quidem
quæſtio eſt, & dubia. Nam Iacobus Butrigar.
inter quæſtiones ſuas hac de re diſſerens cenſuit
legitimam hoc caſu eſſe tertiam totius hæredita-
tis. Bartol. verò in l. pater filium. 2. lectu. numero
14. D. de inoff. teſtam. tenuit contrarium, ſcilicet
legitimam eſſe tertiam portionis, ſeu tertiam
tertiæ.
Primam opinionem Butrigarij, vt more ſuo
2 contradiceret † Bartolo ſequutus eſt Bald. in
authen. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. & vt qui-
dam referunt in repetit. dictę l. pater filium. & in
l. vnica. C. de caduc. tollen. Caſtren. in l planè. aliàs
l. ſi pluribus. §. ſi duobus. numero 10. D. de lega. 1.
vbi in facti contingentia dicit ſe ita conſuluiſſe,
& hoc conſiliũ eſt apud me inter ipſius conſilia
286. libro 1. qui tamen verè in huius quæſtionis
deciſione titubare mihi videtur, dum à Barto.
ſententia non audet recedere, dicens non eſſe ſine
dubitatione, & fortè ſecuriorem ſibi videri, & ab
ea non receſſit in dicta l. pater filium. numero 15.
licèt aliam Butrigarij ſequatur conſulendo, eo
quòd receptior eſſet. Hanc etiam opinionem ſe-
quitur, & magis communem dicit Alexan. in di-
cta l ſi pluribus. §. ſi duobus. numero 9. Rube. qui
plura adducit in repetit. dictę l. pater filium. nu-
mero 112. & plurib. ſequen. dicens communem,
& in puncto iuris veriorem per text. in dicta l. pa-
ter filium. vbi probatur idem eſſe non extare, vel
extare, & non apparere, & ſic non ſuccedere.
Salycet in dicta auth. nouiſſima. quæſtio. 9. Roma.
in l. 1. C. quando non peten. pat. Fabian. de Gioch.
in dicta authen. nouiſſima. quæſtio. 4. numero 41.
Cuman. in l. re coniuncti. & ibi Crot. numero 329.
Rolandin. in tractatu vltimar. volunta. Rub. 20.
& ibi additio. numero ſexto. & inter conſulentes
ſententiam Butrigarij ſequitur Oldrad. qui plures
rationes adducit conſilio 123. Caſtren. dicto con-
ſilio 286. Gabriell. conſilio 94. libro 1. qui dicit ma-
gis communem, & veriorem per tex. in §. 1. auth.
de trien. & ſemiſſ. poſt Fulgo. Alber. Zabarel. Alex.
Brun. Craue. Ferron. Bertrand. Hartman. per eum
citatos, quibus addo Pancir. conſ. 143. Tob. Non.
conſi. 20. num. 14. Socin. conſi. 75. num. 7. volum. 3.
Ozaſc. conſi. 56. num. 1. & 2. & in fin. & multa qui-
dem pro hac ſententia traduntur à Doctoribus
ſupra citatis, quæ prudens prætereo, ne vt eſt
in prouerbio;

Occidat miſeros crambe repetita magiſtros.

Sed præcipuum fundamentum eſt. in dicto §. 1.
authen. de trien. & ſemiſſ. vbi, quod de legitima
filiorum ſtatutum à Iuſtiniano fuerat in princip.
vt integram tertiam totius ſubſtantiæ partem ha-
berent, idem in fin. ſubijcit Iuſtinianus ſeruandum
3 † eſſe in omnibus illis perſonis, quibus inofficioſi
querela antiquitus competebat. Atqui anti-
quitus aſcendentibus querela competebat. l. 1. &
& l. nam & ſi. de inofficio. teſtam. Accurſ. in dicto
verſicu. hoc obſeruando. Cuiac. libro 8. obſeruat.
cap. 23. & facit tex. in §. iuſtum autem authen. vt
cum de appellat. cognoſ. § de nepotibus. authen.
quibus modis natur. effic. ſui. ergo illis ſicuti filijs
tertia pars integra relinqui debet, & ſi non relin-
quatur, per iudicem adiudicanda erit, & teſtamen
tum quo ad illam partem nullum erit, vt dicit
Angel. de Gambel. qui hanc ſententiam ſequitur
in tract. de teſta. glo. 92. in fi. Io. Roias. in tracta. ſuc-
ceſſ. c. 29. nu. 3.
Opinionem verò Bartol. præcipuè in caſu no-
4 ſtro, quando † cum matre, fratribus, vel ſorori-
bus aliquid relictum eſt, ſequitur Gabriell. dicto
conſilio 94. numero 10. dicens hoc caſu opinio-
nem Barto. veram, & communem ſine vlla du-
bitatione, & ita video maiorem partem illorum
Doctorum, qui pro contraria allegantur, caſum
ponere in fratribus præteritis, & matre inſtituta,
quem ſequitur Burſat. conſilio 115. numero 6. &
7. Atque hoc quidem mihi abſque fundamento
eſſe non videtur, quia aliàs nimium pręiudicium
inferretur marito hæredi inſtituto, ſi & fratres le-
gatum haberent, & mater integram portionem
obtineret, omninoque voluntas teſtatricis inanis,
& fruſtratoria redderetur, contra quàm Iuſtinia-
no, & legumlatoribus viſum fuerit, atque in iiſ-
dem terminis huius limitationis reſtringitur. Pan-
cirol. in dicto conſilio 143. & Bald. in dicta auth.
nouiſſima. in fin. Sed hoc caſu prætermiſſo hanc
opinionem Barto. indiſtinctè ſequuntur Iaſ. conſi.
61. volu. 3. Alex. 14. volu. 2. Bald. 350. volu. 4. Fulgo.
conſi. 55. Corn. 150. volu. 1. Iacobin. in d. l. pater fi-
lium. num. 40. vbi eleganter reſpondet ad rationes
Butrigarij. Burſat. conſi. 114. nu. 1. libr. 1. & d. conſi.
115. Berengar. Fernand. in repet. l. in quartam. num.
156. D. ad l. Falcid. Aret. qui dicit communem, &
veriorem in d. §. ſi duobus. & Ang. ibi. Caſtr. in d. l.
pater filium. Hippolit. Riminald. conſi. 405. nu. 9.
& ſeq. vol. 4. vbi latè firmat rationes Barto. contra
Butrig. dicens communem. M. Ant. Cuch. in tract.
de legit. ad auth. nouiſſima. in verſic. quærunt præ-
terea pag. mihi 34. Mich. Graſſ. in lib. ſenten. §. legi-
tima quęſt. 8. vbi dicit opinionem Bart. veriorem,
licèt alteram communiorem fateatur, & nouiſſi-
mè iuxta illam iudicatum teſtatur Vincent. de
Franch deciſio. Neapol. 63. & in addit. eiuſdem in
pat. 2. ſuarum deciſ. vbi nonnullas ita iudicatum
refert, & cum hac opinione ego tranſibam in
Senatu,

Senatu, prout aliàs etiam iuxta Bartoli ſententiam fuerat iudicatum in eodem Senatu, de qua ſententia mentionem facit D. meus Praſes a Ponte in ſuis reportatis.

Pro qua opinione illud maximè videtur vrgere,
5 quod regula generalis eſt legitimam † propriè eſſe tertiam illius portionis partem, quam quis ab inteſtato ſuſcepturus eſt, vel quartam, vt voluit Iuſtinianus in §. ſi quis autem. authen. de hæred. & Faleid. l. Papinianus. §. quoniam autem. D. de inoff. teſt. Gabriell. dicto conſilio 94. numero 2. & numero 5. in fin. Bolognet. in repetit. l. in quartam. numero 267. D. ad l. Falcid. At mater, quæ inſtituta querela inofficioſi vult rumpere teſtamentum petendo legitimam, vel ſupplementum legitimæ, nil aliud petere videtur quàm, quod de iure illi pro legitima conceditur, ſcilicet tertiam partem portionis ſibi ab inteſtato debitę. Tanta igitur erit illius legitima non plus: nam aliàs abſurdum ſequeretur, vt dicit Gabriell. numero 6. plus conſequi aliquem ex teſtamento contra voluntatem defuncti teſtatoris, quàm fuiſſet conſequutus præter voluntatem, vel ab inteſtato, quod fundamentum dicit ſolidiſſimum Riminald. dicto conſilio 405. numero 9. libro 4. atque hæc opinio multò magis procedere deberet, quando fratres ſunt in aliquo inſtituti, & cum matre partem capiunt: nam tunc & rèceptiſſima eſt Barto. opinio, vt ſupra tradidimus ex Gabriell. & abſque vlla difficultate procedit. Nam ſi, vt dicit Bald. in dicta authen. nouiſſima, quando mater ab inteſtato ſuccedit ſimul cum fratribus defuncti legitima matris eſt tertia tertiæ, idem erit & hic, vbi fratres vnà cùm matre, & in eadem portione vocati ſunt à teſtatrice, cuius voluntas maximè inſpicienda eſt, ne ſequatur illud abſurdum matri plus deferri ex teſtamento filiæ contra votum ſuum, quàm per legem illi deferretur, & ſi mater vellet reducere rem ad cauſam inteſtati fratres, vel ſorores ſuccederent in virili vnà cum illa, vt clarè diſponit text. in §. cum igitur. authen. de non eligen. ſecundo nuben. & ſic neceſſariò illius portio diminueretur.

Verùm cùm hæc quæſtio diſputaretur in pleno Senatu congregatis claſſibus ob diffi-
6 cultatem † quæſtionis, in cauſa Nicien. Martelli contra Fabros Referente Acutiſſimo Domi. Senatore Cerua, re per multos dies diſcuſſa, & auditis partium aduocatis, & viſis ſuper quæſtio. hac multis allegationibus, dictum fuit eſſe diſtinguendos in hoc tractatu plures caſus.

Primus eſt, quando fratrer aut ſoror legat fratribus aliquid puta quinquaginta, & in alijs quinquaginta matrem inſtituit, tunc cenſuit legitimam matris eſſe non tertiam portionis, quam fuiſſet habitura ab inteſtato, ſed tertiam totius hæreditatis, ſic tamen, vt legata fratribus relicta minuerent hæreditatem, & detraherentur ante legitimam.

Secundus caſus eſt, quando fratres omnino ſunt præteriti, & tunc multò magis Senatui viſum fuit cum communi opinione contra Bartol. legitimam matris eſſe tertiam totius.

Tertius caſus eſt, quando omnes fratres eſſent hæredes inſtituti, vel ſingulis tantum aut plus legatum quàm accepturi fuiſſent ab inteſtato, & tunc ſtatuit ſequendo opinionem Bartoli legitimam matris eſſe tertiam illius portionis nis, quam ab inteſtato habuiſſet.

Quartus caſus ſi alijs fratribus præteritis vnum hæredem ſcripſiſſet, & tunc dubitatum fuit, an legitima matris eſſet tertia totius, vel tertia ſemiſſis (dico ſemiſſis, quia fratres præteriti habentur pro nullis, & propterea vnus tantùm ſupertit, qui ab inteſtato videatur concurrere cum matre,) & in hoc articulo variatum fuit, & nihil deciſum, & verè cùm hic frater fuerit agnitus à teſtatore, & ſcriptus hæres vniuerſalis, & in ſucceſſione inteſtati ſi ſolus fuiſſet partem feciſſet matri, videretur legitimam matris eſſe tertiam ſemiſſis: in contrarium videretur eſſe tertiam totius per text. in dicto §. 1. in illis verbis. *Sed tertiam propriæ ſubſtantiæ partem.* Iuncto verſiculo hoc obſeruando. authen. de trien. & ſemiſſ. & in hac opinione inclinabat maior pars dominorum. Et hæc omnia reſoluta fuerunt in prædicta Nicien. 1585. 19. Februarij.

Sanguis profluens è vulneribus occiſi aſtante inquiſito an faciat indicium ad torturam, & vnde hoc prodeat.

DECISIO CLXXIII.

1 *Sanguis profluens ex cicatricibus occiſi an ſit ſufficiens indicium ad torturam, & num. 2.*

3 *Sanguis profluens ex naribus aut ore mortui ante præſentationem inquiſiti facit indicium.*

4 *Præſentatio inquiſiti ante corpus occiſi poſt duos, vel plures dies fieri poteſt.*

5 *Præſentatio inquiſiti ante corpus occiſi fieri poteſt etiam, quando agitur contra mandantem.*

6 *Indicium, quòd oritur ex ſanguinis fluxu è cicatricibus occiſi, qualiter iure probetur.*

7 *Indicium oriens ex præſentatione inquiſiti ante corpus occiſi eſt periculoſum, & vbi nulla alia concurrunt indicia, non eſt ſeruandum.*

SANGVIS profluens ex cicatricibus occiſi præſentato inquiſito ſuper quo ſuſpicio de delicto habetur, an faciat † indiciũ ad torturam, diſputant doctores: Et quòd faciat quidem indicium ad procedendum, non autem ad grauiorem quæſtionem, ſeu torturam aliqui dixerunt, quia non ſit perfectum indicium, 1

cum

cùm oriatur ex cauſa intrinſeca & occulta, de
qua ſolùm iudicat Deus non autem iudex, qui
debet iudicare ad acta, & ſecundum leges, quæ
nullibi de hoc miraculoſo indicio loquuntur, &
ita tenet Franciſc. Caſon. in tracta. de malefic. præ-
medita. capit. 3. in rubrica de ſangu. profluen-
te. citans ad hoc Hippol. in ſua practica. §. diligen-
ter. numero 181. vbi de hoc latiſſimè diſſerit, &
dicit his ſupranaturalibus probationibus, vt etiã
incantationibus non eſſe dandam fidem, ita vt
indicium non faciant ad torturam, ſed ſolùm ad
inquirendum, licèt enim hæc in natura certa ſint,
occulta tamen ſunt propter inſciẽtiam noſtram,
& ideo non ſunt à iudice intuenda. l. ſed & ſi re-
ſtituatur. D. de iudic. hanc etiam opinionem te-
nuit Ant. Gomez. var. reſolut. libro 3. capit. 13. nu-
mero 15. in fin.

Sed contrarium, quòd imò hoc miraculoſum
indicium, & naturę prodigium faciat locum non
2 ſolùm † ad procedendum, ſed etiam ad tortu-
ram, tenuerunt alij, & quidem vt videre potui
magis communiter. Ita Paris de Put. in tracta.
de ſindica. in verbo tortura. in §. mandauit rex.
numero 29. dicens ab hac experientia non eſſe
recedendum, & quòd iſtud eſt magnum indi-
cium, & eſſe opus Diuinum ad vindictam occiſo-
rum, quorum ſanguis de terra ad Deum clamat,
vt dicitur Geneſ. capit. 4. & Marſil. conſilio 24.
numero 2. & cum hac opinione Putei, & Ange.
ab eo citati tranſit Afflict. in titu. de pac. iuramen.
firman. §. iniuria. in quarto notab. num. 62. dicens
hoc eſſe magnum indicium, & ab experientia
receptum, à qua non licèt recedere, ibique multa
ſimilia miracula allegat, citatque ad hoc Gandin.
& Angel. qui tamen in meo libro de hoc non lo-
quuntur. Hanc etiam opinionem ſequuti ſunt.
Boer. deciſ. 166. indicium. num. 1. Neuizan. in ſilu.
nupt. verſicul. ſicut cadauer. Marc. Blanc. de indic.
& tortu. nu. 408. Menoch. de arbitrar. iud. caſu 270.
num. 16. & nouiſſimè libr. 1. præſumpt. quæſt. 89.
nu. 128. Boſſ. in tit. de indic. num. 73. vbi dicit iſtud
indicium eſſe mirandum, & latius in tit. de homi-
cid. nume 105. & 106. vbi teſtatur de hac experien
tia, dicens idem euenire in infantibus à nutrici-
bus ſuffocatis. Et attento hoc indicio ita fuiſſe
Salmanticę practicatum dicit Gomez. in dicto
capit. 13. numero 15. & hoc pro Diuino, & mira-
culoſo indicio notat Onciac. Sabaud. in ſuo li-
bro quæſtionum iuris Philoſophicar. capitu. 36.
numero 2. citans illud Dauid. 78. Pſal. *Et inno-
teſcat in nationibus coram occulis noſtris vltio ſanguinis
ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt.* De hoc etiam mi-
rando, & ſtupendo naturæ effectu, vt ipſe vocat
latiſſimè tractans Leuinius Lemn. Medicus Xi-
riceus quiſquis ille ſit author non ſpernendus in
libello ſuo de occul. natur. miracul. libro 2. ca-
pitu. 7. dicit hac experientia, & indicio vti paſſim
magiſtratus Picardiæ, conaturque reddere cau-
ſas huius rei, ſed iudicio meo parum concluden-
tes, quoniam ad tam occultas naturæ, ſiue magis
diuinas operationes humanum, & imbecille non
poſſit penetrare iudicium.

Mihi certè ſemper vti incerta, & occulta, ita
etiam periculoſa viſa fuit iſta experientia, & ideo
non attendenda, præſertim cùm de illa nullibi le-
ges noſtræ meminerint: imò audiui ſępiſſimè ab
iſtis magiſtratibus, qui cauſas criminales agunt,
euenisse in hac patria, vt hæc experientia fallax
reperta fuerit, & non exiuiſſe ſanguinem præſen-
tato occiſore, qui tamen poſtea repertus fuit ve-
rè homicidij reus: vnde ſcio in multis locis ab hac
experientia receſſum, vt etiam infra dicam. Ve-
rùm apud Senatum noſtrum vidi multoties
fuiſſe obſeruatum propter authoritatem illo-
rum Doctorum, qui hanc partem tenuerunt,
vt iſtud indicium ſufficeret ſaltem ad primum
gradum torturæ, nullis alijs indicijs aut admini-
culis concurrentibus: quòd ſi alia concurrant
indicia coadiuuari hoc, vt etiam ad vlteriores
torturæ gradus deueniri poſſit, & ita videtur
ſentire Iacob. Nouell. in pract. crimina. in prin-
ci. numero 94. & Carer. ibidem folio 34. nu-
mero 141.

Ampliatur hæc experientia, vt non ſolùm
3 procedat, quando ex vulnere exit ſanguis, † ſed
etiam ſi ex naribus, aut ex ore. & ita exemplificat
Boſſ. in dicto titu. de homicid. numero 105. quòd
euenire poteſt in his, qui non fuerunt vulnerati,
ſed ſuffocati, quòd exemplum habuimus nos an-
nis ſuperioribus in quadam monaca Hyporę-
diæ ſtrangulata, & in alio caſu de quo infra
dicam.

Ampliatur ſecundo, vt non ſolùm poſſit fieri,
quando quis de recenti eſt mortuus, ideſt intra
ſex, vel ſeptẽ horas, vt exemplificat Franciſc. Ca-
ſon. d. cap. 3. poſt Ficinum per eum relatum, ſed
4 etiam † poſt vnum, vel plures dies, ita cenſuit
Senatus in caſus contingentia, quæ euenit anno
1585. in loco Soſpitelli, vbi iam biduo ſepultum
erat cadauer, & tñ cũ fuiſſet extractũ à ſepultura,
& accerſitus is, in quẽ erat ſuſpicio homicidij, ſta-
tim ex naribus, & ore exierunt aliquot guttæ ſan-
guinis, quare ordinatũ fuit eũ eſſe torquendum in
ſecundo genere, quia aliquot alia cõcurrebant in-
dicia. & cũ hac ampliat tenet Papon. tit. de quæſt.
Arreſt. 5. vbi exemplificat in quodã, qui ſteterat ſe-
pultus per octo dies, & fuerat à matre ſuffocatus,
& de alio, qui ſteterat ſepultus per duos menſes,
de quo ẽt meminit Boer. d. deciſ. 166. ponẽs rõnes
huius mirandi indicij ex Petr. de Appo. in cõmen
tarijs ad problem. 6. ſeptimę par. col. 2. ver. deinde.

Ampliatur tertiò hoc dictum, vt procedat non
ſolùm quando inquiritur ꝯ occidentẽ, qui re ipſa
vulnus, vel mortem alio modo intulit, ſed etiam
5 contra † complices, & contra mandantẽ occidi,
vel contra eos, qui cauſam morti præſtiterunt,
& hanc ampliationem expreſsè ponit Leuin.
Lemn. d. cap. 7. & ob id iucundiſſimus Compater
meus, & Senator doctiſſimus Iuuenalis Capellus
Foſſanen. dicere ſolet; Medicos ad funera mor-
tuorum non accedere, quòd dubitent ſi for-
tè morti cauſam præſtitiſſent, id detegi poſſe
ex cadaueris ſanguinoſo aliquo defluxu. Et
quamuis non reperiam Doctores noſtros de

hac

hac ampliatione loqui, & fortè hæc adeo ſupranaturalia indicia non ſint trahenda ad conſequentiam.l.nam ad ea.D.de legib.pręſertim in odioſis, nihilominus ratio quam ibi allegat Lemn.& Marſil.Ficin.in conuiuio Plat.orat.7.c.5.ſub rub.quàm facilè amore irretiamur.hoc videtur innuere, cũ illorum ratio etiam hoc in caſu procedat.

Huius autem ſupranaturalis indicij canſas, &
6 rationes † perquirere ſolent Philoſophi, quas ſingulas nouiſſimè illorum loca enumerando refert Hieronim. Mag.libro 3. Miſcellan.cap.5. qui tandem mihi videtur reſpondiſſe id, quod pro rei veritate eſt, nempe hoc non niſi ex miraculoſo Dei iudicio procedere, & nihil aliud dici poſſe, niſi quòd miraculum eſt, quo fit vt mirum non ſit ſi ſapientes iſti nullam veram rationem reperire potuerunt, & diuerſimodè loquuti ſunt, cùm nihil certi ſtatui poſſit. Abſcondit etenim Deus hæc à ſapientibus, & paruulis reuelat, quando illi placitum eſt, ſed ſi aliqua Philoſophorum ratio credibilis eſſe poteſt,non eſt aſpernenda ea,quam Facinus adducit, ſed aduerte, quòd illius ratio procederet tantùm in recenter mortuo, ideſt per ſeptem horas ad plus, intra quod tempus reſtant in cadauere nuper extincto hominis quidam leuiores ſpiritus cuiuſdam rationis adhuc capaces, ex quibus mouetur bilis, & ſanguis exemplo ligni accenſi, à quo ſi flamma extinguatur remanent tantum quædam caloris reliquiæ,ſiquidem, vt inquit Virgil.

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus

Vnde fit vt eueniat illa ſanguinis eiectio,iuxta verſus Lucret.Rerum natural.lib.4.

& illam
Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu,
Et ſi cominus eſt,os tum ruber occupat humor.

Et ad hanc rem, vt etiam poſt aliquot dies inſit quidam vitalis ſpiritus in homine mortuo, alludit antiquorum opinio gentilium, qui exiſtimabant animas à corporibus excites in tenues auras reſolui, & corpori circunſtare, vt apud Virgil. in fin. libro quarto Æneid.

Vſque in ventos vita receſſit.

Et in quarto Georgicor.

Quemq; ſibi tenues naſcenti arceſſere vitam.

Imò & ſepultorum cadauera cuſtodiri ab illorum animis indicat idem Virgil. libr.6. Æneid. illis verſibus.

Hæc omnis quam cernis inops inhumataque turba,
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quieſcant.

Quod præcipuè in illis continget,qui non naturali habitu,ſed violenta morte peremptì è viuis recedunt, tunc enim exiſtimabant veteres remanere quaſdam animæ reliquias in moribundum, donec Proſerpina crimen euelleret. vnde idem Virgil.lib.4.

Nam quia nec fato,merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem,ſubitoque accenſa furore,
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat.

Sed & Diuus Auguſtinus in Enchirid. quod à Gratiano refertur in capit.tempus. 13. quæſtio. 2. dixit animas illorum, qui neque valde mali, neque valde boni ſunt cùm moriuntur, donec veniat reſurrectio vniuerſalis in abditis locis morari, & ſic poterit morari iuxta cadauer per aliquot horas,vel dies, quod etiam ſenſit Guliel.Onciac. d.q. 36.nu.2.citans illud Ouidij.

Terra tegit carnem,tumulum circumuolat vmbra.

Sed vt dixi iſtis rationibus omiſſis quoniam hæc è ſolo Dei prodeunt iudicio, vnde vera ratio elici non poteſt, cùm Dei iudicia ſint imperſcrutabilia, & abiſſus multa, dicente Propheta. *Quàm mirabilia ſunt iudicia tua Deus, &c.* Monitos velim iudices, & illos magiſtratus,quibus hoc indicium præ manibus contingit, vt non ita paſſim illi fi-
7 dem præſtent, † cùm ſit fallax, periculoſum,& incertum, & audiui ob id Romæ hanc experientiam vti fallacem non practicari, niſi alia concurrant indicia.Quid enim ſi non Diuino,ſed Diabolico aliquo ſpiritu cadauer illud inducatur ad ſanguinis profluuium, vt quandoque innocenti noceat? Ideo fortè cautius ageretur,ſi in re hac quando caſus contingit non iuriſtas, ſed doctos Theologos conſuleremus,cùm de hoc indicio (vt dixi) iura non loquantur, & ad Dei auxilium,& conſilium recurrendum erit. Et animaduertendum eſt,ſi quando hæc per iudices in praxim deducētur, vt valde cauti in hoc ſint, & priuſquam adhibeatur ſuſpectus ad corpus occiſi,remaneat cadauer per aliquod ſpacium temporis immotum, & tunc fiat aſſiſtentia, ſeu præſentatio ſuſpecti, & ſi ſuperueniendo exit ſanguis, tunc poterit iudicare de hoc indicio,& ita intelligit Afflict.in dicto titulo de pace iuramen.firm.nume. 62. & Lemn. dicto capit. ſeptimo. nam ſi fieret aliquis motus in cadauere, de facili poſſet per rerum naturam excurrere ſanguis, aut alius humor, vt euenire ſolet non ſolùm in recenter mortuis, ſed etiam in iam putreſcentibus cadaueribus, & hoc indicium grauius orietur, & ſtupendum magis fiet, etiam ad acriorem torturam, ſi ceſſato ſanguine ex receſſu ſuſpecti, rurſus eo adhibito ſuperueniret ſanguis, illa enim geminatio vt in cęteris valde notanda eſſet. Et hæc nota, quia pul-

pulchra ſunt, & volui latius quàm conueniat tractare, quoniam caſus eſt obſcurus, & ſæpius euenire ſolet apud criminaliſtas.

Augmentum monetæ, cuius ſolutio fieri debet inſpecto tempore obligationis non autem ſolutionis, an procedat in debito vſurario, & pro quo creditor ſoluit intereſſe.

DECISIO CLXXIIII.

1 *Pecunia credita reſtitui debet iuxta valorem currentem tempore obligationis non autem ſolutionis.*
2 *Augmentum monetæ an debeatur in credito vſurario, & pro quo ſoluitur intereſſe. & nu. 5.*
3 *Ex pacto retrouendendi debetur augmentum monetæ, & quare.*
4 *Moroſus debitor tenetur ad augmentum monetæ etiamſi ſoluat intereſſe.*
6 *Augmentum monetæ an debeatur, ſi aureo ſit præfixa æſtimatio.*

PECVNIA credita reſtituenda eſt per creditorem debitori
1 † iuxta valorem currentem tempore obligationis, non autem ſolutionis, & hoc procedit regulariter iuxta l. Paulus. D. de ſolutio. & in l. cum quid. D. ſi certum petat. & vtrobique Doctor. vt proinde augmentum ſuperueniens tempore intermedio cedat lucro creditoris, & hoc iure vti ſolet Senatus noſter, & ita ſępiſſimè vidi obſeruari abſque aliqua difficultate, & hoc etiam frequentius in antiqua Doctorum diſputatione obtinuiſſe dicit Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 4. obſeruat. 1. vbi omnino vide, & latè Gabriell. de ſol. conclu. 1. Curt. Burgen. *dineror.* libro 2. Grat. conſilio 12. & 13. libro 1. & per Afflict. in titu. quæ ſint regal. §. monetæ numero 15. in fin. Didac. de numiſma. capit. 7. §. ſupereſt modo. vbi pulchrè, & more ſuo eleganter diſſerit: ſemper enim inſpicitur tempus, quo actus fit non poſtea in hac materia, Natt. conſilio 156. in vltimo dubio. & conſilio 454. lib. 2. per totum, vbi videas.

Hæc tamen regula reſtringitur, & limitatur, vt non procedat in credito vſurario, aut pro quo ſol
2 uitur † intereſſe, quia tunc debitor non debet duplici onere grauari. Iſta fuit originalis conſideratio antiqui Doctor. Pilei inter quæſt. ſuas. q. 35. incip. quidam creditor. in fi. vbi dicit ita fuiſſe deciſum per Papam, qui inter debitum vſurarium, & gratuitum diſtinxit, cuius opinionem poſtea ſequuti ſunt Io. And. in addi. ad Spe. de oblig. & ſol. §. nunc aliqua. in vltima addit. ſubtilis Claud. de Seyſſel. in l. ſi ex legati. D. de verb. obliga. & in l. ſi paſcenda. C. de pact. Purpur. in l. cum quid. num. 168. D. ſi cer. peta. & ibi Parpal col. fi. verſ. quarta concluſio. Afflict. in d. titu. §. monetę. nu. 15. verſi. fallit niſi creditor. referens Io. And. ſupra citatum. & hanc opi. inter communes ponit, & ſequitur A. Gabriell. commu. opin. lib. 3. tit. de ſolu. concluſ. 1. nu. 33. qui etiam ad hoc allegat Brun. in tractatu de augmen. mon. in 5. limita. Ita quod non videtur dubitandũ, quin iſta ſit communis, & receptiſſima concluſio, & hanc opinio. eſſe æquam dicit Io. Andr. & eam multis rationibus comprobat Caballin. in tract. de vſur. q. 90. num 686. & 587. poſt Seyſſel. & Purpur. ab eo citatos, dicens ita ſæpiſſimè iudicatum per parlamentum Pariſien. reuocata ſententia prioris iudicis, qui aliter dixerat, & condemnato creditore in expenſis, & ſe in facti contingentia ita conſuluiſſe, & ſecundum hanc opinionem vidi ſępiſſimè iudicaſſe Senatum, præſertim ſuperioribus annis in quadam cauſa Taurinen. referente Do. Senatore Ozaſco, 1585. & in alia cauſa Hipporegien. 1589. 3. Nouembris. Referente eodem Do. Ozaſco.

Nec obſtat opinio aliquorum contrarium tenentium, videlicet Cagnol. in l. 2. q. 73. nu. 2. o. C de pact. inter emptor. Neuiza. conſilio 88. num. 16. & Illuſtr. D. Compatris mei Antonij Solæ in ſuis doctis commentar. ad decre. antiqu. Sabaud. ritu. de pact. inter emptor. numero 69. quia prædicti lo-
3 quuntur in venditione cum termino luendi †, qui caſus eſt valde diuerſus à caſu propoſito: concurrunt enim diuerſæ rationes, ſiquidem contractus iſte tam ex iure quàm ex conſuetudine licitus eſt: vſurarius verò contractus, de quo agimus, omni iure reprobatur: prætereà in retrouenditione ille, qui redimit, voluntariè redimit rem quam non cogitur redimere, debitor verò ſoluit coactè pecuniam, ad cuius ſolutionem cum vſuris compelli poterat. Item, quia poſſidens prædium percipit fructus ex re ſua multis periculis, & oneribus ſuppoſita, vnde magis illi fauendum eſt, quàm creditori, qui percipit fructus ex re aliena, cùm pecunia non ſit mutuantis, ſed debitoris cui mutuata eſt l. 2. §. appellata. vbi Doctores D. ſi certum peta. Item, quia magis naturale eſt, vt prædia fructus pariant, quàm ipſa pecunia. l. 2. §. 1. D. de vſufruct. earum rer. quæ vſu conſumun. & paſſim dicunt Doctor. quo fit, vt magis ſit priuilegiata hæc cauſa quàm alia.

Secundò reſpondetur, quòd etiam in caſu retrouenditionis multi Doctores tenuerunt oppoſitum, & ita in his terminis dicit ſe pro debitore cõſuluiſſe Caballin. dicto numero 686. 688. quæſt. 90. & licèt hæc quæſtio ſit argumentoſiſſima, tamen pro ſua opin. fundata firmis rationibus legalis æquitatis ſępius iudicaſſe Senatum Pariſien. ex rationibus ab eo citatis refert.

Sublimitarem tamen prædictam concluſionem, vt procedat opinio Pilei, & communis quando debitor non eſt ↄdemnatus, aut ſaltẽ interpellatus, nec in aliqua mora, vt ſi creditor mutuat ad tẽpus, & interim ſoluitur intereſſe, & voluntariè differtur

fertur

fertur ſolutio in beneficium creditoris, qui intereſſe ſuæ pecuniæ à debitore quotannis recipit, & tempore ſolutionis dictæ dicto adueniente debitor offert pecuniam debitam. Secus verò ſi eſſet
4 in mora, tunc enim † à die moræ videretur condẽnandus nõ ſolùm in intereſſe vſurarum, ſed etiam ad aliud intereſſe augmenti monetæ, cũ non conueniat, vt ex ſua mora, & culpa damnum patiatur creditor. Gabriell. d. concluſ. 1. de ſolutio. nume. 6. poſt. Cyn. Alberi. Anchara. & alios inibi relatos. faciunt, quæ dicit Abb. in capit. quanto, colum. 6. de iureiur. Atq; hinc fit, quòd ſi medio tempore poſt moram debitoris pecunia antiqua mutetur in nouam ex decreto vel conſtitutione principis, & antiqua reprobetur, tenetur debitor propter morã ſuam ſoluere ad rationem antiquæ, ne creditor ex debitoris mora, & culpa indebitè damnum patiatur. ita notantret, & ſingulariter tradit Mich. Graſſ. commun. opin. lib. 2. quæſtio. 12. capitu. 1. in verbo mora. & pulchrè Alciat. in l. cùm quid. num. 43. & ſequen. D. ſi cert. petat. quod ſecus eſt, quando debitor non eſt in mora, vt in hoc caſu ex communi poſt innumeros quos allegat docet Viu. inter cõmun. opin. Tom. 2. litera. M. in verbo Moneta. licèt hæc vltima opinio malè fuerit obſeruata à noſtris magiſtratibus monetarum; qui etiam in debitore condemnato & interpellato ac omnino moroſo voluerunt edictum Principis ſuper reprobatione antiquæ monetæ factum obſeruari; ſed (pace dixerim) neſcio vbi fundetur hęc opinio, ex qua voluit debitorem ex mora ſua lucrari contra æquitatem ipſam, & omnia iura, & contra text. expreſſum, & aureum in l. creditor. D. de ſolut. Imò moram non eſſe in fauorem creditoris (qui aliud pro alio inuitus non cogitur ſuſcipere) conſiderandam nouiſſimè ſcribit in hac materia Aſinius in tracta. de execut. §. 7. cap. 128. colum. 2. quando autem dicatur contrahi mora, vltra Docto. maximè. Iaſ. & Purpura. vide elegãter ſcripta per Cabalin. in tit. de vſur. nume. 32. verſicu. declaro quinto, Cui addo quòd in hoc caſu in mora quadam irregulari etiã is eſt, qui ad principem confugiens indutiarum literas impetrauit: nam licèt ex principis indulgentia de qua alibi latius dicam non poſſit ad ſolutionẽ durantibus indutijs compelli, tamen quia pecuniam contra creditoris voluntatem retinet, non ſolùm legitimas vſuras ſoluet ſed etiam monetæ augmentum & ita cẽſuit Senatus referente D. Cerua 1589. Decembris. In cauſa Ripolenſi.

Sublimitarem vlterius, vt opinio Pilei procederet,
5 quando † ſimpliciter quis mutuo dedit ſcutos centum auri in auro, vel in tot pecunijs argenteis, puta libris ducalibus, ita vt in eadem forma reſtituerentur, tunc enim ſeruanda ſunt pacta. Pacta enim ſeruabo ait prætor. l. 1. D. de pact. & contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. ſi conueniat. D. depoſi. Iuxta illud euangelicum *Amice non facio tibi iniuriam: non ne ex denario cõueniſti mecũ?* Et prædicta opinio Pilei iudicio meo indubitanter procederet, quãdo mutuati ſunt aurei centũ,
6 & eidẽ aureo † præfixa eſt æſtimatio puta ad flor. 9. pro ſingulo aureo, tunc enim ſi decreſceret aureus ſoluendi nihilominus eſſent flor. 9. pro ſingulo aureo: ita è conuerſo ſi augeatur aureus non debebuntur niſi floreni nouem per regu. l. ſecũdum naturam. D. de regu. iur. & ita conſulit Grammat. in conſilio 12. nume. 44. & 49. libr. 1. qui dicit communem, & puto hoc caſu eum verum dicere, & ita etiam tenet Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 18 nume. 26. & 28. Crauet conſilio 887. numero 2. poſt Bartol. Bald. Aret. Soc. & alios ibi relatos. D. Sola in loco ſupracitato nume 75. & numero 78. & ita ſepiſſimè cenſuit Senatus præſertim in quadam Taurinen. ciuitatis cõtra fratres de Ruſchis. de qua deciſione idem D. Sola meminit. Secus verò ſi dictum fuerit auri in auro: nam tunc licèt aureo præfixa fuerit æſtimatio iux. valorem. currentem tempore obligationis, vel contractus, tamen ſi valor aurei augeatur debebitur augmentum; Ratio eſt, quia nũquam ius admittet, vt damnum ſentiat creditor, qui vtique damnum ineuitabile ſentiret ex beneficio etiam ſuo, ſi cogeretur aureũ capere iux. valorem currentem tempore contractus, cùm poſteà ob deteriorationem monetę valor fuerit mutatus. Sed aduerte (redeundo ad rẽ) quòd debebitur eo caſu augmentum monetæ iuxta valorem florenorum tempore contractus. vt per D. Solam. nume. 77. & ob id dicit Grat. ibi ſpectandum eſſe tempus ſolutionis.

Limitaĩ præterea d. opi. Pilei & cõis, vt ꝓcedat quando mutuati ſunt mille aurei ad rationem. 8. pro quolibet ſcuto, quos quis promiſit reſtituere, nec dictum fuit in tot mille ſcut. boni aurei, & iuſti ponderis, nam ſi ita dictum eſſet deberentur mille aurei in auro iuſti ponderis nec liberaretur debitor offerens flor. 8. pro ſingulo aureo in moneta. ita conſuluit D. Cephal. conſilio 31. agentes. nume. 5. & bene. Quid autem in cenſibus, & emphyteoticis obligationibus dicendum ſit, vide Cephal. conſil. 31. & quid in penſione, Aſin. dicto §. 7. capit. 161. & quid ſi moneta, quę tempore contractus ſoluta fuit, non extet. Myſinger. dicta obſeruat. 44 Cæterum ego declaro opinionem Pilei vt vera ſit niſi maius damnum ſentiat creditor ex augmento amiſſo quam ex intereſſe recepto, nam tunc crederẽ eſſe in electione creditoris, vel augmentum capere, vel intereſſe.

Saluianum interdictum in quo ſit pinguis hypothecaria, & an illo intentato remedio ſit neceſſaria excuſſio.

DECISIO CLXXV.

1 *Saluianum remedium eſt pinguius, & vtilius hypothecaria.*
2 *Saluianum remedium intentans ſufficit quòd probet poſſeſſionem debitoris.*
3 *A ſentẽtia lata ſuper ſaluiano interdicto nõ appellatur.*
4 *Excuſſio non requiritur, quando intentatur remedium ex ſaluiano interdicto. ſed contra nume. 5.*
6 *Excuſſio in ſaluiano remedio non requiritur, quando agitur contra debitorem.*

Deciſio CLXXV.

SALVIANVM Remedium
1 optimum eſt, & pinguius, † ac
vtilius hypothecaria, & ideo
cauti aduocati potius intentāt
Saluianum quā hypothecariā,
vt dicit Aretin. in §. item ſeruia-
na.numer. 9. inſtitu. de actio. &
ibi Iaſ.nume.101.Gomeſ.num.36.Quod verò vti-
lius ſit ex ſequen. demonſtratur. Primò, quia in
hypothecaria probari debet dominium rei hypo-
2 thecatæ fuiſſe debitoris, ſed in Saluiano † ſuffi-
cit probare poſſeſſionem debitoris. glo. in dicto §.
item ſeruiana. in verbo quaſi ſeruiana.de cuius gl.
veritate latè præ cęteris diſputat ibi Iaſ.nume. 85.
dicens, quòd quo ad Saluianum omnes doctores
tranſeunt cum opin.glo.& ibidem Iaſ.num.91.di-
ſtinguendo tamen, an agatur directo interdicto
Saluiano contra debitorem, an verò vtili contra
tertium detentorem, vt etiam diſtinguit Vueſem-
bech. in titulo de Saluia. interdic. & cum hac opi-
nione tranſit Rota apud Verall. par. 3. deciſ. 141.
litera S.

Sed contra hanc opinionē, quòd etiam in Sal-
uiano requiratur, quod probetur dominium co-
loni debitoris, videtur text. in l.1. in fin.D. de Salu.
interdic. nec dicatur, quòd ibi agebatur contra
tertium, non contra debitorem, quia ille text.non
recipit hunc intellectum, cùm ex præcedentibus
verbis appareat, quòd loquitur in Saluiano dire-
cto non autem vtili. Verùm opinio prima eſt cō-
munis, & in practica ab ea non eſſet recedendum,
& iuxta illam cenſuit Senatus etiamſi agatur cō-
tra tertium.

Secundò etiam vtilius dicitur eſſe hoc reme-
3 dium, quia à ſententia † lata ſuper eo non appella-
tur tanquam fuerit lata ſuper momentaneo poſ-
ſeſſorio, vt per Iaſ.in dicto §. item ſeruiana.nume.
95. poſt Bart. in l.1.D. de ſalu.interdic. & ſequitur
Gomeſ. in dicto §.nume. 36.poſt Corneum ibi re-
latum dicens communem. Verall. dict. deciſ.141.
in principio, quod ſecus eſt in actione, quæ hypo-
thecaria dicitur.

Tertium ſpeciale adferunt aliqui ex doctoribus
hac in re, quia in hypothecaria, qua agitur aduer-
ſus tertium poſſeſſorem, requiritur excuſſio. auth.
4 hoc ſi debitor. C. de fideiuſſor. tamen ſi † intenta-
tur remedium ex Saluiano interdicto, non requi-
ritur excuſſio. Hoc fuit originarium dictum So-
cin.ſenio.in conſil.80. incip. in quæſtione, quæ ver-
titur.column.2. verſiculo, vel etiam, & tertio. lib.
3. quem ſequitur Craue. conſil.201.num.44. Rol.
conſil.9.nume.39.& conſil.14.numer.14.lib.1. Me-
noch.in remed. adipiſcen. poſſeſ. remed.3. nume.
180.Burſat.conſil.32.num.45.lib.2. Ludouic. deciſ.
Peruſ.45.num. 13. Gabriell.in titulo de fideiuſſor.
concluſ.1.limitat.39.nume.108.P.Surd.conſilio 4.
nume.36. & 51.num.3. vbi hanc dicit communē,
in quibus locis prędicti Doctores rationes huius
differentiæ allegant.quibus addo, quòd cùm in in-
terdicto Saluiano agatur de momentaneo poſſeſ-
ſorio, vt ſupra dixi, & ſic de leui præiudicio, cùm
reſequetur ius reale ratione prælationis, vt dicit
Cyn.in l. certi iuris.colum. fin. quæſtio.9.C.loca.in
l fin.de Saluia. ideo ceſſabit excuſſio. argumento.
c.vbi periculum.de electio. in 6.l.1.§ ſed & ſiquis.
de Carbon. edict. & in his ferè terminis, quando
agitur poſſeſſorio, quòd non ſit neceſſaria excuſ-
ſio, conſuluit Alexand. conſil. 73. nume. 11. lib.5.
per l.fin.C.de acquirend.poſſeſ.Iaffred. Balb.deciſ.
84. Centur.1.

Hæc tamen concluſio, licèt communis videa-
5 tur, valde dubia † eſt ex multis rationibus, quas al-
legat copioſiſſimè Natt.conſil. 521. libr. 3. vbi per
multas columnas repręhendit illam opin. Socin.
tenendo contrarium, prout etiam tenuit Bertran.
conſi.113.nu.7.vol.3.quem ſequitur Bellon.conſil.
34.nume.8.& 9.Calcan.conſi. 29.nume.5.& latiſſi-
mè.Bec.conſilio 89.nume.16.quæ opinio meo iu-
dicio videtur æquior. Nec obſtant authoritates in
contrarium allegatæ præſertim Socin. qui nihil
allegat, ſed tantum ſe fundat in ea ratione, quòd
in Saluiano ſufficit probare poſſeſſionem, referen-
do ſe ad dicta per Doct. in l.ſi rem alienam. D. de
acquirend. poſſeſ.Nec obſtat, quod dicit Alexan.
in dicto conſil. 73. quia loquitur quando agitur ex
poſſeſſorio retinendæ virtute conſtituti ex reme-
dio l.final. C.de acquir. poſſ. & ſic cùm actor poſ-
ſideat ex poſſeſſione debitoris per conſtitutum in
eum translata, non requiritur excuſſio, vt aliàs di-
xi.hic autem ſumus in poſſeſſorio adipiſcendæ. ex
§.ſequens.in fin.inſtitu.de interdict. Præterea ex di-
cta l. final. auocatur poſſeſſio ipſius actoris: in vtili
autem Saluiano poſſeſſio, quæ penes alium eſt, &
ita etiam loquitur Balb. & certè ſi eſſet vera hæc
opinio Soci. ſubuerteretur in totum diſpoſitio.
auth.hoc ſi debitor. vt dicit Natt.dicto conſil.521.
& ius conſiſteret non in re ipſa, ſed in verbis, & in
ſubtilitate aduocatorum, qui in libellis inſcribunt
ſe intētare magis Saluianum q̄ hypothecariam.&
hāc opinionem contra Socin. ſolebar ſequi Reue
rendiſſi. D.meus Auguſtinus Molignatus Epiſco-
pus Petrę Honorij.& cùm iſte caſus contigiſſet co
ram Excellentiſſimo Senatu in quadam cauſa Il-
luſtris D.Iſabellæ Comitiſſæ Plozaſchi contra Ber
tolium, maior pars Dominorum tranſiuit cū opi-
nione Nat. cōtra Soci. & pro illa cēſuit Senatus,
& fuit dictum & reſolutum ita ſemper in futu-
rum fore obſeruandū toto ſedente Senatu. 1585.
8. Iunij.referentibus.DD.Agatia & Cerua Senato-
ribus integerrimis.

Limitatur tñ hæc opinio Natt. cōtra Soc.vt nō
procedat, qñ ageretur contra ipſum cōductorem,
6 † quod probatur apertè.ex l.1.in princ.D. de Salu.
interdic. & l. 1. C. de precar. & ſalu. interdic.§. ſe-
quēs diuiſio.in fi.inſt.de interdic. vbi ſunt tex.clari.
& hoc caſu quando directo Saluiano quis agit, ſi-
ne dubio Soci.bene loquitur, qđ non ſit neceſſaria
excuſſio, cū non agatur aduerſus tertiū ſed aduer-
ſus ipſum debitorem, qui poſſidet nomine locato
ris. vt voluit Alber. poſt Azo. & Cyn. in l.certi iu-
ris.C.loca.vel melius quaſi poſſidet:nā ſi verè poſ-
ſideret, non diceretur interdictum adipiſcendę, ſed
ſi ageretur aduerſus tertium poſſeſſorē non ex Sal
uiano interdicto, ſed ex ſeruiano iudicio agēdum
eſſet,

eſſet, vt dicit text. in l. fin. D. de Salu. interdic. vel ex ſeruiana actione. §. item ſeruiana. Inſtitu. de act. & tunc oĩno eſt neceſſaria excuſſio. dicta auth. hoc ſi debitor. quæ non diſtinguit qua actione agatur.

Limita ſecundò non procedere, quando agitur ſaluiano pro rebus illatis in fundo ruſtico vel vrbano, tunc etiam non requiritur excuſſio propter vim legalis hypothecæ. & ita cẽſuit Senatus, licèt ego contrarium dicerem.

Saluianum remedium an competat cuilibet creditori agenti contra tertios poſſeſſores ex alia cauſa quàm locationis, & de pluribus remedijs ad pignoris ſeu hypothecæ conſecutionem ſpectantibus.

DECISIO CLXXVI.

1 *Saluianum interdictum cui detur, & quando competat.*
2 *Saluianum remedium directum datur contra quemcunque poſſeſſorem pro rebus conductoris, & coloni.*
3 *Saluianum remedium an procedat in locatione prædiorũ vrbanorum.*
4 *Saluianum directum competit, quando bona inuecta, & illata ſunt expreſsè hypothecata.*
5 *Saluianum remedium vtile quando competat, & contra quem detur.*
6 *Seruiana actio contra quem competat, & quando illi locus ſit.*
7 *Actio quaſi ſeruiana quando competat.*
8 *Saluianum interdictum an competat contra quemlibet poſſeſſorem ex alia cauſa quàm locationis: variæ ſententiæ proponuntur nume. 9. & 10.*

INTERDICTVM Saluianum an detur contra tertium poſſeſſorem creditori ex alia cauſa quàm locationis? Quęſtio eſt difficilis, & obſcura vt dicit Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 3. quæſt. 3. numero 17. & quæ fuit diu diſputata in Senatu, in cauſa Plozaſchi, de qua dixi ſupra in proxima quæſtione: & quia magnæ eſt vtilitatis, ideo decreui illam diligentius examinare; & ne erremus in æquiuocis illud in primis ſciendum eſt, plura à iuris authoribus inducta fuiſſe remedia ad pignoris ſeu hypothecæ perſecutionẽ, alia poſſeſſoria, & alia petitoria.

Primum remedium eſt ſaluianum interdictũ, quod non à Saluio Iuliano (vt putant Aeguinar. Baro Menoch. Vueſembec. Cuiac. ac alij communiter quem maximum virum, & diſertiſſimũ iuriſperitum vocat Imperator Leo in l. non ſine. C. de bon. quæ libe. & de quo meminit Spartianus in Seuero, & Lamprid. in Alexandro in hæc verba, *Saluij Iuliani decreta iuſſit abderi quod non obtinuit.*) introductum fuit; ſed magis exiſtimo multo ante Iulianum fuiſſe propoſitum ſaluianum interdictum, ſiquidem idem Iulianus illud edictũ commentatus eſt, vt legitur in dicta l. 1. & fi. D. de ſalu. interdic. nã alij fuerunt Saluij pręter Iulianum, vt idẽ Iulianus teſtis eſt in l. Saluius Ariſto. D. de leg. præſtan. cuius etiã ſententiæ fuit Ferdinand Mendoza diſputat. iur. ciuil. libr. 2. capit. 4. num. 27. Hoc
1 igitur remedium proculdubio † datur Domino fundi in rebus coloni, quas ille pro mercedibus fundi pignori futuras pepegiſſet, vt eſt tex. ſatis clarus in inſtitu. titu. de interdict. §. ſequens. in fin.

Ampliatur hoc remedium, vt competat nõ ſo-
2 lùm contra ipſum conductorem, † ſed etiam contra quemuis alium extraneũ res coloni poſſidentem, ita expreſsè loquitur Theophilus in ſuis inſtitut. de interdict. §. altera in fin. & ſi ipſius Theophili deciſioni ſtaremus, res eſſet ſine dubio, prout ego exiſtimo ſtandum eſſe in caſu iſto, vbi non de principali diſpoſitione legis agitur, ſed potius de interpretatione d. §. ſequens. cum videamus integrum illum libellum Theophili optimè conferre ad declarationem inſtitutionũ à Iuſtiniano promulgatarum, & huic interpretationi non repugnat text. in dicto §. ſequens. Sed quod magis eſt, auget authoritatem Theophili text. in l. 1. §. ſi colonus. D. de Salu. interdic. ibi.

Singuli aduerſus extraneos Saluiano interdicto rectè experientur.

Nec obſtat interpretatio glo. quæ dicit verbum illud extraneos, intelligi de conductoribus, quia videtur deſtruere proprietatem illius dictionis bis repetitæ: dicitur enim extraneos, in plurali, & caſus à I. C. propoſitus erat de colono cõducente, in ſingulari: præterea repugnat principium illius legis, vbi proponitur caſus, quòd ancilla pignorata fuerat vẽdita, & in extraneum, ideſt tertium poſſeſſorem tranſlata, vnde ſubſequens. §. videtur retinere eandem theſim, & caſus propoſitionem, vt ſemper loquatur Iulianus de pignore in alium tranſlato, cuius poſſeſſionem adipiſci ex Saluiano locator intendit. nec etiam admitterem aliam reſponſionem glo. vt intelligatur de vtili Saluiano, quia illud vtile Saluianum, de quo in princip. text. non datur ea ratione, quòd res pignorata vendita & tradita extraneo fuerit, ſed qa agebatur de partu ancillæ pignoratæ, qui partus cùm in obligatione pignoris nõ veniat l. Paulus. §. 1. D. de pignorib. & ancilla tantum expreſsè fuiſſet obligata non autem etiam, quod ex ea naſceretur, ideo neceſſariũ fuit ex ratione legis cõcedere dño feudi Saluianũ vtile, & prout in principio illius legis I. C. expreſsè vtili interdicto vtendũ dicit, & nõ directo, ita etiã in ſecũdo caſu de vtili loquutus fuiſſet, nõ ſimplr de Saluiano. & hanc opinionem ſequutus eſt licèt nõ ita clarè Vueſembech. in titu. de Salu. interdic.

Sed huic ampliationi valde repugnat text. in l. 3. C. de precar. & Salu. interdic. ibi.

Deciſio CLXXVI.

Integrum tibi ius eſt, ea perſequi non interdicto Saluiano, (id enim tantummodo aduerſus creditorem debitoremuè competit) ſed ſeruiana actione. &c.

Niſi dicamus illam parentheſim totam abundare, & fuiſſe interlinearem additionem ab aliquo factam, & denegari illic creditori Saluianum, non quia res ad emptorem deuenerit, ſed quia ille debitor erat ex alia cauſa, quàm ex conducto, nec temerarium videtur dicere delendam eſſe totam illam parentheſim, tum quòd etiam alibi ſimiles interlineares additiones perperam in legibus adhibitæ fuerint, tum etiam, quòd ad ita dicendū neceſſario cogant ſupraſcripti text. contrarij Iuliani & Theophili. Verùm cum glo. & doctores communi calculo in hoc conueniant, vt detur vtile interdictum Saluianum, & non directum, & ante glo. ita teneat Azo in ſumma C. de precar. nume. 14. & eadem glo. in dicta l. 1. C. eod. Specul in titulo de loca §. poſtquam. nume. 30 & 31. Mandoſ. de commiſſ. commiſſ. 18. in glo. ſuper verbo. per vtile Saluianum. & Cuiac. variar. obſeruat. lib. 5. c. 34. putarem ab hac communi interpretatione nō eſſe recedendum, & ita etiam cenſuit Senatus in hac diſputatione.

Declara nunc, vt dictum remedium procedat
3 tantummodo in locatione † prædiorum ruſticorum, ſecus autem in vrbanis, vt dicit Cyn. in l. certi iuris. C. loca. colum. 2. verſiculo all tura in contrarium. vbi ponit pulchram rationem, quam accepit ex glo. in dicto §. item ſeruiana. in verbo. Coloni. & ideo videmus, quod omnes leges, quæ de hoc Saluiano interdicto loquuntur, ſiue vtili ſiue directo, ſemper tractant de fundis ruſticis non autem domibus vrbanis, & ita etiam loquuntur doctores antiqui præſertim Roffred. in ſuo libello de Saluiano interdicto, quamuis aliqui è doctoribus decipiantur, vt dicit Cyn. tenentes etiam competere Saluianum pro prædijs vrbanis, prout decipitur P. de Ferrar in libell. act. hypothecar. num. 8. & 15. qui ſummarium fecit ad libellum Roffredi in illo tit. de Saluia. & ita obſeruat cōmunis practica, cum qua ſolet tranſire Senatus noſter.

Declara ſecundo, vt competat Saluianum tan-
4 tummodo, qn̄ expreſsè † bona inuecta, & illata pignorata ſunt, neque enim vt competat Saluianū ſufficit tacitum pignus, de quo in d. l. certi iuris. & l. item quia. D. de pact. & l. eo iure. D. in quib. cauſ. pig. quamuis enim ſciente dn̄o inducta obligata ſint d. l. certi iuris. non tamen competit Saluianū; ſed ſeruiana actione agendū erit. & ita colligitur, ex d. §. ſequens. in fin. & in §. item ſeruiana. inſti de act. & clarius hoc exprimit Theophil. in d. §. altera. & tenet Vueſembec. dict. titulo de Salu. n. 1. Licèt Accurſ in dict. §. ſequens. exponat in verbo. *Pepigiſſet*, ſcilicet tacitè, & iudicio meo male.

Aliud remedium poſſeſſorium eſt interdictum pariter Saluianum, qꝫ vtile vocatur, quod compe-
5 tit † dn̄o fundi ad conſecutionem acceſſorij rei pignoratæ, vt eſt exemplum in partu ancillæ in d. l. 1. de Salu. interdic. & idem poſſet dici de alijs fructibus. & hoc vtile Saluianum, qꝫ etiam quaſi Saluianum dici poſſet, exemplo quaſi ſeruianæ. competit contra conductorem prædii vrbani, & quamuis de hoc iura non loquantur, quinimmo Cyn. poſt P. de Bellapertica teneat contrarium in d. l. certi iuris. col. fin. verſic ſed nunquid. cuius opinionem in puncto iuris ego puto veriorem, tamen cōiter magis Doctores tranſeunt cum opinione gloſſarum in hoc vt per Bar. in l. 1. nu. 2. de Saluia. Bal. in d. l. certi iuris. nu. 12. Ripa in rubr. de pignorib. nu. 19. Vueſembec. dict. loco. verſicul. vtilis autem. & hoc iure nos vtimur.

Tertium remedium eſt petitorium, & vocatur ſeruianum iudicium l. final. D. de Salu. interdic. vel ſeruiana actio. dicto §. item ſeruiana. & hoc reme-
6 dium † intentandum eſt aut ab eo, qui ſuccubuit poſſeſſorio Saluiano. d. l. fin. aut ab ipſo locatore, ſi vult recta via petitorio agere. l. ſi debitor. D. de pignor. qui tex. videtur idem cum l. 1. §. 1. D. de Sal. & d. §. item ſeruiana. verſic. ſeruiana autem. & nō competit, niſi agatur de rebus illatis in prædio ruſtico, d. §. ſeruiana autem. in verbo coloni, & verbo fundi. & expreſſius hoc demōſtrauit ex declaratione ipſius Theophili, vbi etiam vult, qꝫ res expreſsè pignoratæ ſint, prout in Saluiano ſupra dicebamus, & hæc actio indubitanter competit cōtra quemcunque poſſeſſorem. d. l. 1. C. de precar. Theophil. in §. eſt & ſeruiana. inſti de actionib.

Quartum, & vltimū remedium eſt actio quaſi ſeruiana, quæ etiam petitoria eſt, & generaliter
7 competit cuilibet † creditori ad perſequendum pignus, & hypothecam. d. §. item ſeruiana. verſic. quaſi ſeruiana. & hæc actio generali vocabulo hypothecaria appellatur, quæ etiam intentari poteſt pro rebus inquilini in prædio vrbano inuectis & illatis, vt dicit Cyn. in d. l. certi iuris. colum. fin. verſiculo. ſed nunquid.

His ſic præmiſſis redeundo ad quæſtionem pro-
8 poſitam, an † Saluianum competat cōtra quemcunque extra terminos locationis. Bartol. in d. l. 1. C. de precar. ſimpliciter tenet dari hoc interdictū, & videtur intelligere de directo, non de vtili. per dict. l. 1. cùm intelligat illam. l. quæ loquitur de directo Saluiano in quolibet creditore in illis verbis *Creditorem debitoremuè*, & cum Bart. tranſit Aretin. in d. §. item ſeruiana. num. 9. & ita paſſim videntur præſupponere doctores, dum dicunt melius eſſe, vt per creditorem quemcunque agatur ex Saluiano, quā ex hypothecaria. Alex. conſi. 115. in princ. & 185. nu. 4. lib. 6. vbi Moder. Pariſ. in addit. & Bart. opinionem ſequitur Ferran. Gargiareus. patrocin. 3. numer. 12.

9 Alia fuit opinio, † vt detur quidem hoc interdictum Saluianum contra quemcunque tertium poſſeſſorem, ſed competat illud, quod vtile vocatur. & ita videtur de mente ipſius Barto. in d. l. 1. D. de Salu. & clarius hoc dicit Rip. in d. rubr. de pignor. num. 19. Ioan. Criſp. in ſuo tracta. terminor. act. numero 84. qui tamen nihil allegat. Vueſembech. dicto titulo de Saluia. circa fin. Mandoſ. expreſsè in dicta commiſſ. 18. in gloſſ. ſuper verbo.

Per

Per vtile Saluianum. Et ſuper verbo etiam extraneum poſſeſſorem. poſt Neguſant. de pignorib.4. memb.2.pat.numero 131.mouentur Bartol.& ſequaces ex dicta l.1.C.de precar.dicentes ibi eſſe caſum de hoc.& per text.in l.1.D.de Salu.ibi.

Vtilis actio aduerſus extraneos.

Contrarium quòd non poſſit agi Saluiano ne-
10 que directo, † neque vtili, niſi ſit colonus aut inquilinus, tenet Accurſ.in dicta l. 1. C. de precar. in verbo,debitor, vbi vult quod non ſolùm ſit debitor,ſed etiam quod ſit cõductor, & in verbo. Debitorem,vbi exponit,ve,pro ſiue,vt non diuerſitatem,ſed identitatem deſignet.& Accurſ. ſequitur Bald.ibi.& Salye in tertia oppoſit.& in eadem opinione videtur reſidere Doctores antiqui,qui dum tractant de Saluiano, exemplificant ſolùm in locatione prædij ruſtici. vt Roffred. in libell.dicto titulo de Saluia.Specul.de loca.§.poſtquam. nume. 30.& 31.Papien.in act.hypothecar. numero 8. Senonen. titulo de interdict. ſub rubrica de interdic. Salu. Io. Faber & Iaſ.in d.§. Item ſeruiana.& hanc eſſe opinionem ferè omnium Doctorum dicit Sarmient.in tracta.de redditib. eccleſiaſt.par.1. capitu.2.numero 19.& 20.vbi latiſſimè hanc quæſtionem examinat per multas columnas, & reſpõdet ad l.1.à Bartol.citatam, & dicit veriorem, & cum ea pariter tranſit Menoch. dicto remed.3.quæſtio. 3.numero 17. vbi etiam latè examinat. & in illam inclianauit Senatus in cauſa de qua ſupra.

Sed dato quòd prima opinio Bart. ſit vera,eam limitat Vueſembec.vt non operetur propriam naturam Saluiani: nam & ſi in Saluiano ſufficiat probare poſſeſſionem debitoris,tamen quando datur alij creditori quàm locatori probandum eſt rem fuiſſe in bonis debitoris,quod etiam ſequitur Mandoſ. in dicta glo. Per vtile Saluianum. poſt Angel. in d.§.Item Seruiana. & ratio eſſe videtur,quia cũ hoc caſu Saluianum excedat ſuos terminos, non mirum ſi exceditur à non ſuis terminis,vt in ſimili dicit gloſſ.in dicta l.Lutius.D. depoſiti. Quæ declaratio ſi vera eſſet inutilem redderet cautelam doctorum dicentium, melius eſſe & vtilius agere Saluiano quàm hypothecaria. De hac materia vide plura apud Mãdozam.Hiſpan.diſputat iur.ciu. libr.2.cap.4.& quæ dicantur inuecta, & illata Menoch.de arbitr.lib.2.centu.5.caſu.441.

L. 1. C. quando impera. inter pupill. & vidu. &c. quibus in caſibus locum habeat, & an in terris vaſſallorum ſit illius diſpoſitio ſeruanda.

DECISIO CLXXVII.

1 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.*
2 *Senatus ſolet concedere literas euocationis cauſarum in cauſis viduarum, & miſerabilium perſonarum.*
3 *Vidua diues habet priuilegium,de quo in l.1.C.quan. imper.inter pupill.& vidu.*
4 *L.1.C.quan.imper.inter pup.& vidu.procedit etiamſi lite pendente pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat.*
5 *Renunciari non poteſt priuilegio.l.1.C.quan.imp.inter pupil.& vidu.*
6 *L.1.C.quand.imp.inter pup.& vidu.an procedat poſt cœptum coram ordinario iudicium.& quid ſeruetur in hac patria.numero 7.*
8 *Euocatio cauſarum miſerabilium perſonarum & viduarum poteſt fieri in ſecunda inſtantia.*
9 *Priuilegium ciuitatibus,& oppidis conceſſum pro cauſis diffiniendis non derogat l.1.C. quan.imp.inter pup.*
10 *L.1.C.quan.imp.inter pup. & vidu. an habeat locum in terris vaſſallorum.*
11. *Vaſſallus cenſetur inueſtitus de prima cognitione priuatiuè quo ad dominum.*
12 *Priuilegium l.1.C.quan. imp. non cenſetur ſublatum niſi expreſsè in inueſtitura dicatur.*
13 *Euocatio cauſarum in terris vaſſallorum, eſt facienda cum moderamine.*

1 MISERABILES Perſonæ(vt † ſunt viduæ, pupilli, peregrini, cęci, orfani, fugientes ad eccleſiam,lęproſi,ſeruientes eccleſiis, pauperes, captiui, mercatores, qui in itinere gabellis grauãtur, & alij.quos recenſet Butr.in capit. ſignificantibus. nume. 22. de offic.delega.Belluga.in Specu.Princip.rubr.23.§. ſed pone. nume. 10.quibus ego addo aduenas,qui ſępe à Deo commendantur,vt illis faucamus.Deuteronom.capit. 24.26.& 28 Exo.capitu.22.Leuit.cap.19. Item eccleſiam.Capic.deciſ.160.Carau.in ritu magn.cur. 219.nume.3.Rebuff.de ſentent.prouiſ.artic.3. gloſ. vltim.nume.5.) habent prædicti õmnes hoc priuilegium,vt poſſint aliquem conuenire coram Principe,& coram eius ſupremo Senatu pro prima cognitione.l.1.in fin.C.quan.imp. inter pup. & vidu. & apud nos extat decretum Amedei in antiquis libro ſecundo.cap.13.*Ne cauſarum* &c. Et iſtę literę
2 citatoriæ ſolent † etiam per Senatum ipſum concedi ex antiquo ſtilo, & bene cùm ſit hoc priuilegium clauſum in corpore iuris, quamuis Rebuff. in titul.de euocat.nume.48 dicat ad principem recurrendum pro tali prouiſione. & hoc priuilegiũ fuit ſemper incõcuſsè obſeruatum à Sereniſſimis Ducibus noſtris, & in omnibus curijs. Eſtque adeo potens,vt illi renuntiari non poſſit. Belluc. in Specu.princip.rubr.23.nu.3.Natt.conſil.590.num. 15.Imò cedi poteſt hoc priuilegium in fauorẽ perſonæ non miſerabilis. Rebuf.de ſenten.prouiſio.gl. fin.numero 20. & ratione perſonæ miſerabilis aliæ perſonæ litis conſortes eodem priuilegio fruũtur Nat.d.conſi.590.Didac.cap.6.& 7.pract.quæſtio.

Ampliatur hoc priuilegium,vt procedat etiam
3 in vidua diuite † per ea,quæ dicit Didac.pract.quæſtionum.cap.6.& 7.poſt Azo.& alios,quos allegat. Natt.cõſil.590.& ibi Didac. latè examinat hãc materiam, & hãc opinionẽ vti veriorem tenuit Senatus.1586.15.Ianuarij referente D.Enuiarum,& hoc iure ſemper vti ſolet in terris immediatè ſuæ celſitudini ſubiectis.

Amplia-

Deciſio CLXXVII.

Ampliatur ſecundo, vt procedat diſpoſitio d.l.
4 1.quo ad pupillum & viduam, etiamſi † poſt litẽ
ceptam coram ſupremo magiſtratu pupillus effi-
ciatur maior, vel vidua nubat.vt tenet Carau.in ri
tu.magn.cur.Ritu 219.vbi hoc latè diſputat in 4.q.
Amplia tertio, vt vidua & miſerabiles perſonæ
occaſione alterius litis cōſortus eodem priuilegio
vtantur.Natt.d.conſil.590.nu.16.Didac.d.cap.6.&
5 ſeptimo,& iſus † priuilegijs non potent per has,ita
priuilegiatas perſonas renũtiari.Belluga.dicta rub.
23.verſ.ſed pone.nu 9.Natt.d.conſi.590.nu.15.Vin
cent.de Franch decif.192.nu.7.par.1.
Ampliatur quarto diſpoſitio iſtius l.1.vt proce-
6 dat etiamſi coram † ordinario ceptum ſit iudiciũ,
contra.l. vbi ceptum. D. de iudit.ita tenet Neuiza.
in Silu.nupt.lib 6 nu. 28. verſ. & propterea. vbi ita
iudicatum fuiſſe dicit Parpal.poſt Afflict. in conſti
tut.regni de offic.mag.iuſtitiar.q.12.n.36. & idem
tenet Natt.d.conſ.590.n.15.Franc.d.decif.192. col.
2.P.Belluga in Specu.princip.rubr.23.verſi. ſed po-
ne.col. 2.nume. 9. licet ibi ſatis inuolutè loquatur.
Carau.in rit magn.cur.219.& 228.& Scagl. rit. 230.
& quamuis Didac.c.7.cir.fi.verſi. Nono.reprehen-
dat Afflict.ɔ̃rium tenentẽ, tñ cũ nihil alleget, & ɔ̃
cũ ſint multi doctores, nõ erit ab hac ampliatione
recedendũ,& ꝓpterea re bene intellecta & diſcuſ-
ſa,cũ opinione Afflic. Neuiz. & aliorũ vti cõiori
de iure cõi loquẽdo trãſibat Senatus in cã cuiuſ-
7 dã viduæ de collegio.1589.18. Martij.fuit † tñ reſo
lutum quod hæc opinio non haberet locũ in hac
patria attenta diſpoſitione Decreti antiqui, quod
eſt inter decreta Philiberti ſecundi cap.5.incip. *Ne
cauſarum & litium*;vbi addendo ad aliud decretum
quod eſt libr. 3. ſic diſponitur. *Declarantes inſuper
quod vbi prædictum ſtatutũ loquitur de miſerabilibus per
ſonis,intelligatur,niſi tales miſerabiles perſonæ cauſam in-
choauerint alibi,& litem conteſtatæ fuerint, quo caſu non
ſit licitum variare,ſed vbi cauſa cępta fuerit, ibi termi nari
debeat.*. Quod decretum vr iuri cõi cõforme ex.d.l.
vbi cęptu.cũ lex abhorreat iudiciales variationẽs,
cuius decreti diſpoſitio nũc authoritate Dida. fir-
mari põt,& mirum eſt qd Neuiza.& Tomas Par-
pal.quem ipſe refert, de hoc decreto nõ meminc-
rint,cũ in ipſis decretis multũ verſati eſsẽt,pſertim
verò Neuiz.qui ſummanũ ſatis amplũ,& laborio
ſum ſuper eis cõpillauit,ſed qñq; bonus dormitat
Homerus,atq; opere in lõgo fas eſt obrepere ſom
num:& omniũ habere memoriam diuinitatis eſt.
Ampliatur quinto d.l.1.diſpoſitio, vt poſſit fieri
8 euocatio † iſtarum cauſarum etiam in ſecũda in-
ſtãtia. Exemplũ in patria noſtra,in qua regulariter
ſunt tria tribunalia,& tres inſtantiæ, vna in qua iu
dicant ordinarij locorũ,ſecũda in qua iudicãt Pię
fecti prouintiarũ. Tertia & vltima in qua iudicat
Senatus. Si vidua in prima inſtãtia adiuit iudicem
ordinarium,& ipſa à ſnĩa illius appellet,poterit ap
pellare recta via ad Senatum, omiſſo medio, licèt
regulariter appellari dẽat ad Pręfectũ, nec poſſit
omiſſo medio appellari ad Senatum, tam de iure
cõi per not.in l.Imperatores.D.de appell & in c.di
lecti. extra eo. quã ex antiquis & nouis decretis. &
hanc ampliationẽ firmat Neuiz.d.lib.6.nu.36. Re-
buff.in concorda.ſub rubr.de friuol.appellat.col.5.
verſ.3. fallit. & ſm illã cẽſuit Senatus anno 1586.
15. Ianuarij. poſt longã diſputationem. quamuis
D. meus Pręſes a Ruſia multis argumentis nixus
eſſet defendere ɔ̃riũ in cauſa Illuſtris. D. Iulię de
obicibus Patauinę vxoris quondã D. Antonij Ma
rię de Sabaudia Comitis Collegij tunc viduæ,
fuitq; reſolutum ita fore in futurum obſeruandũ.
Ampliatur ſexto vt procedat hoc priuilegiũ da-
9 tũ à iure ſupraſcriptis pſonis etiamſi ciuitates, † &
oppida immediate principi ſubiecta haberẽt priui
legia, vt cauſæ oẽs pro prima cognitione ibi co-
gnoſcerent; qa hoc priuilegiũ eſt clauſum in cor-
pore iuris,& ſumma ęquitate nititur, cui non põt
præiudicari niſi de abſoluta principis poteſtate, &
cũ expreſſa derogatione. & ita iudicauit Senatus
in cauſa lauſerij vallis Barcillonię referente opti-
mo Senatore D.Enuiarum quondam collega no-
ſtro Anno 1587.die 10.Ianuarij.
Limitatur tñ huius.l.diſpoſitio, vt non ꝓcedat,
qñ lis eſt cũ ęquè miſerabili,vt per Dida.d.c.7.Ca-
rau.in dicto ritu.228. & ritu. 67. vbi ponit qõnẽ in
recõnenẽte. priuilegiatus enim ɔ̃ priuilegiatũ nõ
vtit priuilegio ſuo.l.fi.& ibi Bar.ex quib.cau.maio.
Limitat ptcrea(quæ tñ magna & ſubtilis eſt qõ)
qñ ſumus in miſerabilibus perſonis. & viduis aut
pupillis iuriſdictioni Principis mediate ſubiectis,
vt in terris Baronũ,& vaſſallorum,quo caſu valde
10 dubiũ eſt an tunc habeat locũ † hoc priuilegiũ, &
iſtius legis diſpoſitio. Hæc cõtrouerſia cùm eſſet in
Senatu in prædicta cauſa Collegij,in qua ſe oppo-
ſuerat. D. Comes Collegij gener meus petẽdo de
more ipſius cauſę remiſſionẽ.pręſertim cũ ipſe,&
illius pdeceſſores ſint de Caſtro & opido Collegij
cũ primis & ſecũdis cognitionibus inueſtiti, mul-
tis ꝓ vtraq; parte citatis argumẽtis diſputata ſuit,
& p multos dies maturè diſcuſſa, erãtq; Dñi quaſi
irreſoluti cũ eſſent diſcordes in votis. Quibuſdam
enim videbat de iure dicẽdũ,ꝙ hoc priuilegiũ nõ
ꝓcederet in terris vaſſallorũ, qa cũ Princeps inue-
ſtit vaſſallũ cũ mero, & mixto imperio & oĩmo-
11 da iuriſdictione,dr tũc vaſſallus † inueſtitus de pri
mis vel ſecundis cognitionibus priuatiuè quò ad
Dñm.vt p Iacobin. de Sancto Geor. in ſua inueſt.
feu.§.& cum mero imperio.& in §.Vicarius.n.41.
Grãma.deciſ.30.n.8. quo iure nos ĩ Senatu vtimur,
& ſępius ac paſſim tenuit Senatus in oĩbus cauſis,
in qbus de hoc ɔtigit dubitari: vaſſallus n.hoc ius
hẽt ex cã oneroſa pp ſeruitia,ad q̃ ꝓ feudo tenet,
ideo ſicut nõ põt auferre Princepes mihi ius meũ
ſine cã,ita nec iuriſdictionẽ mihi cõceſſam & ple-
runq; ex titulo oneroſo. Ad qd dicẽdũ alij fortius
mouebant, qa alias cũ in terris vaſſallorũ vt pluri-
mũ, maior pars hominũ cõſiſtat in iſtis miſerabili
bus pſonis,viduis,& pupillis.& vt plurimũ paupe
ribus, fraudarentur hac conceſſione pro maiori
parte.& pro hac opinione allegabatur Rebuff in
tracta. de euocat.cauſar.nume.59.poſt Bald.in l.1.
col. vlt. de conſtit.princip.& id videtur voluiſſe in
terminis Belluga.d. Rub 23.§.ſed pone.nu.7.
Alij verò contrarium verius eſſe dicebant, &
defendebant, moti ex eo, quia priuilegium hoc
militat

militat in illa inſtantia, quæ coram Principe eſt, quæ cum non ſit trāſlata in vaſſallū, poterit Princeps vti ſuo priuilegio anteriori, cui ob id in genere per conceſſionem iuriſdictionis in inueſtitura factam non cenſetur derogatum, niſi expreſsè dictum fuerit. Cyn. Bald. Angel. Caſtr. & Fulgoſ. in dicta l. 1. C. quan. imp. inter pup. & vidu. qua ratione id in terminis tenuit Vincent. de Franch. deciſ. 192. per totum, præſertim nume. 7. & 8. in prima part. vbi hoc ampliat in caſu ſuo, quòd quamuis inueſtitura de Sancto Seuerino facta in fauorem Principis Salerni contineret hanc clauſulam, quòd inueſtiebatur de cognitione omniū cauſarum, derogando priuilegio dictę l. 1. tamen cùm eueniſſet caſus, quòd cùm ob rebellionem Principis Salerni reuerſum eſſet feudū ad Carolum V. Cęſarem Maximum, qui poſtea inueſtiuerat. D. Ferrantem Gonzagam cum clauſulis ampliſſimis, decidit ibi poſſe ſubditos vti hoc priuilegio, & ita fuiſſe deciſum. anno. 1578. in conſilio Neapolitano, quòd etiam vr̄ de mente Bellu. in dicto Specu. rubr. 38. §. conqueruntur. col. 3. circa principiū. ſed ille loquitur ibi in caſu ſextæ ampliationis ſupra poſitæ.

Tandem poſt longam diſputationem, & librorum reuolutionem maior pars dominorum trāſiuit cum hac ſecunda opinione, ſed non ita ſimpliciter: dictum etenim fuit poſſe Principem in terris vaſſallorum euocare ad ſe cauſas miſerabi-
13 lium perſonarum, ſed † cum moderamine, & nō ita paſſim, vt fit in terris immediatè ſubiectis, ita vt hoc caſu non ſolùm requiratur, quòd vidua, & pupillus ſint, qui litigant, ſed concurrat paupertas, & quòd aduerſarij ſint perſonæ potentes, vt ſcribitur in allegato decreto antiquo ne cauſarum ibi. *aut cauſa miſerabilium perſonarum agentium aut defendentium contra potentiores, ſi huiuſmodi perſonæ miſerabiles hoc requirant.* Idemque videtur requirere text. in d. l. 1. ibi.

Cuius potentiam perhorreſcant.

Quam perhorreſcentiam etiam conſiderat decretum Sabaudiæ. & ideo non ſine ratione in regno Neapolitano, à quo tempore Reginę Ioannæ dependebat comitatus Pedemontium, illæ perſonę miſerabiles, quæ tali priuilegio vti volunt, debent ante oīa iurare de perhorreſcentia ſui aduerſarij, vt habetur apud Carauitā in allegatis ritibus magnæ curiæ. ritu. 219.

Ampliatur hęc cōcluſio, vt vidua in terris vaſſalli non poſſit vti hoc priuilegio, quando non eſt pauper etiam ſi litiget cum ipſo vaſſallo ſi tamen ſunt in eo loco alij condomini ex his, quæ dicit Brun. conſi. 31. & ita cēſuit Senatus. 1589. 11. Nouembris in quadam cauſa Valpergiæ referēte Illuſtr. D. compatre meo Senatore Guerillo.

Iræ motus an minuat pœnam, ita vt homicidiū calore iracundiæ factum ſit aliquo modo excuſabile.

DECISIO CLXXVIII.

1 *Ira non excuſat à pœna l. Cornelia.*
2 *Dans operam rei illicitæ tenetur tanquam principaliter delinquens.*
3 *Ira eſt ſpecies furoris.*
4 *Homicidium per iram commiſſum leuius punitur.*
5 *Iracundia debet eſſe ex iuſta cauſa, vt pęnam minuat.*
6 *Iracundia excuſat in delictis, ſi delictum non ex interuallo, ſed incontinenti fiat.*

IRAE motus an excuſet à pęna eum, qui prouocatus, & furore iræ percitus aliquem vulnerauit, ex quo vulnere mors ſequuta fuit. Et primo aſpectu di-
1 cebatur, ꝙ † ira non excuſat, quin ordinaria pęna l. Cornelię puniendus ſit, pro hoc videtur tex. in l. aut facta. §. cauſa. D. de pœn. vbi tex. dicit puniri eum, qui per iram extraneum pulſat: nam omnia ferè delicta vulnerum, & homicidij per iram committuntur, & ſi propter calorem iracundiæ excuſarētur, rarò punitioni delictorum foret locus, vt dicit Cagnol. in l. quicquid calore. nu. 9. de regu. iur. vnde & Hębraica lege mortis pœnā non fugiebat is, qui per iram alterum occiderat. Numeri. cap. 35.

2 Secundò facit, quod is, qui dat † operam rei illicitæ etiamſi propoſitum delinquendi non habeat, tamen ſi inde oriatur aliquid mali, tenetur tanquā principaliter delinquens. c. continebatur. vbi Doctores. de homic. voluntar. vel caſua. & apud Stobeum in ſuis ſermonibus ira per ſe delictum eſt, nihilque magis iniuſtum, citans ad hoc authorem græcum Theognidem.

In contrariū dicebatur hoc caſu pęnam l. Corneliæ tēperandam eſſe, quia is, qui furore cōmotus aliquē occidit, non punitur, ſatis enim ſuo fu-
3 rore torquetur. l. Diuus. D. de offic. præſid. ſed † ira dr̄ breuis furor iux. illud Horat. in prima epiſtola. *Ira breuis furor eſt*, & vt idem Stobeus de ira ſermo. 18. recitans carmen Philemonis dicit, *Inſanimus oēs cum iraſcimur*, & Cicer. in Tuſcula. lib. 3. col. 2. *Exiſſe* (inquit) *de poteſtate dicitur is, qui effrenatus fertur iracundia, quæ eſt vlciſcendi libido.* quod etiam voluit Poeta, & moralis Philoſophus celeberrimus Franciſcus Petrarca, dum inquit.

Ira è breue furor, e chi no'l frena,
E furor longo, che il ſuo poſſeſſore
Speſſo à vergogna, e tall'hor mena à morte.

Ergo idem dicendum eſt de eo, qui per iram delinquit vnde Seneca in prouerb. *Homo* (inquit) *cum iraſcitur, extra corpus ſuum eſt.*

Secundò pro hac opinione allegatur tex. qui ab omnibus ad hoc notabilis dicitur. in l. ſi adulteriū. § imperatores. ibi.

Difficillimum enim eſt iuſtum dolorem temperare.

D. ad l. Iul. de adulter. de quo latè Marſil. ſingula. 455. Carer. in §. homicidium. verſi. circa quartam. num. 170. ad idem eſt text. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. D. de pœn. vbi diſtinguitur delictū, ꝙ fit ex propoſito, vt in publicis latronibus, ab eo qđ fit ex impetu, exemplificans in ebrietate, & ſic idē

dicen-

dicendum in impetu iræ. & in l.ſi non cõuicij. vbi doct.C.de iniur.& in l.1.§.quantitur. D.ad.S.C.Turpilia. & eſt glo in l. quicquid calore.de regu.iur.& hoc etiam tenet Anto. de Butr.in c.olim.1.de reſtitut.ſpol. & ibi Abb. & idem Abb.in c. 1. col. 1. de iniur.primi enim motus, vt ĩ inquit Philoſophus,
4 non ſunt in poteſtate hominis.& tale † delict.commiſſum per iram non vr̃ doloſè, & ex cõcilio factũ.Aretin. conſ.80.col.2.Abb.in c dilecti filij.ante finem.& ibi Fel. de except.ad quod facit etiã,quia & ſi iuramentum ſemper ſeruandũ ſit, & contraueniens actui iurato mortaliter pecat, toto tit.extra de iureiur. 22.q.2.3.4.& 9 per totam.tamen qñ per iracundiam iuratũ eſt,iuramento quis non eſt aſtrictus. M.Antonius Baner. in tracta. de virtu.& virib.iuram.n.144. vbi & ꝓpterea idem tenuit in delicto,& cũ hac opinione trãſit Frideric.Schẽch. in viridar. concluſ.iuridic. concluſ.51.Iacob. Nouell. in tract. ſuo ad defenſam. in princip.n. 64.ſed omnium copioſiſſimè Tiraquell. in tracta. ſuo lucubratiſſimo de moliẽdis pęn. cau. 1. vbi per multas columnas latiſſimè, & deſertiſſimè more ſuo hoc tractat, & multis fundamẽtis opinionem ſuã probat tam ex iure naturali, quàm ex iure ciuili, & canonico,ac etiã iure diuino,multa ad hæc exẽpla allegans, quæ omnia facilius videre eſt quàm referre. Ad hoc ẽt videndus Petr. à Placa in ſuo epito.delictor.lib.1.c.2.n. 19. & cum hac opinione tranſiuit Senatus in quadam cauſa relata per D.
5 Senatorem Agatiam.

Nec obſtant allegata in contrarium: nam in §. cauſa ſupra allegato dicitur quidem puniri eum, qui per iracundiam deliquit. non tñ exprimit qua pęna puniendus ſit, ideo intelligẽdus eſt de mitiori pęna ex allegatis per Tiraquellũ.d.cauſa prima.

Nec etiam obſtat, ꝙ iracundia ſit delictũ,& qđ iracundus in eo, ꝙ ad iram mouetur,det operam rei illicitæ, quia rñdetur, ꝙ dat quidem operã rei illicitæ, ſed non ex ſpontanea voluntate, & dolo. nam,vt inquit Cicer.lib.3.Tuſculan.colum.3 *humanum id eſt, non enim ex ſilice nati ſumus, ſed eſt naturale, vt in animus tenerum quiddam, quòd ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur*, & idem Stobe. d. ſermo. 18. ex Menandro inquit. *O quàm cohibendi magnus eſt iram labor*, & vt egregiè Ariſtotel.lib. 4. Ethicor. c. 5. ſcribit, *vlciſci iniuriam magis naturam attingit humanam:* ſunt enim,vt idem ait, omnis ſenſus & doloris expertes, qui iraſci neſciunt.& cùm ceſſet dolus res vr̃ expedita, quia mens & animus in delictis principaliter inſpiciuntur, quæ in demente & iracundo non ſunt.

Hæc verò opinio, quæ colligitur ẽt ex d.l.quicquid calore. de reg.iur. multas patitur ampl. & limitationes, quas latè recenſent Cagnol.& Dec. in d.l.quicquid.& latius Tiraq.in d.cau.1. Inter cæteras limitatio.hæc vr̃ pręcipua,vt nõ quælibet lęuis cã irę excuſet,vt dicit Cagnol. ibi. n.6.poſt Io.An. Abb Felin. & alios. Quid enim ſi nõ ſit facta atrox iniuria re,vel verbo,ſed læuis? Tunc enim non erit aliquid delinquenti condonandum. & ideo I.C.in d.l.ſi adulterium.§.imperatores.excuſat iracundiæ
7 calorẽ,† qñ ex iuſta cauſa proceſſit.Hoc tñ iudiciũ qñ iuſta cauſa, vel iniuſta ſit iracundiæ difficillimũ eſſe teſtatur Ariſtot. ideoque de hoc certa lex ferri nequit, verba hæc ſunt illius lib.4.Ethicor.c.5. col.vlt. *Ergo quantum quiſque, vel quo modo modũ egreſſus vituperandus ſit, non eſt facilè explicare oratione: in rebus enim ſingulis, atque in ſenſu poſitum iudicium eſt.* Qua propter totum id iudicantis religioni, & arbitrio relinqendum erit, qui diſcernet quam ob cãm, & quomodo iraſcendũ ſit: ille verò affectiones,quæ modũ excedunt, ac deſerunt,quaſi in extremis poſitę oẽs ſunt in vitio, vnde ſi parũ mediũ deſerant læuiter,ſi aliquãto maiore interuallo grauius, in magno verò inſignique ſpatio vehementius ſunt reprehendendę.Itẽ conſiderabit prudens iudex habitum, & naturam illius, qui ex iræ motu deliquit: nam ſicuti mitius punitur mulier quàm vir.l.ſacrilegij. D.ad l.Iul. pecula.ebrius,quàm ſobrius.l.oẽ delictũ. §. per vim.D.de re milita. & minor,quam maior.l.auxilium.§.in delictis. D.de minor.ita etiam mitius cum eo agendum erit,qui facilius ad irã ſui natura prouocatur, quã cum alioqui tardius excandeſcit. videtur enim magis deliberatè hic,quàm ille ad delictũ procedere,& vnus ex propoſito,alter ex impetu delinquere, vt dicitur in l.reſpiciendum.§. delinquit.D.de poen.Vlterius conſiderabit iudex ea,quæ in ſimili Moyſes ex ore Dei in caſuali homicidio conſideranda propoſuit. dict. c. 35. Num.nempe ſi neque inimicus eius,neque illi quæſierit male facere occiſor:vnde hac conſideratione vſnm Egnatium Taurinum Beticæ Proconſulem laudat Imperator Hadrian. apud Vlpianum.l.4.in principio.D. ad l.Cornel.de ſicar. de quo Pith. in ſua moſaycar. & Roman.legum collat. titulo 1.

Secundò limitatur regula illa, ꝙ iracũdia excu-
6 ſet, qñ delictum † non ex interuallo, ſed in continenti fit, ideſt dum adhuc feruet iracundiæ calor. d.l.quicquid calore. nam vt inquit Cicer.lib.1.officior. iniuriæ ſunt vel repentinæ, vel conſulto,læuiores ſunt repentinæ.Nã ſi refrigeſcat ira,& deinde quis delinquat, non videtur in motu iræ deliquiſſe,ſed magis ex propoſito, & cum animi deliberatione. vt latè per Cagnol. in d.l.qcquid.nu.12.

Intra autem quot dies, vel tempus dicatur durare iracundiæ calor, diuerſimodè cõcludunt doctores, & varias opiniones recẽſet Luc.de penn.in l.omnes.C.de de decur.col.2.lib.10.vbi videtur reſidere in ea ſententia, vt excuſetur is, qui intra 30. dies ex ira motus delinquit. & ſequitur.Dec.in d. l. quicqnid calore. in fin. Grammat. vot.32.quæ tamen opinio non placet Cagnol. in d.l. quicquid. nume. 17. ſed ille iudicio meo non bene intellexit Dec. qui loquitur intra quantum tempus excuſet calor iracundiæ,'& non intra quantum tẽpus poſſit reuocari iniuria,quę ſunt diuerſa.Ego exiſtimo hoc eſſe arbitrariũ iudici, prout dr̃ de verbo incõtinenti,& videatur incontinenti, & calore factum qñ non eſt deuentum ad alios extraneos actus,vel intra 12,horas,iux. illud Pauli ad Epheſ.4. in fi. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Ideo cùm eueniſſet caſus in Senatu de quodã,qui intelligẽs fuiſſe ſuo fratri dictã iniuriã ſatis atrocẽ, ſtatim ſpatio

ſcilicet

ſcilicet mediæ horæ ad iniuriantem accedendo illum ſecuri in capite percutiendo occidit, quapropter & ob iuſtam iracundiam cenſuit Senatus aliquibus tamen reclamantibus moderandam pœnam l. Corneliæ, condemnandumque reum ad triremes remiſſa pœna mortis.

Ex quo ſequitur alia ampliatio in caſu noſtro, vt non ſolùm excuſet iracundia, quæ prouenit ex iniuria nobis illata, ſed etiam ſi propinquis: nam, vt inquit Cicer. libro 1. offic. qui non obſiſtit iniuriæ tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat, & Ariſto. dicto libro 4. Ethicor. capit. 5. inquit. *Quin etiam contumelias, & conuitia æquo animo ferre, & in propinquis negligere ſeruile eſt.* Et ideo vnum, qui occiderat quendam cum fratre rixantem, abſolutum fuiſſe dicit Clar. in §. homicidium. verſiculo. item locum habet. libro 5.

Emphyteota ceſſans per xxx. annos continuos à ſolutione canonis nulla facta interpellatione an perdat rem emphyteoticam, an verò præſcribat.

DECISIO CLXXIX.

1 *Emphyteota, qui ceſſans in ſolutione canonis per triennium cadit à iure ſuo, an cadat ſi per 30. annos continuos à ſolutione ceſſauerit.*
2 *Solutioni canonis an præſcribatur. & num. 3.*
4 *Præſcriptio quomodo currat in ſolutione canonis emphyteotici. & nume. 5. & quid ſtante interpellatione. numero 6.*

EMPHYTHEOTA, vel cenſualis regulariter cenſum, vel canonem ſoluēs, & à tali ſolutione ceſſans
1 per triennium † cadit à iure ſuo l. 2. C. de iur. emphyteo. Sed quæſtio eſt, quid ſi ceſſauit per triginta annos continuos, & à domino nunquam fuit interpellatus ad ſoluendum, neque ipſe pecuniam ſignatam depoſuit, iuxt. dictæ l. 2. diſpoſitionem, an poſſit expelli ab emphyteoſi, vel ipſe liberationem ſolutionis cauſa decurſi temporis opponere. Hanc. quæſtionem tangit gloſſ. in l. comperit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. quæ videtur iuxta Imperatoris ſententiam in dicta l. concludere: quod non poſſit quidem emphyteota, qui per tantum tempus ceſſauit in ſolutione, expelli à re emphyteotica, ſed teneatur ſoluere cenſum aliàs ſolitum, & per id tempus non ſolutum, nulla 30. vel 40. annorum præſcriptione obſtante, vt de ciuili canone, & publica functione impoſita ſtatuit Imperator in dicta l. comperit.
2 Ita vt ex opinione gloſſ. emphytheota † non præſcribat libertatem, quam opinionem tenuit Martin. vt refert Guido de Suzar. in tracta. de iur. emphyt. quæſt. 12. numero 21. idem etiam in conductore, qui cenſum ſoluere ſingulis annis tenetur, procedere dicit Bald. in l. malè agitur. numero 8. C. de præſcrip. 30. ann. niſi poſſeſſionem interuerterit, cuius dicta ibi ad emphytheotam accommodari poterunt: nam & ipſe cenſum ſingulis annis ſoluendo conductoris inſtar eſt, & quòd ſolutioni canonis nullo tempore præſcribatur, tenet Ang. in l. iubemus. in prin. C. de fund. patrimon. libro 11. Iaſ. in l. 2. numero 156. C. de iur. emphyteo. Gulielm. Redoan. in tracta. de reb. Eccleſ. non alien. queſt. 19. §. fin. numero 15. Neque vnica ſufficeret hoc in caſu præſcriptio, cùm ſingulis annis debitum ſoluendum ſit. l. cum notiſſimi. §. fin. C. de præſcr. 30. annor. & tenuit Martin. ille doctor antiquus, de quo etiam meminit Boer. deciſio. 336. numero 1. poſt Guid. Pap. quæſt. 406. qui dicit ita ſemper vidiſſe iudicari, licèt in reliquis ſufficere poſt Barto. contendat Alexan. in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. numero 3. 4. & 5. D. de oper. nou. nunc. & hoc iuxt. opinionem Bulga. quam refert Boer. dicta deciſio. 336. nume. 2. vbi huius quæſtionis tres refert opiniones.

Contrariam ſententiam amplectitur Barto. in
3 dicta l. comperit. dicens, † quòd ſi illa glo. de præſcriptione ſolutionis intelligitur malè loquitur, ideo alio modo intelligit ipſe, vt loquatur in emphytheota non ſoluente penſionem per triginta annos, vt non præſcribat dominium, vel de illo, qui ſoluit per triginta, vel quadraginta annos, & faciat rem emphytheoticam, quæ ſub illo titulo non fuerat conceſſa, & tunc dicit gloſſ. bene loqui, vnde in ea remanet opinione, vt ob ceſſationem ſolutionis præſcribat emphyteota non ſolum ſolutiones decurſas, ſed etiam ipſam libertatem, & id apertius tenuit in l. ius emphyteotici. in fin. C. de fund. patrimon. libro 11. per l. fin. C. de fund. rei priua. & hanc ſententiam ante eum tenuerunt in emphyteoſi Eccleſiaſtica Bulgar. & Azo. quos refert Guido de Suzar. in dicto tracta. de iur. emph. quæſt. 12. numero 21. licèt ipſe ne contra Eccleſiam concluderet id iudicis reliquerit arbitrio, & ita more ſuo irreſolutam quæſtionem relinquit Specula. in tit. de loca. §. nunc aliqua. quæſt. 41. qui ad literam omnia tranſcribit à Guido. de Suzar. licèt Ioann. Andr. ibi dicat eſſe Martinum de Fano. & idem voluit Bald. conſilio 252. & ſeq. quem allegat Corn. conſilio 142. numero 11. libro 3.

Sed Iaſon in dicta l. 2. numero 72. C. de iur. emphyt. hanc Barto. ſententiam non ita indiſtinctè
4 recipit, volens illam † procedere in præſcriptione decurſi temporis, non in libertate, ita vt præſcribat emphyteota præteritas penſiones, ſed ad futuras teneatur, quia aliàs duram eſſe Barto. opinionem ſcribit, & cum hac opinione videtur in iſtis terminis tranſire Per Belluga. in Specu. princip. rubr. 41. numero 61. vbi vide bonam additionem in

litera Y. ſuper materia cenſuali. Et ita intelligenda eſt opinio Boer. in dicta deciſio. 336. in fin. & Pilei antiqui Doctoris quæſt. 137. volentis per triginta annorum ſpatium locum eſſe penſionis præſcriptioni, & iuxta hanc opinionem Iaſ. iudicauit Senatus in quadam Eccleſia Aſten. 1585. Menſe Iulij. Referente D. Balbo. & in alia Taurinen. fratrum Sancti Auguſtini, contra D. de Sancto Ægidio.

Verùm D. Franciſcus Balb. poſt Salyc. per eum citatum, in tracta. præſcript. part. 4. quartæ part.
5 principal. quæſt. 8. diſtinguit, quòd † aut poſſeſſor eſt in mala fide, & non præſcribit: aut alius à tertiò ius habens bona fide poſſidet, & cum titulo, & is præſcribit. cuius dictum ſequitur nouiſſimè Aurel. Corbul. in tracta. ex quib. cau. emph. iur. ſuo priua. in tit. de priuat. ob non ſolu. canon. limitat. 31. numero 2. & 4. ſed hæc diſtinctio non bene reſoluit quæſtionem noſtram. Ideo ego non recedendo ab opinione Senatus ſic diſtinguerem, quòd aut in quæſtione propoſita conſtat expreſsè ex confeſſione ipſius emphytheotæ, vel alijs coniecturis emphytheotam ſolitum, & teneri ſoluere canonem ſingulis annis, ſed per 30. aut 40. annos continuos non ſoluit, & de præſcriptione ſolùm liberationis diſputatur, tunc dicerem non obſtare exceptionem præſcriptionis, & veram eſſe Accur. ſententiam, ſed per ceſſationem non erit expellendus, per text. in dicta l. comperit. & l. cum notiſſimi. §. fin. iuncta. l. iubemus. C. de fund. patrimon. in quam rem faciunt rationes, quas in ſimili refert Ægid. Tomati de collect. §. exactis. numero 27. Aut controuertitur ſuper liberatione canonis, emphytheota dicente ſibi remiſſum fuiſſe, tunc ex diuturnitate temporis præſumitur in dubio illum huiuſmodi liberationem obtinuiſſe, dicta l. iubemus. & contraria domino incombit probatio, vt per Crau. & alios, quos in his terminis refert Maſcard. de probat. libro 2. concluſ. 601. numero 3. præſertim ſi in conſtitutione cenſus aderat pactum de affranchitando, vt quotidie fit in ciuitate Aſten. tunc enim ſufficiet allegare præſcriptionem, vel præſumptionem ſolutionis, iuxt. doctr. Bartol. communiter approbatam in l. fin. C. vnde vi. numero 17. ad quod reſpexit Myſinger. conſilio 78. nume. 15. & 16. & quo ad tempora præſcriptionis in priuatis ſufficient 30. anni: in Eccleſia requiruntur 40. vt per Rebuff. in dicta l. iubemus. numero 1. Sed ſi non eſſent decurſi illi 30. anni, tunc teneretur ſoluere emphyteota ſolummodo penſionem proximè præteritorum trium annorum, vt dixi ſupra deciſio. 114. quia currit vſucapio fructuum pro præteritis annis.

Cæterum ſupraſcripta omnia intellige procedere, ſi non fuiſſet interpellatus emphytheota,
6 quia tunc non præſcriberet † niſi à die interpellationis 40. vel 30. anni decurſi eſſent, atq; idem dicimus ſi eſſemus in promiſſione ſolutionis iurata, quia tunc licèt ex quorundam opinione non requiratur interpellatio propter iuramentum etiam in terminis decreti, vt dixi ſupra dicta deciſio. 114. tamen longuiquitas temporis decurſi iuuabit emphytheotam eo inſpecto, quòd dominus fuit negligens in quærendo iure ſuo, ſicuti ſi per 40. annos minor penſio ſolueretur eſſet præſcriptum. per text. in cap. cum olim. 2. de cenſib. Corbul. d. tit. amp. 42. in fin.

Teſtamentum tempore peſtis factum an valeat, ſi minor numerus teſtium adhibitus ſit, & quid in codicillis.

DECISIO CLXXX.

1 *Teſtamentum tempore peſtis factum cum minori numero ſeptem teſtium an ſubſiſtat.*

2 *Teſtamentum aliquando valet cum numero duorum teſtium, vt in terris Eccleſia.*

3 *Codicilli tempore peſtis facti cum maiori numero quinque teſtium an valeat.*

TESTAMENTVM peſtis tempore factum, quan
1 do minor numerus † ſeptem teſtium, qui de iure communi requiruntur, adhibitus eſt, an valeat, quæſtio eſt ardua, & antiqua, & quæ, vt dicit Clar. in §. teſtamentum. q. 56. ægeret deciſione Imperiali, ideo non ab re tractandam nunc nobis propoſuimus. Et nouiſſimè illam examinando Magdalen. in tractatu de numero teſti. in teſtamen. requiſi. cap. 11. ampliat. 8. tranſit poſt multorum relatas opiniones cum illa ſententia, vt nullum reddatur, ponderando tex. in l. caſus. C. de teſtamen. & hanc magis communem teſtatur. Mihi tamen ſemper contraria placuit opinio, vt teſtamentum huiuſmodi valeat, dummodo quinque adſint teſtes, quam tenuerunt Bald. Salyce. & Iaſ. in l. fin. C. de teſtamen. quorum opinionem ſequuta eſt Rota Romana apud Put. deciſio. 372. & 382. libro 1. Bertran. conſilio 179. & 233. vol. 2. Mich. Graſſ. commun. opin. lib. 3. §. teſtamentum. quæſtio. 64. numero 5. Ratio eſt, quia eo tempore difficile reperiuntur teſtes, qui velint contagioſo morbo affecto aſſiſtere, vt latè per Rip. in ſuo pulchro tractatu de peſte, ſub rubri. de priuileg. peſt. circa vlt. volunta. vbi latè hanc quæſtionem examinat, & quamuis alia communis dicatur, tamen ſi bene numerentur Doctores & ponderentur, hæc altera proculdubio erit magis communis, vt videre eſt per Doctores relatos per Graſſum dicta quæſtio. 64. & in iudicijs hæc crebriori calculo fuit recepta, vt per Boer. deciſio. 218. numero 11. Afflict. deciſio. 25. & 134. Guido Pap. quæſtio. 543. Andr. Gail. pract. obſeruat. libro 2. obſeruat. 118. numero 18. Rolan à Valle conſilio 81. numer. 47. libro 2. & Put. dicta deciſio. 372. & 382. & cum

illa

illa ſemper tranſiuit in facti contingentia Senatus præſertim in quadam Nicien. 1585. 9. Maij. de qua dicemus ſuo loco, & nuperrimè in alia eiuſdem ciuitatis Referente Illu. Compatre meo Dom. Guerillo die 2. Decembris. 1588. & in alia de qua mox dicam.

Hanc opinionem adeo veram propter rationem ſupraſcriptam quidam arbitrati ſunt, vt non
2 ſolùm quinque, ſed etiam † duos teſtes ſufficere voluerint, per tex. in cap. cum eſſes. de teſtamen. vbi ita videtur velle Barbat. colum. 8. Port. inſtitu. de teſta. milit. §. 1. cum quib. tranſit Ripa in d. loco. nume. 1. & 12. Guido Pap. d. q. 543. And. Gail. d. obſeruat. 118. numero 18. vbi ita in Camera Imperiali iudicatum teſtatur, & latè Boer. deciſio. 218. numero 11. Ego tamen hanc opinionem non credo veram, & quando euenit caſus in Senatu, vbi in tali teſtamento eſſet minor numerus quinque teſtium, declarauit Excellentiſſimus Senatus teſtamentum nullum: non enim ita fauendum eſt teſtamentis, vt teſtamentorum iura, & ſolennitates omnino ſubuertamus. l. nemo poteſt. de leg. 1. & fugienda eſt (vt dicit Graſſus) præſertim in vltimis voluntatibus occaſio falſitatum. Niſi eſſemus in terris Eccleſiæ, quia tunc procederet diſpoſitio dicti cap. cum eſſes. ſecundum Rip. in dicto loco. numero 12. & fortè ex ſolùs Canoniſtarum erroribus, vt inquit Cyn. & niſi peſtis ita ſęuiret, vt hominum copia facilè haberi non poſſet. vt dicit Gaill. d. obſer. 118.

Dubitatum tamen fuit an id, quod dicimus in teſtamentis, vt minor numerus, ſufficiat habeat
3 locum † in codicillis: nam licèt in eis regulariter requirantur quinque teſtes, videretur dicendum, quòd tẽpore peſtis tres ſufficerent. Hanc q. ſolus (quòd viderim) tangit Ripa in dicto loco quæſt. vltima. & quamuis ipſe arguendo pro, & contra tandem relinquat cogitandum, tamen ipſe videtur magis reſidere in ea opinione pro validitate codicillorum, dicendo, quod tex. in l. Marcellus. D. de donatio. cauſa mor. ab ipſo ſolo conſideratus valde ſtringit pro hac opinione, prout valde vrget meo iudicio præſertim iuncta glo. quæ expreſsè dicit de numero teſtium, & vltra l. Marcellus. addebam ego, quòd in dubio fauendum eſt voluntati defunctorum. l. vel negare. D. quemadm. teſt. aper. & inducenda præſumptio, vt actus magis valeat quàm pereat. l. ſi pars. D. de inoff. teſta. Præterea nulli dubium eſt, quòd actus teſtandi grauioris eſt præiudicij quàm facere codicillos. cùm teſtamentum per ſe ſolùm ſtet, codicilli verò requirant teſtamenti robur. inſt. de codicill. in prin. & §. fin. & magis ſtringant duo vincula quàm vnum, & in teſtamentis dari hæreditas poſſit in codicillis non. dicto §. fin. & l. 2. C. eod. quare proculdubio videtur dicendum, quòd ſi lex, vel Doctores propter deficientiam teſtium minori numero contenta ſit tempore peſtis, idem dicendũ in codicillis.

Nec obſtabit doctr. Barto. & aliorum. in l. 2. quæſt vlt. D. de legat. qui voluerunt, quòd ſi ſtatutum dicat in teſtamento ſufficere quinque teſtes, tamen non poterit ex hoc argui, quòd in codicillis ſufficiant 4. vel tres, quem ſequitur Cephal. conſilio 360. in fin. libro 3. Graſſ. in §. codicillus. numero 6. quia magna eſt ratio diuerſitatis: nam ſtatuta ſtrictè ſunt interpretanda, leges vero, & Doctorum placita latè. Præterea ſtatutum eſt quid voluntarium, defectus autem teſtium cauſa peſtis, eſt quid ex neceſſitate fati, & certum eſt, quòd lex magis fauet actui neceſſario quàm voluntario. l. 1. vbi gloſſ. in verbo voluntaria. D. de fun. dota. & cùm hæc quæſtio occurriſſet in Senatu in cauſa Nicęę Referente Illuſtri. Dom. Senatore Purpurato, fuit per multos dies per dominos diſputata: & quamuis multis, & præſertim mihi videretur pro codicillis iudicandum, tamen præualuit numerus pro contraria ſententia, illa ratione, quia, quòd in teſtamento quinque teſtes ſufficiant nulla lege cauetur, ſed extenſiua Doctorũ interpretatione, quæ extenſio non eſt ad aliam extenſionem trahenda, ne priuilegia multiplicentur. Præterea, quia inducitur id in teſtamento, vt quinque ſufficiant, quia difficile eſt ſeptem reperire, ſed cùm in codicillis ſufficiant quinque, non ita difficile eſt eos reperire, & ſic ceſſat ratio, aliàs ſequeretur, quòd in contractu facto tempore peſtis vnus teſtis ſufficeret: verùm ad hæc omnia replicabatur, quia ſi conſideremus proportionem quinque ad ſeptem, in codicillis tempore peſtis deberent ſaltem requiri quatuor, tres autem non videntur ad eam proportionem, quare omnino dicendum eſſet, quòd etiamſi alia opinio eſſet vera, requirerentur tamen non tres, ſed quatuor teſtes in codicillis, & hanc putarem æquam, & iuri conſonam, ſed ad euitandas iſtas difficultates operepretium eſſet, & bonum, vt dicit Barto. quem refert Ripa in dicto loco numero 13. quod ſtatuto, vel Principis decreto ſtatueretur, quòd tali tempore tam in teſtamento quàm in codicillis minor numerus ſufficeret. interea tamen ſupraſcripta ſententia Senatus apud nos pro lege obſeruanda erit, vt dixi in præfatione noſtra.

Sententiæ Senatus, (quæ media cautione habet executionem paratam,) an per intentatam reſtitutionem in integrum poſſit executio impediri.

DECISIO CLXXXI.

1 *Sententia Senatus habet executionem paratam.*
2 *Sententia Senatus habet executionem, etiamſi ſit lata in prima inſtantia.*
3 *Reſtitutio in integrum petita an impediat ſententia executionem, & quando num. 4.*

Deciſio CLXXXI.

SENTENTIA Senatus habet executionem paratam media cautione
1 † ad formam authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. Impera. offeren. & eſt expreſſum in nou. conſtitut. libro 3. quod ſemper fuit inconcuſsè, & inuiolabiliter obſeruatum, vt alias dixi deciſio. 2. ſupra. quod
2 procedit etiamſi fuerit per Senatum † iudicatum in prima inſtantia, cùm dicta authen. & decretum noſtrum non diſtinguant, ſed ſimpliciter loquantur, & hoc iure vtimur. prout etiam ita ſeruari in parlamento dicit Guid. Pap. q. 50.

Sed quæſitum fuit, in hac quæſtione, quæ frequens eſt apud nos, & ſatis ambigua, & ſuper qua vidi variè iudicatum, vt in dubiis quæſtionibus euenit, Quid ſi non per viam ſupplicationis, vel reuiſionis, ſed per viam reſtitutionis in inte-
3 grum condemnatus recurrat, an tunc † ceſſandum erit ab executione, vt quia ſit minor, cui aduerſus rem iudicatam conceditur reſtitutio. gl. Iaſ. & alij in l. Imperatores. D. de re iudica. cap. vt debitus. de appellat. Socin. in l. quod agnitis. num. 8. & 9. D. de except. Socin. iun. conſilio 128. numer. 158. libro 1. Felin. in cap. laror. numero 6. de ſenten. & re iudica. Tunc enim videretur non eſſe concedendam, ſed ſuſpendendam eſſe executionem, quia dubia ſuſpendere virtus eſt prudẽtiæ, vt dicit Afflict. deciſio. 353. in princip. poſt Beatum Thomam. Et hoc ex vulgata regula, quòd pendente reſtitutione in integrum nihil ſit innouandum. l. 1. C. in integrum reſtitut. poſtula. Doctor. omnes in capit. ſuſcitata. de reſcript. idem tenet Vincen. Hoſtien. & Bald. quos ſequitur Afflict. deciſ. 356. fuit dubitatum. & multos pro hac opinione refert Didac. practicat. quæſtio. cap. 25. numero 7. verſicu. duodecimo licet. & illam communem dicit Ripa in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. numero 31. D. de re iudic. Rota Bonon. Benuiten. deciſio. 85. numero 16. in fin. & per rotam. Mohedan. deciſio. 177. de reſtitutio. in integrum. Lancellot. de attenta par. 2. capit. 18. vbi latè hoc examinat, & nouiſſimè multos hincinde referendo, & examinando Maſcard de probatio. libro 3. concluſio. 1275. numero 16. 18. & 20. & quamuis alias Rota contrarium tenuerit deciſio. 62. aliàs 446. tamen dicit Caſſiodor. deciſio. 1. ſub titu. vt lite penden. numero 6. non ſeruari hodie illam deciſionem, ſed aliam contrariam, quæ eſt deciſio 51. & ita tenuit etiam deciſ. 1. tit. de reſtitu. in integ. & ideo Abb. in dicto capit. ſuſcitata. colum. fin. in fin. vbi ponit rationem huius concluſionis, monet aduocatum, vt ſit cautus, & non petat remedium, contra ſententiam Principis, vel Senatus per viam ſupplicationis, ſeu reuiſionis, ſed per viam reſtitutionis in integrum, vt impediat ſententiæ executionem, quæ tamen reſtitutio non paſſim admittitur, vt notabiliter decidit Afflict. d. deciſ. 356.

Sed in contrarium videtur text. apertus in dicto cap. ſuſcitata. de reſcript. vbi ſententia, quę habet executionem, non ſuſpenditur per reſtitutionem in integrum poſtulatam, & iſtud fuit vnum granum ſalis appoſitum à iure Canonico per dictum capitu. ſuſcitata. ad generalem regulam iuris ciuilis in dicta l. 1. C. in integrum reſtit. poſtu. vt iocoſè dicit Afflict. in dicta deciſio. 356. numero 3. & Doctores communiter intelligunt illum text. in dicto capit. ſuſcitata. in ſententia Principis, quæ habet executionem paratam. dicta authen. quæ ſupplicatio. Capell. Tholoſ. quæſtio. 54. in fin. Didac. dicto verſicu. duodecimo. in fin. Rota Bononien. dicta deciſio. 85. in fin. & quamuis eſſet admiſſa cognitio ſuper reſtitutione in integrum, nihilominus media cautione ad formam dictæ authen. quæ ſupplicatio. illa ſententia mandatur executioni, & ita expreſsè tenet Didac. in dicto capit. 25. numero 7. verſicu. item quia. poſt Innoc. & alios in dicto capit. ſuſcitata. Alexan. Iaſ. & Rip. in l. 4. §. condemnatum. D. de re iudica. Socin. in fallen. regula 346. reſtitutio. in integr. poſtulata. Corſet. ſingul. incipien. in integrum reſtitutio. poſt alios ibi. & eſt ratio, quia talis petitio reſtitutionis habet in ſe præſumptionem malitiæ. dicto capit. ſuſcitata. vt dicit Bald. nouell. relatus à Benintend. dicta deciſio. 85. numero 14. circa fin. & malitijs hominum non eſt ita paſſim indulgendum. l. ſi prætor. de iudic. aliàs eſſet ſemper aperta via fraudibus, quia ſemper peteretur reuiſio ſententiæ non via ordinaria, ſed ope reſtitutionis in integrum, & in hanc ſententiam videntur magis cõiter Doct. concordare, vt colligitur ex traditis in dicta deciſio. Bononien. 85. numero 11. & ſequen. & ideo cenſuit Senatus in hoc caſu non eſſe ſuperſedendum ab executione, & ita ſemper vidi obſeruari vbicunque poterat imminere talis ſuſpicio diffugij, & malitiæ attenta præſumptione iuſtitiæ, quæ eſt pro ſententia Principis, vel Senatus. dicto capit. ſuſcitata. & nouiſſimè in cauſa Foſſanen. Ratti, & Malliani 1585. 13. Septembris. & 23. Nouembris. Referente Domino Senatore Goueano, quę opinio multò magis proceder, ſi ſimus in executione retractabili, ita eleganter Aufrer. ad dictã Capell. Tholoſ. deciſio. 54. & 430. Sed ſi executio eſſet irretractabilis, vt in criminalibus, vbi agitur de ſanguine, eſſet ſuperſedẽdum, & non habet locum decretum Ducale, & obſeruantia noſtra non retardatæ executionis, vt pulchrè in hoc caſu ſcribit Vincen. de Franch. deciſi. 139. libro 1. Vel quia tractaretur de aliquo incarcerando etiam pro cauſa ciuili, iuxta notabile dictum Bald. quod refert, & ſequitur Abb. in dicto capit. ſuſcitata. numero 8. verſicu. adde tamen vnum dictum Bald. quia illa ignominia, quæ fit per incarcerationem, non eſt retractabilis, in futurum. ſequitur Afflict. d. deciſ. 356. in fi.

Ad contrariam opinionem Rotæ, & aliorum reſpondebatur, quòd illa procedit, quando petita reſtitutione ſtatim pars docet de bono iure ſuo aliquo modo ſaltem ſemiplenè, ita vt faciat ceſſare illam fraudis, & calumniæ præſumptionem, pręſertim ſi petatur à minore: nam hoc caſu non

erit

erit vllo módo concedenda executio, & reſtitutio petita impediet executionem, & hæc eſt vera opinio, in quam omnes ſupra pro prima opinione relati conueniunt, præſertim Caſſidor. & alij, vt latius per Maſçard. dicta concluſi. 1275. nu. 18. qui hoc modo concordat iſtas duas opiniones aliàs inter ſe diſcrepanteſ, & ſic iſta poterit eſſe limitatio ſecundæ opinionis. Aliam concordiam, & diſtinctionem ponit Lanfrac. de Oriano in capit. quoniam frequenter. in §. exceptiones. numero 9. de probatio. quòd ſi ceſſat præſumptio malitiæ, vt quia petatur reſtitutio intra 10. dies, & præſumptio ſit pro impetrante bonitatis & ſinceritatis, tunc nihil ſit innouandum iuxta l. 1. C. in integ. reſtitut. poſtul. aliàs ſecus, quam diſtinctionem ſequitur Sapia in addit. ad Abba. in d. cap. ſuſcitata. nume. 8. poſt Barto. & Bald. ibi relatos. Felin. in cap. veniens. ſecundo. de teſtib. Dec. in cap. ſuper eo. de offic. deleg.

Limitatur etiam hæc vltima opinio, quando
4 duæ cauſę † concurrunt in eodem ſubiecto, nempe, quòd ſubſit cauſa reſtitutionis, vt puta minor ætas ex titulo de minoribus, vel abſentia neceſſaria reipub. cauſa, aut alia iuſta, & rationabilis cauſa, & de qua in titu. ex quib. cau. maior. & de qua cauſa notoriè, aut liquidiſſimè conſtet, & incontinenti, vt ſupra dixi. Item, quòd appareat euidenter, & per inſtrumenta publica, vel alias probationes in promptu de læſione, vnde non ſufficit dicere ſum minor, ergo læſus iuxta l. nam & poſtea. §. ſi minor. D. de iureiur. & per Beninten. dicta deciſ. 85. numero 16. Debet ergo oſtendere inſtrumenta, vel alias probationes in promptu, ex quibus reſtitutio concedenda veniat, præſertim ſi ſint inſtrumenta de nouo reperta, vel probationes ſuperuentæ, & nulla præceſſerit negligentia in illis perquirendis, & ita procedet opinio Barto. in d. l. 4. §. condemnatum. verſic. & idem ſi petatur. illa enim probatio incontinenti facta de læſione, iuncta iuſta cauſa reſtitutionis operabitur ſuperſeſſionem ab executione ſententiæ Senatus, vel Principis, idque facilius, quando petitur à minore eius ætatis, vt in eo non ita immineat malitiæ præſumptio, quo caſu vidi quandoque etiam ſine alijs probationibus læſionis concedi interim ſuper executione, ita vt hoc quaſi à boni iudicis religione, & arbitrio dependeat, præſertim quòd de temporali, & paruo præiudicio agatur, & hoc modo concordabuntur opiniones contrarię, & ſaluari poteſt contrarietas Dominorum de Rota, qui aliquando iudicarunt pro ſuperſeſſione, aliquando pro executione, vt adnotauit Didac. dicto capit. 25. nume. ſeptimo. verſicu. qua de re. & facilius admittetur executio non obſtante reſtitutione petita ſi à maiore poſtulabitur, vt tradunt Doctores in dicto capit. ſuſcitata. & nouiſſimè tenuit Rota apud Verall. deciſio. 330. par. prima. & ideo ſupradictis concurrentibus petita reſtitutione à maiore dictum fuit per Senatum eſſe ſuperſedendum ab
6 executione, vt in cauſa Domini Marchionis Romagnani conſanguinei mei, contra Dominum Comitem de Raude Mediolanen. anno 1577. & aliàs ſępius. Ego in hoc opinionũ cõflictu eius eſſem ſententiæ, vt petita per preces reſtitutione, ſuper quibus ex ſtilo ſolent concedi literæ eidem Senatui, vt ſi reſtitutio concedenda ſit concedat. non apponatur in eiſdem literis interim contra executionem, ſed committatur Senatui, vt cauſa cognita vnico memoriali ſummariè auditis partibus ſi interim ſit concedendum concedat. Et hoc quando dubitatur de calumnia ſupplicantis, ſed ſi in promptu conſtaret de præſumpta ſaltem læſione, & ſimplicitate, vt præſertim in minore, putarem in eiſdem literis concedendum interim, vt peccetur potius in tempore quàm in ſententia, & euitentur ſuperfluę expenſæ, & circuitus. Et de hac reſtitutione in integrum à minore petita vide Hieronim. à Laurent. deciſione Auinionen. 2. & Dominum Compatrem meum Solam in titulo de ſuppli. à ſententia Senatus. in fine, & an impediatur executio poſt tres ſententias conformes, dixi ſupra deciſio. 122. vbi latè, & teneo, quod concurrentibus illis de quibus ſupra impeditur, quia tres ſententiæ conformes non habent maiorem vim quàm ſententia Præfecti Prætorio, quo ad executionem.

Ceſſio bonorum an admittatur in delictis, & in ſumma parti debita per ſententiam ex cauſa delicti.

DECISIO CLXXXII.

1 *Ceſſio bonorum an fieri poſſit in odium fiſci.*
2 *Induciæ non habent locum contra fiſcum, & numero 6.*
3 *Ceſſio bonorum an admittatur pro pecuniaria ſumma tertio ex cauſa delicti adiudicata. & nu. 4.*
5 *Text. in cap. finem litibus. de dolo, & contuma. examinatur.*
7 *Ceſſio non admittitur, vbi pęna adiudicatur parti loco pęnę.*

CONDEMNATVS ratione delicti in pęnam banni per decennium inſtante fiſco, ac etiam in pęna pecuniaria cẽtum aureorum fuit etiam condemnatus erga partem lęſam in centum aureis pro intereſſe, Reus allegauit ſe nulla, vel perpauca bona poſſidere, quæ non ſufficiebant ad exſolutionem dicti intereſſe, & mulctę, & vt à carceribus liberaretur offerebat ſe paratum cedere bonis: quæſitum fuit an eſſet admittendus. Fuit
1 reſolutum, quod attinet † ad fiſcum, & condemnationem pœnalem ob publicam vindictam, non habere locum ceſſionem, & locum eſſe regulæ, qui non habet in ære, luat in corpore. l. fina. D. de in ius vocand. l. prima. §. final.

D. de

D.de pœn.cum alijs concordan. allegatis in gloſſ.
fin.in capit.finem litibus.de dolo, & contuma.&
quia regula eſt, quòd debitor fiſci non poteſt ce-
dere bonis, neque vti ceſſionis priuilegio. Socin.
regu. 65. in verbo cedens bonis. Bernard.Diaz.re-
gu. 24. eod. verbo. Gaſpar Beat. in tracta. de ino-
pe debitor.capit.11. Guid. Pap. quæſt.211. nume-
ro 3. qui dicit ita ſeruari in curijs Delphinat. Re-
buff. conſilio 164. latè Boer. deciſio. 341. per to-
tam, & ideo fuit commutata pœna pecuniaria
in duplicationem temporis banni idest per 20.
annos, (quod Senatum etiam poſt ſententiam
facere poſſe dicam ſuo loco.) Pro qua opinione
2 facit, quia generalis ſaluus conductus, ſeu † indu-
tię debitori conceſſæ non vendicant ſibi locum
in debitore ex cauſa delicti, vt per Grammat. in
addit. ad Afflict. deciſio.5. poſt Gulielm.de Cun.
Roma. & Lauden. per eum citatos. Math. Brun.
in tracta. de ceſſione bonorum. quæſt. 27. nume-
ro 4. Bald. latè conſilio 400. libro 1. Cuch. in tracta.
de morator. præſcript. numero 39. & in hoc ca-
ſu nullum eſt dubium, quin locus ſit mutationi
pœnæ, vt per Menoch. de arbitr. iud. caſu 447.
centur.5.

Sed dubium maius fuit ratione ceſſionis, quam
petebat admitti in odium creditoris, erga quem
in aureis centum fuerat condemnatus pro inte-
reſſe, quod patiebatur creditor ob mortem filij,
3 & contra debitorem † allegabatur non eſſe locum
ceſſioni ex vulgata regula ſupra dicta, quòd
quando quis tenetur ad ſolutionem pecuniæ ex
cauſa delicti, non admittitur ceſſio, per ea, quæ
latè congerit Natt.conſil.361. Boer.dicta deciſ.341.
Clar.§. fin. quæſt. 95. & Didac. var. reſolut. libr. 2.
capit. 1. nume 8. vbi idem Didac. ampliat dictam
regulam procedere non ſolùm ſi agatur de pœ-
na erga fiſcum, ſed etiam ſi illa pœna ſit æſtima-
tio damni parti applicanda, dicens de hoc eſſe tex.
notab in dicto capit. finem litibus. vbi Abb.& Io.
Fab.in § fin. inſt. de act.& in iure ciuili eſt text.in l.
fin.D.de in ius vocan.ibi *Inofficioſus litigator*, à quo
puto extractum dictũ capit.finem litibus, & hanc
opinionem tenuit Menoch. libro 2. de arbitrar.
centur.5. caſu 447. numero 17. poſt Alberic. Dec.
Cępoll.& Clar.quos allegat.Seraphin.de priuileg.
iuram. priuileg 91.in fin.

Sed in contrarium dicebatur, quòd lex ad-
4 mittens † debitorem ad ceſſionem bonorum
loquitur in quocunque debitore. §. fin. inſt. de
act. iſte autem quamuis ex cauſa delicti tamen
re vera eſt debitor. Bald.in l.reſcriptum. tertio no-
tab. D. de pact. ergo etiam in hoc debitore erit
admittenda ceſſio. Et ita videtur velle idem
Brun. 17. quæſt. quartæ part. principal. numero
2. & clarius hoc vult Cuch. in tracta. de morator.
præſcript. poſt Boer. deciſio. 349. numero 8. Lu-
douic. a Peguera inter quæſtiones ſuas criminal.
capitu.6. vbi ita iudicatum in concilio Barcinonæ
teſtatur.

Nec obſtant allegata in contrarium, & primò
ad regulam illam generalem reſpondetur, quod
Doctores loquuntur, quando pœna pecuniaria
applicatur fiſco, & ſic inducta eſt ad vindictam
publicam tunc enim certum eſt, quod qui non
habet in ære luit in corpore, ſecus vero quando
illa pecunia applicatur parti non tanquam pœ-
na, ſed tanquam intereſſe ciuile.

Nec obſtat dictum capit. finem litibus. quia ibi
5 punitur calumniator † pœna expenſarum, quas
ſi ſoluere non poteſt, ſecundum arbitrium iudi-
cis puniendus eſt, quod verbum puniatur im-
portat pœnam: ibi enim ſummus Pontifex no-
luit calumniatorem omnino impunitum rema-
nere, prout eſſet ſi expenſas non ſolueret ob ino-
piam in quib. fuit mulctatus. facit rubrica inſti.de
pœn. teme. litigant. vbi meritò vocatur pœna
tanquam ex delicto deſcendens. & l. fin. in fin. D.
de in ius vocan. vbi inofficioſus litigator punitur
in corpore ſi non habet in ære, ne pœna irrita om-
nino ſit, & ita loquuntur omnia iura, quæ hanc
regulam probant, videlicet l.quęcunque.C.de ſer.
fugitiu.l.1.in fin. D.de pœn. & omnes ſimiles, ſed
in caſu noſtro delinquens punitur aliunde, & con-
demnatio erga partem non eſt loco pœnæ, ſed
ſolùm loco intereſſe priuati, & ita inſpicitur num-
quid ſit pœna ex parte rei, prout plenius declarat
Peguera dicta quæſt.6. numero 17. & ſequen. alio-
quin ſequeretur, quòd ille, qui tenetur ad intereſ-
ſe priuatum etiam ex cauſa ciuili ratione moræ
non poſſet cedere bonis, quod eſſet contra om-
nia iura.

Nec etiam obſt. Natt. quia loquitur, quando
præſumptio eſt, quòd debitor abſcondat pecu-
niam, & bona, & Doctores quos citat loquuntur
in cauſa, & obligatione pœnali. Nec etiam obſtat
deciſio. Boer. quia loquitur ibi in condemnatione,
quæ erat pœnalis, & emenda.

Minus obſtat illa Doctorum opinio, vt priuile-
6 gium Principis † non extendatur ad debitorem
ex cauſa delicti, quia illa opinio non eſt certa, &
contra illã multi tenuerunt, præſertim Roman.&
Dec.in l.1.D. ſi cert.petat. quos ſequitur idẽ Brun.
d. q.27. nu.8. Præterea ſupraſcripta opinio proce-
dit, qñ poſt priuilegium quis delinquit, quia tunc
ſuperuenit noua cã, & hæc ceſſio non põt dici pri
uilegium, cùm ex cã neceſſitatis fiat, & nullo mo
do negari poteſt, cùm nemo tradere poſſit, quod
non habet. l.ſi vniuerſe. vbi Bart. C.de lega. quod ſi
aliquis in certam pœnam publicæ vindictæ cau-
7 ſa condemnetur, & etiam in aliam † certam ſum-
mam erga partem lęſam etiã loco pęnę, tunc ceſ-
ſio non admitteretur, vt eſt exemplum in auth.ho
die.in fin.C.de repud.vbi quis condemnatur in de-
cem libras auri erga primum maritum, quòd cer-
tè ibi eſt loco pœnæ, non autem pro intereſſe, &
ita ſua conſtitutione declarauit Inuictiſſimus
Carolus V. Imperator anno 1538. & 1547. vt re-
fert Didac.dicto capitu.1.var. reſol. libro 2. & cum
hac poſteriori opinione, quòd debitor pro inte-
reſſe ex cauſa delicti admittatur ad ceſſionem bo
norum quo ad priuatũ lęſum poſt multã diſputa-
tionem trãſiuit Senatus, in cauſa quorundam de
Ripa prope Cherium. 1585. Referente D. Cerua.
& iterum ita fuit iudicatum in cauſa Illuſtr. D.

Bella-

Bellagardæ, & Ripairę, qui fuerat condemnatus in pœnam erga fiſcum ob doloſam verſationem in ſuis rationibus, & etiam ad omne damnum erga partem cum iuramento in litem: nam ſoluta pœna fiſco debita, fuit per aliquot menſes detentus, vt compelleretur ſoluere intereſſe parti, & quo ad eam fuit admiſſus ad ceſſionem bonorum, & quamuis contemplatione filiarum nubilium Princeps per reſcriptum eum admiſiſſet ad ceſſionem bonorum ſalua honeſtate, ita vt non fieret infamis. iuxt. l. fin. vbi gloſſ. C. qui bon. ced. poſſ. tamen Senatui non placuit eſſe in eo capite literas interinandas, cùm eſſet debitor doloſus, & ex delicto, ſed ordinauit fieri debere ceſſionem ignominioſam iuxta quoddam decretum Ducis Sabaud. Amedei, quod non eſt impreſſum, ſed habetur ſupra deciſio. 36. in fin. vbi illud poſui.

Dotis dimidiam an maritus retinere poſſit mortua vxore cum liberis, pro lucro, an verò tota vti frui poſſit cum cautione de reſtituendo poſt mortem, & de conſuetudine huius patriæ circa hoc.

DECISIO CLXXXIII.

1 *Maritus mortua vxore dotem retinere non poteſt. fallit de conſuetudine. num. 2.*

3 *Conſuetudo qualiter per teſtes probetur. & numero 5. & 7.*

4 *Augmentum dotis poteſt de conſuetudine vel totum ab vxore retineri, media cautione de reſtituendo, vel pro medietate iure proprio, reliqua medietate reſtituta.*

6 *Statutum Taurinen. ſuper lucro dotis eſt in viridi obſeruantia, & ſeruandum.*

8 *In materia conſuetudinis non eſt facienda extenſio.*

MARITVS mortua vxore, quæ ex alio viro filiam reliquerat, dotem filiæ reſtituere negabat, dicens quòd licèt de iure † com-
1 muni nihil poſſit retinere, vt dicit Abb. conſilio 117. in prin. libr. 1. per l. 1. C. de rei vxor. act. & l. aſſiduis. C. qui potior in pignor. Iaſ. in auth. pretetea. num. 14. C. vnde vir, & vx. Ruin. conſilio 63. numero 2.
2 libr. 2. tamen hoc limitari † attenta generali conſuetudine patriæ Subalpinæ, quæ videtur induxiſſe, vt ſit in electione mariti, aut dimidiam ipſius dotis retinere, partemque illam lucrari, & reliquam dimidiam propinquis reſtituere, aut dotem integram retinere, & ea vti frui data cautione de eadem integra dote reſtituenda filijs ſeu propinquis, poſt ipſius mariti vſufructuarij mortem, prout eſt in ſtatuto Caſalen. de quo latè Roland. conſilio 72. libro 1. & ad probandam hanc patriæ conſuetudinem fuerunt examinati aliqui teſtes, quorum duo, vel tres ex practicis Senatus de ea conſuetudine deponebant, dicentes ſuper ea fuiſſe iudicatum, & pronunciatum pro notorio in tribunali Excellentiſſimi Senatus, & quamuis neſcirent allegare in ſpecie caſus ſubſequutos, in quibus ita iudicatum fuiſſet, tamen cùm tractaretur de probanda conſuetudine generali, putabant aliqui eſſe probatam ex dictis per Ioan. Fabri in §. ex non ſcripto. inſt. de iur. natur. gent. & ciu. numero 10. & Dom. Ozaſc. deciſio. 99. numero 27. & probari conſuetudinem etiam
3 † per duos teſtes dicit Angel. in dicto §. ex non ſcripto. numero 19. poſt Salycet. in l. de quibus. D. de legib. 15. quæſtione, & ita etiam tenet Faber. in dicto §. numero 10. per vulga. l. vbi numerus. D. de teſtib. ſubdens tamen, quòd curia Franciæ requirit decem teſtes, prout dicitur de turba in l. 4. D. vi bonor. raptor. & pro hac parte multos allegat nouiſſimè Maſcard. de probat. concluſ. 424. numero 4. libr. 1. & faciunt, quæ idem ſcribit numero 64. quod magis abſque difficultate recipiẽdum in caſu noſtro videbatur, cùm teſtes deponerent illam in iudicio contradictorio fuiſſe obſeruatam. per tex. in l. cum de conſuetudine. D. de legib. glo. in d. §. ex non ſcripto. Alex. conſ. 132. in 1. dub. lib. 1. licèt hoc non eſſe de ſubſtantia ad probandam conſuetudinem dicat Bar. in l. de quibus. Burſa. qui de communi teſtatur conſ. 50. numero 27. lib. 1. & de vtraque opinione Maſcard. d. libr. 1. de probat. concluſ. 427.

Secundò pro hac parte allegabat maritus, quòd
4 in augmento † dotis notoria eſt conſuetudo patriæ, vt præmoriente viro vxor habeat electionẽ reſtituendi dimidiam, vel fruendi toto augmento vſque ad mortem, de qua conſuetudine teſtantur Purpurat. conſilio 400. numero 2. & D. Sola in decret. antiqu. Blanch. titu. de feud. 1. part. gloſſ. vnica numero 9. & 10. vbi dicit adeo notoriam, vt probatione non egeat, poſt Natt. conſil. 519. nume. 8. & de vniuerſali ac notoria conſuetudine ſcibit Maſcard. d. libr. 1. concluſ. 428. per totam. vnde ſi id locum habet in augmento, erit idẽ in dote obſeruandum, cum valeat argumentũ de augmento ad dotẽ & è conuerſo, auth. de æqual. dot. & aliàs dixi, & ita in his terminis arguit Crau. conſil. 462. nume. 32.

Pro filia verò dicebatur conſuetudinem hanc non eſſe probatam ex his, quæ notabiliter in ſimilibus terminis ponit Dec. conſilio 402. nume. 14.
5 cùm teſtes † perpauci fuerint, & non ſatis concludenter deponant, præſertim quando extant liberi ex primo matrimonio, & cùm hæc conſuetudo ſit contra ius commune, ac etiam contra naturalem æquitatem, vt maritus excludat

liberos,

liberos, qui vltimo loco in ſucceſſione venit. l. 1. C. vnde vir, & vx. ſtrictiſſimè erit interpræ-tanda, & in materia probationis conſuetudinis valdè ſe torquent Docto. & in ea probanda in ſpecie caſus noſtri de lucro dotis pulchram practicam, quam ſeruare debet iudex, qui ſuper ea conſuetudine teſtes recipit, ponit Barto. in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. numero 32. verſi. reducamus ad practicam. & dicit Ang. in dicto. §. ex non ſcripto. colum. penul. & Dec. dicto conſi. 402. nu. 13. quod eſt valde difficile probare conſuetudinem, cuius probatio diuerſimodè admittitur, vt multis authoritatibus demonſtrat Rota Genuen. deciſio. 17. numero 1. & ſequen. vbi multa adfert vtilia ad modum conſuetudinis probandæ, ita vt concludant ferè omnes Doctores iudicis arbitrio relinqui, vt dicit Bartol. in dicta l. 1. numero 12. verſicul. Hoſtien. verò. Angel. in dicto §. ex non ſcripto. numero 8. poſt Hoſtien. Archid. & Mart. Syliman. per eos citatos. Menoch. de arbitrar. caſu 81. numero 4. poſt multos per eum relatos. & de hac conſuetudine multò magis dubitabatur in Senatu, cùm illi notum eſſet per totam patriam Subalpinam diuerſa eſſe in omnibus ferè locis ſtatuta ſuper lucro dotis, ita vt quot ſunt ciuitates, & municipia, tot etiam ſint diuerſa ſtatuta. Nam plerisque in locis huius ſtatus extant ſtatuta diſponentia maritum lucrari tantummodo dimidiam ſiue extet, ſiue non extet filius ex primo matrimonio: ſi verò extant liberi multi ex primo matrimonio, in aliquibus locis ſtatutum eſt, quòd diuidatur dos per capita, vt tantundem habeat maritus, quantum vnus ex alijs liberis exemplo. l. hac edictali. C. de ſecund nupt. & authen. prætcrea. C. vnde vir, & vxor. in fin. Sunt etiam alicubi ſtatuta, quæ diſponunt contrarium, vt in hac ciuitate Taurini, vbi ſtatuto cauetur in hæc verba ſub rubrica de dot. remanen. mari pro medietate, &c. *Item ſtatutum eſt, quod ſi qua mulier in Taurino, vel eius poderio maritata ſine filijs legitimis, ſeu liberis prędeceſſerit viro ſuo, maritus ſuperſtes, qui ex ipſa muliere tempore mortis eiuſdem mulieris legitimos liberos non haberet, compelli non poſſit ad reſtitutionem dotis ipſius mulieris, niſi pro medietate dotis prædicta, reliqua verò medietas ipſi viro ſuperſtiti remaneat ipſo iure, quamuis & ipſa mulier liberos haberet ex alio matrimonio.* & iſtud
6 ſtatutum eſt in † viridi obſeruantia, & quamuis videatur rigoroſum, & contra dict. l. hac edictali. tamen obſeruandum eſt fauore publico, vt in terminis huius ſtatuti dicit Signorol. conſilio 37. colum. tertia. verſicu. aduertendo, & quia hoc prouenit virtute. l. & ſtatuti, non autem ex diſpoſitione ipſorum iugalium, facilius admittitur, vt maritus plus lucretur quàm filij, vt in ſimili dicit Bertrand. in dicta l. hac edictali. de qua dicam in ſequen. deciſio. Item ſtatuto Vercellarum lucratur maritus dimidiam dotis datæ, vt latè per Dominum Ozaſcum deciſione 21. Eiuſmodi etiam ſtatutum extat Pinerolij capit. 74. rubrica de dotibus. Sed illud reſtringitur ibi, vt non procedat extantibus liberis ex primo matrimonio. In ciuitate Caſalis Montisferrati ſtatutum eſt, quod maritus etiam extantibus liberis poſſit frui tota dote, vt per Roland. conſilio 72. libro primo. Vnde ſtantibus tot ſtatutis contrarijs non videbatur admittenda conſuetudo deducta.

Nec obſtat primum argumentum, conſuetudinem generalem probari per duos teſtes,
7 quia † hoc non eſt ſimpliciter verum per ea, quæ ſupra dixi, & latè per Dec. dicto conſilio 402. numero decimo quarto. Sed remittitur iudicantis arbitrio, quinimo etiam duobus Doctoribus de conſuetudine atteſtantibus non crederetur, vt dicit Gabriell. de probationibus. concluſio. quarta. poſt Alexand. in l. poſt dotem. ſoluto matrimonio. & Afflict. deciſio. 176. & Dec. dicto conſilio 402. numero 14. de qua materia latè Maſcard. d. libro 1. de proba. conclu. 426. per totam.

Minus obſtat argumentum de lucro dotis ad augmentum, vel contra, quia in conſuetudine non fit extenſio ad caſus etiam ſimiles, vt dicit Aretin. in dicto §. ex non ſcripto. colum. fin. verſiculo quæro cum. & In his terminis Cagnol. in l. cum principalis. numero 3. D. de regu. iur. faciunt, quæ dicam infra deciſio. 195. Cum aliàs. & quamuis allegaretur Rol. in dicto conſilio 72. colum. fi. libro 1. qui vult, quòd in caſu huius ſtatuti de lucro dotis, quod inductum eſt fauore publico, vt viduæ reperiant viros, lata ſit facienda interpræ-tatio, vt trahatur etiam ad caſus ſimiles, tamen reſpondebatur, quòd in vidua non videtur militare fauor publicus, iuxta conſilium Pauli, ſolutus es noli quærere vxorem, præſertim quando habet liberos ex primo matrimonio, quo caſu lex ſimiles nuptias abhorret. Item reſpondetur, quòd in materia conſuetudinis non debet fieri extenſio, vt ſupra dicebam præſertim arguendo de acceſſorio ad id, quòd principale eſt. capitu. exemptionum. de priuileg. libro 6. l. ex pupillari. D. de vulga. Dec. conſi. 77. nume. 6. verſi. ſecundo vera eſt regula.

Quibus omnibus maturè perpenſis, & conſideratis, cùm principaliter tractaretur de probanda conſuetudine coram Senatu, nulluſque ex Præſidib. aut Senatoribus vnquam audiuiſſet talem conſuetudinem eſſe in dicta patria, mihiq; qui antiquior ſum in eo Senatu, & iam per 38. annos in eo verſatus iudicando, nouum hoc videretur, cenſuit Senatus non eſſe probatam conſuetudinem per maritum allegatam ſuper electione retinendi vſumfructum totius dotis extantibus filijs primi matrimonij, quamuis quo ad augmentum probata eſſet conſuetudo, per quam inducebatur talem electionem mulieri ſpectare, ſed magis probari conſuetudinem lucrandæ dimidiæ dotis in locis huius patriæ, in quibus non extant particularia ſtatuta talis lucri; & hoc etiam extantibus liberis ex primo matrimonio: ſi verò non extarent liberi vel aſcendentes, quibus de iure legitima debetur,

tunc

tunc poſſe procedere conſuetudinem eligendi etiam in marito, & ita videbantur dicere teſtes in ea cauſa examinati, & hoc modo intelligẽdus eſt, qui de hac conſuetudine teſtatur, Maſuer. in addit. ad Papien. in for. libell. pro lega. rei ſingular. in verbo, quod ſtatuto cauetur. & ita fuit reſolutum in cauſa D. Villeſtelloni, contra D. Bennetarum. referentibus. D. D. Balbo, & Guerillo. 1585. 23. Decembris.

Statutum, vel conſuetudo deferens lucrum dotis marito an intelligatur detracta prius per filios legitima.

DECISIO CLXXXIIII.

1 *Lucrum dotis, quod maritus ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis conſequitur, an ſuper tota dote capiendum ſit, an verò prius per filios ſit detrahenda legitima. & num. 2. 3. & 5.*
4 *Statutum de lucro dotis non includit legitimam.*
6 *Diſtinctio doctorum in materia lucri dotalis refertur, & refellitur. nume. 7.*
8 *Legitima detrahitur per filios primi matrimonij ſtante ſtatuto de lucro dotis, etiamſi totius dotis vſusfructus marito ſpectaret.*
9 *Legatum vſusfructus non comprehendit legitimam.*
10 *Legitimam non detrahunt filij primi matrimonij à dote matris, quando obſtant ſtatutum, & teſtamentum.*
11 *Burſati opinio in ſuo conſil. 211. nume. 5. libr. 2. reprobatur.*

MARITO Lucrante ex forma ſtatuti certam portionem dotis ſtãtibus liberis primi matrimonij, an ante detractionem huius
1 lucri filij detrahere debeãt † ſuã legitimam, an verò tota integra dos ſit æquis portionibus diuidenda, anceps, & valde dubia eſt quæſtio, & quæ principali conſtitutione maximè indiget, & fuit à multis doctoribus tam antiquis, quàm modernioribus tractata præſertim à Roland. in titulo de lucro dot. quæſt. 27. qui illam latè in vtranque partem examinat, & ob illius difficultatem dicit Maſuer. in addit. ad Ferrar. in for. libelli quo agiť ad reſtitut. dot. in verbo dictæ Dominæ Margaritæ, cũ illa tractaretur in noſtro Senatu nihil fuiſſe reſolutum, ſed cauſam concordio terminatam, & ita ſæpius me ſedente in hoc Senatu eueniſſe memini, & licèt ſæpius agitata fuerit, tamen diſcrepantibus votis nunquam fuit deciſa, ſed à partibus concordata. Et pro marito, quòd ſtante tali ſtatuto nõ
2 detrahatur † legitima videtur facere text. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. ibi.

Singulis æquas partes habentibus.

& paulò infra ibi.

Ita tamen, quòd quarta pars. &c.

Ibi enim Imperator mẽtionem facit de legitima, & tamen vult æqualiter diuidi, & mens illius l. ea videtur fuiſſe, vt maritus ex diſpoſitione quauis per vxorem facta non plus haberet quàm liberi, non autem vt liberi plus haberent quàm maritus, niſi parentes aliter diſpoſuiſſent, & pro hac parte alias rationes adducere poſsẽ quas breuitatis cauſa omitto, cùm videri poſſint apud Roland. & alios de hac re ſcribentes. illamque tenuit Accurſ. in d. l. hac edictali, in verbo diuidi, quem ſequuti ſunt Iacob. de Rauenna. Cyn. Petr. de Bellapertica. Rayner. Butrigar. Salyc. Angel. Ancharan. Bald. Caſtrenſ. Innocent. Hoſtien. Io. Andr. Anan. Cuman. Boer. quos omnes refert Roland. in d. quæſt. 27. & Maſuer. in dict. addit. ad Papienſ. & hanc opinionem hodiè receptiorem eſſe, & fortè etiam veriorem dicit Burſat. conſil. 211. nu. 7. verſicu. quartò & vltimò confirmatur. & ſequitur Capra. conſil. 74. in fin. Fanuc. in tracta. de lucro dot. §. liberis. nu. 44. & videtur in terminis conſuluiſſe Rolan. conſil. 62. per totum lib. 3. faciunt, quæ ſcribit Crau. conſil. 186. nume. 12. & ſequen.

Pro filijs verò, quòd prius detrahenda ſit legitima, & reliquum poſtea æqualiter inter ipſos, & vi-
3 tricum † diuidendum, facit quia nunquam lex, ſtatutum, vel pactum ſolent legitimam remittere, niſi de ea expreſſa mentio fiat. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficio. teſtam. & in ſpecie de ſta-
4 tuto ſuper † lucro dotis, quòd non includatur legitima, Bald. conſi. 373. ſuper puncto. verſiculo, ſed bene. libr. 5. Bero. conſi. 26. nume. 3. libr. 2. & multas pro hac opinione ſimiliter rationes adſert Roland. quæ apud eum videri poterunt, & pro illa allegatur glo. Angel. Bart. Bald. Caſtr. Cuman. Fulgoſ. Anchar. Papien. Curt. ſen. Socin. Dec. qui dicit temerarium eſſe recedere ab hac opinione. Rip. Ruin. Bero. Crauet. quos omnes longo ordine refert, & ſequitur Roland. dicta quæſtione 27. dicens hanc eſſe de iure veriorem, & communem, ac ab ea non eſſe recedendum in iudicando propter authoritatem doctorum, qui illam tenuerunt. prout etiam illam fatetur communem Fanuc. in dicto §. ſuperſtitibus liberis. nume. 43. verſicul. poſtremo hanc opinionem, & faciunt, quæ idem ſcribit nu. 35. & 37. dicens Rotam Romanam ita iudicaſſe apud Mohedan. ſed ego nõ reperi inter deciſ. Mohedan. Hanc etiam opinionem communem teſtatur Cęſar Fumag. in rep. l. in quartam. num. 156. & ſupracitatis addo Neuizan. in Silu. nupt. in verbo viduæ non eſt nubendum. num. 37. & conſilio 84. nume. 20. verſiculo, & propterea. poſt Fabian. in auth. nouiſſima. nume. 119. C. de inofficio. teſtament. Bernardin. Alfan. in collectan iur. collectan. 1. Bald. conſil. 161. quędam nobilis. verſiculo item quare. libr. 1. Rub. & alios per Fanuc. citatos. Bertrand. in dicta l. hac edictali. nume. 20. vſque ad 25. dicentem magis communem, & ab illa non eſſe recedendum. Gabriell. libr. 3. concluſ. 4. nume. 60. Crauet. 194. in principio. Roland. conſilio 29. nu. 9. & ſequen. libr. 4. Vaſqu. in tracta. ſucceſſ. lib. 3. li.

mitat. 34. nume. 188. & pro hac parte vidi in facti contingentia, cùm hæc cauſa coram Senatu tractaretur, doctiſſimas, & elegantiſſimas iuris allegationes compoſitas ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo. D. meo Carolo Antonio Puteo Archiepiſcopo Piſano meritiſſimo, qui dicebat cum illa vti æquiori, & maioribus rationibus munita tranſiſſe Rotam Romanam, vt viderat apud deciſ. manuſcrip. D. Ptolomei. deciſ. 2. & tenuit Coraſ. in l. 2. nume. 25. D. ſolut. matrimon. & cùm hæc quæ-
5 ſtio † multum fuiſſet diſputata in Senatu in ſupradicta cauſa. D. Villæſtelloni. & D. Bennetarum; cũ partes ſæpius perſuaſæ noluiſſent in aliquo concordio pucnire, ſed dubiũ litis euentũ expectare, tandẽ Senatus cõgregatis claſſibus odio mulierum ſecundo nubentium, (quas ſecundas nuptias decorum adulterium vocat Athenagoras grecus ſcriptor in oratione habita pro Chriſtianis ad Imp. Antoninum cat. penultima,) hanc poſteriorẽ opinionem eſſe tenendam cenſuit, fuitque in fauorẽ filiæ iudicatum; vt ſtante conſuetudine patriæ, ſeu ſtatuto, quòd vir lucretur dimidiam etiam extantibus liberis, detrahi debeat per filios prius legitima, & reliquum æqualiter diuidatur, & ita in poſterum eſſe obſeruandum, nec ſuper hac quæſtione amplius dubitandum. Vnde erit in patria noſtra hæc deciſio perpetuò pro lege ſeruãda. & iterum ita fuit iudicatum in cauſa Cuſani, & Galeç 1589. 22. Decembris. in qua fuit dictum hæreditatis eſſe faciendas tres partes, quarum vna filiæ pro legitima applicaretur, alia proportione vltra legitimam, & tertia vitrico remaneret. ſolet enim in dubijs fauere lex iſtis filijs à matre derelictis. cæterum in puncto iuris ſuſtentabilior videtur prima opinio.

Sunt tamen aliqui doctores, qui diſtinguen-
6 dum putant, an ſimus † in caſu ſtatuti, vel conſuetudinis, & tunc procedat prima opinio, an verò ſimus in caſu pacti, ſeu diſpoſitionis per vxorem factæ, & tunc procedat ſecunda opinio. Cuius diſtinctionis ratio videtur eſſe ſatis naturalis, & aperta, quia in primo caſu maritus percipit lucrum ex diſpoſitione legis municipalis ſine facto vxoris, vnde ceſſat ratio odij conſiderata in text. d. l. hac edictali. Secundo verò caſu lucrum prouenit ex facto vxoris, quæ blanditijs allecta ipſum plus nimio diligit, & filios odit, & ideo huic ſecundæ diſpoſitioni hominis lex reſiſtit, & hanc opinionem latè comprobat Bertrand. in dicta l. hac edictali, numero 25. dicens ſe ita cõſuluiſſe in ciuitate Auinionen. & ſequitur Crau. conſil. 524. numé. 4. poſt Ruin. Fulgoſ. & Bald. per eum citatos. Moder. Pariſ. ad Alexand. conſilio 158. libr. 5. numero 5. & ad Dec. d. conſil. 246. poſt Iacob de Sancto Georg. in d. l. hac edictali.

Sed contra hanc diſtinctionem videntur expreſ-
7 ſè tenere † doctor. qui exẽplificant in ſtatuto, quos citat Rol. d. q. 17. & expreſsè quòd idem ſit ſiue ſimus in lucro delato per pactum, ſiue per ſtatutũ, tenet Caſtren. conſil. 462. in Chriſti nomine Gloſſ. libr. 1. Cuman. conſilio 110. Dec. 246. & illam reprobauit Senatus in prædicta cauſa. Nec obſtat authoritas Bertran. quia ipſemet ibi dicit, quòd contra eum conſuluerunt omnes Doctores Auinionen. vnde ſuccedit diſpoſitio cap. prudentiam. de offic. deleg. & magis ſtãdum eſt antiquis patribus, qui ſimpliciter, & ſine diſtinctione loquuti ſunt, quod veriſimiliter nõ feciſſent in caſu ita frequenti, vt in ſimili dicit Marzar. conſi. 7. verſicul. & maximè quia. Nec etiam mouet opinio Moder. Pariſien. quia ſe refert ad Salyc. cuius opinio communiter reprobatur, & ad Iacobinum, qui non reperitur. & ipſemet fatetur quod Doctores vulgò tenẽt contrarium. & ideo poterit communis concluſio ampliari in hoc caſu, vt procedat tam in pacto quàm in ſtatuto, ſeu alia qualibet diſpoſitione.

Amplia etiam hanc concluſionem communẽ vt etiamſi ſtatutum vel conſuetudo darent vitri-
8 co expreſsè † totius dotis vſumfructum eius vita durante, tamen adhuc filius conſequatur legitimã ſtatim, cùm in ea nullum grauamen nullaque dilatio imponi poſſit. l. quõ in prioribus. C. de inoffic.
9 teſtamen. nam etiam † legato vſufructu omnium bonorum non intelligitur comprehenſa legitima, etiamſi eſſet relictus vſusfructus patri vel matri. Bartol. in l. vxori. D. de vſufru. lega. & conſi. 56. Dec. conſilio 418. numero 2. 485. nume. 14. 590. num. 8. Hæc tamen ampliatio dubia redditur per ea, quæ dicit Roland. in dicto tracta. q. 24. & quæ dixi ego deciſ. 137. in principio. nihilominus eam ſequutus eſt Senatus in quadã cauſa Nicienſi, in qua fuit dictum, quòd ante omnia filij caperẽt ſuam legitimã & mortuo poſteà marito reliqua bona diuiderẽtur iuxta mentem teſtatricis habita in illis bonis ratione. d. legis hac edictali.

Limitatur vero prædicta communis opinio, vt
10 non procedat quando † ſtãte dicto ſtatuto de lucranda æqualiter dote inter vitricum, & filios primi matrimonij, mulier eodem etiam modo teſtata eſt, & omnes æquales etiam ſuo teſtamento fecit, tunc enim nulla fit detractio legitimę, eo quod concurrant diſpoſitio. l. municipalis. & voluntas vxoris, conformes etiam iuri communi. vt in d. l. hac edictali. iuxta multorum Doctorum opinionem, ſuper quo articulo hãc opinionem tenendo latiſſimè conſuluit Burſat. conſil. 211. & ſeq. libr. 2. vbi alios ita tenentes recenſet. & hæc eſt æqua opinio, cũ videatur hoc caſu vxor ita diſpoſuiſſe non viri blanditijs inducta, ſed vt ſtatutis concordaret animum ſuum.

Limitatur præterea ſecundũ aliquos dicta communis opinio, vt procedat quando mulier vel vitricus nihil aut minus reliquerunt ipſis quàm filijs, ita vt ſimus in caſu. d. l. hac edictali. Secus verò
11 quando æqualiter † diſpoſitum ſuit, vt per Burſat. dicto conſilio 211. numero 5. poſt Bertrand. in d. l. hac edictali. numero 13. & 14. & Dec. Crau. & alios multos per eum citatos. Sed hæc limitatio videtur deſtruere communem opinionem ſupra relatam, cũ doctores ibi firmẽt regu. in ſtatuto qđ dat dimidiam marito, & dimidiam filijs primi matrimonij, & tñ dñt diuidi debere bona vxoris detracta per filios prius legitima; Mens enim omnium doctorum poſt gloſſ. in §. optimè. auhen. de nupt.

videtur

videtur eſſe vt legitima habeatur præcipuè, & tanquam æs alienum, & reliquum diuidatur, ita vt in reſiduo ſint æquales filius & maritus. & cum hac opinione (reprobata ſententia Burſati) tanquam veriori, & communi tranſiuit Senatus in odium mulierum ſecundò nubentium, & fauorem filiorum primi matrimonij, pro qua etiam expreſſè tenuit Cuman. in iam allegato conſil. 110.

Menſura fundi empti intra quod tempus per partes fieri debeat, & quid ſi pactum ſit vt intra tale tempus menſuretur.

DECISIO CLXXXV.

1 *Menſura intra quod tempus fieri debeat, diuerſæ opiniones referuntur.*
2 *Menſurationi intra quod tempus præſcribatur.*
3 *Menſura ſi fieri debeat per conuentionem intra tres menſes, an poſſit poſt lapſum temporis fieri.*

MENSVRA fieri intra quod tempus debeat, diuerſæ ſunt opiniones: 1 † Aliqui enim dicunt debere fieri intra ſexaginta dies, ita quod illis elapſis non poſſit emptor vel venditor poſt rem traditam compellere emptorem vel venditorem ad menſurandum, & iſta fuit opinio Socin. ſen. in conſil. vltim. libr. 3. per text. notabilem in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. D. de ædilit. edic. Alij putãt fieri debere intra annum per l. qui ſe grauatus. C. de cenſib. & cenſitor. libr. 11. Alij diſtinguũt, vtrum dictum ſit quòd fiat menſura nullo determinato tempore, & tunc intra 60. dies fieri debeat, Aut non eſt dictum expreſsè quòd fiat menſura, & tunc debeat fieri etiam intra triginta annos, & hæc videtur fuiſſe opinio Dec. cõſil. 347. & Natt. poſt alios quos ipſe citat conſilio 569. nu. 10. Alij verò fuerunt in penitus contraria ſententia, diſtinguendo quòd ſi dictum ſit debere fieri
2 menſurationem, tunc non præſcribatur tali menſurationi niſi poſt 30. annos: ſi verò nõ ſit dictum quòd fiat menſura, tunc elapſis 60. diebus non poſſit emptor vel venditor compellere partem ad menſuram per d. §. ſi quid ita. & in hac opinione fuit D. præceptor meus Auguſtin. Bero. quæſtionum familiar. quæſtio. 5. vbi latè per totam illam quæſtionem articulum examinat, & illius opinionem crederem veriorẽ, vt magis operetur expreſſio menſuræ quàm illius reticentia, iux. vulgatam regulam expreſſa nocent. &c.

Cùm hæc quæſtio tractaretur in Excellẽtiſſimo Senatu in quadã cauſa Noni referente Illuſtri, & doctiſſimo D. Senatore Goueano, fuit dictum eſſe diſtinguendum, quòd aut venditio fuit facta ad corpus, & tunc nulli dubium non eſſe faciendam aliquam menſuram. Aut fuit vendita ad menſuram, quod quomodo intelligat latiſſimè per multorum caſuum enumerationem explicat Didac. pract. quæſtionum c. 3. ad quẽ me refero, cui addo Bueſa. conſilio 441. nume. 1. libr. 3. Socin. iun conſil. 41. nume. 9. lib. 2. & conſil. 43. eod. libr. & tunc menſura fieri debet intra 60. dies, niſi altera pars fuerit in mora, vt conſiderat I. C. in d. §. ſi quid ita. Aut dictũ eſt vlterius, quòd prædium debeat menſurari, & tunc talis menſura fieri debet intra annum, niſi & eo caſu aliqua partiũ fuerit in mora, nam in odiũ moroſi non currit tempus. Aut verò additum eſt, vt talis menſura fiat ad quamcunque partis requiſitionem, & quandocunque, & tunc requirantur ad præſcriptionem menſuræ 30. anni per ea, quæ dicit Bero. d. quæſt. 5. & hæc diſtinctio videtur eſſe de mente Doctorũ in cap. per tuas de donat. & in l. ſi quis arbitratu. D. de verbor. obligat. niſi res illa deueniat ad tertium bonę fidei poſſeſſorem, qui per decem vel viginti annos cum titulo poſſederit, quia tunc non poſſet venditor interpellare illũ ad menſuram, cùm ſit præſcriptum rei ipſæ & cõſequenter illi accessorio menſuræ, neque ipſe emptor poſſet interpellare venditorem ad menſurationem, tum propter illius negligentiam, cùm veriſimiliter ille magis ſcire deberet menſuram rei
venditæ, tum etiam vt ſeruetur æqualitas, ne plus 1
vni parti liceat quàm alteri, per regu. quod quiſque iur. in al. ſtatuer. & l. non debet. D. de regu. iur.

Sed quæri poteſt, quid dicendum in caſu quando conuentum fuiſſet inter partes, quòd venditor
3 teneatur intra † tres menſes menſurari facere, an tunc lapſis tribus menſibus poſſint partes petere, vt fiat menſura. Et cum hæc obligatio reſpiciat ſolùm venditorem, & fauore emptoris dumtaxat videatur pactum appoſitum lapſis tribus mẽſibus non poterit venditor petere, vt menſuretur. De emptore verò an hoc poſſit petere maius eſt dubium, & cùm de hoc diſputaretur in Senatu in cauſa Riparolij. 24. Februarij. 1589. referente Illuſtre D. Senatore Ozaſco, aliqui ex dominis dicebant quòd poterat præſcribi huic menſuræ, & diuiſioni per ſpatium 30. annorum, vt per Dec. conſil. 347. & per Natt. dicto conſilio 569. Nec obſtabat, quòd allegabatur actorem fuiſſe minorem. & contra eum non cucurriſſe præſcriptionem. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcript. 30. annor. quia reſpondebatur, quòd licèt contra minorem currat præſcriptio 30. annorum. l. fin. C. ex quib. cau. in integr. reſtitut. non ſit neceſſar. tamen in caſu noſtro res agebatur cum infante, contra quẽ non currit præſcriptio iux. glo. vlt. in dicta l. fin. vnde erant deducendi 14. anni pupillaris ætatis iux. d. l. ſicut. & ita in fauorem minoris ob pupillarem ætatem fuit iudicatum. Vide ad materiam D. Sol. in Decret. antiqu. titu. de cenſib. gloſſ. vnic. primæ par. per totam.

Inducias vtrum de iure princeps debitoribus concedere poſſit, & quid in debito iurato.

DECISIO CLXXXVI.

1 *Inducias princeps concedere poteſt.*
2 *Inducias concedere debitoribus an ſit peccatum. & nu.3.*
4 *Induciæ an concedi poſſint contra debitum instrumentarium, & iuratum.*
5 *Papa poteſt concedere inducias contra debitum iuratũ.*
6 *Inducias annales, & quinquennales princeps de conſuetudine concedere poteſt.*
7 *Induciæ quando, & quibus in caſibus ſint concedendæ.*
8 *Induciis ſi fuerit renuntiatum non valet impetratio.*
9 *Vaſſallus induciales literas concedere non poteſt.*

INDVCIALES literæ, ſeu dilatoriæ, quæ debitoribus contra creditores debitum petentes conceduntur, quas vulgo *inducias* dicimus, & fortè melius ruſtici *induſtrias* vocant, poſſunt
1 à principe † regulariter concedi ad differendam ſolutionem debiti, tex. eſt apertus in l. quoties. & l. vniuerſa. C. de precib. Imperat. offerend. vbi doctor. omnes, ſed latius. M. Anton. Cuch. in tracta. de morator. præſcript. Rebuff. in tracta. de liter. dilator. & annal. & quinquennalib. & hæc regula eſt canonizata in capit. vniuerſa. 25. quæſtio. 2. Dubitatum tamen fuit, an ſine peccato
2 & de honeſtate iuſtitiæ † iſtæ literæ concedi poſſent: dubium faciebat, quia ex hac conceſſione læditur ius tertij cùm minus ſoluere videatur, qui temporis ſolutionem differt. l. minus ſoluit. D. de verbor. ſignificatio. §. plus autem. inſtitu. de actio. vnde iuſtitia non exercetur, cùm vnum illius præceptum, quod in tertio non lædendo conſiſtit contemnitur: neque enim reſcripta, quæ iuri tertij præiudicant, iuſtè concedi poſſunt. l. reſcripta. C. de precib. imperator. offerend. quæ eſt canonizata in capitulo reſcripta. 25. quæſtione 2. vbi pulchrè Ioan. de Turrecremata. & propterea non ſine cauſa dubitauit Natt. conſilio 591. numero 11. verſiculo præterea.

Sed hoc non obſtante contrarium verius eſſe dictum fuit per Senatum, vt imò iuſta, & licita ſit ex cauſa conceſſio; concurrentibus ſcilicet magna difficultate, vel impoſſibilitate ſolutionis faciendæ, ſeruatis tamen clauſulis de qui-
3 bus infra. † Ratio eſt, quia non dicitur peccare, qui aliquid facit lege permittente. l. Grachus. D. ad l. Iul. de adulter. hic autem omnium legum permiſſio accedit; ciuilis, in d. l. quoties. canonicę. in d. c. vniuerſa. Diuinę Exod. 22. vbi ſcribitur. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecũ, non vrgebis eum quaſi exactor.* & Eccleſiaſt. 29. dr̃. *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionẽ.* legiturque Ezechiel. c. 18. *Vir iuſtus hominem non contriſtabit, & pignus debitori reſtituet.* Quod ſi inſpiciamus in hoc legẽ Euangelicam, nõ eſt exigendus debitor inuitus. hic. illud, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Et illud Matth. 5. *ſi quis petierit tunicam, da ei & pallium: qui autem à te petit da ei, & volenti à te mutuare ne auerteris.* Et Luc. 6. *Omni petẽti tribue, & qui aufert tua ne repetas; & ſi mutuum dederitis eis, à quibus ſperatis recipere, quę gratia eſt vobis: diligite inimicos, benefacite eis mutuum dantes nihil inde ſperantes.* Quo loci non de vſura tantum, ſed etiam de principali ipſo remittẽdo intelligẽte videt̃ Dominus noſter IESVS CHRISTVS. Et ſuper hoc puncto res videbat̃ ſatis aperta, & clara. Debet tñ princeps ſeu iudex hoc in caſu diligenter conſiderare qualitatem perſonarum, vt infra dicam.

Maius aũt dubium erat, qñ ſumus in debito in-
4 ſtrumentario † & iurato, quãdoquidem omnes ferè doctores, & præſertim Rebuff. vbi ſ. n. 22. verſic. 6. in debito iurato. dicũt non poſſe principẽ inducias iſtas concedere, per gl. in c. cũ non deceat. de elect. lib. 6. Roman. ſingul. 7. poſt Abb. Fel. & alios infinitos quos allegat, quibus addo Afflict. deciſ. 5. Brun. conſ. 46. lib. 1. Rolan. cõſi. 31. lib. 1. & alios multos, quos citat & ſequitur Cuch. in d. tract. de morator. præſcrip. n. 54. & 62. cui addo Nat. conſ. 591. nu. 17. Boer. deciſ. 196. Io. Bap. Bon. in tracta. de ſtatutar. vtb. præſcrip. glo. 21. nu. 70. & cum hac opinione tranſibat Senatus.

Limitatur tñ, & declaratur hæc opinio, vt non
5 procedat ſi Papa has inducias concederet, † quia vr̃ abſoluere à iuramento, vt dicit Cuch. in d. loco. n. 60. poſt Ant. Gaiam in rub. de excep. n. 13. Bou. in d. loco, quod in epiſcopo non procederet, vt per Brun. d. conſil. 46.

Declaratur ſecundò vt non pcedat qñ de conſuetudine aliud obſeruaretur, vt tales induciales literę ꝯcederentur, ẽt ꝯ debitũ iuratum, tunc enim
6 nõ ſolũ † annales, ſed ẽt biẽnales, & quinquẽnales concedi à principibus ſolent, quia conſuetudo facit licitum, ꝙ aliàs erat illicitum, præſertim qñ eſt conformis Euangelicę doctrinę. Neque enim virtus iuramenti, ꝙ in omni inſtrõ accedit ex cõſuetudine notariorum, tantę potentiæ eſſe dẽt, vt impediat ordinariã Principis ptãtem, quæ eſt vt inducias concedere poſſit, vt tenent in his terminis [redacted].conſil. 201. lib. 2. & quãuis in facti contingentia multi ex dñis dicerẽt talem conſuetudinẽ quo ad literas quinquẽnales non eſſe probatã, cùm de annali tãtum conſtarẽ videretur, tñ fuit ꝯtrarium determinatum, & concluſum, vt non ſolũ annales, ſed ẽt quinquẽnales induciæ ſubſiſterẽt, in cauſa D. Capre ꝯ D. de Cli. 28. April. 1586. & de hac cõſuetudine in patria iſta teſtatur. D. compater meus Antonius Sola in decret. Sabaud. incipiente ex frequentib. nu. 95. & de cõſuetudine canzelariæ in Delphinatu, & Pariſijs teſtatur Guid. Pap. q. 97. & Rebuff. in tract. de liter. dilator. & totius Italiæ. Cuch. loco citato. n. 14. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. imo regulariter tales induciæ vocãtur quinquẽnales, vt per Guid. Pap. & Cuch. in locis ſupracitatis. Bene verũ eſt, ꝙ

iſtæ

iſtæ quinquennales induciæ nõ niſi ex iuſta cã conceduntur eaq; vrgẽtiſſima, & nõ niſi ex ipſa certa principis ſcientia per text. in l. in fraudem. § fiſcalibus. D. de iur. fiſci. & niſi clarioribus probationibus oſtẽdatur debitoris neceſſitas, vt per Cuch. dicto loco numero 21. poſt Boer. decis. 296. nume. 11. & hoc iure nos vtimur in hac Ciſalpina patria. In annalibus verò non eſt tanta difficultas conceſſionis, ſed per conſilium ſtatus conceduntur etiam ſine vrgenti cauſa, medio iuramento debitoris, q non poſſit ſoluere.

Declaratur tertiò, vt non procedat ſupradicta concluſio quando debitor ante impetratas inducias obtinuit abſolutionem iuramenti ab Epiſcopo, vt in Gallia obſeruari dicit Rebuff. dicto tract. de liter. dilator. nu. 14. quia vt dicit moder. Pariſ. ad Alexan. dicto conſil. 105. illud ex imperitia notariorũ proceſſit, & præſertim in debitore ex cauſa delicti, vt per Bou. dicta glo. 1. nu. 71.

7 Eſt tamen aduertendum, quod Principes non ita paſſim tam † laici quam eccleſiaſtici deberent iſtas literas cõcedere, niſi aliqua exiſtente legitima cauſa, & quando id ſine magno debitoris incommodo fieri poteſt. Fingo enim creditorem locupletem, debitorẽ vero fortuitis caſibus pauperiorem redditum & indigentem, quis tunc damnabit pium Principem debitori ſuccurrentem? præſertim ſeruata illa literarum forma qua nos vti ſolemus illis præſcriptis verbis. *Si creditor in ſiadem, vel maiori egeſtate non ſit, & debitore cauente idoneè de ſoluẽdo in termino dilationis, & interea perſoluente legitimo intereſſe;* ad formam l. vniuerſa. C. de precib. imperat. offeren. nam hoc non præſtito non valebunt induciæ, & hoc caſu optimè cõgitur debitor ad cautionem, licet alias non teneretur, vt in ſpecie ſcribit Tom. Parpal. in l. 1. nume. 69. D. ſolut. matrimo.

Declaratur quartò vt non ſint concedẽdæ tales induciales literæ ſi præceſſerit condemnatoria ſententia in foro contentioſo; ſiue ſit ſententia Senatus, vt per Guid. Pap. quæſt. 97. ſiue alterius iudicis; Imò etiã ſi ſententia eſt de proximo ferenda. Natt. conſil. 33. nume. 4. Et hanc declarationem intellige, quando lata eſt ſententia in iudicio cõtradictorio: nam ſi fuiſſet ſpontanea condemnatio coram iudice vel Senatu, tunc idem de ea iudicatur q de inſtrumento guarentigiato, neque enim debitor fruſtratus eſt creditorem litibus, & ſic ceſſat ratio, & ita obſeruat Senatus.

Quinto declarã vt non proſint iſtæ induciæ ſi debitor debitũ eſt infitiatus, vt per Cuch. d. tract. nu. 29. licèt in hoc ẽtrium ſcripſerit Pariſ. conſi. 100. libro 1. ſed pœna mendatij hoc deberet importare, ſicut mendax precator caret impetratis. Quibus ſtantibus ceſſant omnes obiectus per Doctores. & maximè per Natt. conſideratã in d. conſil. 591. qui admittit ex cauſa poſſe hoc principem facere.

8 Non procedunt etiam tales induciæ ſiue impetratæ ſiue impetrandæ, quando expreſsè & cum † iuramento illis renunciatum eſſet; cum renunciationibus non detur regreſſus, vt per Rol. conſil. 51. lib. 2. & quamuis in hoc contrarium ſentiant moder. Pariſ. & Rebuff. tamen hoc iure nos vtimur in præſenti patria, & ſtante tali renunciatione ab iſtis inducijs abſtinetur, & ita ſępius ſuper inobſeruantia induciarum per Senatum hoc in caſu iudicatum vidi, præſertim in cauſa Boſſaudi & Valgrandi. 1573. 3. Aprilis, & in cauſa Arduini & Pagani 1587. die ſeptima Aprilis referente Illuſtri D. Senatore Craneta quodam Aymonis filio. Solet tamẽ Princeps hoc caſu miſerationis gratia & ex cauſa, & etiam conſilium ſtatus concedere trimeſtres inducias præſtita tamen cautione, & ſoluendo intereſſe. Senatus verò iuxta nouas conſtitutiones concedit dilationem quinquaginta dierum, nulla etiã data cautione.

Hæc autem poteſtas ſolis principibus conceſſa
9 eſt non autem † vaſſallis, ipſi enim loco iudicum ſunt, ideoque prout cęteri iudices breuiores dilationes cõcedere poſſunt, nam alias ad Principem recurrendum erit d. l. in fraudem. § fiſcalibus. D. de iur. fiſ. & apud nos edictis principum ſtatutum eſt & iudiciali obſeruantia, vt in debitis fiſcalibus decem dierum tantũ, in priuatis vero 50 dilatio concedatur, ſi quid plus petatur ad Principem preces porrigantur, & ita ſemper obſeruatur.

Fructus bonorum paraphernalium an maritus ſuos faciat, ita vt ad illorum reſtitutionem non ſit cogendus ab aliquo.

DECISIO CLXXXVII.

1 *Fructus bonorum paraphernalium vel extradotalium an mariti ſint, ita vt ad redditionem rationis vxori vel heredib. non teneatur. & nume. 3. 4. & 5.*

2 *Bonorum paraphernaliũ, & extradotalium nulla eſt in iure differentia.*

FRVCTVS ex rebus dotalibus vxoris percepti mariti ſunt, idq; illi lex ſpecialiter ob onera matrimonialia permittit. l. doris fructum. D. de iur. dot. l. pro oneribus. C. eod. Roman. ſingula. 539. & hæc eſt indubitata iuris noſtri cõcluſio. Quæritur verò an idem dicendum ſit in bonis paraphernalibus vel extradotalibus, vt iſtos
1 † lucretur maritus, ita vt hæredibus vxoris, vel vxori ipſo mortuo reſtituere non ſit cogendus; illorumque rationem reddere nõn teneatur. Dubia profecto eſt quæſtio, & obſcura, ac ob varias Doctorum diſtinctiones intricata redditur & difficilis; illamque pulchrè examinat Socin. ſen. conſi. 82. à numero 7. vſque ad 30. lib. 4 & hanc quæſtionem poſſumus dicere magis eſſe facti & voluntatis
2 quàm iuris, vt in ſimili ſcribitur in l. 1. § fin. D. de donat. & in l. ſeruus quoque § puto. D. de hæred. inſtit. & ſimil. latè in ſpecie caſus noſtri congeſtis per Sarmient. ſelectar. interpretat. lib. 3. c. 10. nu. 8. cit. ſit. Ita vt primum quid actum ſit videre neceſſe ſit.

Sed

Sed vt facilius noſtrorũ percipiãt dicta, ipſiuſq; rei veritas inueſtigetur, duos caſus diſtinguemus. Præmittẽdo in primis erraſſe Bar. Alex. Ant. & alios, q. voluerũt cõſtituere differẽtiam inter bona paraphernalia,
2 & extradotalia † nã inter hæc duo nulla eſt in iure differentia, cum nil aliud ſit dicere παράφερνα quam præter dotem, & ſic bona extra dotem ſunt eadẽmet, quæ græci παράφερνα dicunt. vt colligitur ex l. ſi ego. 9. §. dotis autem. D. de iur. dot. & l. donationes. §. ſpecies. D. de donat. omnia enim bona, quæ mulier extra dotem marito traditam habet ſiue mobilia, ſiue immobilia ſint, vel extra dotalia, ſeu paraphernalia dici poſsũt, licèt aliqui ſubtiliter dicere vellent, nomẽ paraphernaliũ latè patere, & continere ſub ſe aliam ſpeciem extradotalium bonorum, vt de adoptione dicitur, quæ arrogationem continet: ſed vtcunque ſit ad rem noſtram redeundo, non ſtatuendo vim in verbis,

Primus caſus in ſpecie propoſita eſſe põt, quando maritus permittẽte vxore hæc bona admini-
3 ſtrat, & tunc † aut extant fructus, & reſtituuntur, aut non extant, & non reſtituuntur, quia in communẽ vſum conſumpta præſumũtur. l. ſi ſtipulata. §. ſi vxor D. de donat inter vir. & vxor. text. clarus. in l. de ijs. C. eod. titulo. ſicque accipienda ſunt verba text. in l. final. C. de pact. conuent. ibi.

Et vſuras quidem eorum circa ſe, & vxorem expẽdere, pecunias autem. &c.

Quaſi quòd exactæ penes ipſum ſint, & reſtituantur, fructus verò cõmunes ſint, & facit meo iudicio text. ſi bene ponderetur in allegata. l. ſi ego. §. dotis. de iur. dot. ita hoc in caſu diſtinguit Bart. in l. maritus. D. ad l. Falcid. qui tamen in fructibus perceptis de voluntate vxoris vult id ſolùm procedere in induſtrialibus, & naturalibus parui momenti, non autem in alijs egregij valoris, & hoc per text. in d. l. vltim. C. de pact. & dicta l. ſi ſtipulata. §. 1. de donat. inter vir. l. ſi id quod. §. 1. eod. & l. omnino. D. de impen. in rebus dotal. fact. & hanc Bartol. diſtinctionem magis communiter ſequuti ſunt doctores. & Alexand. ibi numero 4. refert. Nicol. de Neapol. Imol. Bald & Salyc. ita tenere, quos ipſe ſequitur. & ibi Caſtr. Franciſc. de Albergot. inter conſil. Bald. conſil. 136. libr. ſecundo, & communem dicit Afflict. & ſequitur deciſ. 44. numer. 6. & 7. Iacobin. in l. dotis fructus. D. de iur. dot. Ioan. Fab. in l. fin. C. de pact. conuen. Dec. conſil. 521. nume. 4. Campeg. de dot. part. 1. quæſtio. 9. Crauet. conſil. 193. nume. 15. Natt. conſil. 75. in fin. Ioan. Filipp. Mompelien. reſponſ. 28. & ſequen. vbi latè examinat. & hoc caſu ſufficiet hæredibus mariti dicere illos induſtriales fructus eſſe conſumptos, vt ſcribit Grãmat. deciſ. 103. n. 173. & ſeq. Ego verò nulla differentia facta inter induſtriales, & naturales fructus, dicerem vnà cum generali legũ ſententia, quòd ſi conſtet de voluntate vxoris, vt fructus iſtos maritus adminiſtret, ſi illi non extent quia præſumuntur in communes vſus cõſumpti, non eſſe reſtituendos: in naturalibus enim non minor ferè induſtria requiritur quàm in ipſis induſtrialibus, quia ex Dei præcepto omnia ſudore nobis paranda ſunt, & ab illa diſtinctione fructuum parui, vel magni momenti (quam ridiculam teneo) recedit Socin. d. conſil. 82. lib. 4. & ob id fortè ab illa priori diſtinctione diſceſſit Barto. conſulendo conſilio 25. quæſtio talis eſt. quem videtur ſequi Bald. in §. ſi duo fratres. nume. 3. de duob. fratrib. à capitan. inueſt. Io. Cop. in tract. de fructib. tit. 2. cap. 7. facitque generalis illa concluſio, quam Aluarot. ex dict. §. elicit. quod ſi feudum acquiſitum ſit ab vno ex fratribus ex communi pecunia, licèt ipſum feudum non ſit commune, tamen fructus communes ſunt, ita & quod ex bonis paraphernalibus acquiſitum eſt, illius fructus cõmunicantur, & maritus non erit ad reſtitutionem cogendus ex eo, quod ſocietas quædam videatur contracta inter maritum, & vxorem, per quam fructus communes ſunt. argumento l. ſocietas. §. ſocietas. D. pro ſoc. l. 1. C. eod. §. de illa. inſtitu. eod. titulo. Hincque Bart. Bald. & alij in l. cum à matre. C. de rei vendicat & in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. fructus bonorũ paraphernalium ad vſum mariti pertinere voluerunt, ita vt quod vltra vſum eſt reſtituere teneatur. quod tamen moribus Hiſpaniæ correctum dicit Ioan. Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. vnde lucra. nume. 10. & 11. Sed cùm hæc quæſtio verteretur in Senatu, non placuit dominis in hoc primo caſu recedere ab opinione Bar. & iuxta illam iudicatum fuit 1586. Menſe Iulij. & retenta hac opinione maritus cũ meliorationibus factis fructuum perceptionem compẽſabit, neque ab hæredibus mulieris melioramentorum expenſæ repeti poterunt. vt dicit Bero. quæſtio. 12.

Alter caſus eſt, & quidem difficilis quando ſumus in dubio, neque conſtat de voluntate expreſſa, vel tacita mulieris, & tũc variæ ſunt opiniones:
4 nam † Franciſc. de Albergott. in ſupra allegato conſilio dicit omiſſum fuiſſe hunc caſum à Bart. ipſeque concludit omnes fructus indiſtinctè eſſe reſtituendos. & ita intelligendam l. penultim. D. ad Falcid. mouetur illa ratione, quia cum in caſibus dubijs ſit ad iuris præſumptiones recurrendum, multæ militant præſumptiones contra mulieres, cùm genus auariſſimum ſit. cuius opinionem ſequitur Alexand. in dicta l. penultim. Iacobin. in l. dotis fructus. numero. 2. de iur. dot. Campeg. de dot. quæſtione 9. par. 1. Natt. dicto conſilio 75. nu. ſexto. libro 1. Socin. ſen. dicto conſilio 82. libro 4. Rota Auinionenſ. Hieronimi à Laurent. deciſ. 18. vbi dicit maiorem partem dominorum in hanc inclinaſſe ſententiam, licèt cauſa poſtea propter concordiam partium non fuerit deciſa. Menoch. nouiſſimè in tracta. de præſumpt. libro tertio. præſumpt. 9. & pro hac opinione faciunt, quæ ſcribit Franciſc. Sarmient. ſelect. interpretat. libro tertio capitulo 10. vbi voluit etiam cenſuum à marito rõnem reddendã, licèt in dotem fuerint cõſtituti.
5 Contrarium † ſcripſit Cuman. conſilio 104. cui ſubſcripſerunt Proſdocin. de comitib. Ioan. Franciſc. de capitibus P. de dotis. Ioan. de Imol. Pau. de Caſt. Florian. illa ratione, quia præſumitur maritus de volũtate vxoris percepiſſe, imputetque ſibi

mulier

mulier ſi non eſt proteſtata, & non contradixit, aliàs ſequerētur multa inconuenientia, ſi poſt longum tempus ratio fructuum eſſet reddenda, vt dicit Caſtr. in d.l.pen.in fin.prin.vnde de iure communi ſi mulier non prohibeat viro rerum ſuarũ adminiſtrationem, ipſe liberè adminiſtrabit, & fructus conſequetur. vt dicit Io. Fab. in l.hac l. C. de pact.conuen.& poſt eum Tiraquell.de legib.connubialib.glo.9.in principio.Dec.d.conſil.521.nu.7. & hæc ſententia mi videbatur verior, & cum illa in facti contingentia tranſibam, motus præcipuè ex eo, quia cùm vxor in vim, & poteſtatem ac manum marit per matrimonium ſe conſtituat, conſequens eſt, vt etiam bona ipſius, quę extra dotem ſunt, marito adminiſtranda committantur. argumento.l. ſi paterfam. de adoptio. auth. ingreſſi.C. de ſacroſ.eccleſ. præſumiturq; vxor maritũ maximo amore proſequi, & velle ipſum bonorũ ſuorum adminiſtraſtionē habere, ideo expreſſa prohibitio ad hoc requiritur d.l. hac l.C. de pact.conuen. de qua non apparendo præſumetur voluntatem mulieris in fauorem mariti inclinaſſe, ſicut in dubio per rerum poſſeſſionem omnia ſolenniter acta præſumũtur, quæ ad veram poſſeſſionem parandam requiruntur l. qui in alterius. §.1. D.de acq. hæred. ob idque moribus in aliquib. locis receptum eſt, vt fructus oĩum bonorũ mariti ſint, vt refert Cop. d.tracta.de fructib.tit.4. c.2.libr.3.& de moribus Hiſpaniæ teſtaī Io. Lup. in d. §. vnde lucra.nu.10. & pro hac opinione allegatur text.ſatis ſingularis in l.fi. C. de pact. conuen.ac iuxta illã iudicaſſe conſilium Neapolitanũ teſtatur Afflict. in d.deciſ.44.nu.8. Neque obſtant præſumptiones illę generales, quas in fauorem mulieris adducunt Franciſc.de Albergott. & Campeg. in locis ſupracitatis: nam illæ non procedunt hoc caſu, cum & lex ipſa ob amorem mariti mulierem omnia facturam, proprioſque ēt filios excoriaturã præſumat.& poſt multas diſputationes cũ hac poinione tranſibat Senatus ſeruata tamen etiam in hoc caſu diſtinctione Bar. ſupra in primo caſu poſita circa induſtriales, & naturales fructus, quod tamen ego etiam de induſtrialibus conſumptis intelligerem, non autē de extantibus: extantium verò nomine intelligendi ſunt non illi ſoli, qui in cellis extant, ſed etiam ſi ex illorum pecunia aliquid maritus emerit, quod appareat.& de iſtis fructibus intelligenda eſt.l. pen.D. ad l.Falcid. quæ hoc modo cum d.l.fin.poterit conciliari.

Verùm petita reuiſione, & mutatis iudicibus ac votis cùm non adeſſent, qui priorem ſententiam defenderent, aut fortè re maturius cõſiderata, fuit prima Senatus ſententia reparata, & Socini ſententia ſequuta.& dictum quòd in dubio nullis in eius fauorem coniecturis concurrentibus maritus tenetur reddere rationem fructuũ bonorum extradotalium, cùm non pręſumatur mulier donaſſe, præſertim quia de voluntate vxoris clarè conſtabat, quæ in caſu noſtro iſtos fructus petebat, ſed ſi ipſa vxor nunquam proteſtata eſſet, nec in hoc animum ſuum declaraſſet, ſed hæredes id peterent, aliud cenſebat.1588.16. Nouembris.Sed ego nunquam recederem à priori ſententia, quæ ſemper mihi viſa fuit æquior, & contraria nimis dura ac maritis præiuditialis ac damnoſa. ideo ad euitandas diſceptationes cautela erit, vt maritus in pactis dotalibus de hoc etiam paciſceretur, ne teneretur ad reſtitutionem fructuum niſi extãtium, & quòd omnia expreſsè illius curæ, & adminiſtrationi traderentur. aut petat ab vxore declarationem, vel donationem dictorum fructuum quorumcunque.

Subſtitutio facta in eum caſum ſi ſine filijs filij mei deceſſerint, excluſa per teſtatorem propria filia, an deficiat moriente ſubſtituto cum filia, ita vt neptis teſtatoris ſubſtitutum excludat.

DECISIO CLXXXVIII.

1 *Conditio illa ſi ſine filijs filij mei deceſſerint, an includat neptem, ita vt illa ſubſtitutum excludat.*
3 *Maſculinitatis qualitas in teſtamento poſita excludit neptem cum ſubſtituta concurrentem.*
2 *Maſculinitatis qualitas ſemel expreſſa in teſtamento ſemper repetita cenſetur agnatis vocatis.*
4 *Neptis excludit extraneum ſubſtitutum.*
5 *Conditio filiorum etiam in filias ex proprietate verbi reſoluitur.*
6 *Neptis an ſubſtitutum de agnatione excludat.& nu.8. & 9. & limita, vt nu.14.15. & 16.*
7 *Teſtatoris voluntas in ſubſtitutionibus regulanda eſt ſecundum voluntatem, quam demonſtrauit in inſtitutione.*
10 *Text. in l.cum auus de condit. procedit etiam ſi reſtitutio eſſet facienda alteri filio teſtatoris.*
11 *Subſtitutus an per neptem excludatur ſi nomen, & arma teſtatoris deferre fuerit grauatus*
12 *Neptis an excludat ſubſtitutum, quando teſtamentum eſt factum à fœmina.*
13 *Filiorũ appellatione etiã vulgari ſermone veniũt fœminę.*
17 *Filiorum verbum affirmatiuè, & diſpoſitiuè à teſtatore prolatum fœminas à ſucceſſione excludit.*

CONDITIO Si ſine filijs filij mei deceſſerint, an deficiat exiſtente filia ex vno filiorum, dubitatur. Et ſiquidem teſtator filias proprias non priuat hæreditate, res eſt clara. quòd verbum filijs etiã fœminas comprehendit.l.1.C. de condit.in ſer.ſed quando idem teſtator
1 † proprias filias dotaſſet, & ſua hæreditate priuaſſet, an tunc neptis excludat ſubſtitutum nedum antiqua, ſed etiam ardua, & difficilis eſt quæſtio, vt teſtatur Mich.Graſſ.in ſuo lib.ſententiar.§.fideicõmiſſum.q.35.Marzar.in Empitom. fideicom.q.23. & de qua non modica eſt altercatio, & dubitatio inter doctores, vt dicunt Gabriell lib.4. commun. opin. titul. de ſubſtitut. concluſ. ſecunda. Brun.de ſtatu.exclud.fœm.artic.5.n.43. Ita vt in collegijs, & Rotis diuerſimodè reſponſum, & iudicatũ fuerit.

Nam

Nam collegium florentinum, & aduocati conſi-
ſtoriales Romæ, ac Rota Roma, quam citat Mar-
zar. in dict. Epito. quæſt. 21. tenuerunt in fauorem
ſubſtituti, ſed alia collegia videlicet Bononiæ, Pe-
ruſij, & Auinioni tenuerunt contrarium, vt refert
Paul. de Caſtro in conſilio 409. incip. caſus iſte fre-
quenter. lib. 2. & Rot. Roma. Bonon. & Florent. vt
teſtatur Mazar. in dict. quæſtio. 21. & hæc eſt vna
ex illis quæſtionib. quę verè egeret deciſione prin-
cipis perpetua, cùm ſit noſtris temporibus, (in qui
bus homines quaſi Dij volunt ſuper futuris decer
nere, & nomen eorum durare in eternum, & vl-
tra, fideicommittendo bona ſua) frequētiſſima, &
tam variæ, & contrariæ doctorum opiniones le-
gantur, & vnuſquiſque de more quam ſequitur
magis communem dicere nō dubitat. Videamus
tamen nos breuibus quid tenendum, & quomo-
do Senatus iudicauerit, & ne cōfundant terminis
ſunt pro iſtius quæſtionis reſolutione conſideran-
di tres caſus principales, licèt Gabriel. longè plures
conſideret in dict. conclu. 2. qui ibi videri poterūt.

Primus caſus eſt, quā conditio eſſet appoſita cū
2 qualitate † maſculinitatis, vel de maſculis aliqā in
teſtamēto teſtator ſenſiſſet, ita vt non ſimus in du-
bio quin teſtator voluerit maſculos fęminis præ-
ferre, & tunc indubitanter, & concluſiuè teneo ne-
ptem non excludere ſubſtitutum per ea, quæ dicit
Fulgoſ. in conſ. 18. & 38. Curt. iun. conſ. 139. nu. 16.
Dec. conſ. 370. & 514. Ruin. conſ. 18. volu. 3. Pariſ.
conſil. 39. nu. 3. vol. 2. & ita intelligo conſ. Riminal.
Sen. 121. lib. 1. & latè Rolan. conſil. 82. n. 16. 17. & 41.
3 vol. 3. & multò magis quā ſubſtitutus † eſt de agna-
tione, & familia teſtatoris, quia tunc etiam quali-
tas maſculinitatis ſemel expreſſa ſemper repetita
cenſetur. vt voluit Dec. conſil. 480. col. 2. & 115.
col. fi. Rub. conſi. 71. col. pen. Soc iun. conſ. 128. cir.
fin. lib. 1. Ruin. conſi. 117. col. 4. vol. 2. Gerar. Mazol.
conſil. 5. quia ſemper militat ratio agnationis con-
ſeruandę, quo caſu qualitas maſculinitatis ſemper
repetita cenſetur. argumento. l. qui fundum. D. de
contrah. empt. & pro hac re videndus Ceph. conſ.
68. nu. 16. lib. 1. Syluan. conſ. 64. nu. 18. in fi. & hanc
opinionem in hoc caſu magis communem dicit
Sfort. Odd. in tract. de cōpend. par. 6, art. 6. ꝯcluſ. 3.
Decian. conſil. 127. nu. 16. & ſequen. vol. 3. & cum
hac opi. propter enixam teſtatoris mentem tran-
ſibat Senatus.

Alter caſus eſt, quā nulla eſt appoſita maſculini-
tatis qualitas, ſed ſubſtitutus eſt perſona extranea
4 † & non de agnatione teſtatoris, & hoc caſu licèt
ego dubitarem propter coniecturatam mentem
teſtatoris in excluſione propriarum filiarum, ne
remotior & minus dilectus ſit melioris conditio-
nis quàm proximior, & magis dilectus. contra re-
gu. l. publius. §. fi. D. de condit. & demonſtrat. & l. ſi
viua matre. C. de bon. matern. per quam regulam
ita conſuluerint multi doctores ſequuti Paul. de
Caſtro in conſil. 58. viſo dicto teſtamento. libr. 1.
& in l. 1. C. de condit. inſer. in fi. Corn. conſilio 275.
volum. 4. tamen maior pars doctorum in contra-
riam tranſiit ſententiam, vt imò hoc caſu neptis
ſubſtitutum excludat, & hanc canonizatam, &
magis communem teſtatur M. Graſſ. in dict. q. 35.
in fi. poſt Soc. Bero. Sfort. Decian. & alios per eum
citatos, qui aſſerunt in iudicando non eſſe ab illa
recedendum, & hæc mihi videtur æquior, & con-
formis iuri communi, de quo in l. maximum vi-
tium. C. de liber. præterit. & in l. cum auus. D. de
condit. & demonſtrat. & nouiſſimè illam magis
communem dicit Alexan. Trentacinqu. in tractat.
ſubſtitut. part. 4. cap. 7. nu. 12. verſic. ſecundus caſus
eſt. & illam in facti contingentia ſine difficultate
probauit Senatus totus congregatis claſſibus pro
pter difficultatem quæſtionis principalis in cauſa
Bugelenſi relata per D. Senatorem Goueanum.
de anno 1586. 15. Septembris. Cuius deciſionis ra-
5 tio principalis fuit, quia † conditio filiorum reſol-
uitur etiā in filia ex proprietate verbi, vt per Dec.
conſil. 370. nume. 4. per dict. l. maximum vitium.
C. de liber. præte. cùm filius ſit nomen analogum
tam mares quàm fœminas complectens, vt ibi
latius per Dec. Purpurat. conſil. 568. nume. 28. licèt
contrarium teneat Gozadin. conſilio 38. de qua re
dixi latè infra deciſ. vltima.

Tertius eſt caſus, & ille quidem apud me dubi-
tabilis, & ſuper quo maxima fuit diſputatio, &
diſſenſio inter DD. Senatores, & collegas noſtros
in prædicta cauſa Bugellen. quā ſubſtitutus non eſt
extraneus, ſed vel vnus ex filijs, vel agnatus de do-
mo teſtatoris, & in hoc caſu tam contrarij repe-
riuntur doctores, vt ferè difficilè ſit reperire, quæ
nam opinio magis cōmunis dici poſſit. Duæ enim
principales opiniones reperiuntur, vna pro ſubſti-
tuto, alia contra ſubſtitutum; & in hac quæſtione
ſatis mihi erit ſuccinctè doctorum authoritates in
vnaquaque opinione referre, remittendo me ad
loca per recentiores notata, apud quos etiam
vtriuſque ſententiæ rationes videri poterunt, vt
ſatisfaciam illis, qui magis ex communi opinione
quàm ex ratione iudicant.

Pro ſubſtituto, quòd ipſe, & non neptis ad te-
6 ſtatoris hæreditatem hoc † in caſu admittatur, al-
legatur anteſignanus Paul. Caſtr. conſil. 409. lib.
2. quem ſequuntur Socin. Barbat. Ioan. Dilect. ſeu
Gualden. Calcan. Rub. Curt. iun. Gozadin. Dec.
Curt. ſen. Com. Alex. Soc. iun. Grat. Ruin. Ceph.
Iaſ. Boer. quos oēs ſuis locis refert, & ſequitur Ga-
briell. d. concluſ. 2. nu. 9. & 11. quibus addo Fulgoſ.
Riminald. Bald. Nouell Bero. Rolan. Cephal. quos
cum alijs ſuis locis refert Simon de Prætis con-
ſilio 90. & latins in libro 3. de interpretat. vltimar.
volunta. dubitat. 3. ſol. 2. numero 24. verſiculo hi
ſunt igit. vlterius Sfort. Odd. Tob. Non. & Decian.
quos refert, & ſequitur M. Graſſ. in dicta q. 35.
numero 4. verſiculo vnde pro reſolutione. dicens
hāc eſſe magis communem in hoc caſu, & quòd
illi, qui contrariam ſequuntur opinionem faten-
tur ſententiam Caſtren. eſſe communiter rece-
ptam. Iſtis addo Zaſ. in tracta. ſubſtitut. ad fin. Rot.
Romanam, quam citat Marzar. dicta quæſt. 21.
Alciat. conſilio 126. in fin. vbi atteſtatur hanc in
practica ſeruatam. Gerar. Mozol. conſil. 5. vbi latè,
& in fortioribus terminis examinat. Alb. conſi. 19.
Menoch. conſilio 95. libro 1. & 204. nume. 46. ver-
ſiculo

ſeculo decimo, & vltimo. vbi latiſſimè eam defendit decem argumentis, & reſpondet ad contraria. Melch. Palaez. in tracta. maioratu. part. 2. quæſtio. 6. numero 21. Guido Pap. quæſtio. 485. Et nouiſſimè hanc partem pulchra ratione defendit Alexan. Trentacinqu. de ſubſtitut. qui dicit veriorem part. 4. cap. 7. numero 12. verſiculo ex hac reſponſione. & verſiculo hæc concluſio. vbi dicit illam indubitanter procedere, quando ſubſtitutus eſt de liberis teſtatoris, & etiam poſtea, quando eſt extraneus de agnatione, & familia teſtatoris. Anton. Gomez variar. reſolut. lib. 1. cap. 5. numero 25. nec ab iſta quam communem fatetur licèt titubando videtur recedere Pinell. in l. 3. numero 24. & 25. C. de bon. matern. Didac. in capit. Raynaldus. numero 2. de teſtam. vbi dicit æquiorem, & ſic pro hac parte ſunt Doctores numero 41. qui omnes ita determinant ex profeſſo, & in indiuiduo quæſt. hanc tractantes.

Pro hac opinione ego vltra Doctores conſidero maximè vrgere regulam illam, quam tradunt Doctores in l. 1. C de impub & aliis ſubſtitut. quòd
7 voluntas † teſtatoris in ſubſtitutionibus eſt regulanda ſecundum voluntatem, quam demonſtrauit in inſtitutione, vnde cùm in inſtitutione proprias filias excluſerit, cenſetur idem voluiſſe in ſubſtitutione, vt neptes ſubſtitutus excluderet, & ſicut teſtator prędilexit in inſtitutione filios maſculos, eoſdem in ſubſtitutione prædilexiſſe videtur, vt dicit Barto. in l. fin. numero 3. D. ad Trebell. & in l. Lucius. D. de vulgar. Alexan. conſilio 66. in prin. libro 2. Dec. in dicta l. 1. & conſil. 186. & 514. numero 1. & hanc regulam multis confirmat in materia Melch. Palaez. in tracta. maiorat. dicta quæſt. 6. numero 71. quod confirmatur præterea, quia cùm hic agatur de coniecturata teſtatoris voluntate, contra regulam, quòd maſculinum fęmininum concipit, & quod filiorum appellatione veniant filiæ fęminæ, & neptes, vt in iſtis terminis concludunt Doctores infra citandi, non eſt dubium, quod erit in fauorem ſubſtituti hoc in caſu iudicandum, cùm concurrant. fauor agnationis, excluſio filiarum, & prædilectio, imò expreſſa ſubſtituti vocatio. Et hoc maximè in Italia procedere, vbi ex ſtatutis, & familiarum conſuetudine habetur ratio agnationis ad excluſionem fęminarum vt dicit Caſtren. d. conſi. 409. lib. 2. Dec. conſilio 15. colum. fin.

Ampliant aliqui hanc opinionem, vt idem iu-
8 ris ſit, quando eſt ſubſtituta † pia cauſa, vt tunc illa neptem excludat. Caſtren. in dicta l. 1. C. de condit. inſert. Iaſ. conſilio 1. & ſequen. volum. 2. Curt. iun. conſilio 35. numero 6. Anto. conſilio 25. ſed hæc ampliatio magis communiter refellitur, ſecundum Socin. in l. cum auus. verſiculo quartus caſus. D. de condit. & demonſtrat. Socin. iun. conſilio 158. & 162. volum. 2. Ruin. conſilio 143. volum. 2. & ideo hanc ampliationem ſuſpectam ſibi videri dicit Pinell. in dicta l. 3. numero 26. C. de bon. matern. & meritò ab illa recedit Couarruu. in dicto capit. Raynaldus. numero 3. neque enim pium crediderim iuxt. Diui Auguſtini conſilium Eccleſiam propriè ſoboli præferri, & pro hac opinione ego alias conſului.

Pro nepte vero, quod ipſa faciat deficere fidei-
9 commiſſum, & ſubſtitutum excludat, † allegatur Bald. per Corn. in conſilio 202. numero 12. libro 3. ſed Bald. quidquid illum voluerit declarare Corn. dicit totum contrarium, ideo magis meretur pro contraria parte allegari: omiſſo igitur Bald. hanc opinionem tenuerunt. Ancharan. Ioann. de Anan. Curt. ſen. Alexan. Corn. Dec. Sed Dec. loquitur in conditione ſi ſine liberis. Socin. Pariſ. Ruin. Iaſ. Curt. iun. Hieronim. Gabriell. Riminald. Virgil. de Syluestris. Crot. Socin. iun. Riminal. iun. Decian. Alciat. Burſ. Cęphal. Tob. Non. Zaſ. Bero. quos omnes ſuis locis refert Simon de Præt. dicto numero 24. verſiculo hi verò ſunt, qui hanc partem ſequitur, dicens, quòd in tanto opinionum anfractu voluit videre auctorum ſcripta ſuper hac quęſtione, & tandem reperuiſſe, opinionem pro filia contra ſubſtitutum eſſe magis communem & veriorem, ſed quo ad communem dubito de dicto ſuo, quoniam conſtat de veritate in contrarium, & Doctores pro hac parte citati vltra, quòd eſſent contrarij fere omnes, vt Curt. ſen. Alexan. Corn. Dec. Socin. Pariſ. Ruin. Iaſ. Curt. iun. Decian. Alciat. Cephal. Zaſ. Non Bero. & Riminald. illi loquuntur in diuerſis terminis prout vnuſquiſque per ſe videre poterit, & hanc partem ſequitur ipſe de Pratis conſulendo. conſilio 31. numero 9. & conſilio 90. & ſupraſcriptis inter eoſdem addo Alciat. in l. quiſquis. 116. D. de verbor. ſign. & in l. Hęrennius. aliàs Seruius. 122. eod. Burſa. conſi. 300. Bero conſilio 110 libro 2. Cephal. conſilio 259. & 528 & aliis addo Marzar. quæſt. 21. Purpurat. conſilio 568 numero 28. & 30. Moder. Paris in addit. ad Alexan. conſilio 38. numero 4. libr. 6. vbi exclamat contra Caſtren. & Fulgoſ. dicens illos peſſimè cõſuluiſſe. & ad Dec. conſilio 370. litera C. Bologniu. inter conſilia Alexan. conſilio 53. libro 4. & pro iſta opinione dicit fuiſſe iudicatum Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. quem refert Gabriell. dicta concluſ. 2. numero 3. & ſi volumus numerare Doctores, qui hanc partem tenuerunt iuxta peſſimam noſtri temporis conſuetudinem erũt pro illa Doctores numero 30. vnde cùm pro alia ſtent 41. excedit hanc in vndecim votis, & illa erit proculdubio magis communis, videmuſque hinc quàm mirabiliter errauerit Simon de Præt. qui nec bene vidit, nec dinumerauit Doctores (pace tanti viri dixerim,) & ſi tollimus de medio Doctores varios, non habebit hæc opinio pro ſe duodecim Doctores ad plus, & propterea eſſet res periculoſa iuxta illam iudicare.

Verùm cùm de hac quæſtione maxima orta eſſet controuerſia in Senatu, ponderatis vtriuſque partis rationibus, viſa fuit maiori parti dominorum hæc opinio verior, & æquior, quæ contra ſubſtitutum pro nepte facit, attenta diſpoſitione iuris communis, & iuxta illam fuit iudicatum in prædicta cauſa Bugellen. Relata per Dom. Goueanum. multis tamen reclamantibus,

bus, & contradicentibus, pro qua vltra rationes
ab alijs adductas in locis ſupra citatis addo illud,
10 quod dicitur l. cum auus. habere locum † etiamſi
reſtitutio fieri deberet alteri filio teſtatoris, vt per
Bald. Salyc. & Caſtren. in l. cum acutiſſimi. C. de
fideicommiſſ. Cuman. in dicta l. cum auus. cum
alijs multis, quos citat Didac. pract. quæſtionum
capit. 38. numero 12. verſiculo, quæ etiam obti-
nent.

Nec obſtat ratio conſeruandi bona in agnatio-
ne, quia non procedit niſi in ſpecificatis perſonis,
vt per Dec. conſilio 569. & 679. numero 2. poſt
Bald. ibi relatum, vbi ex hoc infert, ꝙ ſtatutum ex-
cludens matrem propter agnationem non ta-
men excludet amitam, & ſic de ſimilib.

Retenta igitur hac opinione contra ſubſtitutũ
(quæ tamen apud me in iuretuta non eſt) am-
pliã, vt idem ſit, & inferri poſſit ad caſum quan-
11 do fuit aliquis ſubſtitutus † extraneus cum illa cõ
ditione, vt deferat nomen, & arma, quia & tunc
per neptem excludetur, vt aliqui ex ſupracitatis
Doctoribus voluerunt, licèt & hoc caſu magis du
bitarem, quia videtur ex hac conditione magis
declarata voluntas teſtatoris pro conſeruatione
familiæ, cùm videatur ex ſua mente tantò magis
fœminas excluſiſſe. vt cenſuit Ripa in l. centurio.
numero 164. D. de vulga. Calcan. conſilio 48.
numero 11. & 12. Melch. Palaez. poſt iſtos in dicto
tractatu maioratu. quæſtione 6. par. ſecunda. nu-
mero 23.

Ampliatur ſecũdò vt multò fortius procedat,
12 quando teſtamentum eſſet factum † à fœmina,
quia non præſumitur, quòd illa ſuum ſexum odio
habuerit, vt dicit Socin. in dicta l. cum auus. Dec.
conſilio 468. Corn. dicto conſilio 202. & conſilio
83. & 111. volum. 1. Et cum hac ampliatione vi-
detur tranſire Gabriel. titu. de ſubſtitu. concluſio. 2.
numero 5. cum quibus ego etiam tranſeo, licèt
de hac ſententia multi dubitauerint, inter quos
Fulgoſ. conſi. 18. & 38. & omnium latè Mazol. in
d. conſi. 5. per totum.

Amplia tertiò, vt procedat non ſolùm ſi di-
ctum ſit deficientibus liberis, ſeu filijs latino ſer-
13 mone, ſed etiamſi Italica † lingua (vt nunc apud
nos fit) vſus teſtator fuerit: nam tunc licèt vtatur
illis verbis, *Morendo vno de miei figliuoli ſenza figliuoli*,
ex quibus videtur intellexiſſe de maſculis, cùm ex
communi vſu loquendi, qui maximè in inter-
prætanda teſtatorum voluntate attenditur, ma-
ſculi, & non fœminæ contineantur, ſolent etenim
teſtatores dicere, *ſenza figliuoli, ò figliuole*, & præ-
ſertim, quando in eodem teſtamento filiarum
mentio facta fuit ſub nomine fœminino, illis re-
linquendo dotes, & filij maſculi ſub particulari
nomine *figliuoli* vocati ſunt, prout in iſtis termi-
nis conſuluit optimè Menoch. conſilio 204. per
totum. Melch. Palaez. dicta quæſtio. 6. numero 22.
Nihilominus de vtriuſque ſexus liberis intellige-
tur conditio, & propterea Senatus in prædicta
cauſa, vbi verba erant concepta vulgari ſermone,
cenſuit, quòd illud verbum *figliuoli* etiam filias
complecteretur, ex communi vſu loquendi,
qui maximè eſt attendendus l. Labeo. de ſuppellec.
lega.

Ergo tantò magis hæc ampliatio procederet, ſi
ſi in teſtamento diceretur, *Et morendo vno de miei
figliuoli ſenza figliuolanza, in tal caſo ſuſtituiſco il fra-
tello*, prout erat caſus diſputatus in cauſa Cunei
de Rabijs, de qua dicam infra deciſione incipien-
te teſtator excluſis filiabus dotatis. deciſ. 248.

Limitatur verò prædicta opinio, vt non pro-
cedat, quando ſubſtitutus non ſolùm eſſet de
14 agnatione, ſed etiam † ex forma ſtatuti exclude-
ret fœminam, vt latè per Gabriell. conſilio 97.
numero 25. nam tunc dicit Socin. iun. conſilio 90.
libro 3. quòd ipſe ſolitus eſt legendo, & conſulen
do iudicare pro ſubſtituto, & pro hac limitatio-
ne ſtant Alexand. Corn. Gozadin. Crot. Ruin. Dec.
Bero. Cephal. Alba. & Rub. quos ſuis locis refert
Trentacinqu. dicto capitu. ſeptimo. numero 12.
verſicu. quartus caſus. Ratio etiam eſt, quia hic
concurrunt duo vincula, quę fortius ligant quàm
vnum, & diſpoſitio teſtatoris præſumitur eſſe con
formis iuri municipali, & hanc dicit Trentacinq.
eſſe communem, & receptam ſcribentium ſen-
tentiam, licèt contra eam teneat, & malè Simon
de Præt. dicta ſol. 2. numero 19. poſt Ruin. & alios
quos allegat. Idemque eſt, quando conſuetudo
maiorum hæc ſemper fuiſſet, vt agnatos in ſuis
teſtamentis vocarent, vt dictus Trentacinqu. poſt
Socin. iun. conſilio 168. numero 40. volumin. 1.
Vel quando neptibus dos relicta eſſet per ea, quæ
notat Tiraquel. in l. ſi vnquam. §. filios non habens.
numero 10. C. de reuocan. donatio. quod ſecun-
dum declarat Simon de Præt. dicta ſolu. ſecunda.
nume. 47.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando
teſtator in ſubſtitutione nominibus collectiuis ci-
15 uilibus vſus eſſet, † vt ſi dixiſſet ſubſtituo talem,
vel proximiorem de agnatione, de familia, de cip-
po domus, & mea linea, & ſimilibus, ex quibus
manifeſtè appareat, quòd teſtator habuerit ani-
mum ad ſuam agnationem conſeruandam, ita
ſuam opinionem limitat Simon de Præt. dicta
ſolutio. 2. numero 37. ita intelligendo Doctores,
qui contra neptem ſupra fuerunt allegati, licèt
maior pars illorum loquatur ſimpliciter de ſubſti
tutione in perſonã vnius filiorum factam, vel al-
terius agnati, ideo & in hoc errauit D. Simon meo
iudicio.

Tertiò fallit, quando poteſt aliter apparere de
16 voluntate teſtatoris, quòd † maſculos vocare vo
luerit, vt ſi poſt vocationem, & ſubſtitutiones fa-
ctas in perſonam agnatorum fœminas proximio
res de caſata, ſeu agnatione teſtatoris vocaſſet, vt
multis probat Simon de Præt. dicta ſolu. ſecunda.
numero 48. cuius dictum in hoc credo veriſ-
ſimum.

Fallit denique pro nunc, vt non procedat ſu-
pra facta deciſio contra ſubſtitutum, ſi ſtante ſta-
tuto fœminarum excluſiuo, & propriæ filiæ ex-
17 cluſione, verbum filiorum affirmatiuè, † & diſpo-
ſitiuè proferatur, quia tunc ſubſtitutus neptem
excludet, ita conſuluit Riminal. ſen. conſilio 224.
nume.

numero 73.& 76.libro 2.dicens ita intelligendum Barto.in dicta l.hæredes mei.§.cum ita. numero 4. ad Trebell.& Riminald. ſequitur Cephal.conſilio 45. numero octauo. quia negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet. Bartol. in l. 4. D. de ſuſpect.tuto.

Renunciatio facta à ſorore pacto adiecto, quòd mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire ad bona ſua, an ſubſiſtat mortuo vno iſtorum ſine liberis, ita vt altero ſuperuiuente à mortui hæreditate excludatur.

DECISIO CLXXXIX.

1 *Et dictio copulatiua eſt, ac ita intelligenda,necnon in diſiunctiuam vel,aliquando reſoluitur.vt nu.2.*

RENVNCIATIO facta fuit à ſorore de hæreditate paterna in fauorē Titij, & Sempronij fratris, ita tamen, quòd ſi Titius, & Sempronius ſine liberis decederent liceat ſibi redire ad iura ſua,morit̄ Titius ſine liberis relicto Sempronio altero fratre cum liberis: ſoror petit portionem ſuam ob mortem Titij: opponebatur, quòd pe-
1 tere non poſſet, cùm illa dictio &, intelligi † debeat copulatiuè, cum illius propria natura ſit, vt copulet, ita vt agere non poſſet, niſi vtroque fratrum ſine liberis decedente,quia in conditionibus copulatiuis requiritur vtranque conditionem eueniſſe. l.ſi is, qui ducenta. §. vtrum. D. de reb. dub. Exaduerſo pro ſorore adducebatur text. in l.fin. §. filium.D.de lega.2.& deciſio Domi. Ozaſc. 110. vbi per plura fundamenta tenuit in ſimili donatione facta pluribus cum pacto, quòd ipſis ſine liberis decedentibus bona ad donantem reuertantur, vno ipſorum ſine liberis decedente admitti donantem ad illius portionem,quod & conſuluit Craue.conſi.109.

Cenſuit Senatus dictionem illam &,in hoc caſu reſolui in † diſiunctiuam *vel*, ita quòd ſufficere-
2 ret, vt iſta mulier poſſit agere, quòd alter frater decederet ſine liberis, & conſequi portionem ſuam in bonis fratris mortui ſine liberis excluſo alio fratre, & eius filijs, & quamuis hæc opinio non videretur mihi poſſe ſubſiſtere in caſu iſto ex eo, quòd pactum illud cum renunciatione cenſeretur factum in fauorem agnationis, præſertim exiſtente ſtatuto, quòd agnati excludant fœminas, tamen aliter maiori parti Dominorum viſum fuit, cum pactum hoc habeat vim donationis, quæ ſtrictè interpretatur, & ita pronunciatum fuit in cauſa Arcatoris contra Fantinos.

Dos à patre profecta an ad patrem redeat, mortua filia in matrimonio cū liberis, latè examinatur, & diſcutitur.

DECISIO CXC.

1 *Dos à patre profecta ad patrem an redeat,dubia eſt quæſtio. & nu.13.*
2 *Dos profectitia ad patrem redit nullis exiſtentibus liberis.*
3 *Dos profectitia an ad patrem reuertatur liberis extantibus.& nume.4.& 14.15.16.*
5 *Conſuetudo Martini, vt dos ad patrem non reuertatur liberis extantibus, eſt iuris interpratatiua, & habetur pro ipſo iure.*
6 *Conſuetudo Martini in dote pro lege ſeruanda erit.*
7 *Stipulatio à patre facta de dote ſibi reſtituenda intelligi debet non extantibus liberis.& num.8.*
9 *Martini opinio circa dotem procedit etiam in dote promiſſa,ſi pater reddi filiæ ſit ſtipulatus. & de alijs caſibus.num.10.& 11.17.18.19.21.*
12 *Dos à patre profecta ad patrem redit etiam contra Martinum,quando maritus præmortuus fuit.*
20 *Promittere,& ſoluere,quando æquiparentur.*
22 *Gener agere debet contra ſocerum ex perſona filiorum.*

DOS à *patre promiſſa genero, vel ſoluta*, ſi filia prædecedat liberis relictis, an tranſeat ad liberos an verò ad patrem, ſeu auum reſpe-
1 ctiuè † dotantem. Dubia certè, & antiquiſſima eſt quæſtio, quæ à Bulgaro,& Martino antiquis gloſſatoribus ortum habens ob illorum contrarias opiniones omnibus illius temporis, & recentioribus iuris ciuilis profeſſoribus altercandi cauſam præbuit,ita vt adeo difficilis conſilio Neapolitano viſa fuerit, vt coegerit partes ad compromittēdum de iure, & de facto, atque inde res per medium fuerit diuiſa, prout in ſimilibus cauſis bonus iudex facere debet, vt dixi ſupra deciſio.89.vt teſtatur Capic. deciſio. 176.& pro vna, & altera parte multi allegantur Doctores,ſed quoniam illi malè citantur,& loquuntur in diuerſis terminis, omiſſa diſputatione ad partes pro reſolutione iſtius dubiæ quæſtiones præmittam aliquot concluſiones, ex quibus facile veritas dignoſcetur.

2 Prima eſt, quòd de iure communi † dos à pa-

tre profecta ad patrem redire debet. vulgata l. dos à patre. C. ſolu. matrimon. cum alijs iuribus ibi per gloſſ. allegatis, nec in aliquo ſuccedit maritus niſi deficientibus omnibus conſanguineis, iuxt. l. 1. C. vnd. vir. & vx. vel niſi adſint ſtatuta, vel conſuetudines in contrarium, vt in noſtra patria Pedemontana, vbi maritus lucratur dimidiam, vt alibi dixi.

Secunda eſt concluſio, quòd iſtud procedit regulariter, & ſimpliciter nullis exiſtentibus liberis:
3 nam ſi extant liberi magna eſt contentio, ita vt quæſtio cęſarea deciſione indigeret, vt dicit Soci. conſilio 9. verſiculo vigeſimo probatur. & Roman. in l. poſt dotem. D. ſolu. matrimon. Nam Bulgar. antiquus gloſſographus adeo enixè tenuit in iſto etiam caſu, quando extant liberi, vt redeat dos ad patrem, vt in contingentia facti ſui proprij boni viri officium agnoſcens quamuis liberos ex ſua vxore ſuſcepiſſet integram tamen dotem reſtituerit ſocero. & Bulgari opinionem ex antiquis illius temporis iuris profeſſoribus ſequuti ſunt Ioann. Azo. Accurſ. Iacob. de Rau. Dyn. Pileus in ſuis iuridicis quæſtionib. quæſt. 89. vbi improbat Mart. opinionem. Cyn. in dicta l. dos à patre. qui hanc opinionem dicit veram ſicut Euangelium, prout etiam dicit Angel. in l. pater filiæ. D. ad l. Falcid. Alberic. in dicta l. dos à patre. & poſt iſtos antiquos Bart. in dicta l. poſt dotem, qui dicit Doctores antiquos ita communiter tenere, & ita etiam tenere Canon. in capit. fin. de donat. inter vir. & vxor. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de donat. inter vir. & vxo. §. fin. Seyſell. in dicta l. poſt dotem. numero 25. Alexan. conſilio 115. libr. 2. & in dicta l. poſt dotem. numero 17. dicens magis communem, & ibi Caſtren. numero 4. & conſilio 11. numero 6. libro 1. Iaſ. ibidem. numero 99. Dec. in l. illam. numero 16. C. de collat. Rip. in l. 2. §. quod ſi in patris numero 6 ſolu. matrim. & libr. 3. reſpon. capit. 10. Aretin. in §. fuerat. numero 31. inſt. de act. Com. conſilio 66 numero 6 libr. 4. 224. numero 6. libro 3. & conſilio 247. numero 3. libro 4. & alibi ſepius. Ancharan. conſilio 50. Ruin. conſilio 56. in fin. libro 5. & conſilio 187. libro 2. Socin. ſen. conſilio 9. libro 1. vbi per multas columnas, & per viginti fundamenta tenuit hanc opinionem contra Mart. & reſpondet contrarijs. Et quòd conſuetudo Martini ſit contra ius teſtatur Curt. iun. conſilio 93. numero 9. Socin. iun. conſilio 114 libro 3. Crau. conſilio 84. numero 5. Hieronim. Gabriell. conſilio 16. numero 6. & conſilio 58. Port. conſilio 56 Tob. Non. conſilio 45. numero 11. Decian. conſilio 55. in prin. libro 2. Gulielm. de Lndo. ſingula. 199. Mazol. conſilio 121. Capic. deciſio. 176. numero 12. omnes ferè repetentes in dicta l. poſt dotem. Fannt. in tracta. de do. gloſſ. 11. numero 1. Campeg. quæſt. 152. part. 3. Addo Alexan. conſilio 67. libro 7. vbi reuocat ſententiam iudicis, qui aliter iudicauerat. Benedict. in capit. Raynutius. in verbo duas habens filias. numero 167. Tiraquell. de retract. conuent. numero 58. capit. 60. Bernard. VVrmſer. practicar. obſeruat. libro 2. in titu. de dote. capit. 4. & vir clariſſimus Anton. Gouean. Colega noſter in l. ſi vir vxori. 6. D. ad l. Falcid. & pro hac opinione quam proculdubio magis communem eſſe video, vidi cõſultum per Reuerendum præceptorem meum D. Auguſtinum Molignatum Vercellen. Epiſcopum Petrę Honorij, & habetur in ſuis quiſquil. ſeu deciſio. capit. 600. vbi multis rationibus, & authoritatibus illam defendit, & cùm illud conſilium impreſſum non ſit, & de illo mentionem faciat Menoch. conſilio 238. numero 30. & Cephal. præceptor meus conſilio 709. libro 5. in prin. quorum vterque hanc pariter ſententiam ſequitur, inferius tranſcribam, & poſt hanc deciſionem ſubijciam. Et pro hac ſententia vltra iura, & rationes ab alijs adductas addo ego text. in l. inter ſocerum. §. cum inter. D. de pact. dotal. Nam ſi vera eſſet opinio Marti. liberi, ſeu pater eorum non veniret ad ſucceſſionem vxoris mortuæ, virtute pacti à contrario ſenſu, ſed ex iure ipſo. Ergo cùm excludatur ibi pater virtute pacti, ſequitur, quòd de iure aliud eſſet dicendum, & admitteretur.

Contrariam opinionem in hoc caſu, quando
4 extant liberi, tenuit † contra Bulgar. Martin. antiquus gloſſator, quem refert Azo in dicta l. dos à patre. & ibi gloſſ. & in ſumma. C. de rei vxor. act. numero 10. in fin. & illum ſequuti ſunt Rainer. de Forliu. P. de Bellapertica. Rofred. Placentin. Odofred. & dicit Azo in dicta l. dos à patre. ita in facti contingentia voluiſſe obſeruare Albert. Galeotti, quia licèt aliàs tenuiſſet pro opinione Bulgari, tamen cùm venit caſus in perſonam illius dicit, quòd illo tempore erat aliud tenendum, & noluit mortua vxore ſocero dotem reſtituere, & hanc conſuetudinem non reſtituendi eſſe hodie in obſeruantia dicit Azo in dicta l. dos. in fin. & Mar opinionem latè tenet, & multis iuribus ac rationibus defendit Calderin. conſilio 1. titu. de donat. inter vir. & vxor. vbi reſpondet omnibus contrarijs. Salycet. in dicta l. dos à patre. Socin. iun. conſilio 35. libro 1. Ruin. conſilio 215. libro 1. qui in eodem themate conſuluit. Pract. Papien. in forma libell. quo vxor ag. ad dot. in verbo dictæ Dominæ numero 1. in fi. Qui voluerunt id etiam procedere in dote promiſſa. vt per Roland. de lucro dot. quæſtio. 5. numero 8. & 9. & hæc conſuetudo Martini, vt omnes teſtantur, eſt obſeruata per totum orbem terrarum, & vbique notoria eſt. vt dicit Guid. Pap. conſilio 12. numero 8. vbi illius opinionem veriorem dicit poſt Hoſtien. & alios quos allegat. Quę opinio videtur mihi ęquiſſima, ſicut alia ſi obſeruaretur impijſſima eſſet: nam priuaret filios proprios hæreditate, & bonis matris, cuius dos proprium eſſe dicitur patrimonium, l. 3. §. ſed vtrum. in fin. ff. de minori. l. 1. §. & hoc C. de rei vxor. actio. & illi ſui hæredes matri dicuntur, vnde non immeritò iura hac de re tanquam indubitabili, nullam mentionem fecerunt, cùm prima cauſa liberorum ſit, ſecunda aſcẽdentium, inter quos parentes fœminei ſexus, vel ex fœminæ familia non comprehenſi eſſent, ſi ad filiæ hæreditatem liberis deficientibus non venirent, cùm illarum bona vt plurimum in do-

te, ſeu

te,ſeu bonis dotalibus cōſtituta ſint.Et hanc Mar-
ti.opi. ſequutus eſt Senatus ſepiſſimè,vt etiam te
ſtatur.Clariſs.Iuriſcōſul. D. B. Trotus in ſuis adi-
tio.ad Bart. in l. poſt dotem. numero 28. in verbo
extantibus.

Tertia ſequitur concluſio, quòd iſta conſuetu-
do Martini non eſt iuris correctoria, ſed iuris in-
5 terpretatiua,& habetur† pro ipſo iure communi,
& non pro iure conſuetudinario. Ita dicit Alex.
in l. poſt dotem. numero 25. ſoluto matrimonio,
& Seyſſel.per l.ſi de interpretatione. D. de legib.&
Angel.in dicta l.dos à patre.& ibi Odofred. per l.
minimè. D. de legib.& quòd opinio Martin. non
dicatur propriè conſuetudo tenet Curt.iun.in ad-
ditio. ad Alexand. numero 25. in dicta l. poſt do-
tem. poſt Bald. in l. 1. in fin. C. de bon. quæ liber.
Hieron. Tort. in dicta l.poſt dotem. in 4. quæſtio.
Bartol.& ibi Iaſ.numero 101.poſt Alexan.Nec mi
rum: nam iſta conſuetudo approbata fuit à Do-
ctoribus viuentibus, & à iudicibus, qui pro ea
iudicarunt, quorum longè maior fuit numerus
quàm illorum,qui pro Bulgaro ſcripſerunt, ita vt
dici poſſit, quòd iudicium iudicantium præua-
leat diſputationibus Doctorum, & cùm Docto-
res dicunt opinionem aliquam eſſe veram de iu-
re,videntur fateri communem eſſe in cōtrarium,
vt dicit Neuizan.in Silua. §.quomodo ſit iudican.
& conſuetudo Doctorum, & iudicum videtur
potius iuris quàm facti,& ſic inducit ius interpre-
tatiuum,cùm omnes, qui eam ſequūtur ſint Do-
ctores, & Iuriſperiti, & non in facto neque in ar-
bitrio, aut æquitate cerebrina, ſed in iure ſcripto
iudicio ſuo fundentur,vnde cùm habeatur pro le-
ge ſcripta,ab ea recedendum non erit, per nota.in
c.ne innitaris.de conſti.

Quarta hinc oritur concluſio, quòd cùm opi-
nio Mart. conſuetudine approbata fecerit ius
6 † commune, pro l. habenda erit, & cùm in æqui-
tate ſe fundet ampliſſimè interpretanda erit,ita vt
procedat etiam in dote promiſſa,quæ ab auo pro-
mittente poſt mortem filiæ filijs ſolui debebit, ſi-
cut illis ſpectaret ſi fuiſſet ſoluta, vt ex Rol. ſupra
dixi, & hoc modo interpretando ceſſabunt om-
nes rationes allegatæ in contrarium per Non.
Cephal. Menoch. Molign. & alios ſupracitatos,
qui figunt pedem in illa ratione, quod opinio
Mart.ſit iuris conſuetudinaria, & per conſequens
ſtrictè interpretanda, tanquam à iure exor-
bitans, vt dicit Alexan. in dicta l. poſt dotem. nu-
mero 25.

Quibus ſtantibus videmus opinionem Mart.
non ſolùm æquiſſimam,ſed & iuridicam eſſe, &
ideo cùm hæc quæſtio diſputaretur in Senatu in
cauſa Alfatiæ, & Alboſchi de Podiuarino Refe-
rente D. Arcatore de anno 1586. Menſe Nouem-
bris,congregatis Claſſibus,& toto ſedente Senatu
propter difficultatem quæſtionis, poſt multas di-
ſputationes, & librorum reuolutiones cenſuit
Senatus eſſe ſeruandam opinionem Mart. non
ſolùm in dote ſoluta, ſed etiam in promiſſa,
amplectendo æquitatem, quæ pro liberis facie-
bat, prout & aliàs per eundem Senatum iudica-
tum fuerat in cauſa Sancti Martini & Pagani, de
qua dixi ſupra deciſio.139.

Nec mouet, quod Modernus quidam contra
Mart.adducebat, nempe Hieronim.Elen. Diatrib.
libro 2.capit. 14. qui præſertim allegabat text. in l.
vnica §. taceat. C.de rei vxo.act.ibi.

Sileat ob liberos retentio, cum ipſe na-
turalis ſtimulus parentes ad libero-
rum ſuorum educationem hortetur.

Nam reſpondetur,quòd ille text.procedit, quan-
do mulieri dos eſt reſtituenda, quia tunc ex cauſa
liberorum illa retinenda non eſt, ideo gloſſ.ibi in-
telligit text.illum in dote reſtituenda poſt diuor-
tium ipſi vxori ſuperſtiti,cùm dos cedat loco ſuo
rum alimentorum,& etiam fauore publicæ vtilita
tis, & mulier habeat ſuas dotes liberas, ſi fortè ad
ſecunda vota tranſire velit. l.1. D. ſolu. matrimo.
quod ſecus eſſe debet in patre.

Ampliatur hæc ſic retenta Mart. opinio, vt
tantò magis procedat ſi pater dando dotem ſti-
pulatus eſſet eam dotem ſibi reſtitui in omnem
7 caſum reſtituendæ dotis de iure,quia † intelligitur
liberis extantibus. Alexan. in dicta l. poſt dotem.
numero 26. & ibi Hieronim. Tort.& Iaſ. numero
202.poſt.Bald. ibi citatum,cuius dictum mirabile
dicit ibi Alexan. & menti tenendum,& quia illud
verbum de iure intelligatur ex conſuetudine Mar
ti.declarata, ſecus verò ſi ſimpliciter pater ſibi ſti-
pulatus eſſet non adiecta illa clauſula cū de iure,
&c.ita dicit Abb. poſt Vincen. in dicto capit. fin.
de donat.inter vir.& vxo.numero 10. Odofred.in
d.l.dos à patre. Crau. conſ.543.nume. 6.Ang.Cyn.
Alb. & alij.in d.l.dos à patre.

Amplia ſecundo, etiam ſi pater ſtipulatus eſſet
ſibi reddi ſecundum formam iuris communis,
8 quia intelligere † debemus non extantibus liberis,
cùm Mart. cōſuetudo faciat ius interpretatiuum.
Prepoſ.in capit.fin.§.fin.colum.pen.verſiculo imò
ſi maritus.de donat.inter vir.poſt Bald. in dicta l.2.
C.de bon.quæ libe.& in rubr. de arbitris colum.6.
Socin.d.conſ.9.col.5. verſicul. quod etiam proba-
tur.Alex.d.l.poſt dotem.num.25.

Amplia tertiò,vt clarius procedat etiam in do-
te promiſſa à patre nondum ſoluta filiæ, ſi pater
9 † ſtipulatus eſſet reddi filiæ. Bar.& cōmuniter Do-
ctores in dicta l. poſt dotem. in quarta quæſt.præ-
ſertim ſi filia mediante illa dote renunciaſſet om-
nibus bonis paternis. Crau. conſil. 84 nume.5. poſt
10 Caſtren. & mortuis liberis poſt † mortem matris
dos non tranſit ad auum maternum, ſed ad pa-
trem ipſorum liberorum. Alex conſilio 115. libro
11 primo.in fin. imò id etiam † procederet ſtante ſta
tuto, quòd filij filiarum non ſuccedant, ſed ſint
contenti,&c.Socin. d.conſi.9.col.7. verſi.item vo-
rificatur.

Limitatur tamen dicta opinio Martini, vt non
12 procedat, quando † præmoritur maritus, & po-
ſtea vxor, vt dixi ſupra deciſio.139.

Quæ limitatio quamuis Iaſoni videatur dura,
tamen Senatus eam ſequutus eſt, vt ibi dixi. Pro-
cederet tamen hæc limitatio abſque difficultate
ſi mor-

ſi mortuo marito vxore exiſtēte in ptāte patris pa
ter iterū dotē apud ſe recepit, & ſuo patrimonio
illam reſtituit, tunc enim mortua matre in ſecun-
do matrimonio ſine liberis dos ad patrem iterum
redibit, tanquam ſeparata à iuribus, & domi-
nio filiorum, ad quos nunquam illa dos peruenit,
nec ius quæſitum fuit, & ita conciliari poſſet Iaſ.
opinio cum communi.

*Sequitur conſilium D. Auguſtini Moli-
gnati à DD. Ceſalo, & Menocha re-
latum, quod hic tranſcripſi ex ſuis
quiſquil. cap. 600. ſuper
eadem materia.*

13 DOS à patre profecta † ſi in ma-
trimonio deceſſent mulier filia
familias ad patrem redire de-
bet. l. dos à patre. C. ſoluto ma-
trimo. quæ lex etiam extantib.
liberis procedit ſecundum Io.
Bulgar. Azo. & Accurſ. ibi per
text. in l. ſi pater dotem. D. de pact. dotal. & l. iure
ſuccurſum. D. de iure dot. vbi pulcher text. dicit.
Iure ſuccurſum eſt patri, vt filia amiſſa
ſolatij loco cederet, ſi redderetur ei dos
ab ipſo profecta, ne & filiæ amiſſæ, & pe
cuniæ damnum ſentiret.
& glo. in dicta l. dos à patre. allegat alia decem iu-
ra, in quibus probatur hæc concluſio, quòd dos à
patre profecta, filiafamilias mortua in matrimo-
14 nio, redit ad patrem, † nec fit mentio liberorum,
& hæc opinio videtur vera duplici ratione. Pri-
mò, quia ſi aliter diceremus ille text. Dos à pa-
tre. eſſet de indubitabili, contra l. quod Labeo. D.
ad Carbon. vbi glo. notat: nam cui dubium, quòd
pater decedente filiafam. illi ſuccedit ſi ſine liberis
moriatur, cùm ſit proximior. l. in ſucceſſione. &
authen. defuncto. C. ad Tertul. cùm maritus ei ſuc
cedere nequeat, niſi deficientibus agnatis, & cogna
tis. l. 1. C. vnde vir. & vxor. Ergo vt ſit caſus dubita
bilis debet intelligi etiam liberis extantibus, quia
tunc dubitari poterat an dos ad patrem redeat,
quæ videbatur liberis deberi, quorum prima cau
ſa eſt in ſucceſſione. authen. in ſucceſſione. C. de
legit. hæred. & in corpore vnde ſumitur, tamen
contrarium decidit Imperator in dicta l. dos à pa-
15 tre. † & ratio decidendi eſt ne amiſſæ filiæ, & pe-
cuniæ damnum ſentiat, vt dicit tex. in d. l. iure ſuc
curſum. quæ ratio procedit tam extantibus, quàm
deficientibus liberis.

Secunda ratio eſt, quia omnes leges volentes
dotem ad patrem redire, nihil dicunt de liberis,
ſed ſimpliciter loquuntur, ergo ſimpliciter debent
intelligi. l. de pretio. D. de publiciana, & ſi intelle-
xiſſet de liberis, facilè erat eis id exprimere. l. vnica.
§. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & c.
ad audientiam. de decim. vnde cùm nec tot Iure-
conſulti nec Imperatores in ſuis legibus, & re-
ſponſis aliquid dixerint de liberis, vtique creden-
dum eſt, quòd voluerint dotem redire ad patrem
etiam ſtantibus liberis: nam gloſſ. in dicta l. dos à
patre. allegat duodecim iura pro hac parte, quod
etiam ſtantibus liberis dos ad patrem redeat, &
in tot iuribus nulla mentio ſit liberorum, & ta
men veriſimile eſt, quòd ſi voluiſſent tot legisla
tores, quòd extantibus liberis dos ad patrem non
rediret, aliquis eorum id dixiſſet. Et gloſſ. ibi fir-
mat hanc opinionem duabus rationibus, & licèt
Mart. teneat contrarium, prout ibi refert dicta gl.
tamen eius iura non videntur in hoc caſu proce-
dere. nam §. ſui. inſt. de hæred. qual. & differ. & l. in
ſuis. de lib. & poſthum. loquuntur in ſuis liberis,
qui ſunt in poteſtate, ſed hic loquimur de nepo-
tibus ex filia, qui non ſunt in matris poteſtate, vt
probatur in dicto §. ſui. text. autem. in l. pater fi-
lium. D. ad l. Falcid. loquitur, quando pater erat
mortuus, tunc enim dos remanet filiæ cùm ad pa
trem redire nequeat. nec text. in l. illam. C. de col-
lat. facit pro Mart. quia, vt ibi gloſſ. reſpondet, filia
ibi erat emancipata, non autem filiafam. prout
loquitur dicta l. dos à patre. & ſic remanet firma
16 concluſio, † quòd de ſtricto iure dos mortua fi-
liaf. in matrimonio reuertitur ad patrem etiam
ſtantibus liberis. dicta l. dos à patre. cum ibi notat.
& ſequitur Alex. conſil. 67. libr. 7. dicens hanc opi-
nionem de iure veram.

Sed quia opinio Mart. vſu eſt approbata, vt di-
cit gloſſ. in dicta l. dos à patre. & in l. illam. in ver-
bo conferre. C. de collat. & in l. vnica. §. ſileat. C.
de rei vxor. act. & in l. ſi dotali. D. ſolu. matrimon.
ideo circa hoc non eſt vlterius inſiſtendum, quia
eſſet contra ſtimulum calcitrare, pro qua melius
faciunt iura in l. cum auus. D. de condit. & de-
monſtrat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.
arguendo ab vltima voluntate. §. diſponat. auth.
de nupt. & Nicol. Euerar. in loc. 52. quæ tamen iu-
ra adhuc non faciunt pro Martino, quia loquun-
tur in bonis aduentitijs mulieris, de quibus libe-
rè diſponere poterat, ſed non procedunt in dotali-
bus, quæ ad patrem mortua filia redeunt d. l. dos
à patre.

Opinio autem Mart. relata ad text. in dicta l.
dos à patre. intelligitur in dote data propter ver-
bum profecta, id eſt tradita, & redire, quòd de-
notat iam datam viro, aliàs redire non poſſet di-
ci, quæ non fuiſſet prius ad virum. Vnde dubita-
17 tur †, vtrum procedat in dote promiſſa tantùm
nondum data, & multi ſolennes Doctores tenue-
runt, quòd non, inter quos fuerunt Bald. Nouell. in
l. poſt dotem. D. ſolu. matrimon. ſi mora in ſoluen
da dote non ſit contracta, & ſequuntur ibi Hercu-
lan. numero 38. Anton. de Alexan. in quarta limi-
tatione. niſi in contrarium foret practicata iſta cō-
ſuetudo, & iſtos refert Capic. deciſio. 176. colum.
pen. & fin. ſequitur Socin. iun. conſilio 114. nume.
17. & 18. volum. 3. vbi refert ſe aliàs dum eſſet iuue
nis conſuluiſſe contrarium, vt patet in conſil. 35.
libr. 1. & malè, ſed factus ſenior melius cōſiderādo
tenuit aliter, & ita conſuluit Tob. Non. conſ. ſuo

48.incipien.cum Ludouicus. diſputans ad partes, & reſpondens contrarijs fundamentis, & ibi col. 7.verſiculo tertio, & vltimo.refert, quòd ferè omnes Doctores Peruſini ſunt ſequuti hanc opinionem, quorum conſilia manuſcripta ſe oſtendere poſſe dicit, & fuerunt D.G. Pontanus. D.Ang.de Areguſis. & D. Stantius Flerortius, quos cognoui dum eſſem Peruſij de anno. 1549. Auditor ſub Reuerendiſſimo Domino Ioann. Angelo de Medicis Mediolanen. ibi Vicelegato, qui poſtea fuit Papa Pius.IIII.

Horum opinio fundatur primò, quia diſpoſitio ſtricti iuris, & correctoria iuris communis loquens in dote data non procedit in promiſſa, vt per Pau.de Caſtr.Alexan. & Iaſ.in l.ſi donaturus.§. 1.D. de cond. cau. da. Bald. Ruin. Rol. à Valle, & alios allegatos per Non. conſilio 48.nume. 9. ideo conſuetudo Mart.limitans tex. in dicta l.dos à patre. vt non procedat liberis extantibus, loquens in
18 dote data † non procedet in promiſſa, quia non eſt extendenda vltra terminos, in quibus loquitur, vt per Barto. in l. poſt dotem. numero 30. D. ſol.matrim.quod autem conſuetudo Mart.loquatur in dote data ſeu ſoluta clarè demonſtrat Non. vbi ſupra numero 10. & hæc opinio, vt non procedat dicta conſuetudo in dote promiſſa, ſuadetur ratione palpabili, & clara, quia dos datur viro propter onera matrimonij. l. dotis fructus. D. de iur.dot.l.pro oneribus.C.eo.tit. onera autem matrimonij ſunt paſcere, veſtire, & infirmam curare vxorem, & illi matrimonialia obſequia præſtare, vt volunt Doctor.in l.1.D. ſolu.matrimon.& in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſçuiſſimo. Ergo mortua vxore ceſſant onera matrimonialia, & conſequenter dotis petitio à ceſſante ratione. l. adigere.§.quamuis.D.de iur.patr.cap.cum ceſſante.de appellat. & quia res non eſt integra, ſed deuenit ad eum caſum à quo incipere non poteſt. §.ex contrario.inſti.de lega. & ita vult Alex. dicto conſilio 67. libro 7. vbi vide. Nec obſtat, quòd vxor deceſſerit cum filijs, cùm liberi non computentur inter onera matrimonij, nec propter liberos datur retentio dotis, vt inquit Imperator in l. vnica. §. ſileat.C.de rei vxo. act. vbi dicitur, quòd ſtimulus charitatis parentes ad liberorum educationem hortatur, ergo.&c.

19 Confirmatur dicta concluſio ex eo, † quòd de conſuetudine Mart.non conſtat, quòd in dote promiſſa locum habuerit, & maritus tenetur illam probare aliàs ſuccumbit, & probari debet per plurium actuum frequentiam.doct.in l.de quibus. D.de legib.Ang.in §.ex non ſcripto. inſt.de iur.natura.Roch.Curt.in capit.fin.de conſuetud. & pulchrè per Non.dicto conſilio 48.numero 12.& ſeq. Præterea ſi lex dat patri actionem, vt mortua filia dos ad eum reuertatur. dicta l. dos à patre.& in alijs iuribus per gloſſ.ibi copioſè allegatis, à fortiori patri danda eſt exceptio, vt non ſoluat reſiduũ dotis.l.nemo inuitus.§.cui damus D.de reg.iur.vbi Cagnol.poſt Bald.dicit, quòd facilius datur retentio quàm actio.l.per retentionem.C.de vſur.conſiderandum eſt etiam, quòd Imperator, & Iuriſconſul. ſtatuerunt mortua filia dotem ad patrem reuerti, quia minus pater affligeretur perdendo filiam, & etiam dotem, ideo voluerunt, quòd afflictus pater in vno releuaretur in alio, vt dicit Pomponius in dicta l.iure ſuccurſum.maximè, quia filij filiæ vocantur de iure communi ad ſucceſſionem aui mortui conferendo dotem maternam datam.l.illam.C.de collat.& ſic non agitur de præiudicio ipſorum, qui dotem inuenient in hæreditate aui materni.

Et tenendo iſtam partem, quòd opinio Martini non procedat in dote promiſſa, quoniam nulla mora interuenit, non obſtant, quæ in contrarium facere videntur. Et primò, quòd diſpoſitio loquens in dote data procedit in promiſſa, quia reſpondetur id non procedere in materia ſtricta, vt eſt ſtatutum, vel cõſuetudo, vt dicunt Doctor. in dicta l.ſi donaturus.§. fin. conſuetudo autem Mart. procedit in dote ſoluta tantùm, quia venit ad interpretationem dictę l.dos à patre. quæ loquitur in dote data, ergo non habet locum in promiſſa, vt bene concludit Non.d.conſil.48.colum. 7.verſiculo nec obſtant adducta in contrarium.

20 Secundò non obſtat, † quòd promittere, & dare à pari procedunt.l.fin.C.ad l.Falcid.vbi hæres ſoluens, vel promittens ſoluere legata integra non deducit Falcidiam. quia reſpondetur, vt ſupra, quod non procedat in materia ſtricta, vt per Non. vbi ſupra numero 29. Ego reſpondeo aliter, quòd in dicta l. fin. voluntas hæredis declaratur ita per promiſſionem, ſicut per ſolutionem, quia eadem eſt ratio in vtroque, & tantum valet promiſſio, quantum ſolutio, ſecus eſt in caſu noſtro, vbi conſuetudo Martini relata ad text. dictę l. dos à patre. loquitur in dote data, & ideo non procedit promiſſio propter materiam ſtrictam, vt ſupra. Præterea ſi idem eſſet promittere, quod ſoluere in caſu noſtro, ergo diceretur ſatisfactum marito, vt vlterius non teneretur ſocer, quod eſt abſurdum, ideo non dicendum.l.nam abſurdum. D.de oper. libertor.cap.quemadmodum.de iureiur.

Tertiò non obſtat authoritas nonnullorum Doctorum in contrarium allegatorum videlicet Soc.iun.conſilio 35.libro 1. quia ipſe mutauit ſententiam, & ſe correxit in conſilio 114.numero 22. libro 3.idem dicendum eſt de Rol. à Valle, qui in tracta.de lucr. dot. quæſt.5.numero 8. & 9. allegat Socin.dicto conſilio 35. ſimpliciter non decidendo, nec ſequendus eſt Ruin. qui in conſilio 225. colum. 2. libro 5. perfunctoriè hoc dicit non examinando, ideo ei non eſt credendũ, vt dicit Curt. ſen.in l.ſi quis maior. C.de tranſact. numero 8. & tradit Socin. iun. conſilio 1.nume. 143.poſt. Abb. & Fulgoſium quos allegat. prout refert Non. in dicto conſilio numero 8. Vlterius reſpondetur, quòd alia opinio fulcitur authoritate plurium Doctorum, qui re, & numero præponderant.

Quartò non obſtat, quòd in inſtrumento dotali ſocer pro dote promiſerit ſoluere 3000. aureos genero præſenti, & ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis cum iuramento, quod præcisè obligat. capit. debitores. & capit.ad noſtram.de iureiur. & Non.

vbi ſupra numero 7. quia reſpondetur hoc procedere ſi res eſſet integra, & in eodem ſtatu quo erat tempore inſtrumenti durante matrimonio, ſed nunc diſſoluto matrimonio non eſt tractan. de dote, quæ non poteſt eſſe ſine matrimonio. l. 3. D. de iur. dot. & l. fin. C. de donat. ant. nupt. quęlibet enim diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus. capit. quemadmodum. §. 1. de iureiur. Bald. & Salic. in l. fin. C. de non numc. pecu. Secundo reſpondetur, quòd cùm dos ad patrem redire debeat mortua filia in matrimonio non obſtante opinione Mart. quæ non procedit in dote promiſſa, nullum ius competit genero ex dicto inſtrumento, quod ceſſat ceſſante matrimonio.

21 Quintò non obſtat, † quòd gener promiſerit in caſum dotis reſtituendæ reſtituere dictę Iuliæ, aut cui de iure debebit dotem, vel partem ſolutam, quo caſu videtur liberis d. Iuliæ reſtituęda, cum liberi de iure ſuccedant matri, authen. in ſucceſſione. C. de legit. hæred. quia reſpondetur, quòd dicta promiſſio intelligitur, quando ſolutum eſſet matrimonium per mortem ipſius viri, quod patet ex eo, quòd promiſit reſtituere D. Iuliæ, & ſic præſupponit, quòd ipſa eſſet ſuperſtes. Secundo reſpondetur illa verba cui de iure debebit important, quod reſtituatur D. Antonio ſocero. per dict. l. dos à patre. ſaltem quo ad dotem non ſolutam, vt patet ex præmiſſis, cùm in parte non ſoluta conſuetudo Martini locum non habeat.

22 Et ex præmiſſis videtur † concludendum, generum agere non poſſe ſuo nomine, tamen, ſi ageretur nomine filiarum vti hæredum matris ex ſtipulatione, & promiſſione facta de reſtituendo filiæ videretur audiendus, per Alexan. in conſilio 67. libro 7. vbi ſemper vide. Tamen in præſenti caſu ſtipulatio patris, & promiſſio mariti nihil facit in propoſito, quia promiſit gener reſtituere filiæ totam dotem ſi totam habuerit, vel partem habitam, ergo habebit ius in parte ſoluta tantùm, non autem in promiſſa ad quam vir non tenetur.

Nec obſtat renunciatio filiæ de bonis paternis, fraternis, & maternis mediante dote, quo caſu videtur dotem ſuccedere loco legitimæ, quam moriendo tranſmiſit ad liberos per Crau. conſilio 84. Magiſter Anſelmus relatus à Cęſare de Vrſilijs in addit. ad Afflict. deciſio. 236. colum. fin. quia reſpondetur, quòd nulla apparet dos, ſeu bona materna, & ſi conſtaret aliqua fuiſſe non aſcendebāt ad mille aureos, quorum dimidia pars debita fuit D. Alexan. filio, & alia dimidia d. D. Iuliæ filiæ, quæ dimidia non excedens 500. aureos iam eſt ſoluta, & comprehenſa in ſcutis 2500 D. Ioann. Mariæ genero perſolutis, adeo quòd bona materna non ſunt in conſideratione habenda, cùm ſolutione eius, quod debetur tollatur omnis obligatio. inſt. quib. mod. toll. oblig. cum vulga. Quo verò ad legitimam iure naturæ debitam aduertendum eſt, quòd plus ſolutum fuit genero pro dote quæ aſcendat legitima, cùm iam ſoluerit D. A. genero ſcuta 2500. & ſic longè vltra legitimam portionem, quæ in hoc caſu eſt quarta decima pars omnium bonorum prædicti D. Antonij, qui habet ſeptem filios. auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. vnde licèt bona ipſius patris valerent multum, legitima filiæ eſſet ſolum 1500. ſcutorum, & tamen 2500. habuit, & conſequenter vltra bona materna & legitimam, ita quòd reſiduum dotis ſcutorum 1500. non poteſt in dictis bonis maternis nec legitima comprehendi, ſed remanent patri. per dicta l. dos à patre. Et ſic ex præmiſſis redditur clara cōcluſio pro ſocero, & ſi foret dubia adhuc pro eo iudicandum eſſet tanquam reo. l. fin. D. de re iudica. cum vulga.

Auguſtinus Molignatus.

Correo ſoluente inſolidum per ſententiam debitum communi creditori, an habeat regreſſum pro releuio contra alios.

DECISIO CXCI.

1 *Correus debendi ſoluens non vocato correo an poſſit ſolutum repetere pro rata.*
2 *Fideiuſſor quando habeat remedium diuiſionis contra alium fideiuſſorem.*
3 *Reus debendi obligatus ex cauſa neceſſaria ſoluendo totum petit à correo liberationem, ſecus ſi ex cauſa voluntaria, & liberali. & nu. 4. & 6.*
5 *Tex. in §. ſi inſt. de fideiuſſ. declaratur.*
7 *Text. in l. in lege Falcidia. D. ad legem Falcidiam, declaratur.*

DVO, vel plures rei debendi pro extraneo amico cuidam extraneo dotem promiſerunt quilibet eorum inſolidum, quorum vnus iudicialiter conuentus, & condemnatus non vocato correo, neque poſtulata ceſſione à
1 creditore integram dotem ſoluit, quærebatur † an poſſet ab alijs correis portionem aliquam repetere. Et dubium faciebat, quia iſti correi ex illorum liberalitate nullo iure cogente ſe obligauerāt, quo caſu ſoluens videtur donare, ideo repetere non poteſt ab alio correo portionem aliquam, vulga. regu. iuris, cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt, & non poteſt quis abutendo donare in præiudicium alterius, vt dicit Alexan. in l. in lege Falcidia hoc eſſe. D. ad legem Falcidiam. & pro hac opinione facit text. in §. fin. inſtitu. de fideiuſſ. vbi Imperator conſtituit remedium diuiſionis ex epiſtola D. Adriani, quod vult ha-
2 bere locum †, ſi vnus ex fideiuſſoribus euocatus à creditore in iudicio, ipſe alium correum fideiuſſorem interpellet, vt pro dimidia eum releuet, quod

ſi non

ſi non faciat, non habeat remedium diuiſionis: vigilantibus enim, & non dormientibus iura ſubueniunt. l. Paulus. D. de his, quæ in fraud. cred. Tertiò pro hac opinione allegabatur doctr. Iacob. de Rauen. quam ſequitur Bart. in l. reos. in prin. col. 2. & in repetit. l. 1. alias. 2. C. de duob. reis. vbi in hac materia diſtinguit, quòd quando duo rei non ſunt
3 ſocij, † ſi quidem obligant ſe ex cauſa neceſſaria, vt puta mutui, tunc vnus ſoluendo pro alio repetit actione mandati, ſi inuicem ſunt fideiuſſores, & ſi non ſunt fideiuſſores actione negotiorum geſtorum. vt eſt text. in dicta l. 1. aliàs 2. C. de duob. re. vbi gloſſ. magiſtralis, quę procedit etiamſi vnus ex correis ſponte ſoluat. l. ſi in rem. C. ſi cert. peta. ſi verò nihil ad eos peruenit, ſed ſunt correi ex cauſa voluntaria, & liberalitatis, (vt in noſtro caſu) tunc vnus, qui ſoluit nihil repetit ab alio, per tex. in dicta l. in l. Falcidia. D. ad l. Falcid. & hanc doctrinam ſequuntur ferè omnes Doctores præſertim Anchara. conſilio 261. quod donatio. col. 1. Matheſilan. notab. 119. Bertach. in §. rei. verſiculo decimo. Corn. conſilio 123. colum. 2. in princi. libro 1. Fulgoſ. in l. vir vxoris. §. fin. D. ad Velleia. Alexan. in l. ſi ex toto. §. 1. D. de leg. & in l. ſi plures. colum. 1. de pact. in l. diuortio. §. ſi vir. in fin. ſolu. matrimon. Afflict. deciſio. 319. in fin. Ruin. conſil. 76. numero 6. libro 1. & communẽ dicit Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubrica 4. §. 11. quos citat Ronchegall. in dicta l. reos. §. de duobus reis. numero 47. & 48. vbi per plures columnas hãc quæſtionem examinat dicens eam eſſe communem, & quòd in iudicando durum eſſet ab ea recedere, poſtquam ad hoc ventum eſt in hac noſtrorum temporum calamitate, vt opiniones ipſę præiudicatę ſint potiores ipſa veritate.

In contrarium allegabatur text. in dicta l. 2. C.
4 de duob. re. † & ibi gloſſ. quæ ſimpliciter loquitur, & dicit dari correo actionem negotiorum geſtorum. Item, quia negari non poteſt iſtum, qui ſoluit, liberaſſe alium correum etiam inuitum. l. ſoluendo. D. de negot. geſt. vnde cùm vtiliter geſſerit alterius negotium, & eum à ſua obligatione liberauerit, certè conueniens eſt, & æquitati conſonũ, vt poſſit repetere portionem à correo, quem liberauit, cùm in facultate creditoris eſſet aduerſus illum etiam inſolidum agere. dicta l. 2. C. de duob. re. & tantò magis, quia veriſimiliter duo rei, qui pro alio ſe obligant, ita ſe obligant, vt vnus alterum ſaltem pro parte releuet, vt facilius feratur, quod à multis portatur, & pro hac opinione tanquam æquiori tenet Bald. in dicta l. ſi in rem. & ſequitur Rip. in l. ſi ex toto. §. fin. D. de lega. 1. D. Crau. in conſilio 77. vbi loquitur in terminis promiſſionis dotis. Ronchegall. in dicta l. reos. numero 47. & 48. cui magis crederem in hac materia duorũ reorum, quam ſubtilius, & accuratius omnibus alijs diſcutit, & refert Modernum Pariſien. virum doctiſſimum ita etiam tenuiſſe, & irridere illam doctr. Barto. & Iacobi de Rau. Neque ego ſcio videre rationem diuerſitatis in propoſito iſto inter debitum contractum ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria, cùm vtroque modo ſit debitum factum, & ſolui debeat, & quamuis ab initio obligatio fuerit voluntaria, nihilominus ex poſt facto fit neceſſaria ac ſi fuiſſet à principio neceſſaria, vulg. l. ſicut. C. de actio. & obliga. & iniquiſſimum eſſet, quòd ſolus quis pro ſocio incommodum ſentiret, quem à lite redemit, quo circa miror admodum vnde Iacob. de Rau. & ſequaces hanc iniquam, & Chriſtianò nomine minime dignam opinationem, (ne dicam opinionem) adinuenerit, & in hanc ſententiam optimè videtur inclinaſſe Euerard. in conſilio 1. verſiculo nec obſtat. vbi facit diſtinctionem inter confideiuſſores, & correos, vt vni poſſint agere ſine ceſſione, alij non.

Nec obſtabunt allegata in contrarium. Et ad primum negatur hunc correum voluiſſe donare, qui debitum, ad quod compelli poterat via iuris, ſoluit: donatio etenim eſt, eius, quod nullo iure cogente conceditur, erat enim iure ciuili, & naturali obligatus ad ſoluendum actione ſtipulati, quãuis enim omnes contractus ab initio ſint voluntarij, ex poſt facto contractu ſunt neceſſarij. iux. vulgatam regu. quæ ab initio ſunt voluntatis, &c. vt dixi ſupra.

Secundo non obſtat. §. fin inſt. de fideiuſſ. loqui-
5 tur enim † de fideiuſſore pro quo inuentum erat beneficium diuiſionis, quod iure Digeſtorum, & Codicis non competebat duobus reis. Bart. in dicta l. reos. colum. 1. ideo nõ eſt illis imputandum, ſi correus ſoluendo non eſt vſus remedio diuiſionis ſibi non competentis, & vult vti remedio repetitionis ſibi à iure conceſſo. per dictã l. ſi in rem. & dictam l. 2. C. de duob. reis. & l. 1. D. de negot. geſt.

Tertiò non obſtat dictum Iacobi, & Bart. quorum doctrina videtur communiter ab antiquis recepta, quia vt dixi contrarium tenent Bald. Rip. Crau. Pariſien. & Ronchegall. & text. pro communi opinione allegatus nihil probat, dicit enim,
6 † quòd in pendenti eſt, ex cuius bonis inter correos detrahatur illud debitum ab eis promiſſum, donec vnus eorum ſoluerit, vno enim ſoluente ab eius bonis detrahitur, quia debitum exſoluit de ſuo ære, & patrimonio, nec text. ibi dicit, quòd nihil à correo repetere poſſit, ſed noluit Iuriſconſul. rem amplius in pendenti eſſe poſtquam vnus ſoluit, conſiderans poſſe dubium eſſe, nunquid à correo facilis ſit exactio, & interea non eſſe amplius æquum, quòd res in pendenti ſit, & ille text.
7 valde † magiſtralis eſt, diſtinguit enim vtrum eſſent ſocij, vel ne: cęterum ſi non ſint ſocij generaliter loquitur, nec diſtinguit vtrum ſint correi ex cauſa neceſſitatis, vel liberalitatis, prout ſi id voluiſſet diſtinguere potuiſſet, & ideo intellectus Iacobi Barto. & aliorum, dicentium, quod intelligitur illa lex in cauſa liberalitatis, eſt diuinatiuus, vt dicit Bald. in dicta l. ſi rem. & reprehendit Bart. quòd nimis in hac materia exaltauit vocem ſuam & ideo ipſe ibi aliter diſtingit, & fortè melius. Et ſi conſideremus liberalitatem, certè omnes fideiuſſores ſe obligant pro liberalitate, cùm tamen ad eos nihil peruenerit, & tamen illis particulariter D. Hadrianus prouidit, vt beneficiũ diuiſionis

Deciſio CXCII.

inter ſe ipſos haberent, vnde æquiſſima, & ſuſtentabilis videtur opinio Bald. & Ronchegalli, & aliorum, vt bonus iudex ex circunſtantijs diſcernat, vtrum repetitio danda ſit, vel non, & cui bono res ceſſerit, cum enim duo rei ſtipulandi dicantur à re ipſa de qua agitur, dubium non eſt, quin ſi pecunia ad vnum tantùm peruenerit, & ille ſoluerit, non poſſe alium correum illud petere, ſi verò is totum ſoluit ad quẽ nihil peruenit, poſſe id quod ſoluit totum repetere, ſi verò ad vtrunque res peruenit, clara res eſt proportionabiliter ab alio portionem dari, quòd ſi ad neutrum res peruenit, & tamen ex vnius ſolutione alter liberatur, æquum eſt, vt qui liberationis commodum ſentit, is etiam incommodum ſolutionis ferat, vulg. regu. l. ſecundum naturam. de reg. iur. Quare cùm de hoc quæſtio eſſet, Senatus totus congregatis claſſibus de more propter difficultatem articuli, re maturè conſiderata, reiecta opinione Bartol. ſequutus eſt opinionem Bald. & aliorum correum condemnando ad releuium, in cauſa Villæfranchæ. Referentè Dom. Senatore Guerillo 1586. 24. Nouembris. Sed vt euitentur iſtæ ambages, & contentiones bene erit, vt ille correus, qui integraliter ſoluit, curet à creditore cedi ſibi ius agendi aduerſus correum, iuxta nota in l. Modeſtinus. ff. de ſolutio.

Dos congrua quomodo dici poſſit, & an frater ſororem alere, & dotare teneatur, & quid hoc caſu contribuere debeat, Reſoluitur præterea ſatis ardua quæſtio an authen. res quæ. habeat locum in filijs nondum conceptis, & plura ad materiam taxationis dotium.

DECISIO CXCII.

1 *Dos filiæ debet eſſe congrua, & qualiter id ſit.*
2 *Dotata ſi à ſtatuto excludatur, debet tamen congruè dotari vſque ad legitimam.*
3 *Dos vt congrua fiat, poßunt capi bona ſubiecta fideicommiſſo, & feudalia. nu. 4.*
5 *Filia non obſtante renunciatione poteſt agere ad ſupplementum congruæ dotis.*
6 *Dos mille aureorum an dicatur congrua.*
7 *Frater diues tenetur dotare ſororem inopem, & etiam alere.*
8 *Tutores poßunt cogi ad dandam congruam dotem filiæ.*
9 *Frater tenetur etiam ad iocalia, & veſtes maritando ſororem.*
10 *Patris voluntas irrationabilis non eſt ſeruanda.*
11 *Auth. res quæ. an habeat locum in filiabus nondum conceptis.*
12 *Teſtatoris voluntas in teſtamento nullo eſt ſeruanda.*

DOTIVM taxa, & quantitas Illuſtrium. DD. ſororum O. & V. de P. tum à Sereniſſimo Duce Domi. meo, tum à tutoribus nobis commiſſa (tanquam boni viri arbitrio, quod fieri neceſſe eſt, vt latè ſcribit Menoch. de arbitrar. iudi. caſu 149.) non paruam recipit difficultatem ſtantibus teſtamentis, & claris voluntatibus aui, & patris, ac Reuerendiſſimi Patrui iſtarum filiarum, qui tam enixo animo fauent maſculinæ agnationi, vt illas modica dote ſcutorum mille contentas eſſe voluerint. Et ad rei elucidatio-
1 nem primò præſupponendum eſt, quòd † dos filiæ debet eſſe competens, & congrua dignitati natalium, facultatibus patris, vel aui dotantis, & qualitati mariti, cui nubere conuenit, habita etiam ratione ad numerum liberorum patris, & ad conſuetudinem aliarum mulierum in ea familia nuptarum, & regionis, quæ omnia colliguntur ex eleganti text. in l. quæro. D. de iure dot. l. ſi filiæ pater. de lega. 3. Fulgoſ. conſilio 32. ex facto. verſic. & notandum. Bald. nouell. de dot. quinta par. priuile. 16. colum. 8. Brun. de ſtatut. excluden. fœm. artic. 9. quæſtio. 1. numero 32. Cephal. conſilio 751. nume. 11. Menoch. dicto caſu 149. numero 38. & ſequen. Et non dicitur congrua dos, niſi ſit iuxta legitimam, & ideo ſi filia dotata excludatur à ſtatuto,
2 debet † tamen congruè dotari vſque ad legitimã. Salyce. Fulgoſ. & Iaſ. in authen. res quæ. cum alijs pluribus Doctoribus citatis per Tiraquel. in l. ſi vnquam. §. ſuſceperit liberos. numero 110. C. de reuocan. donatio. & hoc etiam ſi dotaretur à patre, quamuis enim pater præſumatur legitimè dotare, & tunc non ſoleat inſpici quantitas patrimonij, vt dicit Dec. conſilio 26. numero 1. poſt Caſtr. conſilio 108. quod in nouis eſt conſilio 275. ſuper primo quæſito. colum. 3. numero 6. libro 1. Curt. ſen. conſilio 30. colum. fin. Iaſ. conſilio 221. libro 2. Alexan. conſilio 121. libro 6. Ruin. conſilio 27. & 34. libro 3. præſertim ſi filia renunciat. [redacted]
3. [redacted] ad Alexand. conſilio 69. libro 1. Tamen hoc limitatur, quando ſtatutum municipale vlterius procedit diſponendo, quòd talis filia ſit contenta dote à patre data, ita vt nihil aliud petere poſſit. Bald. in l. fin. colum. 2. C. de dot. promiſſ. verſic. ſed pone, quòd iſta filia. quem ſequitur Alexan. dicto conſilio 121. libro 6. Curt. ſen. dicto conſilio 30. colum. fin. Iaſ. dicto conſilio 221. libro 2. qui dicit hoc ſeruari de conſuetudine, & hoc caſu ſi conſtaret de magno exceſſu eſſet etiam augenda dos. Brun. in conſilio ſuo impreſſo poſt tract. de ſtatut. exclud. fœmi. numero 4. Menoch. conſilio 251. per totum. & latè per Dominum Ozaſcum conſi. 76. numero 23. referens iudicatum per Senatum hoc caſu, vt dos reduceretur ad congruitatem non obſtan. ſtatuto fœminarum excluſiuo. Neque enim mulier dotata dicitur, niſi ei data dote congruenti. Natt. conſi. 37. nu. 4.

Ampliatur hoc præſuppoſitum, vt ſi inſpecta digni-

dignitate natalium,& familiæ,legitima patris, vel
aui non ſufficiat ad dotandam filiam , poſſint
etiam capi alia bona vltra legitimam , etiã quod
3 ſint ſubiecta † fideicommiſſo auito. text.eſt aper-
tus in auth.res quæ.C.cõmun.de fideicõ.& clarius
in corpore vnde ſumitur. §. quam ob rem. auth.
de reſtitut.vbi Imperator conſiderat fauẽdum po
tius eſſe dotibus quàm fideicommiſſis. Fulgoſ.di-
cto conſilio 32.colum.2.verſiculo, ſed tamen.Bal.
Nouell.de priuileg.dot. Priuileg.16.part.5.colum.
8.verſiculo tertio ad qualitatem , & vbi deficerẽt
4 allodialia,talis dos † in feudalibus conſtitui poſſet,
ſi illa legitima non ſit ſufficiens ad dotandum , &
hoc virtute decretorum antiquorum Saband. li-
bro 6.& 8. Yolant. & Blancæ , & ita etiam circun-
ſcriptis decretis in iſtis terminis loquens de iure
communi conſuluit Abb.conſilio 12. in 7. dubio.
vbi loquitur in cauſa Iohann. Ducis Aragoniæ.
ſubdens , quòd licèt primogeniti ſuccedant in Co
mitatu , & Baronia,nõ tamen debent alij filij mẽ-
dicare , & filiæ indotatę remanere,& vt inquit To-
rentius acu, & tela , aut quòd peius eſt turpi quæ-
ſtu victum quærere.poſt Hoſtien.& Ioan.Andr.in
cap.licet.§.fin.de voto.

Ampliatur præterea etiamſi filia acceptaſſet le-
gatum , dotis , de quo pater iuſſerat eſſe conten-
tam, & renuntiaſſet reliquæ hæreditati : nam ad-
5 huc † poſſet agere ad ſupplementum congruæ
dotis.Bald.Nouell.dicta part.5. priuileg.17.verſicu
lo item ſi pater. poſt Caſtren. in conſilio incipien-
te,licet iſta Domina Lyſa, quod in nouis eſt ſub
numero 83. & repetitur ſub numero 265. libro 2.
de quo tamen ego dubitarem ſtante iuramento,
propter ius canonicum.

Ex quibus infertur, quòd cùm auus filiarum de
quibus agitur teneretur dotare neptes iuxta l. de-
dit dotem. D. de collat. bonor. per quem ita dicit
Barto. & Doctores.in l. 1.ſol. matrimon. vbi Rip.
numero 64. & poſſideret in bonis tempore teſta-
menti pluſquam 80. aureos , etiam inſpecto nu-
mero liberorum dos mille aureorum non erat
congrua, & exceſſiuè grauantur filiæ in hac parua
dote, vnde reducenda erit ad congruitatem habi-
ta etiam ratione illius dotis, quam ipſe auus dedit
propriæ filiæ iam annis 30. quo tempore multò
exiguiores dabantur dotes nobilibus mulieribus ,
quam conſuetudinem auitam in hoc caſu atten-
dendam eſſe dicit Fulgoſ. dicto conſilio 32. verſi-
culo,& notandum.Cephal. conſilio 668.numero
3.Infertur præterea, quod dos aſſignata à patre eo
præſertim tempore quo carebat filijs maſculis etiã
incongrua dicitur, & ad idoneam dotem redu-
cenda.

6 Nec obſtat ſi dicatur, quòd † dos mille aureo-
rum eſt digna magno comite , vt dicit Dec. dicto
conſilio 26. colum. 2. in fin. Cephal. conſilio 665.
numero 25. poſt Bald. & Fulgoſ. per eum relatos,
quoniam hæc ætas aliam vitam , & alios mores
poſtulat,vt ait Comicus,& pretia rerum ex quali-
tate temporum mutantur , & ex communi vſu.l.
pretia rerum. D.ad l. Falcid. nunc enim dos mille
aureorum datur cuilibet etiam ignobili , & pau-
peri mulieri: & quòd dignitas , & qualitas tempo-
ris inſpiciatur,dicit text. in l.ſi quis.§.æquum. D.de
relig. & pulchrè in iſtis terminis dotium declarat
Simon de Præt.conſ.90.in fin.

Præſupponitur vlterius verũ eſſe in Iure , quòd
7 frater diues tenetur † dotare ſororem inopem ex
vtroque parente natam.gloſſ. Cyn.Bal.Salic.& alij
in l.non omni. C.de adminiſtrat. tutor. per text. in
l.cum plures. §. cum tutor. de adminiſtrat. tutor.
vbi ex illo text.hoc notat Barto. & ſequuntur cõ-
muniter Doctores,vt dicit Alexan.in l.1.ſolu.ma-
trimo.& ibi Iaſ.numero 29. qui dicit ita ab omni-
bus teneri , & quòd eſt ipſa veritas , & commu-
nem dicit Rip.ibi numero 83.ſequitur. Guid.Pap.
quæſt.439. numero 7. Natt. conſilio 401. numero
4.libr.2. & firmauit Senatus ita iudicando in cau
ſa Lignanæ Vercellen.1588.27.Setembris, quod
procedit etiamſi filia alia bona habeat , vel legiti-
mam non ſufficientem, debet enim tunc frater de
proprio vendere , vt illam dotet . Ita in terminis
decidit Abb. dicto conſilio 12. colum. 2. in 7. du-
bio . Et etiam in alimentis , quia illa frater diues
inopi ſorori ſubminiſtrare tenetur , vt per Guid.
Pap.d. quæſt.439. nume. 7. & cenſuit Senatus in
ſupradicta cauſa Lignanæ.

Et quamuis frater ſit pupillus , poſſunt tamen
8 cogi tutores ad congruam † dotem conſtituen-
dam.l.1.§.1. in fin. D.de tutel. & ratio diſtrahen. &
quamuis ibi videatur requiri decretum iudicis,ta-
men ille text. intelligendus eſt ad abondantem ,
vt dicit. Gotfred. ibi per l. qui filium. in fin. D. vbi
pupill. educa. deb. vbi etiam ſine decreto iudicis
receditur à voluntate paterna ex iuſta cauſa. Nec
enim iſtæ filiæ dicuntur poſſe nubere ex dote aſ-
ſignata,ſi cõgruè, & ex dignitate non nubunt.l.ne
pos proculo.de verborum ſignificat. Luc.de Pen.
in l.fina. colum. quarta. in fin. C. de exactorib. tri-
butor.

Et hæc tantò magis procedunt ſtante ſtatuto ,
quòd filiæ fęminæ non ſuccedant ſtantibus maſ-
culis : tales enim maſculi , qui hanc commodita-
tem à ſtatuto conſequuntur , debent de congrua
dote mulieri prouidere, & hoc adeo verum eſt,vt
etiamſi filia iuſtè eſſet à patre exhæredata , ita vt
non poſſet aliquid petere , & habere ex patris bo-
nis,tamen frater tenetur dotare. Bald. Nouell. di-
cta part.6.priuileg.16.colum.3.cir.fin. Neque ſo-
lùm dotem filiæ tradere fratres , vel illorum tuto-
res tenentur,ſed etiam vltra dotes à patre, vel auo
relictas alia,quæ ad dotem adduntur ſub miniſtra
9 re , & exhibere debebunt , vt veſtes,† & ioçalia ,
quæ ſponſis dantur , & quæ in teſtamentis aui , &
patris non relinquuntur.l.qui filium.D.vbi pupill.
educa. deb. vbi ſi pater ducenta tantum. filiæ le-
gaſſet,& nihil aliud,tamen tutor conſequi poterit
etiam alimenta , & aliàs expenſas factas circa eru-
ditionem filiarum.

Nec obſtabit in caſu noſtro , quòd fratres ad
plus non teneantur quàm ab auo , & patre iſtarũ
filiarum ſtatutum ſit , cùm illorum voluntas ſit
10 ſeruanda,quia hoc non eſt verum† vbi irrationa-
bilis circa filias voluntas ſit. l. 2. in fin.vbi pupill.

educa. deb.& l.5.§.quamuis.de adminiſtrat. tutor. & impeditiua honeſtarum nuptiarum, quarum fauor publicus eſt. Quo circa laudanda, eſt nicientium conſuetudo: ſolent enim patres debiliori ſexui conſulentes totam eorum ſubſtantiam filiabus pro earum dotibus aſſignare, maſculis verò parum, vel nihil relinquere, qui ſua induſtria, & labore ſibi ipſis prouidere poſſint, iuxta illud.

Currit mercator ad indos,
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes.

Nec etiam poteſt auus, vel pater prohibere, quin pro dotibus capiatur fideicommiſſum, vt per Cephal. conſi.683. nu.9.

Nec etiam obſtabit quo ad capiendam dotem ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, quod dicit Alciat. conſilio 640. à Perilluſtr. & Reuerendiſſimo Domino meo in hac cauſa allegatus, quod
11 † authen. res quæ non habet locum in filijs nondum conceptis, quæ ſententia ſecundum Alciat. non habet contradicentem, imo cum eo tenet Menoch. conſilio 131. Burſa. 180. nume. 19. Pariſ. conſilio 64. numero 46. libr. 2. & Marzar. in Epito. fideicommiſſor. quæſtio. 48. in fin. dicens ita iudicatum per Rotam Florentinam. Didac. variarum reſolu. libro 3. cap. 6. in fin. verſic. illud tamen. quia fortè illa opinio Alcia. de iure non procedit. & quamuis Alciat. dicat non reperire contradicentem, tamen Didac. dicto capit. 6. allegat multos, qui contrarium tennerunt, & alios multos citat, & ſequitur P. Antonius de Petra in tracta. de fideicommiſſ. capit. 8. numero 394. & ita iudicatum in Rota Lucen. dicit vt videre eſt per Ioſeph. Ludou. deciſio. Lucen. 28. numero 96. Ioann. de Anan. conſilio 61. tertio dubio. Rimunald. ſen. conſilio 144. D. Lucretia. libro. 2. & hanc opinionem contra Alciat. poſt multam diſputationem tenuit Senatus noſter Pedemontanus in cauſa Vercellen. Nigri contra tertios poſſeſſores. 1589. 28. Aprilis Referente D. Senatore Craueta, quamuis ipſe multis argutis rationibus pro Alciati ſententia teneret. Et præſertim in caſu noſtro procederet hæc opinio contra Alciat. quandoquidem iſtarum filiarum auus mentionem fecit, & illas habuit in conſideratione. Præterea videtur opinio Alciat. contra text. in §. quamobrem. authen. de reſtitut. vnde dicta authen. res quæ. deſumpta fuit, vbi indiſtinctè loquitur Imperator de filiabus dotandis de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ratio in illo text. expreſſa tam ad conceptas quàm non conceptas refertur, vnde & illius diſpoſitio. Nec me mouet ratio à Didaco allegata, quia ſi ea vera eſſet in totum ceſſaret diſpoſitio dicte auth. cùm pater poſſit de bonis ſuis diſponere pro libito voluntatis, & ea proijcere in mari, vt dicit Bald. in proœm. C. colum. 3. verſiculo iam hoc quæro, quod notandum ſubijcit Dec. conſilio 557. numero 7. Facit etiam, quia publicum ius, & vtilitas dotandi filias præfertur priuatæ, & ambitioſæ diſpoſitioni fideicommiſſorum, ad nota. in l. 1. D. ſolu. matrim. Nec procederet in bonis feudalibus, ſtante diſpoſitione decreti loquentis etiam indiſtinctè tam de conceptis quam non conceptis, quia bona feudalia videntur ſtrictioris naturæ quàm fideicommiſſa.

12 His accedit, quòd † teſtamentum patris licèt nullum voluntatem tamen patris declarat, vt eſt text. in l. fin. D. de reb. cor. vbi dicitur tutores debere ſequi voluntatem teſtatoris, de qua conſtat in teſtamento nullo. Ideo cum pater in teſtamento legauerit mille ſuper bonis ſuis, non videtur intellexiſſe de alijs mille ab auo legatis, cùm diuerſum fuerit vtriuſque patrimonium, & tanto magis, vt euitetur abſurdum, quod ſequeretur de incongruitate dotium, de quibus ſupra dixi.

Quibus ſtantibus, & pro veris præſuppoſitis veniendo ad taxam mihi commiſſam exiſtimaui declarari attentis ſtatutis, & teſtamentis, & ratificationibus productis, nullum quidem ius in hæreditatibus patrui magni, vel aui ſpectare iſtis filiabus, verùm arbitrio boni viri, iuxta dictā l. quæro. & l. ſi filiæ pater. de lega. 3. & Doctores ſupra citatos reducendas eſſe dotes ipſarum filiarum ad aureos tres mille pro qualibet, quorum mille capiantur in bonis aui, & reliqua duo milia ſoluantur per fratrem incluſis mille à patre legatis, & vlterius in neceſſarium conſequens ſoluantur etiam additamenta ad dotes, quæ ſunt veſtes, iocalia, & expenſæ nuptiarum, quas arbitratus ſum ad aureos quingentos. Quæ omnis pecunia primò capiatur in bonis allodialibus ſi extant fideicommiſſo non ſubiectis, deinde ſuper bonis ipſis fideicommiſſo ſubiectis, vel feudalibus, & ad abundantem cautelam, cùm hæc fiant contra voluntatem parentum, vt cautum magis ſit tutoribus, requirendam eſſe authoritatem, & decretum Principis, iuxta l. ſi plures. §. quamuis. D. de adminiſtr. tutor. Et quamuis iſtæ dotes trium millium aureorum vix congruant iſtis temporibus attenta qualitate, & dignitate perſonarum & bonorum, nihilominus tamen vnaquæque dici poteſt congrua eo inſpecto, quod iſtæ aliæ poſſint etiam ſupplementum capere in dotibus, & bonis maternis, quam conſiderationem habuit Senatus ſuperioribus annis in dotandis filiabus Domi. Fulguris Scalengiarum Condomini.

Obligatio generalis an comprehendat bona hypothecari prohibita, ita vt ſequuta hypotheca generali hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione relicta.

DECISIO CXCIII.

1 *Generalis hypotheca facta ſuper omnibus bonis an comprehendat hypothecari prohibita. & nu. 2.*
3 *Interpretatio inducens delictum, & priuationem alicuius rei fugienda eſt.*

TESTA-

TESTATOR prohibuit ne
hæres bona alienaret aut hypo-
thecaret, quod ſi id faceret, pri-
uabat eum ſua hæreditate, &
vocabat alios. Hæres in quadam
obligatione hypothecauit om-
nia bona ſua cum clauſula cō-
1 ſtituti in forma: quæſitum fuit an locus eſſet † pri-
uationi hæreditatis. Et contra hæredem allegaba-
tur Marſil. in rubr. de fideiuſſorib. quæſt. 27. nume.
194. Iaſ. conſil. 124. colum. 5. libr. 4. item allegaba-
tur, quòd paria ſunt, quid fieri in genere, vel in ſpe
cie, & ideo obligatio, vel hypotheca generalis nō
ſolùm comprehendit omnia bona præſentia, ſed
etiam futura. l. fin. C. quæ res pign. & qui totum di-
cit nihil excipit. capit. ſolitæ. §. nos autem. in fin. de
maiorita. & obedien. & idem operatur genus in
ſuo genere, quod quælibet ſpecies in ſua ſpecie.
2 Sed in fauorem † hæredis dicebatur, quod in ea
generali obligatione non intelligebantur ea bona,
quæ erant hypothecari prohibita, ita Barto. in l.
codicillis. §. inſtituta. nume. 5. de leg. 2. Alex. conſil.
16. nume. 10. & conſil. 20. nume. 9. libr. 5. Negu-
ſant. de pignorib. par. 2. memb. 2. nume. 29. Clar. in
§. Feudum. quæſt. 31. verſiculo in propoſito. ſic
enim in feudo dicimus bona feudalia in generali
bonorum obligatione non comprehendi. vt per
Negnſant. dicto memb. 2. ſecundæ par. principalis.
nume. 43.

Nec obſtant adducta in oppoſitum, quia Mar-
ſil. & alij, qui dicunt contrarium, non loquuntur
in his terminis generalis hypothecę acceſſoriæ ad
aliam obligationem, poteſt enim verificari hypo-
theca in bonis futuris. dicta l. fin. C. quæ res pign.
3 & omnis † interpretatio ſiniſtra, & priuationem
ac delictum inducens fugienda eſt, quando ver-
ba in aliquo caſu poſſunt verificari, prout in caſu
iſto, vbi poſſunt verificari hypothecę in bonis ac-
quirendis, durum enim eſſet, quod is, qui non ha-
bet alia bona quàm ſubiecta, non poſſit ſe ac bo-
na ſua futura obligare, & ſaltem in obligatione
veniunt fructus illorum bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum prout in ſimili dicimus, quod vaſſal
lus, qui bona hypothecabit licet non intelligan-
tur feudalia, vt ſupra dicebam, tamē ſi nihil aliud
habet, fiet ſaltem executio in fructibus eius vita
durante. argumento l. ſtatus Florus. §. Cornelio.
Fęlici. D. de iur. fiſci. ex quibus videtur in caſu iſto
non eſſe tutam, ſed valde rigoroſam opinionem
Iaſ. & Marſil. in locis ſupracitatis, nec eſſe ex tali ge
nerali obligatione priuandum hæredem, niſi ad
ſpecialem hypothecam bonorum prohibitorum
ſcienter deueniſſet. Nec etiam obſtat ratio ge-
neralis hypothecę, quia illa regula procedit, quan-
do omnia poſſunt hypothecari, tunc enim omnia
veniunt, ſecus, quando deficit potentia per ſupra-
dicta, & cùm hac opinione in fauorem hæredis
6 tranſiuit Senatus in quadam Taurinen. Refe-
rente Dom. Senatore Ozaſco. 1587. ſecunda
Martij.

Executio, quæ fit in odium debitoris ad formam decreti Sabaudiæ cum tertio pluris, an poſſit fieri eo modo in odium fideicommiſſarij.

DECISIO CXCIIII.

1 *Decretum Sabaud. ſuper leuatione bonorum cum tertio pluris an procedat in odium fideicommiſſarij. & numero 3.*
2 *Subſtituti citatio non requiritur in cauſa contra hæredem mota.*
4 *Decretum Sabaud. de tertio pluris concernit fauorem creditoris.*
5 *Sententia nocet ſubſtituto non vocato.*

MARITVS legat vxori dotes
ſuas, & vlterius aureos mille, &
bona omnia fideicommiſſo ſub
iecit: hærede non ſoluente fuit
condemnatus, & proceſſum ad
executionem, quæ fuit facta in
bonis fideicommiſſo ſubiectis
cum tertio pluri iuxta formam nouorum decre-
1 torum. Fideicommiſſarius † vult repetere illud ter
tium pluris allegando, quod illud datur credito-
ri in odium debitoris contumacis, & ſic mora, &
contumacia hæredis non debet nocere fideicom-
miſſario. l. mulier. §. ſed enim. D. ad S. C. Trebell.
cum alijs vulgatis. Pro muliere verò allegaba-
tur, quod acta erant facta iuxta formam decreto-
2 rum, neque erat neceſſaria † citatio fideicommiſſa
rij. Barto. in l. in diem. numero 1. verſiculo ſecus ſi
in iudiciali. D. de aqu. plu. arcen. Ruin. conſilio 19.
in fin. libro 2. & cōſilio 106. numero 8. libro 3. Ga-
briell. de citat. conclu. 1. limitat. 9. & in terminis
text. in l. filiusfamilias. §. diui. in fi. D. de lega. 1. Nec
obſtat l. peto. §. prædium. D. de lega. 2. quia proce-
dit, quando alienatio fit, vt ſoluatur creditoribus
hæredis, ſecus in creditoribus teſtatoris, tūc enim
irreuocabiliter tenet, vt per Crott. in dicto §. diui.
numero 36. nec etiam videtur obſtare, quòd hæc
alienatio dicatur volūtaria ex his, quæ dicit Crau.
in reſpon. pro genero. nume. 44. iuncta l. fin. §. ſi au
tem ſub conditione. C. commun. de legat. quia re-
ſpondetur, quòd ex parte creditoris non eſt volū-
taria alienatio, quia inuitus cogitur accipere, & il-
la. l. vltima procedit in emptore merè voluntario.
dicto §. diui. in fin. & dicto §. ſi autem. repetitio
enim non eſt ab eo, qui ſuum recepit. l. repetitio.
D. de condict. indebi. & ad hoc etiam facit, quod
dicit Alber. de ſtatut. part. 2. quæſt. 2. nume. 2. quod
ſtatutum prohibens alienari in foreniſem, non ha-
bet locum in alienatione iudiciali, & neceſſaria.

Nec etiam obſtat, quòd velit fideicommiſſa-
rius reuocare hæc bona tanquam ſecundus cre-
ditor oblato debito, iuxt l. 2. C. ſi antiqu. cred. vt in
ſimili caſu dicit. Dom. Ozaſ. deciſio. 135. quia non
3 eſt † verè creditor, ſed potius debitor, cùm ſucce-
dat in locum hæredis. §. reſtitut. in fin. inſt. de
fidei-

fideicommiſſar. hæred. & illi reſtituitur hæreditas deducto eo, quod æris alieni nomine ſolutum eſt. l. in imponenda. C. ad l. Falcid. Crau. conſil. 298. nume. 10. Præterea ſequerentur multa abſurda. Primò, quòd hæc executio ſtaret in ſuſpenſo, cōtra l. actus legitimi. de regu. iur. Secundo, quòd teſtator poſſet fideicommittendo creditori nocere. contra l. filiusfam. §. diui. de lega. 1. Tertiò, quod ex perſona ſucceſſoris mutaretur forma obligationis. contra l. 2. §. ex his igitur. D. de verbor. obligat. & l. fin. §. licentia. C. de iur. deliberan. Quartò, quòd eſſet arbitrarium ſubſtituto reuocare ſubhaſtationem ſi videatur ſibi lucroſum, contra l. penul. C. de ſolut.

4 His accedat, quòd † decretum illud de tertio pluri non eſt factum in odium debitoris, ſed in fauorem creditoris, vt euitentur diſpendia, quæ patitur capiendo aliud pro alio. contra l. 2. in prin. D. ſi cert. petat. & quia tenetur expectare ſex menſes debitorem volentem redimere, & alia, quæ poſui ſupra deciſ. 158. quæ rationes cùm militent in caſu iſto, militare etiam debet diſpoſitio, & cui nocet ſententia, nocere etiam debet executio,
5 † ſententia autem nocet ſubſtituto non vocato. Rip. in dicto §. diui. nume. 60. Didac. pract. quæſt. cap. 13. nume. 6. ergo, &c. & ius offerendi non nocet niſi creditori hypothecario. l. cum tibi. C. qui potior. l. nullus. C. de ſolut. Crau. dicto conſilio 298 nume. 3.

Ad allegata in contrarium reſpondebatur non conſtare de mora hæredis, qui in hæreditate non reperit pecuniam: item dato, quòd eſſet in mora, & culpa, illa non debet nocere fideicommiſſario, cùm mora vnius non debeat alteri nocere, & tantò magis in hoc caſu res videbatur clara, cùm ratione dotium mulier eſſet prior in tempore, habebatque hypothecam in illis bonis fideicommiſſo ſubiectis: ratione verò legati erat etiam anterior, cùm legatum ſuum eſſet paruum, fideicōmiſſum autem ſub conditione.

6 Ex quibus cenſuit Senatus totus non eſſe ſubſtituto concedendum reuocationem illius tertij pluris, ſed manutenendam mulierem in bonis de gagio leuatis, reparata ſentētia eiuſdē Senatus coram vna Camera, qui aliter in prima inſtantia iudicauerat. 1587. die 9. Martij. in cauſa Ferrarij, & Maloperæ, referente D. Senatore Goueano.

Statutum de dote per maritum lucranda an habeat locum in iocalibus, & paraphernalibus, ita vt illa cum dotis parte mariti commodo cedant.

DECISIO CXCV.

1 *Lucrum dotis an ad iocalia, & paraphernalia extendatur. & num. 4.*
2 *Statutum contra ius ſtrictè interpretari debet.*
3 *Dos datur propter onera matrimonij.*
5 *Veſtes, & mobilia dicuntur additamenta ad dotem.*
6 *Maritus an plus iuris habeat in dote, quàm in veſtibus, & iocalibus vxoris.*
7 *Statutum de lucro dotis procedit in iocalibus, & corredo, non in paraphernalibus magni valoris, & immobilibus.*
8 *Maritus ſi lucretur dotem vigore conſuetudinis, non lucratur iocaliorum, & corredi partem.*

CVM aliàs dixerimus maritum, vel ex generali conſuetudine, vel vt plurimum ex decreto. l. municipalis medietatem dotis mortua vxore lucrari ſupra de-
1 ciſ. 183. dubitari poſſet † an huiuſmodi lucrum ad iocalia, & paraphernalia extendi poſſit, & ad alia, quæ dantur à patre ſeu alijs, quando ſponſa ducitur ad domū mariti. Et quidem dubia, & difficilis eſt quæſtio: Nam quod maritus non lucretur niſi dotem, vel eius partem, cætera autem omnia reſtituantur hæredibus vxoris, ſuadent infraſcripta.

Primo, quòd ſtatutum hoc vti correctorium iuris communis, vulga. regu. l. dos à patre. C. ſolut.
2 matrimo. ſtrictè interpretari † debet. l. 3. §. hæc verba. D. de negot. geſt. l. conſtitutionibus. D. ad municipa. & in terminis huius ſtatuti Rol. de lucr. dot. quæſtio. 2. nec extenditur ex identitate, vel maioritate rationis. auth. Quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & pactum factum ſuper principali non trahitur ad acceſſoria. Dec. in capi. tranſlato. col. 2. de conſtitut. & hoc argumento vtitur Socin. iun. conſil. 93. nume. 6. lib. 1.

Secundò, quòd maritus maius habet ius in dote cùm in ea ſit dominus. l. doce ancillam. C. de furt. in alijs verò non habet etiam vſumfructum, vt aliàs dixi l. penultim. C. de pact. conuen. l. ſi ego §. penult. D. de iur. dot. Dec. conſil. 521. nume. 3. ergo non valet argumentum de dote ad alia bona, ſicut nec argumentum à maiori ad minus affirmatiuè.

3 Tertiò, ſicut dos † datur propter onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iur. dot. ita ſtatutum de dote lucranda videtur factum, vt oneribus à marito in matrimonio paſſis ſubueniatur, vt dicit Roland. in dicto tractat. de lucr. dot. cætera autem bona ideo dantur, vt in totum ſint vxoris, & ſine tali onere. dicta l. ſi ego. §. penult. Caſtr. conſil. 418. viſo caſu. libro 2. vnde ceſſat in eis ratio ſtatuti, & conſequenter illius diſpoſitio. capit. cùm ceſſante. de appellat.

Quartò pro hac opinione adducitur authoritas magnorū doctorum, nam ita tenuit Cagnol. in l. cum principalibus. D. de regul. iur. qui dicit ita fuiſſe obſeruatum in ciuitate Vercellarum, vbi viget ſtatutum de dote lucranda, de quo aliàs ſcripſimus. & D. præceptor meus Socin. iun. conſil. 93. nume. 6. lib. 1. & ex ſupra relatis, & alijs rationibus idem firmat Reuerendiſſimus. D. Molignatus Vercellenſis in ſuis quiſquil. manuſcrip. capitulo 492.

vbi

vbi reſpondet ad Ioan. de Anan. & alios doctores tenentes contrarium.

Pro contraria verò opinione, quòd maritus lucretur non tantum partem dotis, ſed etiam iocalium,
4 & aliorum bonorum † paraphernalium, adducitur text. in terminis in l. inter ſocerum. §. cum inter. D. de pact. dotal. vbi dicitur, quòd pactum de lucro dotis habet locum in eo, quod datur additamenti causa: ea autem, quæ dantur à patre ſponſæ
5 præſertim verò veſtes, † & alia mobilia nulli dubium, quòd ſunt additamenta ad dotem, vt ſponſa magis congruè nubat, & ſi hæc non darentur tanto minor eſſet dos. Caſtr. in l. cum pater. §. pater filiæ. nume. 2. de leg. 2. & cùm ſint acceſſoria dotis debent iudicari prout de ipſa dote. Alexand. conſil. 27. nume. 10. libr. 5. & conſil. 117. nume. 23. libro 6. & hoc argumento per dictum text. vtitur Florian. in l. Pomponius Philadelphus. colum. 2. verſiculo, quod autem. D. famil. erciſcund.

Secundò facit, quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd filia poſſit de dote teſtari, intelligitur, quòd etiam poſſit teſtari de coffanis; per rationes quas in terminis allegat Ioan. de Anan. conſilio 36. & ibi Bologn. & arguit Roland. de lucro dot. quæſtio. 50. numero 4.

Tertiò mouet conſil. Alexan. 27. volum. 5. col. pen. in fi. vbi vult, quod iocalia, & bona paraphernalia, quæ dantur per patrem filiæ tempore nuptiarum, & cauſa matrimonij ſecundum conſuetudinem patriæ ſint de appenditijs, & acceſſorijs dotis, & de eis prout de dote iudicetur.

Quartò adducebatur, quod dos valde priuilegiata eſt, & reputatur proprium patrimonium filiæ, & in eius alienatione lex magis ſtrictè procedit quàm in alijs bonis non dotalibus, toto titulo. D. & C. de fundo dota. ideo ſi ſtatutum vult, quòd maritus lucretur res dotales ita priuilegiatas, tanto magis dicendum erit idem de bonis extradotalibus.

Quintò facit, quòd appellatione dotis puellæ venit non ſolùm dos, quæ in pecunia conſiſtit, ſed etiam alia non ſolùm corporis, ſed animi ornamenta, iuxta illud.

Qua dos matronis pulcherrima vita pudica.

Et dos dicitur eſſe, quod ad ipſam mulierem pertinet. l. 2. §. dotes. D. de fund. inſtruc.

Sextò hanc opinionem vti veriorem, & æquiorem tenuerunt Rolan. qui ex profeſſo hanc quæſtionem examinat in ſuo tracta. de lucr. dot. quæſt. 50. cuius authoritatem, præſertim in hac materia adeo diligenter ab eo diſcuſſa, plurimi facio. & eum ſequitur Phanuc. de lucr. dot. in verbo dotis, & corredorum. nume. 1. poſt Curt. iun. conſil. 129. quibus ſi addamus Caſtr. in dicta l. cum pater. §. pater filiæ. & Alexand. in allegatis conſil. 27. & 117. Ioan. de Anan. conſil. 36. & ibi Bologn. & Florian. in dicta l. Pomponius Philadelphus. qui dicunt, quòd hæc ſunt appenditia dotis, & de eis iudicatur, vt de dote etiam in caſu ſtatuti loquentis de dote, profectò videbitur hæc opinio crebrior, & magis recepta. pro qua etiam videtur tenere Zabarell. conſil. 111. col. 2. verſiculo ſecundum quæſitum.

Ad allegata in cõtrarium reſpondet idem Roland. ad quem breuitatis cauſa me remitto. Nec
6 verum eſt, quòd minus † iuris maritus habeat in iſtis veſtibus, & iocalibus, quàm in dote, nam & ſi earum non ſit dominus, tamen ſi vxor viuit, & illa conſumit, talis conſumptio cedit lucro viri, qui ad earum reſtitutionem poſtea non tenetur. dicta l. ſi ego. §. fi. D. de iur. dot. Ad authoritatem Cagno. reſpondetur, quòd in materia hac magis credendum eſt Roland. & Phanuc. vt qui eam magis exactè tractauerint, & in ea magis expertis. & idem Cagnol. ibi dicit, quòd pro opin. contraria vidit conſuluiſſe ſolennes viros, & ita fuiſſe practicatum, & eodem modo reſpondeo ad Socin. iun. qui nihil allegat niſi rationem à Roland. allegatã, & cui idem Roland. ſatis clarè reſpondet. præterea Socin. ibi non videtur loqui de iocalibus, & mobilibus, ſed de alijs bonis paraphernalibus, vt conſiderauit Phanuc. in dicto §. dotis, & corredorum. nume. 1.

Super hac quæſtione igitur cùm multæ rationes hinc, & inde allegarentur, valde dubitabatur in Senatu in facti contingentia, & certè negari nõ poteſt quin hæc opinio dubia ſit, & ſuper ea vidi ſæpius Senatum titubantem, & ambiguum, & ideo non ſine ratione ſtatutum Lucenſe addidit etiam dictionem corredorum, ad remouendas diſputationes, conſiderantes æquiorem opinionem eſſe, quæ pro marito facit, vt lucretur corredum.
7 & ideo putabam ego diſtinguendum, an † loquamur de iocalibus, veſtibus, & ſcherpa, vt vocat Cagnol. ſeu corredo, quæ communiter dantur ſponſæ, nec aſcendunt ad valorem dotis imò nec tertiæ partis, & tunc idem iudicemus, quod de dote, & procedat opin. Roland. Curt. & aliorum. Aut verò loquimur de alijs bonis paraphernalibus magni valoris, & immobilibus, quæ quandoque excedunt valorem dotis, quæ bona prudentes mulieres multis reſpectibus ſibi præcipuas reſeruant, vt eſt exemplum in Nuru mea, quæ licèt haberet bona valoris circa duodecim milium aureorum, tamen conſtituit ſolum pro dotibus ſcutos. 3000. auri, reliqua ſibi reſeruauit vti paraphernalia, & tunc cùm maior ſit ſumma acceſſorij, quã principalis, non videtur iuſtum, quòd in lucro dotis debeant venire iſta bona plus valentia quàm tota dos. & hæc diſtinctio viſa fuit æqua illis iuriſperitis, qui ſtatuta Lucana cõdiderunt, & ita videtur ſentire Socin. dicto conſil. 93. & clarius Phanuc. in loco ſupracitato. & ſecundum prædictam diſtinctionem iudicauit Senatus totus in cauſa Candeli. referente D. Goueano. anno 1587. 17. Martij. In qua per tres conformes ſententias fuit iudicatum, quòd ſtatutum Vercellen. de quo meminit Cagnol. haberet locum etiam in iocalibus, & corredo.

Limitarem tamen hanc concluſionem, vt procederet in caſu ſtatuti, non autem in caſu conſue-
8 tudinis, quæ ſolùm † inducta fuit in dote lucranda,

tunc

tunc enim talis conſuetudo non extenderetur ad alia bona, vel iocalia: nam cùm ſit contra ius cõmune talis conſuetudo, eatenus extendi debet, quatenus obſeruantiam recepit, & non vltra, ſicut dici ſolet quantum poſſeſſum tantum præſcriptum, & in hãc opinionem in hoc caſu inclinauit Senatus in cauſa D. Villeſtelloni, & D. Bennetarum. de qua dixi ſupra deciſio. 183. & 184. in qua teſtes, qui producti fuerant ad probandam conſuetudinem, loquebantur ſolùm de dote, non de iocalibus.

Subſtitutio vocans filios filiorum veros, & non fictos, an extendatur ad legitimatos propter ſubſequutum matrimonium.

DECISIO CXCVI.

1 *Filij nati ex matrimonio ſubſequuto an verè filij dicantur, an autem fictè. & num. 4.*
2 *Filius naturalis an ſubſtitutum excludat. & num. 6.*
3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an excludat ſubſtitutum. & num. 5.*
7 *Filius natus in putatiuo matrimonio an dicatur legitimus, vt ſubſtitutum excludat.*

TESTATOR vocauit ad fideicommiſſum filios filiorum legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio procreandos veros, & non fictos: quæſitum
1 fuit an filij nati ante † matrimonium ex concubina, quæ in articulo mortis fuit deſponſata, ſint vocati. Et pro eis adducebatur §. 1. in authen. quib. mod. natur. effic. legit. vbi per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt ad inſtar verè, & propriè legitimorũ, & cum verè legitimis æqualiter ſuccedunt. capit. tanta. de ſponſalib. ſed magis ad rem videtur facere text. in §. fin. in authen. de inceſt. nupt. vbi tales filios imperator vocat propriè legitimos, ſi propriè ergo non fictè, & ſic verificantur verba teſtatoris in eis. Tiraquell. in l. ſi vnquam, §. ſuſceperit liberos. numero 45. 85. & 95. C. de reuocan. donat.

Secundò adducebatur conſil. Burſa. 18. & conſ. 1. nume. 28. libr. 1. vbi tales filij dicuntur nati, & procreati ex legitimo matrimonio per multas rationes, & authoritates quas ipſe allegat dicens cõmunem. Clar. §. Feudum. quæſt. 82. Natt. conſil. 602. Socin. iun. 77. nume. 14. libr. 3. & conſil. 12. libr. 4. Couarru. de matrim. cap. 8. 2. par. § 2. nume. 21. Ozaſc deciſio. 154. in fin. Boer. deciſio. 150. nume. 5. Pariſien. ad Alexan. conſilio 5. lib 7. & dicam ſuo tempore, & faciunt, quæ ad longum in materia legitimationis ad excluſionem ſubſtituti ſcripſit nouiſſimè Rauden. in tracta. de Analog. cap. 36. nume. 1. 66. & 150. ac per totum. Item, quia ſi
2 ex aliquorum ſententia naturales etiam † ſubſtitutum excludunt, multò magis id facient legitimati. Doctores in l. ex facto. § ſi quis rogatus. D. ad S.C. Trebell.

Pro contraria verò parte adducebatur. conſil. Bald. 367. quidam tres hæredes. libr. 5. vbi voluit,
3 quod tales † nõ veniant in fideicommiſſo, in quo vocati ſunt procreandi ex legitimo matrimonio, cuius opinionem communem teſtatur Socin. iun. conſil. 77. nume. 14. libr. 3. & conſil. 12. libr. 4. Rolan. conſil. vltimo. numero 42. libr. 2. Cephal. conſilio 82. numero 24. 67. & 131. libro 1. & conſilio 364. libro 3. Curt. iun. conſil. 64. numero 12. Alciat. conſil. 59. & conſilio 124. Mantic. de coniectur. vltimar. volunta. libro 11. tit. 12. numero 20. verſiculo, & hanc. Gabriell. de legitimat. concluſ. 1. numero 22. & 23. Ruin. conſilio 92. numero 14. libro 3. Natt. conſil. 624. nume. 15. & ſequen. libro 3. vbi etiam diſputat, quid in legitimato per reſcriptum, & hoc tanto magis procedit in caſu noſtro, vbi toties repetuntur illa verba, legitimi, de legitimo matrimonio procreandi verè, & non
4 fictè, cùm tales † non dicantur verè legitimi, ſed fictè. Alexan. conſilio 2. numero 10. libro 4. Dec. conſilio 284. numero 12. Mantic dicto tracta. libr. 11. tit. 12. numero 20. Anton. de Roſell. in tracta. de legitimat. libro 2. capit. fin. numero 1. & ſecundum hanc opinionem iſtis concurrentibus iudicauit Senatus in cauſa Vercellen. Nigri contra Nigros. Referente. D. Senatore Crauetta. 1587. 15. Aprilis.

Ad allegata in contrariũ reſpondebatur, quòd hi filij ſunt propriè filij legitimi, non tamen procreati ex legitimo matrimonio, cùm qualitas adiecta verbo debeat regulari ſecundum tempus verbi, ita quòd legitimatio debeat interuenire in conceptione, & procreatione, vel ſaltem in natiuitate non autem poſt: videtur enim teſtator eos voluiſſe admittere, qui in vero matrimonio, & ſine macula peccati mortalis procrearentur, quod non eſt in talibus, qui in peccato mortali concepti ſunt, & quandoque ex matre indigna, & procederet text. ſupra allegatus, quando teſtator dixiſſet ſolùm de filijs propriè legitimis, quia tales filij ſunt propriè legitimi.

Secundò non obſtant conſil. Burſa. & aliorum, quia non loquuntur, quando ſunt verba ita
5 triplicata, & prægnantia † prout in caſu noſtro per ea, quæ dicit Federic. de Sen. conſi. 26. Ruin. conſilio 1. in fin. & conſilio 70. libro 1. Crau. conſilio 677. numero 16. & optimè ob id diſtinguit Anton. de Roſell. in dicto tracta. de legitimat. libr. 2. cap. vltimo de legitimat. effec. numero 17. & 18. quòd aut conſtat expreſsè de voluntate teſtatoris, qui vocauit ſolùm legitimos, & tunc non excludatur ſubſtitutus: aut teſtator ſimpliciter vocauit ſubſtitutum, ſi ſine filijs legitimis hæres moreretur, & tunc ſubſtitutum legitimatus excludat, & hanc diſtinctionem credo veram, & per illam reſponderi poteſt ad omnia, quæ in contrarium adduci poſſent, & iuxta hanc diſtinctionem refert

Mart.

Mart.Lauden.de legitimat.nume.138. fuiſſe deter-
minatum Bononiæ. Diſtinguit etiam Dec.in cō-
ſilio 155. numero 7. an ſit legitimatus per ſubſe-
quens matrimonium an vero per reſcriptum, vt
primo caſu ſuccedat, ſecundo non, ſed magis
communem in contrarium dicit eſſe Burſa.dicto
conſil.1.num.30.

Nec obſtat, quòd naturales excludant ſubſtitu-
6 tum, quia † reſpondetur contrariam opinionem
eſſe veriorem, quæ authorem habet Azo.& alios
antiquos, vt refert Eman. Coſta. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum.numero 78. verſiculo, ſed tamen.
D.de lib.& poſthum.

7 Quid autem dicendum † ſit in putatiuo matri-
monio vide Hieronim. à Laurent. in deciſ. Aui-
nen.70. per totam, vbi pulchrè, & ibi dicit iudica-
tum in fauorem filiorum natorum ex tali putati-
uo matrimonio.

Contractus quando in ſcriptis dicatur celebratus, & quando non, variæ opiniones referunt, & examinantur ad declarationem text. in l. contractus.C.de fid.inſtrum.

DECISIO CXCVII.

*1 Contractus an dicatur in ſcriptis celebratus, ſi inter par-
tes conuenit, vt fiat inſtrumentum. & nume.4.5.& 7.*

*2 Contractus non dicitur perfectus, donec ſequutum ſit in-
ſtrumentum ſi inter partes conuentum ſit, vt aliter non
valeat, vel ſi id partes gerant in animo. numer.3.*

*6 Caſtr.opinio. qui voluit. l. contractus. C. de fid. inſtrum.
procedere, etiam ſi conuentum ſit ſimpliciter inter par-
tes, vt rogetur inſtrumentum, reprobatur.*

*8 Contractus dicetur ex omni parte perfectus, licet ſcriptu-
ra requiſita à partibus in conueniendo adhibita non fue-
rit, ſi traditio rei vendita ſit ſequuta. limita. vt num.9.*

CONTRACTVS in ſcriptis
an dicatur factus, ſi perfecta vē-
1 ditione † inter partes dictum ſit,
quòd de ea venditione fiat in-
ſtrumentum? Quæſtio eſt ar-
dua, vt dicit Barbat. in loco in-
fra citando, & magnus eſt illius
effectus propter conuentionis obſeruātiam, & il-
lam examinans glo. in l. contractus. in verbo in
ſcriptis.C.de fid. inſtrumēto. refert tres opiniones.
Prima eſt, quando inter partes conuenitur, vt de
2 conuentione † fiat ſcriptura, & aliter non valeat
contractus, nam tunc non dicitur contractus per-
fectus, donec ſequuta ſit ſcriptura, quia contractus
dicitur in ſcriptis celebratus, iux. terminos dict. l.
contractus. & interim donec ſcriptura facta ſit in-
ter partes licebit à conuentione recedere. Ita tē-
nuit Ioan.relatus à glo. Afflict. deciſ. 105.nume.4.
Dec. in l. pactum, quod bona fide. nume.3. C. de
pact.& ibi Curt.iun.nume.7.idem Dec.conſil.340.
poſt Bart.Ang. & alios quos allegat, & commune
ob id teſtatur. & idē videtur tenere. Fab. omnino
videndus in §.1.Inſti.de empt.& vendit.& ibi Are-
tin.nume. 2. vbi ponit multa pulchra, & notanda
dicta, & hanc opinionem videtur tenere glo ma-
gna in auth. At ſi contractus. circa med. C. de fid.
inſtrumen. Odoffred. in dicta l.contractus. numei
9. ſed hæc opinio non videtur vera, ſequeretur
enim, quòd tex.in d.l.contractus.eſſet ſuper re in-
dubitabili, nam ſi ita expreſſum eſt, vt nō aliter va-
leat, certè nulli dubium eſt, quòd contractus non
valebit, niſi fiat ſcriptura propter factam expreſ-
ſam cōuentionem, & ſi voluiſſet Imperator aliter
exprimere, id vtique dixiſſet, argu.l. vnic.§. ſin au-
tem ad deficientis.C.de caduc.tollen.

Secunda eſt opinio, vt dicatur non eſſe perfe-
ctum contractum, quando in ipſo contractu, vel
ante conuentum eſt, vt de eo ſcriptura fiat, geren-
3 tes partes in animo, vt aliter † non valeat. & hanc
opinionem ſequitur Pil. & Azo. vt dicit gloſſ. &
hoc quidem ex coniecturis ellici poteſt, vt dicit
Salycet.in dicta l. contractus. Hæc tamen opinio
eſſet vt prima indubitabilis, ſi de tali mente, & ani-
mo partium conſtaret, tunc enim ipſarum par-
tium conſenſus, & placitum obſeruandum eſſet,
ſed cùm de eo non conſtet, iſtud partium propo-
ſitum in mente retentum nihil operari poteſt.

Tertia eſt opinio, vt non dicatur contractus in
ſcriptis celebratus, quando à principio ſimpliciter
contrahunt partes, inde dicunt, quòd ſcriptura
4 fiat, & de eo rogetur † inſtrumentum: nam tunc
non erit de ſubſtantia ſcriptura niſi ad probatio-
nem, & non licebit partibus poſt conuentionem
ab illa recedere, ſed dicetur res perfecta, & hæc eſt
vltima opinio gloſſ. in dicta l.contractus.quam ſe-
quuntur communiter Doctores, vt dicit Grat.
conſil. 107. nume. 4. & 6. & eſt de mente Docto-
rum ſupra in prima opinione allegatorum, & fir-
mant Gabriell. in tit. de pact. concluſ.3.numero 1.
verſiculo contrarium. Brun.in tracta.de forma.ſub
rubr.ex quib.conficiat.for. & ſolenn. verſiculo eſt
tamen aduertendum. Loffred. conſilio 19.nume.
20.& ita tenuit Rota apud D.Put. deciſio.13. libr.
3.vbi dicit opinionem contrariam Pauli de Ca-
ſtro communiter reprobari, poſt Dec. & Iaſ. &
per eandem Rotam fuiſſe tentum de anno. 1583.
dicit P.Dominicus Magdalen. in tracta. de nume.
teſt.in teſtam.requiſ. par.2. cap.5.nume.14. verſi-
culo, & quamuis. Maſcard. de probat. libr. 1.con-
cluſ.425.nume.8.& 9.pulchrè Socin.ſen. conſil.32.
colum.3. verſiculo nec eſt curandum. libr.3.Mar-
ſil.ſingul.666.& hanc opinionem non ſolùm com-
munem, ſed & veriſſimam iudico, vt infra
dicam.

Quarta fuit opinio Doctorum, qui extra glo-
5 ſam voluerunt, vt dicatur † contractus in ſcriptis
fieri, quando inter partes conuentum eſt in ipſo
contractu, vel ante, vt de eo ſcriptura fiat, tunc
enim etiamſi nō addatur, quòd aliter contractus
non valeat, tamen non valebit niſi facta de eo

ſcriptura perfecta, & per partes ſubſcripta, vel à
Notario ſtipulata, ita vt ante factam ſcripturam
poſſint ſemper partes contrahentes à iam facta
conuentione recedere. Hæc fuit opinio Caſtren. in
dicta l. contractus. & in l. cùm res. numero 4. C. de
probat. & in l. quibus idem. de verbor. obligat. Iaſ.
conſilio 151. volum. 2. Dec. conſilio 11. & 159.
Afflict. deciſio. 39. numero 4. & dicit Caſtren. ſe
pro hac parte conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ.
cuius conſiliũ eſt 241. numero 2. libro 1. Port. in §.
1. inſt. de empt. & vendit. Fulgoſ. conſilio 200. Aretin.
conſilio 160. Socin. conſilio 165. Rip. in l. fin. C.
de reuocan. donat. Iaſ. in. §. item ſi quis. inſt. de act.
Ruin. conſilio 1. volum. 3. Boer. deciſio. 48. nume.
11. & 183. numero 9. Magdalen. in dicto tracta. de
numero teſt. numero 14. Et facit concluſio, quam
in caſu teſtamenti idem facit numero 10. & 12.
poſt Oldrad. conſilio 119. quòd ſi teſtator dixerit,
quod ad ſuam voluntatem ſcribendam adhibeatur
Notarius, non prius perfectum dicatur teſtamẽtum,
quàm ſi per Notarium fuerit factum inſtrumentum.

Sed iſta opinio præter id, quòd videtur contra
6 communem, etiam † nõ videtur procedere, quia
cùm partes dicunt, quòd de contractu fiat ſcriptura,
videntur hoc intelligere, ſecundum diſpoſitionem
iuris, ideſt, vt ſcriptura fiat ad effectum
perpetuę probationis, non autem ad perfectionem
contractus, vt eſt pulcher text. in l. contrahitur.
D. de pignorib. contractus autem iſti, qui conſenſu
fiunt, ex ipſo ſolo conſenſu perficiuntur,
nulla accedente ſcriptura. §. 1. in prin. inſt. de empt.
& vendit. & in §. 1. de obligat. ex conſen. quod pulphrè
conſiderat Grat. d. conſilio 107. neque mirum,
quia aliàs permitterent iura hominibus ab
inita conuentione, & fide data recedere contra bonos
mores. & l. 1. D. de pact. verba etenim ſunt,
quæ ligant homines, ſicut taurorum cornua funes,
vt dici ſolet. Nec mouet ratio, quam allegat
Caſtren. quòd Notarius non apponat diem pacti
niſi ſub die in qua conficit inſtrumentum, vnde
ante illam diem nihil eſt perfectum, quia hoc non
tollit conuentionem iam factam, de qua etiam in
narratiua inſtrumenti Notarius facere poteſt mẽtionem,
vt plunes vidi obſeruatum.

Aliam denique opinionem ellicimus ex Caſtren.
in dicta l. contractus. numero 3. & 4. qui
dicit Doctores non intelligere, quid dicant: aliud
enim eſt, quòd partes conueniant, quod contractus
fiat in ſcriptis, & tunc non de probatione, ſed
de ſubſtantia, & forma ipſius contractus hoc eſſe
videtur, & à partibus requiri, vt talis contractus
ſortiatur naturam, eorum contractuum, & conuentionum
quæ ſcripturam requirunt, de quibus
Doctores ſuis locis, & tunc niſi perfecta in totum
ſcriptura nihil dicitur actum, etiamſi partes hoc
non exprimant, & ita procedat dicta l. contractus.
& §. 1. inſt. de empt. & vendit. vbi eadem lex repetitur.
Aliud verò eſt, ſi partes dicant, quòd de
contractu, & conuentione rogetur inſtrumentum
per Notarium, & tunc ipſe tenet idem, qđ ſupra,
ſed cõmunis eſt contra ipſum, vt ſupra dixi.

Mihi ſine præiudicio melioris deliberationis
7 videtur poſſe iſtas † diuerſas opiniones in vnam
conciliari, diſtinguendo ex dictis in prima, & tertia
opinione, quod aut de ſubſtantia contractus
eſt, vt ſit ſcriptura, vel inter partes conuenitur, vt
aliter non valeat, quod conuentum eſt, & tunc
neceſſariò requiratur ad firmandam conuentionem,
vt fiat inſtrumentum, & ſcriptura intercedat,
& ſemper interim erit locus pœnitentiæ. Aut
verò dictum eſt, quòd de conuentione, & pacto
firmato rogetur inſtrumentum, & non eſt de ſubſtantia
contractus, vt redigatur in ſcriptis, & tunc,
quia tale inſtrumentum ad ſolam probationem
requiritur, ſcriptura non perficiet contractum,
ſed erit ante ſcripturam perfectus, & licet inſtrumentum
non ſit factum, ideo non licebit contrahentibus
pœnitere, & cum hac diſtinctione in hac
materia tranſit Salyc. in authen. ſed nouo iure. numero
11. & 12. C. ſi cert. peta. Grat. dicto conſilio
107. Aretin. Dec. & omnes alij ſupra in prima, &
tertia opinione relati, quos nouiſſimè in terminis
ſequitur P. Ioann. Ancharan. quæſtio. familiar. libr.
1. quæſt. 21. per totam, & pulchrè omnium examinat
ita diſtinguendo Andr. Barbat. omnino videndus
in rubr. extra de empt. & vendit. numero
7. & 8. vbi exemplificat in contractu emptionis, &
venditionis, de cuius ſubſtantia non eſt, vt ſit ſcriptura,
& dicit ita de facto obtinuiſſe, & menti
commendandum, & tandem poſt multam diſputationem
cùm hac diſtinctione reprobata opinione
Caſtrẽ. & ſequacium tranſibat Senatus in cauſa
Lancei. 15. Iulij. 1587. Referente. Dom. Senatore
Ozaſco. & iuxta illam alias vidi per Doctos
viros conſulere, & iudicare.

Ampliatur hæc diſtinctio, & communis opinio
contra Caſtren. vt tantò magis, & clarius procedat,
quando non obſtante eo, quod dictum ſit,
quòd rogetur Notarius de illo contractu, proceſſum
eſt ad vlteriora, & traditionem rei venditæ,
8 tunc enim † clarus videtur animus contrahentiũ,
quòd contractus habeatur pro perfecto, & quòd
inſtrumentum fiat ad probationem, ſiquidem hodiè
de omni ferè emptione rerum immobilium
fit inſtrumentum, vt ſaltem appareat de titulo, &
promiſſione euictionis, vt inquit Ioann. Fab. in dicto
§. 1. inſt. de empt. & vendit. & videntur duo
contractus vnus venditionis & emptionis, alter
ſtipulationis, vt de eo fiat inſtrumentum, &
ideo ex primo competit actio ex empto, ex ſecundo
actio ex ſtipulatu, & quòd hoc caſu per traditionem
perfectus ſit contractus, facit in argumentum.
l. 2. C. de peric. & commo. rei vend.
vbi venditio, quæ fit ad menſuram, dicitur perfecta,
licèt res non ſit adhuc menſurata dummodo
ſit tradita. Bald. conſilio 478. numero 2.
libro 1. & ita cenſuit Senatus in prædicta cauſa
venditionem ex traditione ſubſequuta perfectam
dici licèt conueniſſent partes, vt fieret inſtrumentum.
de qua re vide aliqua per Odofred.
in dicta l. contractus. numero 10. verſiculo Or
procedamus.

Limitatur hęc opinio, vt non procedat quãdo
conuen-

9 conuentio, ſeu † contractus de quo tractatur, haberet plura pacta & capitula, de quibus difficile inter partes conueniri poſſet niſi facta ſcriptura, vt in inſtrumento, ſeu conuentione pacis exemplificat Caſtr. in dicta l. contractus. nume. 9. C. de fide inſtrumentor. & ante eum voluit Odofre. in dicta l. contractus, vbi exemplificat duobus modis vno modo in l. municipali. ſeu ſtatuto. Aliò modo in curijs potentum, & Baronum in huiuſmodi capitulis pacis, vt latius ibi per Odofredum.

Auth. Bona damnatorum. C. de bon. proſcriptor. an habeat locum, quando per ſtatutum, vel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta eſt, vt quando proceditur in contumaciam.

DECISIO CXCVIII.

1 *Decretum, vel ſtatutum imponens propter delictum vel contumaciam pœnam confiſcationis bonorum, an procedat contra authen. bona damnatorum. & nume. 3.*

2 *Iudex non poteſt contra diſpoſitionem auth. bona damnatorum. bona publicare.*

4 *Auth. bona damnatorum. quando procedat.*

5 *Filij aut aſcendentes detrahunt legitimam ſtante bonorum publicatione per decretum ordinata.*

6 *Legitima filiorum quanta eſſe debeat ſequuta publicatione bonorum.*

7 *Senatus ſententia circa legitimam poſt bonorum publicationem filijs aſſignandam reprobatur.*

AVTH. Bona damnatorum. C. de bon. preſcriptor. an procedat quando per decretum, vel ſtatutum bona confiſcatur, dubitari poteſt. Ponamus caſum in quæſtione nunc verteñ coram Excellentiſſimo Senatu Pedemontano. Notarius punitus fuit de falſo: decretũ extat antiquum Sabaud. Caroli ſub titulo de falſis Notarijs. incipien. Ad maiorem terrorem malignãtium. quo cauetur, quòd talis falſarius puniatur amputatione pugni, & confiſcatione bonorum
1 ſuorum, an per † hæc verba ſit derogatum diſpoſitioni illius auth. In hac quæſtione tres erant opiniones. Prima tenentium, quòd non obſtante ſtatuto, ſeu decreto adhuc haberet locum dict. auth. & bona liberis reſeruari per ea, quæ in terminis ſtatuti tradit Ang. conſi. 357. verſi. in quæſtio. ſecũda. Socin. conſil. 121. nume. 9. lib. 4. Papien. in forma inquiſitionis. glo. vltim. colum. fin. Menoch. conſil. 77. nume. 25. Roland. conſi. 98. libro 1. per totum. & magis in terminis decreti conſil. 97. nume. 9. & ſequen eod lib. vbi multos refert, & hanc communem dicit Peregrin. in tracta. de iur. fiſc. libr. 5. cap. primo. nume. 34. vbi alios ita tenentes refert. pro
2 quo facit, quod dicitur iudicem † non poſſe contra diſpoſitionem illius auth. bona publicare, & ſi aliter fiat, ſententiam nullam eſſe, vt per Dec. conſilio 252. numero 5. Marſil. in l. fin. nume. 189. D. de iuriſdict. omn. iud.

Secunda erat aliquorum prorſus contraria opi-
3 nio, nempe ſtante ſtatuto † ſeu decreto ordinante vltra pœnam corporalem, bonorum publicationem ceſſare diſpoſitionem illius auth. & bona in fiſcum tranſire, & hæc fuit opi. Caſtren. conſil. 171. colum. final. libr. 2. Cephal. conſil. 214. in fin. argumento illorum, quæ notantur per Alexan. Bal. & Caſtr. in l. 2. C. qui teſtament. face. poſſ. vbi volunt non publicari bona, licèt de iure venirent publicanda, niſi ſtatutum expreſſè hoc dicat, vnde ſi ſtatutum hoc dicat, ceſſat diſpoſitio illius auth. & bona fiſco applicabuntur, & ita in terminis ſtatuti voluit Alber. de ſtatut. par. 3. quæſtio 18. Dec. conſilio 252. numero 5. 442. nume. 8. & communem hanc dicit Clar. in §. final. quæſtio. 78. in principio, & in verſiculo, ſed pone. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titulo des confiſcations. §. 1. nume 11. & ſequen. vbi multis examinat, & tandem dicit contrariam opinionem eſſe quidem veram in puncto iuris, & quòd illam teneret, ſed hanc eſſe obſeruandam, quia in practica obtinuit, ita vt nulla portio filijs reſeruet. ſtatuentes enim non præſumuntur ignoraſſe diſpoſitionẽ illius auth. & hoc modo delicta non remanerent impunita, quod aliàs dici poſſet cũ filius bona haberet, nã vt dicit Fabian. in auth. nouiſſima. numero 204. in fin. poſt
4 Bald. quem allegat, Auth. † bona damnatorum habet locum quando delinquens moritur, vel deportatur propter delictum, & ſic pœna tenet ſuos authores, & ita poſſent intelligi iura antiqua, quæ portionem filijs reſeruabant, ſed quando ſumus in publicatione bonorum ex cauſa abſentiæ, vel propter aliud delictum ſine deportatione, vel morte damnati, tunc fortè aliter eſſet dicendum, cùm enim ſolum ſequatur bannum, & territoria principũ hodiè ſint exigua, ſi filius haberet bona, delictum eſſet impunitum. Nec mouebat iſtos dominos ita tenentes ratio ſupra allegata, quòd iudex non poſſit contra auth. illam bona publicare, quia licèt id non poſſit iudex ſpecialiter, poterit tamen ſtatutum, vel Princeps generaliter, ex traditis per Roland. conſilio 29. in principio. libro 3.

Media erat opinio, vt bona quidem publicarent ex tali decreto cõtra auth. bona damnatorũ.
5 ſed filij † aut aſcendentes detraherent legitimam per text. in l. ſi deportatus. C. de bon. proſcriptor. & in l. 1. & l. cum ratio. D. de bon. damator. & ad hanc legitimam reſtringebatur illa prima opinio, prout loquitur Roland. in dicto conſilio 97. Pro qua opinione poſſet adduci ſatis colorata ratio,

nempe quia cùm per ſtatutum publicantur bona, reducitur res ad terminos iuris antiqui, licèt diſcedamus à iure nouo authenticorum, ſed iure antiquo cautum erat, vt bona damnatorum pro parte liberis reſeruarentur. dicta l. ſi deportatus. dicta l. 1. & dicta l. cum ratio. ſicut enim per illam auth. non cenſentur correcta iura antiqua, vt per Bart. in l. 1. poſt. numer. 3. D. de bon. damnator. & ex communi tradit Clar. dicta quæſt. 78. in prin. ita & per decretum, ſeu ſtatutum non cenſebitur illi derogatum, ſed tantum iuri nouo authenticorum. Item ego pro iſta opinione dicebam eſſe text. in authen. inceſtas. C. de inceſt. nupt. vbi confiſcatione bonorum decreta filij non priuantur legitima. qui tex. eſt ſingulariſſimus in hoc caſu, & ita ſemper videtur interpretandum decretum cùm ſit odioſum, & quia quæ à iure alicui dantur priuatus non aufert, vt in his terminis ſingulariter dicit glo. in dicta l. cum ratio. in verbo. Parentis, & vltra Rol. & alios per eum allegatos, qui pro hac opinione tenent, pro eadem ſtat Angel. de Guidonib. inter conſil. criminal. Zilet. conſilio 33. numero 21. libro 1. Plot. conſilio 30. numero 81. latè Anton. Peregrin. in tracta. de iur. fiſci. libro 5. numero 34. dicens communẽ, & pro illa in Decemnirali iudicio iudicatum, & multis probat Fabian. in dicta authen. nouiſſima. numero 204. C. de inoff. teſtam. Tob. Non. conſilio 97. numero 8. Hippol. Bonacoſſ. commun. opin. crimin. in verbo confiſcari. vbi refert eadem verba Nonij. Et hanc opinionem ego ſemper ſum veriorem arbitratus, & in terminis decreti illam eſſe æquam dicit Boſſ. in tit. de publicat. bonor. numero 10. & quo ad legitimam iure naturæ debitam illam tenuit Clar. in dicta quæſt. 78. verſiculo, ſed pone, & ita vidi poſt hæc ſcripta tenere D. Senatorẽ Solam in nou. conſtitut. Sab. tit. de edict. annon. Glo. 12. numero 20. & gloſſ. 13. per totam, & cum hac vltima opinione vti æquiori, & benigniori tranſibat Senatus ſeu maior pars dominorum in cauſa fiſci, & Leucre. 1588. Menſe Auguſti. & in alia Montis Regalis, in qua propter abſentiam delinquentis in contumaciam fuerant publicata bona iuxta formam decretorum, inclinabant ferè omnes domi-
6 ni, & fuit dictum, quòd in deducenda † legitima ſeruaretur diſpoſitio dictę l. cum ratio. iuxta ea, quæ latè ſcripſi ſupra deciſio. 104. quamuis in hoc vltimo multum contradiceret Eccellentiſſimus Dom. compater meus Præſes à Ponte propter rationes, & authoritates ſupra in ſecunda opinione adductas. licèt etiam diceretur, quòd aliàs de
7 anno. 1577. die 16. Martij. in † cauſa filiorum de conſtantinis, quibus ex falſi crimine fuerant bona ꝯfiſcata, Senatus cenſuerat contrariũ iudicando, quòd ex bonis confiſcatis daretur legitima filijs prout datur iure naturę, vt dicit Clar. repulſa vxore, quæ alimenta petebat, quam deciſionem allegabat Illuſtr. & integerrimus D. Senator Agatis Vercellen. qui ſuſtinebat illam hoc fundamento, nempe, quia illa legitima in l. cùm ratio. debetur ex gratia, ideo non poteſt appellari legitima, quæ iure naturæ debetur, quia per ſtatutum huiuſmodi legitima non comprehenditur, aliàs ſtatutum, vel decretum eiuſmodi eluſorium redderetur, ſi plures extarent filij. Nam contrarium fuit viſum eſſe verius, & licèt rationes ſupra conſideratæ viderentur ſubtiles, tamen non erant eius efficaciæ, vt mutarent diſpoſitionem iuris aperti in dicta l. cum ratio. per rationes & authoritates ſupra traditas, & de quibus dixi in d. deciſ. 104. vbi omnino videas pro hoc vltimo dicto.

Quibus addo, quod licèt hæc opinio videatur aliquibus delictorum incentiua, & fiſcali burſæ damnoſa, tamen nec vna nec altera ratio eſt attendenda, quia quo ad primam negatur delicta impunita remanere, quia delinquens in corpore punitur iuxt. delicti qualitatem, & ſatis eſt, quòd pœna teneat ſuos authores, & ſi non poterit perſona haberi ex eo, quod voluntarium exilium ſuſceperit, ſatis illi eſt ſi à patria ſua extra domum, & propinquos abeſſe cogatur, & in continuo dolore, & cruciatu ob id eſſe poteſt, imò & bonis priuatur propriè, cùm filijs pleno iure ſpectent, qui nihilominus ſine illis bonis patri alimenta, & auxilium non eſſent negaturi. Quo ad ſecundam indignum eſt in Chriſtiano, & Iuſto Principe talia excogitare, vt publicum bonum priuato præponat, & illi obſtat Imperatoris conſideratio in dicta l. cùm ratio. Ideo malè faciunt, qui hac ratione Principem à bona iuſtitia auertere conãtur, & ipſis iudicib. manus ligare & os claudere, ne iuſtitiam faciant, & ius dicant quærunt, iuxta ea, quæ ſcribit Afflict. deciſ. 320. nu. 10.

Ex quibus videmus malè contrariam opinionem dixiſſe communem Clar. & iniquam eſſe obſeruantiam contrariam, de qua teſtatur Chaſſan. cum ſit contra. l. naturalem, & contra communem Doctorum opinionem, quæ tum iſtis attentis, tum etiam quia localis, non eſt in conſequentiam trahenda in hac patria, in qua contrarium obſeruatur, vt eſt videre ex deciſionibus ſupra relatis.

Ampliatur hæc concluſio, & opinio, vt procedat non ſolùm in confiſcatione bonorum per decretum, vel ſtatutum propter delictum inductà, ſed etiam in confiſcatione, ſeu magis annotatione bonorum, quæ propter accuſati contumaciã ſequitur, ita Anton. Peregrin. dicto libro 5. titu. 1. numero 10. D. Sola. dicta gloſſ. 12. numero 22. vſque in fin. & faciunt pro hac opinione, quæ nouiſſimè de confiſcatione bonorum Doctiſſimus Bodin. ſcripſit libro 5. ſuæ reipub. capit. 3. cuius opinio in hac confiſcatione mediam viam amplectens mihi non diſplicet, & iuxt. hanc ampliationem cenſuit Senatus totus congregatis claſſibus in cauſa Montis Regalis 1589. Menſe Decembris. de qua dixi dicta deciſio. 104. in fin. quæ tamen cauſa hodiè pendet per reuiſionem.

Donatio omnium bonorum alicui facta cum reſeruatione, &c. an porrigatur ad bona futura, & poſt factam donationem acquiſita.

DECISIO CXCIX.

1 *Donatio omnium bonorum futura non comprehendit.*
2 *Donatio ſtricti iuris eſt, & ideo non extenditur ad poſtea quaſita.*
3 *Donatio generica ad futura cur non extendatur, noua ratione demonſtratur.*
4 *Donatio quamuis reciproca ad futura non extenditur.*
5 *Donatio facta de dimidia, vel quota bonorum, aut ſub nomine vniuerſali, vel collectiuo, bona futura non comprehendit. & num. 9.*
6 *Dictio omnis, eſt generalis nón vniuerſalis.*
7 *Donatio licèt collata poſt mortem non extenditur ad futura, & quid ſi aliquid fuerit reſeruatum. nume. 8. & quid ſi dictum fuerit ſi ſine liberis deceſſero num. 10.*
11 *Donatio licèt coniunctis facta fuerit de omnibus bonis, non tamen futura comprehendit.*
12 *Donatio aliquando ad futura bona extendi poteſt, ſi de voluntate donantis conſtare poſſit.*

DONATIO omnium bonorum ex communi, & magis recepta Doctorum opinione† futura bona, & poſt factam donationem acquiſita regulariter non comprehendit. per tex. clarum in l. ſi ita. D. de aur. & argen. lega. cuius verba licèt de legato loquantur, tamen ad quoſcunque contractus, & præcipuè ad donationem extendi poſſunt, vti non indoctè cenſet Felin. in capit. fin. de conſtitut. Rip. libro 3. reſponſor. capit. 2. Idque non ea ratione in donatione procedit, (vt Doctores putant) quia aliàs auferatur libera teſtandi facultas, ſed quia donatio
2 ſtricti iuris† eſt, & futura non comprehendit, & quod dici in contrarium ſolet, habet locum in donatione à Principe facta, quæ latiſſimam vti beneficiaria habere debet interpretationem. ex l. 3. D. de conſtitut. Princip. & hanc generalem regulam & concluſinem firmat gloſſ. magiſtralis in l. final. C. quæ res pign. obliga. poſſ. & ibi omnes ſequuntur. & in l. fin. C. de pact. vbi Iacobin. de Sancto Georgio nume. 15. & 28. & latè Cagnol. vbi dicit hanc opinionem communem. Bald. Alexand. Iaſ. & alij in l. ſtipulatio hoc modo. D. de verbor. obligatio. Iaſ. conſil. 5. libr. 3. per totum. Dec. conſil. 30. 288. & 225. Guid. Pap. conſil. 62. nume. 3. Curt. iun. dicens communem conſi. 25. col. 2. Roland. conſi. 65. lib. 2. Rip. reſpon. 14. libr. 3. Bertrand. conſilio 40. nume. 3. libro 3. Gabriell. conſi. 141. Grat. conſil. 70. lib. 1. Riminald. iun. 148. num. 37. Burſat. conſil. 136. nume. 11. Socin. iun. conſil. 143. nume. 22. libro 1. Didac. variar. reſolut. libr. 3. capi. 11. numer. 4. Iul. Clar. in §. donatio. quæſt. 19. verſiculo eademque ratione. & verſiculo idem dicendum. Bero. quæſt. 20. nume. 3. Alben. conſil. 4. nume. 2. Anton. Gomez. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. nu 4. Math. Coler. Saxo. in tracta. de proceſſ. lib. executiu. part. 1. cap. 10. num. 245. Purpurat. conſi. 361. nume. 4. Crauet. in repetit. rubr. de legat. 1. num. 96. ita pulchrè conſuluit Barbat. in conſil. 36. colum. 3. libr. 1 ex quibus authoritatibus ſatis apertè conſpicimus hanc opinionem dubio procul communiſſimam eſſe, & frequētiori doctorũ calculo receptã, ita vt Bellon. in conſ. 5. in prin. dixerit eſſe temeritatẽ ab illa recedere, & licèt ipſe ibi videatur conſuluiſſe contrarium, tamen in fin. illius conſilij. & in §. creditor. inſtitu. quib. mod. re contrah. obligat. ſe reſtringit ad res minimi præiuditij, & quando donatio eſt reciproca, licèt & in hoc errauent, vt infra dicam. & iuxta hanc communem concluſionẽ tranſibat Senatus totus congregatis claſibus in cã ardua Illuſtriſſimorum DD. Ioan. Vicentij, & Alexandri Vitelliorum ſuper controuerſia hæreditatis D. Ferrantis Vitelij referẽte D. Senatore Cerua. 1587. 14. Nouembris. cuius etiam deciſionis nouiſſimè mentionem fecit D. compater meus Anton. Sola tunc in illa cauſa Aduocatus, nunc Senator Clariſſimus, & integerrimus in ſuis doctiſſimis gloſ. ad nouas conſtitu. Sabaud. titulo de alienat. bonor. minor. & mulier. glo 3. nume. 13. & ſequent. vſque in fin. vbi multis firmat, reſpondendo omnibus contrarijs fundamentis. Cuius ſubtiliſſimis fundamentis addo vnum ſingulare vltra ſuperius tradita, nempe in donatione futura non compre-
3 hendi, quia† illa tempore donationis non extant, & rerum non exiſtentium donatio nulla eſt, neque enim videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. l. non videntur. 128. D. de regul. iur. ridiculum enim eſſet me donare, quod non habeo, ſed in conditione poſitum eſt ſi habebo. contra regul. l. nemo plus iuris. 55. de regul. iur. Quomodo enim commodè earum rerũ ſtipulatio adhiberi potuiſſet, cùm de his ſolùm rebus negotium rectè geratur, quæ ſubijci vſibus dominioque noſtro ſtatim poſſunt. l. inter ſtipulantes. §. ſacram. D. de verbor. obligat. vnde nullam olim valuiſſe donationem, quam non vel rei traditio perfeciſſet, ac confirmaſſet ſtipulatio, teſtatur vir doctiſſimus Fr. Connan. commentar. iur. ciuil. libr. 5. capit. 8. nume. 6. in fin. niſi fortè ſint eiuſmodi, vt noſtrarum rerum pars videãtur eſſe, quales ſunt fructus, partus, fetus, & alia ſimilia. ideo pulchrè Pomponius in l. in ædibus. §. donari. D. de donat.

Donari non poteſt (*inquit*) niſi id, quod eius ſit, cui donatur.

Neque eſt, quòd obijciatur ſpem futuræ actionis donari poſſe. l. 3. C. de donat. itemque fructuum futurorum perceptionem. l. in ædibus. §. 1. D. eo. quemadmodum vendi quoque res videmus, quæ nondum in rerum natura ſunt. l. nec emptio. D. de contrah.

contrahen.empt. & in ſtipulationē deduci l.inter-dum.37.de verbor.obligatio. Denique etiam legari l.quod in rerum.24. de legat.1. Quia reſponderi poteſt illa iura procedere in rebus minimi præiudicij, & particularibus, & quando conſtat de expreſſa voluntate diſponentium, ſecus verò eſt in generali omnium bonorum donatione, & ſi ſimus incerti de voluntate donantis: in dubio enim dicendum potius eſt de futuris donantem non cogitaſſe, argumento l.10. C.de donat.& ſic in donatione illa non venire tradit Connan.dicto libr.5. capit.11. numer.2. & propterea leges futurorum vti caſu aduenientium nullam vnquam conſiderationem habuerunt. l. ſi defunctus. C. Arbitr. tutel. facit l. ſi creditores. D.de ſeparat. & huic rationi,& opinioni adſtipulatur communis illa doctorum ſententia, qui voluerunt donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum non valere ex eo, quod auferat liberam teſtandi facultatem, quod ſecus eſſe volunt, quando donatio omnium bonorum ſimpliciter fit, quia de futuris diſponere poterit donator; vnde neceſſariò præſupponunt doctores in tali donatione futura non venire, quod ſi negaremus, facile fieret fraus legi talem donationem prohibenti, quia ſufficeret donantem dicere, dono omnia bona mea. &c. nam tunc etiam futura ſine expreſſione venirent.

Ampliatur hæc regula, vt procedat etiam in do-
4 natione † reciproca, in hac enim non ceſſant rationes, quæ ſimplicem donationem ad præſentia tantum reſtringunt; quicquid in contrarium multis rationibus motus ſcripſerit Bellon. dicto conſil.5. nume.24. Socin. conſil.273. numero 4. volum.2. Corn.conſil.fin.volum.1.& conſil.10.& 36.volum. 2. & ita Senatus cenſuit in ſupradicta cauſa, in qua erat facta reciproca donatio.

Amplia etiamſi fiat donatio de dimidia bono-
5 rum, vel alia quota bonorũ, vel † ſub nomine vniuerſitatis bonorum, & collectiuo. l. ſi quis argentum.§. ſed & ſi quis. C. de donat. Dec. conſil.237. numero 4. Fulgoſ. conſilio 99. numero 20. Corn. conſilio 14. numero 15. volum. 1. Didac. pract. quæſtio capitu. 2. numero 2. & 5. ~~Mesder. Pariſ.~~ in coſuetud. Pariſ.§.1 glo.5.numero 19. Mantic.de coniectur. vltimar. volunta.libr.3.titu.11.qui omnes volunt id procedere, etiamſi nõ ſit adiectum pronomen, meum ad quod aliqui reſtringunt l.C.verba in d.l.ſi ita.& cum hac pariter ampliatione Domini tranſibãt in ſupradicta cauſa, quamuis contrarium aliquibus dicendum videretur per text.in l.grege. de legat.1. in l. peculium. de legat.2.Bart. in dicta l. ſi ita.nume.4.Dec.dicto conſil.237. & per text.in l.quoties.§ fin.D.de vſufruct. Huius ampliationis ratio eſt, quia licèt donatio ſit concepta ſub nomine vniuerſali bonorum, adiecto etiam verbo, *omnium*, tamen non dicitur vniuerſalis, ſed generalis: aliud eſt enim dicere vniuer-
6 ſa bona, aliud omnia, quia dictio omnia † generalis eſt non vniuerſalis, quod elegantiſſimè colligitur ex ſcriptis ab Hermogeniano, & Paulo in l. nam quod.§. final.cum l.ſequen.D. ad Trebell.ibi.

Vniuerſam rem, vel omnia ſua.

Et inter vniuerſale, & generale differentia à noſtris conſtitui ſolet, poſt glo.in l.1.ſuper verbo proinde.D. de eden. cum verò oratio generalis eſt, futura non comprehendit iuxta ea, quæ notat Bart. in dicta l.ſi ita. numero 4. verſiculo ſi verò oratio. & ita ſcribit Sceuola in l.ſi.§.1.D. de lega.2.& Paulus in l.ſi mandatero.§. his enius.D.manda. facit, quod de clauſula illa *Remittens ſibi omne ius*, ſcribit Dec.conſil.68.col. 3. intelligi tantum de iure præſenti non de futuro. ita Barbat. dicto conſilio 36. quem etiam refert Menoch. conſilio 1. nume.175. libr 1. imo etiã hoc in vniuerſali donatione tenet Bellon. qui præterea concludit, quòd quando donatio facta eſt illis verbis. *Dono omnia bona mea.* tunc hæc verba non habent tractum ad futura, & ita intelligit doctores, qui loqũtur in caſu noſtro. Neque obſtant iura ſupra adducta, quia loquuntur in vniuerſali donatione præcipuè text. in dicta l. quoties.ibi.

Vniuerſorum bonorum.

Licèt ego in vtraque priorem regulam procedere adhuc exiſtimem, cùm ſuccedat eadem ratio.

Ampliatur tertiò etiamſi in tempus mortis, vel poſt mortem collata eſſet donatio, modo inter
7 viuos † remaneat, quia tunc non habebit tractum ad futura cũ inter viuos ſit facta. ita pulchrè Alex. notat in dicta l ſtipulatio hoc modo.numero 14. poſt Cyn in l.ſi.C.quæ res pign.obliga. poſſ.& poſt Roman.Anchat.& Imol.ibi relatos.Bertrand.conſilio 40.numero 3.lib.3.Caſtr.in l.fin.numero 9.C. de pact. & ibi Iacobin. numero 15. & 23. & Dec. numero 19. Cagnol. nume. 216. & 223. Iaſ. dicto conſilio 5.Bero conſil.30.numero 8.lib.3.Gabriell. dicto conſilio 141. & ita fuit tentum in cauſa de qua ſupra, reprobata opinione Rainer. & Salyc. in dicta l.final. & Bellon. dicto conſilio 5.qui contrarium tenere voluerunt.

Amplia quartò etiamſi reſeruaſſet donans vſũ-
8 fructum,& aliquam etiam † egregiam ſummam, de qua poſſet teſtari, quia talis reſeruatio non facit, vt cenſeantur futura donata. Socin.conſil.143. numero 21.libr.1. Cephal. conſilio 288.nume.43. Nam reſeruatio illa magis reſtringit, non autem ampliat donationem, imò ex hac reſeruatione donationem irritam reddi voluit Bar.conſilio 76. per totum: neque enim video quo colore liceat nobis comminiſci, ex quo quis reſeruauit aliquid cenſeri etiam futura donaſſe, vel vnico illo fundamento motus, quod eſt in iure fortiſſimum, quia eadem in vtroque caſu ratio militet, facta reſeruatione ſiue non facta: Nam ideo donatio omnium ad futura non trahitur nulla facta reſeruatione, quia verba illa licèt generalia ad tempus diſpoſitionis referri debent. l. vltim. §. qui indiuiſam. de lega.1.in qua conſtituitur præcipuum fundamentum huius communis concluſionis, quod ſi verum eſt, quid vetat tam hoc caſu, quàm illo donationem ad bona præſentia reſtringere? Aliàs inducta ad vnum finem contrarium effectũ operari poſſent contra regul.l. legata inutiliter. de leg.

3.Et

3.& propterea licèt in caſu prædictæ cauſæ Vitel-
liórum Illuſtr. D.F. Vitellius reſeruaſſet ſibi aureos
tres mille de quibus diſponere poſſet, nihilominus
Senatui viſum fuit de iure verius, quòd hac re-
ſeruatione minimè obſtante in tali donatione
futura non venirent, quamuis in contrariũ multi
allegarentur, & præſertim Menoch. dicto conſilio
1. numero 191. lib. 1. Socin. iun. conſil. 89. nume. 12.
libr. 3. & 21. libr. 2. Bero. conſilio 44. numero 31. li-
bro 2. Crauet. conſilio 414. numero 11. & conſilio
15. numero 7. quibus reſpondet. D. Sola. in dicta
glo. numero 46.

Amplia quintò, vt procedat ſupradicta regu-
la, quamuis dicat donans ſe donare omnia bona
qualiacunque, & quantacunque ſint, vel vbicun-
9 que exiſtentia, quia nec † tunc donatio futura
comprehendere poterit, præſertim ſtante dictio-
ne illa exiſtentia, quia denotat tempus præſens, &
bona tẽpore donationis in bonis, & facultate do-
nantis extantia, & ſic illa, quæ loco circunſcribe-
bantur, cum futura nullo loco ſita eſſent, vti non-
dum acquiſita. l. eius. D. ſi cert. petat. Alberic. in l.
fin. C. quæ res pign. obliga. poſſ. Menoch. dicto
conſilio 1. numero 175. poſt Pariſ. conſilio 21. nu-
mero 33. libro 2. quamuis & in hac ſpecie contra-
rium voluerint Bellon. dicto conſilio 5. nu-
mero 9. verſiculo confirmatur. Socin. iun. conſi-
lio 98. numero 26. libro 1. Roland. conſilio 39. nu-
mero 12. libro 4.

Amplia ſexto etiamſi dicatur, *Dono omnia bo-*
10 *na, &c. ſi ſine † liberis deceſſero*, quamuis enim
tunc videatur concepta donatio in tempus mor-
tis, & videatur complecti omnia, quæ donans ha-
bebat tempore mortis, vt dicit Dec. conſilio 584.
& Bellon. dicto conſilio 5. tamen non comprehen
duntur hoc caſu futura, ſed illa clauſula *ſine libe-*
ris, refertur ad præſentia, quæ donabantur iuxta
ea, quæ dicta ſunt ſupra in tertia ampliatione, per
Alexan. & alios ibi relatos, & per ea, quæ dicit
D. Sola. in dicta gloſſ. numero 51. & ita cenſuit
Senatus.

Amplia denique etiamſi donatio fiat coniun-
11 ctis: nam quamuis † latior hoc caſu fiat interpre-
tatio, vt dicit Socin. in l. ſi cognatis. D. de reb. dub.
poſt gloſſ. in. §. non ſolùm. inſt. de legat. Gozad.
conſilio 70. & 71. Corn. 112. libro 2. Dec. conſilio
92. colum. 1. Crau. dicto conſilio 561. numero 10.
tamen non porrigetur ad futura, quia vnuſquiſ-
que præſumitur magis diligere ſe ipſum quàm
coniunctum. vulga. l. Præſes. C. de ſeruitut. & ideo
non obſtante hac ratione pro hac ampliatione
cenſuit Senatus in prædicta cauſa Vitelliorum.

Limitatur verò ſupra firmata generalis con-
cluſio ſi de mente donantis aliter conſtaret, quòd
12 voluiſſet † etiam futura donare: nam tunc illa
comprehenſa cenſebuntur, per text. in dicta l. ſi
ita. D. de aur. & arg. lega. & per Alexan. conſilio
59. in fin. libro 5. Curt. iun. conſilio 109. numero
16. & 17. Natt. conſilio 525. numero 26. Rolan.
conſilio 54. numero 36. libro 3. & 39. libro 4. Ne-
uizan. conſilio 71. Bellon. dicto conſil. 5. Menoch.
dicto conſilio 1. numero 175. & 176. Crau. dicto
conſilio 561. quæ mens etiam ex coniecturis de-
prehendi poteſt, vt latè per Bellon. dicto conſil. 5.
ſicut etiam ex coniecturis de contraria donantis
voluntate conſtare poteſt.

Subſtitutio compendioſa à pagano facta verbis cõmunibus an contineat pupillarem; & quid ſi mater ſit in medio, & an illa clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, in prima ſubſtitutione poſita cenſeatur in ſecunda repetita.

DECISIO CC.

1 *Compendioſa ſubſtitutio à pagano facta verbis communibus an contineat pupillarem. & num. 2.*
3 *Pupillaris ſubſtitutio ſub compendioſa generalitate verborum extenditur.*
4 *Compendioſa ſubſtitutio pupillarem complectens an matrem ab hæredite filij in pupillari ætate decedentis excludat.*
5 *Mater quare in tacita pupillari non priuetur legitima.*
6 *Text. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. D. de inoff. teſtam. examinatur, & declaratur.*
7 *Pupillaris expreſſa an à legitima matrem excludat, & quid in foro conſcientiæ. num. 12.*
8 *Text. in capitu. ſi pater. de teſtam. libro 6. quando procedat.*
9 *Pupillaris ſubintellecta virtute clauſulæ* vulgariter pupillariter, &c. *an ſit eius potentia, vt matrem etiã à legitima excludat.*
10 *Tacita pupillaris excludit matrem ſtantibus coniecturis, & filij ſubſtitutione. num. 11.*

COMPENDIOSA ſubſtitu-
tio verbis communibus facta à
1 pagano an † contineat pupilla-
rem, ardua, & profunda eſt quę-
ſtio, vt dicit Dec. in l. precibus.
C. de impub. numero 19. ſubdẽs,
quòd difficilè cognoſci poteſt,
quæ nam ſit communis opinio, ideoque egeret
deciſione Imperiali, vt etiam dicit Franc. in capit.
ſi pater. colum. 47. verſiculo circa tertium prin-
cipale. de teſtam. libr. 6. Nam, quòd omni tem-
pore ſit fideicommiſſaria, tenuit glo. in dicta l. pre-
cibus. & in. l. centurio. quam ſequuntur Alexan.
Bald. Oldr. Ang. Bart. quos citat Dec. in dicta l. pre-
cibus. numero 19. idem tenent alij multi ex anti-
quis relati per Franc. in dicto capit. ſi pater. colum.
48. & multos etiam moderniores citat Menoch.
conſilio 144. nume. 2. Simon de Præt. de interpre-
tat. vltimar. volunta. libr. 3. ſolut. 10. nume. 18. qui-
bus me remitto.

Sed

Sed contrarium, quòd imò durante pupillari
2 ætate ſit pupillaris, † & poſtea fiat fideicõmiſſa-
ria, tenuit glo. in §. qua ratione. inſt. de pupillar. ſub
ſtitut. quam ſequuntur Cyn. Alexan. Cuman. Ful-
goſ. Butr. Capr. Aretin. Caſtren. Corn. & alij, quos
citat Dec. dicto numero 19. & Franc. in dicto cap.
ſi pater. colum. 49. & hanc opinionem commu-
nem dicit multos allegando Eman. Coſta. in re-
petit. dicti capit. ſi pater. tertia part. in verbo. òbli-
3 qua. nume. 37. Pupillaris † enim ſubſtitutio etiam
ſub compendioſa ex generalitate verborum cõ-
prehenditur ex clara, & communi Doctorum
ſententia, de qua per Socin. iun. conſilio 121. nu-
mero 203. libro 1. Pariſ. conſilio 73. numero 3. li-
bro 3. Benedict. Capr. in tracta. de compendio. nu-
mero 104. quos etiam refert, & ſequitur M. Graſſ.
in §. ſubſtitutio. quæſt. 61. numero 4. & prædictam
opinionem magis communem fatetur magis in
ſpecie quæſt. 74. numero 2. vbi omnino vide, &
nouiſſimè Alexan. Trentacinqu. in tracta. de ſub-
ſtitut. part. 4. cap. 11. vbi latè examinat. & cum hac
opinione vti veriori, & magis communi ſolitus
eſt tranſire Senatus noſter, & ita vidi ſępius iudi-
care ex rationibus per Doctores ſupra citatos al-
legatas, ad quos breuitatis cauſa me remitto. Ho-
diè tamen hæc quæſtio frequentius reſoluitur ex
communi Notariorum practica, qui ſolent in ſub
ſtitutionibus apponere clauſulam illam ſaluta-
rem *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, &c.*
vt dicit Dec. in dicta l. precibus. numero 20. & Ca-
gnol. numero 234. & 236. ad quod etiam vide So-
cin. conſil. 250. lib. 2. Coraſ. in d. l. precibus. nume. 6.
Pariſ. conſil. 36. num. 34. lib. 2.

Magis dubium eſt, quando mater eſt in medio,
4 an tunc mater † per hanc ſubſtitutionem exclu-
datur, & hæc eſt ſatis profunda, & ardua quæſtio
ita, vt deciſione pariter Imperiali illam egere qui-
dam ſint arbitrati, vt refert Burſat. conſilio 8. nu-
mero 39. ſubdens eſſe quæſtionem ſine fundo, vt
eſt mare Anglicum, & quod in ea adeo contra-
riantur Doctor. vt vix dignòſci poſſit, quæ nam
ſit communis opinio, ſed quoniam ab ipſo Bur-
ſato vſque ad nauſeam iſta examinatur quæſtio,
qui refert, & enumerat Doctores tenentes vnam,
& alteram imò varias opiniones, & ſuper illa etiã
latè diſputat Roland. in conſilio 68. & 69. libro 1.
ad illos me remitto, quibus addo Menoch. dicto
conſilio 144. & Socin. iun. conſilio 94. numero 28.
134. numero 37. libro 1. & in l. centurio. numero
157. & 158. D. de vulga. Eman. Coſta. in dicto ca-
pit. ſi pater. in verbo ſuperſtite matre, & in verbo,
& è contra. 3. par. nume. 10. verſiculo ego autem.
vbi tenet opinionem contra matrem, & multos
illam tenentes recenſet, & in dicto verbo. obliqua.
numero 37. verſiculo ampliabis. M. Graſſ. in dicta
quæſt. 74. numero 3. vbi poſt relatas Doctorum
opiniones dicit, quòd opinio illorum, qui contra
matrem in hoc articulo tenuerunt, eſt ſine dubio
hodiè magis communis, & quòd ita ſeruatur, &
credo illum verum dicere per ea, quę in hac quę-
ſtione ſcribit Alexan. Trentacinqu. in dicto capit.
11. numero 8. verſiculo hæc opinio. vbi vide.

Verùm in fauorem matris, quòd hæc ſubſtitutio
ſemper in eius fauorem ſit fideicommiſſaria cen-
ſuit Senatus ſępiſſimè cum caſus euenit dando
matri legitimam, & Trebellianicam, quæ opinio
poſſet etiam dici magis communis, vt teſtatur
Burſat. dicto conſilio 8. numero 39. Menoch. dicto
conſilio 144. libro 2. præſertim iuncto numero
Doctorum, qui etiam abſque matris interuentu
dicunt ſemper eſſe fideicommiſſariam, quam-
uis aliqui, & fortè melius in hoc opinionum
conflictu dixerint debere iudicem, qui ex æquita-
te iudicat, mediam viam eligere, & dare legiti-
mam tantum matri relicta hæredi Trebellianica.
vt tenet Dec. in dicta l. precibus. verſiculo, ſed iſta.
& conſilio 371. & Ioann. de Monte Sperello. in
dicta l. precibus. quam mediam viam aliquando
amplexum Senatum teſtatur Maſuer. in pract.
Papien. in §. compendioſe. licèt ad illam non re-
ſpexerit conſilium Neapolitanum, qui matri legi-
timam, & Trebellianicam dedit, vt dicit Afflict.
deciſio. 367. & pro hac opinione Decij, quòd legi-
5 tima † mater non priuetur, allegari poteſt ſatis
aperta ratio, quòd legitima difficilius auferatur
quàm Trebellianica, & non poteſt amoueri à ma-
tre niſi de ea expreſsè, & diſertè dictum fuerit per
text. in l. ſi quando. §. fin. C. de inoffic. teſtam. & cũ
valde rigoroſum ſit, quòd legitima à matre au-
feratur per teſtamentum filij nomine factum à
patre, fortè contra mentem filij, vt præſumendũ
eſt cùm ſit ex naturali lege inductum, vt parenti-
bus benefaciamus. per l. nam & ſi parentibus. D. de
inoff. teſtam. vt dicit Dec. in dicta l. precibus. nu-
mero 9. ſubdens, quòd in foro conſcientiæ non
ſubſiſtit poſt Archidiaconum ibi per eum rela-
tum, vnde valde abſurdum videtur, quòd ſub
expreſſa, & tanto minus ſub tacita pupillari nul-
la facta mentione legitimę mater à ſua legitima
excludatur, quæ iure naturæ debetur, quod etiam
tenuerunt Socin. conſilio 157. colum. fin. libro
1. Rub. conſilio 105. Dec. 578. Coraſ. in dicta l. pre-
cibus. numero 43. 44. & 46. vbi reſpondet ad. l. Pa-
pinianus. §. ſed nec impuberis. de inoff. teſtam.
6 nam † ille text. licèt durus, & rigidus præſupponit
terminos habiles, id eſt, quòd pater expreſsè priua-
uerit matrem legitima. Et hæc opinio abſque dif-
ficultate procedet in tacita pupillari, quæ non
debet eſſe tantę potentiæ, vt matrem à legitima
excludat ex magis communi ſententia, à qua in
iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe
vti æquiori dicit M. Graſſ. in dicto §. ſubſtitutio.
quæſt. 30. numero 4. quicquid in contrarium ſcri-
pſerit Fulgoſ. in l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
& alij quos refert Graſſ. dicto numero 4. cuius fun
damentis nouiſſimè reſpondet hanc concluſio-
nem multis argumentis firmando Alexan. Tren-
tacinqu. in tracta. ſubſtitut. part. 1. capitu. 12. per
totum.

Difficultas eſt, quando ſumus in pupillari ex-
preſſa, vt ſi appoſita ſit in ſubſtitutione illa clauſu-
la vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum,
7 † videretur enim etiam hoc caſu in fauorem ma-
tris ſaltem pro legitima iuxta æquiorem opinio-
nem

nem Decij iudicandum per ſupradicta: nam ſta-
tutum priuans matrem hæreditate filij non intel-
ligitur de legitima. Roman. conſilio 32. numero
10. & 11. Dec. conſilio 466. Purpurat. conſilio 327.
Nec mouet text. in l. precibus. quia ibi non dicitur
quòd mater excludatur à legitima, ſed poteſt in-
telligi de Trebellianica. Minus obſtat text. in dicto
8 capitulo ſi pater. quia ille tex. † cū ſit contra ius na-
turale, & ciuile reſtringendus eſt ad caſum ſuum
duobus concurrentibus, videlicet, quod ſubſtitu-
tio ſit facta verbis directis & non communibus.
item, quòd ſubſtituta ſit pia perſona: ratione ete-
nim piæ cauſæ illa directa ſubſtitutio verbis dire-
ctis facta excludit matrem, vt per Rip. in dicta l.
centurio. numero 115. Menoch. dicto conſil. 144.
numero 19. poſſet etiam dici, quod ille text. fuit
inductus, vt dicebat Cyn. ex errore canoniſtarum,
& ideo in curia Cæſaris non ſeruandum, licèt op-
poſitum tenuerit Franc. in dicto capitu. ſi pater.
colum. 49. & pro hac parte refert iudicatum Pa-
pon. libr. 20. titu. 3. Areſt. 6. in contrarium tamen
eſt communis opinio, vt pupillaris expreſſa exclu-
dat matrem à tota hæreditate, vt dicit Cagnol. in
dicta l. precibus. numero 95. Socin. iun. in l. 2. nu-
mero 94. D. de vulgar. & pupillar. Mantic. de con-
iectur. vltimar. volunta. libr. 5. titu. 15. numero 2.
Alexand. Trentacinqu. in dicto tractat. ſubſtitut.
part. 2. capitu. 16. vſque ad numer. 4. M. Graſſ. di-
cta quæſt. 30. numero 2. qui dicit hanc opinionem
magis communem, & veram modo alimenta
matri egenæ præſtentur, quod latè defendit, & ſa-
tis ſubtiliter Ioſeph. Gonzalez. Hiſpan. inter ſuas
iur. quæſtio. capitu. 13. & hoc vltimum dictum
æquiſſimum arbitror, & cum hac communi opi-
nione omnes Senatores, & Præſides huius Excel-
lentiſſimi Senatus Pedemontani in facti contin-
gentia tranſibant in cauſa de qua infra dicam ne-
mine diſcrepante, licèt dura aliquibus, & præſer-
tim mihi videretur; pro qua videtur text. in dicta
l. precibus. & in dicto capitu. ſi pater. in cuius cap.
ſpecie matrem non fauore piæ cauſæ, ſed iure me-
rito excludi ſcribit ibi Eman. Coſta. in dicto verbo
ſuperſtite matre. numero 12.

Retenta igitur hac opinione pro vera, pulchra
& ſubtilis orta fuit controuerſia in Senatu. Quid
dicendum eo caſu, quando duæ ſubſtitutiones,
9 vel plures factæ † ſunt, in quarum primo capite,
ſeu gradu appoſita eſt illa clauſula vulgariter, pu-
pillariter, & per fideicommiſſum, & deinde in alijs
ſubſtitutionibus nihil dicitur, ſed tantum ſubſti-
tuit vt ſupra, vel ſubſtituit Titium ſine dictione
vt ſupra, an tunc etiam mater excludatur? Cùm ſi-
milis quæſtio propoſita fuiſſet in quadam cauſa
Montis Regalis Referente Dom. Senatore Fauzo-
no in Camera in qua ego præſidebam interuenien-
te D. primo Præſide vota erant ſecta: nam D. Præ-
ſes cum duobus Senatoribus erant contra matrē,
vt illa excluderetur: ego verò cum duobus alijs
Senatoribus eramus in contraria ſententia, vt imò
in hoc caſu mater non excluderetur ſaltem a le-
gitima. Priorum opinio ſuſtinebatur illa ratione,
quia opinio illa de qua ſupra diximus, quòd taci-
10 ta pupillaris matrem non excludit, non † habet lo-
cum ſtantibus in contrarium coniecturis, ex qui-
bus dignoſci poſſit voluntatem teſtatoris fuiſſe,
vt mater excluderetur, vt dicit Bartol. in l. centu-
rio. numero 22. & ibi Alexand. numer. 76. Rip. nu-
mero 128. & 131. vbi enumerat aliquot coniectu-
ras. idem Barto. in l. precibus. numero 12. Bald. nu-
mero 7. Dec. nume. 14. Iaſ. numero 8. Cagnol. nu-
mero. 223. & 227. quibus addo Grat. conſilio 134.
numero 40. libro. 1. Mantic. dicto titu. 15. libro 5.
numero 30. Bero. conſilio 126. numero 3. libr. 2. M.
Graſſ. dicta quæſtio. 30. numero 5. & quæſtio. 31.
per totam. Alexand. Trentacinqu. omnino pro
iſtis coniecturis videndus in dicto capitu. 12. nu-
mero 13. & ſequent. Alciat. pulchrè. in l. moribus.
numero 33. 36. & ſequen. D. de vulgar. & pupillar.
ſed cùm teſtator in primo ſubſtitutionis capite
expreſsè matrem excluſerit, coniectura eſt, vt etiā
in ſecundo voluerit illam excluſam eſſe, & ideo
ex coniecturata teſtatoris voluntate mater ex-
cludetur. & pro hac opinione allegabatur in ter-
minis Bald. conſilio 17. in fin. aliàs 18. incip. præte-
ritio matris. libr. 2. & Craiiet conſilio 203. numero
6. vbi etiam non adiecta illa dictione vt ſupra, vo-
luit, quod illa clauſula *vulgariter, pupillariter, &c.* in-
fundatur in ſequentes ſubſtitutiones, & in extra-
neorum ſubſtitutione, ergo id magis procedet
ſtante dictione vt ſupra, quæ inducit repetionem
omnium qualitatum præcedentium, vt per Bur-
ſat conſilio 13. numero 40. libr. 1.

Noſtra vero, & aliorum opinio ex eo defen-
debatur, quia negari non poteſt, quin illa ver-
ba vulgariter, pupillariter, cenſeantur in ſecunda
ſubſtitutione expreſſa ex ſubaudito intellectu, & ſic
tacitè, vnde ſumus adhuc in tacita pupillari, quæ
matrem non excludit, præſertim ſi prima ſubſti-
tutio cum illa clauſula ſit facta in fauorem deſcē-
dentiū, aliæ verò pro extraneis. & illa dictio vt ſu-
pra, poterat referri ad ſubſtitutionem non autem
ad qualitatem ſubſtitutionis, & quia verba potius
otioſa eſſe debent, quā quòd aliquis aliquod dam-
num indebitè patiatur. Felin. in capitu. 1. numero
17. de reſcript. per text. in dicta l. ſi quando. C. de
inofficio. teſtament. Neque enim tam facilè iſtis
coniecturis credendum eſt, quia niſi ſint conclu-
dentiſſime, non præiudicarent matri, vt conſuluit
Dec. conſilio 315. vbi reſpondet multis coniectu-
ris, quæ in caſu ſuo concurrebant, & hæc opinio
erat ſuper maxima æquitate fundata. Cum igitur
propter votorum diſparitatem nihil eſſet reſolu-
tum, fuerunt congregatæ claſſes, & propoſita ite-
rum quæſtione auditis aduocatis partium, & viſis
allegationibus, ac re per multos dies diſcuſſa præ-
ualuit tandem opinio prima, quòd in hoc caſū
mater non ſecus ac per expreſſam pupillare ex-
cluderetur. Multis tn̄ reclamantibus ſtantibus
duobus ſentētijs priorum iudicum, qui pro matre
iudicauerant. anno 1589. 29 Ianuarij.

Ampliatur iſta opinio, vt multò magis proce-
11 dat, quando ſubſtitutus † eſt filius, vt tenet Barto.
in dicta l. precibus. & in l. 2. in principio, colum. fin.
verſic. Quarto dixi. D. de vulgar. Angel. & Caſtr.

quos refert Dec.ibi.colum.fin.Socin. conſilio 332. libro 2. Graſſ.& Trentacinqu.in locis ſupra proximè allegatis.

Limitant tamen aliqui hanc opinionem, quòd mater per expreſſam pupillarem excludatur, vt
12 non † procedat in foro conſcientiæ, vt per Archidiaconum in dicto cap. ſi pater. cuius opinionem latè comprobat Dec. in dict.l. precibus.nume.10. & ibi Corn.Alc. in rep.l.quinque pedum. C.fin.regundor.ſed iſta opinio vltra quòd non videtur vera per text. in dicto cap.ſi pater. & per ea, quæ dicit Trentacinqu. in dicta par.2.cap.16. numero 5. & latius Gonzalez. dict.cap.13.nume.9. non procedit etiam, quando iudicamus vt iudices in foro fori, & ideo non obſtante hac limitatione contra matrem cenſuit Senatus in ſupradicta cauſa. & hæc ſufficiant in hac ſcabroſa controuerſia.

Donans omnia bona an poſſit poſtea cedere ius redimendi alteri in præiudicium donatarij.

DECISIO CCI.

1 *Actiones directæ an remaneant penes donantem, ita vt illis experiri in præiudicium donatarij poſſit, & numero 4. & 5. & 7.*

2 *Cedens, quando ceſſio reſpicit merum commodum ceſſionarij, nullum ius habet ad rem ceßam.*

3 *Actiones directæ penes cedentem remanent.*

6 *In donatione omnium bonorum non veniunt iura, & actiones.*

DONATOR omnium bonorum an poſtea potuerit alteri cedere ius redimendi, quod ſibi competebat, vel ſaltem ipſe exer-
1 cere † actiones directas ad redimēdam rem cùm ſibi fuerit oppoſita exceptio actionis deficiētis propter donationem, vniuerſalem dubitatum fuit in Senatu.

Et dicebatur deficere actionem, quia quando
2 ceſſio reſpicit purum, † & merum commodum ceſſionarij, vt in caſu ſimplicis donationis, tunc cedens nullum ius habet ad rem ceſſam, vt diſtinguit Bart.in l.facta. §. ſi hæres.ad Trebell.quem ibi magis communiter ſequuntur ſcribentes, & in l. ſi cum emptore. D. de pact.Roman.conſilio 102. Ozaſc. deciſ.45. Crauc. conſi.227.num.2.& conſi. 191.numero 3.Pariſ.conſil.19.num.61. libr.3. Alc. conſil.136.nume.3. Ozaſc.deciſ.62. numero 4.Pro qua diſtinctione videtur text. in l. actio.47. D. de negot. geſt. ſi conſideremus hodiè formularum conceptionem, de quibus ibi I.C. loquitur eſſe ſublatam. l.1. & 2. C.de formul.& omnia iudicia eſſe extraordinaria concedamus.§.fi.inſtit.de interdict.
3 & licèt † actiones directæ remanſerint apud cedentem. l. quis ergo caſus.l. ſticho.D.de pecul.l.3. D.depoſ.l.fin.C.quan.fiſc.tamen inutiles, & efficaces prorſus ſunt redditæ. Guid. Pap. quæſtio. 530. & 567. & hoc caſu non eſt neceſſarium aliquod de requiſitis in l.3.C.de nouat. Afflic. deciſio. 355. & hanc partem atteſtando communem comprobat Ronchegall. in l. 3. ſub nu.69.D. de duob.reis ſtipul.& promitt.

4 Accedit, quòd ſi ceſſio † fit ex titulo donationis transfertur omne ius in ceſſionarium nedum vtilium, ſed & directarum actionum. Ruin. conſilio 177. num.6. lib. 1. à quo non diſſentit Gozad. conſil.38.Ronchegal.vbi ſupra num.71.

Tertiò ſi cedens poſuit ceſſionarium in locum ſuum pro vt fecit donator, non poteſt amplius exercere actiones directas. imo illas tranſtulit in ceſſionarium. Angel.in dicta l. ſi cum emptore quamuis parum ſibi conſtans contrarium dixerit in l.qui quadringenta.D.ad Trebell.

5 Contrarium tamen † communi ferè omnium calculo per Senatum cōcluſum fuit 18. Septembris 1579.in cauſa ſuperilluſtris.D. Ludouici Putei primi Senatus Pedemontani Præſidis contra Pellicerium Referente D. Sena. Surdo. idque ex dictis per Caſtren.in dicta l.ſi cum emptore, & in dicto §. ſi hæres.quem in omnibus bene dixiſſe teſtatur Ozaſc.dicta deciſ.45.numero 6.Addit. ad deciſio.capel.Tholoſ.119.Iaſ.in d.l.ſi cum emptore.Bald. in l.1. C.de actio. & obliga.nempe, quod cedens poteſt exercere directas non obſtante ceſſione, ſi non interuenerit vnum ex trib. l.3. C. de nouat.Facit pro hac ſententia id, quod vulgo
6 dici ſolet in donatione † omnium bonorum mobilium, & immobilium non comprehendi iura, & actiones, quia cenſentur tertia bonorum ſpecies. l.quam tuberonis. §.pen.D. de pecul.l. à diuo Pio.§.in venditione.D.de re iud. l.2.§.mobiles autem res.C.quan.& quib. quar.pars.Barto. in auth. de non alienan.§.1.nume.5. & in l.mouentium.de verb.ſign.Guid.Pap. quæſt.291.341. numero 2.& 499. Dec. conſilio 237. pulchrè Andr. Gaill. practicar.obſeruat.libro 2.obſer.11.numero 10.& expreſsè in donatione tenuere Dec.conſilio 414.numero 11.Socin. regu. 108. in verbo donano.Guid. Pap.dicta quæſt.291. Tiraquell.de retract. §.1.glo. 7.numero 9. colum. 1. & 2. etiamſi adeſſet dictio quecunque, vt per Tiraquell. dicta gloſſ.7.nume. 20.28.& 27.cuius opinionem contra Rol.in conſ. 54.lib.4.firmauit Senatus 1588.Mēſe Septembris. de qua re alibi latius dicam.

Limitatur tamen ſupradicta opinio quoad experimentum directarum actionum, vt non pro-
7 cedat, neque † ſic cedens poſſit experiri, ſi in ceſſione fuerit facta mentio iurium, & actionum.& præſtitum iuramentum de non contraueniendo, quia tunc cedens omni iure, & actione priuatur. Ancharan. conſilio 119. Pariſ. conſilio 15. libro 3. Ronchegall. in dicta l.3. numero 64. Ioſeph. Ludouic.commun. opin.concluſ.4.declarat.4. Burſ. conſilio 4.6.& 7.nec ab iſta declaratione vnquam vidi receſſiſſe Doctores. Et præſertim quādo talis

ceſſio

ceſſ·o iurium, & actionum fuiſſet ampla. Crot. conſilio 83. numero 14. libro 1. Pariſ. conſilio 19. numero 69. libro 3. Gozadin. conſilio 38. numero 11. Curt. iun. conſilio 103. item ſi ceſſionarius dominus, & procurator in rem propriam conſtitueretur, & in locum, & ius cedentis ſubſtitueretur. Angel. in dicta l. ſi cum emptore. quem à Iaſonis contrarietate defendit D. Ozaſc. dicta deciſio. 45. numero 7. Riminald. iun. conſilio 9. numero 13. & conſil. 65. nume. 21. lib. 1. quod intellige de directis realibus non perſonalibus.

Fideiuſſor iudicij in prima inſtantia datus in caſum ſuccumbentiæ pro expenſis, an teneatur in ſecunda poſt latam ſententiam, latè diſcutitur, & declaratur multis caſibus propoſitis.

DECISIO CCII.

1 *Fideiuſſor in prima inſtantia non tenetur in ſecunda. & numero 4. plures opiniones referuntur. numero 6. 7. 8. 9. & 10.*

2 *Fideiuſſor in primo contractu non tenetur in ſecundo.*

3 *Appellationis cauſa eſt ſeparata à cauſa primæ inſtantiæ.*

5 *Text. in l. cum apud. D. iud. ſolu. declaratur. cum alijs ſimil.*

11 *Fideiuſſor, qui ſimpliciter fideiuſſit, rebus ſemper in eodem ſtatu permanentibus, mutato iudice tantum, tenetur in ſecunda inſtantia. & num. 17.*

12 *Fideiuſſio expirat perempta inſtantia.*

13 *Fideiuſſor liberatur mutato iudice, coram quo fideiuſſit.*

14 *Fideiuſſio expirat lata ſententia in contumaciam.*

15 *Fideiuſſor mutata inſtantia liberatur ſi fideiuſſerit, aſtringendo ſe ſolius iudicis iudicio coram quo fideiuſſit.*

16 *Fideiuſſor iudicij liberatur rebus, & perſonis mutatis.*

18 *Fideiuſſor iudicij liberatur, ſi fideiubendo coram arbitro lata ſententia fuerit petita reductio ad arbitrium boni viri.*

19 *Fideiuſſor liberatur ſi cum reſeruatione prima feratur ſententia.*

20 *Fideiuſſor pro expen. in iudicio, compenſatis illis in prima inſtantia, ſequuta in ſecunda illarum condemnatione non tenetur.*

1 FIDEIVSSOR quidam fuit cuiuſdam forenſis in cauſa vertente in prima inſtantia coram ordinario Taurini pro expenſis virtute ſtatuti huius ciuitatis, quo cauetur, vt forenſis non audiatur niſi prius data idonea cautione de expenſis in caſum ſuccumbentiæ: Iudex protulit ſententiam abſolutoriam in fauorem rei, in qua expenſas compenſauit: actor appellauit Vicarium, qui confirmauit ſententiam condemnando appellantem in expenſis, quæ ſententia fuit etiam per Senatum confirmata cum expenſis, virtute cuius confirmationis victor obtinuit iniunctionem contra fideiuſſorem pro expenſis: opponit ſe fideiuſſor allegans compenſationem expēſarum in prima inſtantia factam, in alijs verò ſe nō teneri. Quæſitum fuit, an legitima eſſet oppoſitio. Certè hæc quæſtio valdè dubitabilis eſt, vt ex infra dicendis apparebit, & deciſione digna, cùm etiam ſatis agitata, & frequens ſit. Et pro parte fideiuſſoris allegabatur, quòd fideiuſſor in pri-
1 ma inſtantia † non tenetur in ſecunda, & lata ſententia expirat illius fideiuſſio, quam regul. firmat Barto. in l. cum apud. nume. 4. D. iudi. ſol. cum quo tranſeunt ibi Odofred. Caſt. Iaco. de Arena. Albe. & ante eum hoc voluit glo. in authen. de his, qui ingrediunt. ad appell. in princip. in verſic. & perſonam quam ſequitur Iaſ. in l. fideiuſſor. nume. 9. D. qui ſatiſda. cogan. & ibi Caſtren. numero 4. in fin. Iacob. numero 6. Petr. de Bellapertica in l. inuitus. numero 36. C. de procura. Auguſt. Bero. quæſt. 76. Clar. in practic. crimi. §. fin. quæſtio. 46. numero 20. verſicu. Is tamen cautus. Balb. deciſio 99. centur. 1. Viu. opi. lib 2. opi. 118. In idem ſimiliter tranſeunt glo. Odofred. Barto. Caſtren. Cyn. Iaſ. Alberic. (licèt illic ponat duas opiniones, & nihil reſoluat) Iaco. de Sancto Georgio. nume. 4. Ioan. Fab. & alij ferè omnes ſcribentes in l. 2. C de procura. Imol. conſi. 47. & conſilio 89. vbi loquitur in fideiuſſore expenſarum. Roman. conſilio 100. in fin. Anchara. conſi. 35. Socin. ſen. conſilio 91. libro 4. Pariſ. conſi. 171. numero 30. libro 4. P. Io. Anchar. quæſtio. familiar. libro 2. quæſt. 15. Franc. Marc. quæſtio. 357. par. 2. & communem fatentur Alberi. Cla[illegible] Viu. Boer. & alij ſupracitati, & infra [illegible]: nec eſt dubium quin ſit à maiori parte ſcriptorum acceptata, & frequentiori calculo recepta etiam in cauſa criminali, vt per Bonacoſſ. in verbo fideiuſſor. & pro hac regula citatur tex. in l. cum apud Sempronium. D. iudicatum ſol. l. à iudice. §. fin. D. de iudic. l. grece. §. & poſt litem. D. de fideiuſſ. §. ſi verò aliquis. in fin. inſtitu. de ſatiſdat. l. 2. C. de procur. ſecundum vnam lecturam.

2 Item facit, quia fideiuſſor † conductoris, vel compromiſſi tenentur de primo contractu, non de ſecundo prorogato. l. item quæritur. §. qui implet. D. locati. l. ſi cum. C. eodem. Specul. in §. 1. vbi Ioan. Andr. titu. de fideiuſſ. Dec. conſilio 93. Tiraquel. de retract. titu. 2. §. 1. gloſſ. 7. numero 33. verſicu. præterita, & ideo dicitur, quòd ex prorogatione liberatur fideiuſſor, de qua re ſcripſi latè ſupra deciſio. 125. ſtante præſertim veritate illius regu. quòd fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & ad caſum nō expreſſum minimè amplianda. l. ſtipulatus. l. ſi in pignore. D. de fideiuſſ. Curt. Iun. conſilio 36. colum. 3. numero 5. & latè per Borgnin. Caualcan. deciſio. 5. nu. 31. par. 2.

3 Tertiò facit, qa cā † appellationis eſt ſeparata à cauſa primæ inſtantiæ, & ideo data prima ſenten-

tia lis finita dicitur, vt tenet glo. in dicta authen. de his, qui ingred. ad appella. atque hinc fit, quòd procurator datus in prima inſtantia non durat in ſecunda, quia lis eſt finita per primam ſententiam diffinitiuam.

In contrarium pro victore contra fideiuſſorem dicebatur, quòd in hoc caſu durabat fideiuſſio
4 † etiam in ſequentibus inſtantijs, quia ea fuit præſtita ad eum finem, & effectum, vt ciuis à forenſi indebitè, moleſtatus non amittat expenſas, ſi in illis actor fuerit condemnatus, vnde eſt conſideranda intentio finalis fideiuſſoris, & ſtatuti, quia ſtatutum requirit cautionem cum ſecuritate conuenti ciuis, ideo eſt extendenda fideiuſſio, vt in ſimili ſtatuto tenuit Roderic. Xuarez libro 2. ll. for. l. 2. titu. *De los emplazamientos*. §. ſed pone. numero 35. circa finem: nã aliàs, vt ille ſubtilis Doctor ait, nihil ſibi prodeſſet fideiuſſio. Nec mouet regu. ſupra tradita, quia vltra quòd iſta non videtur mihi tuta, tanquam in mera quadam ſubtilitate fundata, & propterea opinio Barto. mihi fuit viſa ſophiſtica, vt de Bar. aliquando ita dixit Bald. & eam inſipidam dicit Beat. in loco infra citando, cùm nec per iura allegata probetur ſi bene ponderentur:
5 nam tex. in l. cũ apud. loquitur de † iudice à partibus electo, & cum fideiuſſor cauit de ſoluendo, quicquid talis iudex id eſt Sempronius proprio nomine iudicatus iudicaret: nam tunc non extenderetur fideiuſſio attenta voluntate fideiuſſoris. Iuriſcon. in l. cum quærebatur loquitur in eo caſu, quando ob rem non defenſam cauſa fuit amiſſa, quaſi quòd tunc negligentia principalis non noceat fideiuſſori. l. non à iudice, in fi. loquitur quando eſt in totum mutatum iudicium contra primam electionem iudicij factam. §. ſi uero aliquis. loquitur, quando executio petitur aduerſus fideiuſſorem; quod illa non habet locum, quando fuit prouocatum, quia appellatione pendente nihil innouandum. l. 2. non loquitur de hac re, & fruſtra allegatur, & propterea non ſine ratione ab ea opinione receſſerũt Martin. Sylim. & Guliel. de Cun antiqui legum magiſtri, cum quibus videtur tranſire Bald. in l. Iulianus. colum. 4. D. qui ſatiſda. cogan. Bellamer. deci. 353. Gaſpar Beat. de inope debitore. capit. 5. numero 7. Boer. Deciſ. 315. numero 1. Caballin. de diuid. & indiuid. part. 2. numero 536. Aretin. conſilio 87. in fin. poſt Io. Andr. in tit. de ſatiſdat. ad Specul. numero 6. litera C. & nouiſſimè ita re bene diſcuſſa tenuit Vincent. de Franch. deciſio 320. par. 2. vbi dicit, ita per omnes dominos fuiſſe iudicatum, quem vide omnino, & Gabriell. de fideiuſſ. concluſ. 4.

Dico vlterius illam regulam in caſu noſtro nõ procedere, quia in oẽm caſum illa habet locum, quando in eadem inſtantia actio ſuper qua præſtita erat fideiuſſio fuit mutata, vel mutatæ perſonæ, vt bene videtur conſideraſſe in hoc puncto Rom. conſilio 270. in fi. de quo per Bar. in l. ſi ante acceptum. D. iudicat. ſol. & dicam infra, & eſt diuerſa ratio inter fideiuſſorem iudicatum ſolui, & cautionem expenſarum, quia in primo caſu videtur magis reſtringi cautio ad id, quod primus iudex iudicauerit, ſed in ſecundo videtur illa generalior, & reſpicere totum litis euentum, & vt dicit Boer. in deciſio. 314. numero 4. fideiuſſor, qui ſe ſimpliciter obligauit, cenſetur in omnem cauſam fideiuſſiſſe.

Nec quicquam mouet me altera opinio, ex eo, quòd cõmunis dicatur, quia illa caret iure, ratione, & equitate, & propterea contra illam ſemper in iudiciorum calculis fuit tentũ, vt de Rota Auinionenſi teſtatur Caſtren. in dicta l. cum apud. licet dicat aliàs pro ſe obtinuiſſe. de Rota Romana Bellamera. de Senatu Pariſienſi Caballin. de Parlamento Burdegalenſi Boer. in locis ſupra citatis. de conſilio Neapolit. Vincent. de Franch. quarum deciſionũ authoritas in palatijs videtur pluris facienda quàm vnius, vel etiam plurium ſingularium Doctorum.

Pro clariori intelligentia huius materiæ, quoniam queſtio illa an expiret fideiuſſio in cauſa appellationis eſt antiqua & ſubtilis, referam opiniones, inde aliquot caſus diſtinguam.

6 Prima igitur in hoc puncto † fuit opinio antiqui Doctoris Martin. Sylimani, qui voluit, quòd fideiuſſor nihilominus teneatur, & duret fideiuſſio uſque ad litem integraliter finitam, cuius opinionem refert Barto. in dicta l. cum apud. numero 4. D. iudi. ſol. & Martinum videtur ſequi Ioann. Andr. in add. ad Specul. tit. de ſatiſdat. §. expedito. numero 6. litera E. & cum hac opinione multos conuenire dicit Vincent. de Franch. deciſio. 208. numero 2. vbi dicit iudicatum pro creditore contra fideiuſſorem, & melius ſequitur d. deci. 320. par. 2.

7 Secunda fuit opinio † Gulielm. de Cun. (quem etiam refert Bart.) qui diſtinxit, quòd aut reus, qui fideiuſſit, fuit abſolutus, & actor appellauit, & tunc non extendatur fideiuſſio ad cauſam appellationis quaſi ſit finita lis quo ad fideiubentem per ſententiam: aut vero is, qui fideiuſſit, fuit condemnatus, & ipſe appellauit, tunc non cenſeantur liberati fideiuſſores, ſed duret fideiuſſio in cauſa appellationis, quaſi quòd duret lis, & actio perpetuetur cùm ſit integrum adhuc iudicium, & hanc opinionem dicit æquam Bald. in l. Iulianus. col. 4. D. qui ſatiſd. cog.

8 Tertia fuit † opinio glo. in l. 2. ſuper verb. appellanti. C. de procura. vbi voluit non extendi fideiuſſionem ad cauſam appellationis, ſed eſſe in illa inſtantia neceſſariam aliam ſatiſdationem. hanc opinionem firmat alia glo. in dicta authen. de his, qui ingred. ad appell. in princip. & cum hac opinione videntur tranſire magis communiter Doctor. vt ſupra dixi. Addo Io. Saulon in conſuetu. Turonen. titu. 1. articu. 24. colum. 5. in fin. Marc. deciſio. 357. par. 2. vbi in fauorem fideiuſſoris iudicatum refert. Roderic. Xuarez. in l. 2. for. tit. *De los emplazamientos* § ſed pone. num. 27. & 29.

9 Quarta fuit opinio † Bald. in dicta l. Iulianus. colum. 4. verſicu. 2. quæritur. vbi tenendo opinionem. Guliel. de Cun. addit aliam ſubdiſtinctionẽ, nempe, quòd aut in appellationis cauſa fuit aliquid additum, vel detractum primæ ſententiæ per

iudicem

iudicem appellationis, & tunc expiret fideiuſſio,
quia actio propter executionem deſcēdit ab hac
ſententia, & non inſpicitur prima: aut verò iudex
appellationis ſimpliciter confirmat primam ſen-
tentiam, & tunc durat fideiuſſio, & committatur
ſtipulatio, & in hoc caſu loquitur Socin. dicto
conſilio 91. libro 4. vt ipſe explicat in fine illius
conſilij, & Bald. ſequitur Iacobin. in dicta l. Iulia-
nus. numero 13. & cum hac pariter opinione vi-
detur tranſire Vincent. de Franch. deciſio. 208. Et
ex hac opinione, ſeu ſubdiſtinctione videtur poſ-
ſe inferri ad caſum noſtrum, quia cùm ſententia
iudicis primi compenſauerit expenſas, iudex ap-
pellationis illam confirmauit, & condemnauit
actorem in expenſ. & ſic pro illis deſcēdit actio ex
prima ſententia, & per conſequens non videtur
ad hunc caſum extendenda fideiuſſio, ſed cùm
hæc ſit eadem cauſa, nec mutatum fuerit iudi-
cium; ſed expenſarum condemnatio ſit acceſſo-
ria, & deſcendens originaliter à confirmatione pri-
mæ ſententiæ, credo, quod hoc caſu non militet
opinio Bald. ſed teneatur fideiuſſor prout virtute
primæ ſniç teneret, aliàs ex ſua appellatione rema
neret principalis non ſoluēdo expēſas impunitus.
10 Quinta fuit † opinio Ioan. Fabr. in §. alia. in fin.
inſtitu. de ſatiſdat. qui diſtinxit, an fuerit appella-
tum per principalem an per fideiuſſorem, vt pri-
mo caſu expiret, ſecundo non, & nihilominus di-
cit, quod ſi ille tex. in l. cum apud. fuiſſet, gloſſ. non
tranſijſſet ſine reprehenſione. Verum parcat mihi
Ioan. Faber. ipſe non intellexit ſententiam Iuriſ-
conſulti, & ſenſum legis in hac materia: nam Iu-
riſconſul. ibi loquitur iure antiquo inſpecto, &
quando eſt præſtita cautio coram iudice à partib.
acceptato, vt dicam infra.

Quid dicendum in tot opinionibus? Certè ne-
gari nō poteſt, quòd quæſtio ſit difficilis, & obſcu-
ra, ſed vt ingenuè, quid ſentiam, fatear, exiſtimo
ego veriorem eſſe primam opinionem Sylimani,
ſed pro clariori rei intellectu, & diſcuſſione ſunt
aliquot caſus diſtinguendi, ex quorum poſitione
tota hæc materia alias obſcura & perplexa, clara
& facilis omnib. reddetur.
11 Primus igitur eſt caſus †, quando quis ſimplici-
ter fideiuſſit, vel iudicatum ſoluere, vel pro ratiha
bitione, vel quòd in caſum ſuccumbentiæ expen-
ſas ſoluet, & tunc rebus ſemper in eodem ſtatu
permanentibus abſolutè dicerem fideiuſſorem
ſemper teneri, nec ex mutata inſtantia liberari iux
ta opinio. Sylimani, & aliorum ſupra relatorum,
cum qua video omnes curias iudicando trāſire, vt
ſupra dixi, nec in hoc ſtatuerem differentiam an
mutetur iudex, vel non, ſiue ſit delegatus, ſiue ſuc
ceſſor, quia in hoc puncto non video, quòd Do-
ctores faciant aliquam difficultatem, imò quo ad
ſucceſſorem, & delegatum idem voluit Bartol. in
dicta l. cum apud. numero quinto. & 6. quia (vt
ille ait) idem ſemper eſt iudicium, & promiſſio
facta coram iudice ordinario habet effectum co-
ram delegato, qui cognoſcit vicē eius. l. vir bonus.
D. iudic. ſol. Aretin. conſil. 87. in præmiſſa conſul-
tatione, in fin. Roland. 58. nume. 13. libro 1. & pro
confirmatione iſtius caſus pondero id, quòd dicit
de tertio arbitro poſt ſatiſdationem electo Bald.
in dict. l. Iulianus. colum. 5. in princip. vbi voluit,
quod ſi arbiter ſit electus non ex partium proui-
ſione, ſed legis, duret fideiuſſio, vnde ſic in cauſa
appellationis, cùm iudex appellationis ſit à lege
deputatus non ex partium conſenſu conſtitutus,
& cognoſcat tantum an bene vel male ſit iudica-
tum durabit fideiuſſio tanquam indiuidua.

Secundus caſus eſt, quando perimitur inſtan-
tia poſt litem ceptam, & tunc quia lis moritur ita
vt noua actione ſit opus actori ſi velit rem conſe-
12 qui, non † durat fideiuſſio, ſed perempta inſtan-
tia, vt eſt text. ad literam in l. 2. D. iudic. ſol. & ideo
I. C. eo loci inquit, lite mortua nullam rem eſſe,
quod limita niſi inſtantia eſſet perempta per de-
ſertionem appellationis, quia tunc durat etiam fi-
deiuſſio, vt per Iafred. Balb. dict. deciſ. 99. & in hoc
caſu eſt pulchrum conſilium Bal. 106. Proponitur
quod quidam. libro 3. & ibi loquitur in terminis.
Marſil. ſing. 313.

Tertius eſſe poteſt caſus, quando poſt datum
fideiuſſorem in vna inſtantia, cauſa agitur coram
alio iudice non delegato ab eo, coram quo eſt præ
ſtita fideiuſſio, nec ordinatio appellationis, nam
13 tunc fideiuſſio coram vno iudice præſtita † non
extenditur coram alio, licèt ſit eadem cauſa. l. 3.
in princip. D. iudic. ſol. ratio eſt, quia eo caſu re ve-
ra mutatur iudicium, quod non eſt in cauſa ap-
pellationis, quia ibi licet mutetur iudex, non tamē
mutatur iudicium, nec lis dicitur finita, donec ap-
pellationis cauſæ durant, vt in caſu ſequeſtri dicit
Franciſc. Curt. ſen. de ſequeſt. quæſtio. 18. num. 65.
& hoc intelligit Bald. & bene in l. Iulianus. colum.
3. cap. fin. quando fit mutatio iudicis ex parte rei,
quia tunc imputet ſibi reus ſi non petijt ſatiſdatio-
nem, & ita loquitur Imol. dict. conſil. 47. Roman.
conſil. 408. Ideo fideiuſſio præſtita in cauſa ciuili
non extendetur ad cauſam criminalem, vt ibi di-
cit Roman.
14 Quartus caſus eſt in ſententia lata † in contu-
maciam propter cauſam non defenſam, quia tūc
expirat fideiuſſio. l. cum quærebatur. D. eod. nam
militant in hoc caſu ea, quæ dixi ſupra in ſecundo
caſu, & quæ dicit Bald. in dict. conſi. 106. ibi allega-
to, & in hoc caſu conſuluit Cuman. in conſilio 33.
colum. 2.

Quintus caſus eſt, quando à partibus electa eſt
iudicis perſona, & partes illius iudicio ſe aſtrinxe-
runt, & illius iudicio tantum ſe arctauit fideiuſſor
illum proprio nomine nominando non tanquam
iudicem, ſed magis tanquam priuatum quem-
piam antiquorum more, tunc mutato iudice per
15 appellationem † expirat fideiuſſio, ita loquitur in
hoc caſu text. qui aliter intelligi non poteſt in l.
cum apud. D. iudicatum ſol. prout vellatus ille Ca
ballin. in tracta. de diuid. & indiuid. par. 2. numero
533. ſubtiliter admodum demonſtrat, quaſi quòd
fideiuſſor aſtrinxerit tantum ſe illius iudicis ſenten
tiæ, & ad hunc caſum videtur reſpexiſſe Bald. poſt
Specu. quem allegat in dicta l. cum apud. numero
5. in fin. dum vult non extendi fideiuſſionem ſi fue
rit pro-

rit proprio nomine vocatus iudex, & ad eum proprio nomine habita conſideratio in ſatiſdando, & ita tenendo opinionem Sylmani cum illa interpretatione ad l. cum apud. tranſit Ioan. Andr. ad Specu.tit.de ſatiſda.§ exequendo.numero 6.litera E. in fi.quicquid contra hanc interpretationem dicat Iacob.de Arena in dicta l. cum apud.in prin. Et ad hunc caſum reſpexit Odofred. in dicta l. 2.in fin.C.de procura.vbi voluit, quòd non duret fideiuſſio in cauſa appellationis ſi eſſet ſatiſdatum de ſoluendo, id quod iudicaretur à iudice cauſæ principalis,ſeu primæ inſtantiæ, quia mens fideiubentis inſpicitur ne officium ſuum ſit ei vltra ſuam voluntatem damnoſum,& ideo eſt pro eo hoc caſu benigna facienda interpretatio, cum fideiuſſor incertam cauſam extra conſenſum proprium nō obligetur.Abb.conſilio 75. colum.2. volumi.2. & cum hac pariter opinione tranſit poſt Ioan.Andr. ſubtilis Franc. Aret. in dicto conſilio 87. in fin. vbi voluit. quòd ſi iudex appellationis cognoſcat via ordinaria hoc eſt in cauſa principali, ſuper qua cognouit primus iudex,cùm ſit tantùm eo caſu diſcutiendum an ſit bene, vel male iudicatum,duret fideiuſſio, quia eſt iudex appellationis quaſi ſubrogatus,& Aretin.ſequitur Craue.conſilio 973.num. 9.& hanc interpretationem probat tex.in dicta l.3. D.iudicatum ſol.in princip.ibi,

Quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderunt,

& in hoc caſu loquitur Imol.in conſil. 47. Vincen. de Franch.dicta deciſio.120. vbi ita etiam intelligit illum tex Bellamer.dicta deciſio.353. Gaſpar Beat. in tract.de inop.debit.cap.5.numero 7. quos ſupra retuli.

Sextus eſſe poteſt caſus generalis, quando iudi-
16 cium mutatur in totum ex perſona iudicis † in cauſa principali, vel ex perſona procuratoris, qui ſatiſdedit, vel principalis, vel etiam confunditur cauſa,& tunc finitur ſatiſdatio,& vidēdus in hanc rem Bald.in dicta l.Iulianus. colum.3. & 4.in prin. & pro hoc caſu videtur text. in l. & an eadem. D. de except.rei indic. vbi mutata perſona, & cauſa petendi, ſeu actione non dicit eadē res, ſeu cauſa, & in hoc caſu loquitur Imol.in conſi. 89. Roma. conſi.270.in fin.

Septimus caſus eſt, quando ſententia dicitur
17 nulla,& poſtea confirmatur,vel agitur† per viam reſtitutionis in integrum, tunc enim durat etiam fideiuſſio, vt per Bald.in dicta l.Iulianus. colum. 5. verſicu.tertio quæritur. quia nec iudex, nec iudicium hoc caſu mutatur, ſed ſemper eſt eadem cauſa.

18 Octauus occurrit † caſus, quando fideiuſſio eſt coram arbitro electo, & poſtea petitur reductio ad arbitrium boni viri, & hinc quia res agenda eſt coram iudice competenti,& non coram iudice appellationum,ex veriori opinione de qua ſcripſi ſupra latè deciſio.14. Reductio: expirat fideiuſſio, & in hoc caſu poſſet militare tex. ſi bene ponderetur in dicta l.cum apud. prout illum intellexit Bal. in l.fi.C.de contrahen.empt. & in hoc caſu conſuluit Anchara. in dicto conſilio 35. licèt æquum mihi videretur tam in iſto quàm in alijs caſibus, vt fideiuſſor teneatur ſemper de eo, quod per primū iudicem eſt iudicatum, quia de eo iam eſt commiſſa ſtipulatio, & obligatio præceſſit.

Nonus effingi poteſt caſus in ea facti ſpecie, quam Ancharan. proponit in dicta quæſtio.15.
19 quando iudex principalem abſoluit,ſed in† reſeruatione alicuius particulæ petitionis, in qua poſtea pronunciando ipſum principalem condemnauit,& tunc voluit Anchar.fideiuſſorem ex hac reſeruatione non teneri, ſed ex prima ſententia omnino, & indiſtinctè liberatū eſſe, quod & in terminis voluit Socin. ab eo relatus in conſilio 91.libr.3. Verùm ego hanc ſententiam non ita ſimpliciter ſequerer,ſed eo tantùm caſu, quando mutatus eſt iudex prout ad hunc caſum videtur ſe reſtringere Anchara.dicta quæſtio.15.nume.13. ſed ſi per eundem iudicem fuiſſet poſtea lata ſententia ſuper reſeruatis, crederem fideiuſſorem non eſſe per primam ſententiam liberatum.

Vltimus caſus eſſe poteſt,quando non mutatur quidem iudicium nec cauſa, ſed tamen iudex mutatur,qui diuerſimodè iudicat, vt ſi primus iudex abſoluit compenſando expēſas in fideiuſſore expenſarum, & alter condemnauerit, vt in caſu fideiuſſionis de qua tractatur:nam tunc poſſet dici liberatum ſemel eſſe fideiuſſorem ex prima iudicis ſententia, qui compenſauit expenſas, & propterea non teneri in ſecunda inſtantia, & cum hac opinione attenta communi ſententia in hoc caſu tranſiuit Senatus liberando fideiuſſorem à petitione actoris in quadam Taurinen. Canib.& Tadei 1589. 11. Decembris. referente Do. Cortina. inclinando in communem opinionem Bartol. quæ ſecundum eum, & alios in dicta l. cum apud. procedit etiam ſi ſimpliciter cautum fuiſſet.

Ad euitandas omnes iſtas quæſtiones, & difficultates mihi ſemper viſa fuit bona cautela,quam tradūt aliqui,quos referunt Iacobin. & Boer.in locis ſupra citatis, vt amplietur in ſtipulatione fideiuſſio in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, ita etiam admonet Clar. in dict. quæſtio.46. poſt Angel.in §.ſed hodie.nume.1.de ſatiſdat.inſti. Cepol.cautel. 98.

Quid autem dicendum ſit in caſu finiti officij illius iudicis,coram quo cautio præſtita fuit,vide Roman.conſi.210.& quid in ſequeſtro, & relaxatione præuia cautione conceſſa,vide Iaſ. in l. ſi fideiuſſor.§.fin. nume.23. D. qui ſatiſda. cogant. & hæc tene menti,quia non ita explicitè alibi notata reperies, & multi ſunt qui ſuper ſimplici communi ſe fundantes, mirum in modum decipiuntur.

Præſcri-

Præſcriptionis interruptio, quæ proponitur in l. fina. C. de duobus reis. an procedat facta petitione partis debiti contra vnum ex reis debendi.

DECISIO CCIII.

1 *L.fin.C.de duob.reis. limitatur & declaratur.*

LEX finalis.C.de duobus reis,ponit regulam, quòd petitio facta contra vnum ex reis debendi perpetuat actionē quo ad alios à quibus nihil eſt petitum. Hæc regula eſt intelligenda, vt procedat quo ad ſummā petitam, nam ſi petatur integrum debitum, interrumpitur præſcriptio; ſed ſi tantum petatur pro rata vni debitori tangente, quia videtur creditor voluiſſe diuidere actionem, non interrumpitur præſcriptio niſi pro ſumma petita,ſed quo ad aliam ſummam currit: inſpicitur enim,non à quo, ſed quid ſit petitum, & pro hac limitationē allegabatur gl. in l.fina.in verb. electione. C.de fideiuſſor. & facit text.quem gloſſ.ibi allegat in l.liberum, vbi etiam glo.in ver.iuris ratio non patitur.C.eodem. vbi reſpondet ad l.reos.quę videbatur cōtra, cui etiam aliter reſpondetur per glo. in d.l. reos. & ita ſimile dictum Sali.in l.duobus.§.ſi ex duobus.D.de iureiuran.interpretatur Ronchegall. in l. 2. nume. 76. in fin.D.de duob.rei.arg.l.3.§.1.verſic.partes. D.eo. & ita cēſuit Senatus in cauſa Scarellæ, & Dominorum Gareſſij 1574. quamuis in cōtrarium adduci poſſet regula,quam firmat ipſe Ronchegall. in dict.l.3.§.1.nume.30. & ſequen.quod per partis petitionem ab vno ex correis factam, non cenſeatur facta debiti diuiſio: nam reſponderi poteſt illud non procedere ſtante curſu temporis,& interruptione præſcriptionis.

Nouum opus nuncians an media cautione excludatur à ſua petitione, ita vt nunciatus illa præuia poſſit opus cęptum perficere, an verò teneatur expectare trimeſtre.

DECISIO CCIIII.

1 *Noui operis nunciatione facta an admittatur cautio, ita vt illa attenta reuocetur inhibitio, an verò tempus trium menſium erit expectandum, & numero 2. 3. & 5.*

4 *Tex.in l.ſtipulatio de operis.§.1.l. de pupillo. §. ſi is cui. D.de oper.nou.nunc.cum ſimil.& tex.in l.1. C. de oper. noui nun.& cap.pen.& fi.eodem tit.varijs modis conciliantur.*

NVNCIATVR ædificanti nouum opus:nunciatus offert ſatiſdationem iuxta formam quā ponit Bar.in l.prætor.§.ſi quis paratus.D.de nou.ope.nunc. verſi. dicitur hic.Nuncians dicit.D.iudex modo conſtat, modo agatur, peto ſolum mihi dari tempus trium menſiū ad docendum de iuribus meis.iuxt.l.1.C. de nou. oper.nunc.aliàs l.fina.C.de ædific.priuat. & in cap. penult.& fin. eodem titulo.vbi gloſſ. & Doctores omnes. Replicat nunciatus, cautio eſt medicina ſequeſtratæ poſſeſſionis meæ, in qua per tuam nunciationem impedior in meo ædificare. Quærebatur quid iuris, an quamuis præſtetur cau-
1 tio †, debeat expectari tempus trium menſium. Et quidem text.iuris ciuilis videntur clari, quòd ſtatim præſtita cautione quis poſſit impunè ædificare, & remiſſa cenſeatur nunciatio, & prohibitio: vtrique enim parti prouiſum eſt, tam ei qui nunciauit, quoniam cautionem habet de opere deſtruendo, quàm ei cui nunciatum eſt, quia molitio eius non impeditur. hæc ſunt verba Vlpia.ſatis diſerta in l.ſtipulatio. de operis. §.1. l.de pupillo. §. ſi is cui. l.prætor. §.interdum. l. non ſolum. §.ſi cum poſſem. & §.ſciendum. D. de oper. no.nunc.

2 Ampliatur hæc regula, vt etiamſi † cautio præſtita non ſit,quia ſtet per nunciantem, quòd illam ſtipulari nolit,remiſſa nihilominus cenſeatur nunciatio.dicta l.prętor. 20. §. ſi quis paratus. de noui ope.nun. nec ibi etiam expectatur tertius menſis, ſicut nec alibi de iure Digeſtorum.

Contra ſupraſcriptas regulas,quòd etiam obla-
3 ta, vel præſtita cautione poſſit † nuncians petere dilationem trium menſium, videtur text. apertus in l.1. C. de noui oper.nuncia. vbi Iuſtinianus diſtinguit vtrum ſitus in vrbe principali, & tunc feſtinet, Præfectus, quod ego intelligerem, (intra tres, vel ad plus decem dies. l. promiſſor. §. 1. de conſtitu. pecun. glo. magiſtral. in §.omnis. inſtitu. de verborum obligatio.) in prouincia vero expectentur tres menſes, quibus lapſis cauſa non definita præuia cautione remittatur nunciatio, & ſic ille text. videtur clarus, & corrigere ll. pandectarum,& cum hac opinione videtur reſidere Domi Andr Gaill. pract. obſeruat.libro 1. obſeruatio. 16. numer. 17. Sed Canoniſtæ iuxta ſolitos errores ita ſtatuerunt, vt vbique tres menſes expectentur, in cap.penul.& fina.de oper.noui nuncia. vbi text.loquitur etiam in ædificante Pariſijs, & ibi reuocata fuit ſententia ſecundi iudicis, quia non diſtulerat per tres menſes, vt dicit gloſſ.in dicto capit.penult. & iſti Canoniſtæ allegant aliam æquitatem diuerſam imò contrariam ab ea,quam prudentiſſimus Iuriſconſul.conſiderat in dicta l.ſtipulatio de operis. §.1.dicit enim Butr.in dicto cap.fina. quòd hoc

fit fa-

ſit fauore nunciati, ne faciat ſuperfluas expenſas, cum fortè iudicari poſſit deſtruendum eſſe ædificatum, ſed certè iſte fauor à iure ciuili non fuit conſideratus tanquam vanus, item quia huic fauori poſſet nunciatus renunciare, cùm iuri pro ſe introducto quilibet renunciare poſſit.

Hæc iura contraria ſtudent Doctor. ciuiles, &
4 Canoniſtæ varijs modis conciliare, vt legitur † in glo. in dicta l. 1. C. de oper. noui nunciatio. vbi ponit quinque opiniones, & ibi Odofred Alberic & alij gloſſ. in dicto cap. fina. vbi Butr. Abb. & cæteri. Bartol. in dicto §. ſi quis paratus. latiſs. Ruin. in repetitio. l. 1. colum. 12. verſicu. poſt. Bartol. ibi nume. 23. & ibi Dominus meus Socin. iun. numero 148. Mihi videtur nō poſſe aliter dici, quàm quod lex C. corrigat. ll. Digeſtorum, quamuis Do. Socin. in dicta l. 1. numero 250. aliter teneat, ſed Iaſon. in dicta l. 1. numero 19. volens modeſtius loqui dicit, quòd non corrigit ſed limitat, ibi enim Iuſtinianus quandam antiquorum diſputationem, & legem nouam inducit, verùm quia non ita apertè loquitur, & illa l. recipit plures intellectus, vt ibi dicitur, ideo addit Salic. vt procedant iura antiqua, quando ille, qui nunciat dicit ſe nolle admittere cautionem, quia ita ſibi placet, vt expectet tres menſes, & tūc nō auditur, ſed ſtatim data cautione, vel ea oblata remittitur nunciatio iuxta ius Digeſtorum. Aut dicit, quòd habet bona iura in promptu in congrua dilatione trium menſium, & tunc procedat l. 1. & dict. cap. penu. & fi. & opin. Canoniſtarum. Iſtud tamen videtur mihi ſomnium, quia certè de iure Digeſtorum non erat adhuc nota illa trimenſtrualis præſcriptio, ſeu exceptio.

5 Hic caſus ſæpius contigit † in hoc Excell. Senatu me Senatore, & demum Preſide, & ſemper obſeruatum fuit hoc temperamentum, vt ſi quidem nunciatur ab initio antequam ędificans expenſas multas fecerit in cęmentis, & inſtrumentis ad ędificandum, & non eſt graue ædificare volenti ſuperſedere per tres menſes, & nuncians allegat ſe habere iura, quę tunc producere non poteſt, ſed petit tempus trium menſium, & tunc procedat dicta l. 1. & cap fin. ſi tamen iuret ſe non calumnio ſè hoc opponere, vt dicit gloſſ. in l. 1. in ver. ſatiſdatum. de remiſſio. Aut verò res non eſt integra ædificanti, ſed periculum eſt in mora ſi differat, vel ex aſpectu iudex videt calumnioſam nunciationem, & tunc ſtatim admittitur cautio, & remittitur nunciatio, & ob id ſolet ſemper in primis, & ante omnia fieri viſitatio.

Hoc temperamentum probatur ex l. de pupillo §. ſi quis riuos. D. de oper noui nunciat. vbi plus dicit ille tex. quòd tunc cùm mora adfert periculum & præiudicium, tunc etiam non expectata cautione proceditur ad ædificium non remiſſa, ſed ſpreta nunciatione, & per hunc text. ibi Barto. in fin ponit pulchram, & ſanctam doctrinam, ex qua videtur hoc ferè ſedere in iudicantis arbitrio, prout idem videtur velle Ruin. in dicta l. 1. quem refert Socin. iun. ibi numero 253. & Siluius in dicta l. 1. numero 58. libro 7. & numero 108. eodem lib. qui inſpectis circunſtantijs determinet, an ſtatim remittenda ſit nunciatio, vel expectare tres menſes, & hæc opinio Barto. fuit Iaco. de Aren. quem refert, & ſequitur Bartol. in dicto §. ſi quis paratus.
6 & ita cenſuit Senatus me referente in cauſa Taurinēſi Domi. Senatoris Curbij, & Gaſtaudi 1568. & in cauſa Rolandi, & Bini Taurinen. 1586. 17. Octobris, confirmata ſententia filij mei tunc iudicis Taurini, & nouiſſimè in alia doctoris Lucernę, & Raninæ einſdem Ciuitatis referente Illuſtr. Do. Senatore Brocardo confirmatis duabus ſententijs præcedentibus 1589. 26 Iulij. eſſet enim valde iniquum, quòd quis ad uexādum vicinum cum quo ſępiſſimæ eſt æmulatio poſt multas expenſas in præparationibus factas nunciaret nouum opus, & præſtita cautione diceret velle per tres menſes differri, quia excogitabit cauſas interea talis calumnioſi impedimēti, neque enim malitijs hominum indulgendum eſt ſed illis obuiandum.

Quinimo talis iniurioſè nuncians delinquit, & tenetur de dolo l. rei quam venalem. de dol. mal. & actione iniuriarum. l. iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat. de iniur. & interdict. quod vi ob turbatam poſſeſſionem. Bar in l. ſi prius. D. de nou. oper. nunc. l. non cogendum. §. fina. de procu. & per Siluium. d. l. j. li. 9. nu. 148 per l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſeruit. vendic.

Diuiſio inter fratres quando præſumatur ſequuta, declaratur.

DECISIO CCV.

1 *Diuiſio inter fratres per multas præſumptiones, & coniecturas ſequuta præſumitur, & probatur.*

2 *Diuiſio bonorum cùm facti ſit non præſumitur.*

3 *Diuiſio non cenſetur facta, ſi ſit magna inæqualitas inter fratres, & quando id locum habeat.*

DIVISIO inter fratres præſumitur ex longa poſſeſſione bonorum inuicem ſeparatorum,
1 † & ſolutione onerum ſeparata, & perceptione fructuum per decem annos inter præſentes, & xx. inter abſentes, gloſſ. eſt in l. ſi minor. C. commu. diuid. quam Bart. ibi ſequitur, & dicit notab. & ſingul. per text. in l. cum de in rem verſo. D. de vſur. & eam glo. ſequuntur Angel. in l. fin. D. pro dote. Bart. & Bald in l. qui aliena. D. de acquir. hæredit. Corn. conſi. 90. viſo proceſſu. lib. 2. num. 17 dicens eam glo. commu. approbari. Bald. & Angel. in l. ſi certis annis. C. de pact. Bart. in l. cum de in rem verſo. columnn. 3. D. de vſur. Bald. in l. 1. quæſtio. 7. C. qui admitti. Franciſ. Port. in tract. de duob. fra. 2. part. quæſt. 78. & Petr. de Peru. in tract. de ſociet. 11. par. 13. quæſt. Angel. in l. ſeruitutes. D. de ſeruit. Paul. de Caſtr. in conſil. 12. Barto. Cępol. de ſeruit. vrban. cap. 19. Ioan. Andr. in addit. Specu.

de

de indi.§.4.verſi.porro.Bald.in l.1. C. de fideicommiſſ.Bart.in l.fin.D.de vſucapion.pro dot.& in Diſputat.7. Mulier habens amplum patrimonium. omnino per Alex.in conſil.92. 2. part. & latius per Balb.de præſcript. quæſtio. 10. numer. 39. & hanc opinionem firmauit in facti cõtingentia Senatus in cauſa quadam Caballarij maioris. 1580. & ſi hæc non concurrerent,in dubio non eſſet pro diuiſione præſumendum, ſtante regula vera, & in
2 dubitata, quod † diuiſio non præſumitur cùm facti ſit,vt per Maſcard.de probat.concluſ.526.num. 1.quem ſequitur Menoch. in ſuo nouiter edito pulchro, & elleganti tracta.de Præſumpt. libro 3. præſumpt.60.num.1. qui propterea dicit præſumptiones, & coniecturas neceſſarias eſſe, vt cenſeatur facta diuiſio; & propoſita ſupraſcripta coniectura illam limitat numero 6. vt non procedat
3 † ſtante maxima inæqualitate, quia tunc non poteſt præſumi diuiſio poſt Bald. & Caſtrenſ. in l.penult. C.communi diuidun. & alios infinitos quos allegat; quam quidem declarationem ego veram puto,ſi modicum tempus ſit lapſum à facta ſeparatione, vel habitationis,vel bonorum, ſecus ſi ſimus in antiquis,& lapſi ſint decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, quia tunc præſumẽdum eſt factam ab initio fuiſſe diuiſionẽ æqualem,& fuiſſe ſolutam pro compenſatione pecuniã ab eo, vel illis fratribus, qui tũc plura bona poſſident, prout continuò practicari in iſtis diuiſionibus fiendis videmus; & ita tenuit Salicet.in dicta l.penult.& poſt eum Alex.dicto conſilio 92. num. 5.lib.2.Aret.in §.vltim.inſti.de ſocieta. Iaſ.conſi.1. colum.10.libr.3. Ruin.117.in fin. libr.1. quos male meo iudicio reprehendit poſt Balb. D.Menoch.in dicta præſumpt.60.num.7. neque erit credendum Ruino in conſi.162. nume.17. & ſequen. libr.3.vbi tenuit contrarium, quia varius eſt. Imo fortius contra Ruinum dici poteſt in caſu ab ipſo propoſito; quòd ſi repenatur frater totum poſſidens ſi alij non conquerantur, præſumatur tacitè facta conuentio inter ipſos,vt vnus poſſideat, & alijs fratribus annuam penſionem det, prout multi boni fratres facere ſolent honori, & cõſeruationi familiæ ſtudentes.nam antiquitati temporis ſemper eſt aliquid attribuendum ſtante diutina ſeparatione, & bonorum poſſeſſione continuata. Alias in hac materia coniecturas ponit Menoch. quas vide, & illum cõſulito,ſi plura hac de re velis,& Maſcard. dicta concluſ.526.lib.1.

Retinendæ poſſeſſionis remedio intentato à pluribus collitigantibus, quid facere iudex debeat ſi vel nihil probant, vel vtriuſque probationes in dubio ſunt.

DECISIO CCVI.

1 *In retinenda poſſeſſionis remedio vterque eſt actor, & vterque eſt reus.*
2 *Poſſeſſionis retentio cui danda, ſi æquales ſint collitigantium probationes, variæ ſententiæ referuntur, & num. 3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.& 14.*
15 *Remedio manutenendæ intentato, ſi vtraque pars in probatione deficiat, ſed vnus edoceat de titulo, quid iudicandum.*

IN retinendæ poſſeſſionis remedio is obtinere debet, qui melius poſſeſſionem ſuam probanit tempore litis conteſtatę, ſed ſi vterque probat, aut vterque nihil probat, aut dubium eſt, quis melius probet, prout ſępiſſimè euenit,res in difficili eſt quomodo iudex pronuntiare debeat. Dubium facit,quia in hoc reme-
1 dio † vterque eſt actor,& vterq; eſt reus. Bart.in l. 1.C.vti poſſidetis.num.8. verſi. ratio quæ, vterque enim dicit ſe turbari in ſua poſſeſſione, vterque petit vetari vim fieri:nam ſi conſtaret,quis eorum eſſet actor, facile eſſet ſententiam proferre reum abſoluendo, actore enim nõ probante reus etiam ſi nihil præſtiterit abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo,& in dubio iudicãdum eſſet pro reo, quia fauorabiliorės ſunt quàm actores.l.fauorabiliores de regul.iur.

Certè iſte caſus torquet iudices, & in hoc variæ ſunt formæ ſententiarum à doctoribus præfixę.

Aliqui enim dicunt iudicem debere manute-
2 nere † potentiorem, ita enim fiet, vt debilior acquieſcat, & non deueniant ad arma. Sed hæc ſententia eſſet ſuperflua, quia ſatis potentior per ſe illam proferret iux.Cæpoll. caut. 100. & carmen illud antiquum Ennij à Cicerone in principio officiorum relatum.

Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.

Alij dicunt totum contrarium, & imò manu-
3 tenendum debiliorem † cùm illis fauendum ſit,vt faciunt Domini Veneti: conuenit enim iudici infirmiores tueri à potentiorum oppreſſionibus Sed hoc eſt contra id quod dicitur. *Pauperis quoque in iudicio non miſereberis*. neque enim apud iudices aliqua debet eſſe acceptio perſonarum, prout nulla eſt apud Deum, cuius perſonam repreſentant.
4 Tertij dicunt,† iudicem pronuntiare debere vti poſſidetis ita poſſideatis, ſed hæc ſententia eſſet obſcura,contra.§. curare.inſt.de act. & daret occaſionem veniendi ad arma,& perinde eſt ac ſi diceret,ite cum domino,venite cum diabolo, date aliquid fiſco.
5 Quarti dicunt, iudicem † pronuntiare debere neutrum eſſe manutenendum,cùm neuter plenè probet ſuam intentionem,& cùm vterq; ſit actor neuter obtinebit,cùm metiamur ius ex perſona actoris, ſed hæc ſententia videtur incidere in præcedentem, & dare occaſionem rixandi, aut relinquendi poſſeſſionem incultam in damnum publi

cum, aut à tertio occupandam pro derelicto habitam in præiudicium alterius contendentium, cui fortè non deficiebat ius, ſed probatio.

6 Quinti putarunt reducendam † eſſe ſub ſequeſtro apud tertium non ſuſpectum, vel ad manus curiæ, ne partes veniant ad arma. l. æquiſſimum. de vſufruct. Et iſta videtur prouidere omnibus ne deueniatur ad ſcandala, & eſt practicata in feudis, & etiam in beneficijs Eccleſiaſticis, in quibus morte vaſſalli, vel prælati fit reductio bonorum ad manus Domini. Verùm iſta videtur priuare alterutrum iuſtum Dominum, & poſſeſſorem ſua poſſeſſione, quod æquum non eſt, & contra vltimum iuſtitiæ præceptum, quod eſt vt ius ſuum vnicuique tribuatur.

7 Sexti exiſtimarũt † melius eſſe, ſi cautus iudex vtatur cautela, qua vſus fuit arbiter ille Romanus electus ad terminationem agri Holani, & Campani, vt id de quo contenditur ſibi applicet, de quo Cicer. libro 1. off. ſed hoc eſſet conſulere ſibi ipſis nõ partibus.

8 Septimi putant melius † eſſe, quòd iudex proferat ſententiã duabus literis N. L. id eſt. non liquet. ſed hæc ẽt non placet: debet enim iudex pronunciare vel ſic, vel non. dicto §. curare. inſtitu. de act. l. quare. D. de iud. & iſta deciſio non tolleret lites, & diſſenſiones, quæ inter contendentes cum effuſione ſanguinis oriri poſſent.

9 Octaui putant, † iudicem debere ex ſorte iudicare, prout eo modo antiqui multas quæſtiones dirimebant, teſte Tiraquello in tractatu de primogen. quæſt. 57. opin. 1. ſed hæc etiam communiter docto. non placet, & obſtat, quòd dixi ſupra deciſ. 89. media via nu. 1. in fi.

10 Noni dicunt iudicem † debere vtrunque manutenere, cùm vterque probet, ſed hæc ſententia impoſſibilis eſt in executione, cũ duo inſolidũ poſſidere non poſſint. l. ſi vt certo. §. duob. vehiculum. D. commodati.

Decima fuit opinio Barto. in l. ſi duo. col. 1. vti
11 poſſidetis. † quòd diuidatur poſſeſſio per medium, & vnus vnam partem, alter alteram poſſideat, cuius opinio non eſt aſpernenda, & ſuſtineri poteſt ex his, quæ dixi ſupra d. deciſ. 89. quando omnino in incerto eſt veritas.

Vndecima fuit opinio Bald. in quæſtio. accuſa-
12 tus de vi turbatiua. † Quòd abſoluatur reus: ſed hæc non placet, quia vt vterque eſt reus, ita vterq; eſſet abſoluendus: bene verum eſt, quòd quandoque iudicauit Senatus eum eſſe actorem, qui prius literas obtulit, & libellum, euocando partem, petendo ſe manuteneri, & ſe non moleſtari de facto: ſed etiam hæc practica mihi non placet: nam ſi ita interpretamur, vt qui prior tanquam bene moratus ad magiſtratum recurrit eius beneficium implorans, & facti opera euitare volens reputetur actor, & meliorem conditionem faciat contumacis, qui via facti non iuris procedit, erit aperta via ſcandalis, cùm neuter ex iure, ſed ex armis cauſam ſuam fouere velit.

Duodecima fuit opinio eorum, qui dixerunt iu-
13 dicis arbitrio relinqui, vt † is controuerſiam, vt ſibi æquius viſum fuerit, definiat, ita ſenſit Bald. in c. licet cauſam. numero 28. in verſic. item non procedit. de probatio. Hæc etiam non placet, neque enim eius vnquam fui opinionis, vt ſit in arbitrio iudicis auferre mihi ius meum, & dare alteri ea ſola ratione, quòd magis velit complacere vni quã alteri. Iuſtitia enim eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens, & non auferens. inſtitu. de iuſtit. & iur. in princip. & hoc eſſet fauere iudicibus ignorantibus, ſi impunè poſſent ignorando ius, & factum, pro quo velint iudicare, neque enim puto, poſſe in iure reperiri caſum aliquem, qui dici poſſit pro amico, ſed potius pro Diabolo, cùm det cauſam ad inferos detrudendi, & partem alienam occupando iudicem, qui ſuâ ignorantia iniuſtè ius meum mihi adimit, quos iudices in fundo inferi ponit Virg. in ſexto dum ait.

Hi ſunt, qui leges pretio figunt atque refigunt.

prout faciebat Tribonianus noſter, qui modò vnum modo aliud ſtatuebat, prout caſus dabat, & animus alicui complacendi, vt videmus in multis authen. ab eo compoſitis.

Decimatertia fuit opinio eorum, qui dicunt re-
14 currendum ad † Principem, vt ſtatuat ipſe, quod velit, Sed hoc poſſet verum eſſe, ſi eſſet quæſtio iuris ambigua, quæ deciſione Imperiali egeret, quãuis etiam in hoc non putarem adeundum Principem, cùm in medio litis non debeant fieri ſacræ iuſſiones, toto titu. vt lite penden. C. & authent. in medio lit. non fie. & leges, quæ à Principibus fiunt, nõ debent cõcernere negotia preterita, vel preſentia, ſed futura. l. lege. C. de legib. Præterea Principes ſuos magiſtratus præſertim verò Senatus conſtituunt, vt ſe ipſos iuris inexpertos hoc periculoſo iudicandi munere liberent.

Has omnes opiniones paucis à me relatas latiſſimis verbis explicat, & examinat Barto. in l. ſi duo. D. vti poſſidetis. colum. 1. & 2. & l. 1. C. vti poſſidetis. colum. penu. & fin. & latius per Modernos præſertim Dominum meum Auguſtinum Berouum in capitu. licet cauſam. de probatio. Sed omnium latiſſimè, & copioſiſſimè per multas colum. recenſet, & diſcutit multum ordinatè more ſuo doctiſſ. Menoch. in titu. de retinen. poſſeſſ. in caſu 13. nume. 739. cum multis ſequent. ad quem, cùm nihil ferè addi poſſit, me remitto. Quando autem dicantur caſus clari, & non ambigui, ita quod pro alterutro iudicandũ ſit, plenè explicat idem Menoch. d. 3. remed. quæſtio 87. vbi ponit vndecim caſus, in quibus datur certa determinatio, & aduertendam eſt, quòd non ſine ratione prudentiſſi. ille vir vtitur hoc modo dicendi. *Decimustertius, & nunc vltimus eſt caſus* quaſi velit inferri, quòd poſſint etiam venire alij caſus ab eo non enumerati. Natura enim ſemper aliquid noui parit, nouaſq; nobis ſemper parat edere formas, neque omnia poſſunt vno tempore conſiderari. l. non poſſunt. D. de leg.

Ego poſt illos caſus à Domino Menoch. relatos addidi alium, qui nuperrimè in Senatu tractatus fuit. Fuerunt enim porrectæ Senatui preces, vt

plerunq;

plerunque fit per quendam, qui narrans dubitare ſe ne de facto ab aliquo moleſtaretur, ſupplicabat inhiberi ſe moleſtari in ea poſſeſſione, in qua reperiebatur de facto, & citra iudicialem cognitionem iudicis ſui ordinarij. Conceſſæ fuerunt literæ ſecundum petita, & iuxta ſolitam formam inhibentes de facto ſupplicantem moleſtari in poſſeſſione in qua erat, & in caſum in quẽ aliquis ſe oppoperet committebatur iudici ordinario, vt cognoſceret, & manutenendum manuteneret: comparuit tertius dicens ſe poſſidere inhibitionemque remouendam & ſe manutenendum: iudex aſſignauit ambos contendentes ad iuſtificandam, & probandam eorum allegatam poſſeſſionem: neutra partium aliquid præſtitit per teſtes ſuper allegata poſſeſſione. Alter autem exhibuit inſtru-
15 mentum ſui tituli quærebatur † quomodo ferenda eſſet ſententia. Aliqui ex dominis dicebant neutrum probaſſe poſſeſſionem, & illum qui titulum exhibuerat nihil præſtitiſſe, quia differentia eſt inter titulum, & poſſeſſionem l. naturaliter. §. nihil commune. D. de acquir. poſſeſ. item non conſtare eum, qui titulum conceſſerat, tempore conceſſionis poſſidere prædium de quo agebatur, & ideo eſſe nos in caſu dubio, cùm in hoc remedio metiamur ius ex poſſeſſione non autem ex titulo. Senatus cenſuit iudicandum in fauorem eius, qui titulum exhibuerat, quia aliquid plus præſtiterat, quàm aduerſarius, & titulus inducebat præſumptionem poſſeſſionis etiã antiquioris & inſtitoris. ex dictis p Alex. in apoſtill. ad Bar. d. l. ſi duo. in verbo ſunt æquales. verſic & quod titulus. poſt Bald. in l. poſt ſententiam. 2. colum. C. de ſenten. & ita iudicatum 29. Iulij referente D. Senatore Cortina 1589. ſed hoc vt præſupoſui locum habet, quando partes in probatione poſſeſſionis ſunt omnino pares.

Vxor an poſſit ſe opponere executioni, quæ fit ſuper bonis viri per ſecundum creditorem, allegando vergentiam mariti ad inopiam.

DECISIO CCVII.

1. *Mulier poteſt contra tertium creditorem ſuper bonis mariti vti iure retentionis, & remedio. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. contrarium. num. 2.*
3. *Mulier debet inuigilare, vt conſtante matrimonio de dote aſſecuretur.*
4. *Iuri ciuili operam dans debet inuigilare, & multas noctes in ſomnes ducere.*

CREDITORE ad executionem procedente in bonis debitoris comparuit vxor ipſius debitoris proponens, & deducens vergentiam viri ad inopiam, & idcirco petens dotes ſuas collocari in tuto ſuper bonis iam ſubhaſtatis ad inſtantiam creditoris, intentando remedium. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. ſi conſtante, in princip. D. ſolut. matrim. vnde dubitatum fuit, an illa mulier poſſit impedire executionem ex eo, quod prius non deduxerit de inopia, & non obtinuerit pro ſe ſententiam. Et videbatur, quòd etiamſi mulier ſimpliciter habeat in bonis mariti hyppotecã, quandocunque occurrit, quòd creditores mariti agant via executiua ſuper bonis mariti, etiam in genere pro reſtitutione dotium hyppotecatis, ꝗ
1 poteſt ipſa huiuſmodi † bona ſibi retinere, & dicere maritum ad inopiam vergere, & illam probando petere illa ſibi relaxari, cogenturque creditores expectare reſiduum, quod ſupererit mulieri, & excutere cętera mariti bona, vt tradit Neguſant. de pignor. & hyppotec. in primo membro. quintę part. princip. numero 29. poſt Bald. Nouell. in tractatu de dot. in ſeptima part. in priuileg. 18. & 24. Thom. Grammat. in deciſio. 92. numero 17. Rolan. in conſilio 31. libro 1. numero 57. & ſequen. Et pro hac parte mihi videtur tex. in dicta l. vbi adhuc. vbi non ſolùm datur vindicatio contra ipſum maritum, ſed etiam contra poſteriores creditores, prout etiam poſſet agere hoc caſu contra ipſos tertios poſſeſſores, ſi bona mariti non ſufficerent. l. ſi conſtante. 24. in princip. D. ſoluto matrimo. Rolan. conſilio 9. numero 12. libro. 1. quòd ſi poteſt vindicare à creditore, poterit agere, & fortius excipere, vt circuitus euitentur, & ſi poteſt agere contra tertios poſſeſſores, qui iam res mariti poſſident, quantò magis poterit contra creditorem de ſuo iure excipere, & virtute ſuæ hypothecæ illum excludere, qui adhuc in poſſeſſione non eſt, vt faciliori remedio illi ſubueniatur: non eſt enim legis beneficium coarctandum, per quod data eſt facultas mulieri agendi quandocunque pro tuitione iurium ſuorum, ſiue ante, ſiue poſt quam creditores contra maritum agunt. Imò nec etiam admitti videtur hoc in caſu oblatio, quæ vxori de dote fieret, vt per Barto in l. cum tibi C. qui pot. in pign. habe. Cuius opinionem vti communem latè defendit Rolan. dicto conſilio 9. numero 39. & 40. Si ergo non admittitur oblatio, multò minus eſſet admittenda ablatio.

In contrarium verò dicebatur non poſſe vxorem impedire creditores mariti ita exequentes,
2 ſecundum Barto. in dicta l. cum tibi. C. qui potio. in pignor. habe. Caſtr. in l. ſecunda. colum. prima. ſoluto matrimonio. dicens menti tenendum. Bartol. in l. ſi conſtante, in ſeptima quæſtione primę part. & ibi Alexand. Marſil. in rubri. D. de falſ. column. 4. verſicul. & faciunt. & in l. ſi quis ne quæſtio. colum. 3. D. de quæſtio. Socin. conſil. 1tr. volum. 3. Aretin. in dicta l. 2. ſolut. matrimon. verſi. tangit etiam hic. vbi atteſtatur vidiſſe conſil. Bart. pro hac opinione, licèt Socin. in præalleg. conſil. dicat illud perquiſitiuiſſe, & non inueniſſe, & quod nihilominus credendum eſt, ſecus verò, quando vxor prius obtinuit ſententiam contra maritum pro collocatione ſuæ dotis in tuto. Et quia dicebatur,

batur, quòd Bart. in d. l. cum tibi. dicit contrarium eius ad quod allegat, vt patet ex ſupraſcriptis, Reſpondetur, quòd Barto. loquitur in eo caſu, quo creditores non poſſunt excludere mulierem à iure dotis ſuæ, & a priori hyppoteca offerendo dotem, quando non eſt ſolutum matrimonium, nec extat alius caſus exigendi dotem prout eſt, quando maritus vergit ad inopiam, extra quos caſus non competit actio vxori, q̃ ideo nõ poteſt acceptare dotẽ, vt liberet creditores à nexu prioris hypothecæ exiſtentis ſuper bonis, q̃ occupantur per ipſos creditores, cùm vt præmittitur ipſa cui ius, & actio non competit, hoc facere nequeat, & ad hoc non allegatur Bartol. ſed dum dicit, quòd non eueniente caſu dotis exigendæ non datur ſibi actio, ita vt deneganda ſit etiam exceptio, prout Cyn. in dicta l. cum tibi. intelligit idem determinantem Thom. Parpal. in dicta l. ſi conſtante. numero 48. & eodem modo poteſt reſponderi ad ea, quæ ſupra pro contraria parte adduxi, licèt ſi bene ponderẽtur non habeant aliquã tutã reſponſionem, & ita fuit iudicatum in cauſa Ioannoti Antiguardi, contra Margaritam Bochietam, iuxta aliàs ſcripta, & iudicata per Excellen. Præſidem Puteum. Ideo cautę debent eſſe mulieres, & ſuper hoc inuigilare, vt ſi dubitent ne creditores
3 mariti bona accipiant, pręueniant ipſę præoccupando, & vtendo remedio. l. ſi conſtante. cum ibi nota. per Barto. & l. vbi adhuc. & ibi not. per Cyn. & alios, ſoluto matrimo. Vigilantibus enim non autem dormientibus iura ſubueniunt. l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditor. Negligentes autem ius abhorret. l. non enim negligentibus. ff. ex quibus cauſis maior. cap. nunciatum. 74. diſtinctio. Et poſt quam incidimus in l. pupillus. illud obiter dicã, q̃ ibi Africa æquiuoca verba profert de hac vigilantia inuiens ius ciuile non ſolum ſcriptum eſſe
4 creditoribus vigilantibus, ſed quòd illi iuri † incumbere volentes multas noctes inſomnes ducere debent, & inuigilare chartis, iuxta illud Iuuenalis Sat. 24.

Scribe puer, vigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum leges.

Et hora Sat. 1. libro 1.

Agricolam laudat iuris legumque peritus,
Ad Galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.

Accuſationi quanto tempore præſcribatur ad materiam. l. querelam. C. de falſ.

DECISIO CCVIII.

1 *Accuſationi præſcribitur per 20. annos, & quomodo id intelligatur.*

2 *Præſcriptio 20. annorum non procedit in atrocioribus delictis, & nu. 3.*

4 *Tex. in l. querelam. C. de falſ. declaratur.*

1 PRÆSCRIBITVR † accuſationi per viginti annos. per l. querelam. C. de falſ. & per Abb. & alios in c. cum haberet. de eo, qui duxit eam, quam per adult. cogn. vbi omnes concludunt hoc procedere quo ad pęnam temperandam, non autem quo ad pœnitentiam ſpiritualem, vt per Felin. in cap. licèt cauſam. col. 17. verſic. 5. concluſio. de probat. & ibid. Dec. num. 23. & Tiraquel. in tract. de pœn. molien. caſu 29. Boer. quæſt. 160. an ſoror. nume. 18. quæ concluſio procedit etiam ſi per inquiſitionem agatur contra delinquentem, vt per Balb. de præſcript. par. 4. quartę par. principalis. quæſt. 2. verſic. ampl. vbi dicit communem poſt Doctores per eum ibidem relatos, & idem tenet Aufr. in addit. ad Capel. Tholoſa. quæſtio. 188. Item quæſitum. ſi aliquis commiſit crimen. & communem etiam teſtatur Ægid. Boſ. in titul. de accuſ. num. 31. & ſeq. Quamuis ibi Aufrerius videatur contrarium tenuiſſe poſt Doctores per eum allegatos. Pro communi verò opinione reg. eſt antiqua Marciani. Iuriſconſult. lib. ... titul. 49. cap. 3. quam retulimus deciſio. 76. quod omnis quæſtio fiſcalis vicennio extinguitur. ſic enim ob lapſum temporis ſolet etiam pœna minui. l. ſi diutino. de pœnis. & dixi d. ... deciſ. 76.

Quæſitum tamen fuit in caſu contingenti in Senatu cuiuſdam de Iaueno, qui non in rixa, ſed voluntariè aggreſſus quendam ſuum inimicum illum vulnerauit punctione, ex quo vulnere ſtatim perijt, an poſſet ſe hac præſcriptione tueri. Et pro fiſco adducebatur, quòd proceſſum fuerat per inquiſitionem, item quòd tale homicidium erat delictũ atrox, & excludebatur ab indultu generali principis, quo expreſsè excludebatur homi-
2 cidium voluntarium, & quòd † in atrocioribus delictis non præſcribatur viginti annis adducebatur Marſil. in l. qui falſam. §. accuſatio. colum. 1. & 2. de falſ.

In contrarium allegabatur, quòd in homicidio habet locum l. querelam. vt eſt gl. in l. in cognitione. ad Syllania. & Balb. in d. par. 4. 4. par. q. 2. Carre. in §. homicidium. nume. 368. vbi alios multos citat, & cùm illa glo. non diſtinguat, nec nos diſtin-
3 guere debemus. Certum enim † eſt, quòd homicidium quodlibet eſt voluntarium, vel caſuale, vt in rubr. extra de homic. voluntar. vel caſual. ſed voluntarium aliud eſt tractatum, & cum animi deliberatione, & vt vulgò dicitur penſatum, aliud eſt voluntarium quidem, ſed non tractatum, nec factum cùm deliberatione animi de occidendo. In primo caſu vbi eſt tractatus, vt eſt in aſſaſinagio, vel ſimile poſſet dici de atrocioribus, & non habere locum præſcriptionem, & ita procedit dictum Marſil. & Carrer. qui idem tenet in parricidio. d. §. homicidium. nume. 368. Iul. Clar. in practi-

crim.

crim. q.51. ſed in ſecũdo, put eſt in caſu de quo agebatur vbi quis aggreditur inimicũ caſu repertum, & nõ data opera perquiſitum, vt cum oſtenderet, & enſe euaginato illum percuſſit non fortè animo occidendi, ſed vulnerandi, licèt ſequatur homicidium, cum vulnera non dentur ad menſurã. c.fina.de homicid.lib.6. tunc putarem locum eſſe præſcriptioni per d. glo. l.in cogn. ad Syllanian. & in terminis tenuit Dec.inter conſilia crimin.Zilett. lib.1.conſi.111.nume.21. & ſecundum hanc diſtinctionem cenſuit Senatus 1570. Menſe Decembris.

De homicidio autem caſuali vide Io. Philipp. Doctor. Mompelien.conſi.15. cùm hic de eo non tractemus.

Ampliatur autem reg.l.querelam.vt quantumuis in ciuilibus opponi debeat præſcriptio, tamen
4 in criminalibus ipſo iure ceſſet † accuſatio, & inquiſitio, ita vt proceſſus vel confeſſio facta ſit nulla etiam ſine oppoſitione, & exceptione præſcriptionis, prout latè tenet Marſil.in conſi. 46. nume. 10.cum ſeq.in criminalibus enim debet bonus iudex ſupplere etiam ex officio defectum partis; & rei defenſionem ſuſcipere non ſolùm pro tuitione liberi hominis, ſed etiam ſerui.l. ſi non defendatur. D. de pœnis. & ita obſeruat Senatus noſter, quãuis in hoc cõtrarium, & fortè malè teneat Carrer. in d. pratic.§.homicidium.nume.368. poſt Bald.in d.l.querelam. Alias declarationes ad d.l.querelam. ponit Carrer.in d.num.368. vbi inter cæteras dicit eam non procedere, vbi eſt delictum notorium, vel adeſſet confeſſio partis poſt Bal. & Marſil. per eum relatos, ad quam declarationem Senatus nõ habuit cõſiderationem, ſed omnino abſoluit reũ, ſed iudicio meo melius fortè fuerat, ne id notoriũ, & confeſſatum delictum tranſiret impunitum, homicidam in aliqua mitiori, & pecuniaria emenda condemnare pro modo facultatum, videlicet in ſcutos 50.aut 60.cum & in grauioribus delictis tantò mitius quis puniatur, quantò longius eſt tempus decurſum à delicto, vt latè dixi. ſupra deciſ. 76.per l.ſi diutino.de pœn. & habebit locum hæc l.querelam. & in incẽdiarijs.Boer. q.36.& in occultis delictis. Ferrand. Garg.inter conſi. crimi. Zilet. conſi.124.nu.15.qui dicit communem.

Sed quæritur an illi 20.anni ſint continui, & currant ignoranti? dic quòd ſic, vt per Boſ.tit.de iniur. nume.24.

Diſponere in vita qui ſibi ius reſeruauit, an poſſit teſtari.

DECISIO CCIX.

1 *Reſeruans ſibi facultatem diſponendi in vita an poſſit de reſeruatis teſtari.*

2 *Teſtamentum licèt fiat in vita, tamen non ſumit robur niſi poſt mortem.*

DISPONERE in vita qui ſibi ius reſeruauit, an poſſit teſtamẽtum facere? & videtur non poſſe, quia in vita diſponit, qui con-
1 tractus † facit inter viuos, & qui viuendo effectum ſortiuntur, ſed qui teſtatur non diſponit in vita, cùm ſolum poſt mortem firmat ſuum effectum teſtamentum, & ita tenuit Bar.in conſil. 76. pater filio emancipato. ſequitur Deci.conſilio 30. numero 3. Ripa in rubrica. ſoluto matrimon. numero 17. Cagnol.in l.fina. C.de pact. nume. 245. Alexand.in l. ſtipulatio hoc modo. nume.18. de verb.oblig.

Contrarium, quòd in vita dicatur diſponere, qui teſtatur, tenet Iaſ.conſi. 230. lib.4. vbi reſpondet rationibus Bart. & idem tenet Alcia.in l.fi.C.de pact.colum.fin.

Dubia profectò videtur hæc quæſtio, & ideo Roman. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nume.42.& Claud. Aquen.in d.l.in fin. dicit duram videri opinionem Bar. quamuis magna ſit illius authoritas, & non explicat, quid ſentiat.

Putarem ego, vt dicit Alciat.in d.l fin. eſſe conſideranda verba, & cauſam ipſorum verborum, ac alias circunſtantias, ex quibus deprehendi poſſit voluntas exprimentium illa verba, & iuxta illam coniecturatam voluntatem rem poſſe abſque difficultate reſolui. Nam ſi iſtam reſeruationem hoc modo factam bene conſiderabimus, non eſt dubium, quod ille etiam in vita diſponit, qui teſtatur, quia viuit, & non eſt mortuus, ergo ſicut poſſet donare, & facere quicquid voluerit, ita etiam poterit teſtari. Sed reſponderi poteſt, quòd cùm vltimæ voluntatis effectus ſoleat poſt mortẽ conſiderari, & ideo inquit Diuus Paulus ad Hæbreos
2 † vt teſtamentum vires habeat, mors neceſſe eſt interueniat teſtatoris, ita vt ipſum teſtamentum, & charta mortua repræſentet viuã teſtatoris perſonam, ita vt ipſe loqui videatur poſt mortem, ideo aliud eſſe diſponere in vita, aliud poſt mortem, ſicuti alia eſt donatio, quæ inter viuos dicitur, alia quæ cauſa mortis, non quod vtraque non ſit inter viuos, ſed quia vna in vita diſponentis, alia poſt mortem vires obtinet.

Senatus in contigentia facti vbi quis donabat alteri ſcuta centum, qui ad alium reuerterentur, niſi donatarius de eis in vita diſponeret, cenſuit nõ potuiſſe donatarium de eis teſtari, fretus authoritate Bar. cuius ſententia viſa fuit communis, & ſequenda; quicquid dixerit Iaſ.d.conſi.230.lib.4. referente D.Senatore Ruffia.

Vide ad materiam huius deciſionis, quæ ſcribit Alexan.Rauden.in tractatu de Analog. capitu.27. per totum.

Mulieres,

Mulieres, quæ in iudicijs perſonaliter comparere non deberent, qualiter judiciale iuramentum præſtare teneantur.

DECISIO CCX.

1 *Mulieres in iudicijs perſonaliter comparere non debent.*
2 *Decretum Sabaudiæ, quòd quis teneatur iurare in loco iudicij, & tribunalis, an procedat in muliere.*

1 MVLIERES † in iudicijs perſonaliter comparere non debent. c.mulieres.de iud.lib.6. ideoque neque ad poſtulationem admittuntur.l.1.§. 2.loco. D.de poſtulan. cui prohibitioni cauſam dediſſe Caiam Afraniam, ſeu (vt I.C.ait) Calphurniam, ſcribit Vlpianus in dicta l. 1.de qua meminit Valer.Maxim.lib. 8.capit.3. Sed quærebatur an ſtante decreto Ducali Sabaudiæ, quòd qui tenetur iurare, debet comparere in tri-
2 bunali coram altari †, afficiat mulieres? allegabatur contra mulierem, quòd decretum generaliter loquitur, & exigit perſonalem præſentiam.

In cõtrarium adducebatur d. c.mulieres. quod habet locum etiam in iuramento, vt dicit Anchã. in d.c.mulieres.& ibi Franc.in col.2. verſ.in glo.in ver.exprimitur.& idem Franc. in c. 1. de iud.lib.3. vbi poſt quam enumerauit duodecim caſus, in quibus requiritur præſentia perſonæ, & in 2. & 3. caſu ponit de reſponſione cum iuramento, tamẽ ibidem in verſ.excuſatur.excipit mulieres.

Cenſuit Senatus mulierem vilem teneri iurare in tribunali ſeruata forma decreti, nobilem verò, & matronam accedere debere in domo priuata Senatoris ibique iurare iuxta eandem formam, & hoc niſi tam egregia ſit mulier, vt cum dignitate poſſit iudex vel Senator ad eam accedere iux.l. ad Egregias.& tunc cuius expenſis mittatẽ hoc iuramentum vide repetit.Iacob. Petri.in l. admonendi. nu. 198. de iureiur.& ita fuit iudicatum in cauſa Dominę Paulæ Capræ 1582. Menſe Aprilis, & iterum in cauſa D. Georginæ Loſæ contra Robiſi 1589. Menſe Decembris.

Alimenta filio naturali, & ſpurio regulariter per fratres debentur, & quando id locum habeat, magiſtraliter ampliationibus, & limitationibus propoſitis declaratur.

DECISIO CCXI.

1 *Filio naturali à patre, & ſuis heredibus alimenta debentur.*
2 *Filio ſpurio alimenta debentur.*
3 *Alimenta debentur ſpurio, & naturali licèt pater peti prohibuiſſet.*
4 *Alimenta peti poſſunt etiam coram iudice Eccleſiaſtico.*
5 *Pater poteſt pro alimentis relinquere quintam partem ſuæ hereditatis naturali.*
6 *Alimenta non ſunt filijs naturalibus præſtanda in hoſpitali.*
7 *Mater tenetur ſpurio alimenta præſtare.*
8 *Donatarius omnium bonorum tenetur alimenta filijs naturalibus præſtare.*
9 *Auus paternus, ſiue maternus tenentur filijs naturalibus alimenta præſtare.*
10 *Filio pro alimentorum conſecutione competit hypothecaria.*
11 *Bona illius, qui alimenta præſtare tenetur, tranſeunt etiã in fiſcum cum illo onere.*
12 *Alimenta debentur etiam vxori filij naturalis ab heredibus.*
13 *Alimenta filio naturali non debentur, ſi aliunde ſibi victum parare poteſt.*
14 *Pater non tenetur dotare filiam ſpuriam, ſi aliunde illam habere poſſit.*
15 *Alimenta non debentur filio naturali ſi ars, vel alimenta ſuperueniant.*
16 *Alimenta præſtantur quatenus neceſſitas imminet.*
17 *Alimenta capienda ſunt ſuper fructibus.*
18 *Pater poteſt alimenta filio naturali legare, etiamſi habeat aliunde.*
19 *Alimenta præterita an peti poſſint.*
20 *Pater non tenetur filio naturali ſeu ſpurio robuſto, & qui ſeruire poſſit, alimenta præſtare.*
21 *Alimenta filio naturali ingrato non debentur.*
22 *Alimenta vltra vires hereditarias non debentur.*
23 *Ad alimenta quis nõ tenetur in plus quam facere poſſit, & non cogitur arctare victum ſuum pro illorum præſtatione.*

1 FILIO naturali † debentur alimenta non ſolùm à patre, ſed etiã à patris hæredibus. l. ſi quis à liberis. §. id reſcriptum. D. de lib. agnoſcen. & vt breuior ſim multos ad hoc propoſitum citant moderni præſertim Pereg. de iur.fiſc.lib.3.tit.18.nu.65.Gabriel. conſi.25. Burſat.conſi.62.lib. 1.Vincent.de Franch. deciſ.87.nu. 150.& deciſ.178. nu. 6.& 12. & faciunt ea, quæ de filia ſpuria latè ſcribit idem Vincent.deciſ.283.par. 2.Didac.in Epitom. c.8.§.6.numero 11. Paleot.in tracta.de noth.& ſpur. c.45. Et hæc concluſio non patitur difficultatem, & ſecundum eam pluries iudicauit Senatus: imo & filiam dotare tenetur officio iudicis. Papon.lib.21.tit.5. Arreſt.3.

Ampliatur hæc regula vt procedat nõ ſolùm in
2 ſimplici naturali, ſed etiam † in ſpurio, & inceſtuoſo, & hoc ex æquitate canonica, ex cap.cum haberet. de eo, qui duxit in matrimon. ex quo text. videtur correctus rigor iuris communis diſponentis, quòd ſpurio, & inceſtuoſo non debeantur alimenta. authen. ex complexu. C.de inceſtuo. nupt. & hanc

æquitatem

æquitatem canonicam ſequendam eſſe etiam in terris Imperij tenet præceptor meus Paleot. Cardinalis meritis. de noth. & ſpur. capit. 36. Didac. dict. epito. par. 2. capit. 8. §. 6. numero 6. Roland. conſilio 54. numero 59. libro 2. & ita ſemper obſeruauit Senatus, quamuis Calcan. conſilio 62. numero 13. dicat contrarium. Qualia autem alimenta præſtanda ſint ponit Didac. d. c. 6. nume. 8. Paleot. c. 47. nu. 7.

3 Amplia ſecundò, vt hæc alimenta † debeantur ab hæredibus, quamuis pater prohibuiſſet illa peti à filio naturali, vel ſpurio. Didac. dicta par. 2. capit. 8. §. 6. colum. 6. verſicu. quinto infero. Paleot. dicto capit. 47. numero 6. Roland. dicto conſilio 54. numero 68. libro 2. & idem dicendum ſi pater mandaſſet, quòd talis naturalis teneretur operari in domo, & ſeruire fratribus, ſeu hæredibus. Rolan. conſilio 54. numero 70. libro 2. quod tamen non crederem verum per ea, quæ dicam in prima fallentia, & contra eam tenet Barto. in l. Cato. §. Imperator. D. de legà. præſtan. Bertrand. conſilio 177. numero 5. libro 2. Thob. Non. conſilio 85. nume. 7. Peruſi. conclu. 1. colum. 5. & deciſio. 92. numero 13. Ioan. Veg. conſilio 72. numero 4. quæ opinio. veriſſima mihi videtur, quoniam etiam apes, vt inquit Poeta.

Ignauum pecus fucos à præſepibus arcent.

Faciunt, quæ dicam infra in verſi. fall. tertio.

4 Amplia tertio, vt talia alimenta † etiam peti poſſint coram iudice Eccleſiaſtico. Didac. dicta par. 2. capitu. 8. §. 6. numero 6. Hæc tamen ampliatio procederet in patria noſtra, ſi talis pater eſſet Eccleſiaſticus, vel hæres à quo alimenta petuntur. Cæterum ſi ageretur contra laicum, proculdubio agendum eſſet coram iudice laico, attenta forma decretorum noſtrorum tam nouorum quàm antiquorum, quibus prohibetur laicos trahi coram Eccleſiaſticis pro re meræ profana, & ita vidi obſeruari, & inhiberi pœnaliter laicis, ne pro tali cauſa coram Eccleſiaſtico litigarent, & licèt dici poſſet Eccleſiaſticum poſſe cognoſcere tanquam de pia cauſa inter laicos, tamen hoc non admittitur apud nos, quia talium cauſarum Senatus pijſſimi Principis noſtri perſonam repreſentans eſt iudex competens, & ipſe ſemper cognouit, & cognoſcit.

5 Amplia quartò, vt pater † poſſit pro alimentis iſtius filij relinquere quintam ſuæ hæreditatis. Paleot. de Noth. & Spur. cap. 45. nume. 8. §. 6. num. 6. & adeo ſi aliquid à patre naturalibus, ſeu ſpurijs legati nomine relinquatur, reſoluitur tale legatum in alimentis, poterit ideo illis hodie legari, imò & donari cauſa mortis, vel inter viuos. Papon. lib. 21. titu. 4. Areſt. 2. qui tamen Areſt. 3. id in ſpurijs limitat, & bene per cap. tanta. qui fil. ſint legit.

Amplia quintò, adeo teneri patrem, & hæredes ad hæc alimenta de ſuo proprio, vt non ex-
6 cuſentur † ſi poneret filium in hoſpitali, vt ibi aleretur. Didac. d. c. 8. §. 6. num. 9. quod putarem procedere ſi hoſpitale has expenſas à patre repeteret, ſed quoad filium cum aliunde alatur, & præſertim occaſione patris, & eius diligentia, non poſſet à patre alimenta repetere per ea, quæ dicam infra in prima fallentia. Niſi filius inuitus, & cum ſuo dedecore in hoſpitali degeret, vt dicam infra.

7 Amplia ſexto, vt etiam mater † ſpurio, & naturali talia alimenta præſtare debeat, & hoc vſque ad ætatem trium annorum. Didac. d. §. 6. num. 13. vbi dicit, hoc procedere, ſi pater poſſet alere, tunc enim fit talis diuiſio alimentorum per tempora, quòd ſi pater eſſet pauper tenet idem Didac. matrem teneri ad alimenta etiam poſt triennium, ſi ea facultatem filium alendi habeat. Hanc tamen ampliationem in quadam cauſa Riparolij Senatus non admiſit, quando mater eſt pauper, & neceſſe habet ſuis laboribus victum quærere, nec commodè valeat filium lactare, aut alio modo alimenta præbere, pater autem ſit diues, & ea præſtare poſſit. Idemque obſeruandum dixit, ſi fortè mater eſt nobilis, qui non poſſet filium lactare, aut eſſet talis perſona, quæ non poſſet ſine magno ſcandalo filium apud ſe retinere, tunc enim tenetur pater filium agnoſcere, & alere iuxta ea, quæ dixi ſupra deciſ. 3. cir. fin. & vide ad hoc Peregrin. de iur. fiſc. dict. titul. 18. num. 59.

Amplia ſeptimò, vt non ſolùm hoc onus alendi tranſeat contra hæredem, per l. ſi quis a liberis. §. item reſcripſerunt. D. de lib. agnoſc. ſed etiam
8 † contra donatarium omnium bonorum patris. Didac. dict. § 6. num. 14. licèt dicatur, quod donatarius non tenetur ad debita defuncti, vt alià dicam.

9 Amplia octauò, vt hoc onus ſpectet etiã † auo ſiue paterno ſiue materno ex his, quę dicit Paleot. dict. cap. 47. num. 6. Didac. dict. §. 6. num. 16.

Amplia nono, vt non ſolum filio competat actio perſonalis, vt officium iudicis ad conſequen-
10 da talia alimenta, ſed etiam competat† actio hypothecaria aduerſus tertios poſſeſſores, cùm bona parentum cenſeantur tacitè hyppothecata pro alimentis filiorum. Duran. de art. teſtan. tit. de lib. inſtitu. cautel. 17. facit, quod notabiliter ſcribit
11 Martian. in l. 2. ff. de alimen. & ciba. legat. † quòd ſi bona illius qui ad alimentorum præſtationem teneť in aliũ tranſeunt, tranſibũt cũ eodem onere ẽt in fiſcum. Peregrin. de iur. fiſci. lib. 5. tit. 1. nume. 75. quod intelligi poteſt ſi talia bona eſſent alienata in fraudem à parentibus, vel ſi eſſent alienata ab hæredibus poſt mortem patris, aliàs enim ceſſaret talis hypotheca, vt per Didac. dict. capitul. 8. §. 6. nume. 14.

Amplia decimò, vt non tantum filio, ſed etiam
12 eius vxori † hęc alimenta debeantur, vt per Paleot. de Noth. & ſpur. cap. 47. nume. 7. Quod intelligo in vxore inope: ſecus ſi de ſuo viuere poſſit, imò nec etiam viderẽtur vllo caſu debita, quia ſatis eſt ſi ipſi præſtentur, & ſi non poteſt vxorem nutrire non nubat.

Fallit nunc præmiſſa regula, vt non procedat ſi
13 filius ſit artifex, † vel aliunde ſibi victum quærere poſſit, tunc enim alimenta iudicis officio non debentur. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. & §. alimenta.

Deciſio CCXI.

D.de liber.agnoſc.l. fin. §. ipſum autem filium. C.
de bon. quæ liber. Abb.in capit. fina. nume. 5. de
conuerſ.infidel. Alex.conſil. 48. nume.2.libro 3. &
conſi.27.nume.2.lib.4. Dec.conſil. 576.nume.3. &
hāc opinionem communem teſtantur moderni.
Roland.conſi 54.nume.48.lib.2. Crauet.conſi.917.
nume.11.Gabriel.de alimen. concluſ. 1. nume.21.
Burſat.conſi.62.lib.2. Didac.in Epitom. par.2.cap.
8.§.6.num.9. Peregrin.de iur.fiſc.titu.18.nume.69.
74.& ſeq.Calcan.latè conſilio 59. & duob.ſequen.
Hartman.practicar.obſeruat.forenſ.libro 2.titu.de
14 alimen.cap.3. ſicuti etiam non tenetur pater † da-
re dotem filiæ ſpuriæ, quando illam habere aliun-
de poteſt congruam.Gabriel.ibidem.nume.6 poſt
Bald.Alex.Iacobin.& alios per eum citatos. Pere-
grin.dict.titul.18.nume.70. Et ſecundum hanc fal-
lentiam cēſuit Senatus in quadam Taurinen.Re
ferente D. Senatore Agatia. 1582. 22.Ianuarij. &
in cauſa cuiuſdam Broliæ naturalis die 25.Septem
bris.1585. quod tamen intellige, quàndo talis eſt
ars,quam filius ſine dedecore exercere poteſt.Bar.
in d.§.ſed ſi filius.& in l. 1.C.de mēdi. valid. Didac.
dict.c.8.§.6.nume.9. & quam exercere poteſt ſine
periculo infirmitatis:neque enim ſi eſſet perſona
debilis cogeretur agriculturam exercere.Bart.dict.
l.1.C.de mendic.valid.Crauet.conſi.199.colum.1.
verſi. rurſus.

Hanc fallentiam amplia, vt procedat etiam ſi à
principio quis eſſet pauper, nec haberet vnde ale-
15 retur, & poſtea ſuperuenirent † diuitiæ, vel ars ali
moniam præſtans, tunc enim ceſſabit alimento-
rum præſtatio.Gabriel. dict.titul. de alim. concluſ.
prima. numer.23. quod quidem verum eſt conſi-
derato tempore diuitiarum, ſecus ſi pro alimentis
præteritis tempore paupertatis aliqua debita filius
contraxiſſet, nec haberet modum ſoluendi, tunc
enim ad ea debita exoluenda tenet̄ pater, & præ-
16 ſtantur hæc alimenta,quatenus † neceſſitas immi-
net, & non vltra. l. quæ propter neceſſitatem.vbi
Doctor.de regul.iur.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.
de lib.agnoſc. Bart.in l. 1. §. nunciatio. nume.28.de
nou.oper.nunciat.Abb.in capitu.cum venerabilis.
nume.7.de conſuetud. Iaſ.in l.cōmodis.in fi. D.de
re.iud. Dec.in l.donationem.numer.7.C.de collat.
Crauet.in conſil.pro genero. nume.194. Menoch.
de arbitr.iudic.lib.2.caſu.182. nume. 32. & ſecun-
dum hanc declarationem cenſuit Senatus in vna
cauſa Marchionatus Ceuæ, referente Illuſtri.
compatre meo D. Senatore Mina. 8. Nouembris
17 1586. Talia autem † alimenta præſtabuntur non
ex alienatione bonorum paternorum, ſed ſuper
fructibus.l.Imperator.D.ad Trebell.vbi Ang.Alex.
conſi.100.nume.7.lib.1.Alciat.conſil.243.nume.4.
Simon de prætis in tracta.vltim. volunt. libro 11.
nume.62. Socin.conſi.97.cap.fin.lib.1.quia aliàs re
vendita, & principali conſumpto poſſet filius ali-
mentis carere. Ideo pro rata fructuum alimenta
præſtanda ſunt.l.3. D.de alimen.legat. Peregrin.d.
titul.180.nume.77. Et ex eo ſolo, quòd quis eſt ar-
tifex,præſumitur quis habere vnde viuat. Mantua
conſi.77.num.12.lib.1.facit illud Catonis.

Cùm tibi ſint nati nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

Quilibet enim præſumitur ex ſuo artificio non
ſolum ali poſſe,ſed etiam ditari.Bald. in l. ſi defun-
ctus.C.arbitr. tutel. Sed quamuis pater non coga-
tur præſtare alimenta filio artifici,tamen ſi vult po
18 teſt ea † illi legare.Crauet.conſi. 199.qui ita decla-
rat opinionem Dec.in conſil. 576.contrarium te-
nentis poſt Calcan.conſil.59. & conſilio 61. idem
Crauet.conſil.200.nume.10.& opinionem Craue-
tæ in practica obſeruari dicit Apoſtillator ad Dec.
d.conſil.576.nume.2. Didac. dict.cap.8.§ 6.nume.
10. opinionem tamen Decij ſequitur Paleot. de
Noth.cap.48. nume.6. niſi filius in egeſtatem labi
videretur, & operari perpetuò non poſſe.

19 Fallit ſecundò,vt hæc reg.procedat quo ad † ali
menta præſentia,non autem quo ad preterita.Bar.
Alexan.& Iaſ.in l.de alimentis.C.de tranſact.Rum.
conſi.80.nume.5.lib.2. Thob. Non conſi.8.num.5.
Peruſi.concluſ.1.colum.4.verſic. infertur. Burſat.
conſi.83.nume.7.lib.1. Gabriel.de alimen. conſil.1.
num.3.Vincent.de Franch.deciſ.203. Quod intel-
lige,vt dixi ſupra niſi illarum cauſa facta interpel-
latione filius debita contraxiſſet, vel talia alimenta
ab extraneo præſtita fuiſſent, poſſet enim tunc ex-
traneus actione negotiorum geſtorum ea conſe-
qui.l.neſennius. D.de negot.geſt. facit.l.cum vnus.
10.§.1.& l.libertus.§.1.de alimen. legat. Corduba.
in d.§.idem reſcriptum.nu.65. & in §. ſi vir.parens.
nu. 67. de liber. agnoſc. præſertim ſi actionis iure
petantur.Mohedan.deciſ.127.in fi.

Fallit tertiò, ſi ſit corpore validus, & robuſtus
ita vt ſeruire poſſit alicui nobili, tunc enim etiamſi
20 artem,† non habeat,pater ad illum alendum non
tenetur.Bart.in dict.l. 1.C. de mendic.valid. Decius
conſil. 576.nec enim danda eſt occaſio otioſitatis,
& inertiæ.Alciat.conſi.243.nume. 3. & idem dicas
ſi haberet beneficium eccleſiaſticum,ex quo viue
re poſſet. Decius conſil.576.Crauet. 199.nume. 11.
quamuis contrarium tenuerit Paleot.de Noth. &
ſpur.cap. 45.& idem dicendum eſſet in filia ſpuria,
ſi haberet maritum locupletem, qui illi alimen-
ta præſtare poteſt.Crauet.conſi.200. nu.11.

21 Fallit quarto,ſi ſpurius † eſſet ingratus, ita vt iu-
re denegari illi poſſent alimenta. Didac.dict.cap.8.
§.6.numero.17.Paleot.capit.48.numero 7. Alciat.
conſil. 243.

Fallit quintò, vt talia alimenta non præſtentur
22 ab hærede,ſi legata † ſint vltra vires hæreditarias,
etiamſi inuentarium non feciſſet. Cuman. conſilio
30.in 2.dubio.Fanut. de inuentar.hæred.par.7. nu-
mero 56.& in §.quid ſi tutor.numero 2. ſed in hoc
Nat. tenet contrarium in conſilio 387.numero 9.
Cuius opinionem putarem de iure veriorem pre-
ſertim in cauſa hac alimentorum fauorabili: ſi
enim hæres inuentarium non fecit,habetur pro
hærede ſimplici, & ad integra legata tenetur.l.fin.
§.ſin verò.C.de iure deli.

Fallit ſextò,vt ille,qui obligatus eſt ad alimenta
23 preſtanda,non teneatur † in plus quàm facere poſ
ſit, neque ſe arctare in ſuis alimentis, & expenſis,

vt alium

vt alium alat. dicta l. ſi quis à liberis. §. fina l. 2. C. de
alend. liber. Nat. conſil. 387. numero 8. prima enim
charitas incipit à ſeipſo. l. præſes. C. de ſer. & aqua.
quod tamen intellige, niſi alimentorum debitor
vellet nimis prodigaliter, & nimis exuberanter
viuere.

Et quod dictum eſt ſupra verſicu. fallit nunc. in
fin. deberi alimenta ſpurio, quando deſinit poſſe
artem exercere, ex qua viuat, amplia vt poſſit pe-
tere declarari per iudciem, quod præſtentur ſibi
alimenta in caſum, in quem ex ſua arte viuere nõ
poſſit, & ita iudicauit Senatus in quadam cauſa
Taurinenſi referente Domino Senatore Agatia
20. Ianuarij. 1582.

Text. in l. magnam. C. de contrahenda, & committen. ſtipulatio. declaratur, & quando moræ purgatio admittatur.

DECISIO CCXII.

1 *Dies, & pęna interpellant pro homine.*
2 *Interpellatio requiritur ad conſtituendum in mora.*
3 *Caſtr. opinio in conſi. 100. lib. 2. declaratur.*
4 *L. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip. non procedit, quando præfixus eſt breuis dies.*
5 *Mora celeri ſatisfactione purgatur.*
6 *Moræ purgatio non admittitur ſtante iuramento.*
7 *Minor ætas à ratificatione non excuſat.*

1 DIES, & pęna interpellant † pro
homine. l. magnam. C. de con-
trahen. & committen. ſtipulat.
adeo, vt non ſit licitum mo-
ram purgare. Rip. in l. ſi inſu-
lam. numero 37. de verborum
obligatio. Dicens, quòd licèt ſit
hæc quæſtio de apicibus iuris, tamen communis
opinio ita eſt, quam ibi limitat ſeptem modis. &
dixi ego ſupra deciſio. 77. mora non purgatur. Ex
his inferebatur in Senatu ad quæſtionem. Commu
nitas cum alia communitate fecit tranſactionem,
promittendo inſtrumentum ratificationis totius
populi intra tres dies alteri communitati exhibere
ſub pœna quingentorum aureorum: euenit, quòd
lapſis illis tribus diebus non fuit exhibitum inſtru-
mentum, quærebatur an incidiſſet in pœnam. Al-
legabatur in fauorem communitatis promitten-
2 tis, † quòd non fuerat interpellata, ergo mora non
interuenit non obſtante die, & pœna. iuxta conſi.
Caſtren. 100. libro ſecundo. vbi voluit nunquam
currere tempus, niſi facta interpellatione. Cuius
doctrinam ſequitur Iaſ. in l. ſi ex legati. numero 7.
de verborum obligatio. Dec. conſilio 2. colum. 2.
Marſil. in rubrica de fideiuſſo. numero 150. Felyn.
in capit. ſi autem. colum. 3. de reſcrip. Purpura. in l.
vinum. numero 28. ſi certum peta. Rip. in l. 4. §.
hoc autem iudicium. numero 10. & 11. de damno
infecto. Et hæc opin. eſt communis, & practicata
præſertim in patria noſtra, vbi etiam virtute decre-
torum antiquorum ita in feudis, & emphyteoſi
obſeruamus.

In contrarium allegabatur, quòd illa opinio
3 Caſtren. † eſt dubia, vt ibi dixi, ſed dato, quod ſit
communis, tamen intelligitur in præparatorijs
iudicij non autem in alijs pęnis conuentionalibus,
& ita Caſtrenſem intelligit Fely. Iaſ. & Marſil. quos
ſupra citaui, & Dec. conſilio 145. in fin. & vlterius
reſpondet Rip. in l. 4. §. hoc autem. numero 11. de
de damno infect. quòd ibi erat appoſita dies gra-
tia finiendæ obligationis, ideo requiritur citatio.
In caſu autem noſtro apponitur cauſa differendæ,
ergo, &c. vt ibi per Rip. Ioachim Myſiuger. obſer-
uationum centu. 3. obſer. 95. vbi ponit ſingularem
limitationem ad illam legem.

Et profecto ſi aliter diceremus, illa lex magnã,
quæ quotidie ad hoc allegatur, ſeruiret de vento,
ac eſſet inutilis, & in totum deſtrueretur. Quam-
uis enim multas patiatur limitationes, de quibus
per Iaſ. in l. ſi ex legati. de verborum obligatio. vbi
ſcripſi addendo alias ſeptem fallentias ad dictã l.
magnam, tamen nulla earum conuenit caſui no-
ſtro. Vnde erat mentis Senatus, quòd non obſtan-
te opinione Caſtr. quæ in caſu iſto non loquitur,
eam communitatem incidere in pœnam.

Adducebatur tamen pro ea communitate alia
fallen. ad l. magnam. quæ eſt, quòd non procedit,
4 quando † dies appoſita erat nimis breuis. Ita dicit
Socin. in regu. 90. incipien dies, & c. poſt Bald. in l. ſi
mihi, & tibi. §. ſi quis ſequos. de lega. 1. per illum
tex. Sed reſpondetur, quòd ille tex. loquitur, quan-
do erat dilatio adeo breuis, vt impoſſibile eſſet in-
tra eam expediri actum, vnde ſecundum eum ita
erit intelligenda mens Bald. & Socin. qui illum ci-
tat: in caſu autem noſtro erat adeo longa dilatio,
vt etiam breuiter potuiſſet inſtrumentum expedi-
ri. Ex quibus cenſuit Senatus in cauſa Canturiæ
illam communitatem, quæ non exhibuit intra
tempus ratificationem, incidiſſe in pœnam: id ta-
men etiam concurrebat, quòd nec intra aliquod
breue tempus moram purgare nixa eſſet, quare
tunc fuiſſent admiſſi ad purgationem, iuxta ea,
quæ dixi ſupra dicta deciſio. 77. cùm quis poſſit
5 celeri ſatisfactione † moram purgare. capit. potuit.
de loca. & ita text. in dicta l. magnam. cum ſimil.
doctè intelligit Sarmenſ. ſelectarum interpreta-
tio. lib. 3. c. 5. nu. 3.

6 Et tantò magis non admittur † purgatio ſtante
iuramento cum die, & pœna. Alexan. conſil. 148.
libro ſeptimo. & in l. quod te. ſi certum petat. vbi
etiam Iaſo. Dec. & Curt. qui dicunt communem.
Areti. in l. ſi ex legati. de verborum obligat. colum.
penult. verſicu. item, & ille. & conſilio 142. colum.
quarta. verſicu. venio. Felyn. in capit. ex reſcripto.
colum. penultim. de iureiuran. Rip. reſpon. 2. in fin.
libro primo. & reſpon. 7. libro tertio. Curtius conſi.
74. colum. 4. numero 7. dicens non requiri inter-

pellationem. Idem dicit Crau. conſilio 64. colum. ſecunda. Rubc. conſilio 152. in fin. Gozad. conſilio 27. & 31. & 57. Pariſ. conſilio 116. numero 119. libro ſecundo. dicens communẽ, & fuit originalis opinio Bald. in capit. primo. §. ad hæc. hic finit. lex Corrad.

7 Et à tali ratificatione † non excuſat ætas minor. Bero. quæſt. 103. Licèt crederem, quòd minor poſſet tanquam læſus aduerſus temporis lapſum in integrum reſtitui, ad nota. in l. Æmilius. de minor. de quo dixi ſupra deciſ. 103.

Lex venditor. D. de iudic. an habeat locum, quando fiſcus, vel patrimonialis in iudicio pro defenſione iurium priuati euocatur.

DECISIO CCXIII.

1 *Camera Ducalis pro rebus patrimonij eſt iudex competens.*

2 *Tex. in l. venditor. D. de iudic. an procedat in fiſco. & nume. 3.*

4 *Camera olim per decreta antiqua de cauſis non cognoſcebat, ſed Senatus.*

PRIVATVS emit à fiſco fundum. Tertius vult illum vendicare, & euocat poſſeſſorem coram Senatu. Emptor denunciat fiſco litem. Procurator fiſci comparet coram Senatu, & petit cauſam remitti coram procuratore Cæſaris, ſeu Illuſtri Camera, † quæ eſt iu-
1 dex competens in omnibus cauſis ad patrimoniũ Principis ſpectantibus. l. 1. D. de offic. procurator. Cæſar. & l. 2. C. vbi cauſæ fiſcal. vbi Doctores, hocque conſtitutionibus, & decretis Principum noſtrorum cautum eſt.

Opponitur, cauſam non eſſe remittendam, ſed quòd fiſcus tenetur defendere coram eo iudice, vbi lis eſt cepta, quia eſt iudex emptoris, & poſſeſſoris. l. venditor. de iudi.

Quæſtio hæc non caret dificultate, non quidem ex legibus, quia non video legem aliquam dicentem, quòd lex venditor. D. de iudi. non habeat locum in hoc caſu, ſed ex ſubtili quadam Doctorum argumentatione, & eorum auctoritate. Ego in hac controuerſia breuitati ſtudendo omittam rationes, quas ad partes diſputando poſſem allegare, ſed me remitto ad eas, quas allegat per duas columnas. Barto. Socin. in conſilio 91. caſus ſuper quo. numero 14. libro 3. vbi pro ea opinione,
2 quod l. venditor. limitetur in fiſco adduxit quinque argumenta, pro parte vero contraria deduxit octo valde concludentes rationes, quibus addo nonum argumentum, quod eſt, quòd ſpecialia non ſunt multiplicanda. l. 1. C. de dotis promiſſio. Sed ſi daremus l. venditor. limitari in fiſco, conuenirent tria ſpecialia, primum, quòd actor non ſequeretur forum rei, contra l. iuris ordinem. C. de iudic. & capitu. cum ſit generale. extra de foro compet.

Secundum, quòd vbi cęptum eſt iudicium ibi non finiret contra l. vbi cęptum. D. de iud.

Tertium, quòd actor rogatus non poſſet declinare forum ob ſuum priuilegium. dict. l. venditor. qui text. eſt ſatis clarus, & loquitur generaliter in quolibet priuilegiato. & l. 1. C. vbi in rem actio.

Poſſent alia multa adduci, ſed quoniam hodie non rationibus, & legibus, ſed authoritatibus pugnatur, ideo videndum erit, quæ ſit receptior opinio, & communiori Doctorum calculo probata.

3 Hanc quæſtionem † in terminis tangit Barto. in l. 3. in glo. magna. C. de iure fiſc. colum. ſecunda. ver. & ſecundum hoc. dicens, quòd ſecundum illã lecturam ſpeciale eſt in fiſco, vt non habeat locum dicta l. venditor. & ita ſimpliciter ibi etiam hoc tenet Ioan. de Plat. Eandem opinionem tenet Paul. de Caſtr. in dicta l. venditor. & eam ſequitur Cagnol. in dicta l. venditor. numero 16. & hanc opinionem videtur ſequi Socin. ſen. conſilio 46. Eligat. libro 4.

Contrariam opinionem, quòd l. venditor. non limitetur in fiſco, tenet Bald. in dicta l. 3. C. de iure fiſc. colum. ſecunda. verſicu. item non obſtat. Idem tenet Angel. Aret. in rubr. de exceptio. numero 17. vbi reſpondet ad dictam l. tertiã. idem tenet Corn. conſilio 79. in hac conſultatione. libro quarto. in fin. & reſpondet ad dictã l. tertiã. Socin. qui latiſſimè examinat in dicto conſilio 91. libro 3. in vltim. quæſtio. vbi etiam reſpondet ad dictã l. tertiã. & ad omnia contraria, & dicit communem. eandem opinionem ſequitur Lancellot. quem citat Cagnol. in dicta l. venditor. & cum hac opinione etiam tranſit Rebuff. in dicta l. tertia. dum illam intelligi in caſu quo principaliter fiſcus agit contra tertium, dicens eſſe ſpeciale in fiſco, vt reus ſequatur forum actoris, de qua re nulla eſt dubitatio, toto tit. vbi cauſæ fiſcal.

Et ex his inoleuit pratica in hac patria, vt ſi procurator patrimonij aliquem conueniat, vel conueniatur, agat coram procuratore Cæſaris, qui nunc eſt præſes Cameræ computorum, & ſic coram Illuſtri Camera, quòd ſi agatur inter priuatos, & fiſcus euocetur vt aſſiſtat, tunc cauſa tractatur coram Præſide prouinciæ, & Senatũ, cum aſſiſtentia tamen Præſidis Cameræ, & procuratoris, ſeu aduocati patrimonij, iuxta formam. l. 2. C. ſi aduerſ. fiſc.

Secundum verò formã decretorum antiquorum Sabaudiæ, prudentiſſimi Principes conſiderantes, quòd Camera computorum computis, ac calculis, ac ſubhaſtationibus redituum patrimonij vacare debebat, nec erat principi vtile, nec iuſtitiæ conueniens, vt ſe immiſceret in cognitione

cauſarum

4 cauſarum ciuilium, † vel criminalium præſertim cum ferè omnes cameræ auditores ſint nobiles nõ togati, ſed potius armati, qui de iure non poſſunt ſententiam dicere, expreſsè cauit, vt à tali cognitione omnino abſtinerent, etiam quòd de patrimonio principaliter ageretur, nec de illis ſe impedire præſumerent, verùm eas cauſas Senatui remitterent, vt latius habetur libro 2. Amedei. cap. 204. ſub rubr. Præſid. magiſtr & auditor. Camer. in capit. incipiente. quia vero, &c. quod confirmatur per aliud decretum Sabaud. per Ducem Philibertum ſecundum in cap. 16. quod incipit in Camera noſtra computorum. & ita inconcuſsè per centum annos, & vltra obſeruatum fuit. Et ego dum Senatus, & Camera eſſent Vercellis apud Sereniſſimum Ducem Carolum ibi tunc commorãtem ab anno 1549. quo in Senatu verſari cœpi, vidi ſemper cauſas non ſolùm ſimilis euocationis procuratoris patrimonialis, quando lis principalis, & inter priuatos, ſed etiam quando agebatur inter patrimonialem & priuatum, cauſarum definitionẽ fieri in Senatu cum aſſiſtentia præſidis Cameræ, & aduocati patrimonialis, donec ſuperuenta pace inſurrexerunt quidam indocti, ſed nouarum rerum cupidi, qui ambitioni, & propriæ gloriæ, magis quàm principis commodo, & publico beneficio ſtudentes ſub Sereniſſimo Duce Emanuele anno 1561. procurarunt Præſidem, & auditores Cameræ hanc cauſarum cognitionem, & deciſionem habere, & vt facilius id obtinerent tres ex ſenatoribus ad cauſarum relationem in Camera admitti curarunt, inter quos nominati fuimus à Principe D. Senator à Coſtaforte Foſſanenſis, & ego: ſed à tali munere ambo ſe excuſauimus, ea ratione, quod non videbatur forma antiqua innouanda, verùm præualuit illius præſidis Cameræ opinio, & in locum noſtrum deputati fuerunt Illuſtr. DD. tunc Senatores Ponte, & Draco, & ſic cœpit Camera hac iuriſdictione vti, & in cauſis cognoſcere, ſed in his tantum in quibus patrimonialis erat principaliter actor, vel reus non autem in alijs. Quare auditis aduocatis, & procuratoribus patrimonij cẽſuit Senatus cauſam illam, & ſimiles non eſſe Cameræ remittendas, ſed coram Senatu tractandas. 20. Ianuarij. 1587.

Augmentum pecuniæ an in gabellis debeatur, &c.

DECISIO CCXIIII.

1 *Pecuniæ augmentum an in gabellis debeatur.*
2 *Gabella ſoluitur vaſallis in loco infeudato pro manutentione pontium, & viarum.*
3 *Præſcribitur qualitati ſolutionis in Gabellis ſicut in cenſibus.*

1 PECVNIÆ augmentum an † debeatur in gabellis, quando per longiſſimum tempus ſemper ſoluti fuerunt groſſi, ſeu quarti, vt nos dicimus de moneta currenti. Et videbatur dicendum deberi augmentum, ita vt ſi iam cẽtum annis, quib. inducta eſt gabella, aureus valebat groſſos quadraginta, & nunc valet groſſos 132. debeantur nunc ſolùm groſſi cum illo augmento, vt quadraginta faciant aureum, vt per Doctor. communiter in l. cùm quid. ſi cert. petat. D. Compater meus Anton. Sola in ſuis commentarijs ad antiqua decreta, ſub titul. de pact. inter Empt. numero 84. & cum hac opinione tranſibat Senatus, & pro ea facit æquitas,
2 nam tales gabellæ ſoluuntur † dominis locorum, vt faciant expenſas in reparatione viarum, & pontium, & teneant vias tutas à latronibus. Signorol. conſilio 108. Cæpol. de ſeruitu. ruſticor. prædior. cap. 3. nume. 50. Rolan. conſi. 34. num. 26. lib. 3. vnde cùm nunc aureus creuerit, & operæ laboratorum, ac mercedes, ita etiam debet augeri gabella ſaltem pro rata augmenti pecuniæ debitæ, & hæc vera ſemper mihi viſa ſunt.

3 Hæc tamen opinio † limitatur, vt non procedat, quando in ſolutione ita diù per longum tempus obſeruatum fuit, & ſolutum de monetá currenti, tunc enim præſcriptum fuit illi generi ſoluendi ſub ea forma per capit. olim. de cenſib. vbi Doctores. putarem tamen, quòd ſi longi temporis curſu ea moneta ad minimum quid reduceretur ita vt vix ſupereſſet pro expenſis exactionis, quòd tunc princeps in fauorem ſuæ Cameræ aut ſui vaſſalli eam reduceret ad monetam antiquam, ne illud ius Gabellæ redderetur eluſorium. Et ita vidi obſeruatum in Illuſtr. Camera computorum.

Sed ſi non fuit ſolutum per multos annos, & ſic receſſum fuit ab ea conſuetudine, tunc debetur augmentum monetæ, & ita iudicauit Senatus in cauſa Iporrediæ, & gabellæ referente D. Arcatore. 1585. Iunij, in qua duo ſolidi Imperiales, qui debebantur pro gabella, fuerunt reducti ad patacos decem, quamuis aliàs non valerent niſi patacos ſex, ideſt patacos tres pro ſingulo ſolido. De monetæ autem augmento in mutuo vide, quæ dixi ſupra deciſ. 174.

Excuſſio an requiratur de bonis debitoris ſtante conſtituto, & quid ſi moriatur conſtituens poſt factam alienationem; an ceſſet remedium l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ.

DECISIO CCXV.

1 *Excuſſio bonorum principalis debitoris requiritur antequam deueniatur contra tertios poſſeſſores.*

Deciſio CCXV.

2 *Excuſſio non requiritur ſtante hypotheca cum conſtituto.*
3 *Conſtitutum non expirat per mortem conſtituentis.*
4 *Conſtitutarius mortuo conſtituente poterit vti remedio.l.fin.C.de acq.poſſ.*
5 *Rom.conſi.189.declaratur.*
6 *Conſtitutarius qualiter per negligentiam ſuam poſſeſſionem amittat.*
7 *Conſtitutum an tranſeat ad futura bona.*
8 *Poſſeſſio an per conſtitutarium poſſit, re manente adhuc penes conſtituentem, in alium transferri.*

1 EXCVSSIO bonorum principalis debitoris † fieri debet antequam deueniatur contra tertios poſſeſſores. authen. hoc ſi debitor.C.de pigno.vt latè per Guid. Pap. deciſio.432. ſuper quæſtione.vbi ponit practicam excuſſionis fiendæ, & conſi. 109. Domini de parlamento, & dixi ſupra deciſ.51.52.& 53.

2 Fallit ſi in inſtrumento crediti † adſit hypotheca cum clauſula conſtituti, quod dictum valde ſingulare eſt ſecundum Angel. in §. item ſi quis in fraudem.inſtitu. de act. & hanc dicit bonam cautelam Cępol. cautel.31.nume.1.Iaſ. in §. ibidem. numero 77. verſicu. & ex hoc dicto. ſed ante Iaſ. hoc tenuit Guido Pap. dicta deciſio.432. numero 32.verſicu.item dicta authen.poſt Bartol & Iacob. de Butr.ibi relatum.adde Balb.in repetitio.l.Celſus. colum.19.de vſucap.& rationem huius deciſionis ponit Papien.in forma libell.in act.hypothec.§.exceptionem. & facit ad hoc generalis, & communis concluſio, quòd clauſula conſtituti facit ceſſare excuſſionem ſecundum Iaſo. in dicto §. item ſi quis in fraudem. numero 57. poſt Aretin. & alios ibi citatos,& latius per Tiraquel.de conſtitu.par.1. numero 54.vbi ſuo more infinitos ad hoc citat, & ad quem breuitatis cauſa me remitto, cui addo Gabriel libro quarto. de fideiuſſ. concluſio.prima. limitatio.quarta & Menoch.de recuperan.poſſeſſ. remed.14.quæſtione 18. vbi plures citat. Guter. de contract.iurat.cap.23.numero 32.Ludouic.deciſ. Peruſi.45.numero 14. Qui tamen meo iudicio rectè intelligit hanc opinionem, quando agitur via executiua (puta remedio.l.fina.C.de acqui. poſſ.) contra tertium poſſeſſorem, ſecus ſi alio modo ageretur,& ita dicit euitari contrarias in hoc articulo Doctor. ſententias poſt Bero. conſilio 80. numero ſecundo. libro tertio. Et ſecundum hanc fallentiam vidi ſemper iudicaſſe Senatum, vt dixi ſupra deciſ. 53. Poſito. & pulchrè conſuluit Rolan. conſi. 9.nu.19 lib.1.

3 Amplia etiamſi moriatur † conſtituens: nam quamuis videatur magis cõmunis opinio, quod mortuo conſtituente expiret conſtitutum, vt latè tradit Menoch.in 14.remed.recuper.nu.64.& Tiraquell.de conſtitu.par.1.numero 65. & limit. 21. numero 10.11. vbi multos allegat, tamen illa concluſio declaratur, vt procedat, quo ad poſſeſſionem præſentem, ita vt is in cuius fauorem factum eſt conſtitutum videatur adhuc poſſidere, & non poſſit vti remedio retinendæ, verum poterit vti remedio, vt hæres conſtituentis teneatur, aut remittere, aut continuare poſſeſſionem nomine defuncti virtute conſtituti à defuncto facti, ita tenet, & declarat ſubtiliſſimus Doctor. Claud. de Seyſſello in Lexitus. verſicu.ſed ego. D.de acquiren. poſſeſſ. quem refert,& ſequitur Tiraquell.de conſti.ampl. 13.numero tertio.& Menoch.dicto remed.14.numero 67. Et quamuis videatur Domi.Menoch. in dicto loco numer. 38.innuere contrarium, tamen reſpondetur, quòd ipſe ſe refert ad declarationem ſubſequentem per eum poſitam, Imò dicere poſſumus, quòd licet illa videatur communis opinio, vt conſtitutum expiret morte conſtituentis, tamen contrarium verius eſt, quo ad ciuilem poſſeſſionem per ea, quæ in hærede conſtitutarij ſcripſimus ſupra deciſio.105. Conſtitutum. præſertim ſi conſtituens ſe conſtituiſſet poſſidere pro ſuis hæredibus, vt per Balb.de præſcript. par.quarta.quartæ par.princip.quæſtione vndecima. verſicu.ex quibus colligo. & ita cenſuit Senatus ſemper, vt dixi dicta deciſio. 105. numero ſexto. niſi eſſemus in caſu, quo conſtitutum poſt mortem effectum ſortiretur, vt dixi ſupra deciſio.38. Conſtitutum, ſeu conſtituti,&c. Licèt enim dicamus conſtituentem pro alio poſſidere, vt colonus pro alio poſſidet,& propterea morte finire poſſeſſionem.l.cum præcatio. §.fina. D.de præcar. tamen ciuilem poſſeſſionem animo conſtitutarius retinet, ideo poteſt ſi hæredes cõſtituentis velint alio nomine quã coloni poſſidere, recuperare poſſeſſionem remedio.l.fin.C.de acquir.poſſ.

Secundò declara, vt quamuis non poſſit inten-
4 tari remedium retinendæ † virtute clauſulæ conſtituti attenta morte conſtituentis, poterit tamen intentari remedium recuperandæ ex dicta l. fina. C.de acquiren. poſſeſſio. quæ loquitur non ſolùm in ſeruo,& colono, vt Aret.putat, ſed in quolibet, qui rem nomine alterius poſſidet, vt clarè innuit ibi text. in verſicu. vel quiſpiam alius. quem ad hoc ponderat Alexan. conſilio 85. ponderaris his. numero ſecundo. libro ſexto. & in l. exitus. de acquirenda poſſeſſio. Et ita declarat Seyſſellus in dicta l.exitus.verſicu.ſimiliter etiam.& Tiraquell.dicta 13. limitatio. nume.3. Menoch. dicta quæſtio. 18.verſic.declara.poſt Gozad. conſilio 42. & dixi deciſ.38.in fin.

Et ex hoc infertur, quòd ſi quis conſtituens nomine alterius poſſidere rem alienet, deinde moriatur, poterit conſtitutarius ex d.l. fin.recuperandæ remedium intentare ſecundum Corn. conſil. 190.Ad euidentiam.num.5. licèt fortè non poſſet hoc facere, ſi ante alienationem moreretur ſecundum Gozad.d.conſi.42. Menoch.dict. quæſt.18.& Tiraq.d.amplia.13.nu.3. Ad quod facit, quia alienans interuertit poſſeſſionem, quod facere non poteſt etiam ad effectum præſcribendi.l.malè agitur.D.de præſcrip.30.ann.

Nec obſt conſilium Rom.189. quia ad illud reſpondet Goz.ad.conſi.42. ſed vlterius dico, quod
5 dictum † Roman. poſſet procedere, ſi mortuus eſſet

eſſet conſtituens ante alienationem, ſed ſi ante mortem alienauit interuertit poſſeſſionem conſtituarij, ex qua interuerſione conſtitutarius ſpoliatur, & oritur remedium.d.l.fin. ad recuperandam poſſeſſionem, quod remedium in rem illam ſcriptum morte conſtituentis non tollitur, & ita dicit Aquenſ.in d.l.exitus. Corn.dict. conſil.190.& Menoch.dict.nu. 67.

Hæc tamen illatio non procederet, ſi conſtitu-
6 tarius neglexiſſet poſſeſſionem † corporalem adipiſci, vel conſtitutum renouare, quia ex tali negligentia perit illa ius conſtituti. Tiraquel.de conſti. limit.21.num.9.Et dicitur negligens, quando ſtetit per decem annos.

Cõtrarium, quod etiamſi 29.anni decurriſſent. adhuc tamen poſſet agi recuperandæ aduerſus tertium poſſeſſorem, ex beneficio.d.l.fin.C.de acquir. poſſeſ.tenet latiſſ. Menoch.dict. remed. 14. quæſt. 19 num.68.

Nec obſtat, quòd mortuus ſit conſtituens; quia non nocere poſſet per decem annos, ſi pereretur ab hærede, vel ſucceſſore renouatio conſtituti, vt ſupra dicebam fieri poſſe, quamuis & hoc dubiũ apud me ſit, cùm actio duret per 30. annos, ſed quo ad remedium.d.l.fin.cùm ab initio ſit ortum ſemper non perimitur actio illa iam radicata oſſibus conſtitutarij niſi lapſis d.30.vt dixi ſupra dict. deciſ.105.in fin. atque ita Senatus cenſuit.

Amplia d.remedium.l.fin. habere locum etiãſi non ſit ſpecialiter intentatum, ſed generaliter adiecta clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari. Guid. Pap.conſilio 109.Domini.de quo tamen dixi dicta deciſio 105.

Limitant tamen aliqui, vt nõ procedat dictum
7 remedium.l.fina. niſi pro † bonis, quæ conſtituens poſſidebat tempore conſtituti; ideoque probari debere per actorem, qui tunc poſſidebat, ea bona per conſtituentem fuiſſe illo tempore poſſeſſa, ita videtur velle Alex.in l.exitus.in fi. D.de acquiren. poſſeſ.& poſt Bart.in l.1.in fin.D.pro ſoc.& clarius idem videtur velle Balb.in l.celſus.colum. 19.verſ. addo prædictis. D.de vſucap. Sed ego credo contrarium eſſe verius, quia conſtitutum trahitur etiã ad bona futura, præſertim quando de illis facta eſt mentio, vt latè examinat, & concludit Alexand.in l.3.§.incertam. D.de acquiren. poſſeſ. & latiſsimè Tiraquell.In dict.par.1.de conſtitu. Ampl.32.num. 1.& 12.vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & in practica ſeruari, & ita cenſuit Senatus in cauſa Foſſanen.1582.

Nec obſtat dictum Alex.in dict.l.exitus.quia ibi ſe refert ad dicta per eum d.§.incertam, vbi tenet idem iudicari de futuris, quod de præſentibus bonis.Minus etiam obſtat, quod dicit Balb. in dict.l. celſus.quia trãſit ſimpliciter cum opinione doctorum, qui dicunt conſtitutum, non ſe extendere ad futura, contra quos eſt magis communis opinio, vt per Tiraquell.

Cæterum nota vnum ſingulare in materia conſtituti, ad quod pauci animaduertunt, quod eodẽ
8 remedio † poſſet vti tertius in quem cõſtitutarius ius ſuum transtuliſſet, quia in eum poteſt trãſferri poſſeſsio, vt pulchrè notat Tiraquel.d.tract.par.1. ampl.22.cum cuius opin. tranſiuit Senatus 1573. referente Illuſtr.D. Senatore Ponte cõpatre meo nunc primo Senatus Præſide meritiſſimo.

Regula.l.altius.C.de ſeruitut. an procedat, quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita, ita vt non poſſit emptor altius tollendo luminibus officere.

DECISIO CCXVI.

1 *Regu.l.altius.C.de ſeruitut.limitatur.*
2 *Domo vendita libera, & franca ab omni ſeruitute non poteſt emptor prohiberi venditoris luminibus altius tollendo officere.*
3 *Doctores multi in materia. l. altius. loquentes declarantur.*
4 *Tex.in l. binas ædes.§.Marcellus, declaratur, & an procedat in contractib.num.5.*

ALTIVS tollere in ſuo quis poteſt, etiamſi vicini luminibus officiat.l altius.C.de ſeruit.l.8.D.de ſeruit.vrb.præd.

Fallit tamen hæc regu. in caſu quãdo ex diuiſione, vel emptio-
1 ne, aut alio ſimili † contractu quis acquirit partẽ ædium ab eo, qui in alia parte non vendita habebat in muro feneſtras in area vicinarum ædium venditarum reſpicientes, tunc enim videtur alienata domus cum ea ſeruitute ne luminibus officiatur, ita videtur text. in l.binas ædes.aliàs Gaius.9.in fin. D.de ſeruit. vrba.præd. & ita tenet Bar.in l.1.num.2.D.de ſeruit.legat. vbi tex. videtur clarus.ſequitur Cæpol.de ſeruit.vrb. præd. cap.38.de ſeruit itin.num.6.Boer.deciſ.322. nume. 3.Afflict.deciſ.298. Capic. deciſ.187. Burſat.conſil. 57.num.12.& 8.poſt Bero.conſil.132.num.11.libr. 3.vbi dicunt communem. Ruin. 90. libr.4. Fab. de Mont.de empt.quæſt.6.princip.num.71. & ita fuit per Senatũ iudicatum in cauſa Benſij, & Sauori. vide Meneſ.de Padilla.in d.l. altius.num. 26. Ratio eſt, quia eſt ſeruitus continua, & cenſetur reſeruata, vt arguit Bero.d.conſi.133.nu.1.

Contrarium videtur velle text.in dicta l. binas. verſicu.Marcellus reſpondi, & ita tenet Angel. & Salice.quos citat Cepol.dicto capit.38.Præſertim,
2 quando † fuit domus vendita libera, & franca ab omni ſeruitute, vt per Afflict. qui hoc caſu contra venditorem iudicatum dicit dicta deciſio. 298. numero ſecundo.& in fin. deciſio. & in hanc opinionem videtur reſidere Bero conſilio 133. numer. ſeptimo.& ſequen.qui ad feneſtras poſitas in muro communi facit diſtinctionem inter ſeruitutem

tem permanentem, continuam, & diſcontinuam, vt ibi latius per eum, & ſi teneremus hanc partem poſſet ad contrarias authoritates reſponderi, quòd
3 † Barto. loquitur in ſeruitute habente cauſam permanentem iuxta diſtinctio. Bero. ibi. numero 12. & 13. & ita poteſt reſponderi ad Cepol. Boer. videtur magis tenere contrarium, vt in progreſſu deciſio. Afflict. loquitur in caſu, quando erant exceptæ ſeruitutes, & ſtante clauſula liberam, & francam, & ita dicit fuiſſe iudicatum in caſu non exceptuato, quòd luminibus offici poſſit. Burſat. in ipſo venditore, vel ſecundo emptore non in primo, & ſequitur magis doctr. Bero. Fabia. de Mont. loquit in ſeruitute permanente tigni immittendi, & oneris ferendi. Padilla loquitur in donatario, & legatario, quibus officere iniquitas eſſet.

Verùm iuxta opinionem Barto. fuit etiam iudicatum per Senatum 8. Februarij 1585. in cauſa Montisregalis inter Caſtrucium, & Barotum referente Domino Senatore Balbo. Ad l. binas ędes. §. Marcellus poteſt reſponderi ex limitatione, quam
4 idem Marcellus in fi. illius legis nobis tradit, † nempe licere quidem alias ædes altius tollere, ſed eo modo agendum eſſe, ne legatario penitus lumen auferatur, ſed tantùm illi relinquendum quantum habitanti ſufficit, & ita intelligendam Bartol. doctrinam crederem. Vlterius Iuriſconſul. loquitur in hærede legantis, cui aliquid plus licere debet, licèt Accurſ. in domo vendita videatur innuere indiſtinctè non licere emptori altius tollere, ad gloſſ. l. cum eo. 8. D. de ſeruitu. vrban. prædior. &
5 quod l. binas. † procedat etiam in contractibus, tenent Curt. iun. Salic. & Dec. quos refert Boer. dicta deci. 312. num. 8. in fin. & hanc communem dicit Bero. d. conſi. 132. nu. 13.

Raptus pœna quæ ſit, & an rapere dici poſſit, raptuſque pœna plectatur, qui volentem, & conſentientem è domo ſua abduxit.

DECISIO CCXVII.

1 *Raptus pœna eſt capitalis, & quando id verum ſit.*
2 *Tex. in l. 1. C. de rapt. virg. procedit etiam in muliere nupta, & in meretrice.*
3 *Raptus pœna an plectatur, qui volentem rapuit, ſeu magis abduxit.*
4 *Abducens mulierem, quæ non eſt in poteſtate alicuius, nō dicitur rapere ſi illa conſentiat.*
5 *Rapere an dicatur, qui doloſis ſuaſionibus liberam aliquam mulierem abducit.*
6 *Raptus an dicatur factus ſi inuita cauſa matrimonij contrahendi fuerit abducta, quando poſtea volens contrahit matrimonium mulier.*
7 *Rapere an dicatur, qui abducit volentem, ſed in alterius manu conſtitutam.*
8 *Rapere an dicatur, qui ex poſt volentem rapuit.*
9 *Raptus pœna ordinaria an plectatur, qui ſuaſionibus non liberam mulierem abducit.*

1 RAPTVS † pęna eſt capitalis, vt in l. 1. C. de raptu virgi. & in l. raptores. C de epiſcop. & cleri. vbi Doctor. in cap. 1. de raptor. & latè per Carer. in practica. §. homicidium. numero 291. & latius per Boſſ. in titu. de raptu mulier. Et cùm per vim fiat. l. Iulia de vi publi. huiuſmodi delictum coercetur. l. tertia. §. pręterea. D. ad legem Iuliam de vi public. l. 3. C. eodem. & hæc eſt communis, & indubitata regula. Quam tamen Doctores intelligunt, ſi carnalis copula ſequutur. Ioan. de Anan. in cap. cum cauſam. colum. fina. de raptor. Cępol. conſilio 56. num. 9. quorum opinio vti mitis, & vera ſequenda eſt, neque ab illa in iudicando recedendum erit, & ſemper ita cenſuit Senatus, quãuis illam diſtinctionem hoc in caſu adferant aliqui, an copula ſequuta non fuerit voluntate raptoris, puta, quia pœnitentia ductus ſit, an verò aliquo impedimento ille occupatus fuerit, veluti ſi præuentus à militibus inſtitiæ, vel aliter impeditus ſit. ita poſt Hyppol. in l. vnic. nume. 154. C. de rapt. virgi. nouiſſimè tenuit Ludouic. à Peguerra quæſtio. crimi. capit. 43. nnmero ſecundo. Bald. in l. ſi quis non dicam. numero nono. C. de epiſcop. & cleri. & ita iudicatum teſtatur Peguera in Regio conſilio Barcinonæ. 1568. 22. Iunij. Idque Solonis teſtimonio probatur. l. 80. quam Pratheius in libro de iuriſprud. veteri refert, vbi rapiens drachmis decem tãtùm punitur, punitur etiam rapiens perpetua infamia. Bernard. Couer. de publ. concu. tit. de ſtupro. nu. 10.

2 Hæc regula procedit † etiam in muliere nupta, vt eſt text. in dicta l. prima. & Docto. vbi ſupra. tex. in l. quamuis. C. ad l. Iuliam. de adulter. Imò & in meretrice, vt latè per Bernard. Couer. in dicto tractatu de publi. concubinatu. tit. de ſtupro. numero 20. verſicu. viſo quomodo. & numero ſequen. de quo dic, vt ibi per eum, & dicit text. in dicta l. 1. quòd acerbius punitur nuptam rapiens, quia duplex delictum perpetratur raptus ſcilicet, & adulterij.

3 Sed quæritur an huiuſmodi crimen † committat is, qui volentem mulierem rapit? Aliqui volunt fieri locum pęnæ, iuxta tex. in dicta l. prima. in §. poenas. C. de raptu virgi. & ita communiter tenere Doctor. dicit Clar. in §. raptus. numero 3. dicens ita fuiſſe per Senatum Mediolanenſem declaratum. Berber. in viatorio iur. titu. de raptor. Ratio eſt, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. D. ad l. Aquil.

Contra, quòd abducens volentem non teneatur pęna raptus, facit ſignificatio verbi rapere, quæ innuit violentiam, vt etiam in titu. vi bon. rapt. Hęc ampliatio eſt difficilis reſolutionis, vt inquit Boſſ. in d. tit. de raptor. nu. 5. & 6. Ideo ſunt conſtituendi plures caſus.

Primus

Primus quando eſt mulier, quæ non eſt in pote-
ſtate, & dominio patris, viri, vel tutoris, & ſponte
4 † ſua acceſſit cum raptore, ſeu verius abductore
abſque aliqua doloſa ſuaſione abducentis, & tunc
non dicatur raptus, ita tenet Afflict. in conſtitu. de
raptu, & violen. libro primo. quæſtio. 11. quem ſe-
quitur Carrer. in practic. §. circa quartum. numero
284. Marſil. conſilio 61. & in dicta l. penul. numero
16. præſertim ſi ſit meretrix, vel vilis perſona. l. ve-
rum. D. de furt. l. vni. in fin. C. de raptu virg. latè Pe-
guera d. c. 43. nu. 14.

Secundus caſus, quando talis mulier, quæ in
5 nullius gubernio eſt, abducitur, nõ ſponte ſua, † ſed
doloſis ſuaſionibus, & donis inducta fuit, & tunc
quidam tenent eſſe tunc raptum, & violentiam
ex ratione Angel. in authen. de leno. in fin. qui vult
violentiam fieri ex talibus ſuaſionibus, ita voluit
Carrer. dict. §. circa quartum. num. 284. Ludouic. à
Peguera. dict. cap. 43. num. 4. argum. text. in l. prima.
§. perſuadere. ff. de ſer. corrup. l. tertia. §. ſi quis vo-
lentem. de liber. homi. exhiben. Contrarium tamẽ
in hoc caſu tenet Ægid. Boſſ. dict. titul. de rap. mu-
lier. num. 15. poſt Caſtren. & Ang. in l. ſi eximendi.
D. ne quis eum, qui in ius voca. ſubdens ibi Boſſ.
quòd ſi aliter diceremus, totus mundus capite pu
niretur, & quod in caſu iſto plus poſſunt mali mo-
res quàm jus. Et hoc credo verum, quia dicitur
hoc caſu magis ſeductio quàm raptus, quæ longè
differunt, nam rapitur inuita, ſeducitur volens li-
cèt decepta. Et ita ſemper mitius procedendo ob
ſeruauit Senatus.

Tertius caſus ſi ob id rapiatur, vt matrimoniũ
6 ſequatur, & inde cõmuni conſenſu † nuptiæ poſt
raptum celebratæ fuerint, nam tunc licèt aliqui
velint adhuc pœna raptus teneri exemplo alicu-
ius hiſtoriæ Ducis Florentiæ, & quòd capitali pœ-
na fuit punitus quidam filius Senatoris, qui raptã
poſtea vxorẽ duxerat, ſcribitur inter conſi. crimi-
nal. diuerſor. conſil. 59. in fin. libr. 2. tamen mitiori
pœna mulctabitur, vt cõcludit dict. Peguera cap.
42. per totum, & pœna raptus liberari voluit Cal-
der. in cap. ſi extra. de raptor. Caſtrenſ. in dict. l. ra-
ptores. colum. 2. text. eſt in capit. penult. de raptor.
Huic tamen concluſioni fortiter obſtat diſpoſitio
Sacri Concilij Tridentini. capit. 6. Seſſio. 24. de re-
format. matrimo. Sed illud non procedit, quo ad
pœnam corporis, ſed tantum quo ad ſolenniza-
tionem matrimonij, & illius illegitimationem, &
pœnam infamiæ, & extraordinariam, & hoc caſu
etiam dotare tenebitur. dict. cap. 6. in fin. & dixi in
ſtupro ſupra deciſ. 3. Virginem ſtuprans. & legitur
Exod. 22.

7 Quartus caſus, quando mulier † eſt in gubernio,
& poteſtate patris, tutoris, vel viri, & ipſa ſua ſpon-
te conſenſit abductioni, & hoc caſu quidam pu-
tant eſſe raptum, & ita intelligi dictam l. primam.
§. pœnas. ita tenet Afflict. d. conſtitu. de raptu. quæſt.
11. quem ſequitur Carrer. dict. §. circa quartum. nu
mero 284. Abb. in dict. cap. cum cauſam de rapto.
vbi dicit, quod quantumcunque puella raptui cõ-
ſentiat, quo ad parentes raptus committitur, per
text. in capitu. de raptor. 36. quæſtione prima, quia
puella, quæ in poteſtate eſt, conſenſum non habet,
contrarium tenet Ægid. Boſſ. dicto titul. de rapt.
mulier. nume. 7. citans ad hoc Bald. in dict. l. prima.
de rapt. virgin. verſi. vlterius oppo. licèt ibi apoſtill.
ſentiat contrarium, & iſtud etiam tenet Marſil.
conſil. 61. poſt redditum. num. 21. vbi ita conſuluit
in facti contingentia multa citans, & ita declarans
dicta verba volentibus, vel nolentibus, & in hoc
limitat ſtatutum Lucen. capitalem pęnam rapien
ti imponens Ludou. deciſio. Lucen. 19. Licet non
euitet talis rapiens pœnam extraordinariam, vt ibi
dicitur, & apud nos vidi obſeruatum, & talis ab-
ducens punitus fuit pœna arbitraria ſecundum
qualitatem perſonarum abducentis, & abductæ
ac ſuæ familiæ, reſpectiuè.

8 Quintus caſus eſt, ſi rapuit † à principio mulie-
rem nolentem poſtea conſentientem; Nam &
tunc pœna raptus punitur rapiens. Doctores in d.
l. raptores. in fi. C. de epiſco. & cler. Guid. Pap. ſing.
569. quem refert, & ſequitur Peguera. dict. cap. 43.
num. 7. ſubdens rationem, quia ſpectatur initium.
l. diuus. D. ad l. Corn. de Sicar.

9 Sextus caſus, † quando mulier eſt ſub gubernio
aliorum, & vlterius ipſa ſuaſionibus inducta eſt, &
tunc videntur ferè omnes velle, quod ſit raptus,
ratio eſt quam ponit tex. in d. l. 1. §. pęnas. quem ita
intelligit Marſil. dict. conſi. 60. nu. 21. Contrarium
tamen & in hoc caſu tenet Boſſ. dict. titul. de rapt.
mul. nume. 7. vbi ponit, quomodo probetur non
interueniſſe ſuaſiones, & ita in hoc caſu cenſuit
Senatus non eſſe raptorem pœna raptus punien
dum, ſed mitiori, quam arbitratus eſt in vili per-
ſona rapta, ad triremes per triennium. 1562. men-
ſe Iunij.

Litis denunciatio, quando fit per emptorem venditori, vt de euictione teneatur, an ſufficiat fieri per demonſtrationem copiæ citationis ſibi factæ.

DECISIO CCXVIII.

1 *Litis denunciatio per emptorem requiritur, vt venditor de euictione teneatur.*

2 *Emptor litem venditori denuncians an teneatur omnia acta ſuis expen. exhibere moleſtiæ, an verò ſufficiat præſentare copiam citationis ſibi tranſmiſſam.*

3 *Expenſas litis an emptori venditor pro euictione euocatus ſtatim reficere teneatur, an verò debeat litis finem expectare.*

EMPTOR, cui mouetur lis ſu
per re vendita ad hoc, vt age-
re poſſit de euictione, & cogere
venditorem ad ſe defendendũ,
1 requiritur, † quòd litem ven-
ditori denuntiet, & acta mole-
ſtiæ exhibeat, vt not. Bart. in l. ſi
non ſolum. §. morte. de noui ope. nunt. & Ibidem
Alex.

Alex.numero 41.poſt Salicet. Angel. & Imol. ibi
relatos, & hoc iuxta practicam, quam tradit ob-
ſeruari. Cagnol. in l. venditor. numero quarto. de
iudic.

Sed quæſitum fuit, an teneatur ſuis expenſis tra
2 dere omnia acta, & copiam † iurium, quæ pro-
ducta fuerunt à principali actore moleſtante?
quod videbatur ex quadam generali conſuetudi-
ne practicantium, qua exhiberi ſolent omnia acta
ſoluta, & diſbrigata vt dicit Cagnol. vbi ſupra, &
ita iudicatum fuerat per quendam iudicem, à qua
ordinatione cùm fuiſſet appellatum, cenſuit Se-
natus malè fuiſſe iudicatũ, & declaratum ſuffice-
re, quòd emptor exhiberet citationẽ ſibi factam,
& libellum contra eum datum per ea, quæ dicit
Alex. & alij, quos ipſe refert in dicto numero 41.
& 42.te probata practica Ange. in dicta l.emptor.
C.de euictio.qui vult ſufficere, quòd emptor nar-
ret litem ſibi motam, & citare faciat emptorem
ad eum defendendum: nam non ſufficit ſimplex
narratio litis motæ,ſed requiritur ad notificandam
moleſtiam exhibitio libelli, vt ſupra dixi. Omnes
enim Doctores, qui de hac denuntiatione quæ-
runt,videntur contenti eſſe ſola exhibitione libelli,
vt videre licet apud Caballin. de euictio. §.tertio.
numero 33.& pluribus ſequent. vbi diſputat an
ſufficiat denuntiare venditori litem eſſe motam,
an verò ſit neceſſe, vt in publicam formam libel-
lus tradatur oblatus contra emptorem,& conclu-
dit præſentationem libelli eſſe neceſſariam.

Quæſitum etiam fuit, an tales expenſas præſen-
tationis, & libelli, aut etiam aliorum actorum ab
3 emptore exhibitorum teneatur † ſtatim venditor
ſoluere emptori, quòd videbatur,cùm promiſiſ-
ſet venditor emptorẽ indemnẽ pſeruare,tñ con-
cluſum fuit emptorem debere expectare exitum
litis: nam ſi res euinceretur,deberet ab ipſo vendi-
tore conſequi tales expenſas: ſin verò ſuccumbe-
ret actor, eas conſequetur ab actore malè agente,
nec enim æquum eſt, vt de eo caſu quaſi fortuito
venditor teneatur.l.ſi per imprudentiam.D.de eui-
ctio. Ad quos verò ſumptus venditor teneatur, vi
de eundem Caballin. in dicto §.tertio. nume-
ro 147.

Paries quibus ſignis communis iudicetur, & præcipuè ſtantibus in muro tignis.

DECISIO CCXIX.

1 *Paries ex feneſtrellis communis iudicatur.*
2 *Tignorum impoſitio magis indicat communionem quàm ſeruitutem.& nu.5.*
3 *Status domus obſeruandus,& conſeruandus.*
4 *Paries communis in dubio iudicatur fauore illius, qui plu ra ſigna communionis oſtendit.*

PARIES allegabatur commu-
nis ex eo, quod in ipſo eſſent
1 tres feneſtrellę quadratæ † & an
tiquæ, in quibus imponebantur
tigna ab ea parte, quæ allegabat
parietem communem, per ea,
quæ dicit Cępol. de ſerui.vrban.
prædiorum. quæſtio.40. numero 17. in fin. quem
refert Boer.conſilio 5.numero 6.cum ſequen.Bart.
in l.inter quos. numero 1. D. de damno infect. vbi
ſi tu imponis tignum vltra dimidiam parietis, &
ego etiam,impono, & vteris quantum tibi expe-
dit,& ego etiam,non dicitur eum,qui non erat do
minus muri, acquirere ius ſeruitutis, ſed contrahi
tacitam ſocietatem, & non eſt dicendum, quòd
Bartol.ſenſerit de muro communiter ædificato in
communiter ſolo, quia iure fuiſſet communis ab
initio,non autem diceretur poſtea contrahi taci-
tam ſocietatem per impoſitionem, & vſum ex l.
4.vt ſit.D.pro ſocio.& Bartol.refert ſimpliciter in-
ſequens Corn.conſi.184.nu.2.vol.1.& dixi ſupra la
rè deciſ.23.& 41.Socius.
2 Secundo, quod tignorum † impoſitio potius
probet communionem quàm ſeruitutem, quia
qui habet tigna iure ſeruitutis non poteſt alia im-
mittere, nec noua foramina facere, ſi cum meus.
D.ſi ſeruitu.vendi. Cępol. de ſeruit.tigni. numero
quinto. Sed in caſu noſtro vltra vetera ſunt facta
noua foramina, ergo dicendum iure communio-
nis.l.ſi hęres communis.vbi glo.& Docto.D.com-
muni diuidun.Angel.in l.quidam Hyberus. nume.
ſeptimo. D.de ſeruitu. vrbanorum prædio.l. inter
quos.numero 15.de damno infect.nec obſt.Cagn.
in l.vbi repugnantia. numero quinto. D.de regulis
iuris.quia loquitur,quando ſigna repugnant,quòd
non eſt hîc, quia pars nihil habet in muro, quod
non potuerit in muro communi fieri,nec aliqua
remanent ſuperflua. Cępol.dicto capit.40. nume.
14.& de feneſtra. capit.62.num.4.5. Boer.d.conſi.
5.nume.6.

In contrarium allegabatur, quòd in hac mate-
ria ſtatus aptitudo, & materia rei conſeruanda
ſunt.Alberic.in l.altius. C.de ſeruitu. Burſat. conſil.
57.numero ſecundo.libro primo. Sed in caſu iſto
3 ſtatus † domus conſiſtit ex ſuis partibus integrali-
bus, fundamentis, parietibus.& tecto.l.prima. §.
deinde. D. de cloac. Bald. conſilio 242. numero
quinto. libro primo. Simon de Pretis conſi-
lio 73.numero quinto.& præſumitur paries con-
tentioſus conſtructus ab eo,qui reliquam partem
domus conſtrui fecit. argumen. l. qui ædes. D. de
vſucap.

Secundò, cùm dictus paries ſit vniſcus cum ſtili-
cidio verſus domum vicini,& in aliqua parte eius
parietis pars non alleget communionem, ergo
nec in alia.Cępol.de pariete.nu.19.Simon de Præt.
d.conſi.73.nu.18.

Tertiò, qui allegat murum communem, debet
probare ex ſignis,de quib.per Pariſ.conſi.116.nu.9.
lib.4.Ruin.conſi.55.nume.5. libr.4. nam melior eſt
conditio prohibentis.l.Sabinus. de ſeruit. & dixi d.
deciſ.41.

Quartò

Quartò adducebatur, quòd in dubio ſtandum
4 eſt pro ea parte, quæ plura ſigna, † & coniecturas allegat. Cagno. in l. vbi repugnantia. numero 4. de de regu. iur. Ioan. Crot. conſilio 153. numero 20. 23. libro ſecundo. Sed hic adſunt feneſtræ altæ in totum murum penetrantes item ſtillicidium, quod deſcendit in domo partis aduerſæ, item camini duo, qui excedunt dimidiam partem muri. Item oſtium in ipſo muro, quòd denotat proprietatem muri. Cępol. de pariete. col. 3. ver. ſi non quid. & in ti. de oſtio, ſeu porta. col. 1. Item ciconię, q̃ ſuſtinẽt tegulas ſtillicidij. Cępol. de pariete. col. 4. verſic. & ideo cautus. nam quatenus ſe protendit ſtillicidium, videtur etiam eſſe illius. Cępol. de pariete. col. 3. in fi. & in titu. de ſtillicidio. & de ſeruit. ſtillicid. auerten. quæſt. 9. Nec obſtat tignorum im-
5 poſitio † cùm videatur iure ſeruitutis facta. Cępo. de pariet. colum. 1. 2. verſicu. ſecundo caſu. & quòd tignorum impoſitio nõ probet communionem, tenet Ruin. conſilio 55. numero 5. Crot. conſilio 153. & dixi deciſio. 13. numerò 3. Nec obſt. Cępol. titu. de feneſtra. colum. 3. verſicu. ſed circa. quòd vicinus poſſit ædificare, & eleuando ſuum ædificium, feneſtras obſcurare vicini, quia habet locum, quando apparet locum eſſe communem.

Sed ad hæc reſpondebatur, quod procedunt, quando pars, quæ negat murum communem, eſt in poſſeſſione totius muri; & ita loquitur Ruin. dicto conſi. 55. hic autem pars aduerſa poſſidebat ex impoſitione lignorum, & ita etiam ſentit Pariſ. d. conſi. 116. lib. 4.

6 Iſtis ſic in facto, & iure præſuppoſitis, cenſuit Senatus murum à dicta impoſitione tignorum infra eſſe communem: quo verò ad partem, quæ ſupra erat cum feneſtris, eſſẽ communicandam media ſolutione ipſius partis muri ſuperioris obturatis feneſtris, ita quòd ſtillicidium remaneret in ſua forma 1537. 9. Martij in cauſa Taurinenſi Familiæ, & Peſchæ, referente Domino Senatore Guerillo. & iterum in vna Cunic. Morri & Farinæ. 1589. referente D. Craueta.

Captura an dicatur nulla, ſi fiat à iudice incompetenti, & quando id locum habeat.

DECISIO CCXX.

1 *Captura eſt nulla, ſi concedatur per iudicem incompetentem.*
2 *Captura nulliter fit, niſi conſtet de credito liquido.*
3 *Probatio ex poſt facto non admittitur.*
4 *Captura non fit, niſi noua ſuſpicionis cauſa ſuperueniat.*
5 *Ceſſio eſt debitori denuntianda, antequam contra eum fiat executio.*
6 *Cautio requiritur pro captura debitoris.*
7 *Contraxiſſe eo in loco quis videtur, vbi ſe ſoluturum promiſit.*
8 *Debitorem ſuſpectum quis poteſt propria authoritate detinere.*
9 *Forenſis contrahens in loco dominij poteſt in alijs locis eiuſdem dominij conueniri.*

QVIDAM mulio habitator Tridini territorij Montisferrati exiſtens in loco Decianæ conuenit de portando ſuo periculo certam pecuniam prohibitam ad locum Ripolarum territorium Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ. Ea pecunia ob conſignationem non factam in tranſitu Montisferrati fuit confiſcata, idcirco Dominus pecuniæ reperto mulione in Ciuitate Vercellarum fuit per literas iudicis arreſtatus & detentus, quæſitum fuit, an talis detentio eſſet iuſta, & quis eſſet iudex competens.

Pro mulione dicebatur capturam eſſe nullam, & ipſum vti ſpoliatum ſua libertate reintegrandum, & relaxandum per ea, quæ ſcribit Bal. conſi. 285. lib. 1. Socin. 99 lib. 3. Aret. 75. Deci. 75. colum. fi. poſt alios multos, quos citat Neuiz. conſi. 52. num. 12. & 14. vbi dicit communem, & ita eſſe ante omnia ordinandum dict. conſi. 52. num. 43. l. Magiſteriæ. vbi Bald. C. de iuriſdict.

1 Et quod captura ſit † nulla facta à iudice incompetenti, tenet Roland. conſi. 75. num. 5. & 6. lib. 3. D. Sola in rubr. de captura debitor. gloſſ. vnica. 2. part. num. primo. verſi. ſecundo captura. quinimo creditor amittit ſuum debitum. Roland. d. conſil 65. poſt Iaſ. Dec. Rip. Roch. de Curt. & Neuiz. quibus D. Sola reſpõdet Balb. Natt. & Purpur. iſte autem mullio erat ex oppido Tridini, vnde præſumebatur ibi domicilium habere. Alciat. de præſump. regul. 2. præſumpt. 14. nume. 1. Hippol. Bonacoſſ. de præſumpt. litera D. in verb. domicilio. Bald. in l. fin. colum. 2. C. ſi à non. competen. iudic. Alex. & Bart. in l. aſſumptio §. fi. D. ad municipal. contractus autem fuit factus Decianæ iuriſdictionis imperialis. Nec obſt. deſtinatio ſolutionis in loco Ripolarum per l. contraxiſſe. D. de actio. & oblig. & in l. hæres abſens. §. fin. D. de iudicijs. quia illud procederet, ſi in loco Ripolarum repertus fuiſſet. dict. l. hæres abſens. §. 1. vbi glo. & Bar. ideo cùm iudex Vercellarum non poſſit ius dicere Ripolis. l. fin. D. de iuriſd. omn. iudic. ita nec potuit ius dicere in perſonam. Vant. de nullita. ſenten. ex defect. iuriſdict. nume. 8. ita quòd non valet conſuetudo in contrarium. cap. ad noſtram. vbi ita notatur. de conſuetud. Guid. Pap. quæſt. 325. Vant. d. titu. de nullit. ſenten. ex defect. iuriſdi. nu. 33. Neuiz. dict. conſi. 52. numero 31.

2 Secundò dicebatur nulla captura, † quia non conſtabat de credito liquido. D. Sola loco ſupra citato. num. 1. colum. 1. verſicu. quæ paulò clarius. Neuiz. dicto conſi. 52. nume. 13. verſic. ſecundo requiritur. ita vt non ſufficiat iuramentum, vt ibidẽ Sola. in verſic. 6. poſt Salic. Alex. & Corne. nec ſuf-
3 ficeret poſtea probari † ad conualidandam capturam. Natt. conſi. 410. nume. 26. Neuiz. dict. conſi. 52. nume. 13. verſic. 6. Cacialup. de debitor. ſuſpect. q.

ſexta principali.num.9.& tr. reprobando opinio-
nem Caſtren.& ſequendo opinionem Angeli,quã
dicit communem, & vbique obſeruari, & quæſt.
14.num.2.& 3. & quamuis id relinquatur arbitrio
iudicis,tamen debet bene conſiderare,ne fiat iniu-
ria probo viro. Petr. Pechius de iur. ſiſt. capit. 11.
num. 4.

Tertiò videbatur nulla, cùm non ſuperueniſſet
4 cauſa noua ſuſpitionis. † Petr. Pech. dict. titu. de
iur.ſiſt.cap.4.num.5.& cap.8.nume.18. Dec.conſil.
75.num.1.Nat.conſi.430.num.14.circa.fi.Caccia-
lup.de debitor.ſuſpect.quæſt.6.nume.3. Roland.d.
conſi.65.num.10.lib.3.D.Sola in d.glo.vnica.nu.1.
vbi alios refert.

Quartò, quia actor non iurauit ſuſpectum de
fuga.Caccialup.d.tract.q.6.nu.17. Roland.d. conſi.
75.num.1.

Quintò, quia hic creditor erat ceſſionarius, &
quamuis etiam ei concedatur captura, vt dicit
Roman.conſi.142.poſt Bald. in l.per diuerſ. quæſt.
10.C.mandati.& ſequit Rebuff. ad ord. reg. Tom.
1.art.6.glo.3.num.42.verſi. & quia melius eſt. Petr.
Pech.dict.tract.cap.3.nume.4. tamen debet prius
5 denunciare debitori † de ceſſione ſibi facta.Alciat.
l.1.num.74.D.ſi cert.pet.& in l.quoties. nume.9. D.
de nou. ope.nuntia. affirmans ſe vidiſſe plures ca-
pturas annullari ſine cautione. Idem ſentit Bald.
in l.per diuerſas.quæſt.10.C. mandati. Marſil.ſing.
26.Boer.deciſ.10.num.1.& 2.vbi plures citat.Pech.
dict.tract.cap.5.num.4.verſi. quamuis.

6 Sextò requirebatur † cautio de damnis, & iniu-
ria, vt in decreto antiquo,qua forma non ſerua-
ta actus eſt nullus.Iaſ.conſi.162.circa.fi. lib.2. Deci.
419.Neuiz.conſi.77.num.2.& in terminis Roland.
conſil.75.nume.6.& iuxta communem huius pa-
triæ obſeruantiam aliter captura non ſolet con-
cedi.

Ex quibus omnibus dicebatur malè detentum
mulionem, & ſine cautione relaxandum. Alciat.
vbi ſupra.Socin.conſil.59. colum.2. & conſil. 113.
column.fina.libro 3. Port. libro 2.commun.opin.
concluſ.44.ampliat.4.Neuiz.dict.conſil.52.nume.
31.Roland.dict. conſilio 65.nume.31. & quamuis
in aliquo caſu poſſit iudex incompetens detinere,
vt per Natt.conſi.430.colum.fin. tamen cum cau-
tione eſſet relaxandus.Caccialup.d.q. 9.

Ex aduerſo opponebatur mulionem potuiſſe
7 detineri, & quod videretur contraxiſſe † in loco
Ripolarum,vbi deſtinata erat ſolutio, in l.contra-
xiſſe de actio.& oblig. & quãuis non fuiſſet deten-
tus Ripolis nihilominus iudex Vercellarum non
erat omnino incompetens,cùm ſit ſub eodẽ prin-
8 cipe,& ſub eodem Præſide.Item quia poteſt † de-
bitorem ſuſpectum quis propria auctoritate de-
tinere.l.ait prior.§.ſi debitor. D.de his,quæ in fraud.
credit.ergo tanto magis auctoritate iudicis ſaltem
donec cautum ſit.l.ſi fideiuſſor.§.fi.D.qui ſatiſdar.
cogan. & paria ſunt, quòd quis ſit ſuſpectus, vel
quòd quis ſit in fuga. gloſſ. in l. quæſitum, & ibi
Docto. D.de pignor. Item quia iudex incompe-
tens poteſt talem detentionem facere contra ſu-
ſpectum.Natt.d.conſi.430.col.fi.

9 Vlterius dicebatur,† quòd poterat ratione con-
tractus iudex Ripolarũ eſſe cõpetens, & ideo cùm
repertus ſit mulio in territorio principis potuiſſe
ibi conueniri, & detineri.c.Romana.§.contrahen-
tes.de for.competẽ.vbi notatur, quod forenſis in
vno loco territorij contrahens poteſt in alijs locis
conueniri eiuſdem dominij.

Tandem re bene diſcuſſa fuit dictum mulio-
nem fuiſſe bene detentum,& iudicem Vercella-
rum fuiſſe competentem, nihilominus eſſe rela-
xandum media cautione. 1587. die 9. Martij.

Compenſationis exceptio an poſſit obijci ceſſionario agenti virtute ceſſionis, & quid in debito poſt factam ceſſionem contracto.

DECISIO CCXXI.

1 *Debitor an poſſit opponere ceſſionario agenti exceptio-
nem compenſationis.declara. vt nu.2.*
2 *Denuntiatio ceſſionis non requiritur debitore ſciente ceſ-
ſionem.*

COMPENSATIONIS ex-
ceptio an poſſit obijci ceſſio-
1 nario agenti virtute † ceſſionis
per debitorem cedentis, & fuit
reſolutum, quòd ſic in cauſa
Ranou, & Ambugnæ, & iterũ.
1588.menſe Decembris per do-
ctrinam Dyni in cap.is qui in ius.de regul. iur.in 6.
num.16.vbi addit, & eſt de mente doctorum.in l.
eos.C.de compenſat.Et ita dicit iudicatum Afflic.
deciſ.163.nume. 5. licèt ipſe velit diſtinguere inter
debitorem inopem, & diuitem. facit doctrin. Bart.
in l.ſi quis in rem.num.2.de procurator.Doctor.in
l.doli exceptio.D.de noua.vbi tamen videtur poſ-
ſe induci ille tex.in contrariam partem, ſed reſpõ-
deri poteſt, quòd procedit in exceptione indebiti
non in caſu compenſationis, & ita etiam reſpon-
deri poteſt ad alium text. in l.ſi citra. C. de con-
dict.indeb.

Hanc tamen reſolutionem intelligebant qui-
2 dam ex dominis, vt haberet † locum,quando ceſ-
ſio eſt facta poſt factum debitum per creditorem,
cui etiam compenſationis exceptio ante ceſſio-
nem in caſum petitionis obijci poſſet, ſecus verò
ſi debitum ſit factum poſt ceſſionem, ita vt tem-
pore factæ ceſſionis iſta exceptio non potuiſ-
ſet opponi, & hanc credo veram, ne detur frau-
dibus occaſio niſi debitor ceſſionem ignoraſſet,
& ita fuit reſolutum.

Vlterius declararẽ ego, vt non procederet,quan
do in actu ceſſionis debitor interueniſſet, & ſolue-
re promiſiſſet ceſſionario delegationem acceptan
ti, quia tunc non poſſe opponi compenſationis
exceptio, ſicut nec indebiti condictio, per ratio-
nem Iuriſcon. in dict. l. doli exceptio. in fin. D. de
nouat.

nouat. & cum tunc habeat ſcientiam debiti, ita vt
3 non † requiratur denunciatio, de qua in l. 1. C. de nouat. iux. glo. in l. fin. D. de tranſact. Dyn & Ioan. Andr. in cap. qui certus. de regul. iur. in 6. Cyn. in l. nomen. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titul. de procurator. §. ſequitur videre. num. 13. Alber. in dict. l. nomen. & in dict. l. fi. de tranſact. Parif. conſil. 19. nume. 63. & ſeq. libro tertio. ſi aliud debitum poſtea contraxit non nocet ceſſionario.

Renuntiatio facta per mulierem Velleiano an teneat, ſi non interceſſerit certioratio, & quid ſi iuramentum interponatur.

DECISIO CCXXII.

1 *Mulierum fauore multa fuerunt introducta priuilegia.*
2 *Velleiano Senatuſcon. mulier etiam certiorata renunciare non poteſt.*
3 *Renuntiatio ſine certioratione non valet.*
4 *Iuramentum interpoſitum in acta, in quo deficiat conſenſus, non ſuſtinetur.*
5 *Mulier in dubio non præſumitur certiorata.*
6 *Certioratio in renuntiatione non requiritur, ſi fiat obligatio in iudicio.*
7 *Notario an credatur, ſi in inſtrumento dicat mulierem certioratam.*
8 *Inſtrumentum ceteratum an contingat certiorationem.*
9 *Certioratio in renuntiatione non requiritur, ſi mulier tenetur de iure ſe obligare.*
10 *Iuramentum validat renuntiationem Velleiani.*
11 *Certioratio non requiritur ſtante iuramento. & numero 12.*
13 *Tex. in c. ex reſcripto. de iureiu. declaratur.*
14 *Mulier conſtituens ſe principalem debitricem non priuatur beneficio Velleiani.*

1 VELLEIANVM † Senatuſconſult. introductum eſt in fauorem mulierum, ne ſexus fragilitate facile alienam obligationem ſubeant. l. 2. §. verba itaque. D. ad Velleian. & hoc ope exceptionis, vt ibi dicitur, & in l. 1. C. eod. Sed pinguius remedium in fauorem ipſarum introductum eſt ex Iuſtiniani conſtitutione in l. antiquæ. §. fin. C. eod. titu. in qua diſponitur, quod ipſo iure non obligatur mulier, quæ pro alio promittit, nec valet, quod agitur, niſi id fiat cum inſtrumento publico tribus teſtibus ſubſcripto. de cuius. §. intellectu latè tractat Guter. in tracta. de contrac. iura. cap. 20. nume. 6. & 7. nunc autem ille text. ita intelligitur in practica, vt ſufficiat inſtrumentum publicum cum duobus teſtibus, vt dicit Iaſ. in l. ſciendum. D. de verbo. oblig. num. 31. 32. & Guter. dict. num. 7. & eſt communis. Eſt & aliud remedium authentic. ſi qua mulier. de quo in ſequen. deciſ. ſeparatim tractabimus, ne hæc tam quotidiana, & intricata materia confundatur.

Ampliatur adeo firmum eſſe tale priuilegium, vt huic beneficio Velleiani non poſſit mulier re-
2 nuntiare etiam † de eo certiorata, & ratio eſt quã ponit Bart. in l. doli. D. de nouat. nume. 2. per illum text. ſcilicet, quia ea fragillitate qua mulier decipitur in fideiubendo pro alio, eadem etiam imbecillitate mentis reducitur ad renuntiandum, & melior text. in his terminis in l. ſi mulier perfectæ ætatis. C. ad Velleia. & hæc opinio de iure verior eſt, vt dicit Bart. in l. fin. §. fin. D. ad Velleia. Bald. in l. 1. numer. 4. C. ad Velleia. Salicet. in l. 3. C. eod. poſt Iacob. Pet. Cyn. & alios ibi relatos. Et quamuis glo. in dict. l. fin. §. pen. ſeu finali. D. eod. & in l. fin. C. eod. teneant contrarium, velintque mulierem certioratam renuntiando Velleiano obligari pro alio, quam opinionem gloſſ. de conſuetudine ſeruari dicit Bart. in dict. l. fin. & in dict. l. doli, & Alber. ibi, & ſecundum eam eſſe communem opin. Docto. dicit Alex. in additio. ad Bart. in dict. l. fi. §. fi. & in d. l. doli. Decius in l. penult. C. de pac. num. 3. referens Angel. ita quoque dicentem, & alios multos hanc opinionem tenentes, & aſſerentes communem citat Padilla, qui ex profeſſo illam examinat in l. fin. C. de iur. & fac. ignor. qui in hac opinione reſidere videtur, & omnino videndus eſt ne ego longior ſim.

Tamen opinio contra glo. de iure eſt verior, vt dixi, quam etiam tenet Bal. in l. 3. C. de decur. libro decimo. ſubdens, quod conſuetudo de tali renuntiatione eſt inducta ab errore dictarũ gloſſarum, & hanc communem eſſe contra dictas glo. teſtatur Grammat. deciſ. 76. nume. 20. Guter. dicto cap. 20. numer. 1. & ſi dinumerentur Doctores, & ponderentur eorum rationes, & authoritates, proculdubio hęc opinio contra glo. videtur magis communis, & ſequenda tanquam humanior, & ideo Senatus noſter in hac communium opinionum contrarietate, quando non adeſt iuramentum, ſolitus ſemper eſt tenere opinionem Bart. & Bald. contra glo. & ita ſæpius vidi per Senatum iudicari, quod etiam teſtatur D. Sola in ſuis doctiſſimis cõmentarijs ad nota. conſtitut. in tit. *Delle alienationi de beni de' minori.* glo. 4. num. 9.

Cæterum, vt quotidiana eſt hæc quæſtio & à multis tractata, ita etiam eius veritas valde dubia eſt, vt teſtatur Padilla dict. l. fin. numer. 7. Ideoque etiam ex his eſt, quæ imperiali deciſione egeret.

Sed retenta opinione Gloſſ. quod valeret obligatio cum renuntiatione, ſemper intelligitur ſi mulier fuit certiorata de beneficio Velleia. Nam
3 deficiente † certioratione obligatio non teneret. gloſſa ordinaria, & communiter approbata in d. §. fin. D. ad Velleia. Dyn. conſi. 5. verſi. quod autem. Socin. in conſilio 163. column. fin. libro 1. & eam magis communem dicit Alex. in l. in repudianda. in additio. ad Bart. de acquir. hæredit. & in l. ſciendum. numer. 29. D. de verbor. obligat. & eam gloſſ.

ſequitur, & dicit notabilem Abb. in cap.penult.
numer.11.de emptio.& venditio.Archidiaco,poſt
Hoſtien. & alios per eum relatos in cap. quamuis.
de pact.in 6.Alciat.de præſump.regu. prima præ-
ſumptione 42. Et hanc opinionem ab omnibus
teneri teſtatur Padilla in dict.l.fin.C.de iur. & fact.
ignor.num.10 poſt Fulg. Crot. Butigell. Tiraquel.
& alios ab eo relatos,& nouiſſimè Andr. Gail.libr.
2.obſeruatio.obſerua.77.num.3. Ratio autem eſt,
quia mulier præſumitur ignorare diſpoſitionem
illius Senatuſconſulti, & aliorum iurium ſibi con-
petentium.gloſſ.nota.in auth. de inceſt.nupt.§.pri-
mo,in verſic.ſciens.Alexan.in dict.l.ſciendum.nu-
mero 29. Vnde cùm cenſeatur ignorare, non vi-
detur iuri ignorato renuntiare. vulg.l.mater. D.de
inofficio.teſtamen.glo.in authen.cùm opor.Epiſc.
§.ſed etiam.Rom.Alexan. Iaſ. & alij in dict.l.ſcien-
dum.D.de verb.oblig. ignorantia enim tollit con-
4 ſenſum. Et iuramentum † appoſitum in actu, in
quo deficiat conſenſus, nihil operatur. Iaſ. in l. ſi
conuenerit.nume.17.D.de iuriſdi.om.iudic.Debet
enim iuramentum habere tres comites, iudicium
iuſtitiam,& veritatem.cap.fin.22.quæſtio.5.& cap.
animaduertendum. 22. quæſtione 2. iuxta illud
Ouid. Cidippe Accontio.

Conſilium prudens que animi ſententia iurat,
Et mihi iudicij vincula nulla valent.
Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore vocem
Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes

Et illud Cicer.primo officior. ex antiquo Poeta.

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Et pulcher tex.in l. obligationum ſubſtantia.§.fin.
D.de actionib. & obligationib.
Et in dubio cùm hæc certioratio ſit facti, mu-
5 lier non præſumitur † certiorata. Dyn. dict.conſil.
5.Abb.in cap. ſi diligenti.de foro competen.num.
9.Aretin.inſtitu.de exceptio.§. item ſi. colum. 14.
verſic.circa hoc quæritur.dicens ita tenere gloſſ.&
Doctor.communiter.in dict.l.fin. §.fin.ad Velleia.
Pau.de Caſt.in dict.l.fi.num. 5.Iaſ.dict.l. ſciendum.
poſt glo.ibi.nume.31. Alberi.in l.omnes. C.de hæ-
reti & in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.nume.32. D. ſi
quis cautio.Cepol. cautel. 196. & 197.latè Tiraq.
in l.ſi vnquam.in præfatione.numer.136. C. de re-
uocan. donat. & communem etiam affirmat Pa-
dill.in dict.l.fin.nume.11.poſt Aufrer. Rip. & alios
ibi citatos.Menoch.de præſumpt.libr.3.præſump.
82.nume.7.quo iure vtitur Senatus,quamuis Ri-
card.aliter teneat, vt dicit Alex. in d.l. ſciendum,
numero 29.
6 Talis autem certioratio † non requiritur, ſi fuit
obligatio facta in iudicio, & hoc calore iudicij, vt
eſt tex.in dict.l.fin. §.vltimo. ad Velleia. per quem
ita tenet Roma.in d.qui repudianda. D.de acquir.
hæredit. Socin. in ſuis fallent.reg.173. Sed contra-
rium tenet Angel.inſtitu.de exceptio.§.item ſi.col.
14.verſic. nota ergo tu cauſidice. Dec. in l. penult.
numer.30. C. de pact. cautius igitur eſt, vt etiam
iudiciali obligationi addatur certioratio.
7 Sed ſi inſtrumentum dicat mulierem † certio-
ratam, præſumendum erit pro eo. Alexan.in dict.
l.ſciendum,& ibi Seiſell.num.18.& commu.teſta-
tur Padill in dict.l.fin.numero 13. C. de iur.& facti
ignor.poſt D. Alciat.de præſump.regul.tertia præ-
ſump. 13. Et ita obſeruat Senatus, quamuis hæc
quæſtio ſatis dubia ſit,& ignoretur quę ſit verior,
vel communior,vt dicit Guter.dicto cap.20.num.
3.poſt Iaſ.in l.ſi duo patroni.§. idem Iulianus. nu-
mero 19.de iureiuran. qui latè eam examinat, &
de ea valde dubitat,ita vt de hac re ↄſultus nolue-
rit reſpondere,& cum hac opi. Senatus videt̃ re-
ſidere Serafin.de priuile.iuramen.capit.63. nume,
17.& cap.118.& 119.vide Georg.Nat.in repet.cap.
quamuis.in princip.num. 54.de pact.
8 Sed circa hoc quæritur, quòd ſi reperiatur † in-
ſtrumentum notarij non extenſum, ſed vt vulgò
dicitur ceteratum, vt cõiter fit apud Longobar-
dos, in quo ita eſt ſcriptum, *quæ mulier informata, &c. renuntiauit, &c.* An intelligatur de renun-
ciatione, & certioratione Velleiani? Hanc quæ-
ſtionem format Iaſ.in l.Gallus.§.idem credẽdum.
nu.20.Et rñdet videri intellectũ de Velleiano. Ego
ſuper hac re dubito,& exiſtimarem alia vidẽda fo
re eiuſdẽ notarij inſtrumenta ad longum extenſa,
& ſi ex illis conſtet de conſuetudine notarij exten-
dere illam dictionem,&c.ad Velleianum, & ſimi-
lia, tunc procedat opinio Iaſ. Quod ſi de tali con-
ſuetudine non conſtet, non poſſit intelligi de alijs
iuribus, & priuilegijs, ſed ratione incertitudinis
non intelligatur renuntiatum Velleiano.arg.l.duo
ſunt Titij. D. de teſtam.tut. Præſertim cum ſimus
in renunciatione ſtrictè intelligenda.
Cæterum, quod dicitur de certioratione, proce
dit non ſolùm in Velleiano, ſed in renuntiatione
cuiuſlibet beneficij,& priuilegij,vt fuit magiſtrale
dictum Ioan.Andr. in capit.quamuis. de pact.in 6.
quem refert,& ſequitur Alexan.in additio.ad Bart.
in dicto §.penultim.colum.ſecunda.C.de pact.vbi
Dec.numero 31. Aretin. conſilio 33. conſultatio.
præmiſſa.colum.quinta. Marſil.in rubrica de fide-
iuſſo.numero 37.& in muliere, vel minore,& ru-
ſtico renuntiantibus.l ſecundę C.de reſcinden.ven
ditio. quòd debent certiorari tenet ibi Bartol. &
Bald.in quarta quæſtione. Bartol. in dicta l. ſcien-
dum, & in authen. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uerſ.vendirio. Alex. conſilio 27.Viſo.libro primo.
& in dicta l. in repudianda. Fulgoſ. conſilio 237.
Finus.colum.ſecunda. Andreas Gail.obſeruat.77.
libro 2.nu.3.
Declaratur etiam, & limitatur prædicta certio-
9 rationis regula,qñ † renuntiatio fit in caſibus, qui-
bus de conſcientia mulier tenetur ſe obligare,
exemplum ſi ſumpſerit tutelam filiorum, ad quã
de iure tenetur. ita tenet Bald. in l.fin. ſi quis in ius
vocat.non ierit. allegat authen. matri, & auiæ. C.
quando mulier.tutel.offi.fung.pot. vbi etiam Bart.
numero 12.Andreas Gail. libro ſecundo obſeruat.
capit.77.numero 2. Dicens ita pulchrè diſtinguere
Albert. in l. ſciendum. numero 16. de verborum
obligatio.Et hæc opinio Bald.comprobatur, quia
niſi

niſi ita dicamus, nulla eſſet differentia inter renuntiationem, quæ fit in contractu, cui lex reſiſtit, & in contractu, cui lex aſſiſtit, ſed in hoc contrarium tenet Alexand. in dicta l. in repudianda. dicens text. allegatum à Bald. non probare hanc ſuam opinionem, & idem in dicta l.ſciendum. numero 33.& Iaſ. in dicta l. in repudianda. quia cùm dicta authentica matri, & auiæ.ſimpliciter dicat mulierem debere Velleiano renuntiare, quando accipit tutelam, ſequitur quòd in tali renuntiatione requiruntur ea, quæ generaliter in renuntiationibus neceſſaria ſunt. argumento. l.cui iuriſdictio. D.de iuriſdictio.omnium iudic.& dicit Alex. Bald. hoc tetigiſſe in l. 4. §.quæſitum. circa tertiam.col. D.ſi quis cautio.& nihil firmaſſe.

Retenta autem opinione contraria, & quam ſolitus eſt ſequi Senatus, quòd etiam cum renũtiatione Velleiani facta certioratione nõ valeat obligatio mulieris.

10 Limitatur vt non procedat, ſi cum † ea interueniat iuramentum, ita tenet Bart.in dicta l.fi.§.fi.ad Velleia. Abb.in cap.ſi diligenti. de foro competen. & in cap.ex reſcripto. de iureiuran. vbi gloſſ. & eſt communis omnium ferè ſententia, quam ſequi ſemper ſolet Senatus ita iudicando. Licèt Cyn. in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.ſenſerit contrarium, quem ſequitur Grammat. dicta deciſio. 76.nu.20.

Et hæc fallentia adeo vera eſt fauore iuramen-
11 ti, vt tunc † non requiratur certioratio. Archidia. & Ioan.Andr. per illum text. in capit.quamuis. de pact.in 6.& ibi Georg.Natta numero 54.Anto.de Butr.dicto capit.ſi diligenti.colum.ſexta. quem refert, & ſequitur Alexan. conſil. 42.colum. quarta. verſicu. pro hoc text.optimus. libro primo. & latius in conſilio 146. libro ſeptimo. & conſilio 27. colum.tertia. verſicu. vbi enim interuenit. libro 1. Caſtren.in dicta l.fina.§.fina.numero 8. dicens hoc eſſe, quia iuramentum extenditur etiam ad ignorata. Alex.in dicta l. in repudianda.numero tertio. ſed clarius in dicta l.ſciendum.& in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.numero decimo. de iureiuran. quem ſequitur Iaſo. in dicta l. in repudianda. dicens ita tenendum, & de hoc eſſe tex.in dicto cap. ex reſcripto. Alex.conſilio 42.ſuper præmiſſo. col. quarta. libro primo.& in conſil. 127.aliàs 227. Viſo.circa finem.dicens hanc opinionem de iure veriorem.idem Alexan.conſilio 27.viſo libello.col.3. verſicu.ſecundo.obſtat, quod minor. libro primo, vbi dicit ita omnes tenere, & hanc opinionem dicit eſſe approbatam in practica. Roma. in dicta l.ſciendum, qui dicit de hoc eſſe textum rotundum in dicto capit.ex reſcripto. Ange. in §.item ſi. colum.14.verſicu.circa hoc.de exceptio.dicens ita tenere Barto.Bald.Ange.Salicet. & quod idem ſeruatur in practica. Alciat.in l.prima.§.ſi quis ita.numero 45. de verborum obligatio. Curt.in additio. ad Caſtren.in dicta l.fin. §.fin.dicens communem. Alciat. in dicto cap. cum contingat.per illum tex. numero 213.dicens ita tenere Butr. Abba. Felyn.& alios per eum relatos. Aufrer.in deciſio. Tholoſana 87. Andreas Gail.obſerua.libro 2.capit.77.numero decimo. dicens commu.poſt Hippolit.in practica crimi. §.ſecundo. numero 64. Turzan.concluſio. 132.numero primo.quam etiam communem, & magis communem teſtatur Serafin. in ſuo tractatu de priuileg.iuramen.capit.63.numero tertio.& ſequen.vbi ponit multas rationes, & Guter. dicto capitulo 20. numero ſecundo. dicens communem poſt Didac. & alios ibi relatos. ſubdit tamen Guter. quòd etiam opin. contraria videtur communis, cùm multi eam teneant relati à Tiraquell.in l.ſi vnquam.numero 151.C.de reuocan. donatio. Et pro hac limitatione facit dictum Bart. communiter approbatum in l.ſciendum.de verb. oblig.nu.8.& eiuſdem in l.2.nu.10.C.de reſcinden. vend. quod ſi minor renũtiet beneficio minoris ætatis & iurauerit, non poterit poſtea reſtitui in integrũ ex eo, quòd non fuerit certioratus, & ratio eſt ſecundum Bart. quia ſufficit, quòd de eo remedio fuerit cogitatum ſaltem in genere, tanto magis in caſu noſtro vbi in ſpecie facta eſt mentio de Velleia ſuper quo mulier licèt in ſpecie non ſciret quid prouideret, potuit tamen in genere ſcire id inductum in aliquem eius fauorem. Aliam rationem ponit Caſtren.dict.l. ſi duo. §. idem Iulianus. quæ fuit Ioan. Andr. in cap.2.de pac.libr.6. Quod iuramentum de futuro tendens ad corroborationem facti, & ad tollenda remedia contra factum extendatur etiam ad remedium iuris, quod iurans ignorabat ſibi competere propter authoritatem iuramenti, & ex his patent due reſponſiones ad regulam, quod iuri quod quis ignorat, &c.d.l.mater. quia non procedit, quando adeſt ignorantia iuris; item quando non fuit in genere nec in ſpecie cogitatum, & tertiam rationem addit Caſtren.dict.§. idem Iulianus.numer.13.vt non procedat, quando interuenit iuramentum, quia tunc tollitur ius ignoratum, non propter renunciationem, ſed vigore iuramenti. Nam ſecundum eundem Caſtren.in dict.l.fin.§.fin. numer. 8. iuramentum trahitur etiam ad ignorata, & valet obligatio iurata mulieris pro marito, vel pro alio abſque renunciatione per dict.cap.ex reſcripto.de iureiurand.& capit.cum contingat.de iureiuran. vbi Doctor.& Bald.in dict. capit. ex reſcripto. poſt glo.ibi, & iuramentum habet vim certiorationis. glo. & Doctores in dict.cap.ex reſcripto. certioratus autem non eſt amplius certiorandus.l.prima.§.fin.de dot. prælega. Tertio facit, quia ſi cum certioratione valet renunciatio Velleiani ſecundum opin. glo. & multorum Doctorum in dict.§.fin. Abb.& alij in dict.cap.ſi diligenti de foro competen.ergo vt iuramentum aliquid operetur dicendum eſt, quòd eo interueniente nõ ſit neceſſaria certioratio, cùm iuramentum aliquid ſemper addat contractui iurato. Iaſ.in l.ſi conuenerit.nume.8. Alexan.conſilio 27.volum.4.incipien. Viſo.verſi. & quod non.libr. primo. Et hoc argumento vtitur Angel.in dict.§. item ſi.colum.15. in principio.inſtitu. de exceptio. Additur & alia ratio, quia iuramentum habet vim expreſſi. l.cum pater. §. filius matrem. D. de lega.2. & ſic vides quot rationibus, & authoritatibus hæc opinio fulciatur.

Sed

Sed contrarium, quòd imo non obſtante iura-
12 mento certioratio requiratur, † tenent Ioan.And. & Anto.de Butr.in cap.penult. de emptio. & venditio. dicentes, quod ad hoc vt minor, vel mulier iurantes excludantur à beneficio reſtitutionis, debent prius certiorari de talibus beneficijs ſibi competentibus. Et contra ſupraſcriptam opinionem in cauſa Velleiani, & ſimilium expreſsè tenuit idem Ioan.Andr.in addi.Specul.de oblig. & ſolutio.§.primo verſic.Vbertus, & in titu.de renuntia. & concluſ.§.primo in addit.quæ eſt in verſic.quomodo huic dicto. quos refert Alex.in dict.l. ſciendum.num.31.& ſequitur Barbat.conſil.53.præclarè ſcripſit.colum.9. & colum.10. libro 2. & conſil. 55.in fin.eodem libro.Fab. de monte in tracta.de emptio.& venditio.quæſtione 8.principali.colum. 6.Dyn.in dict.l.ſciendum. quem refert Angel. dict. §.item ſi.inſtitu.de exceptio.colum.14. verſi.ſexto hic quæritur. & ibi dicit opinionem hanc multum æquam, & quamuis Salicet.in dict.l.fin.§.penultimo dicat hanc quæſtionem valde dubiam, tamen ferè inclinat in hanc partem. Marſilius Rubrica de fideiuſſ. numero 37. ita fuit de mente Fulgo.conſi.237. Finus Guidonis.colum.ſecunda. & Bald.in l.3.C.de decur.Bologni.conſi.45.col.2.

Et hæc opinio licèt de rigore iuris ſit valde dubia & diſputabilis, tamen attenta æquitate putarem non eſſe recedendum ab ea, quia ſumus hic in exceptione Velleiani, quæ eſt fauorabilis, & conſequenter adiuuanda, & extendenda ad ſexus fragilitatem protegendam, vt in ſimili dicit. glo. in l.ſed & ſi.§.non ſolum.in verbo habebit.ad Macedonia.facit cap.odia. de reg. iur.in 6.

Et pro hac opinione contra communem facit, quia iuramentum non obligat, vbi deeſt conſenſus, debet enim habere tres comites, iuſtitiam, iudicium, & veritatem, vt dicunt Doctores: in caſu autem iſto ſatis deficit conſenſus propter ignorantiã.l.ſi quis per errorem.D.de iuriſdict.omn.iud. vbi Iuriſconſult.vtitur his verbis.

Nihil eſt tam contrarium conſenſui quàm error, qui imperitiam detegit.

quæ ignorantia cùm à iure præſumatur, non dicitur ſuppleri per iuramentum per regulam, ꝙ iuramentum non trahitur ad ignorata ſecundum Bart.in dict.l.ſciendum.nume.8.vbi not. Nec tollit iuramentum præſumptionem ignorantiæ, quæ à iure reſultat. Alex.d.l.ſciendum.nu.36.

Ad contraria autem reſpondetur, quod illud dictum Barto. & commune procedit in caſu ſuo idest in minore, qui iurãdo efficitur tanquam maior, vt not. in authentica ſacramenta puberum. ergo ſi eſt vt maior non debet reſtitui, quia minor ſolùm reſtituitur. toto titulo de minor. Præterea ſpeciale eſt in muliere, vt non ſufficiat eam ſcire de ſuo beneficio in genere, vt per Angel.in l. qui Romæ.§.duo fratres.quæſtio. ſecunda de verborum obligatio.quem refert, & ſequitur Alexan. in d.l.ſciendum.numero 30. & dict.l. in repudianda.numer. 7. Vnde cùm hæ quæſtiones ſint diuerſæ, ex his non eſt inferendum, vulga. l.Papin.exuli.

Ad capitulum ex reſcripto de iureiuran. vbi di-
13 cunt Doctores eſſe caſum † rotundum, poteſt reſponderi ſecundum primum intellectum gloſſ. quod Velleianum non impedit obligationem naturalem, & ciuilem, & conſequenter dari actionem. Pau.de Caſtr.in rubrica C.de non nume. pecunia. numer.3. & idem Caſtren. in authentica ſi qua mulier. numero ſecundo. verſicul. in text. ibi ſiue multoties. C.ad Velleia. Vnde cum ibi dicatur conueniendam etiam vxorem, id non eſt contra communes regulas, ſed per hoc non ſequitur, quin ſi ipſa excipiat, poſſit Velleiani auxilio agentis intentionẽ expellere; ideo præſertim, ne inducamus iurium contrarietatem, erit ita de plano intelligendus ille text. vt aduerſus mulierem tenuerit obligatio, & conueniri poſſit, nec plus dicit text. ergo nec nos addere debemus, præcipuè vt euitetur abſurdus intellectus, vulg.l. ſecunda.C.de condi.inſer. Hunc intellectum ſequitur. Alexan.d. l.ſciendum.numero 36. Nec obſtat, quòd ſit diuinatiuus, vt dicit ibi Iaſ. Quia etiam diuinatio tolleratur, vt iura concordentur.) Et cùm negari non poſſit quin hic textus habeat plures intellectus, ideo ab eo non debet ſumi argumentum.

Nec etiam diſplicet alia ſolutio, quæ reſultat ex alio intellectu, quem ponit Alexan.in l.ſciendum. nume.36.quod ibi fuit certiorata, quod confirmo, quia lex intelligenda eſt ſecundum terminos habiles.l.qui teſtamento. C.de teſtament.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ potius verba ſunt ſuperflua iudicanda, quàm ꝙ quis indebitè lædatur. Bar.in l.fi.§.in computatione.nu.4.de iur.delib.

Verùm his non obſtantibus me reclamante, & ſententiam meam tuente Senatus cenſuit referente D. Ruſſia obligari mulierem iurantem etiam ſi non renunciet, nec etiam certioretur, per dict.cap. ex reſcripto.& cap.cum contingat. & cap.quamuis. & cap.licet.de iureiuran.in 6. qui textus magis conſiderant animæ periculum quàm bonorum diſpendium, iuxta illud Euangel. Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animę verò ſuę detrimentum patiatur?

Declara tamen, vt iuramentum ſuppleat certiorationem, quãdo agitur de beneficio, & priuilegio clauſo in corpore iuris, aliàs ſecus. Dec.in l.pen.nu. 31.C.de pact.

14 Amplia ſecundò, ſi mulier in eodem † inſtrumento fateatur ſe principalem debitricem, quia præſumitur etiam tunc fideiuſſiſſe. Specul.de ſolu. §.1.verſic.ſed pone vir, & vxor. colum.tertia Abb. conſilio 44.in præſenti.nume.primo.libro primo. Bologni.conſi.45.Samaritana.colum.2.& Docto. in dicta authentica ſi qua mulier.præſertim Odofred.& Bart.nume.1. & ibidem Bald. colum.2.poſt Iacob. Butrig. & Alber. numer. 2. & videtur color quæſitus Alexan.in additio.ad Bar.in l.ſi mulier.D. ad Velleia. Salicet. in dict. authentica poſt Nicol. de Matarel. Aret. in §. item ſi. inſtitu.de exceptio. colum.16.Franciſ.Marc.dict.quæſtio.508. Et idem eſſet ſi in eodem inſtrumento vterque fateatur ſe recepiſſe pecuniam, vt dicunt ſupra allegati Doctores, quamuis Ioan.Andr. in addit.ad Specul.in

d.§.

d.§. ſed pone. poſt Obert. de Bobio velit mulie-rem ſaltem teneri pro dimidia. Sed contra Ioan. Andr. quòd imò mulier in nihilo teneatur, iudicauit Senatus me referente 20. Martij 1551. attentis apertiſſimis verbis Senatuſconſult. relatis ab Vlpiano in l.2. D. ad Senatuſconſul. Vellcian. ibi. *Quæ pro alijs reæ fierent.* Sed ſi cum muliere nemo ſe obligaret, tunc teneret obligatio ſecũdum opinio. Azo. in ſumma C. ad Velleia. colum. tertia in princip. per l. ſi fenebris. C. eod. quod putarem verum niſi ſubeſſet præſumptio fraudis, & ea obligatio tenderet in fauorem mariti, vel alterius, non autem ipſius mulieris principaliter, vel directè, qui ſe cum muliere non obligaſſet data opera, ne eſſet contra eum locus obligationi per illam ſolam factæ.

Ampliatur tertiò, vt hoc procedat non ſolùm in mutuo, ſed in omni alio contractu, ita tenent Alberic. & Salice. in dict. authentica ſi qua mulier. Aliæ ampliationes, & limitationes colligi poterunt ex his, quæ dicam infra deciſ. ſeq. vxor pro marito.

Mulier pro marito intercedere non poteſt, & quid ſtante iuramento. ad materiam auth. ſi qua mulier. C. ad Senatuſc. Velleianum.

DECISIO CCXXIII.

1 *Vxor pro marito intercedere non poteſt.*
2 *Mulier conſtituens ſe principalem debitricem cum viro non tenetur. & nu. 4.*
3 *Renuntiatio beneficij auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. per mulierem facta non valet.*
5 *Mulieris interceſſio pro coniuncta perſona mariti non tenet.*
6 *Geminatio contractus non nocet mulieri fideiubenti.*
7 *Vxor etiam in criminalibus pro marito fideiubere non poteſt fallit ex iuſta cauſa præſente iudice.*
8 *Vxor fideiubens pro marito cum iuramento obligatur de iure canonico, fallit ſtante enormi læſione. numero. 7. & nu. 12. & 13.*
10 *Iuramentum non validat contractum re ipſa doloſum.*
11 *Enormis læſio quæ ſit in muliere pro viro ſe obligante.*
14 *Mulier ſe obligans cum iuramento an præiudicat ſibi in augmento ſtante læſione.*
15 *Mulier ſe obligans ſibi præiudicat aliquibus in caſibus, & num. 16. & 19.*
17 *Renunciatio hypotheca à muliere cum iuramento facta an teneat.*
18 *Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria in muliere fideiubente, & quid ſtante enormiſſima læſione.*

1 VXOR † pro marito intercedere non poteſt, & ſi id faciat talis obligatio eſt ipſo iure nulla authen. ſi qua mulier. C. ad Velleianum. neque requiritur beneficium exceptionis prout in Velleiano: reſiſtit enim hoc caſu non ſolùm Senatuſconſul. Velleia. & eius ratio fragilitatis, ſcilicet muliebris, ſed etiam diſpoſitio dictæ authenticæ ſi qua mulier. & ratio illius authenticæ, quæ videtur eſſe ea, quæ impedit donationem inter virum, & vxorem, ne mulier blanditijs, & amore maritali ſeducta ſe ipſam ſpoliet, vt mariti voluntati in ſui perniciẽ obſequatur, vt dixi ſupra deciſio. 32. Donatio. in princip. Et hæc concluſio adeo vera eſt, vt amplietur etiamſi vxor fatere-
2 tur pecuniam † ad ſe perueniſſe, fieretque in eo inſtrumento debitrix cum viro, adhuc enim non obligaretur, quia confeſſio præſumitur facta in fraudem legis, & mulierem adhibitam, vt pro viro fideiuberet, ita tenet Barto. Bald. Caſtren. Alberic. Salicet. & alij in dicta authen. ſi qua mulier. Caſtr. conſilio 8. libro 2. in cauſa, quæ vertitur. Abb. conſilio 44. in præſenti quæſtione, numero primo. libr. primo. Franciſ. Marc. quæſtio. 508. num. 7. & ita obſeruat Senatus.

Amplia primò, ſi vxor vnà cum viro ſe obligans faciat ſe principalem debitricem cum ſolitis renuntiationibus: nam etiam tunc præſumitur interceſſiſſe, & fideiuſſiſſe pro viro, ita tenent Spec. Bald. Alexand. Aret. & alij, quos citaui ſupra deciſ. præcedenti. colum. 2. verſicu. ampliatur ſecundo. Et hoc etiam inconcuſſè Senatus obſeruat, neq; habet difficultatem.

Ampliatur ſecundò, etiamſi vxor renuntiaret
3 beneficio huius authenticæ † ſine iuramento, talis enim renuntiatio non valet per ea, quæ dicit Cyn. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. ita tenet Angel. in §. item ſi. colum. 16. inſtitu. de exceptio. poſt Iacob. Odofred. Cyn. Bartol. Bald. Caſtren. Salicet. & alios Doctor. in dicta authen. Abb. conſilio 44. in præſenti. numero primo. libro primo. Bologni. conſilio 45. Samaritana. colum. ſecunda. quod etiam Senatus obſeruat, & ad hoc à fortiori faciunt, quæ dixi ſupra deciſ. præcedẽti in terminis Senatuſcon. Velleiani.

4 Ampliatur tertiò, etiamſi mulier † fateretur pecuniam verſam in ſui vtilitatem, ita tenent Nicol. de Matarel. Barto. Bald. Alberic. Caſtren. Salicet. in dicta authen. idem Caſtren. conſil. 8. In cauſa, quæ vertitur. libro ſecundo. Abb. conſilio 44. In præſenti quæſtione. numero primo. libro primo. Franciſc. Marc. quæſtio. 508. numero ſeptimo. quos refert, & ſequitur Ange. in dicto §. item ſi. colum. 16. verſi. quæritur ergo. Tunc enim non tenetur, niſi pro eo, quòd clarè conſtet ad eam perueniſſe. Specul. de ſolut. §. ante omnia. verſicu. ſed pone. Bernard. Landrian. in additio. ad Barto. in conſi. 12. punctus quæſtionis talis eſt.

Amplia quartò, vt procedat non ſolùm ſi mu-
5 lier ſe obligaret pro marito, ſed etiam † ſi ſe obligaret pro patre, fratre, vel filio mariti, & ita tenet Bald.

Bald.Salice.in dicta authen. ſi qua mulier. Aret.inſtim.de exceptio. §.item ſi.colum.16. in principio. verſic.ſextus caſus.poſt Nicol. de Matarel. & alios per eum relatos, & ita vidi iudicari per Senatum tunc Vercellis reſidentem in vna cauſa S.Agatæ, vbi vxor pro fratre mariti ſe obligauerat per apocham tribus teſtibus ſubſcriptam ſine iuramento, & Senatus illam abſoluit non ex capite Senatuſc. Velleiani,cui renunciauerat,ſed ex dicta authen. ſi qua mulier.referente Dom. Emiliano de Sandi liano Senatore 5. Nouembris 1555. conſtabat enim ex coniecturis mulierem id feciſſe viri contemplatione,quòd ſi vir mortuus fuiſſet,tunc eſſemus in terminis præcedentis deciſ.de Vellcia.loquentis.

Amplia quintò ſi mulier ſit principalis, & vir fideiuſſor,quia præſumitur color quæſitus, & ita factum eſſe in fraudem.dictę authen.Ang.in dicto §. item ſi.colum. 16. verſ.quid è contra.

6 Amplia ſextò etiamſi ſecundò caueat †,quãuis enim geminatio magnæ ſit virtutis, & reddat actũ validum, qui aliàs eſſet inualidus argumen. l.baliſta.D.ad Trebel.Barto.in l.cum ſcimus. C.de agric. & cenſit.libro 10.& inducit actum magis deliberatum. gloſſ.in capit. ſi quis iratus.a. quæſtio.3. & lex generaliter loquens non intelligitur in actibus geminatis.Roman. in l.ſi vero. §.de viro.fallen.31.D, ſoluto matrimo. quia talis geminatio inducit magnam ſcientiam,& deliberationem.Barba.conſilio 28.præclarè.colum.15.libro 2.vbi alia multa ſimilia congerit,& latè Corſet. in tractatu de geminat. Tamen in caſu iſto geminatio non noceret vxori. Ange.in dicto §.item ſi.colum.16. verſic.ex prædicta. & facit text.in l.ſi mulier perfectæ ætatis. C.ad Velleia.

Amplia ſeptimò, vt procedat dicta authenti.
7 etiamſi vxor fideiuberet pro marito in cauſa † criminali, vt eum liberaret à carceribus, ita tenent Caſtren. & Salice. in dicta authen.Sed contrarium videtur velle Bald. conſilio quinto. conſiderata.libro quinto. quem ita intelligit Caſtren. apoſtillator conſilio 8. libro ſecundo.licèt ibi Barto. videatur ſe fundare ſuper iuramento,& idem Bald.conſilio 280.libro quarto.Cęphal.conſilio 51.numero 21.libro.1. Ioſeph. de Ludouic. commun. opinio. titu.de authoritate, & conſenſu.conciuſio. prima: fallen.11. Et ſecundum hanc opinionem iudicauit Senatus in cauſa Zoppi,& Aruolæ. referente Domino Goueano 1586. 16. Iunij, ſed ibi cautio erat præſtita præſente iudice, & alias ampliationes ad hanc authen.facientes poſui ſupra in præcedenti quæſtione incipiente Velleianum,vbi videre poteris,ne bis idem repetamus.

Amplia octauò,vt procedat.d.auth.etiamſi mulier renunciaret cum iuramento, ita tenent Barto. Bald.Ioan.Fab.& Salicet.in dict.authen.ſi qua mulier.Specul.de ſolut.§. 1. colum. 4. verſic. ſecundo quæritur.Hoc tamen dicit Bar.in d.auth. procede-
8 re de iure ciuili,verùm † de iure canonico mulier obligatur iuramento, vt per eundem Barto. in conſil.124.punctus quæſtionis. quæ opinio Barto. ſeruatur in practica. vt dicit Ange. dict. §.item ſi. colum.16. Butr. Abb. & alij in cap. ſi diligenti. de for.competen.& in cap. ex reſcripto.de iureiuran. Et iſta obligatio, quæ oritur ex iuramento, ligat etiam in terris imperij. Bald. conſil. 5. conſiderata. libro 5.Caſtren.conſil.8.libro 2. Afflict.263. nume. 2.& 322.num.5. & hæc concluſio ſeruatur in practica,neque habet difficultatem.Quinimo valeret renuntiatio generalis,ſi dicat omni legum auxilio. Caſtr.in d.auth.& Alex.conſil.146. lib.7. Quinimo ſi vxor promittit & iurat, obligatur etiam ſi non renunciet beneficio huius authenticæ, vt latè per Alex.conſi.146.lib.7. Aufrer.in additio.ad Capell. Toloſanam 37. Vital. in clauſula renuntiationis Velleiani.colum. fin.in fin. & faciunt, quæ dixi ſupra in præcedenti quæſtione Velleianum.licèt more ſuo aliud teneat Pariſ.ad Alex.d.conſ.146.

Hoc autem,quòd dicimus obligari vxorem iuramento per ius canonicum non præiudicaret,
9 ſi mulier ex tali fideiuſſione enormiter † lęderetur, vt quia in totum, vel in maxima parte remaneret indotata.glo. in dicta authen. ſi qua mulier. Pariſ. conſilio 65.numero 13.14.& 15.libro tertio.& conſilio 75. numero 13. & 16. libro quarto. Alciat. in capit.cum contingat.de iureiuran.numero 223. & hanc opinionem communem eſſe dicit Gail practicar. obſeruat. libro ſecundo. obſeruat. 77. poſt Dec. conſilio 180. & 181. tunc enim contractus, & iuramentum præſumitur ſaltem mètu reuerentiali extortum. l.i.prima. §. quæ onerandæ. D. quar. rerum act. non dat. etiamſi verbera non interueniãt. Alexan. ad Bartol. in dicto §. quæ onerandæ. poſt Petr.de Ancharan. & Paul.de Caſtr. per eum relatos.Barbat. conſilio 60. libro primo. Bald in §. ſacramenta. numero 8. de pace iuramen. firman. Soci.conſilio 263 colum.tertia.litera B. & colum. ſeptima.litera B.Curt iun. in conſilio 141. numero 11.& numero 18.vbi dicit præſumi dolum,& metum.Ruin.conſilio 170 numero 17.libro primo.& conſilio 60.numero decimo. libro tertio. Caſtren. conſilio 174. contra ſuperius. libro primo. Socin. conſilio 273.colum.tertia. in princi.libro ſecundo. pręſertim ſi eſſet puella innupta. Caſt. dicto conſilio 174. numero tertio. Quamuis in hoc (contra tamen communem opinionem) contrarium teneat Aquenſ.in l.interpoſitas.C.de tranſactio.Pręſumitur enim decepta vxor re, & conſilio aduerſarij. Vitalin. in tractatu clauſular. de renuntiatio. Velleia.colum.tertia. videtur enim dolum re ipſa ſaltem interueniſſe, ideoque non valere contractum. per l. ſi quis cum aliter. vbi glo. & Doctor. D. de verborum obligatio. Vbi autem interuene-
10 rit † talis dolus re ipſa contractus non firmatur iuramento. Dec.dicto conſilio 180. nume. ſeptimo. dicens communem.Curt.iun.conſilio 53.& conſilio 141.Cagnol.in l.ſecunda.C.de reſcind.venditio. numero 79. & numero 81. & mulieri conceditur abſolutio à iuramento, & ita obſeruari in practica dicit Afflict.deciſio.322.numero 11.Dicitur autem
11 enormis † læſio,quando mulier non poteſt indemnitatẽ conſequi in bonis viri, & ideo remanet indotata.Abb. in conſilio 8. tria ſunt. libro ſecundo. numero ſexto.& non inſpicitur tempus obligationis, ſed ſolutionis. Afflict. deciſio. 312. & 313.&

audiui

iudicij obſeruatum per parlamentum Regium
cùm occuparet hanc prouinciam: ſolebat enim
ille magiſtratus fauere mulieribus hoc modo læſis
quamuis iuraſſent.
Sed contrarium, quòd talis læſio non conſide-
12 retur, ſed quod iuramentũ omnino obliget † mu-
lierẽ læſam, tenet Lupus in rub. de donat. inter vir.
& vxor. §. 17. nu. 33. verſicu. poteris limitare. Boer.
quæſt. 23. nume. 9. Afflict. deciſ. 311. nume. 4. dicens
ita teneri communiter per canoniſtas, & ita iudi-
catum fuiſſe in conſilio Neapolitano, & commu-
nem dicit Alciat. in dict. cap. cum contingat. num.
64. & magis communem dicit Burſat. in conſilio
66. nume. 15. lib. 1. Roland. conſil. 70. nume. 2. libro
ſecundo. Etiamſi omnino indotata remaneat. D.
Solàin gloſſ. ad nou. conſtitut. de alienat. mulieri
fol. 42. num. 13.
Certè quæſtio hæc non eſt ſine magna difficul-
tate. Verùm ego ſemper exiſtimaui hanc ſecun-
13 dum opinionem veriorem, vt mulier † iuramen
to obligetur, etiam ſi omnino Indotata remaneat,
cùm omnia iura Canonica indiſtinctè ſimpliciter
loquantur, & ſolùm excludant caſum, quando iu-
ramentum inducit periculum animæ, & æternæ
ſalutis, præſertim text. in cap. ex reſcripto. & in cap.
cum contingat. de iureiuran. & in cap. quamuis. de
pact. & ita in contingentia facti in cauſa Tauri-
nenſi vxoris Ioan. Longi, quæ pro viro fideiuſſerat
erga Moyſem Theodorum Hebræum, ego eam
condemnaui ad obſeruantiam iuramenti non ob-
ſtante abſolutione obtenta ad effectum agendi, &
excipiendi, cum poſſet illud iuramentum ſeruare
ſine diſpendio ſalutis æternæ. Verùm cùm à tali
ſententia fuiſſet appellatum: Senatus poſt mul-
tas diſputationes, & reclamantibus aliquot ex
Dominis ſententiam meam reuocauit, exiſtimans
eſſe præiudicium publicum, & contra publicam
vtilitatem talia iuramenta obſeruare, quibus mu-
lieres omnino indotatę remanerent. Et exinde ſem
per Senatus hoc iure vſus eſt cum hoc tempera-
mento, vt ſi mulieri remaneret dimidia pars dotis,
tunc teneret obligatio iurata. Et ideo ſi mulier ha-
bens mille in dotem fideiubendo pro viro totam
amittit, cùm nihil ab eo conſequi poſſit, nihil om-
nino valet contractus iuratus, tanquam dolo ex-
tortus: Si vero promiſiſſet tantum ſcutos quin-
gentos vel minus, tunc ſubſiſtat contractus iu-
ratus.
14 Sed quæſitum fuit, quid ſi mulier lædatur † in
augmento dotali? Et videbatur idem, ex not. in
l. cum principalis, & in cap. acceſſorium. de regul.
iur. Et quod dos, & augmentum dotis pari paſſu
ambulant. authen. ſi ſponſalitia largitas. In contra-
rium dicebatur, quòd cum ſtylus Senatus indu-
ctus ex cauſa dotis ſit ex quadam æquitate, ne mu
lier omnino indotata remaneat, non debet hoc
trahi in conſequentiam in augmento dotis, in
quo videtur mulier de lucro magis quàm de dam
no tractare: Cùm diuerſa ſit ratio damni euitan-
di, & lucri conſequendi. l. fin. §. licentia. C. de iur.
delib. de hoc vide aliqua per Afflict. dict. deciſ. 311.
Quæ practica potius inoleuit ex quadam æqui-
tate, quàm aliqua ratione.
Limitatur primò dict. Auth. vt non procedat,
15 quando mulier obligat ſe cum † viro pro ſua, vel
communi vtilitate, vt per Caſtren in dict. authen.
& Landrian. ad Bart. conſil. 124. punctus quæſtio-
nis. vel ſi obligetur fauore dotis. Lupus in cap. per
veſtras. §. quinto cum dicitur. de donat. inter vir. &
vxor. addi. ad Salic. in dict. auth. ſi qua mulier. vel
ſi vxor aliquid reciperet Roman. ſingul. 323. Aret.
in §. item ſi. inſt. de except. col. 16. in fi.
16 Limita ſecundò, vt non procedat, † quando vir,
& vxor fideiubent ſimul in fauorem tertij erga
alium. tex. eſt in terminis in dict. cap. ex reſcripto.
de iureiuran. & Specu. de ſolut. §. 1. col. 3.
Limitatur tertio, vt licèt non teneat obligatio
17 vxoris, teneat tamen † renunciatio hypothecæ in
dict. auth. nume. 4. verſic. quid ſi mulier. l. iubemus.
C. ad Velleia. & authen. ſiue a me. C. eod. Franciſc.
Marc. quæſt. 508. colu. 5. & latius per Vitalem in
clauſula renunciationis. l. Iul. de fund. dot. colum.
2. qui loquuntur, quando mulier non ſe obligat,
ſed conſentit obligationi viri ſe obligantis, & hy-
pothecantis omnia bona ſua.
Sed contrarium, & fortè melius tenet Specul.
dict. §. 1. colum. 4. verſi. 3. quæritur. Vital. in clauſul.
renuntiationis. l. Iulię. de fund. dotal. Neque enim
plus debet valere conſenſus ſimplex eo modo ve-
ſtitus, quàm expreſſa obligatio, & renuntiatio, poſ
ſet tamen operari talis conſenſus, vt mulier non
poſſet opponere ſe executioni, quæ fit in bonis ma
riti, ſi ſuperſunt bona etiam pro ſuis dotibus, ta-
men ſi adeſt iuramentum, habebit locum opinio
Alber. ex his, quæ latè refert Afflict. deciſ. 311. &
Roland. conſilio 70. numer. 20. libro 2. vbi etiam
ampliat hoc eſſe verum, ſi mulier in totum rema-
neret indotata, vt ibi per eum. nume. 26. & ita cen-
ſuit Senatus in cauſa Saluetti 1587. 10. Decembris
referente D. Senatore Appiano. Sed cum tem-
peramento, vt ſupra dixi, modò mulier omnino
indotata non remaneret, & poſſet habere recur-
ſum in bonis viri. De hac quæſtio. vide Serafin. de
priuil. iura. cap. 95. & cap. 76. num. 12.
An autem mulier, quæ renunciauit cum iura-
mento, poſſit petere abſolutionem? Doctores vi-
dẽtur diſtinguere, quòd ſi enormiter læſa fuerit,
omnino concedenda ſit abſolutio, imò ſine abſo-
18 lutione † agere poſſit. Alexan. conſi. 29. viſo. lib. 2.
& multos ad hoc refert Curt. ſen. conſil. 41. ſuper
contingentia. numero 7. & 9. & hanc opinionem,
quòd tunc non requiratur abſolutio, probat. text.
in dict. cap. quintauallis, & eſſe magis communem
dicit Ludouicus deciſ. 27. nume. 18. & 20. & ſecun
dum hanc cenſuit Senatus in cauſa Sancti Mar-
tini, & Vanaſini, vbi mulier fuit reſtituta ob enor
miſſimam læſionem aduerſus obligationem iura-
tam, licèt in cõtrarium allegaretur deciſ. Borgnin.
9. in 1. par. & alia ſupra adducta.
Si verò enormiter, vel enormiſſimè non ſit læ-
ſa, tunc abſolutio peti non poterit. Abb. in c. cum
contingat. num. 22. verſi. octauus caſus. Archidiac.
in cap. quamuis. de pact. & ibi Geminian. & Imol.
quos refert, & ſequitur Curt. ſen. dict. conſi. 41. nu-

mero 1. Imol. in cap. quintauallis. colum. penult. de arbitr. Angel. in l. ſi quis pro eo. Paul. de Caſtren. in authen. Sacramenta puberum. colum. 3. & ibi Doctores. Roman. conſilio 437. in caſu. column. fina. Antonin. Epiſcop. Florent. in ſua ſum. part. 2. titul. 10. cap. 6. in ſeptimo caſu. Curt. ſen. conſi. 65. nume. 25. Et quamuis cõtrariũ teneant Vincent. & Ioan. Andr. dict. cap. cum contingat. & Abb. conſilio 8. Laurentia. libro 2. nume. 7. Tamen prior opinio videtur verior niſi interueniſſent minę. Imol. dict. cap. quintauallis. Curt. ſen. d. conſi. 43. nu. 1. Afflict. deciſ. 322. num. 5. Tutius tamen erit, vt in omnem caſum petatur abſolutio à iuramẽto ad effectum agendi, & excipiendi, vt per Afflict. dict. deciſ. 322. numero 6.

Limita quartò, quod diximus ex iuramento
59 obligari, procedere niſi † vxor iuraſſet prius ſe pro viro non fideiuſſuram, neque obligaturã ſuas dotes. Bart. in l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſſ. verſic. pro hoc induco, poſt Hoſtien. & Ioan. Andr. ibi relatos. Serafin. in tract. de priuileg. iura. cap. 95. num. 7. & cap. 76. num. 13.

Baculo aliquem percutiens qua pœna puniatur, & quid ſi percuſſus fuerit Eccleſiaſticus.

DECISIO CCXXIIII.

1 *Baculo aliquem percutiens tenetur pœna iniuriarum.*
2 *Clericum percutiens baculo qualiter puniri debeat.*
3 *Tex. in auth. ſed nouo iure. C. de epiſ. & cler. declaratur.*
4 *Baculo ſi quis aliquem percutiens illum occidit, qua pœna plectatur.*

1 BACVLO aliquem percutiens † tenetur pęna iniuriarum. l. item apud § ſi quis pulſatus. D. de iniur. Caret. in §. homicidium. numero 344. verſicu. iure vero. & ſic pœna extraordinaria. l. fina. de iniur. vbi Iuriſconſul. ponit varias pœnas iuxta offendentis, & offenſi qualitatem, prout etiam l. apud Labeonem. §. quod ait prætor. eodem titu. & in eo, qui percuſſit baculo perſonam mediocris qualitatis, quod ſit bannien dus, decidit Grammat. deciſio. 7. in fin. & idem tenuit in ſuis conſil. & talem extraordinariè puniri dicit Afflict. in conſtitutio. ſi quis aliquem. nume. 25. dicens pœnam arbitrariam, & quamuis ibi Afflict. dicat de verberante cum bardo, tamen id interpretatur pro baculo prout exemplificat Bart. de cap. quem ipſe citat in dicta conſtitu. ſi quis aliquem. numero ſecundo. & in caſus contingentia Senatus condemnauit quendã Vercellen. qui baculo alium ciuem percuſſerat pęna exilij per triennium.

2 Augetur tamẽ hæc pœna, ſi quis percuſſerit † clericum, vel alium in dignitate conſtitutum, prout occurrit ſuperioribus diebus in ciuitate Cherij, vbi quis baculo percuſſerat præpoſitum, ſeu vt vulgò dicitur guardianum monaſterij Sancti Franciſci in clauſtro eiuſdem monaſterij, hoc enim caſu augenda erat pœna ex qualitate loci ſacri, & in domo propria ipſius guardiani. Quidam enim exiſtimabant illum eſſe fuſtigandum, & banniendum. authen. ſed nouo iure. C. de epiſcop. & cleric. Ego exiſtimabam attenta qualitate perſonæ, & loci hunc grauiori pœna eſſe puniendum, & ſaltem relegandum per quinquennium ad triremes.

Si enim percuſſiſſet laicum baculo, erat in exilium mittendus, vt ſuprà dixi, hic autem attentis circunſtantijs grauius multo erat delictum, item probabam hoc ex l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cleri. vbi punitur pœna capitali pro leui iniuria ſacerdoti facta, vt apparet ex illis dictionibus *aliquid iniuriæ.*

3 Nec obſtat dicta auth. ſed nouo iure. † quia intelligitur ille tex. de iniuria leuiori cum l. C. de tali iniuria loquens uideretur nimis rigoroſa, & ideo ibi dicitur pro tali iniuria, idest leui, quod etiam magis demonſtratur ex corpore, vnde illa authentica deſumpta eſt ab Irner. dicit enim *aliquam iniuriam,* quòd etiam magis exprimitur ex traductione Haloandri *aliquid contumeliæ*; dictio enim illa *aliquis*, & *aliquid* de leui, & modica intelligitur, & arctat ſignificationem orationis ad rem modicam. l. hanc legem. ff. de contrahen. emptio. quem tex. ad hoc ſingulariter citat Oldrad. in conſilio 226. colum. 3. & Tiraquel. qui multa ad hoc more ſuo congerit in l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. in §. omnia bona. numero 15. Certum autem eſt, ꝙ multum intereſt an clerico inferatur leuis iniuria, vel grauis. Nam primo caſu Epiſcopus poteſt abſoluere. capit. peruenit. de ſenten. excommuni. Secundo vero caſu non. c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Dicitur autem grauis, vel leuis iniuria conſideratis circunſtantijs arbitrio iudicis. Abb. in dicto c. peruenit. de ſenten. excommunica. Itaque Senatus cenſuit iuxta opinionem meam illum eſſe condemnandum ad triremes per quinquennium, & ita fuit exequutum.

Quid autem dicendum ſit eo in caſu, quan-
4 do quis baculo † aliquem percuſſit, ex cuius percuſſionibus mortuus eſt percuſſus, an tunc erit pœna homicidij talis percutiens plectendus, an vero alia extraordinaria, vide plenè per Gomez. variar. reſolu. libro 3. capit. 3. numero 17. vbi voluit talem pena. l. Corneliæ dignum eſſe, cuius opinionem credo verãm ſi occidendi animo percuſſerit, quod ex percuſſionum, & vulnerum qualitate prudens iudex dijudicabit.

Pactum

Pactum de futura ſucceſſione an valeat, & quibus in caſibus ſubſiſtere poſſit.

DECISIO CCXXV.

1 *Pactum de futura ſucceſſione non valet, & qua ratione id conſtitutum ſit nu. 2.*
3 *Pactum de futura ſucceſſione an iuramento conualidetur. & nu. 5. & 6.*
4 *Iuramentum contra ius publicum interpoſitum non ſubſiſtit.*
7 *Pactum de hæreditate factum valet in vim vltimæ voluntatis, ſi ſit quinque teſtibus aſſiſtentibus corroboratum.*
8 *Pactum de futura ſucceſſione inter liberos factum an ſubſiſtat. & nu. 9.*
10 *Pactum de hæreditate inter liberos valet, ſi æqualiter fiat diſtributio hæreditatis.*
11 *Pactum de futura ſucceſſione factum valet, ſi ſuper re particulari factum fuerit.*
12 *Pactum de futura ſucceſſione ſtante conſuetudine, vel ſtatuto toleratur.*
13 *Conſuetudo altera lex eſt, & ſeruanda.*

1 PACTO hæreditatem dari non poſſe †, neque ſuper futura ſucceſſione interpoſitum valere, certi, & indubitati iuris eſt. l. hæreditas. C. de pact. conuent. l. pactum. l. licet. & l. fin. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. ſtipulationib. l. fin. D. de ſuis, & legitim. l. ſtipulatio. 61. D. de verborum obligatio. l. cum donationis. 34. C. de tranſactio. Bart. Bald. & omnes Doctores in iur. ſupra adductis. Pariſ. conſil. 24 numero 8. libro 2. latè Ozaſc. deciſ. 100. per totam. Michael Graſſus in §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſtio. 9. nu. 1. Hartmanus practicar. obſeruatio. forenſ. libro 2. titul. de pact. cap. 3. in princip. ratio eſt, quia per tale pactum libera teſtandi facultas aufertur, quæ cùm publici iuris ſit, contra bonos mores tunc fieri dicitur. d. l. ex eo. pacta verò contra bonos mores præſtita ſuſtineri non poſſunt. l. pacta quæ contra. C. de pact. & d. l. fi. C. eo. Votum enim captandæ mortis talia pacta inducunt contra. l. cum tale. 72. D. de conditio. & demonſtratio. & ideo improbus appellatur, qui de viuentis hæreditate eſt ſolicitus. l. 2. §. interdum. D. de vulga. l. ita tamen. 27. §. à patre. D. ad Trebellian. pactis enim adimi teſtandi libertas nõ poteſt. l. cum duobus. 52. D. pro ſocio. Quibus rationibus, & alijs multis axioma hoc Doctores noſtri defendunt, pro cuius confirmatione addebam
2 ego, † quòd cùm multis formulis, & ſolennitatibus deſideratis teſtamẽta fuerint à iure decreta, & ordinata, ita vt pro illorum validitate ſeptem etiam teſtes requirantur, inconueniens erat, vt tota hominis diſponentis ſubſtãtia ſolo pacto transferretur, qua ratione donationem omnium bonorum prohibitam fuiſſe reperimus. d. l. ſtipulatio. de verborum obligatio.

Huic regulæ ampliationes ſubnecti poſſunt, quæ à Doctoribus in ſupradictis locis, & iuribus colliguntur, præſertim ex ſcriptis per D. Ozaſcum in dict. deciſio. 100. vbi nec etiam reciprocum pactum ſuper futura ſucceſſione valere contendit contra Hippolit. ſingular. 331. & Viuium communiũ opinionum in verb. pactum. primo. Et ex ſcriptis per Graſſ. in dict. §. ſucceſſio. quæſt. 9. Sed quæſtio in hoc tractatu ſatis ardua, & controuerſa eſt
3 an huiuſmodi † pactum iuramento adhibito confirmari poſſit. Multi enim & quidem magis communiter voluerunt tale pactum iuramento non confirmari, vt videre licet ex authoritatibus latè congeſtis per Ozaſc. d. deciſ. 100. nume. 31. quibus addo Bald. conſi. 441. viſis ſtatutis. in princip. lib. 5. & hanc partem dicit communem, & ab ea in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe Io. Guter. in tracta. de contract. iurat. cap. 59. nume. 4. 5. & 9. licèt alteram opinionem dicat veriorem, & iuxta illam in Hiſpania practicari attenta. l. regia, per quam fuit mandatum, quòd talia pacta ſeruentur, Rodericus Xuarez. in l. quoniam in prioribus. quæſtio. 9. num. 15. C. de inofficio. teſtamen. Martin. Monteroſcen in dict. l. pactum. num. 12. C. de pact. H. Gabriel. conſil. 138. vbi voluit hoc procedere etiamſi facultas teſtandi reſeruetur. Fulgoſ. conſil. 73. colum. 3. & ſi quem malè pro contraria allegat Aufrerius in loco infra citando. Papien. in forma libelli, vt pacta ſeruentur. in gloſſ. ſuper ver. pacta. nume. 9. verſic. 3. autem caſu, cuius ampliationis ratio redditur ſatis vrgens, quia cùm ſit contra bonos mores hoc pactum. d. l. ex eo. iuramentum contra bonos mores præſtitum non ſubſiſtit. cap. non eſt obligatorium. de regul. iur. in ſexto. Sic
4 enim & contra iuris communis, & publici † rationem interpoſitum iuramentum non valet. l. 7. §. ſi paciſcar. in fin. D. de pact. l. ſi quis vir. §. vltimo. D. de legat. primo. l. adigere. 6. §. adigere. D. de iure patron. Et quamuis aliqui diſtinguere voluerint inter mores ciuiles, & naturales in materia capit. non eſt obligatorium. illa tamen diſtinctio non poterit in tali pacto militare, quod tam ius publicum quàm naturale concernit.

Sed contrarium multi alij non mediocris do-
5 ctrinæ viri defendere † voluerunt Bald. ſequuti in §. moribus. titul. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. conſiderantes iuris Canonici diſpoſitionem in cap. quamuis. cuius conditores magis animæ periculum, quàm iuris ſolennitates, & hominum facultates conſiderare voluerunt. Et ita tenet Aufrerius in addit. ad Capell. Tholoſ. quæſt. 453. & 454. dicens, quod licèt aliàs cõſuluiſſet contrariũ, tñ mutauit opinionem propter multa arreſta curiæ parlamenti. Ioan. Fab. in dict. l. fin. C. de pact. Maſuer. in ſua praxi. titul. de ſocietate. nume. 19. & 20. Papon. libr. 20. titul. 2. arreſto primo. Tiraquell. de primogen. quæſt. 7. nume. 7. Lupus in rubric. de donatio. inter vir. & vxor. Dec. conſi. 655. nume. 16. Aiciat. in dict. l. pactum. & ante omnes ſupra citatos hoc expreſsè voluit antiquus Doctor Pilcus

quæſt. 120. vbi propter periurij periculum ab hac
opinione conſuitus recedere dubitauit, & nouiſſi-
mè hanc opinionem eſſe de iure veriorem, & ma-
gis tutam fauore animæ, & quia in dubio iudican
dum ſit pro obſeruantia iuramenti, ſcribit Seraſi-
nus de Seraſin. in tract. de priuil. iuram. priuileg. 20.
nu. 28. & 29.

6 Pro concordia cogitabam ego † diſtingui poſ-
ſe, ne in æquiuocis ambulemus, quòd aut ſumus
in pacto ſuper alterius hæreditate interpoſito iux-
ta terminos l. fin. C. de pact. & tunc cùm tale pa-
ctum ſit omni iure improbatum iuramento con-
firmati non poſſe, iuxta glo. communiter appro-
batam in l. qui ſuperſtitis. D. de acquiren. hæredita.
Didac. in capit. quamuis. in princip. numero 1. in fi.
de pact. libro ſexto. Put. deciſio. 113. numero 4. lib.
ſecundo. aut vero ſumus in pacto facto cum eo-
dem, de cuius hæreditate tractatur iuxta terminos
l. pactum quod dotali. C. de pact. & C. de collatio.
& hoc caſu veriorem eſſe illorum opinionem,
qui voluerunt iuramento confirmari, & tunc qui-
dem ſubſiſtere, ſed reuocabiliter, ita vt ex quacun-
que iuſtà cauſa reuocari poſſit per promittentem
iuxta ea, quæ ſcribit Capell Tholoſan. dicta quæſt.
454. Tiraquell. de primogenijs. quæſtio. 8. Curt. iun.
in dicta l. pactum. numero quarto. Martin. Mon-
teroſcen. ibidem numero 14. Vaſqu. de ſucceſſio.
progreſſ. libro ſecundo. §. 18. requiſito. 29. limitatio.
prima. numero 195. & 199. Put. dicta deciſio. 113.
numero ſeptimo. Bellamer. conſi. 17. colum. fina.
pro quo vltimo dicto facit text. in l. cum donatio-
nis. C. de tranſact. ibi.

Nec ad implendum promiſſum hære-
ditatis propriæ pollicitationi quiſquam
aſtringitur,

Quaſi velit Imperator ſubſiſtere pactum ad libi-
tum voluntatis: Quamuis bona cautela eſſet hoc
caſu impetrare abſolutionem iuramenti ante re-
uocationem, vt periurij periculum euitetur, &
hac diſtinctione adhibita ſaluari poſſent contra-
riæ Doctorum authoritates, & apertiſſimæ diſ-
ſenſiones conciliari, licet Didac. in dicto c. quam-
uis. in princip. numero ſecundo. voluerit tale pa-
ctum reuocari non poſſe, quod & ante eum latè
defendit Aufrer. dicta quæſtio. 454. numero 4. Et
ita procedere poteſt Senatus noſtri deciſio. de qua
apud Dom. Ozaſc. dicta deciſio. 00. neque enim
hoc caſu dubitandum eſt de paciſcentis periculo,
non ſecus atque ſi teſtamentum condidiſſet.

Et hoc multo magis procedere exiſtimarem, ſi
7 vltra iuramentum in inſtrumento † quinque te-
ſtes adhibiti fuerint, tunc enim exemplo militum
poſſet in vim vltimæ voluntatis tale pactum ſu-
ſtineri, vt per Claudium Seiſſelium in dicta l. licet.
Crauer. conſilio 149. numero 10. Alciat. conſt. 135.
numero 9. & 10. & nouiſſimè ita tenuit Michael
Graſſ. in dicta quæſtio. 9. numero quarto. in fin.
Dec. conſilio 184. cuius opinio. veriſſimam dicit
Vaſquius dicto §. 18. numero 202. per text. in l. vbi
ita donatur. D. de donatio. & ita iudicatum fuit in
quadam ardua cauſa Sabaudiæ de Chiaranſo-
naij, quæ fuit coram Principe diſputata 1566.
10. Maij.

Ampliatur hæc communis regula, quòd pacto
8 hæreditas dari non poſſit, vt procedat, etiamſi † ab
ipſo patre inter liberos pactum fuerit interpoſi-
tum. dicta l. pactum. & dicta l. hæreditas. illa ratio-
ne, quam eleganter adfert Hotoman. in dicta l. pa-
ctum. quia filij meritis potius quàm pactionibus
ad paterna obſequia prouocandi ſunt. l. ſi quando.
35. §. 1. C. de inofficio. teſtamen. & parentes ad be-
nignè ſuis liberis faciendum, & Reipub. expedit li-
beros parentum vltionem, & exhæredationem
metuere, quod non eſſet ſi pacto hæreditas eſſet
promiſſa, ita vt ab illis hoc ius auferri non poſſit
ratione pacti l. ſicut. C. de obligat. & actio. & hanc
ampliationem communem aſſerit Vaſquius dict.
§. 18. numero 193. in fin. Sed aduertas, quòd articu
lus iſte, vbi de pacto à patre inter liberos facto ſu-
per illius hæreditate tractatur, diſputabilis eſt, &
controuerſus inter Doctores, & iura ſunt pro vtra
que parte. Nam Alexan. Curt. ſen. Socin. ſen. Iaſon.
Dec. & Riminald. tam in dicta l. pactum, quàm in
l. ſtipulatio. de verborum obligatio. tenent valere
huiuſmodi pactum inter liberos, cum quibus ſtat
Bartol. ante eos, ita tenens in l. tale pactum. § fin. D.
de pact. cuius opinionem communem dicit Ro-
man. in authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam.
Graſſ. in dicta quæſtione nona. numero quinto. &
in §. inſtituto. quæſtio. 19. numero quarto. dicens,
quòd opinio Barto. ſeruaretur in practica, & hanc
opinionem magis communem teſtatur H Gabri.
conſilio 137. numero 13. & 14. Burſat. conſilio 136.
numero 15. libro ſecundo. Contrarium vero Ca-
ſtren. Iacob. Curt. iun. & Purpura. defendunt in
dicta l pactum. Petr. Cyn. & Fulgoſ. in dicta l. licet.
& conſulendo ſequitur Alexan. conſilio 28. nume.
quarto. libro tertio. quibus nouiſſimè ſubſcribit
Martin. Monteroſcen. in dicta l. pactum. numero
17. & 18. reſpondendo ſatis ſubtiliter contrarijs, &
ſequitur Magdalen. in tracta. de numero teſtium
in teſtamen. requiſito. par. prima. capit. 16. numero
250. & pluribus ſeq. volens priuilegium. l. licet. non
poſſe extendi vltra militum perſonas.

9 Ego dicerem in hoc puncto † non eſſe receden
dum à communi opinione, quæ eſt, vt valeat hu-
iuſmodi pactum inter liberos à patre factum præ-
ſertim ſi iuramentum intercesſſerit, ſed reuocabi-
liter, vt ſupra dicebam, vt dixit in ſpecie Gabriel.
dicto conſilio 137. numero 30. vbi voluit, quod
pactum futuræ ſucceſſionis, quod regulariter non
valet, ſed ſpeciali fauore inter aliquos ſuſtinetur
in uim ſupremi iudicij veluti in militibus, filijs,
& Eccleſia ſit reuocabile ſicut quælibet vltima
voluntas. Sicut enim militis teſtamentum in vim
vltimæ voluntatis ſuſtinetur quoquo modo, ita
etiam patris pactum, quaſi teſtamentum inter libe
ros, quod minus ſolenniter factum admittitur, ſu-
ſtineri poteſt l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.
C. de teſtamen. l. fin. vbi gl. C. famil. herciſc. l. ſi. C. de
codicil. Maſuer. in ſua praxi. tit. de ſucceſſio. nume.
44. in fin.

Et hoc quidem apud me nullam haberet diffi-
cultatem

cultatem, quotieſcunque pater inter liberos paciſ-
10 cendo æqualiter hęreditatem † diſtribueret, nam
ſecus eſſe crederem ſi inæqualis eſſet diſtributio.
& in eiuſmodi pacto æquali inter liberos facto
loquuntur ferè omnes Doctor. ſupra citati poſt
Pileum.dict.quæſtio.120.qui voluerunt valere pa-
ctum tempore matrimonij à patre factum, vt fi-
lia æqualiter cum liberis ſuccedat, pro qua re in
terminis iſtius æqualitatis, & quæſtionis noſtræ ex-
tat aurea, & elegans Leonis Imperatoris (qui phi-
loſophus appellatur) nouella conſtitutio.19. titul.
de pacto paterno, ex æquo hæredem futurum fi-
lium, qui non tantum ratione promiſſionis factæ,
ſed etiam ratione æqualitatis ſeruandæ huiuſmo-
di pactum valere ſtatuit, quò fit, vt non aſpernen-
da ſit illorum ſententia, qui voluerunt.§.ex imper-
fecto.non procedere, quando inæqualiter filios
hęredes pater ſcripſiſſet. de qua re ſuo loco dice-
mus. Et hęc opinio in patre ſuſtineri magis poteſt,
quia non eſt dubitandum, quòd in filios cadat vo-
tum captandæ mortis, cùm patris hæreditas ſal-
tem pro legitima illis iure naturæ debeatur. Et l.
hæreditas. loquitur in caſu, quando extraneis pa-
cto defertur: filijs enim quando datur hæreditas
pacto, datur illis quibus de iure ſpectat, & qui ni-
hilominus venirent ab inteſtato. Et cum commu-
ni opinione tranſiuit Senatus, ꝙ ſuſtineatur hu-
iuſmodi pactum in vim vltimæ voluntatis inter
liberos, quia leges in hoc caſu ſolam parentum vo
luntatem conſiderare voluerunt.

Limitatur nunc ſupradicta regula, quòd pacto
futura ſucceſſio non detur, vt non procedat ſi pa-
ctum non ſuper tota hęreditate, aut ſuper quota
11 hęreditatis, ſed ſuper † re particulari fuerit inter-
poſitum: nam tunc omnes in eo conueniunt,
quòd pactum huiuſmodi etiam nõ iuratum ſub-
ſiſtat, in hoc caſu de receptiſſima Doctorum ſen-
tentia innumeros Doctores allegando teſtatur
Graſſ.dict.quæſtio.9.nume.10. Gabriel. conſil.140.
nume.1. Natta conſi.474.nume.1. Putc.dict.deciſ.
113.Iaſ.conſi.211.colum.5.libr.2.& conſi.175.col.
5.lib.4. Hartman.pract.obſeruat.forenſ.lib.2.tit.de
pact.c.3.in fi.& cum hac limitatione ſemper tran-
ſiuit Senatus.

Limitatur ſecundò, vt non procedat ſi in con-
trarium extet ſtatutum, vel conſuetudo, quamuis
enim hoc in caſu noluerint aliqui valere huiuſ-
modi pactum, vt Capell. Toloſan.dict. deciſ.53.
numer.3. & communem videatur fateri Graſſ. d.
quæſt.9.nume.8. verius tamen eſt, vt conſuetudo,
12 & ſtatutum † poſſint huiuſmodi pactis robur tri-
buere, & propterea hanc limitationem tenuit Bal.
in l.cum Archimedoram.C.vt in poſſeſſionem le-
gator. & conſuetudinem iſtam obſeruari teſtan-
tur Aufrer. Tiraquell. Ioan.Fab. Papon. & Maſuer.
in locis ſupra citatis. Franciſc. Marc.deciſ.136.in fi.
par.prima. & de Germaniæ conſuetudine teſtatur
Ioan. Aurpachus ſingul. allegatio. libro 2.cap. 21.
Zaſ. dicta.l. ſtipulatio. de verborum obligatio. &
Graſſ.dict.quæſt.9.nume.4. qui dicunt durum eſſe
contra ipſam conſuetudinem obtinere. ex qua
Germaniæ conſuetudine credo proceſſiſſe Lon-
gobardorum pactum Morganatica appellatum,
de quo in titul.de filijs nat.ex. matrimon. ad Mor-
ganat.contrac. libr. 3.feud. Conſuetudini enim &
antiquitati plurimum tribuendum, eſt adnot. in l.
de quibus. D.de legib. & in l.fina. C. quæ ſit longa
13 conſuetudo. Et conſuetudo † ipſa altera lex eſt, &
modò non ſit contra diuina præcepta facit licitũ,
quòd aliàs erat illicitum. Vnde ſicut lege id decer-
ni poſſet, vt dicit Lupus in dict. rubr. de donatio.
inter vir. & vxor. & factum fuit in Hiſpania, vt te-
ſtatur Guter.dict.cap.59.non video quare & con-
ſuetudini idem tribuendum non ſit. Et idem di-
cerẽ in ſtatuto, quod lex municipalis dicitur, Sed
reſtringerem iſtam conſuetudinem, & ſtatuti di-
ſpoſitionem, vt procedant reuocabiliter, & faciant
valere pactum in vim vltimæ voluntatis, ita vt ac-
cedente reuocationis iuſta cauſa reuocari poſſit,
prout videtur permittere text. in dict. l. fin. C. de
pact. & ſi iuramentum intercesſerit abſolutione
impetrata reuocatio admittetur, vt dicit Alciat. in
dict. l.pactum.C.de pact.

Plures alias limitationes addere poſſem, ſed
quoniam deciſiuè nobis agendum eſt, melius erit
illas apud Doctores videre, quam referre, & viden
dus Serafinus in d.tractat.de priuileg.priuilegio.20.
Ozaſ.& Graſſ.in Locis ſupra citatis, & vide omni-
no Burſat.conſi.136.lib.2.per totum.

Reductio contractus ad æquitatem quando per iudicem facienda ſit.

DECISIO CCXXVI.

1 *Iudex poteſt contractum factum inter partes ad æquita-tem reducere.*

2 *Furnarius ſeu molendinarius, qui promiſerunt granum, vel panem pro tota familia, an teneantur familia aug-mentata.*

3 *Conductor, qui prædia in perpetuum conduxit, an tenea-tur de augmento monetæ, ſi penſio in immenſum creue-rit.*

4 *Præſcriptio temporis non officit, quin contractus ad æqui tatem reducatur.*

REDVCTIO contractus ad
æquitatem fieri debet, quando
1 res † tractu temporis efficeretur
iniqua, vel in infinitum creſce-
ret, & hęc eſt ſingularis, & mira-
bilis facultas iudicibus data, vt
hoc caſu poſſint etiam contra
paciſcentium pactionem, & ſtipulationem pro-
nuntiare, & ad æquitatem reducere, vt eſt ſingula-
ris, & notabilis text. ad literam in l. cum quidam.
17.in princip. D. de vſur. & de infinitate euitanda
ſunt iura in l.ſi quis.in fin.D.de pericu. & commo.
rei vendi.l.2.§. ſi quis. D.de lega.1. Per quam regu-
lam inferunt Doctores ad caſum, quod ſi Piſtor,
vel

2 vel furnarius † promiſerit coquere panem pro tota familia gratis, vel pro annua penſione minima, & deinde poſt aliquot tempus creuerit familia in immenſum, reducitur res ad æquitatem ita, vt non teneatur niſi pro familia, quæ extabat tempore factæ conuentionis, & idem dicunt in Molendinario. vt per Piſcum quæſtio. 48. Iaſ. in l. quominus. numer. 136. & ſequen. D. de fluminib. vbi num. 144. ponit regulam, quòd ſermo generalis, & indefinitus non trahitur ad futura, quando reſultaret magnum præiudicium.

Ex quibus inferebatur in facti contingentia coram Senatu, quòd quidam de Viconouo, qui con-
3 duxerat in † perpetuum quaſdã poſſeſſiones pro florenis centum annuis, ſoluendis de moneta currenti tempore ſolutionis, cùm eueniſſet, quod creuiſſet aureus propter deteriorationem monetæ in longè maiorem æſtimationem, quã erat illa tempore contractus, nam aureus, qui valebat tempore contractus groſſ. 21. creuerat ad groſſ. 110. non tenebatur ſoluere totum id, quod per augmẽtum monetæ ſoluere promiſerat, ſed reducẽdam rem ad æquitatem, ita vt pro florenis centum ſoluerentur floreni quinquecentum de illa moneta deteriorata, cùm aliàs ſoluendi eſſent nongentum, & ita fuit reſolutum per ſupradicta, & faciunt, quæ ſcripſi de emphyteoſi ſupra deciſ. 120. Emphyteota.

Et quamuis aliqui dicerent non eſſe recedendum à pactis, eo attento, quòd fuerat penſio ſoluta per multum tempus iuxta promiſſionem de moneta currenti tempore ſolutionis, ita quòd videbatur præſcriptum in fauorem locatoris. ad nota. in cap. cum olim. 2. de cenſib. Tamen reſponſum fuit, non eſſe tantum tribuendum iniquitati
4 † præſcriptionis, vt cũ damno alterius locator locupletaretur, & vt inquit Comicus Summum ius ſumma iniuria, & ſub nimia iuris ſubtilitate pernitiosè nonnunquam erratur. l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur. D. de verborum obligatio. & ad hæc faciunt, quæ dixi deciſio. 214. incipien. Pecuniæ augmentum. quòd pecunia ſolita ſolui pro gabella reduceretur ob monetæ deteriorationem ad quid minimum, quod poterit augeri non obſtante præſcriptione, de qua in dicto cap. cum olim. & quæ de ſtatuto ſcribit Dec. conſi. 335. quem in ſimili retulimus deciſio. 239. Vallis Peruſiæ. verſicul. nec officit,

Feudum quando rectum, & proprium dicatur, & quando in eo fœmina ſuccedere poſſit, latè examinatur, adiectis aliquibus ad materiam deuolutionis feudi pertinentibus reſolutionibus.

DECISIO CCXXVII.

1 *Vaſſallus non tenetur recognoſcere feudum, niſi requiſitus.*
2 *Succeſſor in feudo habet iuſtam cauſam ignorandi rem eſſe feudalem.*
3 *Minor excuſatur ob non petitam inueſtituram, & in integrum reſtituitur nu. 4.*
5 *Feudum ſi ob non factam fidelitatem caducum efficiatur, agnatis aperitur.*
6 *Caducitas vt incurratur, ſex requiruntur.*
7 *Feudi natura cognoſcitur ex prima, & vltima inueſtitura.*
8 *Feudum fæmineum ſi tranſeat in aliam familiam, tranſit cum eadem natura.*
9 *Clauſula pro ſe, & heredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis in inueſtitura poſita fæminas comprehendit.*
10 *Princeps poteſt iuri in ſpe quæſito derogare.*
11 *Princeps ex certa ſcientia poteſt naturam feudi alterare.*
12 *Tutor non poteſt feudi naturam in præiudicium pupilli alterare.*
13 *Proteſtatio ius proteſtantis conſeruat.*
14 *In conflictu inueſtiturarum poſteriores ſunt attendendæ.*
15 *Clauſula in feudum antiquum, auitum, & paternum, non operatur contra inueſtitum.*

VOCATI fuerunt coram Illuſt. Camera Ducali DD. coniuges de Vagnonibus Antoninus, & Blanca inſtante procuratore patrimoniali, & poſtulante feudum Caſtri Veteris eſſe caducum, quia Dominus Antoninus maritus monitus per commiſſarium extentarum ad agnoſcendum prædictum feudum non conſignauit. Secundò, quòd ipſi coniuges intra annum, & diem inueſtituræ renouationem non petierunt. Tertiò, ꝙ fidelitatis iuramentum non præſtiterunt. Quartò, quia feudum eſt maſculinum, proprium, & rectum, cuius propterea eſt incapax Do. Blanca vti fœmina. Prędicti autem coniuges ſe tuentur infraſcriptis rationibus.

Ob conſignationem non factam allegant vaſal-
1 lum † non teneri recognoſcere feudum, & conſignare, niſi fuerit ab ipſo domino requiſitus. Bald. l. plures apocis. C. de fide inſtrumen. Iacob. de feu. in glo. dictique vaſſalli cap. 38. colum. 2. numero 1. Hic autem non conſtat, ꝙ D. Blanca fuerit requiſita cuius eſt feudum, ſed quicquid factum fuit id contra D. Antoninum maritum factum legitur, cuius culpa, imò & dolus vxorem non afficit, toto tit. ne vxor pro marito.

Quinimo nec vxor, nec maritus in culpa, nec dolo ſunt, quoniam ignorabant feudalitatem bo-
2 norum vti ſucceſſores †, vt tradunt Doctores in l. qui in alterius. de reg. iur. vbi Cagn. nu. 5. in dubio enim omnia preſumũtur allodialia, & ideo donec edoctũ fuit ea bona eſſe feudalia, ſunt in probabili

igno-

ignorantia & excuſandi, iuxta tradita in l.altius.C.
de ſeruitu. & aqua. vnde admonuit aduocatos
Iacob. in gloſſ. & cum pacto de non alienan-
do, capitu. 20. colum. prima. numero 45. vt
cauti ſint in proponenda ſcientia rei feudalis, imò
ibi numero vndecimo dicit, quod etiam data mo
ra, & culpa feuda non debent cadere in commiſ-
ſum, quia tales pœnæ magis ad terrorem, quàm
vt exigantur ſunt impoſitæ, & eas ab aula receſſiſ-
ſe, ſcribit Nat. conſilio 593. numero 6. & ignoran-
tia excuſat à recognitione, Rolan. conſſ. 66. nu. 8. &
9. libro 3.

Ad ſecundam obiectionem adaptantur, quæ
ſupraſcripta ſunt, & vlterius dicitur, quòd domina
Blanca vti vocata ad feudum de quo agitur, vt in-
fra dicetur, inueſtituram petere non tenetur, à re-
nouatione verò non petita excuſatur tanquam
3 minor viginti quinque ann. accedente aliqua pro-
babili cauſa, quare inueſtituram non petierit. Brun.
conſilio 100. Iaſ. conſilio 78. libro primo. Pernuſ.
conſi. 14.

Cùm etiam conuenta ipſa ante hāc litem igno-
raret bona ea eſſe feudalia. Curt. de feu. par. 4. cap.
23. 25. & 28. & eſt text. in §. ſi vaſſallus alienauerit.
ſi de feud. fuerit controuer. & maximè veriſimilis
eſt eius ignorantia, quia mulier minor, & in ius al-
terius ſubiecta, & dum hoc eidem innotuerunt ob
tulit ſe paratam renouationē inueſtituræ capere,
omnia promittere, & præſtare ad quę vaſſallus te-
netur.

Et eadem ratione ignorantiæ excuſantur à iu-
ramento non præſtito cùm non ſcirent bona feu-
dalia, & cuius naturæ forent accedente minori ęta
te, & ſexus fragilitate, & ad hoc vt vaſſallus cadat
à feudo ob iuramentū non præſtitum neceſſe eſt,
quod interpellatus fuerit ter, & quòd moroſus, &
contumax fuerit, vt eſt text. in titu. quæ fuer. prima
cau. §. eſt & alia. Grat. conſi. 40. libro. 1.

Et in omnem caſum eſſet Domina Blanca reſti
4 tuenda in integrum † ad omnia prædicta peragen
da. gloſſ. in verſicu. annorum. § præterea ſi quis. ſi
de feud. fuerit controuerſ. Brun. conſilio 23. nu-
mero tertio. Dec. conſilio. 418. numero 23. Hippol.
conſilio 61. Maria. Socin. conſilio 18. & 37. Schurf.
conſi. 164.

5 Rurſus ſi feudum aperitur † ob non præſtitum
iuramentum fidelitatis, agnatis nō domino aperiri
receptior, & æquior vult ſententia. Grat. conſi. 2.
nu. 19. lib. 1.

6 Accedit, quòd ad hoc, vt quis † commiſſum
obtinere poſſit, ſex regulariter ſunt neceſſa-
ria, quæ omnia nedum probata, imò nec propoſi-
ta conſpiciuntur, vt legitur ex Guido. Pap. queſtio.
484. & 165. Iaſ. conſilio 64. libro tertio. Pariſ. con-
ſilio 86. libro 4. probandum, & id fuerat, cuius
Cephal. meminit in conſi. 29. numero 14. quæ &
confirmantur per Iacob in glo. qui quidem. num.
48. & in glo. ita quod. numero 17. Brun. conſilio 18.
nume. 7. nec tuta ſententia eſt, quòd ob omiſſam
inueſtituram commiſſo locus ſit. Affiict in tit. quo
temp. mil. § ſancimus. numero ſexto. dolus enim
ad commiſſum neceſſarius videtur. § quoniam in
ter. de prohib. feu. alienatio. per tot. & contemptus
domini directi apertus neceſſarius eſt, ex traditis
per Mart. in conſilio 53. 62. & 124 nume. 10. Crau.
conſilio 151. numero 18. & 142. numero 17. Dec.
conſi. 144. nu. 6. Soc. conſi. 66. libr. 3. Soci. iun. conſi.
215. nu. 14. lib. 2.

Ad vltimum verò dicitur, q feudum de quo agi
tur eſt fęmininum, & ſemper fuit: nam ex extre-
mis probantur media in vnaquaque re. cap. inter
dilectos. vbi doct. de fid. inſtrumen. Vnde cum de
anno 1305. nominatim feudū illud factum fuerit
fœmineum, & ab anno 1490. citra ſemper hoc
feudum in manibus fęminarum, ſeu deſcenden-
tium ab illis ſteterit, planè ſequitur, quod inueſti-
turę medio tempore obtentæ fœminas compre-
7 henderunt, prima enim † & vltima inueſtitura
ſpectandę ſunt reliquis inter medijs omiſſis. Afflic.
deciſ. 195. nu. 5.

Ad cognoſcendum enim naturam feudi prima
illius inueſtitura eſt attēdenda. Bal. in pręlud. feud.
num. 47. Curt. iun. conſi. 1. Dec. conſi. 193. ac tanti
roboris eſt prima inueſtitura, vt per eam deroge-
tur omni iuri feudorum. Bald. in titul. de duo. fra.
à cap. inueſt. Afflict. deciſ. 265. nume. 102. & 335. nu.
15. & pacta quæcunque etiam extranea in ea ad-
mittuntur. Brun. conſilio 41. num. 2. ita vt quando
poſteriores inueſtituræ diſcordant à priori per er-
rorem, & impreſſionem factę pręſumantur, & po
ſteris non nocent. Dec. conſi. 498. num. 17.

Ex quibus ſequitur, quòd quando virtute primę
inueſtituræ fœminę ad ſucceſſionem feudi admit
tuntur, non obſt. poſterioribus inueſtituris ſolos
maſculos vocantibus fœminæ deficientibus, ma-
ſculis admittuntur. Dec. conſilio 193. numero 3. &
464. numer. 27. & 498. num. 18. Curt. de feud. 2. par.
q. 7. nu. 62. lib. 1.

Et ſi dicatur, quòd feudum ad quod erant vo-
catæ fœminæ tranſiuit in aliam familiam, cuius
inueſtituræ non ſunt conformes primæ inueſtitu-
ræ familiæ de Montebello. Reſpondetur, etiam
quòd tranſiuerit ad aliam familiam, nihilominus
8 fœminæ † alterius familiæ in feudo primæ familię
conceſſo admittuntur, quia feudum non dicitur
nouum, ſed antiquum, niſi nominatim dictum ſit
feudum nouum eſſe. Caſtren. conſilio 44. libro 2.
Dec. conſilio 53. Grat. conſilio quatto numero 6.
libro primo. Iaſ. in procem. feud. numero 97. vbi
dicit incūbere dño probandi onus feudū eſſe no-
uum. Brun. conſi. 29. numero 6. Ferret. conſilio 87.
num. 18.

Qua ratione dicit Afflict. in titu. quid ſit Inueſti.
§. præterea. numero ſeptimo. quod ex mutatione
perſonæ non mutatur ipſius rei conditio, ſeu na-
tura, etiamſi à Longobardis in Francos feudum
perueniret, & ob magnam perſonæ mutationem
non fit mutatio feudi, & primam in ſe conditio-
nem retinet, & qui contrarium dicit id probare de
bet. Luc. de Pen. in l. 1. C. de impo. lucr. deſcri. col. 2.
lib. 10. ver. & faciunt.

Quæ maximè procedunt, poſtquam recentio-
res inueſtituræ relationem habent ad antiquas,
nempe ad eas obtentas per illos, à quibus ius, &
cauſam

cauſam nouiſſimo loco inueſtiti habuerunt, & ſic ad inueſtituram anni 1306. ex qua feudum iſtud eſt fœmininum & alienabile: omnes enim inueſtituræ obtentæ per familiam de Vagnonib. videntur ſe referre ad primã de Montebello anni. 1306.

Et vlterius licet inueſtituræ ſuſceptæ per Dominos Vagnonos ſint pro ſe, & hæredib. quibuſcũq;, non propterea excluduntur fœminæ etiamſi feudum ſit Eccleſiaſticum. Socin. conſi. 257. volum. 2. Curt. de feud. prima par. quæſtio. 6. cap. 6. colum. 3. Com. conſi. 16. volum. 1. Pariſ. conſi. 12. numer. 20. volum. primo. & conſilio 13. Gozad. conſilio 8. numero ſecundo. Roland. conſilio 42. volum. 1. imò admittuntur etiam hæredes extranei, vt infra dicam.

Nec obſt. decretum huius prouinciæ, *Quòd feudum cenſeatur eſſe rectum*, &c. quia vti iuris communis correctorium ſtrictè eſt interpretandum. Crauet. conſilio 197. númer. 5. Et ex eo non potuit Princeps præiudicare iuribus vaſſallorũ iam quæſitis: feuda enim in vim pacti, & contractus obtinentur, quibus non poteſt princeps contrauenire iur. vulg. Et ideo cùm ante conditum decretum Domini Vagnoni haberent feudum tranſitorium ad hæredes quoſcunque, & ſic ad fœminas, non potuit illis præiudicari.

Nec obſt. inueſtitura producta per procuratorem patrimonialem anni 1363. nam ſcriptura priuata eſt, & non eſt alicuius primi acquiſitoris ipſius feudi, ibi enim dicitur in feudum antiquum & paternum, ideo ex priore inueſtitura regulatur feudum, de qua non apparet. Rurſus illa inueſtitura non eſt niſi pro dimidia feudi, & eſt relatiua ad aliam inueſtituram, de qua non conſtat.

Nec etiam obſt. reſeruatio principis facta in inueſtitura Chiarlotæ, quia reſeruat omnia alia iura ſpectãtia ipſi domino directo per clauſulam *Saluo iure*, &c. vt legitur in eadem inueſtitura, ne repugnantia in eodem actu inducatur. Decius conſilio 185. numero 11.

Ex aduerſo verò dicebatur, quòd licèt in aliquibus inueſtituris legantur inueſtiti. Domini Va-
9 gnoni † pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, quæ videntur admittere etiam extraneos hæredes, & fœminas. Bald. in l. 1. quæſt. 34. de rer. diuiſ. & in capit. imperialem. in princip. colum. penult. verſicu. ſed quid ſi. Alexand. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de liber. & poſthum. & alibi ſæpe, vt in conſilio 7. libro 7. Iaſ. in prælud. feud. colum. 16. & in alijs locis citatis in additio. ad Alexan. conſilio 30. libro 1. Iacob. in verſic. & cum pacto. colum 4. Curt. de feud. in 3. par. colum. penult. vbi hanc magis communem eſſe atteſtatur, & in conſilio 1. columna 2. vbi hanc veram, & communem dicit. Ozaſc. deciſio. 26. nume. 18. Alciat. reſp. 176. Brun. conſilio 9. & 10. Tamen contrariam ſententiam tenuerunt alij, videlicet Aret. in dict. l. Gallus. §. & ſi parente. Dec. conſilio 193. & conſilio 185. nume. 4. vbi communem dicit. Pariſ. in cap. in præſentia de probat. nume. 102. quem ſequitur Cagnol. in l. fin. de regul. iur. Barbar. in rubr. de feud. colum. 2. & in conſilio 65. colum. 9. volum. 1. & dato, quòd contraria opinio ſit communior, tamen in caſu hoc ſumus extra omnem difficultatem ſtante decreto quo diſponitur, quòd per talia verba non cenſeatur immutatum, nec alteratum feudum à propria, recta, & ſimplici natura feudi.

Hinc ſequitur, quòd cùm feudum hoc receperit certam formam ex antiqua inueſtitura anni 1363. non potuit alterari per iſta verba geminata, adhoc enim vt alteratio fiat, & recedatur ab antiquioribus inueſtituris, neceſſe eſt, vt expreſsè dicatur, quòd de communi conſenſu alter ſit inueſtitura, quàm aliàs eſſet ſolitum. Dec. cõſi. 163. nu. 4. Caſtren. conſi. 142. col. fi. lib. 2. Dec. conſi. 390. nu. 3. & conſi. 185. nu. 3.

Nec obſtare dicitur, quòd decretum ſit conditum poſt inueſtituras prædictas, quia decretum comprehendit inueſtituras factas, & faciendas etiã præſuppoſito, quòd ſub illis verbis generalibus fœ-
10 minæ vocarentur, nã illud ius erat in ſpe, cui † poteſt princeps derogare, & illud tollere. Docto. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſthum & in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſt. Brun. conſi. 1. col. 7. Felin. in d. c. quę in Eccleſiarum. col. 20. Rom. conſi. 436. col. 4.

Pariter non obſt. inueſtitura. 1490. vbi expreſsè vocantur fęminæ tum ratione deficientis voluntatis concedentis, quàm poteſtatis ipſius. Primum deficit, eò quod ſtantibus antiquis inueſtituris ex quibus apparebat feudum hoc eſſe rectum, & proprium, non conſtat de certa ſcientia ipſius concedentis, quod voluerit alterare naturam feudi, pro-
11 ut requiritur † ad hoc, vt receſſum dicatur ab antiquis inueſtituris, vt voluit Brun. conſilio primo. colum. fin. Caſtren. conſilio 176. libro 1. & conſilio 242. libr. 1. Dec. conſil. 163. nume. 4. & conſilio 390. numer. 3. Nec eſt veriſimile hoc voluiſſe facere in præiudicium filij pupilli, cuius ius remittere, aut lędere voluiſſe non præſumitur. Ratione etiam
12 deficientis poteſtatis ipſius † tutricis, fęminę ex dicta inueſtitura non poſſunt venire, ex traditis in l. pactum curatoris. C. de pact. & ſicut prælatus Eccleſiæ non poteſt ſine conſenſu capituli præiudicare Eccleſiæ, & alterare naturam feudi, puta feudum nouum iure antiqui feudi concedere. Curt. in prima par. 8. quæſt. princip. colum. 4. multò minus poterit feudum alterare concedendo inhabili, & incapaci, cùm ergo æquiparentur prælatis, & tutor in hoc, quòd non poſſunt conditionem pupilli, & Eccleſiæ facere deteriorem, vt in dict. l. pactum. Ergo, &c.

Inueſtitura anni. 1504. facta Chiarlottæ non ob. quia verba generalia pro hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, reſtringũtur ad maſculos ex diſpoſitione decreti, quod erat iam conditum, quicquid ſit de iure communi. Præterea fuerunt addita illa verba de more tamen patrię capacibus, ex quibus videtur tolli omnis difficultas, cùm notiſſimum ſit de more patrię deſcẽdentes tantum maſculos, & agnatos fore capaces feudorum, non autem fęminas, & extraneos, vt atteſtatur Iacobin. in verſic. & quibuſcunque hæredibus. col. 2. Cagnol. in l. fin. de reg. iur. in fin.

Nec

Nec obſt. quòd fęmina ſit admiſſa, quia etiam in feudo fęmineo niſi expreſsè prouideatur, quòd deficientibus maſculis fęminæ ſuccedant, fęmina non admittitur, prout refert Afflict. communiter teneri in cap.vni.de feud. fęmin. & idem inquit in feudo tranſlato ad fęminam ex gratia Principis.

Accedat proteſtatio Principis, ex qua ius ſibi competens nullatenus remittere intendebat, nempe, quod per admiſſionem fęminæ ad feudum nolebat iura ſua remittere, quę ſibi competebant per mortem patris ipſius Chiarlotæ, & defectum ma-
13 ſculorum, iſta enim proteſtatio conſeruat ius † ſuper quo proteſtatur, vt latè per Doctor. in §. morte. de ope. nou. nunc. & in cap. cum M. Ferrarienſis. de conſtitut. Nec obſt. quòd ſit cõtraria facto, quia limitatur per Doctor. præalleg. non procedere in dependentibus à mera voluntate proteſtantis: tūc enim non tollitur per contrarium actum, item quando dependet à conſenſu duorum, nam accedente conſenſu proteſtati valet proteſtatio, facit quæ not. Bart. & alij. in l. 1. C. de iur. emph. & Bald. in l. 2. D. ſi quis caution. vbi tradunt, quod ſi dominus recipit penſionem ceſſatam ab emphyteota pro tempore præterito cum proteſtatione, quòd ſaluum ſit ſibi ius caducitatis & priuationis, non intelligitur remiſſa pęna priuationis per receptionem canonis, imo etiam hoc procedit ſi dominus receperit penſionem futuram. ſecundū Bar. in d. l. 2. qui ab omnibus recipitur, quando emphyteota conſenſit proteſtationi.

Nec vltimo loco obſt. inueſtit. anni 1306. illius de Montebello, quia cùm feudum tranſiuerit in familiam Vagnonam, feudum fuit effectum nouum, & recepit nouam qualitatem, & formam. Oldrad. conſi. 178. Afflict. deciſ. 112. nu. 5.

D. Senator Agatia qui erat huius proceſſus relator dicebat in hoc conflictu inueſtiturarum, & opinionum, quod ſtante illa communi cõcluſione, quòd ſub illis verbis generalibus, videlicet *hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, vel quibuſcunque*, comprehenduntur fęminæ, quæ verba leguntur in inueſtituris anni 1480. 1483. licuiſſe Duciſſæ Blanchę tutrici in inueſtitura anni 1490. exprimere fęminas, quæ tacitè ex legis diſpoſitione veniebant ſub verbis generalibus; & ex eo nec ipſam tutricem exceſſiſſe officium ſuum, nec aliquod præiudiciū attuliſſe iuribus pupilli, quod tantò magis præſumendum eſt, cùm ad eam inueſtituram adhibiti fuerint proceres patriæ, & conſilium eiuſdem Illuſtriſſimę tutricis, vt in ſimili tradit Socin. iun. conſilio 71. nume. 12. volum. 3. Et ita remanente firma inueſtitura anni 1490. non eſſe dubium, quin fœmininum ſit iſtud feudum, & ceſſare decretum, quia non ſe extendit ad inueſtituras, in quibus fęminę ſunt expreſsè vocatæ, & pariter ceſſare proteſtationem factam in inueſtitura anni 1504. illa enim proteſtatio non potuit conſeruare ius, quod non competebat, nec ſimiliter prodeſſe illa verba, de more tamen patrię capacibus. Quia de more patriæ etiam fęminę ſunt capaces, quando feudum eſt fęmininum.

16 Neque obſt. quòd inueſtitura anni 1363. vocet tantummodo hęredes, & ſucceſſores ſimpliciter, ex quibus verbis ſecundum receptionem ſentententiam fęminæ excluduntur, & quod ad ipſam recurrendum ſit tanquam ad primam, poſtea quā nulla antiquior legitur. Neuiz. conſilio 11. numer. 2. Quia vt ſupra dictum eſt illa inueſtitura ſe refert precisè ad aliam, de qua non conſtat, vnde non poteſt vllo modo pręſumi, nec fingi prima ad hoc, vt ad ipſam ſit recurrendum tanquam ad radicē, & pręſertim, quia illa inueſtitura non eſt niſi de di-
14 midia feudi, & quando † ſumus in conflictu inueſtiturarum, & oritur dubium ob defectum aliquarum inueſtiturarum, tunc attendendæ ſunt poſteriores, vt declaratiuę priorum. Quare in caſu noſtro potius attēdendæ ſunt inueſtituræ 1480. 1483. & 1490. conformes, & ſubſequentes, quàm illa 1363. ſola, & defectuoſa.

Neque ob. verba in feudum rectum, antiquum, auitum, & paternum, quę videntur tantummodo inſeruire feudo recto, & proprio maſculino. Iul. Clar. in § feudum. num. 1. Quia iſta verba leguntur etiam poſita in inueſtitura 1306. vbi feudum eſt fęmininum, & improprium, & nihil operantur
15 contra beneficium † inueſtiti, & eius ſucceſſorū. Socin. iun. conſi. 77. nume. 73. volum. primo. Capic. deciſ. 64. nume. 5. & 9. Pariſ. conſi. 4. Burſat. conſi. 4. numerò 24.

Cauſa iſta fuit multum diſputata cùm ageretur de præiudicio Sereniſſimi Ducis. Tandem fuit per Illuſtr. Camerā iudicatum aduerſus omnes petitiones D. procuratoris patrimonialis, declarādo feudum Principi non ſpectare, qui petijt cauſam hanc, & ſententiam reuideri, in qua reuiſione Princeps dedit adiunctos, inter quos ego eram, & iterum cauſa hac diligentiſſimè diſcuſſa, fuit communi calculo prima illa ſententia confirmata. 1580. 20. Decembris.

Sententia nulla, quæ ex nouiter deductis fuit confirmata, an faciat numerum, vt tres ſententiæ conformes dici poſſint.

DECISIO CCXXVIII.

1 *Conformitas ſententiarum quando dicatur.*
2 *Sufficit, quòd ſententiæ concordent in ſubſtantia, vt dicantur conformes.*
3 *Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ.*

TRES ſententiæ conformes quando dicantur, dixi ſupra deciſio. 122. Tertiò prouocare. & latè tradit Didac. practicarum quæſtio. cap. 21. per totum. Quæritur nunc, quid ſi prima ſententia condemnat in ſcutis mille, ſecunda verò dicat malè iudicatum, & nulliter

per primum iudicem, verùm ex nouiter productis condemnat in ſcutis mille, quod iudex facere poteſt, vt per Rolan. conſilio 41. numero 42. libro primo. tertius iudex confirmat hanc ſecundam ſententiam, an tunc dicantur conformes? dicebatur non videri conformes arguendo ab etymologia vocabuli, quod argumentum validum eſt l. 1.
1 D. de acquirenda poſſeſſio. nam conformitas † dicitur, quando eſt eadem, aut omnino ſimilis formalitas. Dec. in l. lecta numero 10. D. ſi certum pet. ſed hic non ſolùm eſt eadem forma primæ, & ſequentis ſententiæ, ſed potius ſecunda deſtruit, & annullat primam. Quinimo eſt difformitas ſententiarum, quando in prima adeſt clauſula alio non apparente, vel ſtantibus actis, &c. Purpur. conſilio 129. in fin. & hoc caſu non videntur eſſe duæ ſententiæ ſed vna, quia à principio non valebat, per no. per Dec. in l. quod initiò. nu. 11. de reg. iur. & in his terminis tenet Boignin. Caualcan. deciſio. 25. par. prima. numero 21. Addo ego pro hac parte doct. Felin in capit. inter cęteras. numero quarto. verſicu. reſtringitur tertio. in fin. vbi voluit, quod ſententia non dicatur conformis, quando fundatur in alia cauſa, & ſic in noſtro caſu cum fundet ſe iudex ſecundus ſuper inſtrumentis de nouo repertis, fundat ſe in alia cauſa, ergo nõ poſſunt dici ſententiæ conformes.

In contrarium facit, quia nos procedimus de plano, & ſola facti veritate inſpecta: veritas autem eſt, quòd tam in prima, quàm in ſecunda ſententia pariformiter condemnatur reus in ſcutis mille.

Item, quia inſpicimus id, quod principaliter agitur, vt dixi in deciſio. 122. ſed principaliter agitur, vt ille condemnetur in ſcutis mille, quod omnes iſtæ faciunt, nec curamus de modo dũmodo
2 habeamus effectum, & ſufficit, † ꝙ dictæ tres ſententiæ ſint conformes in ſubſtantia. Socin. iun. conſilio 74. colum. ſecunda. libro ſecundo. & quod ſint conformes in effectu. Rum. conſilio 114. libro primo. Gabriel de executio. rei iudica. concluſio 1. numero 33. & 34. & dixi ſupra deciſ. 122. in tertio. caſu, & ſcribit Dec. in conſilio 385. colum. prima. In ſententiis enim cùm, de illarum executione tractatur, nõ eſt conſideranda formalitas verborum, ſed rei effectus, & ſubſtantia pręſertim hic, vbi non alia de cauſa quęritur an ſententiæ ſint conformes, quàm conſiderato fine, qui in executione conſiſtit, aliàs ſequeretur, quod nunquam dicerentur conformes, cùm aliquid in ſecunda, vel tertia inſtantia plus deductum eſt, cùm alia forma proceſſus fuerit facta, & moueatur ſecundus iudex alia cauſa quàm fuerit motus primus, quod eſſet abſurdum dicere, & eſſet in facultate condemnati ſemper aliquid noui producere, vel deducere, vt difformitas oriatur.

Fuit concluſum eſſe tres ſententias conformes, etiãſi prima fuiſſet iniqua, quia dicitur ſententia, licèt contra ius litigatoris lata, & tranſit in iudicatum, & pro veritate habetur, ac habet veræ ſententiæ vim, & effectum, ſecus verò ſi nulliter fuit in prima iudicatum, & ſecunda pronunciat ſuper illa
3 nullitate, tunc enim ſententia nulla † non meretur nomen ſententiæ, quamuis ſit ſententia Præfecti prætorio, vt per Vant. de nullitat. capit. quinto. numero ſecundo. & tertio. & quod nullum eſt, nullum iuris effectum producit. Ideo ſententia nulla nunquam tranſit in rem iudicatam. Doct. in c. quoniam contra de proba.

Nec obſtabat in caſu propoſito decretum Sabandiæ antiquum, in quo poſt tres ſententias conformes non poteſt opponi de nullitate, quia hic non dicitur opponi nullitas poſt tres ſententias, ſed fuit oppoſitum in ſecunda inſtantia, & ſic in tempore, & ſuper ea iudicatum, & ita declaratum ſuper ea nullitate, quæ ſecunda ſuã in hoc trãſierat in iudicatum, vt in ſimili caſu dicit Didac. prac. quæſtio. capit. 25. numero quinto. verſicu. nono et proxima. Præterea in cauſa de quo agebatur. eramus in tribus ſententiis latis Cherij, & vltima per Vicarium, quæ ſententia Vicarij ſola non habet executionem, nec habet vim Pręfecti prætorio, vt ſæpius iudicauit Senatus: decretum autem noſtrum, vt habeat locum, requirit, vt vna earum ſententiarum habeat vim Præfecti prætorio, vt quæ eſt lata per Principem, vel Senatum, vel magnum Cancellarium: nam non præſumitur nulla, & ideo præſumitur calumnioſè dici de nullitate, niſi de illa apertè conſtaret, propter authoritatem iudicantium, & ita reſolutum fuit in cauſa Cherienſi Raſcherij, Referentibus. DD. Arcatore, & Guerillo Senatorib. 24. Septembris. 1585.

Iniuria an ſolo actu, & nutu ſine verbis fieri poſſit, & de eo, qui fichas iudici fecit, qualiter puniatur.

DECISIO CCXXIX.

1 *Iniuria aut verbis, aut re fieri ſolet.*
2 *Iniuria nomine venit etiam contumelia.*
3 *Iniuria fieri actu ſine verbis poteſt.*
4 *Manu, & digitis quis loqui poteſt.*
5 *Fichas facere, contemptum notat.*
6 *Eraſmus in adagiis, reprehenditur.*
7 *Contumeliam iudici nutu faciens qualiter puniatur.*

INQVIREBATVR quidã ruſticus, quòd conuitium, ſeu cõtumeliam feciſſet iudici, hoc ſcilicet modo, dum prętor ſeu iudex eidem ruſtico inummxiſſet, vt ad cõſilium vniuerſitatis ipſius loci, tanquam ex decurionibus accederet, negaſſetque ruſticus ſe acceſſurum, comminatus eſt prætor de eum mulctando, qui ruſticus nihil voce, aut verbis reſpondit, ſed ſublatã manu, poſito vngue pollicis ſub digito indice, pugnum faciens, (vt vulgo apud nos dicitur)
quaſi

quaſi in contemptum ficas fecit eidem iudici. Quæſitum fuit, an hęc eſſet iniuria, vel contumelia, aut conuitium, & quale, item qua pęna puniendus eſſet. Dicebant aduocati iſtius ruſtici, non poſ-
1 ſe hic dici iniuriam illatam, cùm iniuria, † aut verbis fiat, aut re, verbis autem nulla facta eſt iniuria, cùm nullum prolatum fuerit verbum; ſed nec etiam re, cùm re dicatur iniuria fieri, quotiens manus inferuntur. l. prima. §. iniuriam. D. de iniur. l. illud. §. ſanè. D. eo. ibi *ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant.* Hic autem cùm non interuenerit neque pulſatio, neque verbale conuitium, ceſſat iniuriarum actio.

Ex aduerſo fiſcus dicebat, iniuriarum agi poſſe,
2 quia ſub nomine iniuriæ venit etiam † contumelia, quę fit etiam ſine verbis, & ſine verberibus, ſed ſolùm per contemptum, & ſpretum contumeliam facientis aduerſus eum, qui honorem meretur. l. 1. in princip. D. de iniur. iuncto. §. omnem, ibi iniuriam, aut ad dignitatem, aut ad infamiã pertinere dicitur. Quinimo hoc caſu videtur hęc contumelia ſub nomine atrocis iniuriæ contineri, cùm facta ſit magiſtratui. l. prętor edixit. §. atrocẽ ibi, *quaſi contumelioſiorẽ*, & paulo poſt, *perſona fit atrocior iniuria, vt cùm magiſtratui fit.* eod. tit. & in l. atrocem. C. eod. & in §. atrox. inſtitu. eo. & in l. ſed eſt quæſtionis. D. eo. vbi Vlpianus poſt Pomponium ait, etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriam, perſona atrocitatem faciente.

Prętereа etiam ſine verborum prolatione fieri
3 videtur iniuria per actus † verbis æquipollentes, vt ex ſola manus eleuatione, quod eleganter ait Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. primo. in verſicu. manus aduerſus eum eleuatæ. tunc enim vtili actione agi poſſe ait Iuriſconſul. Nam directa non videbatur concedi, ſiquidem deficiant verba iniurioſa, & manus iniectio, nec mirum: nã ma-
4 nus † videntur quodãmodo ſuis varijs motibus, & multiplicibus actionibus linguę, & verborum pręſtare officium, ad quod facit exemplum ab Accur. ſomniatum in l. ſecunda. §. exactiſ. D. de orig. iur. dum narrat pro hiſtoria Græcum, & Romanum digitis, & manu ſine labiorum nutu diſputantes, quod etiam refert Marant. in ſuo ſpecul. §. tertia. numero 10. Quod tamen ridiculoſum dicit Budæ. in dicta l. ſecunda. §. exactis vel potius, vt ibi ait Zaz. & ſequitur Cagnol. videtur ea hiſtoria per iocum, non autem ſerio ab Accur. narrata.

Sic & alijs multis modis manu quis loqui cenſetur: nam ſtringere manum indicat dilectionem. cap. 1. de ſpon. duo. Et eſt ſignum conſenſus. Ang. in repet. l. ciuitas. nu. 17. D. ſi cer. pet.

Manus intra manum ponere denotat fidelitatem, & obedientiam. Specu. de feu. §. quoniam ſupra numero 66. Hinc Virgil. 7. Æneid.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni.

Manum eleuare idem eſt, quòd verbis iurare. Gen. 14. D. Manum dare eſt pacem facere, vel ſeipſum alterius dominio ſubmittere, vt in Oratione Hieremiæ, *Ægypto dedimus manum, & Aſſyrijs, vt ſaturaremur pane.* Lucàs de Pen. l. prima. colum. 11. C. public. lętit. libr. 11. Manus paſſas attollere eſt Deum inuocare. Virgil. 3. Æneid.

Paſſis de litore palmis
Numina magna vocat.

Manus impoſitio ſignum eſt abſolutionis, vel benedictionis, & aliarum quaſi loquutionum, de quibus per Hoſtien. in ſumma de ſacramen. non iteran. §. qualiter. vſque in fin. Manus etiam indiditium facit de toto hominis ſtatu citra genus mortis, ideo cùm hoc anno 1590. 15. Ianuarij proponeretur in Senatu fuiſſe repertum infantem proiectum ſub niue à matre ſepultum, & deſcripto eius cadauere viſum fuit habere manum in ore, quamuis mater conſtanter negaret peperiſſe infantem viuum, tamen Senatus eſſe acriter
5 ſuper hoc torquendam cenſuit, arbitratus infantem illum manum ori apposuiſſe, vt ſpiritus ſuffocationi ſuccurreret, cùm manus toto corpori ſuccurſum ſemper præſtare ſatagãt, ex Gal. lib. 1. de vſu partium. cap. 4. & 5. videbatur enim id euenire ex ſtatu manus pueri, quod dicitur Geneſ. c. 4. *Vox ſanguinis Abel clamabat ad Deum.* Ex quibus omnibus apparet, quòd non ſolùm linguã, ſed & manu quis loqui videatur, vnde fortè non immeritò diſertiſſimè, & proprijſſimè loquutus eſt Virgilius, dum dixit,

Et ſic ore loquuta eſt

Quaſi quòd etiam manu, & nutu loqui potuiſſet, & alibi.

Vocemque his auribus hauſi.

Quaſi potuiſſet oculis manuum demõſtrationes videndo audire, quamuis illic Grammatici pleonaſmon, & ſuperabundantiã loquutionis eſſe dicant, idemq; Poeta oſtendit propriam, & veram loquutionem eſſe in verbis, impropriam & fictã in manibus, eo verſu.

Cur dextram iungere dextra
Non datur, & veras audire, & reddere voces.

Quinimo manus non ſolùm loqui, ſed etiam orationis vice fungi denotat idem Virgil. eo verſu,

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Quinetiam multos vidi, qui ſine manuum, & digitorum motu, & geſticulatione quandoque ridicula neſciunt loqui, quaſi manus quandam clariorem mentis expreſſionem contineant. Ideoque Lactan. firmia. in ſuo eleganti opuſcul. de opifico Dei, manus vocat rationis, & ſapientiæ miniſtras, quare non immeritò antiqui manus Mineruæ conſecratas dicebant: diuinuſque ille Hippocrat. item & Galen. de homi. memb. tractaturi, primũ omnium tanquam magis præcipuum manuum tractatum præpoſuerũt, vt videre eſt apud Galen.

libro primò de vſu part. corp. huma. cap. 3. 8. & 10. & eod. libro capit. 4. *pulchrè* (inquit) *Ariſto. manum organum omnium organorum eſſe dixit*. Et ꝙ ſola manuum figura, & diuerſa actione inferri poſſit iniuria, denotat Perſius Satir. 6. eo verſu.

O Iane à tergo quem nulla Ciconia pinxit.

Ideſt nullus irriſor collectis in vnum dexteræ manus digitis in formam Ciconiæ deluſit. Sed vt manu iniurioſus actus fieri poteſt, ſic & honoris cauſa quandoque ex manu demonſtratio inducitur, vt dicit Satyricus.

Quàm pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.

Et ob id digitus ille pollici proximus vocatur index, & ab aliquibus ſalutaris, quia eo cōprimitur os ad ſilentium indicandum, quod valde ſalutare eſt, vnde Iuuenal. dicit

Digito compeſcē labellum,

Nam loquutum eſſe inquit Sapiens aliquādo penituit, tacuiſſe nūquam: poteſt ēt dici ſalutaris apud Chriſtianos, iuxta illud Euangelicum à Chriſto Saluatore noſtro dictum, *Si in digito Dei eycio Demonia, &c.* Sicut etiam eodem digito ſcribebat in terram, cùm ſaluandam procuraret adulteram à Phariſeorum accuſatione, & eodem digito lutum fecit ad ſalutem oculorum ceci nati. Quanquàm idem digitus index aliquādo minas indicet, & mortem iuxta illud Franc. Petrar. in ſua Cantione, quæ incipit *Italia mia, &c.*

Del Barbarico inganno.
Ch'alzando il dito con la morte ſcherza.

Accedit, quod iniuria dicitur fieri, cùm aliquid fit contra bonos mores regionis, vel ciuitatis. dict. l. item apud labeonem. §. idem ait aduerſus bonos mores, &c. Sed in hac patria ea eleuatio manus facto pugno quo ſupra, Italico ſermone vocatur
5 *far le fiche*, ſoletque id oſtendere † maximum contemptum, vel ſpretum, & ideirco is, qui hoc erga ſuperiorem committit grauiter puniendus eſt, quod oſtendit Doctiſſimus Poeta, & Filoſophus Dantes aligerius Florentinus, qui apud inferos graui pena impium illum puniri dixit, qui in ſpretum Diuinæ Maieſtatis ficcas Deo fecerat. cap. 25. inferni in prin. ſub his verſibus.

Al fine delle ſue parole il ladro
Le mani alzò con ambe due le fiche
Gridando, tolle Dio ch'a te le ſquadro.
Da indi in qua mi fur le ſerpi amiche,
Per che vna ſerpe gli s'auolſe al collo,
Come diceſſe non vo che piu il diche

Et apud nos in prouerbio habetur, contemptus & irriſionis cauſa, *piſſa chiaro e fà le fiche al medico*, ideſt cum ſanus ſis, nec medico egeas illum ſperne, ſiquidem honoratur Medicus, vt inquit Salomon, propter neceſſitatem, ſi poſt verbum illud neceſſitatem ponatur punctus, (quod tamen Medici negánt.)

Verùm non ſolum ex communi conſuetudine huius patriæ, & noſtrorum temporum ficas hoc modo alicui facere eſt valde contumelioſum, ſed etiam antiquitus apud Romanos forma hæc ſpernendi, & contemnendi manu facta abſque verborum conuitio maximè iniurioſa erant, iuxta illud Iuuenal.

Cum fortuna ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet vnguem.

Ex tali enim compoſitione digitorum medius pollicis vnguis oſtenditur in ſpretum, & in deriſum eius, in quem actus ille conijcitur. Qua in re, vt parergicè hoc dicam, deceptus videtur doctiſſimus Eraſmus putans apud antiquos ſcriptores
6 idem eſſe dicere medium vnguem oſtēdere, † vel medium digitum porrigere. Ego vt non inficias eo his adagijs irriſionem, & ſpretionem, ſeu deſpectum ſignificari, ſic diuerſa eſſe adagia, diuerſoque modo figuratè fieri affirmare auſim. Quippe ꝙ nec medium is digitum oſtendat, qui medium vnguem, neque medium vnguem is, qui medium digitum, ſiquidem medium digitum is porrigit, qui in alicuius deriſum eleuat digitum medium ſeu infamem, vel impudicum, vt idem Eraſm. declarat in Adagijs Chiliade 2. Cent. 4. adagio 68. citans locum Martial. lib. 2. Epigram. 28.

Rideto multum qui te Sextille Cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium.

Sic etiam Virgilius ſi is eſt in obſceno Poemate Epegram. 55.

Derides quoque fur, & impudicum
Oſtendis digitum michi minanti.

Qui digitus medius etiam infamis appellabatur, vt apud Perſium.

Infami digito luſtralibus ante ſalinis
Expiat.

Infamem autem atit impudicū eum digitum appellari credo ex his, quæ dicit Galeotus in tracta. de hominis partibus. libr. 1. cap. 4. vel potius ex his, quæ innuit Ouid. lib. 2. de arte amandi.

Inueniunt digiti quid agant in partibus illis

At medium vnguem is oſtendit, qui in contemptum id agit, quod apud Italum vulgus dicitur ficas facere, ſcilicet cùm clauſa palma pugno facto oſtenditur pollicis caput, & medius vnguis poſitus inter indicem, & medium digitum ita, vt medius vnguis pollicis, vt communiter vſu venit, tantummodo oſtendatur, diciturque tale conuitium

quodam-

quodammodo impudicum, & non ferendum etiam ſi fiat à maiori in minorem. vt l. non ſolum. §. ſi non dato. ibi vel conuitium non impudicum. D. de iniur.

Ex quibus ad rem noſtram redeundo, cùm de pœna iſtius contumeliæ quæreretur, cùm ageretur cum ruſtico, & vili perſona, aliqui ex dominis
7 arbitrabantur illum eſſe condemnandum † pœna corporali fuſtigationis, per tex. in l. ſed eſt quæſtionis. §. ſi atrocem. ibi, *Præſidi offerendus eſt, qui eum flagris rumpat*, vel ſaltem flagellis cędendum, quod minus eſt. l. prætor ait. §. præterea. verſicu. ſed ſi flagris. & l. fi. D. de iniur.

Nihilominus Senatus miſſus agendo, cùm pœna iniuriarum ſit extraordinaria, & Iudici arbitraria, vt dicit. gloſſ. in §. in ſumma. inſtitu. de iniur. in verbo extraordinaria. & dict. l. fin. D. eod. exiſtimauit hunc non eſſe puniendum pœna ſanguinis, per gloſſ. in l. 1. vbi text. D. de furib. balnea. quem ad hoc ſingul. dicit Cardinal. in cap. ex litteris. de conſtitu. Itaque condemnauit ruſticum in aureis viginti quinque erga fiſcum. Et ad petendam veniã iudici iniuriato, in cauſa cuiuſdã Ceſpitalenſis referente Domino Senatore Boba poſtea Cardinali. 15. Septembris 1554.

Hæc tamen non procederent, ſi talis iudex eſſet iudex farinarius, vt dicit Ang. in l. prima. C. ſi quacun. prædi. poteſta. Tunc enim impunè hoc facerent, ponens exemplum in quodam iudice farinario Ciuitatis Florentiæ. cui dum ſederet pro Tribunali quidam Florentini iuuenes eidem iudici ſcabioſo ſarrabulas ſeu femoralia extraxerunt in maximum riſum aſtantium, dicens ſe fuiſſe præſentem, & fortè erat ex eiſdem iuuenibus, qui per iocum id faciebant, quam hiſtoriam, ſeu magis facetiã ab ipſo Ang. fortè deſumptam copioſius recenſet Ioan. Boccacius Ang. Contemporaneus in ſuis feſtiuis narrationibus, giornata octaua. nouella. 5. Sed dici poſſet illos iuuenes impunè pertrãſmiſſe, ex rationibus à Bocatio relatis, vel quia non iniuriandi animo, ſed per iocum id feciſſent, quo caſu ceſſat iniuriarum actio. l. illud relatum. §. primo. verſicu. ſed ſi quis per iocum. D. de iniur. Quamuis & hoc caſu eos iocoſos iuuenes non omnino impunitos eſſe velit Iuriſconſult. in l. capitalium. §. ſolent hij quos iuuenes appellant. D. de pen. Sed & hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt ibi text. dicit.

Non eſt quòd mireris candide lector, ſi inter has noſtras arduas, & rigidas iuris quęſtiones, iocoſam hanc interpoſuimus. Moti enim ſumus exemplo eloquentiſſimi Pręceptoris noſtri Andreæ Alciati, qui quandoque ſolebat inter eruditiſſimas ſuas lectiones fabellas proponere, & antiquiſſimus Doctor Oldradus in ſuis conſilijs quæſtionem examinauit. Quid nam in rerum natura prius fuiſſet, an gallina vel ouum. Sed & grauiſſimi diuinique Filoſophi Socratis muſa ſeria iocis ſemper immiſcebat, vt Galenus teſtatur lib. de vſu partium capite nono. Et vt inquit ille

Interdum poſitis miſcentur ſeria iocis.

Pactum in præiudicium dotis promiſſæ factum an ſuſtineatur.

DECISIO CCXXX.

1 *Pactum in quo fit deterior dotis conditio non valet.*
2 *Tex. in l. 2. & in l. Et Attilicinus. de pact. dotal. C. declarantur.*

MARITVS poſt contractum matrimonium fatetur recepiſſe dotes ſcutorum mille, pacto adiecto, quod ſi decedat cum filijs ſuperſtita vxore apud filios remaneant ſexcentum aurei, & mulier repetere poſſit tantummodo quadringentos. Mortuo itaque marito ſuperſtite vxore, & liberis, deinde mortua vxore vnus liberorum ceſſit ſorori partem, quam ipſe habebat in hæreditate dictæ matris. Soror ex tali ceſſione agebat ad conſecutionem dotis ceſſæ, dicens illam debere eſſe pro rata mille aureorum, eo quòd pater confeſſus fuerat habuiſſe mille aureos, & lapſa erant tempora oppoſitionis non numeratæ dotis, nec obſtabat pactum factum inter maritum, & vxorem, quòd vxori reſtituerẽtur tantummodo ſcuta quadringenta, quia tale pactum,
1 in quo fiebat deterior † conditio dotis, non valebat per l. ſecundam. & l. Et Attilicinus. D. de pact. dotal.

Ex aduerſo dicebatur, quòd ceſſio facta à fratre intelligebatur tantummodo de dote ſcutorum quatuor centum, quia probabatur in actis, quòd vera dos illius mulieris non erat niſi quadringentorum aureorum, præſertim præmortuo marito cum liberis, & inſpiciendum eſt potius, quod in veritate eſt, quàm quod in fictione, & tantò magis, quia verba ceſſionis dicebant fratrem cedere ius, ꝙ habebat in hæreditate dotis maternæ. Hæreditas autem matris non erat niſi ſcutorum quadringentorum, & illa verba intelligebantur de ea tantùm dote, quæ erat in hæreditate matris.

Ad contrarium argumentum dicebatur, quòd
2 l. 2. † C. de pact. dotal. & l. Attilicinus. loquuntur in vera dote, vbi non poteſt fieri pactum in præiudicium vxoris, ſecus verò in ea dote, quę non eſt verè data, & ita videtur de mente gloſſ. in d. l. 2. C. de pact. dotal. & tantò magis cùm ſimus in ceſſione ſtrictè intelligenda, & interpretanda contra ceſſionarium, qui eã producebat ex l. veterib. D. de pact. & ita pronũtiatum fuit in cauſa Sancti Martini, & Azegli 27. Ianuarij. 1587. referẽte D. Agatia. Faciunt, quæ in ſimili de confeſſione dotis receptæ ſcripſi ſupra deciſio. 142. incipien. Dotis nomine, vbi vide.

Petens

Petens plus debito in quam pœnam incidat, & an liceat conuento tunc debitum totum negare.

DECISIO CCXXXI.

1 *Plus debito petente actore an liceat totum negare. variè opiniones diſtinctione propoſita referuntur. & nume. 2. & 3.*

4 *Actore plus in qualitate petente an liceat negare totum.*

5 *Iudicialis maieſtas per mendacium læditur.*

1 PLVS debito petēte actore † an liceat totū negare. Quæſtio hæc ſatis eſt frequens in Tribunalibus, & illam adeo intricatā dicit Gabriel. libr. 2. commu. concluſ. titul. 1. concluſ. 2. vt vix diſcerni poſſit, quæ ſit magis communis opinio, & diſputabilem dicit Maſuer. ad Papien. in forma poſitio. actoris in gl. ſuper verbo ponens. Variæ enim in ea ſunt Doctorum reſolutiones: Nam quidam dicunt, quòd aut loquimur ratione periurij incurrendi, & tunc non licebit totum negare, ita tenet Barto. in l. prima. §. ſi ſtipulanti. D. de verborum obligatio. Niſi plus petitum ſit ratione qualitatis. Barto. ibi, & Abb. in capit. primo. dè plus petitio. numero 15. & ibi in additio. Alex. conſilio 183. viſo. numero octauo. libro quinto. & infra dicam & ita eſt communis opinio, vt dicit Cagnol. in l. non poteſt videri improbus. numero ſeptimo. D. de regu. iur. & magis communem teſtatur Gabriel. dicta concluſio. ſecunda. numero ſecundo. vbi innumeros more ſuo ita tenentes allegat. ſequitur Myſinger. ſingul. obſeruar. centur. ſecunda. obſeruatio. 55. dicens ita Cameram Imperialem iudicaſſe, vt omne periurij periculum euitetur, & periculoſa quorundam aduocatorum verſutia excludatur, quem ſequitur Maſuer. loco ſupra citato, dicens ita in hac patria vidiſſe practicari, & hāc opinionem eſſe magis communem, vt per Rolan. conſilio 62. numero quinto. libro quarto. & ita cenſuit Senatus in cauſa Vercellen. 14. Aprilis 1560.

4 Quamuis Dec. ibi dicat opinionem contrariam de iure veriorem, quando plus petitur in quantitate, iuxta l. fina. C. de plus petitio. vbi notant Doct. & Decij opinionem magis communem dicit, & vti veriorem ſequitur contra Bartolum Quintilia. Mandoſ. in tractatu de monitorijs. quæſtio. 29. dicens illam in iudicijs, & in practica receptam, & æquiorem; ac rationi conſonam per ea, quæ ſcribit Marſil. de fideiuſſ. in rubrica. numero 339. verſi. fallit niſi ab ipſo. dicens contra Barto. eſſe communem ſententiam, ſed errat, Nō tamen poterit actor de tali periurio opponere, cum ipſe primo, qui poſitiones cum iuramento aſſeuerauit, peierauerit.

Aut verò loquimur ratione moræ, & expenſarum, & tunc Doctores variant: Nam aliqui propter opinionem Barto. in dicto §. ſi ſtipulanti. vo-
2 lunt, quod malè neget reus, † & cōdemnetur in expenſis, niſi ſaltem fateatur eam partem debiti ad quam tenetur.

Alij voluit, quòd imò condemnetur actor in omnibus expenſis erga reum, ad quod facit capit. primum. de plus petit. vbi videtur text. ad literam, ſiue ratione rei, ſiue temporis, ſiue loci fuerit facta petitio, & in §. & hæc quidem. inſtitu. de actio. iuncta glo. in verbo conſtitutio. & §. hodie. inſtitu. de exceptio. vbi text. in dicto §. & hæc quidem. vult etiam in triplum agentem condemnari, quòd & Iuſtinia. ſenſit in l. ſecunda. in fin. C. de plus petitio. & in Græco Baſilicorum libro adnotatum eſt, teſte viro Doctiſſimo Iacobo Cuiacio libro 12. obſeruationum capit. 21. qui nobis legem primam, & ſecundam illius tituli reſtituit. Et quo ad moram, quòd ex tali negatione non inducatur, ità omnes conuenire dicit Gabriel. dicta concluſio. 2. numero quarto. & hanc opinionem videtur tenere Ioan. de Ligna. in capit. primo. de plus petitio. quem refert Iaſo. in §. & hæc quidem. numero 14. de actio. & opinionem Ioan. de Ligna. ſequitur Areti. in §. ſi quis agens. numero octauo. inſtitu. de actio. Idem tenet Salice. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. vbi vult, quòd ſolus actor condemnetur in expenſis, & eum etiam refert, & ſequitur Areti. in §. hæc autem. numero quarto. inſtitu. de exceptio. Idem tenuit Craue. conſilio 325. verſicu. aut loquimur. & facit regula, quæ proponitur in l. fina. C. de plus petitio. quòd petens plus debito incidat in pœnam amiſſionis iurium ſuorum. Quam regulam communiter receptam dicit Kircoui. commu. opinio. centur. tertia. concluſio. 77. & pulchrè Cuiacius libro ſeptimo obſeruatio. capit. 17. vbi cauſa cadere dicit, ergo ſi amittit iura ſua, cùm non poſſit obtinere, erit in expenſis condemnandus, & hanc opinionem communem dicere poſſumus, ex allegatis per Gabriel. dicta concluſione ſecunda. numero 10. & 11. Pariſ. conſi. 104. numero 13. libro 3.

3 Alia & tertia fuit † opinio, quòd compenſentur expenſæ pro rata victoriæ, vt voluit Imol. in l. qui ſolidum. D. de lega. ſecundo. & videtur de mente Barto. ibidem, dum ſolùm dicit, quòd reus excuſetur ab expenſis, & idem dicit Iaſo. in dicto §. ſin autem alterutra. numero 17. & in §. hæc quidem. numero 14. vbi clarius dicit debere fieri compenſationem, quod etiam voluit Abb. in dicto capit. 1. de mutuis petio. numero 17. Bald. in authen. & generaliter. verſicu. iuxta hoc quæritur. C. de epiſcop. & cleric. Matheſil. ſing. 3 quos etiam refert Gabriel. dicta concluſio. numero 11. in fin. & ipſe videtur hanc opinionem tenere ibi. numero 16. & ſi hoc modo intelligatur Bart. in dicta l. qui ſolidum. iſta erit communis opin. cùm Barto. ibi ſit communiter approbatus, vt teſtatur Cagnolus in dicta l. non poteſt videri improbus. numero ſeptimo. de reg. iur. per quem tex. ſcientia in hoc caſu ab ignorantia diſtinguitur, & bene, quia ſcientia dolum continet manifeſtum, non præſumptum, & in hac

diſtin-

diſtinctione tota vis huius diſputationis meo iudicio conſiſtit, vt eſt videre apud Ludouic. de actio. libro quarto. capit. quarto. & ſecundum hanc opinionem compenſationis expenſarum vidi ſepius iudicare Senatum, & præſertim in quadam cauſa Taurinenſi relata hoc anno 1562. de menſe Februarij per Dominum Senatorem Curbium, & Barto. ſententiam etiam commu. teſtatur Didac. libro primo variarum reſolutio. capi. ſecundo. numero quinto. Aluaro. in dicta l. prima. §. ſi ſtipulanti. numero 48. licet Mandolius dicat contra Bart. eſſe magis communem, quod non credo verum, ſi bene numerentur Doctores.

Sed quid ſi illa pluris petitio erat non in quantitate, ſed in qualitate, vt quia quis depoſuerat catenam argenteam deauratam ponderis librarum duarum, & poſtea in iudicio petijt catenam auream ponder. libr. duarum, & reus negauit totum: Bartol. in dicto §. ſi ſtipulanti. videtur
4 † velle, quòd liceat etiam ſine periurio totum negare, quia alia eſt res, vt ſupra dixi, & ita in qualitatis petitione concludit. Alexan. in dicto §. ſi ſtipulanti. & conſilio 183. numero octauo. libro quinto. & dicit Abb. in dicto capit. primo. numero 15. de plus petitio. in materia poſitionum, quòd hæc opinio ſeruatur in practica, & in periurium non incidere talem negantem, dicit Didac. dicto numero quinto. verſicu. aſſeram. & facit l. prima. de pignor. actio. iuncta gloſ. vbi qui dat æs pro auro, dolo facit, & cadit in crimen ſtellionatus, & ſic ſi in periurium non incidit, tanto magis erit erga eum actor condemnandus in expenſis, quia aliud pro alio petitum fuit, & ſic in diuerſa ſpecie, quod non eſſet ſi plus in quantitate, quia plus, & minus non faciunt differre ſpecie, & hoc præſertim videtur procedere in noſtro caſu, in quo materia non erat indiuidua, ſed diuidua, quia petebat aurum, & erat argentum, ideo poterat totum liberè negare reus, cùm ſit in ſpecie, & qualitate erratum, imò etiam in quantitate inſpecto pluris valore auri.

Contrarium tamen cēſuit Senatus, coram quo cùm procedatur vti corā Principe, & Princeps iudicet vti Deus, requiritur quędam exuberantia bonę fidei, cùm Deus ipſe veritas ſit, quæ neque fallit, neque fallitur. l. fin. C. de pondera. au. lib. 10. Benedictus in capit. Raimutius. in verbo ſi abſque li-
5 beris. el 2. num. 49. & iudicialis Maieſtas † per mendacium læditur. Cuch. in tracta. de menti. cauſa poſſeſ. nume. 188. ideo multæ pęne mendacibus ſunt à iure impoſitæ, vt dixi deciſ. 50. Et ſic reus debuiſſet veritatem fateri reſpondendo, non ſimpliciter nego aliquid habuiſſe, quod reſtituere tenear prout factum erat, ſed nego habuiſſe catenam auream iuxta ea, quę ſuper poſitionibus datis ſcribit latè Didac. dict. cap. 2. nume. 5. vſque ad nume. 6. vbi vide omnino in materia poſitionū pro quæſtione quam tractat Specul. in titul. de poſitio. §. quinto. Vnde fuerunt per Senatum compenſatę expenſę ratione petitionis catenæ: Et quia erant vltra catenam factæ aliæ petitiones, quæ fuerunt parti negatę per reum, aliorum vaſorum argenteorum, quæ tamen reus penes ſe habebat, fuit ratione illorum condemnatus reus in expenſis, ratione illius partis ex eo, ꝙ tot viderētur petitiones quot res, per l. ſcire debemus. de ver. ob. Nec obſtat hic, ꝙ imo debuerat actor à tota petitione excludi, & ſic in omnibus expenſis condemnari. d. l. fin. aliàs vnica. C. de plus petitio. quia vltra quòd illa procedit in quantitatis petitione, non militat niſi quando fuit exacta cautio pluries per dolum, & ſimul dolo plus petitum fuit, vt per Bart. ibi. num. 4. vbi in fin. ponit practicam illius legis, & in qualitatis plus petitione. ita poſt Barto. videtur tenere Abb. in dict. cap. 1. numer. 15. de plus petitio. Butr. Imol. Alex. Fely. Crot. & Burigell. quos refert Gabriel. d. concluſ. 2. nu. 20.

Senatus an poſſit poſt latam ſentētiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad inſtantiam fiſci,

DECISIO CCXXXII.

1 *Senatus an poſſit poſt ſententiam latam, & publicatam mutare de pecuniaria in corporalem pœnam impoſitam. & num. 2.*

3 *Iudicis officium latiſſimum eſt.*

SENATVS in arbitrarijs multa poteſt, vt diximus ſupra in præfat. cùm latiſſimas dicatur habere habenas. Sed quæſitum fuit
1 an † poſt latam ſententiam haberet authoritatem iterum ſuper eadem cauſa iudicandi, vt in hoc caſu. Quidam fuit per ſententiam Senatus condemnatus in aureos ducentum erga fiſcum nomine pęnę. Inde poſt condemnationem cùm non reperiretur ſ[illegible]luendo fuit petitum à procuratore fiſci, quod cōdemnaretur in corpore iux. reg. qui non habet in ære luat in corpore. l. fin. de in ius vocan. & l. 1. in fin. D. de pęn. c. finem litibus, vbi gl. de dolo & contumac. Dubitabatur, an id iure liceret, & videbatur dicendum non licere, per l. iudex poſtquàm. de re iud. cum ſimil. & per ea, quæ de poteſtate Senatus in hoc caſu dicit. D. Sola in Commentat. ad decret. Sabaud. in decreto ad maiorem. tit. de falſ. gl. vlt. nu. 12. verſi. Secundò quantum ad Excellētiſſimum Senatum. cui addo Gaſpar. Beat. in tract. de inope. debit. credit. addicend. cap. 18. nume. 5. vbi poſt Felin. Iaſ. & Tiraquel. voluit, quòd iudex ante ſententiam poſſit mutare poenam ex cauſa, ſecus poſt. Et faciunt quæ in hac materia ſcribit Vincent. de Franch. deciſ. 348. num. 6. par. 2.

2 Contrarium tamen verius † eſſe dictum fuit, quia Senatus in iudicando eſt loco principis, & illius magna authoritas eſt, & per reg. ſupradictā, quòd qui non habet in ære liceat in corpore. Et pro hac parte circa hanc eandem reg. mihi videbatur

batur

batur commodè poſſe induci text. in l. 1. §. generaliter. D. de poen. & ibi notandum eſt in illis verbis, *Pœnam eludunt*, quaſi præſupponat reos iam fuiſſe in pœna pecuniaria condemnatos, ſed quia paupertate illam eludebant, debere Præſidem in corporalem conuertere, & ad idem tex. clarior. in c. finem litibus. de dolo, & contumac. vbi is, qui iam in expenſis fuerat à iudice condemnatus, ſi non habet vnde ſoluat, iudex rurſus condemnat in cor
3 pore, iudicis † enim officium latiſſ. eſt. l. 1. D. de iuriſd. omn. iudic. tantò ergo magis hoc erit Senatui concedendum, quod etiam cuilibet pedaneo iudici concedit lex ciuilis, & canonica. Item quia nõ dicitur hoc caſu Senatus mutare ſuam ſententiã, ſed illam confirmat, ſed quia in pecunia exequi non poteſt ex iuris authoritate, eam in corporalem conuertit, ne ſententia eluſoria reddatur, & ita reſolutum fuit reluctante. D. Sola compatre meo honorando 29. Nouembris 1588. Præſide per illuſtr. D. Amedęo à Ponte, qui multa bona iura, etiam pro hac adferebat ſententia. Et pariter ego dicebam aliàs hac facultate fuiſſe vſum Senatum in ceſſione bonorum contra fiſcum poſtulata per condemnatũ: nam cùm non haberet in ære, fuit condemnatus iterum per Senatum, ille detentus, & fuit immutata pœna pecuniaria in pœnam corporalem banni per decennium, vt dixi ſupra deciſ. 183. & ad hoc vide pulchrum text. in l. illicitas. §. fin. de offi. præſid.

Promittens vẽdere certo pretio, an vendidiſſe dicatur, ita vt ad traditionem compelli poſſit.

DECISIO CCXXXIII.

1 *Promiſſio de vendendo an æquiparetur venditioni.*
2 *Venditio quando perfecta dicatur.*
3 *Promittens vendere poteſt ex æquitate cogi ad tradendum. & num. 6.*
4 *Promiſſio aliquando habetur pro ipſo contractu, ſed contra num. 5.*
7 *Volo, verbum denotat voluntatem cum effectu.*
8 *Promittens vendere cum iuramento, an vendidiſſe dicatur.*
9 *Retrouendere promittens obligatur.*
10 *Venditio dicitur perfecta habita fide de pretio.*

PROMISSIO de vendendo,
1 † & venditio an idem ſint, ita quod promittens vendere, poſſit ſtatim compelli ad traditionem, dubia eſt quæſtio, & cùm de ea in Senatu tractaretur, aliqui dicebant, quòd promiſſio de vendendo adiecto certo pretio idem ſit, quòd ipſa venditio.

Primò, quia videntur celebrati duo contractus perfecti alterum venditionis, alterum ſtipulationis ſuper ipſa venditione: natura enim verborum, quæ in promiſſione, & ſtipulatione interueniunt, inducunt contractum ſtipulationis ex verborum obligatione. §. primo. inſtitu. de verborum obligatio. l. ſtipulationum aliæ, quæ eſt. 5. §. ſtipula-
2 tio. D. eodem. Venditionis verò † interueniente re, & conſenſu de emendo, & vendendo, cùm promiſſio, & ſtipulatio eadem in ſe contineant. l. 1. §. adeo. de pact. Item pretium certum, quæ tria concurrentia perfectum contractum venditionis reddunt. inſtitu. de empt. & vendi. in princip. & §. pretium. iuncta. l. ſecunda. in fin. & l. nec emptio. D. eo. Quinimo etiamſi pretium certum non ſit adiectum, haberetur pro adiecto, ideſt iuſto pretio per arbitros ſtatuendo. Bertach. de gabell. par. quinta. quæſtio. 3.

Secundò mouebar ex his, quæ tradunt Socin. & Rip. in rubr. de verborum obligation. numero 10. & 11. nam ſi dico vendis? & reſpondes, vendo. erunt perfecti duo cõtractus ſtipulationis vnum, alterum venditionis. poſt Cyn. Iacob. Alber. Alex. Cuman. Ludouic. Roman. & Io. Fabr. & communem teſtatur Ripa d. loco.

Tertiò confirmatur ratione æquitatis, & circuitus euitandi, propter quam poteſt promiſſor ſta-
3 tim cogi ad tradendum †, ſicuti poteſt cogi facere obligationem de tradendo ex natura venditionis. l. ex empto, in princip. vbi Barto. de act. empt. facit dictum Ioan. Andr. in addi. Specul. de obligat. & ſolut. colum. 1. vbi promittens ſe obligaturum ad danda decem, ſtatim poteſt cogi ad eorum ſolutionem, quod dictum commendant, & ſequuntur communiter doctor. Alex. Socin. Iaſ. & Purpur. in l. cum fundus. §. 1. D. ſi cert. petat. Idem Iaſ. in l. dominus teſtamento. de condict. indeb. & in l. ſi fideiuſſor. §. 1. de legat. 1. numer. 15. licet Deci. ſtudio contradicendi ipſi Iaſ. vt ſolet aliter teneat in dict. l. cum fundus. in princip. §. 1. ad cuius tamen dictum, & argumentum reſpond. Rub. Alexandr. conſilio 29. ad cuius ſcripta breuitatis cauſa me remitto.

Quartò allegatur pro hac opinione gloſſ. in l. in vendentis. C. de contrahen. emptio. vbi ſi dico volo tibi vendere hanc rem pro decem aureis, & reſpondeas volo emere pro decem; quòd ſit celebratus perfectus cõtractus venditionis: nam cùm ſolo conſenſu perficiatur, & hic adſit conſenſus amborum, nihil mirum ſi iam omnino perfecta ſit emptio, & venditio. Aliud autem eſt ſi dicam volo aſcendere arborem, quia cùm reſpiciat nudum factum corporeum, voluntas & conſenſus non ſufficit, & hanc glo. ita ponderat Rub. d. conſi. 29. colum. 2. vbi apertè tenet, quòd in caſu ſupra poſito dicatur perfecta venditio. Facit quod qui
4 promittit id, quod pendet à ſola † voluntate, vt eſt venditio, locatio & ſimilia, tunc promiſſio habetur pro ipſo contractu. Iaſ. in l. cum fundus. §. ſeruum. D. ſi cert. peta. & ibi Alex. nume. 4. Cur. iun. num. 6. Purpurat. num. 14. dicens ita fuiſſe iudicatum. Alciat. conſilio 117. Burſat. conſilio 102. nu. 36. lib. 1.

Exad-

Ex aduerſo adducebatur glo. in l. in bonę fidei.
5 D.de eo quod certo loco. † vbi dicit aliud eſſe con
ducere, aliud promittere de conducendo, quam
glo.ibi ſequuntur Caſtren.& Iaſ.in l.quoties. num.
34.C.de rei vendicat.& in l.manumiſſionis. nume.
9.de iuſt.& iur.Dec.dict.l.cum fundus.§.1.vbi plu-
res accumulat,cum qua opinione tranſit Cur.iun.
in conſil.92.in 2. part. numer.8. Bertach. de gabell.
part.5.quæſtio.3.vbi dicit aliud eſſe promiſſionem
de donando, & aliud donationem,ſicut aliud eſt
renunciatio,aliud promittere de renũtiando.Boer.
deciſ.3. & alia multa ſimilia exempla congerit la-
tiſſ.more ſuo Tiraquell. de retract.conuentio. § fi.
nume.40. cum ſequent. & Brun.de ſtatut.articul.
6.cap.3.quæſt.7. colum.2. Ita quòd hæc videatur
communis Doctor.opinio, & retenta hac com-
muni opinione iuribus, & rationibus per ſupra al-
legatos Doctor. citatis, & à qua in iudicando non
eſſet recedendum, & ſecundum quam vidi plu-
ries iudicatum per Senatum, facile ad contraria
reſponderi poteſt.

Ad primum,quod illud procedit, quando ven-
ditio eſt pura, & concepta non in promiſſione
venditionis, ſed in ipſa venditione per verba de
præſenti.§.cum autem.vbi glo.de emptio. & ven-
ditio. ſecus verò, quando trahitur ad actum futu-
rum, quoniam vt inquit Philoſophus de futuris
contingentibus non eſt determinata veritas.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd in illo caſu
verba ſunt præſentia, & præſentem conficiunt em-
ptionem, & pinguiorem recipiunt interpretatio-
nem, tanquam aliquid iam ſit in eſſe productum.

Ad tertium reſpondetur,quòd in datione pecu
niæ conſideratur circuitus,cum quis compelli poſ
6 ſit † omnino ad dandum, ſed promittens vendere
tenetur ad factum, ad quod quis præcisè compel-
li non poteſt, ſed tantùm agi poteſt ad intereſſe
ratione venditionis non factæ, vt dicit Caſtren. in
dicta l.in bonæ fidei.& Doctor. in dicta l.cum fun-
dus.§.1. Vel ſecundo reſpondetur, quòd promiſ-
ſor poteſt excipere, quod nolit ſtatim conueniri
ad traditionem rei,ſed potius ad venditionem, &
ſi opponatur de circuitu, reſpond. quòd euitatio
circuitus ei noceret, cùm obligatio prima fuerit
tantùm reſpectu ipſius promittentis,ſecundus ve-
rò contractus fiendus erit vltro citroque obligato
rius. l.Labeo. D. de verborum ſignificatio. Vnde
ſua intereſt,vt prius fiat contractus emptionis, &
venditionis cum ſolitis promiſſionibus, & obliga-
tionibus hincinde.

Ad quartum reſpondetur, quòd glo. in dicta l.
in vendentis.loquitur in diuerſis terminis: nam ibi
eſt verbum volo,quod denotat præſertim conſen
ſum in venditione, ſed hic verbum promitto de-
notat futurum conſenſum in ipſa venditione.
7 Præterea reſpondeo †, quòd verbum volo,de-
notat voluntatem cum effectu. l.fin.iuncta glo. de
rerum diuiſio.& quando concurrunt duorum vo
luntates de præſenti in his, quæ conſenſu perficiun
tur,diſpoſitionem inducunt.Bart.in l. cunctos po-
pulos.numero tertio.de iuſti.& iur. & in l.ſerui ele
ctione.nu.4.de leg.1.

Limitatur tamen hæc concluſio communis,ni
8 ſi in promiſſione † adeſſet iuramentum. Boer. de-
ciſio.3. numero primo. Menoch. conſilio primo.
numero 234. Licèt contrarium teneat Ioan.And.
quem refert, & nouiſſime ſequitur Domi.Serafin.
de Serafinis in tracta.de priuileg.iuramen. priuile.
23.nu.27.

Secundò limitatur in promiſſione de retrouen
9 dendo †, quæ eſt adiecta contractui venditionis,
ex rationibus, & authoritatibus relatis per Ari.Pi-
nel.in l.ſecunda. C. de reſcindenda vendition. par.
ſecunda. capit. tertio. numero vigeſimo quinto.
poſt Aretinũ, Boerium, & Tiraquellum per eum
citatos.

Tertiò limitatur, quando poſt eam promiſſio-
10 nem fuiſſet ſolutum † pretium, vel de eo habita
fides, & ſequuta traditio, ita tenet Tiraquell. in
dicto §. fina.numero 82. poſt Bald.in conſilio 452.
Domi. Nicolaus. libro ſecundo. Siluan. conſilio
49. conſultationibus noſtris. numero decimo.
poſt Socin. conſilio 170.colum.prima.& ſecunda.
vbi latè hoc diſputat, probando conſilia Ale-
xandri, ſubdens quòd emptor tunc facit fructus
ſuos,& Nat.conſilio 171.pulchrè Cęphal.conſilio
315.numero 3.& ſequen.libro 3. & cum hac limi-
tatione tranſiuit Senatus ſæpius, & nuperrimè in
cauſa Sauiæ,& Granæ 1589. 12. Decembris, Re-
ferente Domino Senatore Sandiliano, in quo ca-
ſu erat aliqua maior dubitatio, quia non fuerat
facta promiſſio de vendendo, ſed remiſſio prędij
pro hypotheca, & ſecuritate cum promiſſione de
faciendo inſtrumento venditionis ad omnem cre-
ditoris requiſitionem, dicebatur attenta traditio-
ne,& certo pretio,& poſſeſſione decem annorum
continuata per ipſum creditorem cum perceptio
ne fructuum, fuiſſe inductam perfectam venditio
nem, & quòd inſtrumentum tantummodo requi
rebatur ad faciendam probationem. l.contractus.
D.de pign. Quamuis & in hac declaratione, & li-
mitatione aliqui ex Dominis contradicerent.

Eccleſia, quæ regulariter non tenetur ad collectas,an teneatur, quando priuatorum prędia aliquo titulo in eam ſunt tranſlata.

DECISIO CCXXXIIII.

1 *Eccleſia non tenetur ad collectas.*
2 *Eccleſia an teneatur ſoluere collectas pro bonis à laicis acquiſitis, & nu. 4.*
3 *Natt.in conſi.515.reprobatur.*
5 *Statuto an induci poſſit, vt eccleſia collectas ſoluere pro acquirendis teneatur.*
6 *Collectæ ſoluuntur ab eccleſiaſticis pro bonis regiſtratis, ſed contra nu. 7.*
8 *Eccleſia tenetur ad collectas ſuper bonis acquiſitis ante acquiſitionem impoſitas.*

Deciſio CCXXXIIII.

9 *Eccleſiaſtici tenentur ſoluere pro bonis acquiſitis colle-*
ctas, ſtante ſubmiſſione.
10 *Eccleſia concurrit in oneribus tempore belli.*

1 ECCLESIA † regulariter non
tenetur ad collectas, nec ad quę
vis onera realia, vel mixta varia-
bilia text. vbi Doctores in l. pla-
cet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi
plenè Iaſ. & Tom Parpal. quam
regulam latè examinat Remig.
de Gonni. in tracta. de charitatiu. ſubſid. quæſt. 61.
& 62. tomo. 15. tractatu. nouiſſimè impreſſorum,
vbi ponit aliquot ampliationes, & limitationes, &
dixi ſupra deciſ. 116. num. 1.

Sed quæſitum fuit, an pro prædijs à laicis quo-
2 cunque titulo acquiſitis, ſoluere † eccleſia tenea-
tur, cùm ad manus ſuas talia bona peruenerint.
Quæſtio eſt dubia, & difficilis, iura enim quæ tri-
buunt eccleſijs immunitatem ſunt generalia, &
de hoc caſu non loquuntur, & propterea contro-
uerſia eſt inter Doctores: Nam Barto. in conſi. 180.
tenet, quòd bona, quæ in eccleſiam peruenerunt,
liberentur à collectis, quando non ſunt onera me-
rè realia, aut prædia non ſunt tributaria, cuius opi
nionem ſequitur Felin. in cap. eccleſia Sanctæ Ma-
riæ. nume. 76. de conſtitut. dicens hanc opinionem
eſſe veriorem, & ſuſtentabiliorem, & Bart. opinio-
nem in dicto conſilio ſequuntur ferè omnes Do-
ctores, & communem dicit Belon. conſi. 40. Ruin.
conſilio 117. per totum libro 4. Ang. conſilio 24. &
eandem partem tenuit Bald. in dict. l. placet. & ibi
Tom. Parpal. idem Bald. conſilio 132. Caſus qui-
dam. lib. 3. vbi loquitur in legato pio loco facto. Et
tutiorem hanc partem dicit conſilio 280. Præmiſ-
ſo. libro 2. ſubdens periculoſum eſſe tenere contra
clericos. Nicol. Feſtas de collect. par. 4. cap. 1. nu. 3.
per tex. in cap. quanquam. de cenſib. & in clemen.
præſenti. eo. titul.

Sed contra Bart. videtur tenere Ang. conſi. 206.
aliàs 245. inter ordinamenta. & latè Natt. in conſi.
515. libro 3. Pro quibus videtur ſtare potens ratio
æquitatis, quia aliàs priuilegium immunitatis tran
ſiret ad iniquitatem, remanente vniuerſitate cum
maiori onere ſuper alijs prædijs, propter eccleſia-
ſticorum bonorum exemptionem, quod permit-
tendum non eſt, vt in ſpecie ſcribit Ancharan. con
ſilio 303. Bene verum eſt, quòd Natt. in d. conſilio
3 515. non audet concludere cõtra eccleſiam, † ſed
firmat ſe in ea opinione, quod priuatus laicus, qui
vel per vltimam voluntatem, vel alio titulo bona
in eccleſiam tranſtulit, ipſe ſemper teneatur ad col
lectas, ſed iſta opinio habet duo inconuenientia
non leuis momenti: Primò, quia hinc ſequeretur
maximum abſurdum, quòd eccleſia haberet præ-
dia penes ſe immunia. & alius ſolueret onera, quæ
rem ſequũtur, quod eſſet magna iniquitas: Secun-
dò, quia hoc auferret liberalitates, quæ pro anima
in eccleſias conferuntur, nec reperiretur aliquis,
qui cum eccleſia cõtraheret, & quamuis ibi Natt.
numero 13. verſicu. Non obſtat. conatus fuerit re-
ſpondere ad hoc inconueniens, tamen (pace eius
dixerim) neſcit ſe in hoc reſoluere, ideo ego ma-
ximè dubito de illa opinione Nattæ, neque vnquã
vidi illam ſeruari in practica, ſed aut prædia poſt-
quam in eccleſiam peruenerunt fuerunt declara-
ta immunia, vel ipſi clerici, & eccleſia collectas ſol
uere fuerunt coacti.

4 Retẽta igitur opinione † Bar. tanquam veriori, &
tutiori ſtante generalitate iurium de hac immuni-
tate loquentium, cum qua tranſiuit Senatus in
cauſa Monialium Villæfrancæ contra commu-
nitatem Moretæ 1561. 28. Octobris, & alias ſæpius
per tex. apertum in cap. 1. de immun. eccleſ. libr. 6.
5 Declarant aliqui, vt non procedat † ſtante ſtatuto
præcipiente ſolutionem collectarum in modum
tributi, quia licèt eccleſia non teneatur ad onera,
illud verum eſſe dicunt in oneribus variabilibus, &
incertis, ſecus verò ſi certa penſio, & tributum ſit
ſuper predijs impoſitum, ita tenuit Bar. in l. reſcri-
pto. §. ſi. D. de mune. & hono. quem ſequitur Ang.
dicto conſilio 206. & Anchara. 2. conſil. 303. Ex quo
Bar. ibi dat cautelam, vt bona tranſeant ad eccle-
ſiaſticos cum onere, vt fiat ſtatutum, quod prædia
omnium ciuium, qui ſunt in comitatu ſint tribu-
taria, & affecta onere tributorum pro collectis im
ponendis, nam tunc tranſirent in eccleſiam cum
onere. & opinionem Bartol. ſeruari in practica
dicit Bald. dicto conſilio 280. libr. 2. & Bart. opinio-
nem communem dicit Socin. ſen. conſi. 12. libr. 4.
Belon. dict. conſi. 40. & multis argumentis illam ſe-
quitur Nicol. Feſtas dicto tracta. de collect. part. 4.
cap. 2. nume. 27. Sed aduerte, quia licèt verum ſit
eccleſiam teneri pro oneribus certis, & inuariabi-
libus, quando ad manus ſuas laicorum bona per-
uenerunt, tamen non poteſt per indirectum in-
duci, vt cõtra eccleſiaſticam libertatem ſtatutum
operetur, ita tenuit Bald. dicto conſil. 132. & dicto
conſi. 280. Felin. in dict. cap. eccleſia Sanctæ Mariç.
num. 76. de conſtitut. & Bart. opinionem commu-
niter damnari teſtantur Ruin. dict. conſilio 117. nu
mero 8. Remig. Gonni. in dict. tracta. de charitatiu.
ſubſid. dict. quæſtio. 61. num. 44. & illius ſententiam
falſam dicit Bald. in dict. l. placet. in 4. nota. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. & illum reprehendit Tom. Parpal.
ibi. nume. 77. vbi teſtatur opinionem Bald. contra
Bart. eſſe veriorem, & communem. & ibidem Iaſ.
in lectu. 1. cir. fin. Guid. Papp. quæſtio. 381. dicens
bene fuiſſe reprehenſum Bart. à Bald. quia talia ſta-
tuta contra libertates eccleſiæ caſſa, & irrita eſſe
debent. authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ. & mul-
tas authoritates adfert Feſtas à numer. 11. vſque ad
numer. 26. Ex quibus mihi videtur poſſe dici hanc
eſſe magis communem opinionem, & propterea
durum eſſet in iudicando ab ea recedere, propter
periculum etiam excommunicationis inditę in d.
cap. 1. de immun. eccleſ. libro 6. Ideo Bart. remittit
ſe Sanctæ Eccleſiæ iudicio, & re vera quæſtio non
eſt ſine difficultate, vnde Calder. in conſilio 2. titu.
de cenſib. dicit illam ęgere deciſione ſummi Pon-
tificis auditis tamen prius, & bene perpenſis iuri-
bus vniuerſitatum, & dubiam fatetur Com. conſi.
205. num. 6. lib. 1. & pro Bar. ſtat magna æquitas, &
ratio, quam ſupra in princip. contra hanc immu-
nitatem

nitatē ꝑpoſuimus. Et illum ēt latè defendit Tom. de collect. §. ſubijciūt hoc loco. n. 14. & 15. & Natt. dict. conſil. 515. licèt ipſe contra eccleſiam firmare non audeat.

Declaratur, & limitatur ſecundò ab aliquibus opinio Bartol. in dicto conſilio 180. vt Eccleſia pro bonis acquiſitis non teneatur, vt non pro-
6 cedat †, quando adeſſet conſuetudo, quòd omnia onera diſtribuantur per æſtimum ad æs, & libram, & propterea bona eſſent allibrata, & regiſtrata in publicis cataſtris, quia tunc ad Eccleſiam tranſirent cum illo onere. Iaſ. in dicta l. placet. col. fina. Curt iun. conſilio 63. numero quarto. quem ſequitur Belon. dicto conſilio 40. Anchar. dicto conſilio 303. Angel. dicto conſilio 206. Alexan. conſilio 145. numero quinto. libro ſecundo. qui tamen non loquitur in Eccleſia. Franciſ. Marc. deciſio. 224.

In contrarium tamen eſt communis opinio
7 Doctorum in oneribus, & collectis † variabilibus, & incertis, & illam ſequitur ipſe Bartol. dicto conſilio 180. Bald. dicto conſilio 132. & in ſua Margarita. in §. Eccleſia. numero primo. colum. ſecunda. Abb. in cap. fina. de vita, & honeſtate clericorum. & in capit. Meſſana. in fin. de electio. & conſilio 53. libro primo. & conſilio 13. libro ſecundo. Gemin. & Franc. in capit. primo. de immuni. Eccleſiarum. libro ſexto. Calderin. in titul. de regularib. conſilio 18. Angel. dicto conſilio 24. Parpal. in dicta l. placet. numero 25. Felin. in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. numero 77. verſicu. ſecundo. not. Siluan. conſilio 31. Remig Gonn. dicta quæſtione 61. numero 44. dicens communem contra fallentiam. Guido Pap. dicta quæſtio. 381. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum. Barbat. conſilio primo. libro tertio. & hanc tutiorem dicit ſumma Silueſtri. in verbo immunitas. primo. quæſtione quinta. Ruin. dicto conſilio 117. numero tertio. Quorum opinionem vti magis communem ſequutus fuit Senatus in prędicta cauſa Moretæ. Pro qua facit, quòd ſcribit Dominus Ozaſc. deciſio. 136. numero ſecundo. quòd immunitas ad bona allibrata extenditur. vbi etiam alios cum Bartol. opinione tranſeuntes recenſet.

Fallit tertiò opinio Bart. vt non procedat, quan-
8 do collecta eſſet impoſita † ante acquiſitionem factam ab Eccleſia. Bald. in Margarita. in verbo Eccleſia. numero primo. colum. ſecunda. per tex. in l. incola. ad municipal. Angel. dicto conſilio 206. qui ſe reſtringit ad hunc caſum. Belon. dicto conſilio 40. Remig. dicta quæſtio. 61. numero 49. & 50. & hæc opinio eſt veriſſima, quia bona iam ſunt pro collectis impoſitis hypothecata, & tranſeunt cum iſto onere, quicquid in contrarium pro Eccleſia etiam in hoc puncto voluerit Ruin. dicto conſilio 117. nume. ſexto. ſeptimo. & octauo. & hoc caſu non dicitur teneri Eccleſia, ſed bona Eccleſiæ, vt per Ang. conſi. 24.

Limitatur quartò prædicta opinio, vt non pro-
9 cedat, quando quis cataſtrauit † bona ſua ſubmittendo illa oneribus, quæ ſoluere promiſit pro ſe, & hæredibus, ſi enim iſta bona alienentur in Eccleſiam, tranſeunt cum ſuo onere propter ſubmiſſionem, ita voluit Bald. dicto conſilio 280. verſicu. nec obſtat authen. libro ſecundo. Anchar. dicto conſilio 303. verſicul. & confirmatur. Natt. dicto conſil. 515. numero 14. Belonus dicto conſilio 40. numero quinto. & iuxta hanc limitationem cenſuit Senatus in prædicta cauſa Villæfrancæ, & Morettæ. Et in alia cauſa Montisregalis, referente D. Craueta 15. Febr. 1590.

Quintò fallit, quando onera imponuntur ex cauſa belli, & alterius neceſſitatis: nam tunc iu-
10 ſtum † eſt, vt Eccleſiaſtici cum ſecularibus concurrant, cùm de conſeruatione ſui ſtatus etiam tractetur ſicut laicorum, & ita ſenſit Calderin. dicto conſilio ſecundo. titu. de cenſib. & cum hac opinione ſemper tranſiuit Senatus, de qua videndus Ozaſc. deciſio. 68. per totam. Et tantò magis, quando hoc bellum eſſet aduerſus hæreticos, vt nunc euenit, cùm Sereniſſimus Dux noſter Carolus Emanuel bellum gerat iam duobus annis aduerſus vicinos hæreticos, qui has prouincias, & totam Italiam turbare conantur. Alias fallentias, & ampliationes videre poteris apud Doctores ſuis locis.

Credita conditionalia, vel in diem an veniāt in legatō vniuerſali omnium nominum debitorum.

DECISIO CCXXXV.

1 *Creditorum appellatione an veniant creditores in diem, vel ſub conditione in legato. & nu. 3.*
2 *Liberatione legata intelligitur de liberatione præſentis debiti, non poſt teſtamentum facti.*
4 *Obligatio in contractu conuentionali retrotrahitur.*
5 *Tex. in l. ſi ſcripſiſſet. 46. de leg. 2. declaratur.*
6 *Creditum ad ius futurum etiam extenditur.*
7 *Debitor in diem, vel ſub conditione dicitur debitor propriè in legatis.*
8 *Indefinita æquipollet vniuerſali etiam in teſtamentis.*
9 *Legatum liberationis an excludat rei vindicationem.*

CREDITA omnia ſua legauit teſtator, quæſitum fuit an credi-
1 ta conditionalia, † vel in diem venirent in legato; dicebatur non venire, niſi debita præſentia, & ad hoc ſubtiliſſimus Do. Senator Goueanus allègabat text. in l. ſi ſcripſiſſet. 46. D. de legat. ſecundo. vbi. Barto. notat, quòd verba præſentis temporis non porriguntur ad conditionalia, vel in diem, & ibi videtur text. in caſu iſto ſatis apertus.

Ad idem videtur text. in l. ſi ita legatum. D. de auro, & argento legat. vbi ponitur regu. quòd res,

legatæ ad præſens tempus referuntur, & ideo legans argentum meum intelligitur de eo, qui erat tempore teſtamenti cum alijs multis ſimilibus, quæ citat Mantic.de coniectur.vltim.volunt.libro tertio. capit.11. numero primo. & ſequen. Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. libro quarto. capit.9.numero 136. cui addo text.in l.is ſub conditione. D. de actio. & obligatio. vbi dicitur eum non eſſe creditorem, cui ſub conditione legatur, ergo idem dicendum, quando teſtator legat omnia ſua credita, vt intelligatur de præſentibus, & puris non de conditionalibus, vel de his, quæ in diem debentur, & hæc procedunt etiamſi teſtator ſit vſus verbis vniuerſalibus, vt dicit idem Mantic.dicto titu.11.numero quarto.verſic.quod procedit.poſt Fulgoſ. Corn. Alexan. Pariſ. Socin. & alios ibi citatos, quibus addi poſſunt, quæ tradidimus latè ſupra deciſio. 168. Vſufructu. & deciſio.
2 199. Donatio. Et ampliatur in legata † liberatione debitoribus, quæ fauorabilis quamuis ſit. l. Artianus.D.de actio. & obligatio. tamen legata liberatione non cenſentur liberati debitores a debitis factis poſt teſtamentum, vt eſt not.tex. in l.Aurelius. §.primo. D.de liber.legat. quem citat Mantic. ibidem nume. quinto. & ſi teſtator remittat credita, intelligitur remittere præſentia, non autem futura, ſiue ſint in diem, ſiue ſub conditione.glo.in l.ſi à colono. 89. D. de ſolutio. & ita conſuluit Fulgoſ. conſilio 17. Quidam in ſuo teſtamento.

3 In contrarium allegabatur, † quòd iſti dicebantur verè debitores, vel creditores iuxta opinionem Bartol.& communem omnium Doctorum. in l.prima colum.fina.de reb.credit. Rip. numero 100. qui multis rationibus tenet tales, dici etiam propriè, & verè debitores, & creditores per multas rationes, quas ibi allegat, & puto eum verum dicere nam quamuis aliquo reſpectu differant creditor purus, & creditor conditionalis, vel in diem, vt eſt in effectu exactionis, non tamen defferunt in obligatione, quia ita eſt obligatus creditor in diē, vel conditionalis adueniente die, vel conditione, ſicut debitor purus. l.is, qui ſub conditione.§.fin.de actio.& obligatio.quia tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. Et in ſpecie, ꝙ legato facto à teſtatore, vt hæres debita mea perſoluat, veniat etiam reſtitutio dotis, cuius nec conditio, nec dies adhuc venit, tenet Alciat. in dicta l. conditionales D.de verborum ſignificat. & legatis mobilibus veniunt fructus etiam pendentes. Mantic.dicto titu.11.numero 29 poſt Dec.ibi relatum, & latius idem Mantic.libro nono.titulo tertio. numero ſexto.

In hac quæſtione videtur diſtinguendum, aut ſumus in legato conditionali, & tunc nondum purificata conditione non eſt creditor, aut in contractu inter viuos, & tunc etiam non purificata conditione eſt creditor, vt eſt tex.not. in dicta l. is cui. de actio.& obligatio.& ratio eſt ſecundum Alciat.
4 in dicta l.is, cui. §.fina quia in legato † conditionali non retrotrahitur obligatio, ſecus in contractu per rationem, quam ponit Iuriſconſul. in l.fina D. communia prædio.non enim ſicut viuentium, ita & defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt.

5 Ad l. ſi ita ſcripſiſſet, † & alia oĩa iuta ſupra pro prima opinione allegata reſpondet Rip. dict.l.1.ſi cert.peta.nume.100.& 101. Aliud enim eſt dicere, quod dare mihi oportet Lucium, aliud quod Lucius mihi debet, ſecundo enim caſu venit etiam debitum in diem, vt dicit Gofred.in dict.l.ſi ita ſcripſiſſet. in princip.quia debitum eſt præſens licèt in diem dilata ſolutio per l.continuus.§. cum ita.verſicul. nam & quod in diem. & l.eum qui calendis. §.ſi.de verb.oblig.

6 Et quando creditum, † vel res de qua agitur, nō eſt omnino noua, ſed à præſenti dependet, tunc trahitur ad ius futurum poſtea ſuperuentum ex cauſa, quæ iam erat de præſenti, vt eſt doctrin. Bar.in l.ſi ita eſſet.num.3.verſic.item fallit ſi eſſet de acceſſionibus.D.de aur.& arg.legat.

Preterea illa doctorum aliquorum concluſio, quòd debitor in diem vel conditionalis non dica-
7 tur debitor, fallit, quando ſumus † in vltimis voluntatibus. Iacob. Nigri in repetit.l.1. D. ſi cert.petat. nume. 77. vbi exemplificat ſi teſtator mandat ſatisfieri omnibus debitoribus ſuis, quia veniunt etiā conditionales. poſt Ioan. Andr. Paul. de Caſtro Alexan.& alios in l.ſi ita ſtipulatus.§. cum ſtipulamur.de verbo.obliga.preſertim ſi eſſet debitor ſub conditione certa, & omnino extitura, vt dicit Iacob.Nigri dict.num.77.verſi.3.limita.per l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione. D.de nouat.

Et quando conſideratur creditor conditionalis in ius pretendens, non autem vti exigibile, tunc appellatione creditoris venit etiam cōditionalis. Iaſ. in d.l.ſi ſtipulatus.§ cum ſtipulamur. D.de verbo. oblig.Iacob.Nigri in d.l.1.nu.78. in fi.

Et ex his cenſuit Senatus omnia debita illius teſtatoris ſiue pura, ſiue in diem, ſiue conditionalia venire in hoc legato, idque etiam ſi non dixiſſet
8 omnia, cùm † indefinita æquipolleat vniuerſali etiam in teſtamentis, niſi aliter de mente teſtatoris appareat.Bart.in l.ſi plures. 96.D.de lega.3.

Maius dubium eſt, ſi dicatur quicquid mihi Lucius debet, & is poſſideat fundum meum, & rei
9 vendicatione vti poſſem, an veniat † hoc in legato.& Gofred.d.l. ſi ita legaſſet.dicit, quòd non, ſed putarem contrarium, & ita tenet D. Præceptor meus Alciat.in l.creditorem. de verborum ſignificatio. vbi vide.

Probans ſemiplenè ita, vt ſit locus iuramento ſuppletiuo, an obtineat in expenſis.

DECISIO CCXXXVI.

1 *Probans per vnum teſtem ſi obtineat medio iuramento ſuppletiuo, an obtinere poſſit in expenſis. & num.2. & declaratur.nu.3.*

PRO-

PROBANS per vnum teſtem,
adeo, quòd ſit locus iuramento
1 ſuppletiuo. non obtinet † in ex-
penſis, ita ſimpliciter tenet Alex.
in l. properandum. §. ſinautem,
alterutra nume. 17. verſic. ſubdit
etiam. C. de iudi. dicens hoc eſſe
ſingulare dictum Bald. in auth. generaliter. colum.
5. C. de epiſc. & cleric. & Alexan. ſequitur Iaſ. dict.
§. ſinautem. colum. 4. verſi. 5. fallit. allegans ad hoc
tex. in l. eum qui iurauit. D. de iureiur. vbi habetur;
quòd ille, qui condemnatur in actione, quæ per in-
ficiationem duplicatur, ex iuramento ſuppletiuo
non condemnatur in duplum, ſed in ſimplum ea
ratione, quod videatur ſufficere ſi obtinet actor
in principali, virtute ſui iuramenti, cùm non ha-
beret aliunde plenam probationem.

2 Exaduerſo dicebatur, † hanc regulã non eſſe per
petuò veram, & procedere tantummodo, quan-
do ſuccumbens aliquid etiam præſtitit parte ſui,
vel ſi agitur de facto alieno, nõ autem de proprio
ipſius ſuccumbentis, & ita videtur velle Bald. in d.
auth. generaliter. verſic. 6. oppono. ibi aut nulla eſt
coniectura. iunctis his, quæ dicit colum. 3. verſic.
ex prędictis. quem ad hoc citat Alex. conſilio 183.
in cauſa, & lite. colum. 4. numero 15. verſic. ſubdo.
quòd ſtantibus prędictis. propter quas authorita-
tes ita tenebar diſputando Illuſtr. D. Senator Cra-
ueta. Verùm non obſtante hac diſtinctione Bald.
poſt longam ſuper hac re diſputationẽ, cùm hæc
quæſtio ſępe in iudicium deducatur, tandem cen-
ſuit Senatus expenſas omnes compenſandas, &
ita ſemper vidi obſeruatum, quod tamen decla-
3 ratur niſi ille † qui obtinet, aliquid plus quàm ſe-
miplenè probaſſet, & ſuccumbens nihil omnino
pręſtitiſſet, & ita videtur innuere Bal. d. auth. gene-
raliter. colum. penult. dum dicit, quòd ſi vterque
ſemiplenè probat, & vni ipſorum deferatur iura-
mentum ſuppletiuum, compenſantur expẽſæ. In-
telligendum eſt dictum Bald. ibi quòd illo cui de-
fertur iuramentum aliquid plus quàm ſemiplenè
probante, neutri deferretur iuramentum. Et ſecun
dum hanc declarationem, & moderationem vi-
di Senatum ſæpius iudicaſſe.

Dos data filiæ an imputetur nepotibus in legitimam, ipſis agentibus mortua matre ad hæreditatem aui.

DECISIO CCXXXVII.

1 *Dos data filia imputatur illi in legitimam.*
2 *Dos data filia an imputetur nepotibus in legitimam, dif-*
ficilis quaſtio.
3 *Dos data filia imputatur nepotibus in legitimam iure*
communi inſpecto, per quod dos ad patrem redit.
4 *Dos mortua filia imputatur nepotibus in legitimam, etiã*
ſi iuxta opinionem Martini non reuertatur ad patrem,
ſed contra nu. 5. & nu. 6.
7 *Filius hares matris tenetur imputare in legitimam do-*
tem, quam ab auo media perſona matris eſt conſequu-
tus.
8 *Dos imputatur in legitimam nepotibus, etiamſi extet ſta-*
tutum, vt filij lucrentur ipſam dotem. Idem ſtante ſti-
pulatione patris ſibi reddi. nu. 9.
10 *Stipulatio patris eſt attendenda in ea quaſtione, an nepo-*
tes debeant imputare dotem matris in legitimam.
11 *Dos data filia an imputetur in legitimam nepotibus ſi pa*
ter ſibi, ſi filia ſine liberis deceſſerit, dotem reddi fuerit
ſtipulatus.
12 *Dos data filia non imputatur nepotibus in legitimam,*
quando pater dotem filia reddi eſt ſtipulatus.
13 *Dos data à matre filia non imputatur in legitimam nepo-*
tibus.
14 *Dos data filia non imputatur in legitimam nepotibus, ſi*
filia ſit ſui iuris.
15 *Nepotes ſuccedentes auo cum patruis tenentur imputare*
dotem matris in legitimam.

DOS, data fuit à patre filię, quam
1 eidem † filiæ in ſuam legitimã
imputari certum eſt, prout etiã
imputatur in legitimam nepTis,
ſi auus ipſi nepti dotẽ dediſſet.
l. quoniam nouella. C. de inoffi.
teſtam. Sed quærebatur in con-
tingentia facti, ſi filia moriatur ante patrem, nun-
2 quid nepotes ex ipſa filia teneantur † imputare do
tem datam matri in eorum legitima. Quęſtio hęc
difficilis eſt, vt dicit Imol. in l. in quartam. ad l. Fal.
colum. pen. verſi. vlterius & dubia ac quotidiana.
Alex. in l. poſt dotem. colum. penult. D. ſolut. matr.
& diſputabilis, vt inquit Iaſ. in l. quoniam nouella.
nume. 6. C. de inoffic. teſtamen. Corn. conſil. 190. in
princip. lib. 2. & adeo difficilis, vt pro ea intelligen-
da Bar. noctes inſomnes duxerit, vt ipſe teſtatur in
l. in quartam. num. 12. & eſt quæſtio ſubtiliſſima, &
frequentiſſima, ſecundum Rip. qui latiſſimè eam
examinat in dict. l. in quartam. numer. 189. eſtque
ſatis ardua, & frequens, vt vult Dominus Præce-
ptor meus Socin. iun. in dict. l. in quartam. numer.
138. & Michael Graſſ. in §. legitimã. quæſt. 24. num.
6. Subdens, quod moderni in ea vix audent figere
pedem, idcirco conueniens duxi, latius de ea ver-
ba facere, vt quid iudicandum ſit, facile bonus iu-
dex ſine labore ſcire poſſit. Et iudicio meo videtur
diſputatio hęc potius intricata, quàm difficilis, ſe-
paratis enim caſibus, veritas & difficultas in paucis
conſiſtet, propterea Socin. pro eius intelligentia in
l. in quartam. numer. 138. cum multis ſeq. vbi per
quatuor ferè colum. quæſtionem hanc examinat,
ponit ſex caſus, quos ferè ad literam, & eodem or-
dine repetit. Graſſ. d. quæſtio. 24. Ego verò clarius
procedendo iuxta ſtilum meum deſumptum à
Felyn. Iaſ. & Gabriel. conſtituam regulam cum ali
quot ampliationibus, & fallentijs, in quibus om-
nes caſus à Doctoribus tractatos excutiam.

Pono itaque regulam affirmatiuam cum Bart.
quę eſt, quòd hæc dos imputetur in legitimam
nepotum,

3 nepotum, † inſpecto ſcilicet iure communi, per quod diſponitur, dotem à patre datam de ipſius bonis vti profectitiam, mortua filia ēt cum liberis, redire recta via ad patrem, & auum.l.dos à patre.C.ſolu.matrim.vbi glo.& Doct.omnes, de qua latè dixi infra quæſtione.190.Dos à patre.Hęc concluſio ab omnibus approbatur, & clara eſt, & indubitata,& eam tenent Bar. Alexan.Socin.Barba. Bertran.Corn.Alciat.Piecus. Fernand. Non. Fabia, Corras. Rip. & alij paſſim à modernis citati, quibus addo Marant.quæſt.10. nu.32.

Et indubitatam dicit Dec.in l.illam.colum.pen. C.de collatio.nu.16. circunſcripta opinione Martini,de qua dicā infra, & hoc caſu nepotes cū reperiant hanc dotē in bonis aui,nulli dubiū quin ſi ipſam dotem accipiant,eam ſibi imputent in legitimam, & hanc opinionem eſſe communem omnes affirmant in dict. l. in quartam. vt per Socin. ibi numero 138.& Doctores in dict.l.illam.Quinimo neminem ab ea diſſentire teſtatur. Grati. dicta quæſtio.24. nume.6.& 14. verſi.ſextus caſus.quod ſi illa dos excedat ſuam legitimam,manebit apud alios deſcendentes aui pro eorum rata.

Amplia hanc concluſionem eo clarius procedere,quando pater ſtipulatur ſibi reddi, quia tunc clarum eſt,quòd nepotes tenentur imputare in legitimam, vt per Alexan.in l.poſt dotem.num.25. verſicu.tertio limita. D.ſolut.matrimo. poſt Ioan. And.Cyn. Butrig.& Bart.per eum relatos,& idem ſi pater ſtipuletur illi, vel illis cui de iure.Curt.iun. conſi.180.colum.3.poſt Dec.conſi.181.inſtrumentum promiſſionis. circa finem, de qua re dicam infra.

4 Amplia hanc regulam, vt procedat, † etiā ſtante opinione Martini, de qua in dict. l. dos à patre. quæ eſt,quod dos profectitia deueniat ad liberos, & deſcendentes ipſius filię,non autem ad patrem, quæ opi.vbique de conſuetudine obſeruatur, non inductiua,ſed potius interpretatiua iuris commu. vt dicit Alexand.in l. poſt dotem.numero 26. vbi Franciſc.Curt.in ſuis additio. D.ſolut.matrimo. & diximus dicta deciſio.190. nume.5. & ita hanc regulam firmat Barto. in dict.l. in quartam. colum. penult.& in conſilio 190.libro 1.incipiente. Gibertus.aliàs incipit, pater dedit dotem. vbi latè eam legibus, & euidentiſſimis, & vrgentiſſimis rationibus comprobat, & fuit originalis opin.Iacobi Butrig.& Bar.ſequuntur Pau. de Caſtr.qui dicit hanc opinio.veriorem.Roma.Alexan.& alij, quos citat Dec.in dict.l.illam.ſubdens,quod licèt articulus ſit diſputabilis,tñ ab ea non ēſt recedendum, & pro hac opin. conſuluit Alex.conſilio 14.libro primo. Caſtren.conſil.108. Dubitatio præſentis.colum.1. libro ſecundo. & ipſemet Bald. conſilio 463. Secundæ vxori.libro 4. Corn. conſilio 190. pro deciſione.libro 2. & infiniti alij antiqui, & Modern. Et quod hoc caſu communis opinio ſit cum Bart.teſtatur Rip. dict.l.in quartam.nume.189. & nume. 191. dicens, quòd idem tenet Bertran.conſilio 86. & 126.libro 3.& communem teſtatur Barbat.conſilio 40. illud afferam.libro 2. vbi lariſſimè examinat. Dec.conſilio 181.verſic.tertio reſponderi poteſt. Fabia.in anthen.nouiſſima. nume.706. Nouel. conſil.49. Et valde conſonam æquitati dicit Fulg. conſilio 10.circa fin. & conſil.86. ſubdens opinionem Bart.ſibi ſemper placuiſſe, licèt opinio Bald. ſit communis ſecundum ipſum, & hanc opinionem Bart.etiam magis communem teſtatur Soc. iun.in dict.l.in quartam.nume.142.verſi.ſextus caſus.& verſic. ſecundo facit. Peruſi.in dict.l.in quartam.num.381.Berengar.ibidem artic.3.nume.101. Alciat.regula prima. præſumptione. 17. Fanut. in tracta.de dote. quæſtio. 11. nume.8. poſt Bertran. conſilio 138.num.4.verſi.ad tertium.& conſi. 142. & 177.& Curt.iun.conſilio 180. colum.3. Et ratio eſt,quia ſecundum communem opinionem tunc filij non habent eam dotem tanquam hęredes matris,ſed conſuetudo dotem illam de iure reuertentem ad auum eam auocat ab auo, & ex quadam æquitate poſthabito iuris rigore dat nepotibus, prout dicit Bar. in dict.l.in quartam. Alex. in dict.l. illam.& communiter Doctores,præſertim Angel. & Caſtren. & alij,quos citat idem Alex. Caſtrenſ. conſilio 145.viſis.colum.2.libro 1.Curt. iun.conſil. 180.colum.3.Rip.dict.l. in quartam. nume. 191. & alij Doctor.ſupra relati, qui ſequuntur Bart. quinimo ipſemet Bald. contrariæ opi.aſſertor hoc fatetur in dict.l.quoniam nouella.nu.7.præſertim ſi filij proteſtentur nolle eſſe hęredes matris,ſed habere dotem ab auo ex conſuetudine Martini. Alex. dict.l.poſt dotem. num.28.verſic. viſis de materia. De qua tamen ne ego dubitarem ex eo, quòd dos dicatur proprium patrimonium filiæ, niſi reſpondeatur, quod ſit patrimoniū ipſius filiæ poſt mortem aui,non autem eo viuo, ideoque de ipſa dote profectitia non poteſt teſtari ſecundum aliquos, & fortè magis communiter, vt alias ſcripſi.

Sed contrariam opinionem, quod ſtante conſuetudine Martini nepotes videantur habere do- 5 tem † tanquam hæredes filiæ, & quòd conſuetudo faciat ipſos hæredes, & habeant dotem tanquam quid aduentitium à matre,& de bonis maternis, non autem ex ſubſtantia, & bonis aui, dicunt multi Doctores, præſertim Bald. in dicta l.illam.& Imol.in dicta l.in quartam. colum. penulti. verſicu. ſecunda opinio. poſt Iacob. de Beluiſ. & Bartol. idem videtur ſentire licèt non ſatis clarè in dicta l.poſt dotem. colum.penult. Bald. in l. quoniam nouella. C.de inoffic. teſtamen. & ideo non teneantur eam imputare in legitimam, & hanc opinionem comprobat Bald.multis rationibus, & argumentis in dicta l. illam. dicens hanc fuiſſe originalem opinionem Iacobi de Beluiſio, & quòd Iacobus Butrigarij deceptus imagine falſi, & ſtudio contradicendi contrarium tenuerat, quem Bartol.ſequutus fuerat,ſed in hoc Bartol. nimis errauerat, ſubdens, quod Bartoli rationes ſunt potius fantaſticæ,& coloratæ quàm ſubſtantiales,qd mirandum eſt cùm ipſemet Bald. in conſilio 220. iſte Dominus Chriſtoforus.colum. ſecunda. libro ſecundo affirmet, quòd Bartol.non fuerit Doctor fantaſma,ſed valde ſubſtantialis,& Bald.licèt titubando ſequitur Cuma. in conſilio decimo. in Ciuitate Laudi. colum. ſecunda. dicens commu-

nem

nem præſuppoſito, quòd ſint hæredes matris, & hanc opinionem veriorem dicit Thob.Non. conſilio 49.nu.1.

6 Certè veritas huius quæſtionis † dubia eſt, & obſcura, & in ea ſe torquent Doctores, nec mirum, ſiquidem quælibet ſententia habet ſuos authores, & equidem claſſicos, & in ſua opinione pertinaces, & quod imputetur firmat Iacob.Butrig. cuius opinionem Bartol. non ſolùm validis rationibus tuetur, ſed in ea adeo perſiſtit, vt argumentis aliorum reſpondere ſatagat, & affirmet ſe ſemper Ita ꝯſuluiſſe, & cōſulturum, & hanc eandem Butrig. & Bartol. ſententiam defendit Barbat. per multas colum.dicto conſi.40.illud afferam. libr. ſecundo. ſubdens malè dixiſſe Bald. qui inuehitur contra Iacob.Butriga.dicendo, quòd non veritatis, ſed ſtudio contradicendi Iaco. de Beluiſ. ita conſuluerit, quia vt ibi inquit Barbat. colum.tertia. verſicu. & adduco.ille Butrigarius fuit principalior homo Italiæ ipſiusmet Bal.teſtimonio.in l.quicunque. C.de epiſc.& cler.

Hic articulus adeo dubius eſt, vt Soci.iun. qui diligenter, & ſubtiliter eum examinat per duas, vel tres colum.in dicta l.in quartam. numero 142. reſpondendo modo vni modo alteri parti, dicat vtranque opinio.poſſe teneri, licèt ipſe proclіuior ſit in opinione Bartol.& magis communi, quæ mihi videtur æquior, & verior, & cum ea vti communiori inclinabat Senatus totus, quando non ſumus in caſu limitationum, aut ſtipulationum, de quibus infra dicam.

Caſtren.conſil. 145.viſis, & conſideratis. colum. prima.libro primo.& quidam alij ex Doctor. exiſtimauerunt Bartol. & Bald. non eſſe in hac quæſtione contrarios, & conantur eos concordare, ſed certè hoc eſt falſum, cùm ipſemet Bar.dicat, quòd multi Doctores tenebant contrarium eius, quòd ipſe conſuluerat, & quamuis loquatur obſcurè, tamen aliqui volunt, quòd inter illos Doctores Bartolus intelligat de Bald. vt dicit Nicol. de Vbal. de ſucceſſio. ab inteſtato. parte prima. quæſtione tertia.numero 14. Item ipſemet Bald. expreſsè reprobat Barto. dicens, quòd in hoc nimis errauit, quare inficiari non poſſumus, quin ſint contrarij in hoc principali articulo conſuetudinis Martini.

Amplia dictam regulam, quòd nepos teneatur
7 imputare in legitimam, etiam ſi ſit hæres † matris, non quidem ratione dotis, ſed ratione aliorum bonorum aduenticiorum, tunc enim cùm eā dotem habeat non vt hęres, vt habet alia bona matris, ſed virtute conſuetudinis tanquam de ſubſtantia aui tenebitur imputare, præſertim ſi de alijs bonis inuentarium fecerit, & dotem ab alijs bonis ſeparauerit. per titulum de ſeparatio. & hoc videtur ex mente Imol in dicta. l.in quartam. colum. penult. verſi.vlterius.vel ſi nepotes proteſtentur nolle habere dotem vti hæredes matris, ſed virtute conſuetudinis, vt dicit Alex. in d.l.poſt dotem. nu.28. ver.& contra Rom.facit.

Quinimo etiam ſi demus veram eſſe opinionem eorum, qui dicunt nepotem eſſe hæredem

matris

matris in ea dote, cùm tamen proueniat ex ſubſtantia aui, putant aliqui etiam eſſe imputandam. Bartol.in dicta l.in quartam. numero 12.quem ita ibi intelligit Imol.& ita tenet Rip.in dicta l.in quartam.numero 193.194. & ibidem Pic.numero 235. poſt Imol. conſilio 63.in caſu præmiſſo, Cuma. conſilio 86.circa primum.Caſtren.in conſilio 248. Et hanc opinionem multis argumentis defendit [redacted] additio. ad Alexan. dicto conſilio 24.libro primo. & plenius in ſuis coment. ad conſuetud. Pariſien.§.125. Sed in hoc, quando dotem habet nepos vti hæres matris, & non virtute conſuetudinis, cùm opinio communis ferè omnium Doctorum ſit in cōtrarium, licèt exiſtimem opinionem Bartol. [redacted] veriorem, & æquiorem, ab ea tamen communi opinione in iudicando non recederem, & in iſto caſu Senatus in hac ſententia perſiſtebat, communis enim error facit ius.l.Barbarius. D.de offic. prætor. Videntur enim communiter Doctor. hoc firmare, vt quomodocunque nepos ſit hæres matris in ea dote, in qua ex communi opinione mater habet hæredem. Alexan.dicta l.poſt dotem.numero 24. nunquam teneatur illam imputare. Ita Caſtren. in conſilio 251. Cuma. & alij relati per Dec. in dicta l. illam. colum. fina. qui dicit eſſe communem, ſequitur Rip.dicta l.in quartam.numero 193.198. Dicens in hoc nullam eſſe controuerſiam, ideo vt teneatur imputare ſtandum erit in eorum ſententia, qui dicunt, quòd non habet vt hæres matris: Dicuntur autem nepotes venire ad dotem vti hæredes matris, quando omnino dos erat matris, vt quia emācipata.Caſtren.d. conſi.145. libro 1.col.2. vel filiæ à patre donata, vt infra dicetur.

8 Amplia quartò, etiamſi talis † conſuetudo Martini redacta ſit ad ſtatutum, quia eundem effectum habet ſtatutum cum conſuetudine in hoc caſu. Caſtren.conſilio 108.Dubitario.lib. ſecundo. Anchar. conſilio 50. Viſis. verſiculo nam ab ipſo Bartol.poſt Iacob.de Beluiſio.& Bald. ibi relatum, & idem Anch.conſilio 315.Dominus Bart.colum. fina.verſicu.ergo hanc. Rip.dicta l.in quartam.numero 194.poſt Benedi.Capram, & alios ibi relatos. Curt.iun.conſi.180.præſupponitur in facto.

9 Amplia quintò, quando † pater ſtipulatus eſt ſibi in oēm euētum reddi dotem, tunc enim dubiū non eſt, quin nepotes ſi habent dotem illam teneantur imputare in legitimam aui, & hunc caſum eſſe extra omnem controuerſiam dicit Socin.iun. dicta l.in quartam. numero 141. verſicu. quartus caſus.& Graſſ.dicta quæſtione 24.numero 12.verſicu.quartus caſus.poſt Dec.in dicta l. illam. in primo caſu.& in hoc omnes Docto. conueniunt, vt dicit Rip. d.l.in quartam.nu.189.

Amplia ſextò, ſi pater ſtipulatus eſt dotem reſtitui liberis, ſiue nepotibus ſuis, quia tunc certum eſt, quòd illam habent ex prouiſione aui, & hanc ampliationem de plano procedere dicit Corne. conſilio 90. numero quarto. libro ſecundo. Socin. dicto numero 141. verſicu.quintus caſus. & Graſſ. dicta quæſtione 24. numero 13. Vnde diligenter
10 † attendenda ſunt verba paternæ ſtipulationis,

quia

quia ferè ſemper ab illis pendet hæc quæſtio, nunquid ſit imputanda dos, vel non, vt dicit Dec. in dicta l. illam. colum. penult. Rip. dicta l. in quartam. numero 196. verſicu. forma itaque ſtipulationis. quòd ſi maritus fateatur recepiſſe dotem à patre & à filia, videtur habuiſſe à quolibet eorum dimidiam, ideoque illa dimidia, quam habuit à filia, nõ erit imputanda. Alex. in dicto conſilio 24. libro 1. Si autem pater ſimpliciter dat dotem ſine aliquâ ſtipulatione (quòd raro euenit,) tunc ſuccedit illa terribilis diſputatio inter Beluiſium, & Bulgarum, Bartolum, & Baldum, de qua ſupra dixi inſpecta conſuetudine Martini. Si verò ſtipulatur pater ſibi, vel filiæ, vel liberis filiæ, vide ſingulariter Caſtren. dicto conſilio 108. d[redacted]olum, prima. verſic. plus videtur. Quid autem ſi ſtipulatur illi, vel illis, cui de iure, quod hoc caſu intelligatur ſtipulatus, iuxta conſuetudinem. Martini, & conſequenter, quod imputent. Alex. dicta l. poſt dotem. numero 26. dicens eſſe mirabile dictum Bald. & menti tenendum. Rip. in dicta l. in quartam. numero 189. Quid ſi pater ſtipulatur filijs filię? tunc videtur imputandum Barto. in dicta l. in quartam. vbi Imol. colum. fina. verſicu. ſi autem voluiſſet. & quamuis Ange. ibi voluerit contrarium, quia donatio ab initio valuerit, tamen putarem opinionem Barto. & Imol. veriorem, & æquiorem. Quid ſi ſtipuletur filiæ, & eius hæredibus? quòd non imputentur tenet Rip. dicta l. in quartam. numero 194. poſt Anchara. conſilio 50. viſis diligenter. Et ſi ſtipuletur pater reddi filię & liberis, locus erit imputationi, quia nepotes habent non ſolùm ex ſubſtantia, ſed ex prouidentia aui, non vti hæredes matris. Rip. in d. l. in quartam. nu. 196. poſt Corn. conſilio 190. pro decisione. lib. 2.

Amplia ſeptimò, vt omnia quæ dicuntur in dote data filiæ procedant etiam in donatione propter nuptias data filio, vt dicit ibi Rip. num. 189. & ſeq. poſt Bertran. conſilio 163. libr. 2. in quarto dubio. per rationes ab ipſo Ripa allegatas quas, non tranſcribo, & hęc concluſio iudicio meo non habet difficultatem.

11 Amplia octauò, quando pater ſtipulatus † ſit ſibi. ſi filia ſine liberis, &c. cẽletur enim filiæ donata dos. Barbat. conſil. 40 libro 2. verſicu. ſed ſi quiſpiam. quia hoc caſu remanet nepotibus vti hæredibus matris, & communem dicit Socin. iun. dict. l. in quartam. numer. 140. poſt Alex. Corn. Ruin. relatos per Graſſ. dict. quæſtio. num. 10. per tex. in l. inter ſocerum. §. cum inter. D. de pact. dotal. Rip. dict. l. in quartam. numer. 193. Hanc tamen ampliationem ego non puto verám, ſiquidem hoc caſu apparet, quod pater nullo modo voluit ſtipulari ſibi, ſed filiæ, & nepotibus ex filia, quo caſu cùm nepotes habeant dotem ex pacto; & prouidentia aui, & de ſubſtantia eiuſdem, certum eſt, quòd teneantur imputare. Nec ob. l. inter ſocerum. §. cum inter. D. de pac. dotal. quia ille tex. hoc non dicit, ſed potius contrarium infert, quòd pater hoc modo ſtipulando videtur ſtipulari liberis non autem filiæ.

Amplia nono opinionem Bart. vt nepotes teneantur imputare, quando filia pro ſe, & hæredibus ſuis renuntiat in fauorem patris, & hæredum ſuorum, vt cõmuniter ſolet fieri. Ita ſingulariter tenet Curt. iun. conſilio 180. colum. 3. verſic. accedit ad confirmationem. per rationes, quas ibi adducit, quas non repeto, quod habet locum ſi filij ſint hæredes, ſecus fortè ſi veniant iure proprio.

Fallit primò dicta regula, & limitatur, vt non procedat, quando pater expreſſè, vel tacitè ſtipulatur dotem reddi filiæ: nam tunc cùm filia eam dotem habeat præcipuam ex donatione aui per legem Pomponius Filadelphus. D. famil. erciſc. & ſic nepotes habeant ex ſubſtantia filiæ, nõ ex ſub-
12 ſtantia aui, † non tenentur eam imputare in legitimam, dicitur enim peculium aduentitium ipſorum nepotum, quod imputari non debet, ita tenet Caſtren. in l. quoniam nouella. C. de inofficio. teſtamen. & in d. l. illam. dicens hoc fuiſſe de mente Bar. in l. poſt dotem. colum. penult. D. ſolut. matrimon. idem tenuit Alex. conſilio 24. libro 1. Caſtren. conſilio 108. dubitatio. libr. 2. ſequitur Dec. in dict. l. illam. colum. penult. poſt alios ab eo relatos, & Imol. in dict. l. in quartam. col. pen. ver. ſecunda fuit opinio. poſt Iacobum de Beluiſ. & Barto. in d. l. poſt dotem. Bald. in l. quoniam nouella. & in dict. l. illam. poſt Iacob. de Beluiſ. & Iacobum Butrig. & Angel. in dicta l. in quartam. Hanc etiam opinionem tenet Alexan. in dicta l. poſt dotem. numero 30. & in dicta l. illam. numero 11. verſicu. niſi alius. citans Doctores ſupra relatos, ſubdens, quòd ita communiter tenent moderni, vt ibi per eum. col. penulti. verſicu. iſtud etiam. & Anch. conſ. 47. viſis diligenter. & idem Alex. ſequitur, & dicit communem conſi. 24. viſis dubijs. libr. 1. Dec. dicta l. illam. nume. 16. poſt Bald. Caſtren. Anchar. Cuma. Corn. quos ipſe citat. Ruin. conſilio 148. nume. 7. libro 5. 187. nume. 5. verſi. ſed pręmiſſis. lib. 2. Cęphal. conſilio 613. numero 27. Crauet. conſilio 555. & dicit commu. Socin. iun dict. l. in quartam. nume. 140. Pariſ. conſilio 60. numer. 46. qui etiam atteſtantur de communi, & hoc caſu opinionem Bald. eſſe indubitatam, quòd non fiat imputatio, tenet Fulg. dicto conſilio 10. in fin. & Com. 86. Corn. conſilio 149. in fin. libro 4. Thom. Parpal. dict. l. illam. in fin. & communem etiam dicit Graſſ. dict. quæſtio. 24. nume. 8. verſi. tertius caſus. poſt Alexan. conſil. 123. libro 4. Noni. conſilio 49. num. 4. & in practica ab hac limitatione non eſſe recedendum poſt Socin. iun. & Picum ibi relatos. Et idem erit ſi ſtatuto, vel alio quouis modo dos ad filiam ſpectet, tūc enim nepotes non imputant. Fanut. de dot. glo. 11. numero 7. & 8. Quamuis & hæc opinio apud me ſit valde dubia, cùm Bartol. in dict. l. poſt dotem. eam non firmet, & idem in l. in quartam. Caſtrenſ. conſilio 248. quinimo eam validiſſimis iuribus, & rationibus impugnat [redacted] additio. ad Alexan. dict. conſilio 24. libro 1. omnino videndus. Verùm cùm in hoc articulo opinio Bald. & ſequacium ſit communis, & ab omnibus ferè recepta, eſſet contra ſtimulum calcitrare contra eam iudicando, vel conſulendo. Et idcirco Senatus in cauſa de Podio Varini, & in alia cauſa Villęnouę, referente Doctiſſimo Domino Goueatio tranſiuit

cum

cùm hac communi limitatione, & cùm eadem cauſa per reuiſionem penderet coram toto Senatu, fuit per duas ſeſſiones diſputata, & tandem cõfirmata prima ſententia Senatus, referente Domino Cortina, die 17. Ianuarij 1590.

Prædicta tamen intellige, ſi filia eſt præſens ſtipulationi paternæ, ceterum ſi ſit abſens, & moriatur antè acceptationem, non acquiritur dos ipſi filiæ, perinde ac ſi non eſſet facta ſtipulatio, & conſequenter nepotes imputabunt in legitimam. Bar. dicto conſilio 40. numer. 5. 6. 7. Verùm in hoc Dec. tenet contrarium in dict. l. illam. colum. fin. verſic. & ampliatur. dicens, quòd fauore dotium quæritur filiæ, et abſenti, & hanc opinionem Decij puto veriorem, præſertim quando pater ita ſtipulatur cum interuentu Notarij ſtipulantis pro abſente ex his, quæ dixi in alia deciſione mea 70. incipien. Donatio abſenti.

Hanc limitationem amplia procedere, & ſi pater mandaret, quòd nepos imputaret. Caſtren. conſilio 145. viſis. libro 1. colum. 2. verſic. & iſto caſu. Quòd tamen ego non crederem verùm, ſi in ipſa datione dotis, & ſtipulatione pro filia pater ita ordinaſſet, tunc enim videretur dotem donaſſe filiæ cum ea conditione, vt nepos imputaret in legitimam, potuit enim à principio hanc legem apponereq; prout poſſet in donatione facta filio, quæ imputarẽ ſi pater ita donaſſet, vt imputaretur, per Doct. in dict. l. in quartam. toto titul. C. de donatio. quæ ſub mod.

13 Fallit ſecundò, vt non procedat † opinio Bar. & communis in dote data à matre ipſi filiæ, vel à maternis aſcendentibus, tunc enim talis dos eſt aduentitia, ideo non imputatur, vt per Socin. iun. dict. l. in quartam. nu. 138.

14 Fallit tertiò, quando † datur dos filiæ emancipatæ. vel aliàs effectæ ſui iuris, vt in ſtatuto Piſano, quo liberatur mulier nupta à poteſtate patris, tũc enim nepotes non imputant dotem matris in legitimam aui. Dec. dict. l. illam. colum. fin. Socin. iun. dict. l. in quartam. num. 138. Graſſ. dict. quæſtio. 24. verſi. primus caſus. & idem ſi poſt dotem datã filia emancipetur, vt per Socin. & Graſſum, & alios ſupra relatos; & cum iſtis limitationibus tanquam claris, & indubitatis tenent Doctor. ſupraſcripti poſt Picum dicta l. in quartam. num. 226. 234. ſubdens Socin. iun. dict. nu. 138. quòd in practica non eſſet ab eis recedendum.

Fallit quartò, vt omnino, & indubitanter nepo-
15 tes non imputent, quando ſuccedunt † cum alijs nepotibus, qui ſunt in pari gradu, non autem ſi veniant cum patruis ad hereditatem aui: nam tunc quando concurrunt cum nepotibus cùm ſuccedant non repræſentando perſonam matris, ſed iure proprio venianr, non tenentur imputare, ſed ſi venirent cum patruis, & ſint in remoniori gradu, & neceſſario repræſentent matrẽ, tunc ſicut mater imputaret per dicta l. quoniam. in nouella. C. de inofficio. teſtamen. ita etiam ipſi tenerentur imputare, iſta fuit originalis diſtinctio Baldi in dicta l. illam. & conſi. 342. Caſus. lib. 2. quam ſequitur Sali. dict. l. quoniam nouella. & in l. ſcimus. C. de inoffi. teſtamen. Imol. dict. l. in quartam. colum. penult. qui dicit æquam, & rationabilem. Benedic. in cap. Raynutius. parte tertia. num. 8. & illam ſequitur, & communem teſtatur Dec. in dict. l. illam. circa fin. Socin. iun. dict. l. in quartam. num. 141. verſic. & licet. ſubdens, quod tota hæc quæſtio pendet ab illa diſtinctione Bald. & eam ſequitur Rip. dicta l. in quartam. numer. 198. poſt Imol. Salicet. Anchar. Corn. Capr. Plumb. Sperell. & alios per eum relatos, quamuis contrarium teneat Fulgoſ. & Roma. quos refert, & ſequitur Alex. in dict. l. illam. verſic. nec eſt bona diſtinctio. quam Baldi diſtinctionem etiam reprobat Nicol. de Vbald. de ſucceſſio. ab inteſta. par. prima. quæſtione 3. nume. 24. Quòd ſi extraneus fuit ab auo inſtitutus, quòd tunc nepotes non imputent, tenuit Fulgoſ. in dict. l. quoniam nouella. quem refert ibi Caſtrenſ. in fin. Rip. dict. numero 198. & videtur habere equitatem licèt Caſtren. contradicat.

Plures alias quęſtiones in hac materia ponit Rip. in dict. l. in quartam. qui multum clarè, & magiſtraliter loquitur, & alij omnes repeten. Burſa. conſilio 179. nume. 22. 23. & ſequen. Riminal. iun. conſilio 379. num. 38. cum ſeq. lib. 4. Et quia omnino videndi erunt ab his, qui plura de hac quæſtione deſiderant, ideo finem facio.

Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, an includat patruum, ita vt ipſe matrem à Trebellianica excludat, ſi per ſtatutum legitimam conſequatur.

DECISIO CCXXXVIIII.

1 *Statutum ciuitatis Hipporediæ, matrem à ſucceſſione filiæ excludentis, declaratur.*
2 *Filiorum appellatione non veniunt filiæ in odioſis.*
3 *Statutum odioſum, & exorbitans ſtrictè eſt interpretandum.*
4 *Statutum excludens matrem eſt odioſum.*

STATVTVM Ciuitatis Hipporediæ, cuius verba licèt nõ ple-
1 nè recitat † Rube. conſilio 145. Tenor ſtatuti. dicit, quod mater non ſuccedat filijs, niſi in legitima, & tale ſtatutum ſit francum & præciſum. Mortua filia quam pater inſtituerat, & patruum ſubſtituerat, mater volebat hæreditatem filiæ, & teſtituere fideicommiſſum detracta legitima, & trebellianica, quæſitum fuit an id matri liceret.

Et in illius fauorem adducebatur, quòd ſtatutum excludit matrem à filiorum ſucceſſione, non
2 autem filiarum, quia † in odioſis filiorum appel-

latione non veniunt filiæ,l.2.D.de lib.& poſthum. Archid.in cap.ſi quis ſuadente.17. quæſtio.4.l.ſ. §. quare.vbi gloſſ.in verbo filia. D.de ventr.in poſſeſſ. mitten.Alciat.in l.1.D.de verborum ſignifi.Rol.in conſilio 73.num.22.& 23.per l.quiſquis. C.ad l.Iul. maleſta.

Item quia ſtatutum non dicebat expreſsè, quid dicendum, quando concurrebat patruus cum matre, ergo remanebat in diſpoſitione iuris communis, per quod matri legitima, & trebellianica debetur ſuper filij hęreditate.

Tertiò, quia ſtatutum iſtud licèt videatur fauorabile, cùm ex verbis eiuſdem addatur ratio fauore agnationis, vt per Roland.conſi.80. nume.5.lib. 4.poſt Rum.in tracta.de ſtatut.art.8.quæſtio.25.tamen cùm ſit exorbitans, & excludat matrem à lu-
3 ctuoſa filij ſucceſſione,† ſtrictè intelligendum eſt. Roland dict.conſilio 80.numer.17.lib.4 qui videtur loqui in caſu noſtro.Natt. conſilio 514. nume. 20. Et ideo ſi ſtatutum factum fauore agnationis dicit, quòd ſtantibus fratribus filia non ſuccedat, frater patris non excludet filiam. Roland.conſilio 156. per totum illud conſil.lib.1.

Quarto pro hac opinione allegabatur conſiliũ 145.Rub.qui multis alijs rationibus rem hanc pro matre defendit, & cùm ſit Doctor magnæ authoritatis, nec habeat contradictorem, non videbatur ab eius ſententia recedendum.

Pro patruo adducebatur, quòd ſtatutum illud erat factum fauore agnationis, ideo erat extendendum, ita vt patruus tanquam agnatus matrem excluderet de altera agnatione exiſtentem, & filiorum appellatione filiæ comprehenderentur ex vera interpretatione, de qua dixi latè infra deciſio.vl-
4 tima. Sed ad hoc reſpõdetur, quòd ſtatutum † excludens matrem eſt odioſum, vt per Nat.conſilio 514. numero 18. verſicu. & quod ſtatutum. poſt Ioan. Andr.& Ang ibi relatos, vnde licèt in capite fauorabili videatur poſſe latam capere interpretationem, tamen odioſum præponderat, cùm ſit in dubio facienda interpretatio, quæ iuri communi magis accedit.

Secundò, quòd verba ſtatuti videntur ſaltem tacitè includere etiam patruum ad excluſionem matris, cùm generaliter matrem excludat à ſucceſſione. Verùm huic fundamento, & alijs reſpondebatur præſertim ex his, quæ latè ſcribit Rub. dicto conſi.145.

Cauſa hæc fuit diſputata, referente Domino Compatre meo D.Guerillo, & vota fuerunt ſecta, & ego cum alijs aliquot ex Dominis eramus cum opinione Rub.ſed cùm vota eſſent paria, nec vellem priuilegio Pręſidis vti, de quo aliàs dixi, procuraui, vt concordaretur, hortatuſque ſum ciues Hipporediæ, vt ad euitandum litium anfractus ſtatutum illud declararent iuxta opinionem Rubei, quæ videtur æquior.

Reductio ad æqualitatem an fieri poſſit, ſi multo tempore fuerit facta vno modo oneris diſtributi ſolutio.

DECISIO CCXXXIX.

1 *Onera alterius quis portare non debet.*
2 *Antiqua obſeruantia ſeruanda.& nu.10.*
3 *Immunitati præſcribitur per triginta.*
4 *Læſio probanda eſt habita conſideratione ad tempus alienationis.*
5 *Remedium l.2.C.de reſcind. vendit. procedit etiam in diuiſione.*
6 *Aequalitas in diſtributione ſeruanda eſt.*
7 *Grauamen vltra modum facultatum fieri non poteſt.*
8 *Cenſus diminuitur, bonis diminutis.*
9 *Præſcriptio non currit in actu reiterabili.*
11 *Tex.in l.qui ſe grauatos.C.de cenſib.examinatur.*
11 *Error calculi peti poteſt vſque ad triginta annos.*

VALLIS Peruſię in patria noſtra Pedemontana penes Pinarolium diuiſa eſt in quinque parochias, quarum caput eſt parochia Peruſiæ. Fuit inter dictas parochias illud antiquitus obſeruatum, quod in ſolutione taxarũ, & ſubuentionum occurrentium, quæ ſoluuntur Sereniſſimis Ducibus noſtris Sabaudiæ, vnaquæque parochia, (ſaluis duabus ex minimis, quæ faciebant vnum corpus in hac ſolutione) ſolita fuit ſolutionem facere pro quarta parte nulla facta diſtinctione facultatum, & honorum, ac redditũum ipſarum parochiarum. Accidit nunc, quod in ſoluendo taxu aureorum mille per dictam parochiã fuit iuxta ſolitum factum compartimentum, & aſſignata quarta pars taxus pro ſolutione ipſi parochiæ Peruſiæ. Dicta parochia reclamat ab hoc compartimento, dicens ſe grauatam, & habuit recurſum ad Senatum, coram quo petijt, quòd iſtæ ſolutiones, quæ fiunt per totam vallem, reducerentur ad æqualitatem, ita vt compartitio fieret ad plus, vel minus iuxta ſingularum parochiarum facultates, ne pauperiores ad inſtar ditiorum onerarentur. Reclamant aliæ parochiæ, ſed in progreſſu litis tres ex dictis parochijs liti renuntiant, & acquieſcunt petitioni Peruſiæ, vt fiat æqualatio petita, ſola Pinachia vna ex dictis parochijs remanet in cõtradictorio. Quæſitum fuit in relatione iſtius proceſſus, & cauſæ an eſſet concedenda æqualatio iuxta petitionem Peruſiæ, & plura hincinde per Dominos aduocatos amborum partium adducebantur.

Et in primis, quòd non eſſet facienda peræquatio in fauorem parochiæ Pinachiæ, ſequentia adducebantur. Primò, quòd licèt vallis prædicta generaliter diceretur Peruſiæ, nihilominus ipſæ Parochię

rochię

rochiæ inter ſe erant diuiſæ regiſtro, & finibus,
& nomine. Vnde etiam erat ſolutionum facien
da ſeparatio, cùm ſeparatorum diuerſum ſit iu-
dicium.vulg. l. Papinianus. D. de minor. & vnus
1 † non debet alterius onera portare, toto titu. C.
ne mai. pro vxor. & ne fil. pro patre. l. 1. C. vt null.
pro alien. debito conuen. lib. 11.

Secundo, quia ita erat per multos annos obſer-
uatum, vt parochia Peruſiæ concurreret integra-
liter pro quarta parte, nec vnquam fuerat recla-
2 matum, vnde erat hæc antiqua obſeruantia ſer-
uanda, præſertim cùm detur ſolus annus ad recur-
rendum in hoc caſu, per tex. expreſſum. in l. qui ſe
grauatos. C. de cenſib. libro 11. Barto. in l. formam.
§. ſi quis veniam. D. eodem. & cùm minimè mutan
da ſint, quæ antiquam formam ſemper habue-
runt, & diuiſioni præſcribitur per triginta. Cagnol.
in l. 2. numero 194. C. de reſcinden. venditio. prout
3 etiam ipſis † oneribus, ſeu immunitati, vt per Do.
Solam in gloſſ. decretorum. titu. de iure emphyt.
car. 42. numero 12. Et quamuis dici poſſet fuiſſe
fortè antiquitus id obſeruatum, quia facultates, &
redditus erant pares, ideo auctis vnius facultati-
bus eſſe etiam pro ſua portione in alterius exonus
contributionis portionem augendam. Tamen
reſpondebatur, quod iam facta erat diuiſio paro-
chiarum, quę inſtar erat alienationis. glo. in l. inter
omnes. C. de præd. minor. Bald. in l. generali. C. de
ſecund. nupt. Sed in alienatione non conſideratur
4 læſio ſuperueniens † ex poſt facto, ſed oportet il-
lam probare de tempore contractus, & ipſius alie-
nationis. l. ſi voluntate. C. de reſcindenda venditio.
capit. cum dilecto. capit. cum cauſa. & capit. ad au
res. de reb. eccleſ. non alien. Cagnol. in l. ſecunda.
numero 215. verſicu. primum eſt. C. de reſcinden.
5 venditio. cuius remedium † procedit etiam in con
tractu diuiſionis. Gozadin. conſilio 44. Cagnol. in
dicta l. ſecunda. numero 59. Ratio eſt, quia omne
commodum, & incommodum poſt cõtractum
contingens acquiſitori ſpectat. l. prima. C. de peri-
cul. & commod. rei vendi. & in ſimili Non. conſi-
lio 22. vnde fit, quòd ſi alicui conceſſa ſit immuni-
tas onerum, tamen ſi contingant caſus grauatorij
non extantes tempore contractus, nihilominus du
rat immunitas, vt per Domi. Ozaſc. deciſio. 91. &
quatenus augmentum aliquod ſit factum, eſt fa-
ctum induſtria hominum illius loci ita ſeparati,
vnde non eſt in alterius commodum producen-
dum. l. vnica. C. de alluuio.

Tertiò adducebatur in terminis conſi. Riminal.
iunior. 423.

Pro contraria verò parte, & in fauorem Peruſię
non minora adducebantur.

Et primo, quia ſumus in petitione æqualitatis,
6 quæ in oneribus diſtribuendis † ſeruanda eſt, cùm
nutritiua ſit, & conſeruatiua concordiæ. Soci. con
ſilio quarto. colum. quarta. libro quarto. aliàs con-
ſilio 51. nume. 8. libro 4. Crauet. conſi. 148. num. 13.
414. nume. 15.

Secundò pro hac parte videbatur tex. ſatis cla-
rus in l. omne territorium. C. de cenſib. & cenſitor.
libro 11. ibi,

Et quòd ſterilia ijs, quæ culta & optima
ſunt, compenſentur.

Cui conueniunt. l. omnes. C. de operibus public. l.
pro locis. C. de annon. & tribut. libro 10. & l. 2. C.
eod. confert text. in l. 1. & 3. C. de diſcuſſionib. libro
7 10. & nemo † vltra modum ſuarum facultatum
grauari debet. l. 1. C. de muner. patrim. Bald. in l. per
ſingula. C. de diſcuſſ. ſed fieri debet diuiſio pro mo
do facultatum. l. reſcript. D. de munerib. & honor.
gloſſ. & Bar. in l. 1. C. de apoc. pub. lib. 10.

8 Tertiò adducebatur, ꝙ diminutis bonis † cen-
ſus diminuitur. l. forma. §. 1. D. de cenſib. d. l. omne
territorium. vbi gl. C. de cenſib. & cenſitor. lib. 11. &
prædia ſterilia adiungi fertilibus debent, vt ipſa fer-
tilia ſuſtineant onera ſterilium. l. 1. vbi Barto. C. de
omni agr. deſer. lib. 11. facit etiam text. cum glo. in
cap. quanti. de cenſib. vbi eccleſia, quæ ſponte ſe
obligauit ad procurationem vnam ſingulis annis
fratribus Sancti Irenei, tenetur quoque aucto nu-
mero fratrũ ſi illius facultates quoque auctæ ſunt,
ergo ſi diminutæ ſecus eſſet dicendum.

Nec videbantur obſtare contraria, quia ad ſin-
gula reſpondebatur, & ad primum dicebatur il-
lud procedere, quando eſſemus in re omnino ſe-
parata, in qua ſoluendo non inſpiceretur commu
nio, & partium diſtributio per quotas habito re-
ſpectu ad ſingulas non vt ſingulas, ſed vt vniuer-
ſas, vnde non eſt illatio facienda de vno caſu ad
alium.

Ad ſecundum de antiqua obſeruantia reſpon-
detur multis modis. Primò per hanc obſeruan-
tiam licèt antiquam, cùm non eſſet decurſum tem
pus 30. annorum, non eſſe præſcriptum huic mo-
9 do ſoluendi, quia ſumus in actu reiterabili, † cui
non pręſcribitur per 30. glo. & Bart. in l. 1. C. de his,
qui ſpont. mun. ſub. lib. 10. & in l. 2. §. fi. C. de decur.
Doctor. in l. voluntariæ. C. de excuſat. tutor. quod
pręſertim procedit in ſolutionibus factis per ad-
miniſtratores ciuitatis. Abb. Felin. & Dec. in cap.
cum acceſſiſſet. de conſtitut. Dec. conſilio 72. nu-
mero 50. & hæc conſuetudo non poteſt induci
niſi per longiſſimum ſpatium, & pręſcriptionem
30. vel 40. annorum cùm ſit mala, & iniqua gloſſ.
in l. Domini prędiorum. C. de agricol. & cenſ. libr.
11. Iaſ. in l. de quibus. numer. 43. & 48. D. de legibus.
Crauet. de antiquit. tempor. part. 4. ſect. 1. numero
12. & numero 28. vnde ſi fuit obſeruatum in vno
caſu, non eſt hæc obſeruantia ad alios caſus tra-
henda, vt in terminis collectarum conſuluit Corn.
conſilio 142. libro 1. Alex. conſilio 68. libr. 2. Feſtas
de collect. par. 2. cap. 3. nu. 42.

Nec officit, ꝙ minimè mutanda ſunt, quæ anti-
10 quam formam ſemper habuerunt, † quia illud ve
rum eſt rebus ſemper ſic ſtantibus, ſed ſi mutetur
ſtatus rei, vt in noſtro caſu, in quo auctæ ſunt tra-
ctu temporis Pinachiæ facultates, equum eſt, vt &
ipſa commutetur diuiſio portionum, prout de ſta
tuto dicitur, quod à principio licitum, ſi tp̃s va-
rietate reddatur iniquum, reparandum eſt. Decius
conſilio 335. Et dici ſolet, quę de nouo emergunt
nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. D. de

Interrog. actio. Anchar.conſilio 23.l.quarto.§.inter locatorem. D. locati. vbi omnia intelligenda ſunt rebus ſic ſtantibus,vnde in quaq; re dicitur præcipuè in ſolutione, quod ſi tractu temporis efficiatur iniqua eſt per iudicem ad æquitatem reducenda implorato iudicis officio, vt dixi ſupra deciſio. 120.emphyteota.& deciſ. 226. Reductio.

11 Ad text.in l.qui ſe grauatos.† multis modis reſpondebatur,primo, quòd non procedit,quando pars ſciuit, vel ſcire debuit eſſe hanc æqualitatem faciendam, vnde eſt in mala fide, quæ omnem præſcriptionem impedit. cap. poſſeſſor.de reg. iur. in 6. Dec. conſil.6.numero 2. Dec. conſilio 266.& 262. Secundo reſpondetur ex ipſo text. ibi,

exceptis minoribus indefenſis.

quia cùm reſpub. æquiparetur minoribus, & pupillis.l.rem publicam.C.de iur. reipub. libro 11.eadem reſeruatio eſt ad rempub.extendenda. Tertiò reſponderi poteſt,quòd aduerſus temporis decurſum peti poteſt reſtitutio, quæ & ipſis minoribus 12 conceditur ſtante præſertim † errore, quo attento peti poteſt reparatio vſque ad annos.30.l. calculo. vbi gloſſ. C. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent. Bar.in l.2.C.de iur.fiſc.libro 10.Quartò illa.l.procedit in diſcriptione æſtimi, & in actu non reiterabili, ſecus in actu reiterabili, vt ſupra dixi, & tenet Bart. in dict.l.forma.§.ſi quis veniam. D.de cenſib. & præſertim ſi extraiudicialiter grauatus fuerit cõqueſtus, vt per Abb.in cap.quia iudicanti.3.quæſt. de præſcript. ex quibus ceſſant & ea omnia in replicatione ſecundi fundamenti dicta de alienatione, & augmento.

Et ex his patet reſponſio ad Riminal. quòd non bene conſuluerit.

Senatus audita cauſæ relatione, & viſis allegationibus, & omnibus maturè diſcuſſis cenſuit reducendas eſſe iſtas parochias, & communitates ad æqualitatem etiã ꝙ per 25.annos ſoluiſſent pro quarta. 24.Nouembris 1588.referẽte D.Guerillo.

Iuramento præſtito an poſſit minor ope reſtitutionis teſtes producere, qui de nouo reperti ſunt.

DECISIO CCXL.

1 *Minor ãn audiatur volens poſt iuramentum partis teſtes producere.*
2 *Probatio contra iuramentum non admittitur.*
3 *Minor aduerſus omiſſam probationem reſtituitur. limita, vt numer.4.*

TVTOR obtulit iuramentum in cauſa pupilli, pars iurauit; poſt aliquot dies tutor reperit aliquot teſtes pro ſua intentione 1 fundanda, † petijt illos examinari, opponitur, quod imminebat timor detegendi periurij, & poſtquàm pars iurauerat non poſſe niſi ad inſtantiam fiſci procedi, cæterum quo ad partem ciuilem præcluſam eſſe viam aliquid quærendi, cùm ſolum Deum habeat vltorem, tam ex iure communi, quam ex decretis noſtris, quibus ſtantibus 2 probatio † contra iuramentum, non admittitur, vt per Dec.in cap.3. numer.6. & 8. de probat.poſt Bald.Roman.& Angel.ibi relatos. per text.in §.fin. inſtit.de tutel. in fin. & poſſe pupillum agere pro ſua indemnitate contra tutorem, qui fuit facilis in iuramenti dilatione,iux.not.per Bart.in l. ſi infanti. col.2.C.de iure delib. & ea quæ dixi ſupra deciſio. 103.Præſcriptio.& ratio prohibitionis iſtius rei tam militat in minore,quam in maiore.

Ex aduerſo dicebatur, quod ſi tutor non fuit negligens, poſſet pupillus in integrum reſtitui ad-
3 uerſus omiſſam allegationem † probationum.l.ſi minor.25.annis omiſſam. D. de minor. & admitti de nouo in cauſa ciuili ad productionem teſtiũ, ex not.per Caſtren.in l.tutor pupilli. D. de iureiur. vbi etiam Corn. & ita cenſuit Senatus referente D.Senatore Cerua. 1587. 16. Nouembris, & ad hoc facit, quia minor aduerſus iuramentum alteri delatum reſtituitur. Andr.Gaill. practic.obſerua. lib.2.obſeruat.41. nu.11.

4 Limitatur hæc † concluſio ſi ex actis appareret, quòd tutor omnem exactam feciſſet diligentiam pro habendis alijs probationibus ante iuramenti oblationem, quia tunc non admitteretur maior ad probationem poſt iuramentum, ita nec pupillus,cùm nihil omiſſum ſit, & videtur hoc innuere tex.in d.l.tutor pupilli. & cum hac limitatione in eadem cauſa tranſibat Excellentiſſimus Senatus.

Iudæus blaſphemans qualiter ſit puniendus, & per quem iudicem, & quibus verbis blaſphemia dicatur.

DECISIO CCXLI.

1 *Blaſphemia non dicitur, quando quis tribuit Deo, quod non eſt.*
2 *Iurans ad corpus Chriſti an blaſphemaſſe dicatur.*
3 *Contemnere Deum quando quis iurando dicatur.*
4 *Iurare ad corpus Dei, vel ad corpus Chriſti differunt.*
5 *Blaſphemia acrius punitur in eo, qui ex conſuetudine ſolet blaſphemare, quàm in eo, qui aliquando lubrico linguæ blaſphemat.*
6 *Iudæus blaſphemans qualiter puniendus.*
7 *Iudex competens quis ſit in cauſa Iudæi blaſphemantis.*
8 *Iudex competens quis ſit in cauſa mota contra Iudæos libros prohibitos tenentes.*

IVDÆVS blaſphemiæ accuſatus apud me fuit, quòd dixiſſet talia verba, dum luderet cartis, *Al corpo di Chriſto la ſarà coſì*, Quæſitum fuit an eſſet blaſphemia, & qualiter plectendus. Et regulariter talia verba, quæ non
1 † tribuunt Deo, aut Sanctis, quod verum non eſt,

non

non inducunt blaſphemiam, niſi id dictum appareat in contumeliam, vt ſi quis iurat per membra pudibunda Sanctorum, vel Dei, quia videtur in contemptum dici. Anan. in capit. ſecundo. colum. nona. de maledicis. ſumma Siluestri. in §. blaſphemia. & latiſſimè Boer. in quęſtione 301. per totam. Quintilia. Mandoſ. in tractatu de ingratitu. cap. 62. ingrat. 108. & ideo ſi quis iurat per corpus, vel caput Dei, vel membra Dei punitur, vt eſt tex. & ibi Bartol. in authen. vt non luxurien. cont. natu. & in capit. ſi quis per capillum. 22. quæſtio. prima. Anan. in dicto cap. ſecundo. colum. nona. verſicu. eſt ergo ſciendum. & ratio eſt, quia Deus non habet membra, aut corpus, vt quidam hæretici dixerunt, ita Archidia. in dicto capit. ſi quis per capillum. 22. quæſtione prima. & Anan. in dicto capit. ſecundo. colum. nona. in fin. gloſſ. primę. & iſtud procedit, quando talis iurans intelligit de Deo, ideſt Diuina natura, vt per Archidia. in dicto capit. ſi quis per capillum.

2 Sed ſi intelligitur de Deo, ideſt de † diuina perſona filij, qui corpus ſuſcepit: nam vt in Euangelio legitur, *Spiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, &c.* Tunc etiam aliqui dicunt eſſe blaſphemiam iurare per membra Chriſti, quia eſt iurare per Creatorem, vt dicit Archidia. in dicto cap. ſi quis per capillum. Anan. d. cap. 2. colum. 9. in fin. glo. 1.

Alij verò dicunt, quòd non eſt blaſphemia, vt ſentit appoſtill. ad Abba. in capit. 2. de maledi. & idem ſentit Socin. in diffinitione blaſphemiæ conſilio 102. libro 1. & conſi. 119. libr. 4. S. Tom. 2. 2. q. 13. art. 3. cap. 4.

Quidam verò, & communiter diſtinguunt, quòd ſi id dicat iurando, vel affirmando aliquid, tunc nō dicatur blaſphemia, ita Hoſtien. in ſumma de maledi. § fin. in princip. vbi exemplificat in Burgundionibus, ſequitur Hoſtien. Anani. dicto cap. 2. in gl. 1. in fi. Siluestrin. in §. blaſphemia. addit. ad Abba. in d. c. 2.

Secus verò, quando in contemptum dicitur, vt etiam faciunt Francigenæ, & ita tenent Doctores ſupra relati, & Boer. dicta deciſio. 301. nume. 14. qui dicit id facere Italos, qui iurant corpus, & ſanguinem Chriſti, dicendo, *corpo de Be*, Poteſt autem
3 intelligi in contemptum † duobus modis. Primò ſi iuratur per membra pudibunda, quia tunc eſſet blaſphemia, & ita tenet Anan. in dicto cap. 2. col. 9. in fin. gloſſ. 1. Siluestrina in dicto §. blaſphemia. Boer. dicta deciſio. 301. colum. prima. verſi. quinto. Secundò ſi iuratur in actu illicito, vt puta in ludo, & cum ira, vt exemplificat Siluestrina. in dicto §. blaſphemia. Tertiò quando etiam extra actum illicitum, ſed ſine propoſito, & irreuerenter dicitur ad corpus Dei, prout faciũt Itali, & loquitur Boer. in dict. quæſtio. 301. nu. 14.

Item ſi dicatur, ad corpus vel ſanguinem Chriſti, vt faciunt Itali, prout refert Boer. dict. deciſio. 301. numero 14. vbi vult, quod ea etiam ſit blaſphemia ac ſi diceretur ad corpus Dei, quę ipſe parificat, & quòd talia verba ſonēt in blaſphemiam, tenet Ioan. de Anan. in cap. nonnullis. de Iudæ. col. penult. dicens quòd in aliquibus locis etiam ſtatutis imponitur certa pęna contra iurantes per corpus vel ſanguinem Chriſti.

4 Ego tamen ſemper facerem differentiam, † an dicatur ad corpus Dei, vel corpus Chriſti: nam quamuis vtraque videatur aliquo modo blaſphemia, & irreuerentia, tamen prior magis ſcandaloſa eſt, cùm poſſit recipere non tantum ſenſum irreuerentiæ, quatenus intelligatur de Deo, ideſt Diuina perſona filij Dei, IESV CHRISTI ſaluatoris noſtri, quàm etiam hæreſis, & blaſphemiæ, intelligendo de Diuina natura, quæ corpus non habet, & ita videtur ſentire Anan. in dict. cap. 2. col. 9. verſicu. in ea glo. in fin. de maledic. Certum enim eſt etiam in blaſphemia diuerſos eſſe gradus, vt alia ſit grauis, alia grauior, & alia leuis, & alia leuior, & iuxta earum grauitatem plus vel minus quem puniendum eſſe, prout ſentit Siluestri. in d. §. blaſphemia. & Franciſ. Marc. quæſtione 509. vbi de vno, qui fuit viuus excorriatus, & Boer. d. quęſt. 301. nu. 16. 17. de eo qui fuit combuſtus.

Magis verò punitur, qui id facit ex conſuetu-
5 dine, quàm is qui ſemel vel bis lubrico linguæ, † ſecundum Alex. conſilio 72. inſpecto. numero 8. lib. 1. Anan. dict. cap. 2. colum 9. vbi vult, quod qui ex conſuetudine hoc facit, puniatur pęna authenticæ vt non luxurien. cont. natu. Ille verò, qui ſemel tantum, puniatur pœna torturæ, vel alia pecuniaria, & Anan. ſequitur Boer. dicta quæſtio. 301. numero 11. verſic. quare non ita. Iaſ. in l. ait prætor. §. iurati. nu. 13. & 14. de iureiur. vbi quòd poteſt etiam poni ad catenam arbitrio Iudicis, & quòd reiteratio blaſphemiæ acrius puniatur, tenet Franciſ. Marc. quęſtio. 509. numer. 8. & ita communiter ſtatutis cauetur, vt per Boer. dict. quæſtio. 301. numero 15. Et in patria noſtra extat contra blaſphæmos tam Chriſtianos quàm Iudæos decretum antiquum Amed. lib. 1. c. 3. & cap. 2.

In propoſito autem caſu Hebræi ita iurantis, videtur quidem non eſſe blaſphemia, cùm non attribuat Deo, vel Chriſto id quod non habet, nec aliquid mali de Chriſto ſaluatore noſtro dixit. Vnde non videtur habere locum text. in c. in nonnullis. in fin. de Iudæis.

Et ſi dicatur, quòd licet non ſit blaſphemia, tamen non licere hebræo nomen Chriſti in vanum aſſumere, imò nec per eum iurare, quia cum in eũ non credat vr̄ id in contēptum facere, vt voluit Bart. in procem. digeſtorum. nu. 2. & Alex. in l. tertia. § iurari. num. 4. de iureiuran. Ideo cum hebræus non poſſit iurare, vt etiam voluit glo. 1. in authentico iuſiuran. quòd præſtatur ab his. & Alexan. ad Bart. in d. proœ. digeſtorum. ſi hoc facit male facit, vnde erit puniendus, cùm faciat contra legem: poſſet ad hoc reſponderi, quod Doctor. ſupradicti dicunt, quòd non poteſt quidem hebræus ita iurare, vt obligetur, tamen non ſequitur, quod ex hoc dicatur blaſphemare, aut etiam delinquere. Quinimo & aliqui volunt ipſum poſſe ita iurare, vt voluit Cagnol. poſt alios ibi relatos in d. procem.

Ego videns hęc verba, licèt in blaſphemiam nō ſonent, eſſe tamen ſcādaloſa pręſertim in hebręo,

abſolui

abſolui eum à pœna blaſphemiæ, quę erat 25. ſcut. iuxta Decretum ſuæ celſitudi. Et illum condemnaui in libris 25. monetæ nouæ, tertia pio loco, tertia fiſco, tertia accuſatori applicandis. 1562. menſe Iulij. Quæ ſententia fuit per Senatum confirmata.

Præſuppoſito autem quòd Iudæus verè blaſphema verba protuliſſet. Quæſitum fuit qua pœ-
6 na † eſſet puniendus. Et quidam putant hoc reſidere in arbitrio iudicis habita ratione qualitatis blaſphemiæ, temporis etiam, & loci. gloſſ. in cap. in nonnullis. in verbo animaduerſione. de Iudæ. & eam ſequuntur Antonin. in ſumma parte ſecunda. titulo 12. capitul. tertio. § tertio. & Silueſtri. in § Iudæus. numero decimo. Alexand. conſilio 233. ponderatis. libro ſexto. columna prima. vbi etiam concludit, quòd Hebræus retinens libros in quibus oratur contra Chriſtianos non ſit puniendus.

Alij dicunt puniendum pœna capitis per authen. vt non luxurien. cont. natu. & ita tenet Hoſt. de Iudæis. §. & in quibus. verſiculo cum autem. Et videtur text. in l. ſecunda. C. de Iudæ. vbi comburitur Iudæus, qui lapidat Iudęum factum Chriſtianum, ſed dicta l. ſecunda. videtur corrigi per legem Iudæi. la 2. C. de Iudæi. vbi Iudæus circuncidens Chriſtianum punitur ſolùm bonorum confiſcatione, & per legem Iudæos. C. eodem. vbi ſolummodo amittit priuilegia. Nec obſtat dicta authentica, vt non luxur. quia illa non obſeruatꝰ in crimine blaſphemiæ, vt per Calder. in conſilio 2. in titu. de Iudæ. & quòd puniatur ſolùm pœna pecuniaria, tenet Bald. conſilio 100. in fin. libro 2. dicens tamen, quòd debet banniri propter ſcandalum euitandum, & quod mitius punietur, ſi talem blaſphemiam protulerit prouocatus, & non ſponte.

Sed quòd etiam corporali pœna puniendus ſit, tenet Anchar. conſilio 15. colum. tertia. in princip. exemplificans in Iudæo proijciente immunditias ſuper Cruce, cùm fierent Litaniæ. Et in Iudęo, qui contempſit Crucifixum dicendo, *Poſſ'io eſſer ſoſpeſo, come coivi, che è là*, reſpiciens crucem, cùm non eſſet blaſphemia, ſed ſolùm maledictum, fuiſſe punitum in ſolidis quingentis regal. dicit Hoſtien. in dicto §. in quibus. verſicu. cum autem. prout etiam fuit punitus in pœna pecuniatia ſolummodo quidam Hebræus, qui dixit Chriſtiano, *La fede voſtra è da cazzo*. Socin. conſilio 119. libro quarto. Quo tamen caſu ego putarem eum debere acrius puniri etiam pœna ſanguinis, vt dicit Silueſtri. in §. Iudæus. numero 9. verſicu. decimum quartum. Sed ſi talis Iudæus dogmatizaret contra doctrinam Chriſtianam, eſſet puniendus pœna hæreſis. Ana. in capit. poſtulaſti. colum. penulti. de Iudæi. Et in quodā Iudæo, qui dixerat fuiſſe tres deceptores humani generis Moyſem, Chriſtū, & Mahumetū, fuit dictum eſſe condemnandū pœna fuſtigationis, & bāniendum. Et ſuperiotibus annis Iudæo dicente fidem noſtram eſſe abuſum, & Ieſum Chriſtum non fuiſſe Crucifixum, condemnatus fuit per me in aureis quinquaginta, & bannitus perpetuo à patria Ducali, quæ ſententia fuit per Excellentiſſimum Senatum confirmata 12. Maij. 1568. Præſertim ea ratione, quod in pœnis blaſphemiæ inſpicitur ſtylus prouinciarum.

Verùm in blaſphemia cùm in patria noſtra ſit per conſtitutiones Principum impoſita ſpecialis pœna contra blaſphemos in titu. de blaſphem. & in ſpecie contra ipſos Iudæos in dicto cap. 11. libro 1. non videtur ab ea conſtitutione recedendum iuxta not. per Salic. in l. Iudæi. C. Iud.

7 Quæſitum etiā fuit† in eadem cauſa, cui ſpectaret cognitio blaſphemiæ contra Iudæum, & quidam exiſtimabant ſpectare ad Eccleſiaſticum, vt tenet Cald. d. conſi. 2. de Iudę. Aret. conſil. 158. copioſè. col. 2.

Alii putabant puniendum per iudicem ſecularem. Bald. conſilio 300. Si Iudæus. libro ſecundo. in princip. Et quòd ſolùm ſpectet hæc cauſa laico, latiſſimè concludit Socin. ſen. ſeu quidam Doctor. de Valentia inter conſilia Socin. conſilio 119. libro quarto. cui ſe ſubſcripſit idem Socin. & ibidem ponuntur decē & octo fundamenta pro hac opinione, & idem tenet Ana. in dicto capit. ſecundo. de maledi. colum. vndecima. verſic. circa prædicta. Hoſtien. de Iudæ. §. & in quibus. verſic. cùm autem Iudæus. & in capit. poſtulaſti. in verbo tuæ iuriſdictionis. & in capit. in nonnullis. §. fin. de Iudæ. pulchrè glo. in clementina prima. de Iudæ. in verbo Principibus. & ibi Cardin. numero tertio. & Imol. numero ſeptimo. & Anchar. in ſecundo notab. & pro hac parte videtur text. in dicto c. in nonnullis. de Iudæ.

Tertia fuit opinio aliorum dicentium, quòd ſit mixti fori, & ſit locus præuentioni. Felin. in capitu. poſtulaſti. de Iudæ. numero quarto. & ibi Ioan. de Anan. colum. fina. circa fin. quem ſequitur Calderi. dicto conſilio ſecundo. de Iudæ. Præpoſi. in capit. gaudemus. numero quinto. vſque in fin. de diuort. & facit text. in capit. poſtulaſti. de Iudæ. Et ſi puniatur per vnum, etiamſi mitior ſit pœna, non poterit tamen poſtea per alium puniri. Calderi. dicto conſilio ſecundo. colum. ſecunda. verſic. vbi enim. ſed in hoc contrarium tenet Anch. conſi. 15. in fin. & fortè melius, ne delictum remaneat impunitum in totum, vel in parte, & cum hac opinione Anchar. tranſiuit Senatus in cauſa cuiuſdam Hebræi Cunienſis 18. Nouembris. 1570.

Quando autem Iudæus directò blaſphemat in fidem Catholicam, vel tenet libros prohibitos,
8 quos Talmudicos appellant,† an cognitio ſpectet Eccleſiaſtico, vel ſeculari, vide Ancharan. in capit. ea, quæ. numero 12. quæſtio. ſexta. de reg. iur. libro ſexto. Hoſtien. in capit. gaudemus. de diuort. Socin. ſen. conſilio 66. colum. 9. libro primo. Burſat. conſilio 90. in primo. & ſecundo dubio. libro primo. Port. conſi. 4. per totum. & hæc quæſtio eſt maximè dubia, ideo illam vlterius nō examino, ne longior ſim.

Societas, quæ morte finitur, quando in hæredem ſocij durare poſſit.

DECISIO CCXLII.

1 *Societas morte ſoluitur, limita vt nu. 5.*
2 *Societas non durat in hæredes defuncti, licèt expreſsè conuentum aliter eſſet.*
3 *Iuramentum non facit contractum tranſire ad hæredes.*
4 *Societas, licèt finiatur morte, commoda tamen, & emolumenta cum hęredibus diuidi poſſunt.*

CONTRACTA fuit ſocietas
in conductione vnius prædij,
& pendente conductione deceſſit
alter. Sociorum, ſocius ſu-
1 perſtes prætendit finitam † eſſe
locationem per mortem ſocij.
§. ſoluitur. inſtitu. de ſocietat. l.
actione. §. morte. D. pro ſocio. nec ad hæredem
2 tranſit, † etiamſi expreſsè conuentum ſit, vt hæres
ſocius ſit. l. nemo poteſt. l. adeo. in princip. D. eod.
preterquam in conductione vectigalium concurrentibus
tamen requiſitis, vt in gloſſ. in dict. l. adeo.
& hic deciſio. Pedemon. 76. ex ratione adducta
per Bartol. in dicta l. adeo. communiter approbata,
& etiam, quia in ſocietate videtur electa induſtria
perſonæ, quæ ceſſat in hærede. Et quòd non
tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores, etiamſi ſtipulatio
concepta fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus,
conſuluerunt Corn. conſilio 121. libro primo.
Dec. conſilio 213. Ruinus conſilio 90. libro primo.
Roman. conſilio 106 Pariſ. conſilio 25. numero 55.
volumi. tertio. Alexan conſilio 60. volum. ſeptimo.
& 110. numero quinto. volumi. tertio. Cęphal. conſilio
248. numero 18. Bertrand. conſilio 91. numero
ſecundo. volumi. primo. Pariſ. conſilio 84. & 86.
volumi. primo. Menoch. conſilio 12. numero 12.
volumi. 1. Sebaſt. Medic. in tract. Mors omnia ſoluit.
par. ſecunda. concluſio. 103. numero 288. &
ſequen.

Nec obſtat iuramentum, quod facit cõtractum
tranſire ad hæredes, vt tradit Ioan. Fab. in dicto §.
ſoluitur inſtitu. de ſociet. quia opinio Fabr. eſt ſin-
3 gularis, & contra † eum tenuit Alexan. ponderando
ibi Bart. in dicta l. adeo. D. pro ſocio. & Curt.
ſen. conſilio 51. Grat. conſilio 15. numero 28. &
numero 36. vbi teſtatur de communi Franc. de
March. quæſtio. 21. numero tertio. quia iuramentum
intelligitur ſecũdum naturam actus cui adijcitur,
& quod ſocietas ſoluatur morte, non obſtante
pacto iurato, tenet Capic. deciſio. 174. nu. 5.

Econtra hæres ſocij contendit non eſſe finitam
ſocietatem, quia expreſsè actum fuerit, vt ad hæredes
tranſiret, ſed quod magis vrget, inquit ipſe
ambo ſocij conduxerunt ſimul, & locatio facta legitur
ambobus nominatim, vnde licèt per mortem
alterius diſſoluta ſit ſocietas, ex qua negotia
ſpectantia ad ſocietatem gerebantur communiter,
tamen hæres non poteſt expelli de conductione
pro eius virili, quia res conducta poteſt diuidi
commodè inter ipſos, & dato ſine vero præiudicio,
quod ſocius eſſe non poſſit per diuiſio-
4 nem, commoda † tamen, & emolumenta prouenientia
ex conductione erunt communia, non ſolùm
ea, quæ ante mortem, ſed & ea, quæ poſt mortem
ſocij percipientur. l. verum. §. in hæredem. vbi
glo. & in l. actione. §. ſi in rem certam. & §. morte.
D. pro ſocio. & ita declarat Petr. de Vbal. in tracta.
de duob. fratr. par. 2. numero tertio. & Corn. in conſilio
122. libro primo. Hippolyt. Riminald. conſilio
52. numero 114. libro primo. Et ſic fuit per Senatum
iudicatum finitam quidem ſocietatem, quę
erat ex conuentione, & hæredem ſucceſſiſſe in portione
defuncti rerum conductarum: quòd ſi commodam
diuiſionem conductio illa non recipiat,
ceſſaſſe quidem primam ſocietatem ex conuentione,
ſed iterum incidiſſe hæredem cum alio conductore
in aliud genus ſocietatis, quæ vocatur ſocietas
incidens, de quo in §. item ſi inter alios. inſtit.
de obliga. quæ ex quaſi contractu. ceſſabunt itaque
omnia pacta, & conuentiones conuentæ inter primos
ſocios ex prima ſocietate conuentionali, ex
superuentu nouæ perſonæ, & cauſæ. l. ſi vnus. §. ante
omnia. D. de pact. & remanebunt inter ipſos ſucceſſores
illæ obligationes, quæ tacitè ex natura incidentis
ſocietatis ſolent accidere. l. item quia. in
prin. D. de pact.

Declaratur etiam ſuperior regula, quòd ſocietas
morte ſoluatur, vt non habeat locum, quando
5 † teſtator mandauit hęredibus ſocietatem durare,
quia tunc hæres tenetur, vt poſt Dec. Curt. Pariſ. &
Ozaſc. ſcribit Sebaſt. Medic. in dicta concluſio. 103.
numero 192.

Homicidium animo deliberato commiſſum, ſed in alterius perſonam cui homicida nocere nolebat, an puniatur vera pœna homicidij.

DECISIO CCXLIII.

1 *Homicidij pœna an plectatur, qui vnum pro altero occidit. & num. 4.*
2 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus. & numero 3.*

OCCIDENS Titiũ animo de-
1 liberato † putans occidere Mæuium,
an teneatur pœna ordinaria.
l. Cornel. & ſic pœna mortis
naturalis, dubitatum fuit, & verum
eſt teneri: nam occidit hominem
dando operam rei illicitæ,
quo caſu non excuſatur, licèt propoſitum habuerit

buerit Titium occidendi, & negari nō poteſt quin ſit verus homicida, cùm hominem occiderit, & ſub mandato illo Domini in Decalogo *Non occides*; tale homicidium continebitur. Ideo veri homicidę pęna mulctabitur, quæ eſt capitis, vt det animam pro anima.

Item certum eſt, quòd propoſuerat hominem occidere, quo caſu ex iure communi punitur pęna. l. Cornel. l. is qui, cum telo. D. ad l. Cornel. de
2 ſicar. Et quamuis † illa. l. ex generali conſuetudine Italiæ non obſeruetur, vt paſſim teſtantur Doctores, tamen ex forma nouarum conſtitutionum Sereniſſimi Ducis noſtri libr. 4. titul. *Dell'inſulto con animo deliberato.* res reducta eſt ad terminos legis antiquæ, & ſic pũnitur propoſitum, licèt non ſequatur effectus. Et pro hac opinione adducebatur Clar. in §. homicidium. num. 6. verſi. dicunt etiam. qui alios multos ad hoc propoſitum allegat dicens nihilominus, quòd hoc caſu tale homicidiũ eſt gratiabile, & quòd talis homicida ſit pęna mortis plectendus, expreſsè tenet Vaſqu. controuerſ. illuſtr. capite. 96. nume. 32. verſicu. ſed quid ſi poſt. Barto. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. in fine. D. de poen. Tertiò pro hac opinione ego adducebam tex. ſatis clarum, & in terminis in l. cum, qui nocentem. §. ſi iniuria. D. de iniur. vbi hoc caſu inquit Paulus preualere, quod principale, eſt iniuriam mihi facere velle: nam certus ſum ego, licèt ille putet me alium eſſe, & ibi glo. & Doctores.

In contrarium adducebatur dicta generalis con
3 ſuetudo Italiæ, quam etiam in Gallia † obſeruari teſtatur Carol. de Graſſal. libro primo. Regal. Fran. iur. 7. in §. ſimiliter. leges punientes affectum. Et ad decretum allegatum reſpondebatur, quòd remittit poenæ moderationem arbitrio Senatus, quo caſu receditur à poena ordinaria, quæ eſt mortis naturalis, per ea quæ dicit Barbat. conſil. 23. lib. 2. in fin. & dixi ego ſupra deciſio. 12. & 161. & hoc elicitur ex ipſius decreti verbis, dum affert poenam. l. Iuliæ. de vi publica, quæ non eſt capitalis, vt dixi
4 ſupra deciſio. 35. Et quòd tali caſu de iure † communi is, qui vnum pro alio occidit, non teneatur poena mortis, tenet Carrer. in ſua practica criminal. §. homicidium. quæſtio. 3. vbi per multas col. hanc quæſtionem examinat. Placa. in epitom. delictor. cap. 27. nume. 1. Alba. conſilio 30. nume. 12. dicens communem, & poſt omnes de communi teſtatur Clar. pro qua D. Vaudus inter quæſtiones ſuas lib. 1. quæſtio. 46. citat tex. in l. illud relatum. §. ſi quis hominem. D. de iniur. Facit, quia homicidiũ, quod ſine dolo fit, ſed caſu tantùm & culpa, non punitur poena ordinaria, ſed extra ordinem. Boſſ. in titu. de defenſ. reor. nume. 68. Clarum enim eſt, non fuiſſe hic animum Titium occidendi, quo caſu poena minuitur, vt per Clar. in dict. §. homicidium. nume. 3. licèt fuerit animus quo ad alium. Nec obſtant allegata in contrarium, quia vno verbo ad omnia reſpondetur, quòd non omnino ille occiſor excuſatur, ſed punitur pęna homicidij, verùm non adeo grauiter, ac ſi eum quem occidere volebat occidiſſet. Finge enim voluiſſe homicidam, (vt in caſu propoſito de quo coram Senatu agebatur) occidere aliquem valde egregium virum, & nobilem, & in magna dignitate conſtitutum, & vilem perſonam occidiſſe, certè magis inſpiciendum, quod in veritate eſt, quàm quod in exiſtimatione. ex dicta l. cum, qui nocētem. §. ſi iniuria. per quem text. putabam ego potuiſſe de iure ſuſtineri primam opinionem; in pęna enim legis Corneliæ non habetur conſideratio qualitatis occiſi, ſed id tantùm an hominem dolo occiderit. l. 1. D. ad l. Corn. de ſiccar. Nec an vnum pro alio occiderit, ſed tantùm an occidēdi animo hominem occiderit. l. ſecunda. D. eod. Nihilominus, vt eſt Eccellentiſſimus Senatus ſemper in pęnis mitior & clemens; ſecundum hanc mitiorem opinionem cenſuit, in caſu ſatis arduo cuiuſdam Taglaferri
6 de Cherio, qui proponens occidere quendam nobilem Cherīēſem Scloppo à Rota, illius nobilis famulum vulnerauit, qui poſtea mortuus fuerat. die 17. Decembris. 1585.

Fatalia in cauſa appellationis an & quando poſſint pacto litigantium prorogari.

DECISIO CCXLIIII.

1 *Fatalia non poſſunt pacto litigantium prorogari, & nume. 2. 3. & 4.*
5 *Fatalia etiam per multos annos poſſunt à partibus prorogari.*
6 *Fatalium tempus compromiſſo prorogatur.*
7 *Fatalia per procuratores prorogari non poſſunt.*
8 *Fatalia non poſſunt niſi per ſcripturam prorogari.*

FATALIA in cauſa appellationis an poſſint pacto litigantium prorogarri, anceps eſt quęſtio per ea, quæ ſcribunt Docto. in capit. ex ratione. de appellat.
1 Et quod non poſſint † prorogari, videtur facere ratio vtilitatis publicæ, vt quamprimum finis litibus imponatur. capit. finem litibus. de dolo, & contuma. Iſta enim ratione videntur fatalia adinuenta, ne rerum dominia perpetuò ſint incerta, iuxta l. properandum. C. de iudic. & hoc dicit Caſſado. in titu. de appella. deciſio. 9. numero quinto. ſed pacta contra ius publicum facta non valent. l. pacta. de pactis. ergo. &c.

Secundò, facit text. in l. nemo. quæ eſt l. tertia. C. de tempor. appellatio. vbi Imperator prohibet non ſolùm pacto, ſed quod maius eſt reſcripto Principis protrahi fatalia appellationum. Ad idem videtur tex. in l. oblatæ. de apppel.

Et hanc opinionem tenent Cyn. Ioan. Andr. Ricard. Marſ. Silima. Abb. & Roma. quos refert, & ſequitur Alexan. in l. properandum. in princip. numero tertio. C. de iudi Bertrach. in §. appellationis inſtantia.

inſtantia.Bal.in l.Centurio.de vulg.& pupill.Bene-
dictus Vadius poſt fallen. Socin.numero 46. in §.
iuſtantia appellationis.poſt Bald.in l.fin. §.fin.C.de
temp.appe.Ant.de But.in d.c.ex ratione.ita vt hęc
videatur commu.opi.
2 Contrariam opinionem, † quòd poſſit ex con-
uentione partium prorogari,vidétur probare text.
in dicta l fin.C.de tempo.appellatio. ibi, *vel nullum*
fatale obſeruare, vbi tex. ponit rõnem, cum inquit,
legum enim authoritatem in hoc caſu volumus pactis li-
tigantium mitigari, ad idem eſt tex.in clem.quandiu.
de appel.
Et hanc opinionem vti veriorem conatur ſuſti-
nere Dec. in dicto capit. ex ratione. numero 9. de
appellatio. Rot.in nou.tit.de dilat.deciſio.ſecunda.
numero ſecundo. per text.in authen.ſi tamen. C.
de tempor.appellatio.& in dicta clemen.quandiu.
de appellatio. Ioan.Ferrar. in tractatu de appellat.
nu.156.c.9. Et ſecundũ hanc opinionem vti ęquio
rem iudicauit Senatus in cauſa Nicienſi de Gati-
naria,& Fabri, referente accutiſſimi ingenij viro
Domino Manfredo Goucano Senatore, qui mul-
tis rationibus hanc opinionem tuebatur. Quibus
addebam, non tantùm ratione publicæ vtilita-
tis, ſed etiam principaliter fauore partis fatalium
curſum adinuentũ fuiſſe,ideo fauori pro ſe intro-
ducto quemlibet renunciare poſſe. Res tamen
apud nos redditur clara propter decretum nouũ,
de quo infra dicam.
3 Alia fuit Doctor. opinio, vt † concordarentur
iura ſuperius allegata, quæ videntur ſibi contra-
ria, quod prorogari quidem non poſſint fatalia,
ſed poſſit de partiũ conſenſu ſuſpendi curſus fata-
lium,& fuit opinio Peruſi. in dicto capit. ex ratio-
ne,quam refert ibi Dec.nume. 9.dicens hanc diffe
rentiam eſſe verbalem,& non realem, & per plu-
res rationes illam reprobat.
4 Quarta fuit opinio, † quòd poſſit prorogari de
iure canonico, non autem de iure ciuili, vt per
Imol.in l.Scius.& Augerius. D.de verborum obli.
cum quo videtur inclinare Peruſi. in dict. cap. ex
ratione.quam opinionem etiam reprobat Dec. in
d.c.ex ratione.nu.9.
Ampliatur dicta opinio Dec. quam ſequitur Se
natus, vt talis prorogatio poſſit fieri non ſolùm
5 per annum, vel biennium,ſed etiam † per multos
annos,quia militat ratio dict.l.fin.§.fin. de tempor.
appell.& dict.clemen. quandiu. & ita cenſuit Se-
natus in dicta cauſa Nicienſi. Quamuis pro con
traria allegaretur Bald.in dict.l. fin §. fin. quem re-
fert Alex.in dict.l.properandum.numer.13. verſic.
dicit tamen. Et ex hac deciſione, & opinione Se-
natus inferebatur ad Decretum noſtrum libro ter
tio nouorum Decretorum.in titul.de proſequ.ap-
pel. §. pen.dum dicitur, quòd ſex menſes dati pro
primo fatali poſſint de conſenſu partium proro-
gari, vt intelligatur de prorogatione indifferenti
etiam per multos annos, donec durat conſenſus
partium: nam ſi poteſt prorogari fatale à iure cõ-
muni introductum,quod eſt longius,tanto magis
potuit prorogari fatale breuius ſtatutarium,quod
facilius prorogatur, quàm fatale iuris communis,
vt dicit Benedictus Vadius in regula Inſtantia ap-
pellationis. Bald.in extrauagan.de pace conſtan.in
ver.in cauſis.idem Bald.in l.Centurio.de vulgar.&
pupilla.quem refert Alex.in dict.l. properandum.
numer. 13. Quamuis in contrarium allegaretur,
quòd prorogatio videtur eſſe acceſſorium tempo
ris à lege, vel ſtatuto dati. Acceſſorium autem de- 8
bet ſapere naturam ſui principalis. c. acceſſorium.
de reg.iur.& ſubrogatũ ſapit naturã tp̃is ad quod
ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum. D.ſi quis cau
tio. Vnde ſi principale tempus eſt vnius anni, vel
biennium, vt eſt apud nos,non poterit in longius
tempus alterius anni prorogari.
Ampliatur hæc concluſio, vt indubitanter pro-
cedat, quando inter partes fuit compromiſſum,
6 † per text. clarum in authentica, ſi tamen in me-
dio.C.de tempori.appell.Specul.titul.de legato.§.
reſtat videre. verſicu. idem ſi inſtantia. Guid. Pap.
quæſtio.240. latè per Ripam in l. nemo poteſt.de
lega.1.nume.87.cum ſequen.Quod tamen proce-
dit, ſi intra decem dies ſit appellatum. Caſtren. in
dict.authen.ſi tamen. Guid. Pap. quæſt.115. com-
promiſſum. & conſilio 184. in cauſa de præſenti.
dicẽs hoc procedere etiam ſi inter partes conue-
niſſet de compromiſſo faciendo, & prorogati etiã
decem dies ad hunc finem,dicens ita fuiſſe iudica-
tum.ſequitur Peruſi.in dict.cap. ex ratione. nume.
19.Marant.de ordi.iudicio.parte ſexta.§.ſecundus,
articu.nu. 230.
Limitatur prędicta opi. vt talis prorogatio non
poſſit fieri per procuratorem, ſed requiritur con-
7 ſenſus † expreſſus ipſius Domini.Bertach. de Epiſc.
parte prima.colum.penultim. quæſtio.13. Rip.in l.
nemo poteſt.de legat.primo.nume.88. Pro qua li-
mitatione faciunt verba text. in dicto. §. fin. & in
dicta clement. quandiu.ibi *de partium expreſſo con-*
ſenſu.
Limitatur ſecundò, vt talis prorogatio non poſ
ſit fieri, niſi per ſcripturam.text.eſt clarus in dicta l.
fin.§. fin.C.de tempor.appellatio ibi, *ſcriptura inter-*
ueniente, licet ibi glo. deſtruens text. dicat contra-
rium,& ſecundum hanc limitationem vidi ſępius
Senatum iudicaſſe, aliàs enim nunquam eſſet li-
tium finis,cùm partes peterent ſemper ſe admit-
ti ad probandum fuiſſe factum compromiſſum,
vel conuentum de prorogatione.

Aquam, quæ naſcitur in ſuo, an poſſit quis diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cuius prædijs illa deſcendit.

DECISIO CCXLV.

1 *Aquam in ſuo ſcaturientem in damnum vicini quis di-*
uertere poteſt limita. vt nu.5.& 6.
2 *Aqua, ſtatim atque naturali curſu ingreditur fundum*
meum, fit mea.

3 *Aqua licèt diu tranſierit per fundum alterius, illi tamen ius non acquirit in præiudicium domini.*

4 *Præſcriptio non habet locum in his, quæ meræ ſunt facultatis.*

7. *Aquarum diuerſio quando concedenda non obſtante conuentione.*

8 *Vtilitas maior præfertur minori.*

AQVAM, quæ naſcitur in meo fundo, poſſum diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cu-
1 ius † fundum deſcendit aqua. l. 1. §. denique. D. de aqua quotid. & æſtiu. vbi gloſſ. in verb. habere. allegat 18. concordantes. l. fluminum. §. fin. vbi Bart. & Caſtren. D. de damno infect. Angel. in l. ſi manifeſtę. C. de ſeruit. Dec. in conſilio 244. nume. 2. Pariſ. conſi. 112. lib. 1 Boer. conſil. 24. nume. 7. Et cum hac concluſione ſemper, & ſine aliqua difficultate tranſiuit Senatus, & magiſtratus aquarum, in quo ego præſidebam.

Ampliatur hæc ſententia, vt procedat non ſolum ſi aqua in meo fundo naſcatur, ſed etiam ſi in eum intret, & per eum tranſeat: nam ſtatim quòd
2 † eſt ingreſſa fundum meum, naturali curſu fit mea. l. 1. §. illud labeo. D. de aqua quotidia. & æſtiu. per quem tex. ita dicit Bar. in l. quamuis. nume. 25. & ibi Iaſ. & Rip. Bald. in l. aquam. C. de ſeruit. & aq. & conſilio 241. nu. 2. libro 2. ad idem eſt text. in l. hoc iure. §. aqua D. de aqua quotid. & æſtiu. Alex. conſil. 103. nu. 2. lib. 2. Dec. 244. nu. 5. Crauet. conſil. 412. nume. 3. Riminald. iun. conſi. 24. lib. 1. Vegius. conſi. 24. nu. 1. & ſeq.

Ampliatur etiam ſi per mille annos aqua illius
3 fontis decurriſſet † in fundum vicini. l. proculus. l. fluminum. §. videamus. D. de dam. infect. l. ſi ſicut. § atiſto. D. ſi ſeruit. vendic. l. aquam. C. de ſeruit. l. ſi in meo fundo. D. de aqua pluuia. arcend.

Nec obſtat. l. 1. §. ductus aquæ. D. de aqua quoti. & æſtiu. vbi ille antiquus diſcurſus habet vim conſtituti. & l. 2. §. idem Labeo. ait ſi in agro. de aqua pluu. arcend. l. vſum. C. de aqueduc. lib. 11. l. ſi quis diuturno. D. ſi ſeruit. vendic. Bal conſi. 241. num. 1. lib. 2. Cępol de aqueduc. num. 51. & ſequen. Iaſ. in l. quominus nume. 170. & ſeq. Pariſ. conſi. 112. libr. 1.
4 Burſat. conſi. 41. num. 12. ea enim quæ ſunt † merę facultatis ſunt in pręſcriptibilia Crauet. de antiqu. tempo. par. 4. numer. 88. 89. Zaſ. conſi. 15. nume. 16. libro 2. Didac. variar. reſolut. cap. 1. numer. 9. titu. 2. Roland. conſi. 53. nume. 23. libro 2. Pancirol. conſil. 85. nume. 8. & dixi latè ſupra deciſio. 16. quia aqua non debet diuerti à ſuo ſolito curſu. l. 2. in fin. C. ad l. aquil. l. ſi manifeſtæ. C. de ſeruit. & aqua. l. 1. §. fin. D. de font. l. 1. §. fin. de riuis. Bald. in c. ſi quis de manſo. de controuer. inueſtit. Cępol. de ſeruit. aquæduc. numer. 22. & 56. præſertim in aqua publica, quæ primo occupanti conceditur. Pariſ conſil. 119. numero 4. libro 4. Quia illa iura, & authoritates loquuntur, quando aqua ducitur non ex loco publico, ſed ex priuato, & quando aqua non ex ſe naturaliter fluit, & deſcendit in fundum inferiorem, ſed ex opere manu facto, tunc enim videtur inducta ſeruitus. gloſ. in l. ſi cui. D. de ſeruit. l. 2. vbi Bald. & Salicet. C. ad l. aquil. & in l. ſi manifeſtę. C. de ſeruitu. vt per Calcan. conſil. 56. Cępol. de aquęduc. num. 53. Bero. latè conſilio 139. Crauet. 124. numero octauo. Hippol. Riminald. conſi. 86. libr. 1. Dec. 244. num. 9.

Limitatur nunc prædicta concluſio, ſi ex ſtatu-
5 to, vel conſuetudine † aliter introductum eſſet, vt latè per Calcan. in conſi. 56. vbi loquitur de flumine Troni, quod nō poterat ab alijs etiam in ſuo diuerti in damnum inferioris, qui aquam dicti fluminis occupauerat.

6 Secundo fallit, † quòd ſi eſſet conuentio inter partes de aqua non diuertenda, vt dicit Bart. in d. l. quominus. quæſt. 14. verſic. in contrarium videtur. per text. in l. 1. §. ſi quis hoc eſſerit. D. de aqua quotidian. & æſtiu. & ita cenſuit Senatus in cauſa Ciuitatis Montisregalis contra Beneten ſes, qui volebant aquam Loſnę diuertere contra conuentiones antiquas initas inter ipſas partes, de non diuertendis aquis à ſolito curſu. 1588. 12. Decembris referente D. Craueta.

Et quamuis allegaretur in fauorem Beneten-
7 ſium, quod diuerſio † aquarum illis concedenda erat ex æquitate, quoniam aliquo tempore anni fluuius Loſnæ præſertim

Verè nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephiro putris ſe gleba reſoluit.

Adeo creſcit, vt ſuperabundet, & extra alueos Montisregalenſium elabatur, quo caſu aqoæ ex eo fluuio, & ex lacu, & aliæ per fines Bennetarum diſcurrentes, tam Montisregalenſibus quàm alijs ſufficere poterāt, quo caſu lex mandat, quod tibi non nocet, & alijs prodeſt, vt de facili concedatur. l. reſcripta. C. de precib. Imperato. offerend. & in cauſa aquarum eſt optimus text. in l. prima. § idem aiunt. & in l. ſecunda. §. item Varus. verſicu. quamquam. de aqua pluuia arcen. vbi verba Pauli Iuriſconſulti hæc ſunt.

Quod factum quidem mihi prodeſſe poteſt, ipſi autem nihil nociturum eſt, hoc ęquitas ſuggerit, etiamſi iure deficiamur.

Ex quo text. apparet, quòd etiamſi actio deficiat ſupplere debeat officium iudicis, ad quod etiam facit. l. ſi creditore. de euictio. cum alijs concordantibus ibi in glo. allegatis, & tradit Ioan. Faber in l. aquam. C. de ſeruitu. & aqua. Dec. in his terminis conſilio 224. numero quinto. & ſexto. Tempore enim ſuper abundantis aquæ ſecundò eſt concedenda, licèt primo fuerit antea conceſſa, cùm vtrique ſufficere poſſit. glo. in l. preces. C. de ſeruitu. & aqua. per text. in l. Lucio. D. de aqua quotidiana, & æſtiu. Cępol. de aquæduct. numero 29. dicens ita fuiſſe determinatum Bononię. Iudex enim æquitatem ante oculos habere debet. l. quod ſi Epheſi. D. de eo, quod certo loco. latè Rolan. conſi. 53. nu. 15. libro 2.

Quæ

Quæ ómnia præſertim procedere debebant in hac patria, in qua Sereniſſimus Dux noſter prouidens vtilitati publicæ, cùm reipublicę interſit ſubditos locupletes habere, magiſtratum erexit, qui prouideret, vt aquæ otioſæ non eſſent in ſuo ſtatu, & qui aquas poſſident vltra eorum neceſſitatem, illam alijs aqua egentibus concedant, & ad illud compelli poſſint.

Tamen ad hoc reſpondebant aduocati Montis regalis negando factum, quinimo prætendebant probaſſe, adeo magna eſſe, & multa latifundia in territorio Montisregalis, quòd ſeptem mille paſſuum longitudinem complectitur, vt etiam abundantes aquę illis non ſint otioſæ, & adeo exiguas eſſe poſſeſſiones eorum, qui volebant aquas diuertere, vt eorum ratio habenda non eſſet. per
8 l. Scio. D. de minor. & maior vtilitas † in diuiſione aquarum præfertur minori. l. prima. §. plerunque. & §. plerosque. D. ne quid in flumi. publ. nec debet detegi vnum altare, vt aliud cooperiatur. gloſſ. in l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. habean. & aquarum Magiſtratus à ſua Celſitudine erectus poteſt quidem mandare, vt detur tranſitus aquis, dummodo fiat ad bonum publicum, & ſine aliorum iniuria. Rip. de remed. contra peſtem.. parte vltima. numero 23. Bero. conſilio 139. numero 25. libro tertio.

Præterea, quòd hoc erat inducere communionem iſtorum particularium in illis aquis præſertim non continuis, quæ cùm diſcordias parere ſoleat, tantò magis in negotio aquarum, dum quiſque vult agris ſuis prouidere. iuxta. l. præſes. C. de ſeruit. vnde continuæ contentiones, & iurgia oriri potuiſſent, quod erat omnino euitandum. l. ęquiſſimum. D. de vſufruct.

Vlterius opponebat Ciuitas, quòd de hoc nón fuerat tractatum, ſed tantùm an liceret aquas illas contra formam conuentionum diuertere, & quòd ante omnia erant requirendi ipſi ciues curialiter ſecundum Doctor. in l. quod te. D. ſi cert. pet. ab ipſis particularibus, & ideo non poſſe Senatũ ſup hoc aliqd terminare, & ideo ſuprafactis motiuis. non obſtan. cum ſupradicta concluſione in fauorem Montisregalis tranſiuit Senatus congregatis claſſibus, cùm de cauſa ardua ageretur.

Reuiſio reuiſionis an ſit per Principem parti petenti concedenda.

DECISIO CCXLVI.

1 *Reuiſio reuiſionis an concedi poſſit.*
2 *Reuiſio an concedatur, quando ſententiæ non ſunt conformes, ſed tamen ſumus in quarta inſtantia.*
3 *Appellatio conceditur ob publicam vtilitatem.*
4 *Reuiſionis remedium quare introductum.*

1 REVISIO reuiſionis † an concedi poſſit, & admitti, dubitatum fuit. Et vbi ſumus in caſu, vbi quis lata ſententia contra ſe per cedulam appellauit ad Pręfectum, & pariter confirmata ſententia per Pręfectum, iterum appellauit Senatum, apud quem victus tertio loco appellat, vel reuiſionem petit, hic non auditur, & tantò magis ſi fortè ex aliqua cauſa admiſſa reuiſione in ea quarto loco ſuccubuit, tunc enim non eſt dubium, quin ſit reijcienda noua ſupplicatio, & petita reuiſio, tam attenta forma iuris communis. C. ne lice. tertiò. prouoc. Quod intelligitur ab eodem, vt dicitur ibi in l. 1. & virtute Decretorum antiquorum Philiberti. §. vt nihil in Repub. lib. 5. vbi poſt tres conformes ſentẽtias victus amplius non auditur appellans, ſeu de nullitate dicens, vel aliàs ſupplicans, aut recurrens, quàm etiã nouorũ Decretorum, ſeu nouarum Conſtitutionum huius patriæ in titul. *Del modo, & forma di ſupplicare, & recorrere dalle ſentenze del Senato, &c.*

Sed dubium eſt, quando tres ſententiæ nõ ſunt omnino cònformes, ſed vtraque partium habet ſententiam pro ſe, ita vt licèt ſint latæ quatuor ſententiæ, non ſunt tamen tres conformes, & videretur hoc caſu dicendum eſſe admittendam reui-
2 ſionem † per doctrinam Bart. ita decidentis circa ipſam appellationem in l. vnic. in fin. C. ne liceat. tertio prouoca. & videtur de mente glo. fin. in dict. l. 1. vbi addit. Abb. in capitu. directè. de appella. & cum hac opinio videtur tranſire D. Senator Sola ita intelligendo nouam conſtitutionem in glo. 2. nu. 59. ſuper verbo *vna ſol volta.*

Alij tamen ex Dominis dicebant ſecundam reuiſionem non eſſe admittẽdam, tum propter magnam præſumptionem reuiſionis, cùm in ſecunda ſententia reuiſionis maior Pręſidum, & Senatorum numerus interueniat, ita vt ſicut dicit Salomon, vbi multa conſilia ibi ſalus, tum etiam quia hoc admiſſo nunquàm eſſet litium finis contra l. properandum. C. de iudi. Et contra mentem Sereniſſimorum Principum, qui Decreta multa propter cauſarum expeditiones ſecerunt, & præcipuè has nouas Conſtitutiones. Et pro hac parte videtur multum ſtringere Senatus totius auctoritas. Nam ob id denegatur appellatio à ſententia Præfecti prætorio propter exploratam eius fidẽ, & grauitatem, quaſi non aliter iudicaſſet, quã ipſe Princeps l. vnic. D. de offic. præfect. præto. Cùm igitur non tantùm ſemel, ſed iterum in cauſa reuiſionis fuerit iudicatum, indecorum eſt, & contra grauitatem tanti magiſtratus reuiſionem admittere poſt tot inſtantias.

Sed ad hoc reſponderi poteſt, quòd appellatio
3 conceditur à iure communi † ob publicã vtilitatem, vt dicit Vlpian. in l. prima. D. de appellat. Poteſt enim detegi error prioris ſententiæ, & ideo etiam à ſententia Principis reuiſio conceditur, vt dicitur in dicta l. prima. Præterea habemus titulũ. D. quod quiſquo iur. per totum. & C. de reputa. Neque enim claudicare debent iudicia l. fina. C. de

fruct. & lit. expen. nec actori licere debet, quod reo non liceat. Regula non debet. de reg. iur.

Iniurioſum enim videretur, ſi mihi fortè actori à ſententia prima per Senatum lata reuiſionem petere liceat, & idem non liceat reo ſi per ſecundam ſententiam fuerit prima reuocata per eundẽ Senatum. Nec obſtabit ſi dicatur, quòd ſecunda ſententia lata fuit maiori cũ numero iudicum, quia fortè ex his multi eſſe poſſunt, qui pro prima ſententia ſtarent & antiquiores, ſed numero ſiue calculo aliorum plurium cedere coacti, vt dixi ſupra decíſ. 1.

4 Accedat, quòd remedium appellationis, † ſeu reuiſionis non ea ſolùm ratione inductum eſt, vt imperitia, vel fortè dolus ſi dici poteſt priorum iudicum corrigatur per d. l. primam. de appellatio. ſed etiam ea ratione, vt liceat non ſolùm noua inſtrumenta, & nouas deductiones producere, iuxta l. per hanc. C. de tempor. appellat. quam ſanctionem (non immerito) diuinam vocat ibi Iuſtinianus, & dicit Cyn. quòd illa lex eſt tanquam lilium inter ſpinas, additque ibi Imperator in fine prudentiſſimam illius legis rationem, quæ ad caſum noſtrum plurimum conducit: inquit enim ita ſancitum ab eo, quo exercitatis iam negotiis, pleniore ſubueniatur veritatis lumine. Sed ea etiam ratione inducuntur plures ſententiæ ad eum finem, vt cauſarum merita, & iuris defenſiones, quæ fortè in prima, aut ſequenti ſententia reſolui non poterunt, adhibitis quandoque peritioribus aduocatis, qui melius quàm primi iuris nodos, & legum enigmata ſoluãt veritati, & conſummatiori iudicio locus fiat, ideo non abre antiquarum legum conditores non vna, aut altera ſententia contenti fuere, ſed ternam quandoque, & quartam ſententiam admiſerunt, dummodo non ab eodem plures quàm tres appellationes, aut recurſus admitterentur per dictã l. primã. C. ne lic. tertiò prouoca. Neque adeo deferendum eſt ſequenti ſententię Senatus, vt primæ omnino nulla ratio habeatur, ſiquidem quandoque euenit, vt bene latæ ſententię in peius reformentur, vt dicit Vlpian. in dicta l. prima. ff. de appellation.

Et ſecundum hanc opinionem iudicauit parlamentum Delfinatus, vt dicit Guido Pap. quæſtio. 365. incipien. à ſententia Præfecti prætorio. vbi ampliat, etiamſi reſcripto Principis, vel conſtitutione cautum ſit, vt non detur niſi vnica reuiſio, quia illud intelligi debet, quando ab eadem parte reuiſio bis petitur, ſecus ſi à diuerſis, & idem obſeruat Rota Romana, quæ ſuper eodem articulo, vſque ad tertiam vicem rotare conſueuit, & iudicare, vt dicantur tres conformes, & ita fuit dictum eſſe per Senatum obſeruandum in futurum, niſi aliud Princeps decerneret.

Pupillus an teneatur ad intereſſe creditori patris, à die moræ paternę.

DECISIO CCXLVII.

1 *Pupillus an pro debito patris teneatur ſoluere intereſſe à die morę ſui patris. & num. 2.*

3 *Hęredi debitum ſui anteceſſoris eſt denuntiandum, vt in mora conſtituatur.*

DEBITOR die dicta in obligatione iurata non ſoluit, & inde moritur relicto pupillo, qui vocatus in ius offert, quod debet. Quæſitum fuit an teneatur ad intereſſe mercatori creditori à die morę paternę. Quidam dice
1 bant † non teneri, cùm ipſe pupillus neſciret hoc creditum, & ſic ſaltem à die mortis patris, vſque ad diem petitionis ipſum non fuiſſe in mora, ideoque pro eo tempore, quo videtur aliquid actum cum pupillo. argument. l. Æmilius Largianus. D. de minor. & non vltra teneri.

Alij dicebant deberi, quia mora erat cępta in vita patris, ob cuius moram pater tenebatur ex ſua promiſſione, & pupillum teneri ex facto patris etiam ex tempore cum eo decurſo: ex Bart. in l. cum filius. §. in hac. numero 3. D. de verborum obligatio.

2 Ego diſtinguebam, aut † in obligatione pater promiſit ſoluere certo die, cum omnibus damnis, & intereſſe, vt ſolet quotidie fieri, & tunc pupillus teneatur ad ſolutionem intereſſe à die moræ vſque ad diem ſolutionis. Nec obſtat, quod non fuerit pupillus interpellatus, aut illi denuntiata obligatio, quia tale intereſſe non debetur ratione moræ, ſed ratione conuentionis, & non eſt honeſtum, quòd pupillus locupletetur cum damno mercatoris creditoris. Nam in lucro verſanti pupillo non datur reſtitutio, quia illa competit tantùm ſtante læſione, toto titulo de reſtitutione in integrum.

Aut non fuit expreſsè promiſſum intereſſe à patre, & tunc tenetur pupillus ex mora patris vſque ad diem mortis, ex nota à Barto. in dicto §. in hac. numero tertio: à die verò mortis non tenetur, niſi fuerit interpellatus, vel niſi ipſe pupillus habuiſſet
3 notitiam debiti paterni: imputetur † enim tunc creditori, qui pupillo non denuntiauit debitum, ex quo ipſe veriſimiliter prætendere poterat ignorantiam, per regulam l. 42. qui in alterius, vbi glo. & Dyn. D. de regul. iur. & notat. per Doctor. in l. quod te. ſi certum peta. vbi requiritur ſaltem quędam vrbana denuntiatio, & ad ſoluẽdum interpellatio, & ſecundum hanc doctrinam inclinabat Senatus 1589. 14. Decembris, Referente Domi. Senatore Ferrerio, quamuis tunc cauſa illa non fuerit deciſa, ſed tantùm interlocutoriè ordinatum ſuper vno emergenti.

Subſtitutus, ſeu illius filius an excludant matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres, aut alios de agnatione mortuo ſine hæredibus filio inſtituto.

DECISIO. CCXLVIII.

1 *Filiorum appellatione non veniunt neptes ex filio, quando in teſtamento propria filia ſunt excluſa. & nu. 12.*
2 *In fideicommiſſis mens, & voluntas teſtatoris primum locum obtinent.*
3 *Voluntas coniecturata dicitur expreſſa voluntas.*
4 *Fideicommiſſum cenſetur gradatim iniunctum, ſi teſtator bona in familia conſeruari mandauerit. & nu. 14.*
5 *Subſtitutio per ius accreſcendi fit tranſmiſſibilis.*
6 *Glo. in l. tale pactum. §. fi. de pact. procedit in vltimis voluntatibus.*
7 *Oldrad. in conſil. 21. limitatur.*
8 *Fideicommiſſum regulariter eſt odioſum.*
9 *Conditio ſi ſine filijs, deficit filia nata licèt poſtea moriatur.*
10 *Propinquioris appellatione etiam fœmina continetur.*
11 *Infans hæreditatem etiam non aditam tranſmittit in matrem.*
13 *Coniectura debēt eſſe claræ, vt inducant fideicommiſſum.*
15 *Succeſſiuè dictio, ſtat illatiuè.*
16 *Filij vocati ex coniectura, non veniunt ad portionem cohæredis.*
17 *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur inter nepotes in conditione poſitos.*

TESTATOR excluſis quatuor filiabus, quas dotauit in ſcutis mille pro ſingula earum, inſtitutisq; duobus filijs ita ſubſtituit. *Ordinando detto teſtatore, che mancando vno de detti fratelli ſenza heredi del ſuo corpo procreati ſucceda l'altro reſtante, & morendo tutti doi ſenza Figliuolanza legitima il più propinquo della linea paterna ſucceda, è così ſucceſſiuamente ſino al quarto grado.*

Quærebatur an mortuo teſtatore relicta Rabina filia, ſuccedere deberet Ioſeph filius Ludouici, an vero per exiſtentiam Rabinæ filiæ excluderet ſubſtitutus frater, & filius fratris, & an mortua poſtea Rabina relicta matre eidem Rabinæ ſuccedere deberet mater, vel Ioſeph ipſius Rabinæ Patruelis. Et pro Patruele ad excluſionem matris, & Rabinæ adducebatur opinio multorum Doctorum tenentium, quòd in hoc caſu appellatione
1 † filiorum non veniunt neptes ex filio, qñ propriæ filię fuerunt excluſæ. l. viua matre. C. de bon. mater. Caſtren. & alij in l. 1. C. de condit. inſert. Ruin. conſi. 110. num. 12. lib. 2. & conſi. 168. num. 12. lib. 3. Curt. iun. conſi. 112. nume. 5. Menoch. conſi. 197. numer. 52. & poſt alios quos latiſſimè citauimus ſupra deciſio. 188. incipiente. Conditio. vbi copioſè diſputauimus hanc quæſtionem.

Secundo adducebatur, quòd in fideicommiſſis
2 mens, & voluntas teſtatoris † primum locum obtinet, & tanquam regina dominatur. l. in conditionibus primum locum. l. publicis. in fi. D. de condi. & demonſtr. l. cum verum. C. de fideicommiſſ. & ideo non ſolùm expreſſam, ſed etiam tacitam, & coniecturatam mentem teſtatoris debere attendi magis quàm verborum qualitatem, vt eſt tex. notiſſ. in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi omnes. ad Trebellia. Bald. & alij in l. quoniam indignum. C. de teſtam. Angel. in l. 3. C. de liber. præter. & text. not. in l. ex pacto. §. rerum de hæred. inſti. & iſta eſt communis, & vulgatiſſima reg. omnium ſcribentium. Curt. ſen. conſilio 42. colum. 1. & 2. & conſilio 51. Socin. ſen. conſilio 14. & conſilio 43. Vlis. colum. 3. lib. 1. Decius conſilio 15. colum. 2. & conſilio 38. colum. 1. & 2. & conſilio 369. colum. 1. Quinimo
3 voluntatem ex cōiecturis † collectam expreſſam voluntatem dici cenſuit glo. not. in l. prætor. §. interdum. verſi. expreſſum de nou. ope. nuncia. Dec. conſilio 68. nume. 13. & euidenter ac clare apparere, quod ex coniecturis apparet, probat Iaſ. in l. Imperator. numer. 3. de legat. 1. Afflict. deciſio. 44. nume. 15. Menoch. conſilio 86. num. 52. Riminald. iun. conſilio 393. numer. 53. 54. & quòd voluntas teſtatoris ex coniecturis deſumpta attendatur etiā contra propriam ſignificationem verborum. Decius conſilio 49. numer. 43. libro 2. In caſu autem iſto demonſtratur hæc coniecturata voluntas ex verbis teſtamenti, dum excluſis filiabus proprijs, morientibus ambobus filijs vocauit proximiorem vſque ad quartum gradum: certum eſt enim non poſſe bona teſtatoris ad quartum gradū peruenire, niſi concedamus neptem teſtatoris fideicommiſſo quoque grauatam: qui enim vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens, & quod ſine antecedenti eſſe non poteſt. l. ad rem mobilem. D. de procu. l. ſi homo mortuus. vbi Iaſ. de verborum obligat. Crauet. conſilio 174. nume. 2. & ita arg. Cum. conſilio 2. in 2. dub. Ruin. in conſilio 167. nume. 8. lib. 3. Curt. iun. conſilio 112. num. 2. Crauet. conſi. 663. nu. 6. & 7. Et ideo ſi teſtator
4 mandat † bona conſeruari in familia, cenſetur inductum fideicommiſſum gradatim, & grauati vnus poſt alium. Bart. Cum. & alij in l. ſi cognati. de reb. dub. Socin. conſilio 12. nume. 18. lib. 3. Pariſ. conſi. 30. nu. 22. lib. 2.

Tertiò adducebatur, quòd hic Bernardinus, & Ludouicus fratres erant inuicem ſubſtituti, & etiam coniuncti re, & verbis, & ideo ſtante vnione ſubſtitutionis, & coniunctionis, & ſic iuris accre-
5 ſcendi ea † ſubſtitutio, quæ ſua natura nō eſt tranſmiſſibilis, efficitur tranſmiſſibilis. l. qui patri. & l. qui ex duobus. de acquirenda hæredi. Socin. conſilio ſexto. numero 14. libro tertio. Iaſo. conſilio 154. colum. penult. verſicu. quarto principaliter. libro quarto. Ruin. conſilio 201. numero ſeptimo. libro ſecundo. Pariſ. conſilio 76. colum. vltima. verſicu. poſtremo. & conſilio 77. numer. 23. libro ſecundo.

quos

quos ſequitur Cephal. conſilio 283. numero 26.
Menoch.conſilio 95.numero 111. dicens hanc opi
nionem communiter receptam.

Quarto adducebatur veriſimilitudo mentis te-
ſtatoris,qui excludendo proprias filias non eſt ve-
riſimile , quod ſaltem mortua nepte voluiſſet bo-
na ſua in extraneam omnino perſonam prout eſt
hæc mater transferri poſthabita ratione agnatio-
nis,nobiliſque,& antiquæ familiæ ſuæ,apud quam
per multos annos amplum illud patrimonium
continuè perſtiterat, & ſi de hoc caſu fuiſſet inter-
rogatus, proculdubio pro Ioſepho eius nepote,
qui nomen,& cognomen,& arma ipſius aui refe-
rebat, reſpondiſſet , vnde ſuccedit vulgata regula;
de qua per glo. not. in l.tale pactum. §. vltimo. D.
6 de pact.quæ glo.etiam † extenditur ad vltimas vo-
luntates per text.in l.cum res.de legat.primo. l.Ti-
tius.§.Lucius.vbi Alexan.& Iaſo. in primo notab.
de liber.& poſthum. Anchar.conſilio 339.colum.
vlt.verſicu. pro hoc optimè facit. Iaſ.conſilio 203.
verſicu.ſecunda ratio.Curt.conſilio 83. verſicu. &
ideo.Socin.iun.conſi.168.verſi.demum ex omnib.
libro 1.

Nec obſt. huic cõcluſioni vulgatum conſilium
Oldrad.21.thema tale eſt.Alexan. conſilio 31.pon-
deratis.libro tertio.quia reſpond.quòd illud conſi.
7 non † procedit, quando extant graues coniecturæ
in contrarium,quę reſponſio colligitur ex Roma.
conſilio 56. Come. conſilio 14. numero quarto.
libro ſecundo. Dec. conſilio 270. colum.fin.Curt.
iun. conſilio 111. numero ſexto. & ita iudicatum
in parlamento Delphinatus, & Neapolitano refe-
runt Guido Pap. quæſtio.531. Capic. deciſio.118.
& in Rota Roman. Caſſiodor. deciſio. prima. de
teſtamen. idem tenet Dec. conſilio 477. numero
tertio. Parſ.90. numero 39. & conſilio 75. nume.
ſexto. libro ſecundo. Ruin. conſilio 178. numero
14. libro ſecundo. Crot. in l. filiusfamilias. §.diui.
numero 123. Socin. iun. conſilio 68. numero 28.
libro tertio. Alciat.conſilio 482.in princip. & con-
ſilio 604. numero quarto. vbi teſtatur ſe ita vidiſ-
ſe iudicari,& conſil. 777. numero tertio. Mandoſ.
conſilio 93. & dixi ſupra latè deciſio. 96.Filij in
conditione. in fin. & ita tenent Fulgoſ. & Cuman.
quos refert Marzar.conſil.quarto.colum.ſecunda.
verſicu.& quoniam. & conſilio quinto. colum. 4.
verſicu. ſed vltra rationem. Crauet. 935. vbi latè.
numero decimo. verſicu.voluntate hac. & nume.
13.& 16.&conſilio 527.& 878.vbi vide de opinio-
ne Oldra.tantò magis in caſu iſto,vbi expreſſa ver-
ba ſubſtitutionis erant de linea paterna vſque ad
quartum gradum.Faciunt ſcripta,per P.A.à Petra
de fideicom.q.9.nu.235.

Pro contraria autem parte adducebatur , quòd
8 fideicommiſſum regulariter † eſt odioſum.l.cohæ
redi. § cum filiæ. D. de vulgar.l.ſi arrogator. D. de
adoption. & in eo debet fieri ſtricta interpretatio.
capit.odia.de regu.iur.in ſexto. neque poterat fieri
extenſio de caſu ad caſum , neque de perſona ad
perſonam.Oldrad.conſilio 237.Aretin.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum. D.de liber. & poſthum. & per
alia iura,& Docto.quos citat Roland. conſilio 56.
numero 18. & 24. libro tertio. Natt.470. numero
ſexto.Gabriel.in conſilio tertio.numero 13. Burſa.
conſilio 337. Crauet. 898. numero vndecimo. &
deficiente primo gradu ſubſtitutionis , quod om-
nes alij ceſſent , tenent Doctores relati per Alex.
conſilio 139. libro ſexto. Ruin. 92. libro ſecundo.
Menoch. conſi.85.nu.46. & communem teſtatur
Craue.conſi.98.

Secundo adducebatur, quòd ſubſtitutio facta
filijs erat conditionalis ſi decederent ſine filijs,imo
lationbus verbis ſupra relatis, *ſenza heredi del ſuo
corpo procreati* , quo caſu nulli dubium, quod Ra-
bina Bernardini filia, & hæres ſecerit deficere con-
ditionem ex ſupra allegato conſilio Oldrad. 21.
relato per Ioan.And.in additio. Specul.rubrica de
teſtamen.§.in primis. in additio. incipien. quæſtio
talis eſt.Caſtren.in l.ex facto. §. penult. vbi conclu-
9 dit , quòd ſufficit extare liberos tempore † mortis
inſtituti,licèt poſtea deceſſerint,& deficit talis con
ditio etiam vnica filia exiſtente, & poſtea mor-
tua.Alexan.conſilio 31. libro tertio. Dec. conſilio
291. numero quinto. & conſilio 223. numero 3.
conſil. 377.numero primo.& 513.numero primo.
& in l.poſt aditam.numero ſecundo.C.de impub.
Alexand.conſilio 139. numero tertio. libro ſexto.
conſilio 101.numero 12.libro ſeptimo. Ruin.153.
numero quinto. conſilio 161. numero 18. libro 2.
Nat.conſilio 191.numero ſeptimo.& conſilio 551.
numero 23. quo ſtante mater mortua filia ad
eius ſucceſſionem tanquam proximior venire de-
bet.authen.defuncto.C.ad Tertul. præſertum quan
do nullę coniecturæ pro vocatione concurrunt,vt
dixi deciſ.90.in fi.

Tertio adducebatur, quòd in teſtamento iſto
Ioſephi ſenioris nulla fuerat facta mentio agnatio-
nis,neque maſculinitatis,quinimo poſt filios inſti-
tutos videtur expreſsè ſubſtituiſſe etiam fœminas
deſcendentes ex ſua linea,tam ex illis verbis *ſenza
heredi del ſuo corpo* , quàm ex alijs *ſenza figliuolanza
legitima* , quæ verba amphora ſunt , & magis apta
ad complectendum etiam filias , quàm illud ver-
bum filiorum , quod primo aſpectu in maſculi-
num ſenſum magis accedit; & profectò, ſi hæc
verba vulgari Italico ſermone concepta,fuiſſent
oſtenſa Dominis conſultoribus partis , non puto,
quòd pro patruele conſuluiſſent ad excluſionem
matris,& tantò magis , quòd apparet teſtatorem
reſpexiſſe etiam ad vocationem fœminarum de-
ſcendentium, dum dicit, *Il più propinquo della linea*
10 *paterna* , hæc enim verba apta erant † vocare,
etiam fœminas ex linea paterna deſcendentes.
Ange. conſilio 288. viſo facto. Dec. in l. fœminæ.
numero 49. & numero 119.de regu.iur. Barto.in l.
prima. per illum text. de verborum ſignificatio.
Craue.conſilio 656.numero ſeptimo. ex quo col-
ligitur aperta mens teſtatoris voluiſſe excludere
nepotes , imò quod ipſe neptes facerent deficere
conditionem.

Nec dicatur filiam deceſſiſſe infantem trium,
vel quatuor annorum, nec adiuiſſe hæreditatem,
& ad matrem non tranſmiſiſſe , quia reſpon-
detur.

Primò,

Primò, quòd pars agens agebat ſine actione non exiſtente conditione, ſub qua vocata fuerat, & quæ conditio defecerat exiſtente filia.

11 Secundò, reſpondetur † infantem patris hæreditatem etiam non aditam ad matrem tranſmiſſiſſe.glo.in l.apud hoſtes.C.de ſuis, & legit. Bartol. in l.ventre.colum.5.verſic. quarta regula. numero 19.D.de acquirenda hæredita.Alexan.in l.ſi infanti. colum.pen. C. de iure deliberan. vbi hanc opinionem veriorem, & communem dicit Dec. conſilio 245.colum.prima.& infantem patris hæreditatem non aditam ad matrem tranſmittere ex potentia ſuitatis probat Pariſ. conſilio 39. numero 14. libro 3. & communem dicit Burſat. conſilio 16. nume. 11. & dixi ſupra deciſio.88.incipien.Infans filia.

Tertiò dicebatur nõ eſſe nos in caſu huius quæſtionis ex eo, quòd mater mortuo marito Bernardino nomine infantis hæreditatem adiuerat, & vti tutrix filiæ hæreditatem gubernauerat.

Nec obſtat, quæ in contrarium adducuntur: nã
12 ad primum reſpond. quòd † illa opinio, quòd neptis hoc caſu excludatur à ſubſtituto patitur multas difficultates, & contrarias opiniones, vt dixi dicta deciſ.188. Præterea hæc coniectura non conſideratur, quando ſucceſſiuè in teſtamento ſunt etiam poſtea vocatæ fœminæ, vt latè probat Petr. de Petr.de fideicommiſſ. quæſt.9. nume. 195. poſt Marzar.Cephal. & multos per eũ citatos. Nec eſt abſurdum, quod hoc caſu filia ſit deterioris conditionis quàm neptis. Gabriel.de fideicommiſſ.cõcluſ.5.nume.12. Vlterius reſpondetur, non procedere in caſu noſtro, vbi nõ per dictionem filijs, ſed alijs amplioib. vocabulis expreſsè vocatæ ſunt filiæ, & neptes.

Ad ſecundum reſpondeť, quòd in caſu iſto tantum abeſt, quòd coniecturæ faciant pro maſculis, vt potius aliæ fortiores ſint coniecturæ ex verbis reſultantes, vt videamur eſſe in claris, in quibus non eſt locus coniecturis.vulg.l.continuus.de
13 verborum obligatio. & tales † coniecturæ debent eſſe claræ, & efficaces inductæ ex verbis teſtamenti. Alben.conſilio 31.nume.10.Decian.conſilio 26. numer.87. Crauet. conſilio 98. Burſat.conſilio 51. & 52.Riminald.iun.conſilio 358. numer.172. libro quarto. Crauet. 763. Ozaſc. conſilio 35. numero 21. Graſſ. latiſsimè in §. fideicommiſſum. quæſtione quarta.numero ſeptimo.& octauo. & ſicut ex coniecturis inducitur fideicommiſſum, ita contrarijs coniecturis annullatur.

Ad tertium reſpondetur non agi hic de coniunctis, cùm per aditionem filiæ infantis reſolutum fuiſſet ius accreſcendi, & quodlibet aliud ius.l.poſt aditam.C.de impu.

Ad quartum, quòd ratio glo.l.tale pactum.procedit in caſu dubio, cùm ex verbis nõ appareat de expreſſa mente teſtatoris: hic autem ſumus in claris, cùm ex ipſius teſtatoris verbis manifeſtè conſtet vocatas etiam fœminas per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Accedat, quòd etiam veriſimile eſt teſtatorem habiturum fuiſſe rationem ipſius matris Rabinæ, tum vt confirmaret mentem ſuam cum diſpoſitione iuris communis, quæ ad luctuoſam ſucceſſionem filiæ vocat matrem, tum quia ipſa nurus non eſt omnino extranea ſocero, quinimo dicitur de ipſius familia, & ideo ſi teſtator prohibet aliquid non alienari extra familiam, non excludi nurum à ſucceſſione filiæ, vt eſt caſus de hoc in rubr. & nigro. in authen. de reſtitutio. fideicommiſſ.

Nec etiam obſtat id, quod allegabatur, quòd teſtator vocando propinquiorem de linea paterna vſque ad quartum gradum, videatur habuiſſe rationem agnationis, & quòd voluerit inducere tacitum fideicommiſſum in deſcendentia ſua vſque
14 ad quartum gradum, quia non † procedit hoc caſu, vbi omnino euanuit conditio, vt per Fulgoſ. conſilio 17. Curt. iun. conſilio 739. numero 14. Oldrad.conſilio ſexto.Crauet.conſilio 67.numero octauo. Pariſ. conſilio 41. numero 33. libro tertio, latè Marzar. conſilio 15. numero 17. & tantò magis, quòd vocauit propinquos indiſtinctè vſque ad quartum gradum, inter quos veniunt etiam fœminę, vt dictum eſt ſupra. Neque vera eſt illa interpretatio, quod illa verba, *Et così ſucceſſiuamente ſino al quarto grado*, denotent reciprocam ſubſtitutionem vſque ad quartum gradum, quoniam intelligi debent; vt minus lędant diſpoſitionem iuris communis, quàm ſit poſſibile. Crauet.conſilio 180. per l. quidam cum Titium. de hæredib. inſtituen. Menoch. cõſilio 85. numero 88. & intelligenda ſunt hoc modo, quòd morientibus filijs ſine prole ſuccedant alij propinquiores de linea paterna; vſque ad quartum gradum, ideſt ſi nullus ſit intra quartum gradum ſed vltra, illi amplius non admittuntur, & ſic verba illa ſtant excluſiuè illorum, qui erunt vltra illum gradum, non autem, quòd inter eos ſit inductum aliquod fideicommiſſum gradatim vſque ad quartum gradum, & illa dictio
15 *Succeſſiuè* non ſtat † repetitiuè ad ſubſtitutionem ad alias perſonas, ſed illatiuè, vt per Ruin. conſilio 302.nu.11.lib.2.

Neque etiam obſtat, quòd dicebatur iſtos filios in conditione poſitos cenſeri vocatos. Primò, quia hic non concurrunt tales coniecturæ, quæ inducant vocationem, de quibus dixi dicta deciſio. 96. Præterea etiamſi extarent tales coniecturę, quę inducerent vocationem, intelligerentur vocati ad
16 portionem patris eorum non † autem cohæredis. l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebellia.Nat.conſilio 501.nu. ſeptimo.Curt.ſen.conſilio 41. nume.14.& ita ab omnibus repeti dicit. Mantic. de coniectur. vlti.volunt.libro 11.titu. tertio.numero 27.Domi. Panzirol. conſilio 156. numero tertio. Ioſeph. de Ruſtic.in tract.an & quan.lib. in conditio. poſi.lib. 5.c.9.num.1.

Et fideicommiſſum reciprocum licèt induca-
17 tur inter filios, non tamen cenſetur inductũ † inter nepotes poſitos in conditione. Socin.ſen.in dicto §.cum ita. numero 13. & conſilio 113. libro 1. Menoch.conſilio 85.numero 43.Zanch.in dicto §. cum ita.in ſeptima part. numero 85. Burſat. conſilio 41.& 151. numero 38.libro primo.& conſilio 52.Cephal. conſilio 188.numero 20. præſertim ad

exclu-

excluſionem matris, vt in caſu noſtro. Crauet. conſilio 163. per totum. Petra dicta quæſtio. 9. nume. 235. verſic. quinimo etiam. Menoch. 376. numero 65. libro 4. poſt Socin. Alciat. Torniel. Rip. & alios per eum citatos dicens ad reciprocam ſubſtitutionem inducendam non ſufficere, quòd deſcendentes ſint virtualiter, & interpretatiuè vocati, neque etiam cẽſeri inter expreſsè vocatos inductam ſubſtitutionem, niſi illa in tota hæreditate facta fuerit cum aliquo ſigno vniuerſali, neque ſufficit ſi fieret ſimpliciter in hæreditate. Socin. in dict. conſil. 104. numero 10. vbi ita Docto. communiter tenere dicit in dict. l. hæredes mei. §. cum ita. D. ad Trebell. Crauet. conſilio 328. nume. 9. Menoch. dict. conſil. 376. num. 27. & magis communem aſſerit Burſat. conſi. 51. num. 8. Crauet. 306. nu. 2.

Et ex his omnibus cenſuit Senatus neptem excluſiſſe patruelem nepotem teſtatoris ex alio filio Ludouico, & matrem debere admitti ad ſucceſſionem filiæ infantis in cauſa Dominorum de Rabiis Cunienſium referente Domino Senatore Appiano 1589. 22. Decembris, confirmata ſententia Domini Alexandri Solæ iudicis Cunci, qui ita iudicauerat.

Statutum, vt rectè conditum dicatur, quæ requirantur, & quando publicatum dicatur, & plura circa materiam condendi ſtatuta.

DECISIO CCXLIX.

1 *Conſiliarij, & decuriones habent authoritatem totius populi in negotijs vniuerſitatis.*
2 *Conſuetudo, & forma attendenda eſt in publicationibus ſtatutorum.*
3 *Publicatio ſtatuti non requiritur, quando obſeruatio illius fuit ordinata.*
4 *Notoria in ciuitate publicatione non egent.*
5 *Publicatio non requiritur, vbi eſt ſcientia. & nu. 10.*
6 *Statutum non ligat, niſi publicetur.*
7 *Statutum ſi dicat, quòd ex nunc obſeruetur, intelligitur poſt publicationem.*
8 *Reformatio ſtatuti quando perfecta dicatur.*
9 *Principis confirmatio an requiratur in reformatione ſtatuti.*

STATVTVM ciuitatis Cunei antiquum, quod erat ante annum 1380. diſponebat, quod mater ſuccederet filijs ad formam iuris communis, toto titu. D. & C. ad Senatuſconſul. Tertullia. Inde anno 1582. quædam nobiles viduæ vnicam filiam habẽtes præbuerunt occaſionem tanquam cauſa impulſiua, quod ordinaretur per conſilium Cunei reformanda ſtatuta, & data fuit commiſſio quatuor Doctoribus, qui poſtea retulerunt omnes reformationes, quas fecerant, quæ fuerunt per conſilium approbatæ, & fuit tunc ordinatum, quòd tales reformationes, & ordinationes redigerentur in mundum, deinde imprimerentur, & confirmarentur à Principe ſi opus eſſet, inter quas reformationes fuit reparatum ſtatutum ſupra dictum, & ordinatum, quòd mater non ſuccederet filijs, vel filiabus exiſtentibus agnatis. Poſtea moritur quædam ex dictis filiabus ſuperſtite matre, ea mortua iterum ordinatur in conſilio, quod imprimantur ſupra dicta ſtatuta reformata, & quòd obſeruentur abſque aliqua contradictione, & impreſſa ſubſcriberentur per Secretarium, & ſigillarentur, & reponeretur talis liber ſtatutorum ſic ſubſcriptum, & ſigillatum, reliqui vero libri impreſſi exponerentur venales, vt omnibus innoteſcerent.

Dubitatum fuit, an ſtatutum diceretur perfectum, & publicatum, & decideret iam tunc hunc caſum, ita vt virtute dicti ſtatuti mater eſſet excluſa ab hæreditate filiæ, & dicebatur eſſe excluſam.

Primò, quia conſilium Cunei potuit dicta ſtatuta reformare, & reparare vigore conſuetudinis ipſius loci. Quamuis enim non interueniſſet totus populus, tamen videbatur ſufficere interuentum conſilij: nam quando populus eſt numeroſus, debent deputari aliqui conſiliarii, qui bona vniuerſitatis adminiſtrent, & eam regant cum authoritate
1 ſtatuendi, & tales † conſiliarij habent eandem authoritatem, quam totus populus, ita tenet Prepoſ. in capit. Senatuſconſultum. diſtinctio. ſecunda. allegans. §. Senatus. inſtitu. de iure natur. & gloſſ. not. in l. ſed ex dolo. §. primo. D. de dolo. & in rubrica, quæ ſit longa conſuetudo. idem tenet Rolan. conſilio 99. numero 20. libro ſecundo. Franc. in procæ. ſexti. §. ſanè. numero quarto. Bartol. in l. omnes populi. numero 16. Ange. conſilio 62. numero primo. Crauet. conſilio 195. numero octauo. Cagnol. in l. ſecunda. numero 145. D. de orig. iur. Domi. Sola in procem. decret. Sabaud. glo. tertia. num. quarto. & hæc videtur conſuetudo totius patriæ Pedemontium, & ſufficit, quòd ex omnibus conſiliarijs adſint duæ partes de tribus. Barto. in dicta l. omnes populi. numero ſexto. Dec. conſilio 466. num. 12. Gozadin. conſilio 35. numero 14. nec poteſt generale conſilium impedire. Præpoſit. in capit. præterea. numero 9. de ſponſal. Cephal. conſ. 96. nu. 21. lo. de Amic. conſi. 42. nu. 12.

Nec requirebatur in caſu propoſito confirmatio Principis, quoniam Comes Amedeus Sabaudiæ, Princeps Pedemontium, & Dñs Cunei anno 1382. cũ ob receſſum Regis Reineri Regis Hieruſalem, Comitis Prouinciæ, & Pedemontium, populus ille tradidiſſet ſeipſum Comiti, conceſſit illi licentiam faciendi, & reformandi ſtatuta, quæ ex tunc haberentur pro confirmatis, vnde alia confirmatio non requirebatur per ea, quæ dicit Gozadin. dicto conſilio 35. Crauet. conſilio 55. numero octauo. Viui. in ſilua opin. §. 743. nume. 1.

Ruin. conſ. 166. num. 5. lib. 4. Cephal. conſilio 38. nu. 22. & 23.

Secũdò adducebatur, quòd ſtatutum illud erat perfectum, & implenum in omni ſua forma & ſubſtantia, poſtquam ante mortem illius puellę lectis in cõſilio reformationibus fuerat ordinatum, quòd illæ reformationes obſeruarentur, ex ſic illa reſolutio videbatur habenda pro ſolenni publicatione ſtatuti. Præterea præſumebatur publicata ex eo, quòd talis reformatio reperiebatur in archiuio per ea, quæ not. D. Sola in dict. procem gloſſ. 4. numer. 10. neque enim ſolent publicari in plateis per proclamata cum lectione ipſorum ſtatutorum, quia hoc eſſet impoſſibile, cùm talia ſtatuta contineant multa capita, & magnum volumen,
2 vnde † attendenda eſt conſuetudo & forma, quę ſolet fieri in talibus publicationibus ſtatutorum, vel quæ ab ipſis conſiliariis præfiguntur. Alex. conſilio 52. nume. 2. libro 7. Felin. in cap. 2. numer. 7. de conſtitut. & ibi Dec. in 2. lect. nume. 7. poſt Butr. & Imol. Satis enim eſt, quod ſtatutum fiat manifeſtum in conſilio. Pariſ. conſilio 49. nume. 2. libro 4. Caccialup. in l. omnes populi nume. 37. & tanto magis cùm appareat de mente conſilij ſtatuentis, & declarantis, quod ea ſtatuta, quæ fuerunt decla-
3 rata † omnino obſeruentur, tunc enim non videtur requiri alia publicatio. Alex. conſilio 39. num. 4. libro 3. poſt Angel. in §. fin. in fin. auth. de non eligen. ſecundo nuben. Dec. in cap. 1. numer. 17. de poſtulat. prælator. Butr. in cap. 2. nume. 16. de conſtit. Francan. cap. 1. §. 1. nume. 4. de conceſſ. præben. in 6. glo. in data ipſius 6. Menoch. de arbitr. iud. caſu 185. nume. 3. Barbat. conſilio 33. in fin. libro 1. Felin. in cap. 1. nume. 3. de re iudic. facit. cap. viginti. 16. diſtinct. Bald. conſilio 348. num. 2. libro 3. & pro publicatione ſufficit, quòd ſit rogata ſcriptura. Abb. in cap. 1. nume. 10. per eum text. de poſtulat. prælat. Angel. in auth. de non eligen. ſecund. nuben. Alex. dicto conſilio 39. numer. 4. libro 3. Rolan. conſilio 99. nume. 37. libro 2. Bec. conſilio 2. num. 10. Borgn. deciſio. 30. nume. 9. libro 1. Rodoan. de reb. eccleſ. non alienan. titul. de locat. §. item ex præmiſſis. numero 17.

Accedat, quòd ea quæ fiunt in conſilio ciuita-
4 tis videntur notoria, ita vt non egeant aliqua † publicatione. Alex. conſilio 81. num. 2. libro ſecundo. Socin. conſilio 134. nume. 3. libro primo. Salicet. in l. 2. nume. 3. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Præterea non requiritur publicatio, quando talia ſtatuta ſunt repoſita in archiuio, vt pateant omnibus. Bald. in l. 2. §. ne poſtea. de orig. iu. vbi Cagnol. nume. 44. & 78. Roland. conſilio 90. nume. 38. libro 2. D. Sola in dict. gloſſ. 4. nume. 10. & ſequitur Borgnin. deciſio. 30. nume. 10. Seraſin. de priuileg. iuramen. cap. 5. nume. 29. Gozad. conſilio 98. nu. 22. Ozaſc. deciſ. 69. num. 6. Gabriel. de probat. concluſ. 5. num. 5.

Vltimo dicebatur, non eſſe neceſſariam publicationem, cùm illud ſtatutum eſſet notorium ipſimet matri, quæ de hoc conquerebatur, & ſtante
5 tali ſcientia publicatio † non requiritur, quia ex ea ligantur ſcientes. Bart. in l. omnes populi. num. 37. Bald. in l. ſacræ. num. 2. & 3. Grat. reſpon. 49. nume. 37. Capr. reg. 5. nume. 15. Rip. in rubr. de conſtit. numer. 17. certus enim non eſt certiorandus. Cephal. conſilio 35. numer. 47. Pariſ. conſilio 49. numer. tertio. libro quarto. dicens communem. D. Sola d. gloſſ. 4. numero 30. etiamſi ſtatutum ſit pœnale. Menoch. dict. caſu. 185. nume. 5. & cùm eſſet in archiuio etiam id eſſe loco publicationis, & perfectæ probationis. Roman. conſilio 266. nume. 3. & conſilio 165. & 319. Gabriel. de probat. concluſ. 5. numero primo. Maſchar. de probat. concluſ. 1113. numero 10.

In contrarium verò multa adducebantur, & primò, quod tale ſtatutum erat imperfectum ratione formæ vſque ad annum 1579. quando fuit dictum, quòd obſeruaretur & imprimeretur, poneretur que in archiuio, & exponeretur venalia ipſa ſtatuta, vt omnes de eo poſſent habere notitiam, & donec illa omnia ſint perfecta, non poterat dici illa reformatio ſtatutorum perfecta; nihil enim dicitur actum, quando aliquid ſupereſt faciendum. l. cum Silenianum. C. de his quib. vt indign. Alex. in l. Titia. colum. 3. ſolut. matrimo. & quamuis publicatio de ſe non requirat ſcripturã. Rot. de conſtit. deciſio. 1. tamen hoc non procedit, quando ſtatuentes eam requirunt, vt dicit Pazon. in additio. ad deciſio. 1. Rotæ Roman. poſt Felin. & Dec. in rubr. de conſtitutio.

Secundò dicebatur, quòd ſtatutum non incipit
6 habere vires, nec ligare ſubditos † niſi poſt publicationem ipſius ſtatuti, & ita dicit tex. in auth. vt factæ nouæ conſtitut. vbi dicitur dari duos menſes à die inſinuationis, quæ inſinuatio ibi accipitur pro publicatione, vt communiter dicunt Doctor. & cap. in iſtis. § leges. 4. diſtinct. vbi dicitur, quòd leges inſtituuntur, quando promulgantur, & dicitur promulgatio quaſi prouulgatio, mutata V, in M. cauſa melioris ſoni ipſius vocis, ſicuti pro conuocio conuicium dicitur. l. item apud labeonem. §. conuicium. D. de iniur. id eſt, quando non ſolùm ad ſapientes conſiliarios, ſed etiam in vulgus ſtatutorum notitia deuenit, & quamuis Docto. intelligant d. auth. vt fac. nouę cõſtit. dum vult non ligari populos niſi lapſis duobus menſibus à die publicationis habere locum tantummodo in legibus imperialibus, quæ concernunt totum orbem; nihilominus hæc videtur communis opinio, quòd etiam intelligatur de ſtatutis. Dyn. in cap. ignorantia. de reg. iur. in 6. Iacob. de Bellapertic. Gabriel. & Rofred. quos citat Rayneri. de Forliu. in dict. l. omnes populi. numer. 56. Sed vtcunque ſit, quia hæc quæſtio, quando incipiant ligare ſtatuta, multum eſt agitata, & obſcura, ita vt vix poſſit dari certa regula, & in ea iudicatur ſecundum conſtitutionem ſuper qua ſtatuitur, & ideo ſacri Concilij Tridentini obſeruantia quando inciperet dubitabatur, ita vt neceſſe fuerit pro huius dubij declaratione publicari Bullam Pij quarti, quæ impreſſa eſt poſt decreta Concilij, & multi tenent eſſe arbitrarium iudici, quando incipiat ligare ſtatutum, vt per Menoch. caſu. 185. nume. 6. quando nullum eſt appoſitum tempus, vt ibi per eũ, Tamen in hoc omnes

Deciſio CCXLIX.

nullo diſcrepante conueniunt, quòd ſtatuti publicatio requiratur, vt eſt tex. in dict. §. leges, & in dict. authen. vt factæ nouæ conſtit. in l. pen. circa fin. de decur. libro 12. l. fin. de decret. ab ordin. faciend. Innoc. in c. cũ acceſſiſſent. de cõſtitu. Io. Monach. in cap. 4. de reſcript. libro 6. Dyn. in l. ſi quis in graui. ad Sillan. publicatio enim eſt actus perfectiuus ipſius ſtatuti, & ſine publicatione nullius eſt momenti, vt dicit D. Sola dict. glo. 4. nume. 5. poſt Bal. Ang. Abb. Alex. Nat. & alios per eum citatos, quos non tranſcribo Gabr. in commun. concluſ. de conſtitutio. concluſio. 1. nume. 6. & poſito, quòd etiamſi
7 in ſtatuto dicatur; quòd † ex nunc obſeruaretur, illud ex nunc intelligitur poſt factam publicationem glo. not. in clem. 2. de hæretic. in verſicu. ex nunc. forma autem publicationis cum ſit diuerſa, vt dicit D. Sola dict. glo. quarta. nume. 10. & 11. in caſu noſtro videtur præfixa ab ipſis ſtatuentibus dum ordinarunt, quod ipſa ſtatuta imprimerentur, & ex multis libris vnus ſigillaretur, & ſubſcriberetur per notarios, & inde reponeretur in archiuio, & cæteri libri publici venales exponerentur, vt omnibus paterent, quæ verba videntur importare requiſita hæc omnia pro integra, & perfecta publicatione, & donec ſingula facta ſint, non dicitur publicatio facta, & conſequenter nullam vim habere ipſa ſtatuta nouiter facta, & reformata: illa enim impreſſio librorum cum eorum expoſitione in publico erat ab eis habita pro publicatione, quod cùm hactenus factum non ſit, non dicitur facta publicatio aliquo modo.

Tertio allegabatur, quòd illa reformatio erat
8 † nulla, cùm non fuiſſet obſeruata forma conſtituta per Dominum Præſidem Purpuratum anno 1535. in qua dicebatur, quòd in ſimilibus ſtatutis reformatoriis videlicet, quod ſinguli vocarentur ad domum, nec ſufficeret pulſatio campanę iuxta ſolitum, quæ forma videtur etiam ex iure communi. Præpoſ. in cap. plebiſcita. & in cap. Senatuſconſultum. colum. 1. ibi, & quod maior pars. diſtinct. 2. Quinimo videtur prætereà requiri, quod legatur reformatio coram conſiliariis, & ea lecta ſcribatur per notarium, & deinde etiam legatur. Præpoſ. in cap. conſtitutio. diſtinct. 3. Quæ cùm facta non fuerint, redditur nulla dicta reformatio, vt per D. Solam. d. glo. 4. num. 3.

Quartò opponebatur, dicta ſtatuta reformata non ligare populum priuſquam fuerint confirma-
9 ta à Principe. Præpoſ. dict. c. in iſtis. colum. 2. verſic. & ex his allegans exemplum in teſtamento dicẽs, quòd licèt teſtator ordinet, & notarius ſcripſerit, non tamen valent illa ordinata, donec teſtator ex toto ſuam voluntatem explicuerit, & ea approbauerit, & ſuum teſtamentum velle eſſe dixerit, non dicitur teſtamentum perfectum per text. ſing. in l. fideicommiſſa. §. 1. de legat. 3. Decian. conſilio 32. numero 49. libro 2. Marſil. ſing. 567. omnia igitur tanto magis hæc obſeruanda erunt in legibus, & ſtatutis reuocatoriis iuris communis, quæ ſunt maioris præiudicij.

Nec obſtat allegata cõceſſio Amedei, quia non habet locum in illis ſtatutis, quæ princeps ipſe expreſsè confirmauit, tunc enim ſicut in ſtatuto interuenit confirmatio Principis, ita etiam debet interuenire in reformatione, & illius ſtatuti reuocatione, vt vnumquodque tollatur ea forma, qua colligatum eſt. l. nihil tam naturale. D. de reg. iur. vt tenet Rayner. in dict. l. omnes populi. numero 54. & Barto. ibidem quæſt. 5. & Seuerin. nume. 71. poſt Abbat. ibi per eum relatum, etiam quod aliàs confirmatio Principis non requireretur, niſi ad abundantiam.

Non obſtant in contrarium allegata: nam ad primum dicitur admitti, quod conſilium ordinarium poſſit reformare ſtatuta, ſed illud intelligitur dummodo formiter procedant, & interuenientibus requiſitis aliis ſupra allegatis, de quibus latè per Dominum Solam dicta gloſſ. 4. & diximus ſupra.

Ad ſecundum dicitur, non fuiſſe perfectum ſtatutum, neque factum iuxta formam datam à D. Purpurato, & ab ipſis ſtatuentibus, & contra l. diligenter. D. mandati. & ſic nullum. l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſact. Cagnol in l. & ſi noc facilè. D. de regulis iuris. Felin. in capitu. cum dilecta. de reſcript.

Ad tertium dicitur non militare, quod ſcientia liget ſubditos, niſi facta publicatione, quæ omnino
10 requiritur, ſiue vno, ſiue alio modo fiat, alias ſequeretur abſurdum, quod ligarentur ſtatim ipſi conficientes ſtatuta, & alij non ligarentur, & ſic vna pars populi ligaretur alia non, & diuerſo iure cenſeretur illa obligatio contra l. eum, qui ædes. D. de vſucapion. ex enim debet ligare omnes vniuerſaliter, & æqualiter. l. iura. D. de legib. & ideo bene dixit Domi. Sola, quod etiam dicta ſcientia non ligat populos, niſi facta ſtatutorum publicatione, vt latè per eum in dicta glo. quarta. numero 4. poſt Dec. in cap. primo. de poſtul. prælator. Nec obſtat, quòd dicitur eam ſcripturam repertam in archiuio, quia ibi erat non vt ſcriptura publica, & perfecta, ſed quæ erat in fieri, quod demonſtrarunt illi conſiliarij in vltima ordinatione, quæ obſeruata non fuit, vnde non probat. Ancha. q. 49. numero 4. Ozaic. deciſ. 69.

Ex his, & aliis, quæ ſcribit Socin. Iun. conſilio 30. libro primo. concluſum fuit, dictam reformationem non habere vim, nec ligare populum, cùm omnia non interuenerint, quæ de iure, & ex ipſis ſtatutis requiruntur, & præſertim cùm agatur de graui præiudicio. capit. vbi periculum. de electio. in ſexto. Et ideo in dicta cauſa Dominorum de Rabis fuit dictum, matrem debere admitti ad ſucceſſionem filiæ prædicto ſtatuto tanquam abortiuo non obſtante, anno 1589. die 22. Decembris, referente Do. Appiano.

Vaſſallo, cui competunt emolumenta iuriſdictionis etiam priuatiuè quo ad Dominum, an ſpectet emenda, in qua ſubditus temerè appellans fuit condemnatus per Senatum.

DECISIO CCL.

1 *Vaſſallus inueſtitus de caſtro habet omnia emolumenta priuatiuè, quo ad Dominum.*
2 *Emolumenta dicuntur pęnę, & mulctę.*
3 *Emenda temerè appellantis an ſpectet vaſſallo. & numero 5.*
4 *Edictum Principis applicans pœnam fiſco non procedit quo ad feudatarios.*

VASSALLVS inueſtitus de caſtro habet omnia emolumen-
1 ta iuriſdictionis priuatiuè † quo ad Dominum, vt notatur in l. Imperialem. §. illud. de prohibi. feud. alienatio. per Frideric. Dominus meus Præſes à Ponte latè inter quæſtiones laudimiales. quæſtione 24. & dixi ſupra deciſione 132. Saluaguardiatus. Emolumen-
2 ta † autem dicuntur pœnæ, & mulctæ, vt dicit Caſſan. in conſuetud. Burgun. titu. *Des mains mortes.* §. 18. numero 35. poſt Bartol. in l. fina. ſoluto matrimo. vbi Caſſane. exemplificat etiam in pœnis contumacialibus, quæ imponuntur à vaſſallis. Sed contingit nunc talis caſus virtute decretorum Ducalium, temerè appellantes non ſolùm condemnatur in expenſis, ſed etiam in emenda, ex ratione quam adducit Imperator inſtitu. de pœna temerè litigan. Sed aliàs non ſolùm temerè appellans, ſed etiam temerè litigans vltra expenſas ſoluebat etiam pro pœna decimam litis. §. hæc autem omnia. inſtitu. de pœn. temer. litigan. Vnde videtur deſumpta practica huius patriæ, vt deponant, qui reuiſionem petunt, decimam litis. Quamuis de iure communi nullam indictam eſſe mulctam temere appellantibus dicat Rebuff. in titu. de appellatio. glo. prima. articu. 9. numero primo. vbi ſuper hac materia ponit plures quæſtio. Nunc euenit, quòd in terra cuiuſdam vaſſalli quis appellauit à ſententia ordinarij, vel iudicis appellationum eiuſdem vaſſalli ad Senatum, qui pronunciauit appellantem temerè appellaſſe, illumque in emenda pecu-
3 niaria condẽnauit, quæritur an illa emenda † applicari debeat fiſco Ducali an verò vaſſallo?

Dicebatur deberi vaſſallo, cui de iure ſpectant emolumenta ſuæ iuriſdictionis, vt ſupra dixi.

Secundò, quia inſpicitur in his terminis principium rei, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, & ita arguit in hoc caſu emolumentorum iuriſdictionalium Alberi. in rubrica. C. de vſufruct. col. 2. verſi. item tale ius quæritur. per iura ibi allegata.

Tertiò, quia declarauit Senatus aliàs anno 1571. penultima Ianuarij, in cauſa DD. Valpergiæ, &
4 Molli edictum † applicantem pœnam fiſco Ducali non intelligi quo ad feudatarios, niſi vbi extra territorium Domini ſui delinquit, vt refert Domi. Ponte dicta quæſtione 24. verſicu. limitant etiam aliqui.

Quartò pro vaſſallo adduci poteſt decretum Sabaudiæ antiquum ſub rubrica, *Quòd Marchiones, Comites, &c.* libro quinto. vbi pœna, quæ à Sereniſſimo Duce contra infringentes ſua decreta imponitur, ſpectat vaſſallo, ergo idem hic dici poſſet, quia illa emenda eſt decretalis.

5 In contrarium adducebatur † tex. in l. vtrum. in fin. cum l. ſequen. D. de petitio. hæredita. vbi licèt alij fructus debeantur hæredi, & etiam pœnæ, quæ inhærent rei, tamen illa pœna, quæ debebatur ex contumacia non hæredi, ſed ad poſſeſſorem pertinet tanquam quid ſeparatum, & extra rem.

Secundo adducebatur, quòd illę pęnę, & mulctæ debentur, quæ opera, & induſtria vniuerſali acquiruntur, non autem illæ, quę ex opera Domini directi, vnde cùm hæc emenda à Duce inſtituta ſit, illi debebitur, & ita arguit idem Alberi. in d. rub. C. de vſufru. col. 2.

Tertiò facit, quòd emenda hęc debetur non ex cõtemptu facto corã iudice à quo appellatum, apud quem non tractatur de aliqua emenda, ſed ex contemptu proceſſus facti coram iudice ad quem, coram quo ex tali appellatione quaſi delinquitur, vt in terminis iſtis dicit Ioan. Faber in l. cunctos populos. numero 22. verſicu. ſed quid ſi emenda non debetur in curia à qua appellatur. Dicit tamen ibi dict. Ioan. Fab. quòd curia Franciæ ſeruat contrarium ſcilicet, quòd nulla tunc debeatur emenda, ſed illud de ſtilo curiæ intelligi debet, ſecus verò vult de iure communi.

Quarto facit, quia cùm Rex, vel Dux auocat cauſam ſubditorum à vaſſallis pœnæ, & mulctæ ſunt Regis, ita tenet Pet. Nun. in tit. de manda. reg. par. prima. capit. 11. numero quinto. poſt Caſſan. ibi relatum, & ita dicit eſſe de conſuetudine Hiſpaniæ.

Quintò facit, quia tales emendæ poſſunt à curia Senatus moderari, vt dicit Rebuff. dicto titu. de appellatio. articu. 9. gloſſ. prima. ergo apparet, quòd remanent in diſpoſitione curiæ ad quam, non curiæ à qua appellatum eſt, & per conſequens & mulcta Domino illius curiæ ſpectare debet.

Sextò facit, quia quando ſubditus alicuius Domini inferioris ob contumaciam, vel quid aliud punitur ab officiali Principis, pœna fiſco Principis applicabitur. Dominus Ponte dicta quæſtion. 24. verſicu. principalem autem concluſionem. & dicit Natta conſilio 580. quòd mulcta contumacis debetur fiſco citantis. D. Ponte in ſępe citata quęſt. 24. col. 4. ver. hinc infero.

Vnde per opinionem Fabri, quam ego adducebam, cenſuit Senatus emendam fiſco Ducali

applicandam eſſe in cauſa cuiuſdam de Candelo. 1554.

Melioramentorum æſtimatio, ipſorum ordinata ſolutione, qualiter facienda ſit, & qualis tempus inſpici debeat.

DECISIO CCLI.

1 *Melioramentorum ſolutio an facienda ſit inſpecto tempore, quo facta ſunt, an verò inſpecto valore rei tempore ſolutionis ordinatæ. & nu. 2. & 4.*

3 *Tex. in l. domos. 61. de lega. 1. examinatur.*

MELIORAMENTORVM æſtimatio an fieri debeat ratione temporis quo facta ſunt, an verò eius valoris, qui eſt tempore, quo æſtimatur, & quo quis condemnatus eſt ad ea exoluenda, cùm iam valde creuiſſet eo tempore æſtimatio omnium rerum, & operarũ: nam condemnatus volebat ſoluere iuxta mino-
1 rem † æſtimationem, quæ erat, quando facta fuerant, & pro eo allegabatur l. in fundo. D. de rei vendicatio. in illis verbis,

ſolùm quod impenſum eſt,

Et ſic non habetur ratio valoris rei tempore æſtimationis, ſed tantùm illius ſummæ, quæ verè impenſa fuit a principio. Et pro hac opinione multa allegat Marzar. in tract. de fideicommiſſ. quæſtio. 65. verſicu. regula enim eſt. vbi poſt citatos quamplures Doctores ita tenentes firmat ipſe hoc modo regulam, vt id tantùm debeatur, quod impenſum fuit, licèt pluris valeat. Atque ita tenuit Capic. deciſio. 92. nume. 9. & Marzar. dicit ita iudicatum per rotam Florentinam. Burſat. plures more ſuo cumulans conſilio 11. numero 40. & conſilio 71. numero 22. & conueniunt verba Vitruuij libr. 2. cap. 8. vbi de æſtimatione domorum loquens, *De lateritijs verò* (inquit) *dummodo ad perpendiculum ſint ſtantes nihil deducitur, ſed quanti fuerint olim facti tanti ſemper æſtimatur.* Neque enim plus in rem domini verſum eſt, niſi quatenus impenſum eſt etiã ſi res hodie pluris valeat. l. ſi fundum. D. de in rem verſo. Neguzant. de pignor. 4. membr. 5. part. princip. numero 11. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. numero octauo. Ludouic. deciſio. Peruſ. 58. in fin. Ioan. Garz. in tract. de expen. & melior. cap. vltim. quod potiſſimè procedit in acquiſitione voluntaria, & vtilibus expenſis. l. cum poſtulaſſem. §. fin. de damn. infect. facit text. in l. Paulus. §. domus. D. de pignor. P. A. de Petra de fideicommiſſ. quæſtio. 15. nu. 271. dicens crebriori calculo firmatam.

Victor verò dicebat, ſoluenda eſſe melioramen-
2 ta iuxta valorem currentem † tempore æſtimationis, & pro eo allegabatur tex. in l. domos. 61. de legat. primo. vbi ſolui debent melioramenta, prout æſtimantur tempore æſtimationis, & prout tunc extabant, ſecundum vulgatã lecturam, per quem tex. ita omnes cõcludere teſtatur Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numero 557. vbi firmat regulam contrariam, quam opinionẽ æquiſſimam dicit Pariſien. in conſuetud. Parien. titu. 1. §. 1. glo. 5. nume. 97 quem reprehendere intendens Menoch. diſtinctione quadam relata irreſolutus in hac quæſtione tranſit. Et quòd meliorationes debeantur inſpecto valore temporis reſtitutionis conſuluit Cephal. qui multos allegat conſilio 311. numero 93. libro 3. Roland. conſilio 28. numero 14. libro primo. Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſer. 121. num. 12. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 175.

Verùm quoniam pro hac opinione allegatur tex. in illa l. domos. in quo maximum fundamentum conſtituunt huius ſententiæ defenſores, vi-
3 deamus † nos an fundamentum inde deductum ſolidum, & concludens ſit. Nam Menoch. in dict. loco. numero 558. defendere videtur, illud Papiniani reſponſum non probare, cuius tamen rei cognitio facilius habebitur ſi veram, & germanam illius loci lectionem conſiderabimus; lectio enim varia eſt in finalibus illius l. verbis. Vulgati codices ſic habent,

ædificiorum quantitatibus æſtimatis.

Pariſien. in dicto. nu. 97. ex ſuo fortè Codice legit,

ædificiorum quantitatibus extantibus,

Ex qua lectione verbum *extantibus*, ponderando colligit valorem rerum tempore reſtitutionis æſtimatarum conſiderando, prout res tunc temporis extant & valent, cuius inductionem improbat Menoch. in dict. numero 158. Alij codices habent,

ædificiorum quantitatibus extantibus æſtimatis.

Gregorius Haloander vir quidem diligentiſſimus, ſed qui fortè nimia diligentia in Iuriſconſultorum fragmentis illis à Triboniano nobis relictis commutandis vſus eſt, in ſuo libro ſcriptum reliquit,

ædificiorum ætatibus examinatis.

Coniungitque l. illam Papiniani cum altera Vlpiani ſequenti, ſed reprehenditur ab Anton. Auguſt. libro 3. emendat. cap. 1. pag. mihi. 123. Iulius Pacius in nouiſſima editione Pandectarum refert in notis ad hanc. l. in quibuſdã manuſcriptis legi,

ædificiorum qualitatibus æſtimatis,

In meo Codice opera viri doctiſſimi Antonij Cõtij, & Lelij Taurelli edito ſic habeo,

& ædificiorum ætatibus examinatis.

Et vera ac germana Florentinarum lectio hæc eſt, vt Antonius Auguſt. qui illas longo tempore præ manibus habuit, teſtis eſt, ſicque legit ſubtiliſſimus Cuiac. libr. 6. obſeruat. cap. 3. qui verbum, *ætatibus*, in illa l. exponit ex Græcis authoritatibus pro amplitudine, & magnitudine ædificiorum, & re vera ab hac Florẽtina lectione recedẽdum nullo modo

eſſe

eſſe arbitror, quam omnes ex recentioribus probant, cum illáque conuenit & ipſius Haloandri lectio. Interpretorque verba illa,

ſumptuum rationibus deductis, & ædificiorum ætatibus examinatis,

Hoc eſt boni viri arbitratu relictum, vt impenſas in domo hæreditaria factas, antiquitate ædificiorum examinata, ſeu conſiderata (ſic enim dictionem ætatis pro antiquitate ſumendam arbitror) fideicommiſſarium ſoluere compellat. Sicque re vera Papinianus caſum noſtrum non decidit, ſed arbitrio iudicis decidendum relinquit, quod & Celſo in dicta l. in fundo. in princip. D. de rei vendicatio. placuiſſe animaduerti, vt hoc caſu iudex variè rerum, & perſonarum conſideratione habita dijudicet. Nec igitur ex hoc text. aliorum opinio probatur tenentium expenſarum tempore conſtructionis factarum rationem duntaxat habendam, imò (ſi mihi aliquando ex coniectura ta Iuriſconſult. mente id dicere liceret) exiſtimarem potius ex ipſa. l. in fundo. elici contrarium poſſe ex vltimis illius l. verbis ibi,

Finge eam perſonam eſſe domini, quæ receptum fundum mox venditura ſit.

His verbis denotare Iuriſconſult. æſtimationem tempore reſtitutionis eſſe faciendam, ac ſi is, cui reſtituitur prædium aut ædificium, vendere re tradita vellet, illudque pretium hæredi, vel bonæ fidei poſſeſſori reſtituendum pp dictionē illam mox.

Quidam in hoc articulo diſtinxerunt inter bonæ fidei poſſeſſorem, & dominum, vt bonæ fidei poſſeſſori tanquam negotiorum geſtori, qui tantum, quæ impendit recuperat, detur valor iuxta tempus factæ meliorationis: Domino verò iuxta tempus factæ æſtimationis, & in eo procedat tex. in l. domos. quam diſtinctionem facit Menoch. in loco ſupra citato, & ſequitur Ruin. conſilio 14. col. 3. in fin. & col. ſeq. lib. 4. Roland. 28. nu. 18. lib. 4.

Cæterum cùm vnaqueque opinio nulla diſerta lege defendi poſſit, & quæſtionem hanc iuriſcōſul. ipſius iudicis arbitrio reliquiſſe videam, cau-
4 ſam arbitrariam iudico, & boni † viri arbitratu decidendam relinquo: poterit enim bonus iudex ex rerum, & temporum circunſtantijs in alterutrā ſententiam inclinare, & ſi aliqua in dubio iſtarum opinionum ſequenda eſſet, à poſteriori tanquā veriori opinione recedendum non eſſe exiſtimarem, quæ eſt ſecundum ſententiam Menochij, vt tantum debitor ſit, qui ea ſoluere tenetur, quanti æſtimari poterant, tempore quo æſtimanda, & ſoluenda eſſe iudicatum fuit, in quam opinionem inclinabat Senatus in cauſa Taurinenſi referentibus D.D. Enuiarum & Guerillo, licèt cauſa poſtea concordata fuerit anno 1585. 18. Decembris. Et pro hac opinione addo, quòd ſi in alio expēdiſſet, vel pretium melioramentorum retinuiſſet ædificans, aliquid ſuperlucratus fuiſſet, vnde æquitas ſuadet, vt hic idem ſtatuamus, ne damnum ex meliorationibus factis ſentiat, præſertim ſi meliorationes non voluptuariæ, ſed neceſſariæ ſint.

Trebellianica an detrahatur de fideicommiſſo conditionali, quando legitima filiorum excedit trientem, & importat ſemiſſem hæreditatis.

DECISIO CCLII.

1 *De fideicommiſſo conditionali detrahitur per grauatum legitima, & trebellianica.*

2 *Trebellianica an per grauatum detrahi debeat, quando legitima eſt ſemis. & nu. 3. & 4.*

IN fideicommiſſo conditionali detrahitur per deſcendentes le-
1 gitima, † & trebellianica iuxta capit. Raynutius. de teſtamen. quæ regulariter faciunt dimidiam hæreditatis, quia de aſſe ſeu duodecim vncijs, qui faciunt totam hæreditatem, detrahitur tertia pro legitima, quæ eſt quatuor vnciarum, & de alijs octo reſtantibus detrahitur quarta, & ſic duæ vnciæ, ita vt remaneat ſemis grauato, & hæc eſt omnium Doctorum receptiſſima, & indubitata concluſio, quæ à nobis in practica perpetuò obſeruatur, & à qua non ſolet in iudicando recedi, quicquid ſubtiliter magis quàm verè alij contra claram iuris Canonici diſpoſitionem ſuſtinere, & defendere voluerint, quos ad longum refert Michael Graſſ. in §. trebellianica. quæſtione 4. nu. 1.

Sed quæſtio eſt, quid ſi ſunt plures filij, ita quod legitima ſit ſemis, iuxta authent. nouiſſima. C. de
2 inofficio. teſtamen. an tunc † etiam detrahatur alia quarta pro trebellianica? Quæſtio eſt difficilis, & propterea irreſolutus in ea tranſit Crauet. conſilio 50. & ibi Stracca in ſuis additio. cogitandam videtur relinquere ipſius reſolutionem, dicens hunc eſſe nouum, & difficilem articulum, & de ea pariter dubitat Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. numero 815. D. ad Trebllia. Et quod detrahatur trebellianica ex alio ſemiſſe tenuit glo. in §. ſi quis autem. verſicul. auferri. authent. de hæredi. & Falcid. Ange. conſilio 287. Picus in l. in quartam. colum. fina. D. ad Trebellia. Cagnol. in l. Papinianus. §. meminiſſe. numero 19. de inofficioſo teſtamen. Corn. conſilio 182. libro ſecundo. Marzar. de fideicommiſſ. quæſtione 51. Curt. ſen. conſilio 59. numero 35. Alben. conſilio 41. numero ſecundo. ſequitur dicens communem Caualcan. in tracta de vſufruc. mul. relict. pag. 274. in princip. & videtur firmare Stracca in addit. ad Crauet. dicto conſilio 50. licèt poſtea dicat cogitandum propter authoritatem Baldi, quæ magna eſt. Communem etiam hanc opinionem dicit Eman. à Coſta in cap. ſi pater. in verbo abſque deductione. numero 9. de teſtamen. libro 6. & magis communem teſtatur M. Anton. Cuch. in tractatu ſuo de legiti. ſeu magis in repetit.

Deciſio CCLIII.

ad authen.nouiſſima. ſub rubrica legitima, & trebellianica an quandoque ſemiſſ. exced. numero ſecundo. & ab iſta opinione tanquam communi recedendum non eſſe ſcribit Graſſ. in dicto §. trebellianica. quæſtione quarta. numero ſecundo. & hanc etiam partem magis communem dicit P.A. de Petra de fideicommiſſ. quæſtione 15. numero 211.citans pro ea Oldrad. in conſi.171.in fi. qui tamen nihil dicit.

Et mouentur omnes iſti Doctores ex generalitate regulæ, quæ deducitur ex dicto capit. Raynutius. cùm non diſtinguant Doctores in detractione trebellianicæ ſi excedat ſemiſſem, vel non, & quia fauores ampliandi ſunt non reſtringendi, cùm fauore hæredum deſcendentium, & aſcendentium ſit ordinata detractio.

3 Sed contrarium † tenuit Bald. in conſilio 94. Punctus quæſtionis libro ſecundo.& conſilio 156. ſtatuto.& conſilio 260.eodem libro.Moder. Pariſ. ad Alexan.conſilio tertio.libro ſeptimo.vbi latè diſputat, dicens in puncto iuris veriorem. Dec.conſilio 228.circa fin.Curt.ſen. conſilio 75. numero 4. vbi erant decem filij.Didac.in capit. Raynutius.§. 11. numero ſexto. & ab authoritate Bald. non audet recedere Crau.in d.conſi.50.

Mouetur Bald. pro hac ſententia ſatis viua ratione, quia aliàs honoratus remaneret grauatus, & grauatus verè honoratus diceretur. Præterea addebam ego, quòd cum ex ſpeciali priuilegio legitima liberorum, & aſcendentium, quæ aliàs erat quarta pars eius portionis, quę ab inteſtato contingebat.l.parentib. C.de inofficio.teſtamen. fuerit ad trientem, & aliquando ſemiſſem redacta, dicta authenti. nouiſſima. non debet tale priuilegium damno fideicommiſſarij cedere, & priuilegia non ſunt multiplicanda, & in dubio eſt adhærendum voluntati teſtatorum, quorum diſpoſitio pro lege cuſtoditur. §.diſponat. authen.de nupt. & quibus lex ipſa nulla diſtinctione facta an ſint plures liberi, vel pauciores, liberam concedit facultatem de dimidia diſponendi extra liberorum perſonas.

Ex quibus videmus opinionem Bald. fundamento non carere, & quæſtionem maximè dubiam eſſe, ideo cùm iſta quæſtio in facti contingentia mihi decidenda contigiſſet, multum dubitabam propter authoritatem ſupra citatorum
4 Doctorum, tandem nõ auſus fui † recedere à communi opinione, quæ eſt contra Bald. & iudicaui detrahendam Trebellianicam illa ratione, quia licèt filius habeat dimidiam eius, quòd eſſet habiturus ab inteſtato, illa tamen dimidia non eſt totius hereditatis, vnde ſi ſint ſex filij, de duodecim vncijs habet pro legitima vnam vnciam, & pro trebellianica ſeſquiunciam, & ſic in totum habet ſolùm vncias duas cum dimidia non autem ſex, vnde non militat ratio Doctorum ſequentium Bald. & cum hac opinione contra Bald. tranſiuit Senatus ita iudicando in quadam ardua cauſa Botalli de Pinerolio, referente doctiſſimo Do. Senatore Cerua 1589. Menſe Decembris.

Laudum dubium eſt per iudicem ordinarium declarandum, & quando per arbitros declarari poſſit, & quid ſi reſeruata facultate declarandi per arbitros ipſi in declaratione diſſentiant, an laudum nullum reddatur.

DECISIO CCLIII.

1 *Sententia arbitrorum dubia eſt per iudicem ordinarium declaranda.*
2 *Arbitri an poſſint reſeruare ſibi facultatem declarandi dubia laudi.*
3 *Laudum an reddatur nullum licèt homologatum, ſi in declaratione dubiorum arbitri diſcordent.*
4 *Laudum latum die compromiſſi non valet, & nu.7.*
5 *Laudum nullum homologatum valet in vim pacti, vel tranſactionis.*
6 *Laudum Iudæorum habet paratam executionem.*

1 SENTENTIA arbitrorũ † dubia regulariter eſt per ordinarium iudicem declaranda, vt per Abb. in capit. cum olim.de arbitr. Marc. Ant.Blanc.in tract. de compromiſſ. quæſt.23. in fin. Arbitris enim nõ competit authoritas declarandi laudum, vel arbitramentalem ſententiam, quia functi ſunt officio poſt latum laudum, prout nec poteſt iudex ſententiam ſuã corrigere.l.iudex poſteaquam. D. de re iudica.ſic etiã in arbitris per tex.vbi glo.Bar. & alij in l.ab executore. D.de appellatio. Bald in l. ne in arbitris.in fin. C.de arbitr. Blanc. d.tract. de compromiſſ. quæſt. 9.num.64. Alex.conſilio 18.nu.2.libro 7.

Limita niſi per laudum ſibi reſeruaſſent arbitri
2 authoritatem declarandi; nam tunc † videtur, quod poſſint iſta facultate vti, vt colligitur ex traditis per Doctor. in locis ſupra citatis, ſed contrarium, quòd imò arbitri non poſſint eorum declarationem reſeruare, niſi talis facultas data fuerit in compromiſſo, tenuit Fulgoſ. conſilio 144. Ideo pro reſolutione hanc limitationem declaro, vt procedat quo ad validitatem declarationis, dummodo arbitri declarent intra tempus in compromiſſo præfixum, quia aliàs poſt tempus non poſſunt etiam cum reſeruatione expreſſa declarare, & declarando inualida eſſet declaratio, vt in ſimilib.terminis pulchrè determinat Alex.conſi.18.nu. primò. volum.7. quod locum obtinet niſi partes tali expreſsè reſeruationi conſenſiſſent, vel tacitè per emologationem laudi, vel expreſsè id petendo ab ipſis arbitris, prout factum fuit in cauſa quadam ardua Hebreorum de Lates, vbi hoc attẽto iudicaui poſſe arbitros tali reſeruata facultate vti, imò cogi poſſe ad declarandum, ſicuti coguntur ad ſententiam dicendam, & cùm à mea ordina-

tione

tione fuiſſet appellatum, Senatus illam ordinatio
nem confirmauit 1587. 15. Iulij referente. D. Se-
natore Cerua.

Sed hoc caſu magna, & difficilis in prædicta
cauſa ſuborta fuit dubitatio, dum poſtea in meri-
tis cauſæ tractaretur, quam a Doctoribus hacte-
nus in ſpecie tactam nullibi vidi. An ſi in declara-
tione arbitri inter ſe ipſos deſſentiant, poſt ipſius
3 laudi emologationem laudum illud nullum † red-
datur, & ob id ſi duo ſint lauda ad primum recur-
ratur. Et videbatur nullum reddi, primo, quia iſta
declaratio cùm fuerit ab arbitris reſeruata in lau-
do dicitur pars laudi, vt innuit Alex. dict. conſilio
18. libro 7. & arg. eorum, quæ de fienda declaratio-
ne ſupradixi, vnde cùm in hac declaratione diſſen
tiant, dicuntur in ipſo laudo diſſentire, & ſic lau-
dum nullius effectus eſſe poterit, cum non poſſit
dici perfecta res, donec aliquid ſuper eſt agẽdum,
& præſertim cùm in caſu noſtro compromiſſum
diceret, quòd arbitri deberent clarè, & ſine difficul
tate laudum proferre, ita vt eſſent concordes, ſicut
etiam dicitur, quòd ſententia iudicis debet eſſe li-
quida, & clara. §. curare. inſtit. de actio. niſi res ſit
per ſe adeo intricata, vt certa, & clara ſentẽtia ferri
nequeat, vt per Dec. conſi. 517. nu. 1.

Secundò, quia laudum fuit prolâtum eodem
4 die compromiſſi, quo caſu dicitur † nullum, vt
per Iacob. Butrigar. in l. prolatum. C. de ſenten.
Specul. titul. de ſenten. §. quoniam. verſic. item op-
pone. Marc. Anton. Blanc. de compromiſſ. tittl. de
ſenten. & executione compromiſſ. quæſtio. 9 & ſic
habetur pro non lato ſaltem in quantum pars illi
innititur, ad nota. in l. ab emptione. vbi Caſtrenſ.
num. 9. D. de pact. Alber. nume. 4. Alex. conſilio 10.
vol. 1. Marc. deciſio. 32. Tiraq. de retract. conuent.
§. 6. gl. 2. nu. 9.

Tertio ego dicebam, quòd ſicut arbitrorum cõ
ſenſu factum eſt, & promúlgatum laudum, ex
authoritate ipſis arbitris in compromiſſo per par-
tes attributa, mirum non eſt ſi eorundem diſſenſu
diſſoluatur, ex vulg. reg. l. nihil tam naturale. D. de
regul. iur. præſertim ſi diſſenſus eſt ſuper re princi-
pali.

In contrarium allegabatur laudum fuiſſe à par-
tibus emologatum, & cum iuramento firmatum,
vnde meretur executionem non minus quam
ſententia, quæ in rem tranſiuerit iudicatam: laudi
5 enim approbatio habet vim † iudicialis confeſſio-
nis irreuocabilis. Bero. conſilio 32. nume. 4. libro 3.
& valet in vim tranſactionis, vel pacti. l. 2. vbi glo.
C. commun. vtriuſque iudic. Roman. conſilio 173.
Paris. conſilio 24. libro 2. colum. penult. & fin. Abb.
conſilio 62. numer. 2. libro 2. Papien. de ſenten.
diffiniti. §. 1. numer. 16. Corn. conſilio 125. & 245.
libro 2. Socin. conſilio 220. viſis compromiſſo. co-
lum 3. in princip. libro 1. Angel. conſilio 198. & eſt
clara, & expedita omnium Doctorum ſententia,
quod tanto magis procedit in laudo Iudæorum,
6 † quod habet etiam ſine emologatione executio-
nem paratam. Appoſtill. ad Bart. in l. cum antea. C.
de arbitr. per tex. in l. Iudæi. C. de Iudæis. & præſer-
tim ſtante forma priuilegiorum à Sereniſſ. Prin-
cipibus in hoc ſtatu habitantibus conceſſorum,
quibus cauetur, quod inter ipſos cogantur, compro-
mittere eorum lites, & arbitrorum ſententia va-
leat in vim iudicialis ſententiæ.

Nec obſtat, quod arbitri in ea declaratione diſ-
ſenſerint. Primo, quia capita, quæ declarari petita
fuerant, non habebant difficultatem, vt ex illorum
lectione colligebatur, & in claris declaratione non
eſt opus. Dec. in l. edita. num. 49. C. de eden. glo. in l.
quicquid aſtringendæ. de verborum oblig. Decia.
conſil. 1. & 17. libro primo. Secundò, quia decla-
rari poſſunt per iudicem, ad quem recurri ſolet tã-
quam ad bonum virum, vt ſupra dixi. Tertiò de-
claratio non potuit fieri poſt tempus præfixum.
Quarto dato, & non conceſſo ex hoc nullum red
di laudum, illud valet ſaltem in vim pacti, & tran-
ſactionis, vt dixi ſupra.

Secundò, quia laudo lato res non eſt amplius
integra. l. id quod noſtrum. vbi Cagnol. de reg. iur.
nam tertio ius eſt quæſitum, quod auferri non po
teſt, & per conſequens propter ſolam declaratio-
nem requiſitam non erat laudum totum annul-
landum.

Tertio, quia in dubio fieri debet interpretatio,
vt diſpoſitio, & actus valeat. l. quoties. de verborũ
obligatio. cap. Abbate. de verborum ſignifica. præ-
ſertim cum pars, quæ confirmationem laudi re-
quirit, certet de damno euitando, alia vero de lu-
cro captando, vt in his terminis pulchrè arguit
Abb. in conſilio 62. nu. 7. verſic. tertio principaliter
facit. libro ſecundo. Sed hic laudum iam eſt ſe-
quutum, ergo pro illius confirmatione erit iudi-
candum.

Nec obſtat, quòd dicebatur laudum nullum,
quia latum die compromiſſi, quia reſpondebatur
7 illud † verum eſſe, ſi conſtaret hos arbitros non
fuiſſe de cauſa inſtructos, & iura partium non po-
tuiſſe tam breui tempore cognoſcere: aliàs enim
ſi iura partium ante compromiſſum factum co-
gnouiſſent nulli dubium, quod valet laudum, &
cenſetur, re cognita, & bene diſcuſſa prolatum.
Quod probabatur ex duabus coniecturis: prima
eſt, quoniam in ipſo laudo arbitri narrant iura par
tium diligenter, & ſingulatim, & poſtea omnia
controuerſiarum capita determinant. Altera eſt, ſi
cauſa iam eſſet inſtructa coram primis arbitris
per multos dies, & inde ſecundi poſtea ſuper illis
eiſdem actis pronuntiant, & ita pulchrè determi-
nat Socin. ſen. conſilio 121. col. 3. libr. 1. & conſi. 66.
colum 3. libr. 4. præſertim ſi arbitri ſunt viri probi,
vt in eiſdem terminis poſt Socin. nouiſſimè tenuit
Menoch. de præſumptio. libro 2. præſumptio. 76.
num. 30. & duob. ſequen. idque clarius apparet ex
verbis laudi in narratione, vbi ipſi arbitri dicunt
ſe inſtructos, horum enim aſſertioni, quòd fuerint
inſtructi de cauſa, fides adhibetur, vt per Socin. &
Zabar. per Menoch. allegatos. Gabriel. titu. de ſen-
tent. conclus. 6. num. 10 & ſeq.

Et iuxta hanc partem, quòd laudum valeret
etiamſi in declaratione arbitri poſtea diſſenti-
rent, & ipſum exequendum eſſe concordatis du-
biis ex ipſa declaratione, & ex laudo reſultanti-
bus

bus, cenſuimus Perilluſtr. Domi. Preſes Baratta, & ego 1588. Menſe Martij in ſupra dicta cauſa Lates, interueniente mecum ipſo Domino Præſide condelegato à Sereniſſimo Duce, & hæc ſententia fuit poſt multas diſputationes per Senatum confirmata 1589. Menſe Martij, referente Domi. Senatore Maina.

Furtum ſi fuerit à pluribus factum, an omnes inſolidum de furto teneantur.

DECISIO CCLIIII.

1 *Furti an plures ſocii inſolidum teneantur. & nu. 3.*
2 *Delicti ſui pœnam quilibet portare debet.*
4 *Socij ſimul furtum facientes tenentur inſolidum.*

FVRTVM factum fuit à duobus, vel pluribus ſocijs furum, dubitatum eſt an omnes furti in
1 ſolidum † teneantur? & videbatur omnes teneri non vt ſingulos, ſed vt vniuerſos, quia omnes ſimul rem contrectarunt, & furtum fecerunt per text. in l. item Mela. §. ſed ſi plures. l. ita vulneratus. §. idque eſt conſequens. D. ad legem Aquiliam. l. prima. §. fina. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt. per quæ iura Doctores aliqui vno à pluribus occiſo vnico vulnere omnes inſolidum pœna mortis teneri voluerunt, ita Bart. in l. ſi in rixa. in principio. & numero decimo. verſi. quandoque non poteſt. D. ad legem Cornel. de ſicar. & dixi latè ſupra deciſio. 31. numero tertio. incipien. Plures ex propoſito. Secundo per text. in l. prima. C. de condictio. furt. vbi furti actione ſingulos inſolidum teneri ſcribitur, & ibi gloſſ. & Doctores, & quando agitur ciuiliter omnes de furto inſolidum ex delicto remanent obligati, vt latè per Ronchegal. in l. eandem. 9. numero 301. D. de duob. reis.

2 In contrarium facit, quia † vnuſquiſque delicti ſui pœnam portare debet, non pro alijs damnari, vt arguit Boer. deciſio. 310. num tertio. Ideo dicitur in ſcriptura, filius non portabit iniquitatem patris: & anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Ezechiel. cap. 18. Item faciunt ea, quæ ſcripſi in dicta deciſio. 31. numero primo. & ſecundo. ex illa opinione, quòd plures in rixa aliquem occidentes non tenentur de homicidio pœna ordinaria.

Ego in hac quæſtione reperio opinionem Doctorum eſſe, quòd ſi ſententia condemnatoria lata
3 fuerit † in actione ciuili ex delicto deſcendente, & omnes ſocij criminis fuerint condemnati, tunc in executione ſi cæteri ſoluendo non ſint omnes, qui furati ſunt, & reperientur ſoluendo pro alijs, qui ſoluendo non erunt in ſubſidium ſoluent, idque in delictis procedet, ſi æqualiter delictum ſit commiſſum, quod pluribus arreſtis firmatum teſtatur Boer. dicta deciſio. 310. numero octauo. in fine. quem ſequitur Ronchegal. de duob. reis. dicta l. eandem. numero 313. & in furto tenet Alberic. in l. ſi quis id quod. D. de iuriſdictio. omnium iudic. relatus ab eodem Ronchegal. numero 303. Ideo vera concluſio reſultat, quòd ſi plures ſocij furati ſunt granum, vel quid aliud mobile, ſi ciuiliter ad intereſſe, & damnum conueniantur, ſi vnus ſoluendo non ſit, debet, qui ſoluendo eſt, pro alijs ſoluere, & ita cenſuit Senatus 1585. in cauſa furti commiſſi in loco Druenti contra tres fures.

Sed ſi tractaretur de pœna criminis corporalis, tunc non ſufficiet vnum reorum pœnam luere. l. ſi quis. id quod. §. fin. cum duob. ſequen. D. de iuriſdictio. & l. prima. §. ſi plures. D. de eo per quem factum erit quo min. quis in ind. ſiſt. vbi cum hac diſtinctione tranſit Æguin. Baro. per iura ſupra in principio adducta, & de his omnibus ſubtiliter, & doctè diſſerit Hotoman. illuſtr. quæſt. libro. quæſt. 31. vbi videas.

Eſt tamen animaduertendum, quòd ſi furtum factum fuerit à pluribus non de re, quæ ſeparari poteſt, ſed de trabe, aut magna capſa, quæ res per ſolum hominem exportari non poſſunt, tunc
4 etiam † inſolidum tenentur, quamuis vt Iulianus ait ſubtili ratione dici poſſet neminem teneri, quia ſi à neutro illorum factum fuerit. l. ita vulneratus. in fin. D. ad legem Aquil. l. vulgaris. §. ſi duo. D. de furt. l. ſi plures. D. arbor. furt. cæſar. idque ne impunita maleficia ſint, vt Iulianus in d. l. ita vulneratus. §. quod ſi quis ſcribit.

Adiunctus qualiter, & quando detur Commiſſario examinanti, & an iudici ordinario, vel Senatori dari poſſit.

DECISIO CCLV.

1 *Adiunctus dari ſolet commiſſario examinanti.*
2 *Adiunctus an detur iudici ordinario.*
3 *Adiunctus datur ad inſtantiam partis commiſſarium eligentis.*
4 *Adiunctus an poſſit dari Senatori examinanti.*
5 *Adiunctus dari ſolet commiſſario etiam ex leui ſuſpitione.*
6 *Adiunctus datur etiam in criminalibus.*
7 *Index dato adiuncto non poteſt ſine ipſo procedere.*
8 *Teſtis repetitus an poſſit ſe referre ad primum examen.*
9 *Adiunctus ſi petatur pendente lite, debet fieri mentio de ſtatu litis.*

Adiun-

1 ADIVNCTVS † dari ſolet, commiſſario examinanti teſtes in cauſa ciuili, & ita obſeruat Senatus paſſim, etiãſi nulla ſubſit iuſta cauſa ſuſpicionis, cùm ille commiſſarius non ſit iudex cauſæ, & adiunctus datus vocatur per nouiſſima Decreta ſecundus commiſſarius, daturque expenſis partis eum requirentis.

2 Modo quæritur, an detur † adiunctus ordinario iudici, & ſiquidem ſubeſt iuſta cauſa ſuſpicionis, videtur dandus: nam maior ſubeſt cauſa in examine, quod habet præiudicium irreparabile, quàm in ſententia, quæ appellatione ſuſpenditur. Sed ſi nulla ſuſpitio ineſt, non videtur tunc dandus, niſi fortè iudex eſſet ignarus examinis, & cauſa eſſet ardua, & ita etiam obſeruamus.

Amplia primò, vt talis adiunctus † dari poſſit
3 etiam ad inſtantiam partis, quæ elegit commiſſarium, ſi aliqua noua cauſa ſuſpitionis ſuboriretur. Aliàs.n.non poſſet eum recuſare, quem ipſa elegiſſet, vt per Mandoſ. in tractat. commiſſionis adiuncti, in prin. per c. inſinuante. de offi. delega.

4 Ampliatur ſecundò, vt adiunctus detur † etiam Senatori examinanti, ſed tunc dandus erit alius ex Senatoribus, vt in ſimili de adiuncto dando Cardinali dicit Mandoſ. dict. form. commiſſ. adiuncti. §. auditoris Cameræ. poſt Gemin. conſilio 24. verſicu. ſi Papa. Hoc tamen raro admittit Senatus, & in cauſis grauioribus, & vbi ſuperuenit aliqua legitima cauſa ita faciendi. Sed potius loco Senatoris ſuſpecti datur alius non ſuſpectus, qui ſolus procedit ad examen, vt partium diſpendijs parcatur.

5 Amplia tertiò, vt detur adiunctus † commiſſario, etiam ex leui ſuſpitione, aut nulla, vt ſupra dixi, ſed ad ſolam partis aduerſæ requiſitionem, & hoc, vt ſeruetur æquitas: nam commiſſarius vt plurimum datur ad electionem partis examinare volentis, ita etiam alteri parti conceditur adiunctum præſentare, & ita ſeruat Senatus paſſim, ſi enim contra commiſſarium militaret vehemẽs ſuſpitio, tunc omnino remoueretur, & non daretur illi adiunctus, ſecus in ordinario. l. apertiſſimi. cum auth. ſeq. C. de iudic. tales enim commiſſarij ad examinandos teſtes deputati non habent eam authoritatem, quam habent iudices ordinarij, & ideo non poterunt torquere teſtem vacillantem, prout poteſt iudex. Bar. in l. nullam. in 2. lectu. C. de teſti.

6 Amplia quartò, vt detur etiam † in criminalibus, ratio quia tunc de grauiori cauſa agitur, vnde tunc magis complacendum eſt reo in iudicis deputatione. Vnde Cic. pro Cluentio. *Neminem* (inquit) *voluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniariæ quidem de re minima eſſe iudicem niſi inter aduerſarios conueniſſet*. Facit quia adiunctus, & interrogatoria, quæ fiunt teſtibus procedunt ab exemplo iuris diuini. Daniellis, qui teſtes aduerſus Suſanam examinauit in cauſa criminali.

7 Amplia quintò, quòd adiuncto † dato ſtatim ceſſet iuriſdictio iudicis cauſæ, qui ſolus procedere non poteſt. Ruin. conſil. 1. habita. colum. 4. libro 5. Mandoſ. de for. commiſſ. §. adiunctum. colum. 3. Imò ipſe adiſictus poteſt iudici inhibere, ne ſine ipſo procedat, vt ſcribit Staphile. in tracta. ſignatu. verſic. pro commiſſionibus iuſtitiæ. & poſt eum Mandoſ. de inhibit. q. 6. num. 2. dicens hoc caſu limitari regulam, quæ habet, quòd par in parem non habet imperium.

Amplia ſextò, vt etiam cœpta iam commiſſione adiunctus dari poſſit. Mandoſ. d. §. adiunctum. colum. 4. Et dato tali adiuncto, ſeu ſecundo commiſſario, teſtes iam examinati poterunt repeti, quę repetitio fiet expenſis eam requirẽtis, niſi alia pars fuerit in culpa nullitatis primi examinis, & hoc iure vti ſolet Senatus quotidie.

Sed ſęprius in hac teſtiũ repętitione cõtingit du
8 bitari †, an teſtis repetendus poſſit dicere, refero me ad primam depoſitionem, & dico, prout in ea, an verò debeat iterũ integraliter deponere? In qua dubitatione hæc apud nos inoleuit practica, vt regulariter valeat talis depoſitio, ſed ſi pars, vel adiunctus, aut iudex ẽt ex officio pro indaganda veritate petat, ꝙ teſtis integraliter deponat ſine relatione, tunc compellitur teſtis ex integro deponere lecta tamen prius illi ſua deſpoſitione ſi hoc petat.

9 Quando autem adiunctus † petitur iudici, non pro examine, ſed pro tota cauſa, à principe, debet fieri mentio de ſtatu cauſæ, aliàs reſcriptum non valeret. Menoch. de arbitrar. libro 2. centur. 3. caſu. 202 num. 6. Et poſt eum Robert. Lancellot. de attenta. 2. par. c. 4. nu. 649.

Iuramentum an poſſit recuſari, ſi probatio ſit per ſcripturam neceſſariò facienda.

DECISIO CCLVI.

1 *Probatio ſi ex conuentione, vel ſtatuto facienda ſit per ſcripturam, an ſit locus oblationi iuramenti.*

2 *Iuramentum non eſt probatio, ſed releuatio à probatione, quia potius dicitur res iudicata.*

3 *Iudicantis intereſt omnimodo quærere veritatem.*

IVRAMENTI oblatio recuſari non poteſt ſine manifeſta turpitudine. l. manifeſtæ. D. de iureiuran. quòd fallit in decem ſeptem caſibus, quos enumerat Purpurat. in dicta l. manifeſtæ. & inter cęteros caſus ille eſt, quando aliquid neceſſariò probandum eſt per ſcripturam, vt dicit Iaſ. in dicta l. manifeſtæ. colum. quarta. verſicu. duodecima cauſa. Et ex hoc in quę
1 ſtione facti inferebatur, quòd ſi ex ſtatuto, † vel ex pacto conuento probatio ſolutionis deberet fieri

per ſcripturam publicam, quod tunc iuramentum oblatum poſſit recuſari per ea, quæ dicit Iaſ. in dicta l. manifeſtæ. Sed in contrarium videtur fa-
2 cere, quòd iuramentum deciſiuum † non videtur probatio, ſed releuatio ab onere probandi, quinimo videtur ſpecies ſententię & rei iudicatæ, ſiquidem oblato iuramento is, cui offertur, fit iudex, & maiorem etiam vim habet quàm res iudicata. l. 2. D. de iureiuran. ita vt etiam periurij prætextu retractari nequeat. l. prima. & ſecunda. C. eodem. & ex his, & alijs rationibus, quas latè adducit Purpur. in dicta l. manifeſtæ. numero 43. videtur hæc opinio ſuſtineri poſſe, & maximam habere in ſe ęqui-
3 tatem, ſiquidem † nihil magis in iudicijs quæritur, quã, vt veritas quouis modo eluceſcat, vt notabiliter dicit Summus Pontifex in capit. iudicantem. 30. quæſtio. quinta. ibi,

Et tandiu actio ventiletur, donec ad intelligentiam veritatis perueniatur.

& l. vbi falſi. C. de falſ. Nec obſtat authoritas Iaſo. quia non ita ſimpliciter loquitur, ſed ſe refert ad dicta per Bald. in auth. ſed nouo iure. C. ſi certum pet. vbi Bal. examinans hanc quæſtionē diſtinguit, quòd ſi loquamur in iuramento ſuppletiuo procedat opinio negatiua, quòd non debeat deferri, quia requiritur aliunde ſemiplena probatio, & ille, qui promiſit probare per ſcripturam, vult in ſupplementum probare per ſuum iuramentum, & ideo non admittitur: ſed ſi loquamur in iuramento litis deciſiuo, tunc admittetur tale iuramentum, quia hic non eſt verè probatio, ſed releuatio ab onere probandi, & cum hac opinione tranſit Purpurat. dicto numero 43. licèt dicat cogitandum, & miror, quòd non reſpondeat ad authoritatem Bald. in qua ſe fundabat Iaſ. fortè non bene conſiderans verba Bald. in dicta authen. ſed nouo iure. & quamuis Purpurat. pro contraria opinione dicat ſtare etiam Alexandrum, nihilominus Alexan hoc non dicit, ſed ſimpliciter ſe refert ad ea, quæ dicit Bald. in dicta authen. ſed nouo. & ita cum opinione Purpurati tranſiuit Senatus, referente Do. Senatore Balbo 1585. 2. Marti.

Crederem tamen, quòd ſi is, cui iuramentum oblatum eſt, iuraret ſe non recordari, & eſſet veriſimilis cauſa obliuionis, non poſſet pars cui iuramentum obtulit petere illud ſibi referri, quia tunc videretur ſpecies probationis per ea, quæ dicit Bald. in d. auth. ſed nouo iure.

Taleam, ſeu collectam impoſitam pro liberatione loci ab infeudatione, an teneantur forenſes alibi habitantes ſoluere, & quibus ſolennitatibus collecta imponi poſſit.

DECISIO CCLVII.

1 *Collectas imponere poteſt vniuerſitas.*

2 *Decuriones vti repræſentantes totum populum poſſunt collectas imponere etiam forenſibus, quòd limita, vt num. 3.*

4 *Collecta non poteſt imponi per vniuerſitatem, niſi ex vrgenti neceſſitate, & nu. 8.*

5 *Vniuerſitas non poteſt obligare abſentes, niſi conſtet de origine mutui.*

6 *Forenſes quas collectas ſoluere teneantur.*

7 *Tex. in l. in re mandata. C. mandat. non habet locum in adminiſtratoribus.*

9 *Forenſes tenentur ad collectam pro dono, quod fit Principi, vt vniuerſitas liberetur à ſubiectione.*

10 *Onera grauia non ſunt imponenda.*

1 COLLECTAS imponere poteſt † vniuerſitas, ſeu conſilium cuiuſlibet loci, & tali impoſitioni, omnes etiam, qui non interuenerunt, debent acquieſcere, iuxta nota. per Doctor. in l. quarta. §. actor. de re iudica. Ad quam impoſitionem tenentur etiam forenſes ex cõmuni conſuetudine non ſolùm totius patrię, vt dixi ſupra deciſ. 149. Forenſis poſſidens, ſed etiam totius Italiæ, iuxta opinionem omnium Doctorum, quos citat Gabriel. ſub titu. de iure immunit. concluſione ſecunda. & iuxta ea, quæ latè ad materiam congerit Neuiza. conſilio 66. per totum, vnde videtur tam forenſes quàm alios oppidanos opponentes teneri ad ſoluendam collectam impoſitam per conſilium, pro liberanda communitate Saluzolię à Poteſtaria, quam Princeps in Dominum Prothomedicum contulerat, cùm de-
2 curiones repræſentent totum † populum, qui rei ſuæ eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. & hoc argumento vtitur Crauet. conſilio 851. vtrum vires. nu. 2. poſt Nat. conſi. 431. nu. 3. & alios ibi citatos.

Quæ tamen regula recipit in iſto caſu plures reſponſiones. Et prima eſt, quod in iſtis arduis negotijs, & magni ponderis inſpecta qualitate negotij, ſummæ, quantitate, & loci paupertate, non po-
3 terat iſtud decerni, niſi congregato † conſilio generali per capita domorum. Barto. in l. fina. nume. 16. de decret. ab ordin. facien. Cagnol. in l. ſecunda. de orig. iur. numero 145. & præſertim in iſtis Villis, vbi decuriones non ſunt Doctores, vel alij viri graues, & ſagaces, vt dicit Cagnol. dicto numero 145. & Crauet. conſilio 581. numero octauo. verſi. quarto. Quare cùm in caſu noſtro non ſolùm defuerint capita domorum, ſed nec conſilium decurionum conuocatum fuerit in loco ſolito, & ſono campanæ cum alijs ſolennitatibus, de quibus per gloſſ. in l. ſi ex dolo. §. primo. D. de dolo. Barto. in l. ſecunda in verbo ad curiam. C. de decurio. libro vndecimo. & in l. omnes populi. num. 16 & ſequen. de iuſti. & iur. Iaſ. conſilio 71. libro ſecundo. & conſilio 101. libro quarto. Et vnus decurionum non vocatus poteſt geſta detrectare. Abb. in capit. primo. circa finem. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. capitu. quod licitè. & cap. bonę.

de

de electio. non videtur, quòd poſſit fieri talis im-
poſitio.

Secunda reſponſio eſt, quòd decuriones, imò
etiam conſilium generale non poſſit etiam per ca-
4 pita domorum † imponere collectas in odium
non conſentientium, vel abſentium, niſi id fiat ex
cauſa neceſſaria, & ad vtilitatem publicam, vt pu-
ta pro ſoluendo cenſum Principi, & alia ſimili cau
ſa, vt dicit Bart. in l. prima. §. quod ſi nemo. D. quod
cuiuſque vniuerſit. & in l. vni. colum. tertia. verſicu.
quæro hic primo. C. de mulier. & in quo loco. libr.
decimo. Alberic. in rubrica. D. de muner. numero
38. Caſtren. conſilio 386. libro primo. Imol. in l. 4.
§. actor. de re iudica. ſecus verò ſi ex cauſa merè
voluntaria, vt eſt donando. Bald. in l. ad inſtructio-
nem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Areti. conſilio quarto.
Corn. 127. libro ſecundo. Ruin. 136. libro quarto.
Abb. in capit. non minimus. de immunit. eccleſ.
Felyn. in capit. cum omnes. numero 17. verſic. fal-
lit primo de conſtitutio. dicens poſt Bald. quòd in
actu non neceſſario, nec conſueto ſoli conſen-
tientes obligantur, etiam ſi maior pars conſenſiſ-
ſet, & commu. dicit Purpurat. conſilio 428. nume.
84. ſubdens, quòd in iſtis actibus voluntariis vna fa
ba nigra impedit actum, & latè Natta in conſilio
215. materia collectarum. numero quarto. & 555.
numero quinto. & ſequen. vbi exemplificat in col-
lectis, quæ imponuntur pro cauſis non neceſſariis,
ſed quæ fiunt ad pompam, & ornatum, vel ſi im-
ponitur collecta pro impenſa vtili, ſed non neceſ-
ſaria, vt puta, quia illa impenſa tendit ad melio-
randum opus, non autem ad neceſſariam conſer-
uationem. l. impenſæ. D. de verborum ſignificatio.
l. quod dicitur. §. fina. D. de impen. in reb. dota. fac.
& per alia iura, & rationes, ex quibus infert in pro-
poſito noſtro, quòd non poſſit vniuerſitas obliga-
re non conſentientes in fabrificatione nouæ Eccle
ſiæ in loco opportuniori deſſignato, quibus addo
Bald. in l. etiam. colum. penultim. C. de re iudica. &
Roma. in dicta l. quarta. de re iudic. numero ſexto.
per l. toties. D. de publica. & nota. in l. prima. §. pen.
quod cuiuſque vniuerſi. nomi. & in l. ſecunda. C.
de oper. publi. & in l. ſecunda. C. de immunit. nemi.
conceden. libro decimo & Innocen. in capit. fina.
de ſumma Trinita. & fide Catholi. & ita tenent
Bart. & Salic. Corn. Iaſ. & omnes in l. ciuitas. ſi cert.
pet. Alex. conſi. 44. lib. 1.

Quod autem cauſa iſta fuerit ſpontanea, & nul
la vrgenti occaſione clarum eſt per ea, quæ dicit
Cyn. in l. voluntariæ. C. de excuſatio. tuto. Rip. in
rubric. de conſtitut. numer. 17. facit lex nouiſſimè.
D. quod falſ. tut. author. & illud; dicitur neceſſariũ,
ad quod quis aſtringi poſſit. Dec. in authen. præte-
rea. nume. 12. C. vnd. vir. & vxor. Et intelligitur de
neceſſitate præciſa non autem cauſatiua. l. obliga-
mur. §. neceſſitate. ff. de actio. & obliga. l. debitor. §.
inuito. de verb. ſignifi. Alioqui haberet locum Ru-
brica, de his. qui ſpont. mun. ſube. libro 10. vbi glo.
in rubrica illius tituli. Nemo enim neque Prin-
ceps ipſe eos cogebat ad ſe liberandum à quadam
imaginaria loci ſubiectione, quam prætendebant
in eos habere Dominum Prothomedicum, ſed id
totum factum eſt ex quadam ſeditione, & in inui
diam ipſius Prothomedici, & ad emulationem,
quæ à bonis iudicibus admitti non debet, quini-
mo videntur geſſiſſe actum puníbilem, veniendo
aduerſus tranſactionem iuratam, & cõſenſu Prin-
cipis roboratam, contra. l. ſi quis maior. C. de tran-
ſac. quo caſu etiam non obligantur non conſen-
tientes. Felyn. dict. cap. cum omnes. num. 17. verſic.
idem dicunt. inſpici enim debet principium, &
origo cauſati ad taleam imponendam. Neque
enim poſſunt decuriones, vel vniuerſitas, ſi mu-
5 tuo recipiunt, † obligare abſentes ex cauſa mutui,
niſi origo illius mutui ex cauſa neceſſaria proue-
niat, vt not. Barto. in dict. l. 4. §. actor. numer. 2. & ibi
Roma. numero 32. quia debet ſemper inſpici
initium, & origo. cap. dudum. de electio. in ſexto.
Bald. conſilio 20. libro ſecundo. Socin. iun. conſilio
130. libro primo. Rimnald. iun. conſilio 384. num.
42. Crauet. 589. numero 16. Ideo decretum de quo
agitur videtur potius ambitioſum, quàm rationa-
bile, ideo nõ obſeruandum, l. ambitioſa. de decret.
ab. ordi. facien. Donatio enim pura hæc videtur
fuiſſe, cùm ad eam faciendam compelli nullo iu-
re poſſint. l. fina. D. de ſeparatio. Nec ſufficé-
ret hoc caſu neceſſitas cauſatiua, ſed deberet eſſe
præciſa, vt dicit Burſat. conſilio 16 numero 77. libr.
primo. faciunt, quæ ponit Cyn. in l. voluntariæ. C.
de excuſa. tuto.

Tertia eſt reſponſio, quæ vel maximè pro foren
6 ſibus facit, quod forenſes non ſimpliciter † ad om
nes collectas tenentur, ſed ad eam tantum, quæ
ipſis etiam forenſibus vtilis eſt, & proficua, vt exẽ-
plificat Bart. in dict. § actor. numer. 3. verſic. ſi vero
pro expedien. & ibi Roma. nume. 32. verſic. aut eſt
condemnanda vniuerſitas. per regul. l. ſecundum
naturam de regul. iur. quam legem ad hoc idem
propoſitum ante Roma adducit Alber. in rubric.
de muner. & honor. numer. 31. 32. & ita conſuluit
Rube. conſi. 9. in cauſa, quæ vertitur. colum. fin. In
caſu autem noſtro nullam vtilitatem conſequun
tur, ſed hi tantum, qui locum habitant, qui nobiles
in eo loco eſſe ægrè ferunt, vellentque nullum ha-
bere ſuperiorem, qui eorum malam adminiſtra-
tionẽ notaret, & omnia pro nutu regere cupiunt.
Quinimo ipſorum forenſium intereſſet ab ea tran
ſactione non recedere, quin potius in eo oppido
eſſe aliquem dominum, & vaſſallum, qui bonum
publicum totius vniuerſitatis, (& præſertim foren
ſium, vi duarum, & pupillorũ procuraret, prout
ſolent viri probi, & vaſſalli) quos ad eum finem
Princeps deputat in ſuis villis. Ne vt hi, qui re-
gnant, qualibet vrbe Lupi, oues innoxias deuo-
rent: ſciunt enim forenſes res ſuas in peius ruitu-
ras ſub iſtorum gubernatione deficiente capite à
quo defenſi fuiſſent, vt nobilium ciuium amato-
re, & defenſore.

His accedat, quod in mutatione dominorum
loci, totius publici cõſenſus exigitur. ita quòd vno
reluctãte nihil agi poteſt, vt exemplificat Cagnol.
in dict. l. 2. nume. 145. verſicu. Item quando allegat
Angel. & alios in l. ſi vnus. §. hodie. cum. l. ſequenti D.
de pact. & faciunt, quæ dicit Corn. conſilio 72. nu

mero 14. libro quarto. Sed ad hoc melius facit, & in terminis noſtris deciſio. Lap. in allega. 85. vbi dicit non potuiſſe ciuitatem Tudertinam mutare dominium niſi de omnium conſenſu, & idem in alijs non conſuetis, & præiudicialibus, vt ibi per Lapum.

Quarta reſponſio etiam adduci poteſt, de qua per Felyn. in dict. cap. cum omnes. nume. 18. verſic. fallit ſecundo. quando illi decuriones ideſt maior pars vellet ſtatuere contrarium eius, quod à tota vniuerſitate aliàs decretum eſſet, vt hic, vbi omnino tranſactum erat cum omnibus, de quo tamen dic, vt per Fely. ibi.

7 Nec obſtant ſupra allegata. Quia negatur. † L in re mandata. habere locum in vniuerſitatibus, quæ ſunt adminiſtratrices, nec poſſunt, vel debent res aliorum præſertim abſentium, viduarum, & pupillorum pro arbitrio gubernari, & donari vt reſpondet Grauet. dicto conſilio 851. numero 12. & 13. verſicul. tertium denique. qui concludit valere talem donationem quo ad conſentientes, ſecus quo ad alios per gloſ. in l. vacationes. C. de decurio. cùm donare non poſſit vniuerſitas res particularium, vt ſupra dixi.

Nec etiam obſtat ſi diceretur, non requiri actũ eſſe neceſſarium, dummodo ſit vtilis, vt poſſint

8 † etiam opponentes obligari à maiori parte ſecundum Ioan. Andr. in capit. quod omnes. de regul. iur. in ſexto. quem citat Felyn. dict. capit. cum omnes número 18. Et Lap. allegat. 131. Nunquid maior. quia cum vtilitate requiritur etiam neceſſitas per ea, quæ dixi ſupra.

Nec etiam nocent conſenſus aliquorum ex opidanis poſtea ſubſequtus. & quod ad partem renuntiauerunt liti. Quia tales conſenſus ſunt præſtandi ſimul, & coniunctim, nõ autem ſeparatim, & ſingulatim, vt per Lap. d. allega. 85. viſis omnib. nu. 1. verſi in his, &c.

Iſtis tamen non obſtantibus concluſum fuit per maiorem partem Senatus, quòd opponentes etiam foreníes tenerentur ad donum, quod fit

9 Principi, pro ſe liberando † à ſubiectione, quia etiã in hoc aliquam vtilitatem ſentiunt foreníes, cùm donatio fiat domino, cui etiam neceſſitate non vrgente donare debent ſubditi tanquam patri, & defenſori. iuxta illud, non apparebis in conſpectu domini tui vacuus, & ob id Homerus vocat Reges Donimoros. Et hæc differentia verũ donetur Principi, vel alijs videtur fieri per Docto. vt per Barto. in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. nume. 24. ver. quæro hic primo. vbi dicit ita ſeruari de facto, ideſt de conſuetudine, quæ eſt facti, & facit ius ex longo vſu. l. de quibus. de legi. & conſtitu. Et hanc conſuetudinem valere dicit Archidia. in cap. quia cognouimus. decima quæſtio. tertia. colum. ſecunda. Et ita videtur velle etiam Alexan. in dict. l. 4. §. actor. nume. 13. quod poſſit villa imponere collectam pro faciendo donum Principi, dummodo imponatur ea collecta cum Principis licentia, & rationem huius limitationis, & conſuetudinis ponit Purpur. conſilio 428. videtur, quod tales. num. 75. dicens hoc fieri ob magnum amorem ſubditorum in Principem, & voluntas Principis reputatur caſus fortuitus, & quę fortuitò eueniunt, omnes tangere debent. l. quæ fortuitis. C. de pignor. Tantò magis, quando ſumus in caſibus, in quibus Princeps ſubſidium a ſubditis petere poteſt, qui ſunt multi, vt dicit Purpur. dict. conſilio 428. num. 78. poſt Belenzi. Specul. Anto. Florent. & alios per eum citatos, quibus addo Archidia. in dicto cap. quia cognouimus. colum. 2. 10. quæſtio. 3. præſertim quando Princeps non haberet ſufficientes redditus ad conſeruationem ſui ſtatus, vel dignitatis, & ad alias rationabiles expenſas, vt exemplificat Archid. in dict. cap. quia cognouimus. num. 3.

10 Conſiderare tamen debent Principes, † ſeu magis eorum conſiliarij, ne imponant onera grauia, & intollerabilia, ſed ex vrgenti, & neceſſaria cauſa ad publicã vtilitatem, aliàs inciderent in ea, quę prudenter dicit Archid. in dict. cap. quia cognouimus. inferens verba Ezechielis. Quinimo ſi ageretur de dono alij faciendo, dummodo id fieret ex Principis authoritate, poſſet tali caſu ab vniuerſitate imponi collecta, perinde ac ſi ageretur ex cauſa neceſſaria. Roma dict. §. actor. num. 16. 17. verſi. vnde poteſt probabiliter.

Accedebat in caſu iſto, quòd probabatur eſſe conſuetudinem in terra Saluzolię imponendi collectam forenſibus pro liberatione appidi. Quo caſu conſuetudo longo tempore inducta per annos pluſquam quadraginta obſeruanda erat, vt in his collectandi forenſes omnes dicunt, & in hac ſpecie Purpur. d. conſi. 428. nu. 80. 81.

Et ex his etiam reſolutum fuit, quòd quamuis in tali collecta imponenda non ſint ſeruatæ omnes ſolennitates, tamen teneat talis impoſitio, cùm fecerint id, ad quod tenebantur, & hoc ex ſpeciali priuilegio Principum. Idq; in cã Saluzoliæ contra particulares Vercellenſes 1583. Menſæ Maij.

Intereſſe an debeatur per emptorem pro fructibus perceptis in re vendita, dum pendet illius ęſtimatio.

DECISIO CCLVIII.

1 *Intereſſe an ex mora irregulari debeatur.*

DATVM fuit in ſolutum prædium pro aureis mille, ita quod ſi intra annum plus æſtimetur, emptor ſuppleat: quæſitum fuit facta æſtimatione ad ſcuta mille quingenta an emptor, qui pro ſcutis mille percepit fructus rei valoris aureorum mille quingentorum, teneretur ad intereſſe illorum aureorum quingentorum ante dictam æſtimationem. Et videbatur

1 † dicendum non teneri in mora irregulari, per doctrin. Tiraquell. in titu. de retract. §. 11. gloſſ. prima,

ratio

ratio meo iudicio poteſt eſſe, quia res data eſt in ſolutum cum illo pacto, vnde donec fuerit æſtimatio facta, non dicetur eſſe in mora.

Contrarium tamen cenſuit Senatus 1588. 17. Auguſti, in cauſa Ceuę, & Sçagnelli referente Domino Cerua, per doctrin. Cagnol. in l. curabit. numero 31. C. de actio. empt. Gabriel. conſilio 57. libro primo. cum ibi allegat. item illa ratione, quia illud intereſſe, quod debetur ex l. curabit. debetur non ratione moræ, ſed ex æquitate, ne quis fruatur re, & pretio, & ne quis locupletetur cum alterius iactura, & ita videtur text. ad literam in dicta l. curabit. ibi,

Licèt nulla mora interceſſerit.

Quamuis Excellentiſſimus Dom. & Compater meus Præſes à Ponte validiſſimis rationibus, & authoritatibus teneret contrarium.

Obiectus an dari poſſint contra perſonas teſtium in ſecunda inſtantia, ſi in prima dati non fuerunt, & an dati in prima poſſint poſtea in ſecunda probari.

DECISIO CCLIX.

1 *Obiectus contra perſonas teſtium dari debent in actu iuramenti.*

2 *Capitula obiectionalia non data in prima inſtantia an admittantur in ſecunda, & nu. 4.*

3 *Decretum nouum in titu.* Del tempo, quando ſi hanno da dar le repulſe, *declaratur.*

5 *Capitula admittuntur in ſecunda inſtantia, licèt fuerit præcluſa via deducendi in prima inſtantia.*

6 *Obiectus dati in prima inſtantia an poſſint probari in ſecunda.*

1 OBIECTVS, † qui dantur contra perſonas teſtium per nouas Conſtitutiones in titu. *Del tempo, quando ſi hanno da dar le repulſe,* dari debent in actu iuramenti ipſorum teſtium, aliàs pars, quæ debet opponere, cēſetur excluſa à tali oppoſitione, additque conſtitutio rationem, vt euitetur calumnia eorum, qui differunt proponere iſtas exceptiones, poſtquam viderunt, quid teſtes depoſuerunt.

Sed quid ſi in prima inſtantia productis teſtibus, & publicatis omiſſa contra eos oppoſitione, demum in ſecunda inſtantia pars dat capitula obiectionalia in perſonas teſtium, an admittēda ſint?
2 † Et videbantur admittenda ex regu. l. per hanc. C. de tempor. appellatio. per quam firmatur vulgaris regula, contra quam legem pulchrè quidam Poeta iocatur, vt refert Gaſpar Beat. de inop. debitor. numero 55. capit. ſecundo. regula autem eſt non deductum deducā, & non probatum probabo, quæ lex valde æqua videtur, & ideo non immerito Imperator ibi vocat illam Diuinam ſanctionem, & Cyn. dicit illam Leſſe in illo titu. tanquam lilium inter ſpinas.

Nec obſtare videtur diſpoſitio nouæ Conſtitu-
3 tionis, quia debet intelligi præcluſa † via in prima inſtantia, non autem in cauſa appellationis, vt dicit Salice. in dicta l. per hanc. colum. ſecunda. verſ. non obſtat tex. prout etiam à ſimili in eodem libro tertio nouarum Conſtitutionum, in titu. *Delli articoli probatorij*, in verſicu. *Et paſſati queſti quatro termini, s'intendet. anno ipſo iure excluſi, &c.* Nam ille verſiculus intelligitur in illa inſtantia non in cauſa appellationis, in qua noua poteſt fieri deductio, quæ excluditur tantummodo in tertia inſtantia coram Senatu, vt eodem lib. 3.

Neque obſtat ratio decreti, quia non videtur concludens, videtur enim facta ad exemplum. c. fraternitatis. extra de teſtib. cuius exempli non eſt eadem ratio: nam ibi non admittitur deductio poſt didicita teſtificata concernens eandem materiam, vel contrariam, non autem diuerſam, vt not. Bartol. in dicta l. per hanc. numero quinto. & Maran. in ſuo ſpecul. §. ſextus actus. numero 22. Bald. in dicta l. per hanc. colum. ſexta. verſic. hoc modo.

Iſtis tamen non obſtantibus contrarium cenſuit Senatus die decima Decembris 1585. ex ratione dictæ nouæ Conſtitutionis, quæ videtur hoc indu-
4 cere ea ratione, † vt finis litibus imponatur, & ne in longum protrahantur, & quamuis decreta ſtrictè ſint interpretanda, nihilominus in caſu iſto, vt finis litibus imponatur, quod eſt beneficium publicum. capitu. finem litibus. de dolo, & contumalatior fiet interpretatio fauore publico. c. odia. de regu. iur.

Ad regu. l. per hanc. reſpondebatur illam l. reſpicere principales materias ad cauſam facientes, in quibus non eſt arctanda via probationum, & deductionum ad veritatem indagandam. l. quoniā. C. de hæretic. & in iſtis Senatus ſolet admittere in
5 ſecunda inſtantia † capitula, quamuis in prima ſit præcluſa via deducendi, vel probandi, & ita cenſuit in cauſa Nicienſi referente D. Guerillo 1586. 23. Septembris. Sed iſti obiectus ſunt potius quædam incidentia non ita fauorabilia, & ideo noua decreta tanquam tardam, & calumnioſam deductionem extra tempus factam reſpicit, vt in ſimili de dilatorijs exceptionibus, quod non poſſint opponi in cauſa appellationis, dicit Cyn. in dict. l. per hanc, & ibi Salicet. in verſicul. quæro modo. & in terminis de obiectibus Guid. Pap. quæſt. 500. actor dedit obiectus. quamuis ad hoc l. antiqua non aduertiſſet: vult enim noua conſtitutio, vt litigantes diligentes ſint, & reprobent teſtes eo tempore quo iurant, niſi perſonarū qualitas illis non innoteſcat, tunc enim decretum admittit, vt facta proteſtatione poſſint alio tempore contra ipſos opponere. & in hac opinione fuit Menoch. in terminis noſtri decreti loquens de arbitrar. caſu 239. nu. 16. licèt de iure veriorem alteram dicam.

Sed

Sed quæri poſſet, quid ſi in tempore decreti propoſitæ fuerunt exceptiones, ſed proponens negligens fuit in probatione, an in ſecunda inſtantia
6 † poterit teſtes recipi facere? & in hoc decretum nihil dicit, ideo remanebit firma diſpoſitio. l. per hanc. per ea, quæ dicit Salicet. in dict. l. colum. 3. verſic concludo ergo. & ita tenet Guid. Pap. dict. quæſt. 500. præſertim ſi nondum pars aduerſa publicauerit ſuum examen per ea, quæ dicit Bald. in dict. l. per hanc. col. 7. verſic. ſed ſtatim quæro, & ita cenſuit Senatus.

Error calculi, an poſſit opponi etiam poſt tempus à partibus contrahentibus oppoſitioni præfixum.

DECISIO CCLX.

1 *Error calculi, an proponi poſſit poſt tempus à partibus oppoſitioni conſtitutum. & nu. 4. & 10.*
2 *Mora poteſt purgari, ſi ius aduerſarij non ſit diminutum.*
3 *Tempus non currit niſi à die ſcientiæ.*
5 *Pactum, quod non poſſit fieri probatio niſi per inſtrumenta, non valet.*
6 *Mora non purgatur ex interuallo.*
7 *Errori calculi renunciari poteſt. & nu. 9. & 11.*
8 *Capitulorum admiſſio, ſi non eſt facta de conſenſu partium, illi non præiudicat.*

CALCVLO facto promiſerunt partes illi acquieſcere, & quòd ab eo neutra partium reclamare poſſet. *Saluo, che ritrouandoſi errore ſopra eſſi conti, tanto per vno, come per l'altro, quali errori ritrouandoſi ſi hanno da publicarſi fra tre meſi proſſimi, & che frà tre meſi ſi chiariſca vna partita di 200. fior.* Hæc ſunt verba contrahentium. Modo euenit, quod poſt tres annos, cum alter ageret ad reliquatum iuxta formam calculorum. pars oppoſuit de errore calculi, replicat
3 † actor debuiſſe intra tres mẽſes hic error demonſtrari. Contractus enim ex conuentione partium legem accipiunt, etiam quod ſit contra naturam ipſius contractus. l. 1. §. ſi conueniat. D. depoſiti. Iudicauit Senatus non admittendam oppoſitionem erroris propoſiti extra tempus trium menſium, quamuis de tali errore probaret per teſtes: petita eſt reuiſio per reum condemnatum, qui pro eius opinione allegabat in primis, quia quando ius
2 † aduerſarij non eſt effectum deterius, poteſt mora purgari. Barto. in l. mancipiorum. D. de opt. leg. & in l. ſi inſulam. de verb. obliga.

Secundò, quia non fuit vlterius dictum, quòd poſt tres menſes non poſſet probari iuxta not. per Innocen. in capit. cum tua. qui matrimo. accuſa. poſſ.

Tertiò, quia actus publicè notus non obſtante termino poteſt probari. Gul. de Cun. in l. iubemus. C. de iudi.

Quarto facit, quòd non poſſit pactis priuatorum etiam iuratis renunciari probationibus. gloſſ. prima in verbo quartam productionem. in auth. de teſtib. §. quia vero. & in caſu iuramenti loquitur Bal. conſi. 61. lib. 2. cum probatio ſit ad bonum publicum. D. de teſtib. l. 1.

Quinto facit, quia in caſu noſtro pars conſenſit admiſſioni capitulorum concernẽtium errorem, ergo ſibi præiudicauit, vt videatur à pacto receſſiſſe, per quod anguſtabatur probatio ad tres menſes. Ideoque non obſtante temporis lapſu admittitur probatio, per dicta per Alex. in conſi. 158 in fin. libro ſecundo. poſt Innoc. But. Bar. & Imol. per eum relatos.

Sextò pro hac opinione in fauorem rei videtur in terminis conſil. Bald 61. in iſta quæſtione dico, quòd iſta ſocietas. colum. ſecunda. verſicu. ſecundum dubium. libro ſecundo. & in conſilio 317. punctus ſuper quo. libro quarto. vbi ſupraſcripta quinque fundamenta latius ponuntur, & ipſe in hac opinione reſidet, quòd non obſtante lapſu termini præfixi poſſit adhuc probari per reum.

Septimo, quia verba conuentionis videntur intelligenda, Vt illi tres menſes non ſtatim, ſed à die
3 notitiæ incipiant currere, vt in compromiſſo dicit Bald. in l. ſi cum dies. in fi. prin. D. de arb. Marſil. ſingul. 679. inci. compromiſſum.

Pro actore autem ſupplicatò adducebatur
4 † primò, quia conuentiones ex pactis contrahentium legem accipiunt. dicta l. prima §. ſi conueniat. D. depoſiti, & prætor ait, pacta ſeruabo. l. 1. D. de pact.

Secundò, quòd talia pacta poſſint fieri in materia probationum, tenent Doctores in l. admonendi. D. de iureiuran. vbi latè Iaſ. numero 100. in repetitio. vbi vult poſſe conueniri, quòd ſtetur dicto vnius teſtis, iuxt. not. per Bar. in l. fin. nu. 3. de prætor. ſtipulatio.

Tertio, quia regula eſt, quòd ad tempus promiſſum, poſt tempus prohibitum eſſe cenſetur. l. ſi vnus. §. primo. & l. exempla. D. de pact. l. ſi ita quis, vbi Alexan. & Iaſ. D. de vulg. & pupil. etiam ſi agatur de re maximè fauorabili. l. thais. §. inſra. D. de fideicom. liber.

Quarto, quia videmus in ſimili valere pactum,
5 † quod non poſſit aliquid probari, niſi per inſtrumenta. l. contractus. C. de fide inſtrumen. Alexan. conſilio 50. nume. 1. libro 5. in cauſa, & lite. Marſil. in rubrica. C. de probatio. num. 34. verſic. præterea contra glo.

Sexto facit, quòd factum iudicis, & partis æquiparantur, ſed ſi iudex præfigat terminum, eo elapſo non poterit quis probare. Capic. deciſ. 82. ergo idem dicendum in renuntiatione partis.

Ad allegata in contrarium reſpondebatur, ad
6 primum, quod moræ purgatio admittitur, † quando fit incontinenti, ſecus ex interuallo Bald. & Iaſ.

in l.fi.D.de ferijs.Item reſpondetur, quod non admittitur purgatio, quando eſt conditionaliter appoſitus terminus per dict.l. Thais.§. intra. D. de fideicom.liberta.l. ſi ſuper. vbi Alexand. & Iaſ.C.de tranſactio.in 3.notab.l.1.vbi glo.& Dec.C.de inſtit. & ſubſt.Tiraq.de retract.libro ſecundo.§.2.gloſſ.1. numer. 4.

Ad ſecundum reſpondetur, quod dictum Innocen. poſſet procedere, quando terminus non fuit conditionaliter appoſitus, vt proximè dicebam. Hic autem verba pacti reſoluuntur in conditionem: nam dictiones illæ, *ſaluo ritrouandoſi* reſoluuntur in ablatiuos abſolutos, & participium, quæ verba conditionem important, cùm ita intelligantur, *eo ſaluo, quod ſi reperiretur error*, &c.

Præterea in caſu noſtro calculus erat iam per-
7 fectus,& obligatio ſequuta', & ſicut quis † poteſt ſtatim errori calculi renuntiare, & amplius poſtea opponere non poteſt, tanto magis quãdo per temporis interuallum id facit, cùm magis deliberatè, id facere videatur, & cogitare poſſet ſuper errore, vt per Dec.in l.1.C.de error. calcu.nume.3. verſic. ſed cum interuallo.

Ad tertium dicitur,illud procedere ratione notorietatis rei: nam hoc ſpeciale eſt in notorio, vt non requirar probationem,& alia multa,quæ congerit Marſil.in rub.C.de probatio.num.196. & ſequentibus. hic autem non ſolùm non erat notorium,ſed id quod prætendebat reus probaſſe, non erat ſatis veriſimile.

Ad quartum dicitur, quòd opinio glo.in dict.§. quia verò multi.in verſi. quartam productionem. non eſt vera, & eam ibi reprobat Bart.nume.8.per text.in cap. de teſtibus in fin.extra de teſtib. & eodem modo reſpondetur ad gloſſ.quæ eſt in verſic. Senatuſconſulto.in §.quia vero multa. in authen. vt ſine prohibitione.Et glo.in §.ſed & hoc præſenti.Auth.vt cum de appella.cognoſc.in verſi.renuntiare.quas glo.etiam reprobat Alex.in conſi.158.in cauſa,& lite inter Ludouicum.num.9. lib.2.& alij quos infra citabo.

8 Ad quintum dicitur, quòd admiſſio † non eſt facta de conſenſu partis, & in his terminis reſpondet Alex.conſil.158.libr.2.colum.2.in fin. & ibi curator iſtorum actorum, & minorum non erat legitimus, quia acceptauerat curam ſub conditione, contra reg.l.actus legitimi. D.de reg.iur.præterea ibi admiſſa ſunt capitula cum expreſſa reſeruatione iurium partis capitulatæ, & cum clauſula ſaluo iure impertinentium, ideo ex forma decretorum non potuit ab ea ordinatione appellare.

Ad ſextum reſpondetur, quòd conſil. Bald. in
9 ſpecie † reprobatur per Dom.Crauet.conſilio 216. incipien. Comparatio literarum. nu. 22. vbi dicit, quòd Bald.potius loquitur ex ſua authoritate,quã per iuris rationes. præterea illud conſiliũ 61. libr.2. eſt Bart.de Saliceto,& reprobatur per Bald.conſil. 493.libro 4.& ſi fortè replicetur, quòd opinionem Bald.tenet etiam Bar.in auth.iubemus.C.de iudic. ibi,*ſed extra iudicium*,& c.vbi vult, quòd talis renunciatio facta extra iudicium non valeat,quẽ ſequitur ibi Guli.Rayne.Ange.& Iaſ.numer.3.& Fulgoſ. reſpondetur,quod opinio contra Bald.& Barto.de iure eſt magis approbata, & quamuis Alex.in dict. authen. iubemus.num.11. dicat paſſum hunc eſſe dubium,tamen id poſſet procedere in renunciatione ſimplici, ſecus autem in pacto. Præterea opinio Doctorum in dict.authen.iubemus.poſſet procedere,quando generaliter probationi per pactum renſitiatum eſt,ſecus ſi eſſet limitatum tempus,vt in ſimili dicit Salicet. ibi in dict.verſic.circa pactum. Ita tenet Alex.in dict. auth.iubemus.nu. 14.verſic. vnde concludendum eſt. vbi ponit rationem diuerſitatis, & idem Alex.in dict. conſilio 158.num.9.vbi pro hac opinione allegat glo.Iaco. de Aren. Cyn. Iacob.Butriga.Hoſtien.Ioan.de Ligna.Imol.& Salicet. per eum relatos, & poſt eum idem Roman.& Gul.de Cuneo.quos refert, & ſequitur Celſus in apoſtill. ad Salicet.in d.auth.iubemus.nume.3.in verſi. circa pactum vero.Idem tenet Felyn.in capitu.2.nume.20. & 21,de probatio. Marſil.in rubr.C.de probatio.verſicu.præterea.vbi reprobat glo.in auth. vt ſine prohibi. matr.debitr. in verſi.Senatuſconſulto.circa medium.

Ad ſeptimum reſpondetur, quòd in caſu iſto
10 aderat dictio proximos, quo † caſu non inſpicimus tempus notitiæ, ſed contractus, & conuentionis factæ, vt in ſimili dicit Socin.conſilio 87.col. 1.libro quarto.Grat.conſilio 131.libro 1.Socin.iun. in l.ſi quis arbitratu.numer.70. & ſeq.D.de verbo. obligatio. & idem ſi dixiſſent hinc ad tres menſes. Bart. conſilio 13. libr.2 & non poteſt iſte purgare moram poſt oppoſitionem in iudicio factam per ea, quæ dicit Crauet. conſilio 216.numer.22. poſt Caſtren.Corn. & alios per eum citatos. Et præſertim in caſu noſtro, vbi illa excluſio poſt tres menſes non eſt ſimpliciter probata, ſed in vim conditionis, quo caſu non poteſt poſt tempus lapſum probare, ita Bald. in dict. conſilio 317. circa med. conſil. libro quarto. Ex quibus fuit per ſecundam ſententiam in reuiſione confirmata prima ſententia Senatus 15. Nouembris 1561. referente D.Senatore Iuuenali à Coſtaſorte Foſſanen.

Hæc autem tanto magis procedunt, quando
11 tale pactum, quòd ſtetur † calculis, eſt iuratum: nam quamuis dici ſoleat, quòd iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus cui adijcitur,per.l.fin.C.de non nume.pecu.& ſic videatur reſeruata exceptio erroris calculi.per l.primã.C.de erro.calcu.tamen quãdo interuenit iuramentum in hac renunciatione erroris, illud omnino ſeruãdum eſt.Ioan.Fabr.in dict. authen.iubemus. Felin. in dicto capit.2. in fin. de proba. verſicul. tertio.& Seraphin.de Seraphin.in tracta. de priuileg.iuram. priuileg.90.

Teſtis

Teſtis interrogatus an aliter eſſe poſſet quàm prout ipſe deponebat, an teneatur tali interrogatorio reſpondere.

DECISIO CCLXI.

1 *Interragatorium captioſum non admittitur.*
2 *Teſtes ſunt diligenter interrogandi.*
3 *Teſtis quando ſuper non articulatis examinari poſſit.*

INTERROGATVS teſtis an aliter eſſe poſſet quàm capitulatur, & per eum eſt depoſitum, quod tamen ipſe neſciret, oppoſuit ſe nõn teneri ad hoc reſpõdere, quia erat captioſum:
1 captioſa † autem interrogatio reſecanda eſt, vt per Spec. de teſtib. §. iam de interrogatorijs. in fin. colum. fina. & Bertachin. qui alios citat in §. teſtes interrogati. numero 16. Imo teſtis, qui affirmatiuè reſponderet ſuper hoc interrogatorio, faceret ſe ſuſpectum. Alex. conſi. 136. in cauſa. nu. 22. lib. 3.

2 In contrarium facit, quia teſtes † ſunt diligenter interrogandi de omnibus: quibus veritas erui poteſt, vt latè per Specu. in dicto §. iam. de interrogatorijs. numero 45. & ſequen. facit tex. not. in c. iudicantem. 30. q. 5.

Et poſſunt interrogari etiam, vt deponant pro vtraque parte. glo. in authen. ſed iudex. C. de epiſc. & cleric. & in l. ſecunda. C. de edendo. & communem dicit Maranta in ſecunda par. ſuper ſexto actu. & Viuius in libro commu. opin. §. teſtes cum iuramento.

3 Imò quamuis teſtis non debeat † examinari ſuper non articulatis, vt dicit Bartol. in l. ſi quis libertatem. numero decimo. de petitione hæredit. vbi Alexand. tamen id eſt verum, niſi pertineat ad finem eius, de quo principaliter interrogatur, vt ibidem dicit Barto. & Bald. conſilio 457. factum ſic proponitur. colum. ſecunda. vbi plus dicit, quod ſufficit, quòd interrogatio pertineat ad cauſam.

Sed in terminis, quòd tale interrogatorium admittatur, ſentit Bald. in l. de quibus. colum. 15. verſicu. poſtremo qualiter conſuetudo probetur. ibi, interrogatus ſi potuiſſet eſſe contrarium. Quinimo id ita ſæpe fieri in practica teſtatur Dominus Molignatus in ſuis quiſquil. quæſtio. 177. Et ita in quæſtione facti cenſuit Senatus admittendum fore tale interrogatorium, nec eſſe reſecandum.

Capit. fraternitatis. de teſtibus. diſponens, quòd publicatis atteſtationibus non poſſint recipi teſtes ſuper eiſdem capitulis, an habeat locum in cauſis criminalibus.

DECISIO CCLXII.

1 *Capit. fraternitatis. de teſtibus. non procedit in cauſis criminalibus.*
2 *Teſtes ab inquiſitore, ſeu fiſcali producuntur etiam poſt didicita teſtificata.*
3 *Cap. fraternitatis. ſeu illius regula an habeat locum, quando cauſa eſt criminalis, ſed non exigit pœnam ſanguinis.*
4 *Sententia in criminalibus nunquam tranſit in rem iudicatam.*
5 *Teſtes, qui poſſint in criminalibus produci poſt publicatas atteſtationes, an producantur ſi adſit tertius, qui faciat partem cum fiſco.*

CAPITVLVM fraternitatis. de teſtib. probat regulam, quod teſtes non poſſunt recipi ſuper eiſdem capitulis publicatis atteſtationibus, quam regulam quinquaginta duabus limitationibus declarat Socin. in fallen. regula 403. teſtes publicatis. & triginta Felyn. in dicto cap.
1 fraternitatis. Inter alias autem ea eſt, vt non † procedat in criminalibus, ita generaliter dicit Barto. in l. prima. §. fin. numero quarto. de quæſtio. cum concordan. ibi poſitis per Marſil. numero quarto. & in practica. §. ſequens. numero 6. & ita ſeruat Senatus.

Amplia primò id, quod dictum eſt, in cauſis criminalibus, vt etiam poſt didicita teſtificata
2 poſſint teſtes produci † ab inquiſitore. Bald. in l. eos. §. ſi quid autem. colum. prima. in fin. verſi. quæro. nunquid inquiſitor. de appella. poſt Innocen. in c. cum clamor. de teſtib. & ſequitur ibi Abb. num. 3. dicens idem in eo, qui eſt deputatus à iudice pro inquiſitore, vt eſt in patria noſtra fiſcalis procurator, & ibidem Fely. colum. 1. vbi ponit rationem, quia talis non eſt propriè pars, ſed miniſter iudicis idem tenet Bar in l. ſecunda. §. ſi publico. num. 15. de adulter. cum concordan. relatis per Alex. in authen. qui ſemel. C. de proba. poſt Bart. nume. 17. & commu. dicit Felyn. dict. cap. cum clamor. col. 2. Marant. de ordi. iudi. §. trigeſimus quintus actus. numer. 3. Iſtud tamen declara non procedere ad offenſam, de quo dic, vt infra in 2. fallen.

Secundò amplia, vt etiam à parte ad defenſam produci poſſint. Bar. in l. 2. §. ſi public. numer. 15. de adult. Felyn. in dict. cap. cum clamor. de teſtib. col. 2. verſic. & hoc procedit. & hoc tam ex officio iudicis, quàm ad partis inſtantiam. Aretin. dict. cap. fraternitatis. colum. 9 quamuis contrarium teneat in cap. cum clamor. colum. 2. Ratio autem huius ampliationis eſt, quia valet argum. de renunciatione defenſionum ad publicationem, vnde ſicut

non poteſt renuntiare, ita nec deſiſtere à produ-
ctione, ita dicit Felyn. in dict. cap. cum clamor. col.
2. in fin. & idem tenet Alex. ad Bart. in l. 1. §. fin. nu.
4. de quæſtio.

Fallit primò hæc limitatio, vt non procedat,
quando cauſa eſt criminalis, in qua tamen agitur
3 de pœna pecuniaria; quia tunc † reus non poterit
teſtes adducere poſt concluſum in cauſa, vel pu-
blicatas atteſtationes, quia tunc ceſſat ratio prædi-
ctæ limitationis, quam poſui ſupra in ſecunda
ampliatione, & hoc videtur velle Fely. poſt Areti.
in cap. cum veniſſent. de teſtib. colum. penult. verſ.
idem vbi pœna non eſſet corporalis. Et idem Fely.
in dict. cap. cum veniſſent. dicit hoc procedere, niſi
cum pœna pecuniaria cōcurreret etiam infamia,
quia tunc perinde eſſet ac ſi de corporali pœna
tractaretur, allegat Aretin. ibi, qui hoc clarius dicit.
colum. 4. verſi. & aduerte.

Sed contra hanc fallentiam videtur facere Bar.
in dict. §. ſi publico. numer. 15. vbi clarè dicit, hoc
procedere in qualibet cauſa criminali, vnde pon-
derando eam dictionem ita prægnantem, videtur
fuiſſe de mente Bart. quod procedat etiam in pœ-
na pecuniaria. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quod
illa verba Bar. ſunt intelligenda ſecundum tex. quē
ipſe allegat in l. prima. §. fi. de quæſtio. vbi loquitur
de homicidio, cuius pœna corporalis eſt. Item &
reſpondetur, quòd doctrina Bart. erit limitanda ſe-
cundum opin. aliorum Doctor. & rationis ceſſan-
tis. Et ad hoc facit, quia tales cauſæ criminales pe-
cuniariæ ſortiuntur naturam ciuilium, vnde licet
in cauſa corporalis pœnæ ſententia non tranſeat
in rem iudicatam, tamen ſecus erit in pecuniaria.
ita tenet Abb. in cap. de his. in prin. ex. de accuſatio.
de quo tamen infra dicam.

Secundò ꝯ hāc fallen. facit, quia vt ſupra dictū
eſt, in cauſa criminali in qua procedit iudex ex me
ro ſuo officio, vel per inquiſitionem; poteſt teſtes
recipere etiam poſt publicationem. Si autem hoc
iudici licebit in cauſa pœnæ pecuniariæ, ergo idē
dicendum erit in reo, ne iudicium claudicet, &
actori liceat, ꝙ nōn licet reo cōtra iuris Regu. Sed
ad hoc etiam reſpondetur, quòd iſtud procedit
propter diuerſitatem rationis: nam hoc iudici li-
cet, quia in eo non præſumitur ſubornatio, vt per
Abba. & Docto. in dict. cap. cum clamor. Et ratio,
quæ permittit reo in criminalib. producere teſtes
poſt publicationem, id eſt quòd agatur de mem-
bris, & vita hominis, ceſſat in hoc caſu.

Tertiò contra dictam fallen. facit, quia in cauſis,
quæ nunquam tranſeunt in rem iudicatam, ſem-
per teſtes produci poſſunt etiam poſt publicatio-
nē, vt per Socin. in Reg. 403. teſtes. nu. 37. Senten-
4 tia autem in cauſa † criminali nunquam tranſit ſi-
ue ſit corporalis ſiue pecuniaria pœna, vt per Mar
ſil. in Pract. §. ordini. nume. 1. poſt Ioan. de Anna in
dict. cap. de his, reprobata opin. Abba. quam ſupra
retuli, ergo ſemper poterūt teſtes produci. Sed ad
hoc reſponde, quòd opin. Marſil. procedit in ſen-
tentia corporali abſolutoria, quia in hoc bene re-
prehenditur Abb. ſecus autem in condemnatoria,
quia in ea diſtinctio Abb. procedit, ideo in caſu

contingentia Senatus fallentiam ſequutus eſt.

6 Fallit ſecundo principaliter pdicta limitatio, vt
vera ſit, ſi iudex procedit ex inquiſitione, ſecus au-
5 tem ſi adeſſet accuſator, † vel inſtigator, qui iudi-
cem, & fiſcum adiuuaret, ita tenet Abb. in d. cap.
cum clamor. poſt Hoſtien. qui ita diſtinguit, & ſe-
quitur ibidem Imol. num. 4. & additio ad Abba. in
dict. cap. cum clamor. quæ incipit, an & quando
promotor. Idem tenet Alex. ad Bart. in dict. §. ſi pu-
blico. & in authen. at qui ſemel. in additio. magna.
& idem ſentit ibi Barto. numero 32. & 33. Pro qua
opinione facit, quia tunc poteſt ſubeſſe timor ſub-
ornationis propter illum inſtigatorem, qui ſucce-
dit loco partis, vt ibidem Doctores ponunt præſer
tim Aretin. dicto cap. fraternitatis. colum. 9. Secun-
dò facit, quia ad offenſam etiam in criminalib. te-
ſtes non poſſunt produci poſt publicatos teſtes, ita
notabiliter dicit Marſil. in dicta l. 1. §. fina. nume. 5.
D. de quæſtio. poſt Salic. Are. Fely. & alios per eum
citatos dicens id perpetuò menti tenendum, & la-
tius idem Marſil. in practi. §. ſequens. nume. 6. & 7.
Sed aduerte, quia hæc concluſio Felyn. & Marſil.
videtur deſtruere id, quòd ſupra dicebam in pri-
ma ampliatione. Vnde concordando dicas, quòd
aut iudex ſolus ex officio, vel ex inquiſitione hoc
facit, & poteſt examinare etiam ad offenſam, &
ita procedat prima ampliatio. Aut interuenit accu
ſator, qui teſtes producit, vel alius promotor, &
tunc procedit hæc opin. Marſil. quòd ad offenſam
non liceat: aliud enim eſt teſtes recipere, aliud pro
ducere, vt ponit addit. ad Abb. in dicto. capit. cum
clamor. incipien. an & quando: & ita ſenit Areti.
in dicto capit. fraternitatis. colum. 9. verſicu. vtrum
in cauſa criminali. Felyn. in dicto c. cū clamor. col.
penult. ibi dum dicit, vt petatur noua examinatio
ad offenſam. illud enim verbum petitur, præſup-
ponit accuſatorem, & clarius id demonſtrat in
exemplo per eum poſito: & ad hoc facit, quod in
criminalibus maximè abundat iudicis officium,
& poteſt iudex abſentibus accuſatore, & reo te-
ſtes examinare, & ſcientes delictum ad illud indi-
candum compellere, vt not. Rip. in l. quarta. §. hoc
autem iudicium. de damno infect. numero 77.
& 80. & poſt Bald. & Barba. per eum relatos, & ex
officio ipſe iudex producit teſtes in criminalibus,
ne dum publicatis teſtibus, ſed etiam poſt conclu-
ſum in cauſa, vt dicit Areti. in d. cap. fraternitatis.
colum. 9. verſi. vtrum in cauſa criminali. poſt Bald.
in l. 2. in prin. C. de eden.

Hanc tamen declarationem intelligo procede-
re, quando iudex ſolus procedit ſine inſtigatore,
aliàs enim ſi adeſſet inſtigator, vel accuſator, vel
procurator voluntarius, tunc etiam ex officio ad
offenſam non poſſet poſt publicationem exami-
nare, per pulchras rationes quas ſubtiliter, & co-
pioſè conſiderat Aretin. in dict. col. 9. verſ. vtrum
autem ad offenſam. qui omnino videndus eſt, &
cum hac opin. Aretin. videtur concurrere Alexan.
in dicta l. 4. §. hoc autem iudicium. numer. 29. poſt
Franciſ. Tigrini quem ipſe Alex. refert, dicens eius
opinio. de iure ſatis ſuſtentabilem, & eam ſequitur
Marſil. in Practi. d. §. ſequens. nu. 7.

Caſus tamen iſte eſt ſatis ambiguus, quia contra opin. Areti. ideſt, quod etiam ſi adſit accuſator, poſſit tamen iudex ex officio ad offenſam teſtes examinare poſt publicatos teſtes tenuit Bar. quem citat Alexan. in dict. ¶. hoc autem iudicium, cuius opinio. teſtatur Alex. eſſe communem, & cum ea ſimpliciter tranſit Aretin. ſibi contrarius in dict. c. cum veniſſent. de teſtib. in 4. colum. verſic. aduerte tamen. & in cap. cum clamor. colum. 2. vbi dicit ſe maturius cogitaſſe, & ita etiam cenſuit Senatus 1556. Menſe Septembris. me referente in quadam cauſa Bugellen. quia non eſt bonum, vt veritas in criminalibus fauore publico amittatur, quo modocunque procedatur, ne delicta remaneant impunita.

Statutum ciuitatis Taurini diſponens, quòd agnati ſuccedant in domibus, an excludat etiam filias ab earundem ſucceſſione mortuo patre ab inteſtato.

DECISIO CCLXIII.

1 *Statutum Taurini deferens ſucceſſionem domorum agnatis an excludat filias.*
2 *Statuta fauorem agnationis reſpicientia dicuntur fauorabilia, & latam capiant interpretationem.*
3 *Princeps in modico ius partis lædere poteſt.*
4 *Statutum poteſt legitimam minuere.*
5 *Statutum ita interpretandum eſt, vt minus lædat ius commune quàm fieri poſſit.*
6 *Statuta ſunt reſtringenda, vt abſurdum euitetur.*
7 *Statutum non poteſt trahi ad perſonas non ſpecificatas in ipſo ſtatuto.*
8 *Maſculinum regulariter concipit fœmininum.*
9 *Statutum Taurinen. excludens fœminas à ſucceſſione domorum declaratur.*

STATVTVM extat in hac Auguſtiſſima, & floridiſſima ciuitate Taurini, Pedemontanæ regionis digniſſima Metropoli, & Principum noſtrorum, ac Senatus, & ſtudiorum antiquiſſima ſede, & de qua ciuitate plura ad illius antiquitatis, & nobilitatis demonſtrationem ſcripſit Dominus Philibertus Pingonius, olim Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum Conſiliarius, & Sacri Palatij Referendarius, in ſua Taurinorum Auguſta. Per quod ſtatutum vocantur agnati omnibus alijs perſonis excluſis ad ſucceſſionem domorum in ea ciuitate, & in oppido Gruglaſchi eiuſdem ciuitatis mẽbro exiſtẽtium in hæc verba. *Item ſtatutum eſt in ſucceſſionibus ciuium, & habitatorum Taurini, & Gruglaſchi, quòd iura Romana, & Imperialia de cætero vindicent ſibi locum, tam in maſculis, quàm in fœminis, eo ſaluo, &c. Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit, nullo facto ordinamento rerum ſuarum, quod vbi fuerit, vel remanſerit aliquis agnatus defuncta perſona, præferatur cunctis alijs perſonis in ſucceſſionibus domorum cum pertinentijs defunctæ perſona, &c.*

Quæſitum fuit ſtante tali ſtatuto, & præſuppo-
1 ſita illius validitate an filia excluderetur à fratribus? & agnatis in ſucceſſione domorum mortuo patre ab inteſtato: Et quoniam hæc quæſtio in eadem ciuitate ſæpiſſimè contingit, nec eſt ſine difficultate, ideo operæpretium duximus illam diligentius examinare, præſertim quod audiam fuiſſe ſuper hoc diuerſimodè iudicatum, ne de cætero ſuper eo dubitari contingat. Et in fauorem agnatorum maſculorum allegabatur in primis fauor agnationis in iſto ſtatuto conſideratus, quo attento huiuſmodi ſtatuta dicuntur laudabilia, & fauorabilia ex receptiori Doctorum ſententia, de qua pluribus authoritatibus, præſertim Bruni, & aliorum m. re ſuo relatis teſtatur Burſat. conſilio 208. numero quinto. Cephal. conſilio 309. numero 24. libro tertio. H. Gabriel. conſilio 13. & la-
2 tam propterea capiunt † interpretationem. Franci. Marc. deciſio. 546. numero 23. Cephal. conſilio 490. numero 32. & 33. & conſilio 521. numero 9. & quod tale ſtatutum ſit factum fauore agnationis, demonſtrat in ſpecie huius ſtatuti Aymo Cra. conſilio 236. numero decimo. verſicu. ad hæc. poſt Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. hoc eſt enim expeditum, & communi Doctorum calculo firmatum, quod quando ſtatutum agnatos vocat ad ſucceſſionem excluſis fœminis, tunc cenſetur factum fauore agnationis, & non alia de cauſa, vt ſcripſi latè ſupra deciſ. 37. Statutum. & multis comprobat Gabriel. lib. 6. commu. concluſio. tit. de ſtatutis. cõclu. 6. nu. 1. & in ſpecie in ſimili ſtatuto Florentiæ edito ſcribit Bal. inter conſi. Angel. conſi. 68. quod eſt repetitum conſi. 281. col. 3.

Secundò pro agnatis adducebatur, quòd ſtatutum huiuſmodi vti agnationis, & familiæ conſeruatorum erat attendendum, & ad fœminas cuiuſcunq; gradus extendendum, quia ex eo in modico jus fœminarum lędebatur, cùm loquatur tantum in domibus, & non procedat in alijs bonis,
3 ſicut dici ſolet, quòd Princeps in modico † ius partis lædere poteſt. Natta conſilio 34. numero 23. Brun. conſilio primo. colum. ſeptima. in principio.
4 Et ſicut poteſt ſtatutum † legitimam minuere ex receptiſſima, & indubitabili Doctorum ſententia, de qua teſtatur Crauet. in terminis noſtris conſilio 216. numero ſecundo. Alexand. conſilio 168. libro ſeptimo. Nat. 201. numero octauo. libro primo. Dec. & Cagnol. in l. iura ſanguinis D. de regul. iur. Ita etiã, & fortius poterit ſucceſſionis ſpem in hac parte tollere, vt agnationis ſplendor conſeruetur.

Tertiò, pro hac parte conſiderari, & ponderari poſſunt verba illa ſtatuti, *Præferatur cunctis alijs perſonis in ſucceſſionibus domorum*, per quæ videtur ſtatutum indiſtinctè voluiſſe excludere fœminas fauore agnati, cùm omnes perſonas excluſerit: nam qui totum dicit nihil excludit, vulgatis juribus.

Et pro hac ſententia in fauorem agnatorum adducebatur illud conſiliū Crauetæ 236. & Brun. in conſilio ſuo poſito poſt tractatum de ſtatutis excludentibus fœminas. in nouiſſima impreſſione. num. 10. qui in fortioribus terminis ſuper hoc ipſo ſtatuto reſpondentes voluerunt filiam non ſolùm excludi ſimpliciter à ſucceſſione domorum, ſed nec etiam poſſe legitimam, ſeu illius ſupplementum ſuper illis conſequi, & dicit ibidem Crauetta nume. 15. ita fuiſſe per Senatum noſtrum iudicatum exiſtente Præſide Dom. Purpurato. & vltra quod dicebatur, ita aliàs in facti contingentia obſeruatum fuiſſe, pro qua obſeruantia multi teſtes producebātur, fuit prolatum, & exhibitum quoddam areſtum illuſtriſſimi Ludouici Ducis Sabaudiæ latum in ſimili cauſa in ſuperiorib. audientijs Sabaudiæ anno 1545. 29. Ianuarij, cuius areſti tenorem, vt nihil antiquitatis ignoretur, ſubijciam in fine huius deciſio. cùm ſit valde notabile pro confirmatione huius ſtatuti, ex quo multæ rationes pro hac parte in medium proponuntur, quæ ibi videri poterunt.

In contrarium, quòd imò ex huiuſmodi ſtatuto filiæ non cenſeantur à domibus excluſæ maſculis exiſtentibus, ſequentia ſuadere videbantur. Primò, quia hoc ſtatutum eſt exorbitans, & contra ius commune diſponens, de quo in l. maximum vitium, C. de libe. præter. vbi ſublata legum antiquarum differentia fœminas maſculis adæquare voluit Iuſtinianus. Ideo vti deuians à iure communi erat reſtringendum, & ſaltem ad literam in-

5 terpretandum, vt minus † lędat ius commune, quàm ſit poſſibile l. præcipimus. cum ibi not. C. de appell. Burſat. latè conſilio 208. numę. 9. & ſequen. libro 2. Natt. conſilio 74. nume. 8. volens hanc reg. procedere etiamſi impropriarentur verba ſtatuti: debent enim potius verba impropriari, aut ſuperflua reddi, quàm quod damnum quis indebitè patiatur l. ſi quando. in princip. C. de inoff. teſtamen. latè Felyn. in cap. 1. nume. 17. de reſcript. Huius autē ſtatuti exorbitantia imo abſurditas ex eo oriri poteſt, quia per illud priuari poteſt filia, ſeu fœmina omni ſucceſſione, & legitima, quæ ſtatuto tolli in totum non poteſt, ex magis communi ſcribentium ſententia, de qua teſtatur Crauet. d. conſilio 236. & dicemus nos latius ſuo loco. Eſſe enim poteſt, quod moriatur quis relicta filia, & agnatis cum vna ſola domo, prout ſepiſſimè contingit nullis alijs bonis in ſua hæreditate relictis, æquitas pati non videtur, vt priuetur filia omni paterna ſucceſſione, imò hoc eſſet abſurdiſſimum dicere, & longè abſurdius iudicare, quam abſurditatem cōſiderauit Crauet. ab eiuſdem opinione pro qua prius conſuluerat recedendo. dict. conſilio 236. in fi. ſtatutaque ipſa non ſolum in hoc caſu non de-

6 bent latè interpretari, ſed ſunt † reſtringenda, vt euitetur abſurdum. Bar. in l. omnes populi. 2. queſt. 6. quæſt. princip. num. 55. verſic. ſecundo quæro D. de iuſtitia, & iur. vbi Iaſ. & alij, Pancirolus conſilio 188. numer. 4. vt igitur euitetur huiuſmodi abſurdum videbatur dicendum filias non excludi.

Sed huic argumento reſpondebatur, quòd ſtatutum ſicuti erat factū fauore agnationis, ita etiā cenſebatur in omni ſui parte fauorabile, vnde interpretatio magis erat facienda in capite fauorabili, quàm in odioſo. Nec militare poterat abſurdum conſideratum, quia non cenſentur ſtatuentes per verba huius ſtatuti voluiſſe fœminas à congrua dotatione excludere, ſed imò cogendos agnatos ad ſucceſſionē domorum venientes dare congruam dotem filiabus non maritatis, ne dicamus ſtatutum voluiſſe ita agnationi maſculinæ fauere, vt iuri publico derogaret, & ſi ſumus inter fratres hoc eſt clarum, quòd frater ſororem aliunde non habentem Dotare tenetur, vt ſcripſi ſupra deciſio. 192. incipiente dotium taxa. nu. 7.

Secundo in fauorem filiarum illud adducebatur, quod ſtatutū hoc ſicuti erat ſtrictè interpretandum, ita etiam non erat vltra perſonas in eo expreſſas extendendum, quia non poteſt ſtatutum recipere extenſiuam interpretationem, & licèt ſit fauore agnationis factum, tamen non trahitur ad

7 † perſonas non ſpecificatas in ipſo ſtatuto, ex doctrin. Bald in l. ſed & milites. D. de excuſatio. tutor. & in l. illam. C. de collatio. Rube conſil. 118. Corn. conſilio 97. libro tertio. latè Gabriel. dict. titul. de ſtatut. concluſ. 7. nume. 1. & per totam. Vnde cùm in hoc ſtatuto non ſint nominatæ filiæ, non videntur ipſæ excluſæ, ſed magis comprehenſæ ſub maſculino verbo agnatis cenſentur, vt excludatur interpretatio contra ius commune, quia regulari-

8 ter † maſculinum fœmininum cōcipit. l. qui duos. 62. in fin de legat. 3. l. pronunciatio 195. in princip. D de verborum ſignifica. quam regul latè firmat Rebuff. in l. 1. verſi. ſi quis hanc. & conſilio ſequen. D. eo. quæ regula abſque dubio procedit in ſtatutis, vt per Anchar. conſilio 112. Bald. conſilio 226. præmiſſis verbis libro 5. Rebuff. in dict. l. 1. pag. 11. verſic 14 poſt Bart. Dec. Gozadin. Curt. & Gemin. pulchrè Gabriel. conſilio 14. nume. 23. & duobus ſeq. de qua re dicemus infra deciſ. 269. & ſub agnatorū appellatione fœminæ vti agnatæ impropriè continentur, vt dixi ſupra dict. deciſ. 37. nu. 2. & 3.

Huic fundamento reſpondebant aliqui, quòd licèt filiæ non viderentur expreſsè excluſæ, tamen cenſeri excluſas, non ſolùm propter fauorē agnationis in ſtatuto conſideratum, quo attēto maſculinum non concipit fœmininum, vt latè probat Gabriel. dict. conſilio 14. nume. 24. & 25. quia tunc cùm ſit fauorabile, vt ſupra dixi, fit interpretatio iuxta mentem ſtatuentium reſtrictiuè in fauorem agnatorum, ſed etiā propter illa verba ſtatuti ibi, *Præferatur cunctis alijs perſonis, &c.*

Tertiò allegabatur iſtius ſtatuti inobſeruantia, quæ etiam in contradictorio iudicio per multas latas ſententias dicebatur confirmata, ad quem effectum multę ſententiæ per ordinarios iudices huius ciuitatis prolatæ, & innumeri teſtes recepti ſuper iſta inobſeruantia deponentes, producebantur, multaque exempla huius inobſeruantiæ in promptu demonſtrabantur, cùm multæ fœminæ reperirentur in hac ciuitate, quæ ſatis honorificas domos adhuc hodie ſibi ſucceſſione delatas poſſidebant.

Nec videbatur mouere conſilium Craue. pro contraria parte relatum, quia dicebatur, quòd Craueta ſe ipſum in fine illius conſilij correxit, ſententiam illam Senatus dicẽs fuiſſe reuocatam in cauſa reuiſionis, reſpondendo his, quæ antea ſcripſerat.

Sed huic pariter fundamento reſpondebatur, quòd iſta obſeruantia non erat attendenda, cùm de contraria obſeruantia multi alij teſtes deponerent, & multæ ſentẽtiæ in contrarium exhiberentur, & præſertum illud areſtum Ludouici, quod erat clarum in caſu noſtro, & erat pro lege ſeruandum, cùm ſub nomine Principis latum eſſet. §. ſed & quod Principi. inſti. de iu. nat. gen. & ciuil. & quatenus extarent exempla in contrarium, non eſſe exemplis iudicandum, & multas mulieres in poſſeſsione domorum exiſtere attento concordio, & conſenſu patrium.

Certe quæſtio iſta ardua, & difficilis reperta fuit, & multum mouebat dominos illud areſtum Ducis Ludouici, & fauor agnationis: mihi autem, & alijs videbatur, non poſſe dici ex iſto ſtatuto, tanquam naturæ odioſo, & exorbitanti eſſe excluſas filias ab iſta ſucceſsione, præſertum veniente caſu, quòd pater moriens inteſtatus ſolas domos in ſua hæreditate relinqueret. Ideo cogitabam modera-
9 tionem huic ſtatuto, † vt illud procederet iuxta conſtitutionem iuris prothomiſeos, ſuper qua ſcripſerunt Afflict. & alij, nempe, vt agnati haberent domos iure prælationis, & præferentur in illarum ſucceſsione fœminis, ſed eſſe æquiualens, vel domus extimationẽ dandum ipſis fœminis per agnatos, vel in pecunia, vel in bonis, & ita ſuaderem magnificis Decurionibus huius ciuitatis, vt cum hoc temperamento ſtatutum iſtud declararent habito voto, & conſenſu Sereniſsimi Ducis, quod in reformatione ſtatutorum requiritur. Verum cùm hęc quæſtio ſæpius propoſita fuiſſet in Senatu, maior pars dominorum tranſiuit in primam opinionem, quod imò filiæ excluderentur, modo congruas dotes haberent, quas ipſi fratres, vel alij agnati poſſent etiam ſuper ipſis domibus conſtituere, & ita fuit iudicatum in quadam cauſa Grulia-ſchi referente Dom. Senatore Balbo 1557. Et ad illud quod dicebamus de iure prælationis reſponderi poterat, quòd hoc ſtatutum erat inductum in hac ciuitate ad exemplum iuris feudalis, vnde exierat in prouerbium, vt caſtrum habere videretur, qui domum in hac ciuitate poſſideret, de quo meminit Craueta dicto conſilio 236. numero decimotertio. Sed quando fœminæ excluduntur à re feudali, non habetur ratio iſtius iuris prælationis, imò nec legitimam ſuper illis fœminæ conſequuntur, niſi ex gratia Principis, & conſtitutione decretali, quando allodialia bona non extent, idem igitur erit in caſu noſtro obſeruandum, prout etiam hæc parificat Brun. in ſupra citato conſi. in fin.

Cæterum aduertendum eſt ſemel factam fuiſſe per conſilium eiuſdem ciuitatis declarationem ſuper dicto ſtatuto in hæc verba.

Quod mens, & opinio ipſorum credendariorum fuit, & eſt, quod ipſum ſtatutũ ſic intelligi debeat, videlicet, quod ſi quis vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit de dicta Ciuitate Taurini, aut de loco Gruliaſchi nullo facto ordinamento rerum ſuarum, & nullis relictis filijs maſculis legitimis ex eo, vel ea legitimè procreatis relictis tamen filia, vel filiabus ſuis legitimis, quòd ipſa filia, vel ipſę filiæ ipſius decedentis ſuccedant, & ſuccedere debeant tam in domibus quàm alijs bonis ipſius ſic decedentis. Ideo fortè hoc ſtante reſtringi poſſet prædictum ſtatutum ſtantibus tantum filijs maſculis, item ſi agnati, & nullæ filiæ extent ſed agnatæ. Sed non fuit iſta declaratio producta in cauſa de qua ſupra, & neſcio an teneat, cùm non reperiatur à principe confirmata.

Sequitur tenor ſententiæ latæ per concilium Sabaudiæ, ſeu Illuſtriſsimum Ducem Sabaudiæ Ludouicum ſuper caſu huius ſtatuti.

IN nomine Domini Amen anno à Natiuitate eiuſdem ſumpto, milleſimo quatricenteſimo quadrageſimo quinto, die viceſimanona Menſis Ianuarij, Per nos conſilium Illuſtriſsimi Principis Domini noſtri Sabaudiæ Ducis, Chablaſij, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Principis, Vicarijque perpetui, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium, Gebennen. Valentinenſique, & Dienſis cum eo reſidens. Aſſignata in quadam appellationis cauſa coram nobis aliaque diu ventilata inter Micheletum Daherij appellantem ex vna, & Catherinam relictam Perrini Daherij, tutricem Iacobinæ eius, & dicti Perrini filiæ appellatæ partibus ex altera ad comparendum coram nobis iuſque, & ſententiam diffinitiuam in & ſuper dicta cauſa per nos ferri videndum, & audiendum peremptoriè, & præcisè, prout de huiuſmodi aſſignatione vltimo memoriali in actis prædictæ cauſæ deſcripto, Dato Geben. die decimaoctaua Menſis huius Ianuarij, per ſubſcriptum Secretarium confecto latius poteſt apparere, ipſa enim die dictæ aſſignationis vigore, comparuerunt iudicialiter coram nobis prænominatus Micheletus Daherij appellans, citra procuratorum ſuorum reuocationem, ſecum Aymone Rogardi, requirens inſtanter in & ſuper huiuſmodi cauſa ſecundum prædictæ noſtræ aſſignationis formam per nos ius dici, & ſententialiter diffiniri ex vna parte, & Bartholomeus Burgen. actor, vt in actis prædictis conſtat actorio nomine dictæ Catherinæ relictæ Perrini Daherij tutricis præfatæ Iacobinæ eius, & dicti Perrini filiæ appellatæ, ſecum Dominico de Reuighaſco nuncio ad hoc miſſo, requirens eiuſdem iuxta prædictę aſſignationis formam in & ſuper eadẽ cauſa per nos diffiniri, & ius dici,

ex par-

ex parte altera. Quibus partibus auditis, viſa prædicta ſententia in cauſa primæ appellationis per Venerab. conſilium vltra montes reſidens lata ſub die penultima Menſis Aprilis, vltimo fluxi, viſiſq; actis, ſtatutis, & iuribus, ac etiam ſententia per iudicem ordinarium ciuitatis Taurini, in cauſa primæ Inſtantiæ lata, de quibus in dicta ſententia fit mentio, viſaque appellatione exinde interpoſita dicti Micheleti ex parte, incontinẽti, viua voce, & reſponſione ſubſequuta, prout in fine dictæ ſententiæ continetur, viſaque introductione dictæ appellationis parte dicti Micheleti facta die quinta, Menſis Maij, hinc immediatè ſequen. vna cum literis prouiſionis ſuperinde obtentis, deinde viſo libello appellatorio iam dicti Micheleti appellantis parte porrecto, die decima menſis Octobris nuper lapſi, vnà cum iuribus in pede ipſius deſignatis, ac etiam iuribus ipſa die per partem appellatam productis, cuius autẽ libelli tenor ſequitur, & eſt talis.

Coram vobis magnifico venerandoque conſilio cum Illuſtriſſimo, & Excelſo Domino meo Domino Sabaudiæ Duce reſidente dicit, & proponit prouidus, & diſcretus vir Micheletus Daherij ciuis, & mercator Taurinen. Quod cùm deceſſiſſet Perrinus Daherij ciuis Taurini relictis ipſo Micheleto dicti Perrini fratre, Catherina euiſdẽ Perrini vxore, & Iacobina filia prædicti Petrini, exorta eſt quæſtio inter ipſum Micheletum ex vna parte actorem, & dictas Caterinam vti tutricem ipſius Iacobinę, & Iacobinam dicti Perrini filiam conuentas ex altera, occaſione duarum domorũ, cum pertinentijs ſitarum in ciuitate Taurini, quas idem Micheletus aſſerebat ad ſe pertinere virtute iuris municipalis, & conſuetudinum vigentium in ciuitate Taurini. Quod quidem ius diſponit, vt agnati in ſucceſſione domorum cæteris pręferantur, ſi aliquis agnatus extiterit decedenti ab inteſtato, egregius iuris vtriuſque Doctor D. Stefanus Scalia iudex ciuitatis Taurini, corã quo cauſa vertebat ſuam tulit diffinitiuam ſententiam in fauorem dicti Micheletti, à qua extitit appellatũ parte dictarum Caterinæ, & Iacobinę ad venerandum conſilium Illuſtriſſimi Domini Taurini reſidens. Quod quidem conſilium in cauſa appellationis ſuam talem qualem tulit ſententiam die penultima menſis Aprilis proximè retroacti, cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur, prout infra.

Quoniam licèt quoddam ſtatutũ aſſertum ciuitatis Taurini ſit in cauſa productum, illud tamẽ non conſtat robur obtinere iuris municipalis, quia notorium eſt, & ex productis coram nobis legitimè conſtat ciuitatem hanc fuiſſe, & iam longiſſimis temporibus retroactis dominio Illuſtiſſimæ Dominationis ſuppoſitam, quo fit, vt ipſius ciuitatis ciues non poſsint ad correctionem iuris communis aliquid diſponere, ſine ſui Principis anthoritate, de qua per aliqua producta non conſtat, & per conſequens ipſum ſtatutum non obtinere robur neque vires: deficeret præterea ipſe appellatus fundamento ſuæ intẽtionis. Cæterum ſi ſtatutum eſſet huiuſmodi, non ſolum communi iuri repugnaret, ſed ab eo pro maximo vitio ſpecialiter, & præcisè reprobatum eſſet, cùm ſit accuſatio naturæ, quæ nil in hoc reperitur peccaſſe, ſic intelligi ergo debet, vt minus contrarietur iuri communi, quàm fieri poſſit, iuxta omnium maiorum noſtrorum ſententiam. At in caſu præſentis cauſæ multo plus læderet ius commune excludendo filiam originaliter ream, quàm non excludendo, & verba ſtatuti allegati hanc interpretationem non patiantur, cùm adiectiuum in ipſo ſtatuto poſitum non habeat ſubſtãtiuum, in quo caſu ſecundum communem omnium ſententiam terminus communis pro ſubſtantiuo ſubintelligatur, qui eſt homo, quo caſu ex propria ſignificatione maſculinum concipit fœmininum, ipſa etiam ex natura relatiui alius, ſit de numero incluſorum, quia agnata, ideo his, & alijs multis cauſis nos ad hoc mouentibus, & cuiuſlibet rectè iudicantis animum mouere debentibus; Pronuntiamus hac noſtra diffinitiua ſententia, quam ferimus in his ſcriptis, per ipſum D. Iudicem à quo, malè fuiſſe iudicatum, & cognitum, beneque ad nos fore, & eſſe appellatũ, ſententiamque ipſam reformando ipſam pupillam in perſonam pro ipſa agentium à petitione Micheleti p̃dicti originaliter actoris abſoluimus, victum victori in expenſis, in vtraque inſtantia factis & ſubſtentis, (in quibus tamen interlocutione, ſeu per media cauſarum huiuſmodi merita partium aliter quàm diffinitiuè extitit condemnata) condemnantes ipſarum taxatione nobis imposterum reſeruata. Quam quidem ſententiam dictus Micheletus dicit eſſe nullam, & ſi qua eſt illam dixit eſſe iniuſtam, & ab ea tanquam iniuſta appellauit ad Illuſtriſsimum, & Excelſum Dominum noſtrum prælibatum. D. Sabaudiæ Ducem, & apoſtolos petijt tempore opportuno literaſq; inhibitorias, & citatorias idem Micheletus obtinuit à prçfato Domino noſtro, qui vobis cauſam commiſsit huiuſmodi. Quamobrem petit à vobis præfato magnifico conſilio dictus Micheletus quatenus dictam ſententiam conſilij Taurini reſidentis pronuntietis nullam, ac nulliter, & ex erroneis rationibus latam, & pronuntiatam, & caſu quo ſit aliqua, ipſam pronuntietis iniuſtam, & iniquam, & ab ea iniuſtè fuiſſe appellatum, maleque per dictum conſilium Taurini reſidens iudicatum & bene per dictum iudicem Taurini iudicatum, & pronuntiatum, & ſingulis præmiſsis, ac dependentib. emergentib. & annexis ipſi Micheleto iuſtitiã miniſtretis, Giulielmus de Sãdiliano. Viſis quoque cæteris omnibus ex inde coram nobis in hac cauſa inter partes ipſas agitatis, ac cæteris videndis diligenter viſis, & conſideratis, & ſuper omnibus præhabita ſufficienti deliberatione participatoq; conſilio cum libris, & peritis ſignanter cum egregijs vtriuſque iuris Doctoribus Dominis Ludonico de Monteolo, & Antonio Carrioni, quibus iura dictarum partium tranſmiſiſimus viſitanda, quorum conſultationes, & deliberationes infra de verbo ad verbum duximus deſcribendas, & inſerendas, & quorum tenor ſequitur, & eſt talis.

Viſis actis cauſæ verten. per appellationem coram

ram magnifico conſilio Illuſtriſſimi Domini noſtri Sabaudię Ducis ſecum reſiden. vnà cũ actis geſtis. Primò in principali cauſa coram iudice ordinario Taurini, & ſecundò in cauſa primæ appellationis, coram Venerabili conſilio Vltramontano, & ſententijs per eos latis, rota uis cauſæ ſuper eo reſidet, ꝗ vigente ſtaturo in ciuitate Taurini formaliter, quod in ſneceſſionibus ciuium, & habitatorum Taurini, & Gruglialchi iura Romana, & Imperialia de cætero vendicent ſibi locum tam in maſculis, quàm in fœminis, eo ſaluo, quod ſi aliquis, vel ſi aliqua ab inteſtato deceſſerit nullo facto ordinamenro rerum ſuarum, quod vbi fuerit, vel remanſerit aliquis agnatus defunctæ perſonæ, præferatur cunctis alijs perſonis in ſucceſſione domorum, cum pertinentijs defunctæ perſonæ. Perrinus Daherij deceſſit ab inteſtato ſuperſtite Iacobina prædicta eius filia, & dicto Micheleto eius fratre, qui velut agnatus in ſucceſſione domorum prætendit ſe præferendũ, excluſa dicta Iacobina virtute dicti ſtatuti, & contra ipſa Iacobina cùm ſit agnata, & in gradu potiori dicit ſe admittendã, & non excluſam per dictum ſtatutum, & totam dubitationem facit, quia ſtatutum loquitur in maſculino genere, vbi remanſerit aliquis agnatus, an comprehendat fœmininum, vt trahatur ad agnatam, quæ quæſtio aliam ſecum annexam trahit an ſtatuta recipiant interpretationem, & quam, quas velut inuicem connexas, vbi ſcilicet de his tractatur per Doctor. ſimul etiam perſequentur gratia breuitatis. De prima tractant Cynus, Albericus, & communiter antiqui in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. vbi etiam Bald. ſuccintè cum aliquibus notabilibus quæſtionibus, materiam bene contingentibus. Iacob. Butr. & alij plures in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ibi etiam per Bartol. & Baldum & Bartol. plenè in l. prima. D. de verborum ſignificatio. Ioan. Andr. & Geminianus in capit. generali. de electio. libro 6. Paulus de Liazar. in l. 1. de electio. vbi in effectu transfert verba Barto. ex l. prima. de verb. ſignific. D. Archid. in roſario 17. q. 4. c. ſi quis ſuadente. in quib. locis de ſecunda quæſt. tractant nonnulli ex dictis Docto. principaliter autem eam attingunt Barto. in l. omnes populi. D. de iuſti. & iure. & Albericus in ſuo opere ſtat. prima parte 11. & 14. quæſtionibus. Bald. etiam in dicta l. omnes populi. in §. quod incipit. Nunc aliquid videamus de intellectu ſtatutorum. in quibus locis incidenter de priori tractant, an in ſtatutis maſculinum ad fœmininum trahatur. De prima quęſtione ſinguli variè diſtinguunt, quorum diſtinctiones longum eſſet enarrare, & laborioſum ſine ſubtilitate, propterea remittimus ad auctores, qui facilè videri poſſint, ſolùm ergo, quæ pro concluſione vera ſunt neceſſario referenda, hic ponimus: nam eſt aduertendum, quod aliquando profertur maſculinum a lege, aliquando ab homine, aliquando à teſtatore, aliquando à partibus in contractibus, aliquando à iudice, vt ſi fiat edictum à iudice, ne quis de nocte vadat vel ſimile, aliquando à Principe, & reſcripto, vel beneficio, & iſti caſus non pertinent ad caſum noſtrum, & ideo eos omittimus, ſed aliquando profertur à ſtatuto, vt in caſu noſtro, & in iſto caſu non loquuntur antiqui in eorum diſtinctione in dicta l. quicunque. ſed tantùm, quando profertur à lege, vel ab homine, ſaluo, quod in fine ſuæ diſtinctionis ſubiungit Iac. de Aren. non facere differentiã an proferatur à lege, vel ſtatuto, vbi ſit eadem ratio, de quo ſe remittit Cyn. ad ea, quæ dicit in l. prima. ſecunda. colum. in fin. quæ ſit longa conſuetu. vbi in fine primæ quæſtionis dicit Iacob. de Aren. voluiſſe, quòd vbi verba ſtatuti, vel conſuetudinis aliquid poſſunt importare ſecundum aliquam eorum ſignificationem licèt impropriam, & non eſt indifferens, non curamus propriam ſignificationem. Quid enim ſi ſtatutum dicit, quicunq; vadat de nocte ſoluat 10. an mulier ſoluet? dicit, ꝗ ſic, quia nõ eſt indifferẽs, & ſic vi rationis ſtatuti cõprehendiť in eo, & nõ vi ſimilitudinis, & ita cum eo pertranſit Cyn. Ex quo ſequitur eos voluiſſe circa ſecundam quæſtionem, quod ſtatuta recipiant interpretationem extenſiuam per identitatem rationis, & maſculinum trahatur ad fœmininum, vbi ſit eadem ratio, & verba ſtatuti id patiantur non propriè, ſed quia dicit ſtatutum ſi quis, vel quicunque ſic fecerit in tantum puniatur. Hanc opinionem firmat Albericus ibidem poſt recitatam opinionem Doctorum, rectè quidem ea ratione, quia nos non facimus interpretationẽ trahendo maſculinum ad fęmininum, quia iam hæc interpretatio eſt à lege facta in l. prima. de verborum ſignificatio. & refert Oldrad. in eãdem ſententiam fuiſſe, dummodo ſit eadem ratio in fœmina quæ in mari, ſecus ſi diuerſa. Hinc infert ſi ſtatutum dicat, quòd filij bannitorum expellantur de ciuitate, non trahatur ad filias, cùm non ſit eadem ratio: non enim ſunt ita faciles, & audaces ad præſtandum bannitis præſentibus auxilium, & conſilium, ſicut & mares, quia ſexus muliebris ad id nõ eſt ita facilis & audax. Altius tñ, & prolixius locutus eſt in pręſenti materia idem Albericus in opere ſuo ſtatutorum. prima parte. in vndecima quæſtione. quæ incipit, item quæro quæſtionẽ recitatam, an ſtatuta recipiant interpretationem. & plenius in 14. quæſtione factis alijs duabus quæſtionibus per modum interpoſitionis, quæ incipit vltimo quęro generaliter. in quibus quæſtionibus refert diſputationem, quam in ea materia fecit magnæ famoſitatis Doctor Dominus Signorolus de Homodeis in l. cęſar. D. de publican. cuius opinio final. relatis omnium veterum opinionibus, & reſponſionibus datis ad omnia argumenta, ex quibus in contrarium mouebantur, facit, quòd ſtatuta interpretationem declaratiuam reciperent, non autem extenſiuam, vel inſtructiuam, quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris à quorum propria ſignificatione non eſt recedendum, quam ſententiam dixit ipſe Albericus effectu in idem reſidere cum opnio. Dyn. de qua ſtatim dicam, quam dicit communiter ſequi Doctor. licèt ſpecialius eam clarificauerit ipſe Dominus Signorolus, quanque approbat ibi expreſsè ipſe Albericus eo excepto, quod quatenus ipſe Dyn. dixit, ꝗ in ſtatutis maſculinum genus fœmininum

non

non comprehendit: contrarium dicit idem Alber. communiter teneri per vniuerſum orbem, quia ſi ſtatuto cauetur, quod ſi quis tale delictum fecerit puniatur in tantum, intelligitur qui, & quę, & ſic maſculinum eo caſu trahitur ad fœmininum, & plura iura allegat, & opiniones Doctorum, & maximè Guid. de Suzaria, qui hoc tenuit in quadam diſputatione in ſtatutis pœnalibus, etiamſi eſſet ſtatutum, quod ſtatuta non recipiant aliquam interpretationem, cuius dicto in hoc caſu non ſtat ipſe Albericus, quia quòd maſculinum comprehendat fœmininum eſt ex interpretatione, quam fieri vetat ſtatutum, ſed ceſſante ſtatuto dicit, ꝙ comprehenditur, & dicit ita communiter per orbem ſeruari hoc, & firmat Bald. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. in quæſtio. quæ incipit, quæro an appellatione huius. ibi ſi quis contra feminã. vbi refert, quòd cum Ricar. de Sali iudicaſſet non contineri fœminam, fuit in ſindicatu in octo libris condemnatus. Idem etiam tenet in l. quicunque. C. de ſeruis fugit. niſi quando ratio diuerſa poteſt aſſignari. Dyn. autem, vt refert Albericus in dicta l. quicunque. & Barto. in l. 1. D. de verborum ſignificatio. fuit apertè in opinione contraria, quod in ſtatutis maſculinum genus non comprehendat fœmininum, quia hoc eſt ex interpretatione extenſiua, & non ex propria ſignificatione verbi, vt in l. pronunciatio. D. de verborum ſignificatio. vbi vtitur iuriſconſul. verbo *porrigitur*, quod notat extenſionem, & ita dicit gloſſa in dicta l. prima. de verborum ſignifica. & vbique vbi loquitur de ea materia Eandem opinionem, quòd in ſtatutis maſculinum genus non trahatur ad fœmininum abſolutè tenet Iacob. Butri. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Barto. autem videns altercationem plenius cępit materiam attingere, & cauſam dedit, vt etiam poſteriores maximè Canoniſtæ pleniſſimè etiam vltra eum loquuti fuerint, & fecit duas quęſtiones in l. prima. D. de verborum ſignification. Prima fuit generalis an maſculinum conciperet, fœmininum. Secunda. In caſibus, quibus concipit an ſit ex propria ſignificatione, in prima concludit, quod aut maſculinum profertur ſub nomine proprio, & ita non concipit. l. ſi quis item. §. primo. cum ſua glo. D. de teſt. tut. niſi proferatur à lege legem condendo, vt in prima conſtitu. C. circa fi. & l. iura. D. de legib. aut ſub nomine appellatiuo, qui eſt noſter caſus, & tunc, aut de mente proferentis conſtat, & tunc illi ſtamus. l. Lucius. §. quæſitum. D. de lega. 3. aut non conſtat, & tunc aut lumus in materia differenti, & tunc non comprehendit. l. fin. D. de legit. tut. aut in materia indifferenti, & tũc aut tractatur de fauore, & comprehendit. vt ea. l. prima. de verborum ſignificatio. aut de odio, & ſi ſit rationabile adhuc comprehendit. l. ſi quis, id quod. D. de iuriſdictio. omnium iudicum. ſecus ſi irrationabile. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. quæ omnia iura loquuntur in nominatiuis, vel adiectiuis reſpicientibus aliam ſententiam ſimpliciter prolatã, quo caſu tunc dicit Bartol. comprehendi femininum ex propria ſignificatione. In alia verò quæſtione an comprehendatur fœmininum ſub maſculino ex propria ſignificatione, dicit poſt recitatas opiniones, quod quoddam eſt verbum commune, vt homo, & comprehendit vtrumque ſexum ex propria ſignificatione. l. hominis. de verborum ſignificatio. Quædam verò ſunt nomina maſculina habentia propterea fęmininũ, vt equus equa, & in noſtris terminis agnatus agnata, & non comprehendit ex propria ſignificatione, ſed ex interpretatione. l. pronunciatio. eod. titu. Quædam vero ſunt ſigna adiectiua, veluti ſi quis, quiſque, quicunque, quibus, & ſimilia, & tunc, aut adiicitur termino communi, vt quilibet homo, & tunc ex propria ſignificatione complectitur fœmininum ratione qua ſupra. Aut adiungitur alicui termino maſculino tantùm, & tunc caſu quo ad fœmininum porrigatur, eſt ex interpretatione, & extenſione. l. pronunciatio. D. de verborum ſignifica. Aut ponitur ſine termino, & tunc ſubintelligitur terminus communis homo, ideo ex propria ſignificatione complectitur. Ex quibus verbis inferimus eius eſſe opinionem, quod in caſibus, quibus per interpretationem, vel extenſionem maſculinum complectitur fœmininum, in ſtatutis non comprehenditur, quia in l. omnes popul. D. de iuſtitia & iure. ita expreſsè decidit, quòd ſtatuta non recipiant interpretationem extenſiuam, quia ſunt ſtrictiſſimi iuris. l. conſtitutionibus. D. ad municip. l. ſi vero. §. de viro. D. ſoluto matrim. & l. quidquid aſtringendæ. D. de verborum obligatio. & priorem eius dictionem intelligamus, vbi a lege profertur, & conſequenter, quod vbi profertur per maſculinum per adiectiuum reſpiciens aliam ſubſtantiam ſimpliciter ſine adiectione termini, vt ſi quis, quibus, quicunque, vel etiam cum adiectione termini communis, vt ſi quis homo, etiam in ſtatutis maſculinum comprehendit fœmininum, & in hoc concordat cum veteribus Doctoribus, qui omnes ita dicunt in iſtis terminis (Dyno excepto,) qui latè loquutus eſt, quòd non comprehenditur, & quaſi ſimilis Iacob. Butri. in l. ſi quis in tantam. ſed cedit com̃. opinio locum cateruæ Doctor. Aut profertur ſub nomine appellatiuo habente proprium fœmininum, vt equus, agnatus, & ſimilia, vel per ſignũ cui ſit adiunctus terminus maſculinus ſub maſculino, & tunc fœmininũ ex propria ſignificatione non ꝯtinet. Eandẽ Bar. diſtinctionẽ, & cũ declaratione ſupra per nos facta vltra eius verba in l. 1. de verb. ſigni. ex eius dictis in l. omnes popul. videlicet ꝙ quibus caſibus maſculinum ex propria ſignificatione comprehendit fœmininum, in ſtatutis maſculinum trahatur ad fœmininum etiam quando ſtatuta ſunt contra ius, vt in noſtro caſu, ſecus vbi ex interpretatione, ſecuti ſunt canoniſtæ poſteriores, vt ſpecificè dicit notabiliter, & clarè ſicut ſol Gemin. in c. generali. de elect. li. 6. Nunc igitur ſic relatis opinionibus ad noſtrum propoſitum deueniendo ſi rectè attendatur eſt concors omnium Doctorum ſententia pro parte dicti Micheleti, pro cuius oſtenſione id primò venit conſiderandũ, quòd ſtatutum de quo agimus eſt contra ius, cùm in ſucceſſione domorum faciat differentiam inter agnatos, & cognatos quod

tos, q̄ eſt contra authen. de hære. quæ ab inteſta. in principio. l. maximum. vitium. C. de libe. præteri. cum ſimilibus. Item, quòd ratio ſtatuti de quo agitur ſola fuit, cùm alia eſſe non poſsit, vt præſeruarentur domus in agnatione ſuppoſita hac ratione incipiendo à Iacob. de Arena. & Cyn. eum recitante in l. quicunque. de ſer. fug. dum ipſi voluerunt, quòd non eſſet fienda differentia, an maſculinum proferatur à lege vel ſtatuto, vbi eſſet eadem ratio in fœmina, quæ in maſculo, non ne hic eſt manifeſtè diuerſa rō in agnato quàm in agnata, cùm per agnatum præſeruetur continuè agnatio, in qua ſtatutum vult domos præſeruari eius ratione conſiderata, quæ eſt ipſius gubernaculum l. quod dictum. D. de pact. l. adigere. l. ipſius. D. de iur. patro. non autem per fœminam, quia ipſa ſibi caput, & finis eſt in agnatione ſua. l. pronuntiatio. in fine. de verborum ſignif. vnde licet materia ſucceſsionis ſimpliciter loquendo ſit materia indifferens in maribus & fœminis, tamen ratio dicti ſtatuti in ſucceſsione domorum eā reddit neceſſariò differentem in caſu noſtro, & ita in l. prima. D. de iure termi. in l. autem. prima. quæ ſit longa conſuetu. loquuntur Iacob. de Are. & Cyn. quando in ſtatuto profertur maſculinum genus per adiectiuum reſpiciēs aliam ſubſtantiam ſine cū adiectione alicuius termini, vt ſi quis, vel quicunque, in quo caſu nos ſumus, cum in ſtatuto noſtro ſit prolatum nomen maſculini generis habens ſuum proprium fœmininum ſcilicet agnatus, cuius fœmininum eſt agnata, & præterea etiam eo caſu ibi loquitur expreſsè, quando eſt eadem ratio in fœmina, in noſtro autem caſu attenta ratione ſtatuti eſt diuerſa ratio, vt prædictum eſt, & per hoc oſtenditur Oldr. conſequēter in hanc partem concludere [illegible]tia graditur eiſdem terminis, an diuerſa, vel eadem ſit ratio, ad quod optimum ſubiecit exemplum, ſi ſtatuto caueatur, quod filij bannitorum expellantur à ciuitate, vt non comprehendatur fœmina propter rationis diuerſitatem, & ita rectè in noſtro caſu, quia per filiam non præſeruatur agnatio non continetur verbis ſtatuti loquentis in agnatis. Subſequenter, quod dixit in ſua concluſione Albericus in opere ſtatuti quæſt.
14. quòd in ſtatutis maſculinum comprehendit fœmininum, & ita ſeruari per orbem, ipſe loquitur, quando ſtatutum vtitur ſigno reſpiciente aliā ſubſtantiam, vt ſi quis, quicunque, &c. Quo caſu communis eſt eius ſententia, & vera: ſed nos non ſumus in eo caſu, vt iam dictum eſt, & in eodem caſu loquitur Guido de Suzaria ſcilicet, quando ſtatutum vtitur verbo ſi quis, & quicunque. In eodem caſu loquitur etiam Bald. in l. ſi quis. in tantam. C. vnde vi. vbi refert Barto. de Saliceto fuiſſe condemnatum in ſindicatu, eo quia in cōtrarium iudicauit; Dynus autem, & Iacob. Butri. abſolutè ſunt pro hac ſententia. Barto. quoque vt ſupra declaratus. Paulus de Liazar. & clariſsimè Gemi. vbi ſupra in caſu noſtro, vbi ſtatutum loquitur per nomen maſculinum agnatus, habens proprium fœmininum ſcilicet agnatam, & hanc ſententiam præmiſsis attentis veram habemus attenta ratione ſtatuti, quam multum coadiuuat mens ſtatuentium, cui in noſtro caſu ſtandum eſt ſecundum Bart. in dict. l. 1. D. de verborum ſignifica. quæ clarè detegitur vltra rationem ex modo loquendi ſtatuentium, quia vbi volunt cōprehendere maſculos & fœminas, ſemper hoc expreſſerunt verbis expreſsis per verba ex ſui natura comprehendentia propriè vtrunque, & maſculum, & fœminam, vt ibi tam in maſculis quam in fœminis, & ibi ſi quis, vel ſi qua, & ibi defunctæ perſonæ, & ibi cunctis alijs perſonis. Si eorū fuiſſet ergo mēns verbum agnatus extendi ad fœminas agnatas, profectò ita dixiſſent, vt in alijs partibus agnatus, vel agnata, cùm ita facile, vt in alijs locis, hoc ſpecificare potuerint l. 1. § ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & ex modo loquendi in præcedentibus, & ſequentibus colligitur mens loquētis. l. ſi ſeruus plurium. in fin. D. de lega. 1. & ſic etiam ex conſuetudine loquendi patris familias, vt in l. vel vniuerſorum. D. de pign. actio. & iſtud corroboratur per rationem à maiori: nam vbi mulier moriens ſine ordinamento habet filios, & agnatos vi dicti ſtatuti ſublatis filijs, qui matri ſunt cognati, ſucceſſurus eſt agnatus licèt tertio, vel quarto gradu, ita habent verba ſtatuti licèt rigoroſa, & hoc fauore agnationis, vt in ea domus præſeruetur, quanto ergo magis dicendum erit ex mente ſtatuentium agnatam nō debere venire extāte agnato. Ex quibus concludimus bene per iudicem ordinarium Taurini fuiſſe pronuntiatū, & malè conſequenter per conſilium Taurini reſidens, cuius rationes ſalua bona pace dominorum in eo reſidentium non procedunt, quarum prima fuit, quod ſtatutum in ſubſtantia deficiat, quaſi ſtatutum fieri non potuerit contra ius per Taurinenſes, qui ſubſunt iuriſdictioni Illuſtriſsimi Domini noſtri, quæ tollitur, quia fuerunt per Dominum confirmata, & partes fatentur ita eſſe ſtatutum, & in ſuis allegationibus præſupponunt: etiam pars ipſa reſponden. poſitionibus confeſſa eſt ſtatutum ſe referendo ad volumen ſtatutorum Taurini. Secunda fuit, quod ipſum ſtatutum eſt repugnans iuri, & accuſatio naturæ, quæ tenuis eſt, quia laici etiam contra ius cōmune ſtatuere poſſunt, vt in l. omnes populi. D. de iuſti. & iur. licèt eccleſiaſtici non, vt dicit Archid. in cap. ſi quis ſuadente. & Gemi. in cap. generaliter. Alia fuit, quod excludendo filiam magis læderetur ius commune, ſed nil ad rem, quia hoc contingit, eo quòd aliter fieri non poteſt propter verbi ſignificationem, & rationem ſtatuti, per quod ita potuit diſponi. Vltima fuit, quòd cùm adiectiua in ipſo ſtatuto poſita non habeant ſubſtantiuum, debent ſubintelligi ex communi ſententia Doctor. termini communes homo, ſed ſalua pace in ſtatuto non ſunt duo adiectiua, ſed adiectiuum cum ſuo ſubſtantiuo ſcilicet aliquis agnatus: agnatus enim eſt ſubſtantiuum ſi adijceremus terminum communē homo, opporteret eum reſtringi iuxta naturam termini cui iungitur, vt dixit Bar. in l. prima. de verborum ſignific. ſed etiam procederet dicta ratio de adiectione termini communis, quando diſpoſitio profertur ſimpliciter ſi quis re-

ſpiciens

ſpicientis aliam ſubſtantiam, vt ſi quis, quicunque, quo caſu loquuutur Docto. propter quos mo ueri potuerunt iudicantes. Sed vbi eſt nomen habens de per ſe ſuum ſignificatum vt agnatus, non eget ea adiectione, ſed in dubio in caſu noſtro, vbi eſt expreſſum adiectiuum cum ſuo ſubſtantiuo ceſſat dicta adiectio, nec eſt, qui dicat etiam eſſe fiendam. Forma autem ſententiæ illa videtur eſſe poſt recitationem viſionis actorum, quæ facilè colligi poteſt, & pronuntietur per conſilium Taurini reſidens erroneè, & malè fuiſſe pronunciatum, cognitum, & iudicatum, & bene ab eius ſentẽtia parte dicti Micheleti prouocatum, & appellatum, & ipſam ſententiam reformando fuiſſe, & eſſe bene per iudicem ordinarium Taurini in cauſa principali pronũciatum, & iudicatum victam partem victrici in expenſis tam huius quã primæ inſtantię condemnando taxatione eorum vobis reſeruata Laus Deo. L. de Montelo A. Carionus viſaque noſtra aſſignatione partibus ipſis vltimo facta ad ius & ſentẽtiam audiendũ in diem præſentem cadente illam inſequendo nos memoratum conſilium pro tribunali more maiorum ſedentes Deum, & ſacras ſcripturas prę oculis habentes nihil de contingẽtibus ſoliciti Deique nomine inuocato, & ſignum venerandę Sanctæ Crucis faciendo dicentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Ad hanc noſtram diffinitiuam ſententiam tenorem dictæ conſultationis vti iuri conſonę inſequentes proceſſimus, & procedimus in hũc modum. Quoniam ex cauſis, rationibus, & motiuis in dicto conſilio expreſſis comperimus iudicem ordinarium in cauſa primæ inſtantiæ bene iudicaſſe, propterea & alijs iuſtis de cauſis nos ad hoc mouentibus per ipſam noſtram diffinitiuam ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, pronuntiamus, & declaramus per iam dictum conſilium à quo, male & erroneæ fuiſſe cognitum, pronuntiatum & iudicatum, beneque parte dicti Micheleti prouocatum, & appellatum fuiſſe, & eſſe, & conſequenter ipſam ſententiam reformando pronuntiamus, & declaramus per iam dictum iudicem ordinarium Taurini in prima inſtantia, & principali cauſa bene fuiſſe, & eſſe iudicatum, & cognitum victam partem victrici in expenſis tam huius quàm præcedentis inſtantiæ condemnantes, ipſarum taxatione nobis imposterum reſeruata, & à qua quidẽ ſententia noſtra pręnominatus Bartholomeus Burgen. nomine præmiſſo illico viua voce ad prælibatum Dominum noſtrum Ducem eiusque generales audientias de proximo tenendas ſupplicauit, apoſtolosque, & literas dimiſſorias ſibi dari poſtulauit, q̃ ſupplicationẽ, vti friuolã, & inanem à nulloq; grauamine interiectã non admiſſimus, nec admittimus niſi ſi & inquantũ de iure fuerit admittenda aliter non, hanc reſponſionem loco apoſtolorum de iure debitorum eidem Bartholomeo Burgenſi quo ſupra nomine facientes. Data, lata, & lecta fuit hæc noſtra ſententia Gebennis loco, in quo iura ſunt partib. p nos reddi ſolita anno, & die ſupra primo ſcriptis. Per cõſilium præſentib. dñis Iacobo de Valpergia, & Io. Coſtis.

Nundinas in oppidis, vel ciuitatibus vt concedere ſolus Princeps poteſt, an illarum exercitium per longiſſimi temporis ſpatium præſcriptum auferre etiam poſſit.

DECISIO CCLXIIII.

1 *Nundinæ quæ dicantur, & vnde ſic dictæ.*
2 *Nundinarum conceſſio ad ſolum Principem ſpectat.*
3 *Nundinarum exercitium non obſtante antiquiſſimo vſu auferre Princeps poteſt.*
4 *Mercata ſine Principis licentia fieri poſſunt.*
5 *Mercatum alterius loci non poteſt vna ciuitas, vel oppidum per concurſum impedire.*

1 NVNDINÆ dicuntur mercatorum † conuentiones certo loco, & tempore mercimoniorum cauſa: dictæ nundinæ, quòd ſingulo nono die fiant. Nunc vero communis vſus facit, vt nundinæ dicantur annua ſolemnia emporia, ſtatis diebus facta ſemel, aut pluries, quæ vulgò nunc feras, vel quaſi ferias, vel à ferendo dictas, quod quilibet illuc veniat cauſa aliquid deferendi. Mercata vero octauo quoquo die fiunt. Bald. in l. prima. C. de nundi. Licet nundinæ etiam capiantur pro ferijs ruſticorum, de quibus Macrob. Saturnal. libro primo. capit. 15. & 16. & diximus ſupra deciſio. 39. Ferijs.

2 Sed annuarum nundinarum † conceſſio ad ſolum Principem ſpectat, ſeu ad alium, qui iura Imperij habeat, cùm ſit hoc ſpecialiter de reſeruatis ſupremæ poteſtati. l. prima. D. de nundin. vbi Doctores, præſertim Alberic. & eſt ſpeciale vt tempore nundinarum, vel mercatuum poſſint aliqui compelli ad vendendum ʒ. l. Nec emere. C. de iure deliberan. Alberic. in l. fina. C. de nundin. dicens, ita ſeruari per totam Italiam, vt poſſint illis diebus compelli non habitantes ad conueniendum in ciuitatibus, & illuc victualia vendenda deferre, ſequitur Alexand. in additio. ad Bartol. in dicta l. nec emere.

Amplia vt Princeps poſſit nundinas auferre alicui oppido, vel ciuitati, quamuis illas per longiſſi-
3 mum tempus exercuerit, etiam quod excedat hominum memoriam, vt latè conſuluit Nat. conſi. 511. & 512. in cauſa mercati, ſeu nundinarum Pontis ſturiæ, & ſecundum opin. Nat. iudicatũ fuit iam vltra 15. ann. per Senatũ in mercato Breduli ciuitatis Montis regalis, quem Princeps noſter Sereniſſimus tranſtulit in loco Caraſſoni eiuſdem ciuitatis, quia eſſet illud ius ſoli Principi ſpectans, & non præſcriptibile tanquam de regalibus, & quia ſic ſibi facere placeret, quàmuis contrarium in ſimili caſu conſuluiſſet Alciat. conſilio 208. cuius

opinionem veram crederem, ſi talis præſcriptio inducta eſſet, quæ titulum conceſſionis à Principe præceſſiſſe præſumi faceret, vt de centenaria præſcriptione dicitur in l.hoc iure. §.ductus aquæ. D.de aqua quoti.& æſtiu.nam illa habet vim tituli,& conceſſionis iuſtæ, & decenter factæ, vt latè per Doctores ibi notatur,ſi hoc allegetur.

Poteſt enim idem Princeps mercatum,qui fieri ſolet in certo loco ciuitatis, in alium locum pro publico beneficio transferre per ea,quę dicit Luc. de Pen.in l.prima. colum.prima.& ſecunda.vt ruſtican. ad null. obſeq. & ita etiam iudicatum fuit per Domin. Cancell. & alios delegatos in cauſa vertente inter Pontem, & Burgum loci Garezzi.

Fallit in mercatis noſtris, quæ ſemel, vel bis ſolent fieri ſingula hebdomada in aliqua ciuitate, vel oppido. Iſta enim licèt multis in locis à Principe conceſſa legantur in hac patria, nihilominus
4 tamen etiam ſine Principis † licentia fieri poſſunt, ſecundum Nicol. de Matarel. & Bald. in l. prima. colum.prima.C.de nundin.& continent potius factum, ideſt obſeruantiam,quam ius,cùm careant priuilegijs,& alijs immunitatibus, quæ ſolent concedi nundinis, vt ibidem Bald. & tales mercatus videntur etiam dé iure gentium, vt homines ſimul vno loco conueniant mercandi cauſa. l. 1. §. conuentionis. D. de pact. iuxta l. ex hoc iure gentium,ibi comercium,emptiones,venditiones,&c. D.de iuſti.& iure.& de mercatis videtur loqui Plato relatus à Caliſtrato Iuriſconſul. in l.ſecunda.D. de nundin. Aduertendum tamen eſt, ne ſimiles mercatus, aut nundinę fiant eodem, vel eiſdem diebus in duab. ciuitatibus, vel oppidis vicinis ad decem miliaria, quia alter alteri per concurſum
5 noceret, & ſi id contingeret poſſet, † qui prior eſt tempore,alteri inhiberi facere à Principe, vel ſuperiore magiſtratu per regulam. l.qui prior. D. de iudic. Argumento eorum, quæ dicit Ioſeph. de ruſtic.in tract.de filijs in conditione poſitis.capit.6. numero 51.poſt Roland. conſilio 59.in cauſa. numero 51. libro tertio & Anton. Ciof. conſilio 16. conſultationi.colum.prima.& ſecunda.lib.primo. Et cùm ſimilis controuerſia contigiſſet inter Carignanenſes, qui ſub Sereniſſimo Duce Emanuele Filiberto tunc erant, & Carmagnolenſes Marchionatus Saluciarum,cùm ambo in oppido vellent eodem die mercurij mercatum habere, fuit cauſa hæc per communes arbitros à Principibus deputatis cognita,& tandem reſolutum non poſſe impediri mercatũ Carmagnoliæ, quin eo die omnes ſubditi Ducis noſtri illuc accedere poſſent, 15. Decembris 1560.

Contumacis pœna quæ ſit in criminalibus, & an procurator, vel coniunctus pro ipſo comparens ſit audiendus; anque illi procuratori, vel coniuncto actorum copia ſi petant danda ſit, & quid ſi pro ſuo intereſſe petant.

DECISIO CCLXV.

1 *Contumacia dicitur delictum, & dolo æquiparatur.*
2 *Contumax non poteſt declinatoriã opponere.*
3 *Contumax appellare non poteſt.*
4 *Contumacem poteſt iudex ſuo arbitrio punire.*
5 *Contumax verus quis dicatur.*
6 *Procurator, vel coniunctus pro contumace non admittitur.*
7 *Procurator in criminalibus non admittitur, & nu.16.*
8 *Acta an ſint communicanda procuratori contumacis.*
9 *Statutum,quòd in contumaciam delinquentis pronuntietur delictum pro confeſſo, eſt obſeruandum.*
10 *Acta omnia tam ciuilia, quam criminalia partibus edenda ſunt.*
11 *Excuſator admittitur in criminalibus.*
12 *Informationes, & inditia an edenda ſint,& nu.13.*
14 *Editio actorum criminalium qualiter fiat, ſi ſint plures ſocij delicti, & inter eos ſint aliqui contumaces.*
15 *Copia proceſſus non datur reo niſi de mandato iudicis.*
17 *Princeps poteſt ex gratia admittere in criminalibus procuratorem ad defendendum.*
18 *Acta an ſint edenda in criminalibus tertio pro ſuo intereſſe comparenti.*
19 *Pater poteſt pro filio contumace comparere.*

CONTVMAX legibus adeo odioſus eſt, vt in prouerbio ſit, quod aduerſus contumaces iura clamant, ita Mileus in ſua praxi.criminal.titu.de probatio. nume.9. Rot.deciſio. 16.in titu. de dol. & contuma. in nouis.incipien.cùm iura clamitent. per text.2. quæſtio.7.§. ſunt quorum.& cap.de illicita.24.quæſt.3. Aequiparatur enim dolo hæc contumacia, vt apparet
1 † ex rubr.de dolo, & contumacia. & tranſit in delictum.l.contumacia. D. de re iudic. vbi Caſtren. not. gloſſ.in ver. exceſſiuum.in c.ad apoſtolicæ.de re iudic.libro ſexto.Bat.in l.pen.D.de re iudic.& in l.ſi plures.D.de adminiſtrat.tutor.Ideoque non po-
2 teſt contumax † opponere declinatoriam ſecundum Innocen.in cap.ad petitionem. in prima col. ad fin.de accuſatio Imol.in cap.ſi duobus. colum. 1.in fin.de appellatio. Alex.in l. ſi quis ex aliena.D. de iudic. Et contumaci debet denegari audientia, vt not.in cap.tuæ.vt lite non conteſta Bal.& Alex. in l.1.§.fin.D.ſi quis iuſdicen.non obtempera.Quinimo quamuis appellatio ſit fauorabilis, & defenſionis ſpecies, vt pulchrè dicit Hermogenianus in ſua gręca conſtitutione in l.imperatores. D.de ap-
3 pellatio.tamen † non poterit appellare.l.1.C. quorum appella. non recipi. Bald.in l.fina.in 3.col.in fin. D de in integr.reſtitutio.& in l. contumacia. in princip. D. de re iudic. & in l. ex conſenſu.§.fin.D. de appellatio.ſed nec etiam recurrere, vel ſupplicare

tare ad principem. Imol.in dict.l. ex conſenſu.§.fi.
Alexan.in l. properandum.§. ſinautem reus. C.de
iudic. Marſil. in ſua praxi.§. opportune.nume.89.
Et ideo ſi admiſſa eſſet appellatio, & compareat
contumax coram iudice appellationis, debet ille
iudex pronunciare non eſſe locum appellationi,
& cauſam remittere ad primum iudicem, vt illi
debitus honos ſeruetur, vt dicit Dec. dict.conſilio
34.nume.1.poſt Bart.& Paulum de Caſtro. ibi re-
latos. Et viginti quatuor pœnas contra contuma-
ces tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ponit
Marant.in ſuo ſpecul.par.6.in titu.de contumacia.
numero 9. vſque ad numerum 34. & alias addit
Carauit. in ritu magnæ cur.220. per totum. Sed in
propoſito noſtro contumaci ad iudicium non ve
4 nienti poteſt iudex † ſuo arbitrio pœnas impone-
re fiſco applicandas.l.1. D.ſi quis. in ius vocat. non
ier.l.eos. C.de modo mulct. Et hæc præcipuè pro-
cedunt in vero contumace, vt per Dec. conſilio
5 34.colum.3. qui dicitur is †, ad quem notitia cita-
tionis peruenit, vt magiſtraliter more ſuo diſtin-
guit Barto.in l.fin. D.de in integr.reſtit.quem com-
muniter ſequuntur Docto.præſertim Maranta de
ordin.iudicio. part.6. titul.de appella. §. ſecundus
actus.numer.274 Barto & Imol.in l.ex conſenſu.
§.fi.D.de appellatio. Requiritur enim, quod noti-
tia ad eum verè perueniat, neque ſufficit, quod ve
riſimiliter potuerit peruenire, potuit enim nõ per-
uenire, vt ſingulariter dicitur in dict.deciſio. Rotæ
Roman.16. de dolo, & contumac. Sed dicitur
etiã verus contumax is, qui mendicato receſſu
poſt delictum commiſſum ne aprehenderetur,
vel citaretur perſonaliter ſtatim à loco delicti re-
ceſſit, & aufugit in longinquas partes: nam in ſui
odium habetur pro præſente, & dicitur verus con
tumax, vt per Alex. in l.properandum.§ ſinautem
reus.colum.3.numer.14.verſicu.5.concluſio.C.de
iudic.per tex in clemen.1. vt lite non conteſt.& ibi
Petr.de Anchar.& per Bald.& Bar.ab Alex.relatos,
& ſequitur Anto. de Canar.in titul. de excuſato.q.
9.nume.6. Marant.de ord.iudic. part.6.§.ſecundus
actus.titu.de appellatio.nume.279.Nat.conſil.240.
nume. 3.& pro vero contumace apud nos repu-
tatur ex communi ſtylo, & practica Senatus no-
ſtri, & omnium iudicum, & ita vidi ſæpius
iudicari, neque enim debet ſua mendicata, & do-
loſa abſentia illi prodeſſe, perinde enim eſt ac ſi ve
rè aprehenſus diceret nolo comparere, cùm data
opera ſtatim delicto commiſſo aufugit, ne verbo,
vel facto apprehendatur, vel comparere cogatur,
paria enim ſunt re, vel verbis mentem ſuam appe
rire. l.Paulus. D. rem rat. habe. Et pro hac opinio-
ne eſt notab.tex.in l.2.§.fin.D. ſi qs cautio.vbi pluſ
dicitur, quod hoc caſu, quãdo doloſè receſſit, etiã
ſuperueniens impedimentum eum non excuſaret
à contumacia.

Et ex his dicebatur in odium ipſius tanquam
verè contumacis non eſſe audiendum procura-
6 torem † eius imò, nec coniunctum alium, qui ci-
tra procuratoris nomen, ſed vt defenſor allegabat
delinquentis abſentiam, & excuſationem, & pete-
bat acta contra cõtumacem delinquentem facta
ſibi communicari, & ita in ſpecie tenet Clar.in
practic.criminal.§. fin. quæſtio. 49. numero ſexto.
& ſequen.

Ad quod facit communis omnium Doctorũ
concluſio, quæ colligitur in l. penult.§. ad crimen.
D.de public.iudic. quod in cauſis criminalibus ca-
pitalibus non eſt admittendus rei procurator, ſed
7 tenetur ipſemet reus perſonaliter † comparere, vt
dicitur latè per Bar.in dict.§.ad crimen.& ibi Rub.
Alexandrin. latiſſimè, & vbique criminalium re-
rum ſcriptores præſertim Clar.in §.32.& 33.Andr.
Gail. in titul. de pace publica. libro primo.cap.10.
per tex.in l.accuſare.§.fi.& in l.penul.§. ad crimen.
D.de pub.iudic.glo.in cap.veniens.de accuſatio.&
hanc opinionem communem teſtatur Gail. poſt
Specul.Afflict. Alex. Girald. & alios ibi citatos, de
qua omnium latiſſimè, & copioſiſſimè ſcripſit.D.
Menoch. libro 1.de arbit.iud. vbi per 26. col. hanc
quęſt. examinat multos caſus proponendo adeo,
vt vix aliquid ei ſuperaddi poſſit.

Quidam tamen ex Dominis in propoſita quæ-
8 ſtione exiſtimabant † cõmunicanda eſſe acta pro-
curatori, aut ſaltem defenſori, qui pro contumace
comparebat, & ſaltem ea, quæ concernebant cita-
tiones contra eum factas, & pęnarum declaratio-
nes, adducebantque tractari hic de pœna pecunia
ria, in pœnarum declaratione contenta, quo caſu
procurator admittitur, & ex communi Doctorũ
ſupra relatorum ſententia per text.in l.1. D. an per
alium cau appell & quamuis principalis cauſa eſ-
ſet de corporali pœna, in qua non admittitur pro-
curator, tamen quando criminalis cauſa incidit in
ciuilem, & pecuniariam, tunc procurator admit-
titur.Felyn. in cap.meminimus. colum.5. verſicul.
item addo.poſt Geminian. in cap. ex antiquis. col.
ſecunda.verſic.nota primo.54.diſtinct.Sed ad hoc
reſpondebatur, quod non attenditur hæc pœna
contumacialis pecuniaria, ſed potius primęua ca-
pitalis.l.rogaſti.D ſi cer.petat.& ita obſeruat ſtylus
Senatus, qui in iſtis cauſis ſiue agatur de principali
delicto, ſiue de pęnis iſtis contumacialibus, nunq̃
admittit defenſorem, quando pendent à capitali
delicto, qui ſtylus validus eſt.Marant.dict.part.6.§.
contumacia.nume.9.in fin. Foller. in dict.§. ſequi-
tur.par.4. 3.partis.nume.2. poſt Ioannem Andr.in
cap. ciuitatis.de dolo, & contumac. Bald.de pace
iuramento firman.§. iniuria. glo. in l. locorum.C.
de omni agro deſerto. Ex quibus probatur valere
9 etiam ſtatutum, † quod in contumaciam rei pro-
nuncietur delictum pro cõfeſſo, quamuis de iure
communi aliter ſit, vt per Foller.dict.§. ſequitur.
numero primo. licèt in hoc de confeſſo. aliqui te-
neant contrarium, vt per Marſil.conſilio 49. quod
nõ examino, cùm nos habeamus claram conſtitu-
tionem libro quarto. nouarum conſtitutionum.
in titul. *Del reo* in §. *Et in caſo che il reo.* & cum ea
antiquam obſeruantiam.

Præterea dicebatur communicanda eſſe acta
10 ex vulgata reg. quòd omnia † acta tam ciuilia,
quàm criminalia partibus edenda ſunt.l.2.vbi Do-
ctor.omnes.C.de edendo.& in cap.1.de probatio.
vbi Felyn. nume.17. & tantò magis acta iſta con-

tumacialia concernentia citationes, & declarationes pœnarum, cum pronunciatione delicti pro cõfeſſo & banimenta, hæc enim omnia publicè fiunt, & pro roſtris affiguntur ad hoc, vt in contumacis notitiam deueniant, vt illius augeatur contumacia, vnde cum in hoc fiſco nullum fiat præiudicium, ſed potius beneficium, & commodum conſequatur, nõ videbatur actorũ prædictorum copia deneganda, iux. not. per glo. in cap. 1. de dol. & contumacia in verſic non periclitatur. & præſertim ſi ille defenſor, vel coniunctus, aut etiam procurator proteſtetur nolle abſentem contumacem in meritis defendere, ſed ſolum abſentiam, & iuſta impedimenta allegare, puta ſuperuenientam infirmitatem, latronum detentionem, & ſimilia, quæ de iure admittuntur. Felin. in dict. cap. monuimus. de accuſat. colum. 3. verſic. not. ibi viarum diſcrimina late Maran. dict. §. contumacia. numer. 2. & ſequen. vel finge iudicem nimis breues dilationes dare, vel mulctas grauiores imponere, & nimis properè bona annotari, vt dicit Burſat. conſil. 225. numer. 115. Ideoque velle a tali modo exceſſiuo procedendi appellare, vel ad principem recurrere, quod ſine illis actis facere non poteſt ex forma nouarum conſtitutionum. Certè hoc caſu non ſunt petenti deneganda acta, & ita omnes concludunt tenentes, quod licèt verus contumax non appellet, nec poſſit de ſtylo etiam admitti defenſor
11 ad deducendum in meritis cauſæ, tamen † audietur proponens has excuſationes, vel proceſſus, & citationum, ac pœnarum declarationis nullitatẽ, ac etiam alias exceptiones dilatorias. Bald. in auth. nunc ſi hæres. colum. 1. in fin. verſicu. & ex hoc infertur corollarium. C. de litigioſis. Abb. in cap. dilectus. colum. 8. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Felin. in d. cap. monuimus. colum. 4. verſ. not. ibi excuſaret. Alex. conſilio 138. nume. 14 libro ſexto. Andr. Gail. in titu de pace pub libro primo. cap. 10. nume. 16. dicens communem poſt Port. concluſ. 38. libro 5. quæ eſt inter commu. opinio. Gabriel. in tit. de criminal. quæſtio. 9. Guid. Pap. deciſ. 338. Iaſ. in l. is qui. C. qui teſta. fac. poſſ. poſt Innocen. in cap. cum ſupra. de re iudica. Quod ſi denegetur actorum copia, poterit ille hoc requirens appellare ab ea denegatione ad ſuperiorem.

Quinimo non ſolùm acta prædicta eſſe edenda
12 quidam voluerunt, ſed etiam † indicia, & informationes ad partem ſumptas, & ita tenuerunt Bald. Fulgoſ. Caſtren. & Alexan. in dicta l. ſecunda. C. de edend. Barbat. conſilio 47. ſcribitur præclarè. colum. decima. verſicu. præterea. lib. primo Foller. in pract. §. datis defenſionibus. numero 73. Verùm hæc opinio à multis reprobatur, & contrarium tenet Socin. in dicta l. ſecunda. numero quinto. & ibidem Purpura numero vndecimo. & duodecimo. poſt Angel. in l. quæſtionis. D. de quæſtio. & eſt de mente Barto. in l. fin. de quæſtio & rationem huius opinionis ſatis elegantem ponit Socin. dicto numero quinto Clar. in §. fina. quæſtio. 49. numero 7. 8 & 9. & communem dicit Boſſ. in titu. de delinquen. poſt Aretinum capit. cum oporteat. de accuſatio. per textum capit. qualiter, & quando. il ſecundo. §. debet. de accuſatio. qui tamen text. ſi bene conſideretur probat opinionem primam contrariam. Veruntamen licèt quæſtio hæc in iure difficilis ſit, nihilominus apud nos nullam habet difficultatem, attento longo vſu, & ſtylo, perpetuo enim hoc iure vſi ſumus non ſolum in Senatu, ſed in quibuſcunque curijs huius patriæ, vt nunquam tradatur copia indiciorum, niſi vt infra dicam, ſed quando ordinatur, vel decernitur à iudice, vel Senatu actorum criminalium copia, ſemper adijcitur hæc clauſula, *exceptis tamen informationibus*, & ita cenſuit Senatus in cauſa Domini Richeti Tauriuenſis, vti verè cõtumacis, & quamuis fiſcales indebitè de hoc conquererẽtur, quantum etiam ad actorum editionem, tamen Senatus in hac opinione perſtitit, tanquam de iure vera, & de ſolito ſtylo Senatus, allegabantur ad hoc multa exempla, præſertim in cauſa fiſci, & Domini Dioniſij Foſſanenſis, eoque magis, quando ea ratione petuntur acta, vt poſſint ad ſuperiorem recurrere.

Hoc autem, quod diximus de informationibus non edendis, limitatur non procedere, quando ta-
13 les informationes † ſunt publicatæ, id eſt facta prius reſponſione per reum, quod velit ſtare ipſis informationibus, vti ritè receptis, vel aliàs facta eorum indiciorum, & teſtium repetitione vocata parte, tunc enim datur reo copia informationum, & hoc modo poſſet procedere opin. Bald. Caſtren. Fulgoſ. Alexan. & aliorum ſupra citatorum. Sed & quandoque occurrit caſus, vt tales informationes exhibeantur etiam ſine illa reſponſione à contumacibus facta, vt eſt exemplum, quando ſunt plures correi eiuſdem delicti capitalis, quorum alij aufugiſſent, alij vero in carceribus detinerentur, tunc enim licèt cauſa illa ſit conun-
14 cta, tamen contra detentos procedetur, † non expectato aduentu contumacium, quia non ſit conueniens ob aliorum abſentiam alios in carceribus macerare debet enim, vt inquit Imperator in l. 1. C. de cuſtod. reorum. ſtatim inquiſitio fieri, vt nocentes condemnentur, & innocentes abſoluantur. Hoc igitur caſu ſi rei detenti petant copiam non ſolùm actorum, ſed etiam informationum, illis erit exhibenda facta prius repetitione, vel reſponſione per reos præſentes, de qua ſupra, ſed exhibetur ceterata, quatenus in ea complices abſentes nominantur, & hæc eſt communis obſeruantia huius patriæ, & Senatus, quam etiam obſeruari in Mediolanenſi Senatu. teſtatur Boſſ. in titu. de delicto numero 46 dicens malè facere iudices, qui aliter procedunt, & Clar. dicta quæſtio. 49. numero 7. & 8.

Notandum eſt etiam, quòd copia actorum criminaliũ dari non debet reo, ſiue pro eo agenti, niſi
15 de mandato iudicis. † Bald. in dicta l. ſecunda. C. de eden. Dec. in l. fin. C. eodem. in ſecundo notab. & quamuis Domi. Purpurat. in dicta l. ſecunda. numero 28. diſtinguat vtrum loquamur in ſimplici actuario, & procedat opinio Bald. aut in principali ſecretario curiæ, qui eſt notarius publicus, & tunc non requiratur mandatum iudicis, ſubdens,

quia

ſi ita vidit multoties obſeruari, tamen putarē ego cautius agere ſecretarium curiæ ſi iudicis mandatum expectet ad remouendam omnem colluſionis, vel fraudis ſuſpicionem, & ita vidi ſemper obſeruari, & ſi aliter fiat erit is notarius ſeuera verbali reprehenſione dignus, de qua loquitur Iuriſcōſul. in l. terna. verſic. & quia. D. de offic. præfect. vigil. quod ſi in tali traditione actorum dolus aliquis etiam interueniſſet, pœna iudicis arbitrio pro modo culpæ puniendus eſſet, præſertim ſi ex eo damnum fiſcus pateretur. l. diuus Adrianus. in fin. D. de cuſt. reor.

Amplia hoc procedere, quòd danda ſit copia actorum, quando poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam contra reum, abſentem: nam quamuis de iure communi abſens non poſſit condemnari. l. abſenti. D. de pœn. tamen quando virtute ſtatutorum, vel conſuetudinis, vt eſt in patria iſta, deueniri poteſt ad ſententiam condemnato-
16 riam, tunc admittitur † procurator pro abſente ad eum defendendum in meritis, & ita tenent omnes ſupradicti præſertim Alexand. conſilio quarto. libro ſexto. Dec. conſilio 429. numero primo. & ſecundo. Andr. Gail. dicto capit. 10. Menoch. dicta quæſt. 80. Sed quamuis hoc ſit de iure cōmuni, nihilominus ſtylus huius patriæ aliter obſeruat, quia non auditur nec procurator, nec defenſor, qui in meritis loqui velint pro reo contumace, eoque magis quando quis citatur, (vt fieri apud nos ſolet, in criminalibus cauſis) perſonaliter comparituris. Capic. deciſio. 142. Ruin. conſilio 115. col. ſecunda. circa medium libro quinto. quod facere poteſt iudex, etiamſi pœna ſit minor relegatione. Capic. dicta deciſio. 142. in fin. quod tamen ego non admitterem ita paſſim, eſſet enim deſtruere communes conſultationes, & iuris regulas, de quibus per Doctores ſupra citatos, præſertim Gail. Gabr. & Menochium & de hoc etiam generali ſtylo, & obſeruantia, vt etiam defenſor non admittatur, teſtatur etiam additio ad Alexan. dicto conſilio quarto. libro ſexto. & Clar. in §. fin. quæſtio. 32. & 53. qui ſtylus validus eſt, vt per Alexan. conſilio 65. numero decimo. libro ſexto. Nec verum eſt, quod auferat defenſionem, quæ eſt iuris naturalis, quia non eam aufert, ſed ſolummodo coarctat, quod facere poteſt. Carauit. in ritu. magnæ curiæ. 210. nu. 15.

Præterea aduertendum eſt, quòd de iure communi non poteſt in contumaciam pronuntiari de lictum pro confeſſo. Bald. in l. prima. colum. 2. ver. oppono, quod contumax. C. quomodo, & quando iudex. Alex conſilio 70. numero 9. libro primo. Follet. in practic. par. quarta. tertiæ par. §. ſequitur. numero primo. Sed ex conſtitutionibus noſtris dicto libro quarto. titu. *Del reo. §. Et in caſo, che il reo.* aliter obſeruatur, quæ conſtitutio, & ſtylus validus eſt. Bald. in dicta l. prima. colum. prima. in fin. verſi. ſed hic quæritur. quæ pronunciatio delicti pro confeſſo magni eſt præiudicii, quia remouet appellationem. Foller. dicto §. ſequitur. numero 35. vnde videtur defenſor admittendus, qui poſſit ab indebito modo procedendi ob talem pronunciationē appellare, & de ea conqueri, & interea ſuſpendi proceſſum dicit Afflict. in conſtitutio Grandis. numero 12. præſertim opponendo nullitatem, ſiu forma procedendi. Burſat. conſi. 146. nu. 129. vbi latiſſimè de hac materia.

17 Poteſt etiam pro tali contumace recurri † ad Principem, vt ex gratia admittat procuratorem ad defendendum, & quamuis difficile obtineri ſoleat, nihilominus poteſt Princeps ſi vult ex ſua certa ſcientia hoc concedere, cùm ſit iuris poſitiui, & præſertim eo caſu, quando contra abſentem poteſt deueniri ad condemnationem, vel pronunciationem delicti pro confeſſo, tunc enim cùm de iure communi procurator admittatur. Cyn. in l. res. in tertia. quæſt. C. de accuſatio. Gabriel dicta concluſio. 18. numero 24. Signorol conſilio ſecundo. Ruin. i 18. libro quinto. de facili res redibit ad ſuam primæuam naturam, vt in his terminis tenent communiter doctor. vt refert Gabriel. titu. de criminal. concluſio 9. numero 12. poſt Alex. & alios ibi citatos, eoque magis ſi compareret non vti procurator, ſed vti defenſor. Gabriel dicta concluſio. 18. nu. 35. vbi infinitos allegat, quos non repero, cui addo Dec. conſi. 429. lib. 1.

Quæſitum præterea fuit in eadem cauſa, an tertio comparenti pro ſuo intereſſe, vt puta vxori pro defenſione ſuarum dotium, vel filiis pro ſua portione retinenda, quam lex defert in bonis patris condemnati, vel banniti, de qua latè dixi ſupra deciſ. 104. C. nūſcatis bonis. aut alij creditori, qui pro ſuo particulari intereſſe voluit in iudicio comparere, & petunt acta ſibi exhiberi, an illa edenda
18 ſint. † Et quidam ex dominis putabant nō eſſe tertio danda acta contumacialia. quaſi non admittatur principalis reus, ergo nec tertius, qui acceſſoriè venit ad cauſam, cùm ſit eadem natura acceſſorii, quę eſt principalis, vulg. regu. cap. acceſſorium. de regul. iur. in ſexto. Ideo ſicut principalis repellitur, & etiam eius procurator, vel defenſor ex antiquo ſtylo huius patriæ, & aliorū locorum, vt teſtatur Paulicu. ad Alexan. conſilio quarto libro ſexto. & Clar. dicta quæſtione 39. ita nec tertius debet audiri.

Sed in oppoſitum dicebatur admittendum tertium pro ſuo intereſſe in hac cauſa criminali, & contumaciali. & ita tenent communiter Doctor. præſertim Bald. in authen. nunc ſi hæres. colum. 1. C. de litigioſ. Crauet. conſilio decimoquarto. numero ſecundo. Felyn. in dicto capit. meminimus. colum. quarta. verſicu. ſexta concluſio. de accuſatio. Imò, etiamſi iſtius tertij interſit non principaliter, vel ſecundario. Signorol. conſilio 64. colum. prima. in fin. per l. prætor. §. primo. de edendo. & non ſolùm admittendus eſt tertius, ſed ſi dubitaret de aliqua colluſione, quæ eſſe poſſet inter fiſcum & reum contumacem, poteſt tertius excludere à iudicio ipſum reum, & eius procuratorem, & ipſe ſolus cauſam agere, vt ſingulariter dicit Bald. dicta authen. nunc ſi hæres colum. ſecunda. verſicu. ſextum corollarium. Item poſſet pater
19 † pro filio contumace comparere, & reuocare confeſſionem à filio factam veram, vel fictam in

ipſius

ipſius patris præiudicium. Bald. in l. principaliter. C. de liberal. cauſa. allegans vulgare prouerbium, *Colui di chi è l'aſino lo piglia per la coda.* Et in iſtis terminis, quòd vxor, vel filij pro eorum intereſſe in cauſa contumaciæ interuenire poſſint, conſuluit Burſat. latiſſimè in conſilio 225. numero 125. & 127. dicens communem. Quare admiſſo ipſorum interuentu neceſſario ſequitur concedendam illis eſſe copiam actorum, aduerſuſque & grauamen, & nullitatem opponere poſſint, ex regul. l. cui iuriſdictio. D. de iuriſdictio. omnium iudicum. & etiam ex alia regula, quòd cuicunque habenti intereſſe acta ciuilia, vel criminalia dari debent. dicta l. ſecunda. vbi Doctor. C. de edendo. Et ita cenſebat Senatus in prędicta cauſa Richetti Taurinenſis exhibenda eſſe acta vxori pro ſuo intereſſe comparenti, exceptis tamen informationibus. 15. Martij. 1590. prout & in ſimilibus alijs cauſis factum fuerat. Quòd ſi iudex, vel Senatus acta petenti ea non decernit, poteſt is tanquam grauatus ad Principem, aut alium ſuperiorem recurrere. Purpurat. in dicta l. ſecunda. C. de eden. numero 29 & 31. poſt Bartol. & alios ibi relatos, dicens videri iudicem denegare, quando bis, vel ter requiſitus ea edi non mandat.

Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione an ſpectet cognitio, & emolumentum pœnarum, quando offenditur in iudicio ſupremus iudex, vt in præſentatione falſæ ſcripturæ, vel in depoſitione falſi teſtis.

DECISIO CCLXVI.

1 *Falſi cognitio an ſpectet vaßallo, vel domino, quando coram domino falſitas fit, vel producitur. & numero 11. & 12.*

2 *Pœna delicti pecuniaria eſt offenſo domino in ſuæ iniuriæ vltionem applicanda.*

3 *Teſtis ſi falſum deponat coram alio iudice, quàm ſuo ordinario, per illum coram quo falſum depoſuit eſt puniendus. & nu. 8.*

4 *Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione competit cauſarum cognitio priuatiuè quoad dominum.*

5 *Emolumenta dicuntur fructus iuriſdictionis.*

6 *Vaſſallo ſpectat pœna ex edicto Principis deſcendens.*

7 *Bald. in l. prima. in fin. C. ſi à non competen. iudi. declaratur.*

9 *Subditus non poteſt prorogare iuriſdictionem vaſſallo inuito, & reniente.*

10 *Gratiam, & compoſitionem de delicto non poteſt facere Princeps in præiudicium vaſſalli.*

SVBDITVS cuiuſdam vaſſalli falſificauit apocham in terra eiuſdem vaſſalli, & cùm lis eſſet illi ciuiliter mota ſuper rebus attingentibus dictam apocham per tertium coram Senatu, idem ſubditus exhibuit in iudicio apocham, quæ cùm reperta fuiſſet falſa fuit producens inſtante procuratore fiſcali Sereniſſimi Ducis noſtri detentus, & ſuper cauſa iſta falſitatis inquiſitus, quod cum ad vaſſalli notitiam perueniſſet, comparuit, & petijt cauſam ſibi remitti, tanquam inueſtito, de feudo cum mero imperio, & omnimoda iuriſdictione. Procurator fiſci opponit ſpectare cognitionem iſtius cauſæ Senatui, coram quo fuerat producta apocha, & principi ſpectare emolumentum pœnale pecuniarium.

1 Quæſitum fuit an eſſet † cauſa vaſſallo remittenda, & an illi ſpectaret emolumentum.

Pro fiſco adducebatur Doctrin. Bald. in l. 1. in fi. C. ſi à non competen. iud. vbi voluit, quod etiamſi is, qui deliquit ſit homo ligius alicuius, tamen pœna, & cognitio ſpectet illi domino, in cuius territorio eſt commiſſum delictum, ſed hic videtur delictum perpetratum coram Senatu magiſtratu ſupremo, cuius maieſtas videtur offenſa ex productione falſæ apocæ coram ipſo, ergo ad illum ſpectabit cognitio, & ad principem emolumentum pœnale, ex regula generali, quæ habet, quod

2 quando † eſt offenſa perſona domini, pœna delicti ipſi veniat applicanda, vt habeat ſuæ iniuriæ vltionem. Bald. in titul. de capitan. qui cur. vend. nume. 2. Afflict. ibi numer. 12. Pariſ. de Put. in tracta. de reintegrat. feud. c. 83. nu. 6. Iacobin. in verbo. de caſtro Rubei montis. num. 15. Brun. conſ. 31. nu. 18. Natt. conſ. 580. nu. 7. Rollan. à Valle cõſi. 73. nu. 12. 14. & 15. & nu. 21. libro 4. Ex quo in ſimili infert Capic. in inueſtitu. feud. pag. mihi 127. verſi. & ſciendum. quòd ſi concedantur alicui fructus obuentionum ex delictis, & prouentibus, non veniunt pœnę, in quas quis incidit ob cauſam delicti commiſſi in concedentem, quia illud, quòd alicui debetur in ſuæ iniuriæ vltionem, non debet alteri conferri.

Secundo pro fiſco principis adducebatur tex. in l. nullum. C. de teſtib. vbi ſi coram alio iudice falſi teſtes producantur, dicitur, quòd ille iudex coram quo teſtes producti fuerunt cognoſcat, & puniat. Sed magis in terminis in producente falſam ſcripturam coram iudice, quod ſit ab eo detinendus, eſt tex. in l. penult. C. de probat. in quo tex. illud notandum eſt, quod ibi non dicitur puniri producentem extraordinariè ratione contemptus, ſed expreſsè dicitur, quod puniatur pœna falſi. Vnde inferunt Doctores ad teſtem falſum deponentem

3 † coram vno iudice, licèt ille teſtis ſit alterius iuriſdictionis, vel clericus, quòd pœna, & cognitio illius falſitatis ſpectat illi iudici etiam laico, & non poſſit de hoc alius iudex conqueri, ita tenet Benedict. in cap. Raynutius. in verbo. & vxorem. ſecunda deciſio. numer. 434. Aufrer. de poteſta. ſecular. ſuper eccleſiaſt. regu. 1. nume. 8. Didac. pract. quæſt. cap. 18. nu. 8. Faciunt, quæ dicit in his ferè termi-

nis

nis D.meus à Ponte quæſt. Laudim. 24. colum.4.
in vltima impreſſ.verſic.hinc infero. Et prælertim,
quia hic fiſcus iam in cognitione præuenerat, &
non erat amplius locus remiſſioni cauſæ.l. vbi cæ-
ptum. de iudic.

Exaduerſo vaſſallus dicebat cauſam eſſe ſibi re
mittendam, & pęnarum emolumenta ſibi in hac
cauſa ſpectare. Primò, quia vaſſallo inueſtito de
mero, & mixto imperio, & iuriſdictione compe-
4 tunt † cognitiones, & emolumenta delictorum
priuatiuè quo ad dominum, ita vt non poſſit per
ſuperiorem in cognitione, & emolumentorum
perceptione turbari. Bald.in l.1.quæſt.43. D.de rer.
diuiſ.Iacobin.in verbo.vicarius.num.41. Neuizan.
conſilio 61.numero 9.& 11.Rolan.conſilio 21.nu-
mero 10.1 n& 16.libro quatto. Natt.conſilio 408.
nume.7.in fin. libro 2. & conſilio 240. numer.4.D.
Sola.in gloſſ.ad decr.antiq. Sabaud. in decret. quia
pluribus.gloſſ.3.nume.3. Boſſ.de pœn.numero 25.
Grammatic.deciſio. 30. & dixi ſupra deciſio. 132.
Saluaguardiatus. & quo ad emolumenta pœna-
rum ratio eſt in promptu, quia vaſſallus eſt inue-
5 ſtitus de fructibus† iuriſdictionis, quorum pars iſta
ſunt.Bar.in l.fin.D.ſoluto matrimon. Natt.conſil.
580.& 659.numero 1. libro 4. & eſt bona doctrin.
Bald.in l.fin.colum.2.verſicu.item nota.D.de con-
ſtitut.princip. Prapoſit.in cap.primo.in prin.colu.
3.de pace tenen. Quod quidem magis obtinet in
patria noſtra, in qua vaſſalli feuda habent titulo
oneroſo, attentis oneribus, & ſeruitijs pro feudo
debitis, vt in iſtis caualcatis modo factis ipſa do-
cuit experientia, vnde dicit Barbat. in additio.ad
Abba.in cap.cæterum.de iudic. ſub nume.quinto.
in verbo exceſſus, quòd vaſſallus in iſtis caſibus
ſemper tractat de damno euitando, & ſunt ferè
omnia feuda emptitia,& pro eis ſoluuntur domi-
nis laudimia ſatis egregia.

Secundò, quia ſi inſpiciamus originem delicti
res videtur clara in caſu noſtro, quia delictum eſt
factum in loco, & terra vaſſalli: nam ibi fuit apo-
cha falſificata, & ibi fuit immutata veritas, quæ
erat nocibilis, licèt poſtea fuerit coram Senatu
producta, quæ productio non debet nocere ipſi
vaſſallo, cui ex falſificatione erat ius quæſitum,
quo attento cauſa principalis erat coram ipſo tra-
ctanda, quia cuiuſlibet rei origo, & principium
ſpectanda ſunt.l.1.cum ibi nota. D.de iuſti.& iur.l.
rogaſti. ſi cer.pet.

Tertiò pro vaſſallo adducebatur ſatis vrgens
ratio, quia pœna in hoc caſu, quæ imponitur huic
delicto falſitatis contra iſtum inquiſitum, eſt de-
cretalis, vt legitur inter ipſa decreta antiqu.Sabau.
6 Amed.Sed pœna edicti, ſeu decreti loquentis † de
confiſcatione ſpectat vaſſallo tam ex communi
Doctorum ſententia, de qua per Natt. conſi. 659.
colum. 1. iuxta quam iudicatum fuiſſe per Illu-
ſtrem Cameram teſtatur Domi. Præſes à Ponte.
dict.quæſt.24.colum.4.circa fin. Benedict. in cap.
Raynutius.in verbo,& vxorem.numer.437.quam
ex ipſorum decretorum criminalium diſpoſitio-
ne, quibus ita nouiſſimè cautum fuit. Neque ob-
ſtat doctri.Bald. ſupra pro fiſco Principis allegata
7 in dict.l.1.quia † Bald. ibi loquitur, quando ſubdi-
tus commiſſit delictum in loco alterius vaſſalli,
quia tunc cognitio, & pœna videtur ſpectare iu-
dici, & domino loci delicti, licèt in confiſcatione
bonorum regula ſit, quòd vnuſquiſque dominus
bona obtineat, quæ in ſuo territorio poſita ſunt,
de qua per Rebuff.in l.2. pag.mihi.27. verſicu. no-
tandum tamen.D.de verborum ſignificat. Nec eſt
vera conſequentia, quam facit Bald.quod cui ſpe-
ctat cognitio, eidē ſpectare debeat & emolumen-
tum: nam ſi iudex vaſſalli condemnat aliquem in
pœna pecuniaria, & ille appellet, & Senatus con-
firmet, talis pœna applicatur vaſſallo, non autem
Principi, quamuis agatur ex ſententia confirman-
te non ex confirmata,& hæc inſeparabilia eſſe do-
cet Oldrad.conſilio 17.colum.3.in fine. Item licèt
ſubditus meus committat crimen læſę maieſtatis
in Principem extra territorinm meum, & cogni-
tio ſpectet Principi, tamen emolumenta,& con-
fiſcatio bonorum in territorio meo exiſtentinm
ſpectat mihi, vt notat D. Ponte.dict.quæſt. 24. col.
3.poſt Natt. & Brun. & alios per eum citatos.

Minus obſtat.l.nullum. quia illa lex non proce-
dit in territorijs vaſſallorũ ſtante regula ſupra fir-
mata,& cũ habeãt feuda titulo oneroſo, & ſaltem
poſſet procedere, quo ad delicti cognitionem, non
autem quo ad pœnę applicationem, quæ iure pro
prio feudatario ſpectat: item vbi delictum eſſet fa-
ctum alibi quam in territorio vaſſalli, vt in caſu
noſtro. Ideo id, quod dicebatur de falſo teſte, non
8 videtur † habere locum in terris vaſſallorũ, prout
tenuit Alexan.in additio.ad Bart. in dict.l. nullum.
in prima lectu.poſt Specul.in titul.de teſte.§.1. nu-
mero 45.& ſæpius in fauorem vaſſalli cenſuit Se-
natus in teſte, pręſertim in cauſa Caſalis Borgoni
1585. & in alia Caſtelletti referente Dom. Senato-
re Ceria 1587.& in cauſa Plozaſchi 1588.referen
te Domin.Senatore Sola. Quamuis in hoc puncto
videatur contradicere Domi. Præſes in d.quæſt.24.
Nec officere videtur regul.l. vbi cęptum. quia illa
præuentio fuit facta inſcio vaſſallo, contra cuius
9 iuriſdictionem nec † etiam prorogatio ſubdito-
rum admittitur, vt notant Doctores in l. Imperia-
lem.§.præterea ſi inter. de prohib. feud. aliena. per
Frider. & in ſpecie D.Ozaſc.deciſ. 78. nu.18.

Nec dicatur, quòd poſſet Princeps facere gra-
tiam huic falſario, & habere compoſitionem, quę
in noſtro caſu iam videbatur tractata cum ipſo
Principe, quia id facere non poteſt Princeps in
10 † præiudicium vaſſallorum, prout ſcribit Domi.
Præſes dict.quæſt.24. colum. 3. dicens ita fuiſſe iu-
dicatum per Senatum in cauſa Noni.

In hac quæſtione aliqui erant in ea opinione, vt
non eſſet locus remiſſioni, ſed poſſet puniri à iu-
11 dice,† coram quo falſam ſcripturam exhibuit, &
etiam ab alio iudice ſuæ, originis in quo apocham
vitiauit.per doctr. Clar.in §.vlti. quæſtio.criminal.
quæſt.38. nume.13. dicens hanc eſſe communem
ſententiam in hoc articulo, & ante eum id voluit
gloſſ.fin.in fi.in dict.l. nullum. quam ſequuntur ibi
Alber.& Bald.& idem Bald.in l.vbi.C.de falſ.in fin.
ea ratione, quòd hic ſunt duæ perſonæ iniuriatæ,

primò

primò iudex loci in quo falſificata fuit ſcriptura, vel teſtis productus: ſecundo iudex corã quo eſt producta. Et tunc voluit Clar. quòd puniatur per primum iudicem extraordinariè, & per ſecundum ordinaria pœna, quam ſententiam prius tenuit Boſſ. in titu. de falſ. num. 103. qui ita conciliat. Bar. contrarietatem, & dicit opinionem Bald. in d. l. vbi. in fin. eſſe communem. & tenendam per l. 2. C. de ſportul. Salicet. in dict. l. nullum. verſic. opponitur ab extra.

Sed contrarinm in hoc voluit Cyn. in dict. l. nullum. in fin. dicens ibi glo. illam malè reſpondere, & diſtinguendum eſſe, prout ipſe diſtinguit in dict. l. vbi. in fin. C. de falſ. vbi dicit, quòd ſi prima pœna ſit grauis, tunc non debeat vlterius puniri, ſecus ſi leuis, & hanc opinionem tenere Petrum, licèt alij teneant, quod omnino amplius puniri nõ debeat, & in hac opinione Cyni fuit Bart. in dict. l. nullum. per l. Senatus. D. de accuſat. Sed vt dixi ſupra poſt Clar. & Boſſ. communis eſt contra Bar.

Hinc aliqui in hoc caſu dicebant ſequendam
12 opinionem † Alberti Galeoti, qui in ſua Margarita titul. de teſtib. numero 31. ponit quæſtionem de facto contingentem. Quidam litigabat coram iudice Parmæ: produxit teſtes falſos examinatos Cremonæ, quæſitum eſt an iſti teſtes accuſari poſſint coram iudice Parmæ, vel Cremonæ. Pro iudice Parmæ allegat dict. l. nullum. pro iudice Cremonæ auth. Qua in prouincia. C. vbi de crimi. tandem reſoluit, quod ſit in arbitrio ipſius iudicis Parmæ, vel procedere contra teſtes, vel eorum accuſationem remittere coram iudice Cremonę, & dictum Galeoti ſequitur Specul. de teſte. §. 1. num. 45. Alberic. in dict. l. nullum. verſic. quid ſi teſtis forenſis. Sed iſta opinio licèt videatur conſtituere caſum arbitrarium, tamen non videtur eſſe diſſimilis ab opinione Cyni, & Bar. vt iudex tantum vnus procedat, ita vt non poſſit duplici pœna puniri.

Senatus poſt multas diſputationes, & re bene diſcuſſa, & intellecta cum ageretur de magna conſequentia, & de intereſſe Principis cenſuit cognitionem in iſto caſu ſpectare Senatui, cùm eſſet locus præuentioni, quia pręuenerat, iux. ea quæ dicit Boſſ. in titul. de falſ. ſed pœnam, & emolumentum condemnationis ſpectare vaſſallo, ſed quoniã hic erant duo delicta valde diuerſa, vt dicit Ioan. de Anan. in cap. 1. colum. 3. de crimin. falſ. primum falſitatis apochæ, quòd cõmiſſum fuerat in loco vaſſalli, quod puniẽdum erat pœna ordinaria grauiori, alterum contemptus Senatus, coram quo fuerat falſa apocha producta, quod leuiori pœna puta alapa puniendum erat, iuxt. dicta Ioan. Andr. & Butr. in dict. cap. 1. de falſ. Boſſ. dict. titu. de falſ. & quia pœna colaphi non erat in vſu, vt euitarentur circuitus noui proceſſus, fuit dictum dimidiam condemnationis applicandam fiſco Principis, & aliam dimidiam fiſco vaſſalli, Comitis Collegij Generi mei 1589. 16. Decembris. referente Dom. Senatore Cortina.

Numerus liberorum an & quando parentes ab oneribus liberet.

DECISIO CCLXVII.

1 *Numerus liberorum ab oneribus non excuſat.*
2 *Numerus liberorum diuerſimodè excuſationem affert.*
3 *Text. in l. ſemper. §. legem. D. de iure immunit. declaratur.*
4 *Numerus duodecim liberorum ab omnibus muneribus excuſat. amplia, vt numero 5. 6. 7. 8. 9. & 10. & nume. 13.*
11 *Immunitas parentibus data propter numerum liberorum, non durat ipſo mortuo.*
12 *Adoptiui filij excuſationem à muneribus non præſtant.*
14 *Numerus liberorum au excuſet à gabellis.*
15 *Numerus duodecim liberorum an excuſet ab oneribus, quæ belli cauſa imponuntur, & quid in donatiuis, & taxu, num. 16.*

NVMERVM liberorum non excuſare à muneribus tam realibus quàm perſonalibus, † iure
1 cautum fuit. l. ſecunda. §. numerus. D. de vacatio. muner. l. ſemper. §. legem. D. de iure immuni. l. prima. D. de ijs, qui numero lib. ſe excuſ. Licèt enim admodum fauorabiles leges fuerint parentibus plures liberos habentibus, ita vt etiam vbi de præiudicio, & intereſſe fiſci tractatur liberorum, cauſa vti fauorabilior fiſco præferatur. l. cum ratio. D. de bon. damnator. & diximus ſupra deciſione 104. Confiſcatis. in qua l. ius trium liberorum pro legitima, ſeu portione in bonis patris delinquentis conſequenda adnotare poſſumus, & addere his, quæ de iure liberorum doctè, & luculenter ſcripſit Marcus Vertranius in ſuo tractatu de iure liberorum, non tamen voluerunt fauores iſtos ita ampliare, vt à muneribus propter liberos parentes liberarentur.

Sed hanc regulam non adeo firmam legiſlatores eſſe voluerunt, quin aliquando propter liberorum numerum parentibus ſuccurrere voluerint,
2 ſed diuerſimodè. Aliquando † enim propter quinque liberorum nnmerum excuſabantur à muneribus. l. nepotes. C. de his, qui num. libe. Aliquando verò ex numero duodecim liberorum parentem decurionem à muneribus liberatum eſſe legimus. l. ſi quis decurio. C. de decurio. libro decimo. cui legi conuenit Iuliani Imperatoris lex in C. Theodoſian. poſita ſub titu. de decurio. l. 55. libro 12. Vbi tamen non 12. ſed 13. liberorum parenti excuſationem tribuit Imperator in hæc verba.

Qui pater ſit tredecim liberorum, non modo ad curiam non vocetur, verùm

etiam

etiam ſi ſit decurio honoratiſſima quiete donetur.

Aliquando verò munerum excuſationem, & immunitatem ſexdecim liberorum parentibus conceſſam videmus, vt in l.ſemper. §.legem.verſicul. demonſtratur de iure immunita. Propter quam iurium diuerſitatem, & varietatem ardua orta eſt penes antiquos iuris noſtri interpretes diſſentio, quænam iſtarum immunitatum ſeruanda, & qui natu liberorum numerus conſiderandus, ſed cùm munerum alia ſint patrimonialia, alia verò perſonalia, in perſonalibus omnes conueniunt, vt ad illorum liberationem quinque liberorum numerus ſufficiat per text. in dicta l. nepotes. ita Rebuffus, Angel.& alij communiter in dicta l. ſi quis decurio.C.de decurio. ſed in patrimonialibus, & realibus muneribus non conueniunt, ſed magna eſt inter ipſos altercatio,& perplexitas, vt inquit Ferdinand Pacz.in tractatu de excuſan.paren. à public. muner.ob numer.liberor.numero 21. in fin. vnde Alberic. in l.ſecunda. numero quinto. de vacatio. muner. dicit mirabiliter diſcordare iura de immunitate iſta loquentia, & videri non ſolum iura, ſed & glo.& Doctores in hoc manifeſtè diſcordare,& pro iſtorum iurium diuerſitate Accurſ. in dicta l. ſemper. in verbo ſexdecim. varijs ſolutionibus relatis rem non explicat, ſed inuoluit.

Alij verò dicunt iura in patrimonialium munerum excuſatione non diſcordare, ſed corruptam
3 eſſe lecturam illius text.in dicto §.legem.cùm † ibi
non ſexdecim, ſed duodecim legendum ſit, prout dicit Alberic.in dicta l.ſecunda.de vacatio.muner. vel ſi legamus iuxta eundem Alberic. non 12. ſed 13.vt ſcribit in rubri.de muner. & honor.numero 28. & in dicta l ſecunda.non diſſentiet à text.in d.l. ſi quis decurio ſecundum lecturam, quam legit Lucas de Penna ibi, quæ lectura eſt ſimilis legi ſupra allegatæ ex C.Theodoſ.Sed hæc ſolutio ſuper lecturæ varietate fundata non eſt tuta, cùm omnium Codicum tam veterum, quàm recentiorum teſtimonio deſtituatur, & non eſt hæſitandum quin in dicto §. legem. vſus fuerit Imperator verbo ſexdecim, prout ex Florentinarum Pandectarum lectione, quas ſtudio, & opera viri diligentiſſimi Lelij Taurellij editas præ manibus habemus ſatis conſtat, & ex grçca illius verbi lectione ſatis apertè colligitur.

Bald. itaque in dicta l. ſi quis decurio. diſtinxit, quòd aut pater eſt decurio, & tunc ſufficiant pro excuſatione 12.liberi, aut non eſt decurio, & requirantur ſexdecim.l.enim ſi quis decurio.quæ de duodecim liberorum numero mentionem facit, loquitur in decurione, prout in eodem loquitur.l. C. Theodoſiani. l. vero ſemper. §.legem. loquitur generaliter, & ſic etiam extra perſonam decurionis, & hanc Baldi diſtinctionem ſequitur Rebuff. in dicta l.ſi quis decurio.dicens alios Doctores ita tenere,& tenent Alexan. conſilio 123. colum. fina. libro quinto. Imol.conſilio 77. Ruin.conſilio 127. colum.ſecunda.libro quarto. Petrus Antibolus de muner. §.ſecundo. de diuiſio. muner. Caſſane. in conſuetudines Burgund.rubr.prima. §.quarto. numero 56. & communem dicit Ferdinand. Pacz.in dicto tractatu de excuſatio.parentum.numero 25. poſt Alberic.in dicta l.ſecunda. dicens ab iſta communi opinione pro ſolutione dictorum iurium non eſſe recedendum.

Verùm quicquid dicat Alberi.de communi, & Ferdinand.dicto loco, magis communis, & receptior ſententia illa eſt, vt indiſtinctè tam in decurionibus, quàm in priuatis circunſcripta legum va
4 rietate, quæ negari nullo modo poteſt, † numerus
duodecim liberorum ſufficiat ad immunitatem parentibus, tam pro patrimonialibus, quam perſonalibus muneribus inducendam, & ita tenet Bart. poſt gloſſ.in dicto §. legem. & in dicta l. ſi quis decurio.& ibidem Angel.Ioan.de Platea, & Andr.de Barul. Bald. conſilio 312. in princip. libro tertio. Anchar.in capit.licet. de cenſib. Alexand. in additio.ad Barto.in dicto §. legem. Angel. in §. primo. colum.ſecunda. inſtitu.de excuſatio.tut. dicens in practica ſeruandam,& ita vidiſſe iudicatum Bononiæ, & Florentiæ. Guido Papæ.quæſtio.401. Antibol.de muner.par.3.numero 12.Salic. in l. ſi pater. numero quarto.C.quando prouoca.non eſt neceſ. Dec.in l.fina.colum.fina. D.ſi certum peta. Fulgoſ. conſilio 52.colum.ſecuna. & de communi teſtantur Ruin.conſi. 124.numero quinto.libro quarto. Anan conſilio vltimo.vbi Bologn. Alciat. de præſumptio. regu.prima. præſumptio.76. Roland.qui latè diſputat conſilio 66. numero 35. libro primo. & conſilio 52. numero tertio.libro ſecundo Natt. conſilio 539.libr. tertio.qui teſtatur talem eſſe conſuetudinem huius patriæ. Purpurat. inter conſilia feudalia variorum. conſilio 38. numero quarto. verſicu. permiſſis tamen. dicens ab ea in iudicando non eſſe recedendum. Pancirol.conſilio ſecundo. numero 50. & de receptori Domin. Ozaſc. conſilio 60. numero ſecundo. & tertio. Marcus Vertran.in dicto tractatu de iur. liberor. capit. 41. colum.ſecunda. dicens Bald.diſtinctionem eſſe ſuperuacuam,& euaneſcere, cùm non ſatis conſtet quibus decurionum appellatio hoc tempore conueniat dicens Aquis ſextijs ita bis per Senatum prouinciæ iudicatum, quç opinio vt receptiſſima, ita etiam æquiſſima,& veriſſima eſt: nam legem vtilem, & fauorabilem Reip.& ſobolis procreandæ, & prouocandæ cauſa latam interpretatione adiuuari neceſſe. eſt, vt Iuriſcõſ.ait in l.hoc modo. 62. D. de conditio. & demonſtratio. cui conuenit text.in cap.dixit Sarra.32.quæſtio.quarta. Et ſecun
5 dum hanc opinionem ſemper iudicauit Senatus
nulla diſtinctione facta inter decurionem, vel priuatum.

Ex quibus concordari poſſunt omnia iura, quæ in hac materia diſcordare videntur, nempe vt l.1. C.de his qui num.liberor. & l.2.§. numerus.de vacatio.muner.cum ſimil.loquantur generaliter, ita vt reg.ſit minorem numerum liberorum non excuſare puta duorum vel trium, cùm in duobus, vel tribus pluralis numerus verificetur.l.vbi numerus.D.de teſtib.l.verò Nepotes.C.de his, qui num. libero.loquatur in perſonalibus muneribus, & l.ſi

quis.decurio.C.de decurio.loquatur in decurione, & l.ſemper.§.demonſtratur. D.de iure immunita. loquatur indiſtinctè tam in perſonalibus, quàm in patrimonialibus, ſed hæc vltima licet ponat exemplum in numero ſexdecim liberorum, ampliatur etiam in numero duodecim, ita vt nulla ſit differentia inter decurionem, & priuatum, prout magis communiter Doctores voluerunt, vt ſupra dixi.

Sit igitur regula limitatiua præcedentis generalis regulæ, numerum duodecim liberorum excuſare, & tribuere immunitatem ab omnibus muneribus, cuius immunitatis rationē adfert Imperator à Iureconſulto relatus in d.§. demonſtrat, ibi

non eſt irrationabile, vt concedamus filiorum educationi remitti tibi onera.

Et vt pater libērius vacet procreationi liberorum. Lucas de Pen.in dict.l.nepotes.colum.fin. Rolan. conſilio 52.nume.14. libro 2. Rip.in l.ex facto.numero 11.& 14. D. de vulg. Bald.conſilio 312.libro tertio. Rebuff. in dict. l. ſi quis decurio. Ferdinan. Paez.in dict tracta.de excuſa. paren. numero 14.& aliquot ſequen.

Ampliatur primò hæc regula, vt procedat tam
5 in liberis maſculis, quàm in † fœminis, quia in fauorabilibus maſculinum fœmininum concipit, ſicut filiorum appellatione veniunt filiæ.l. filij. 84. l.iuſta.201.l.liberorum.220.§.fin. D. de verborum ſignifica.l.ſi quis ita. 16. in princip. D.de teſtamen. tutel. Rebuff in l.1.verſic.ſi quis hanc. D. de verbo. ſignifica.& eſt text. pro hac ampliatione in l.fin.C. de his qui nume.liber.& in l.2 § remittit.verſi.non ſolùm.D.de excuſatio. tuto. Roland.dict. conſilio 52.libro ſecundo. quod procedit etiamſi filiæ ſint nuptæ,& filij emancipati, vel religionem ingreſſi, vt ſcribit idem Roland.in dict. conſilio 52.num.5. & 7.quamuis in filiabus nuptis, quando extra domum parentis ductæ fuerunt, imò etiam in ſimpliciter deſponſatis dubitet Ferdinan.Paez.d.tract. nume.66.Nam videtur deficere ratio educationis. Sed ego vidi ſemper obſeruari, vt etiam proſint parentibus præſertim ſuperioribus annis in cauſa Antonij Matiori hoſpitis Taurini,& quo ad emācipatos eſt pulcher text.in l.2.§. incolumes. D.de vacatio muner.

6 Amplia ſecundò, vt inter liberos † nepotes etiā contineantur & ipſi computentur in numero 12. liberorum: nam liberorum appellatione veniunt nepotes tam maſculini, quàm fœminini ſexus.d.l. liberorum.Et quamuis Roland.in dict.conſilio 52. nume. 7. voluerit nepotes mortuo patre computari pro vno capite, imò tenuerint aliqui non facere numerum in hoc caſu ad immunitatem obtinendam, vt Thom. Parpal.in l.placet.num.82.C. de ſacroſanct.eccle.Alberic.in rubric.de muner.& honor.nume.88.Imol.conſilio 77.& videatur text. pro hac re in §.1.iuncta.glo.inſti. de excuſat.tutor. tamen, vt fauores amplientur, non erit ab iſta ampliatione recedendum, cum qua tranſiuit Senatus in cauſa Temenghi. 1565.& anno 1589. 15. Iulij.motus æquitate,& quòd militet eadem ratio educationis, & quod vt filij ſic & nepotes ſunt in poteſtate aui.

7 Amplia tertiò, vt procedat hæc regula † etiam in legitimatis ſiue illi ſint legitimati per ſubſequēs matrimonium ſiue per Principis reſcriptum, quoniam vtroque caſu habentur pro verè, & propriè legitimis.c. tanta.qui filij ſint legitimi. Bar.in l.ſi is. qui pro emptore. quæſt. 3. in princip. D.de vſucapio. Dec. conſilio 399.numer. 5. & in terminis Ferdinan. Paez in dict.tract.de excuſat. parent.nume. 55.& 56.Ruin.conſi.124.libr.4.& ſecundum hanc opinionē iudicauit Senatus in cauſa cuiuſdam Pignenſis Comitatus Niceæ 1556.

Ampliatur quartò, vt procedat etiamſi filij po-
8 ſtea decedant, modo † tpe liberationis viuāt, quia ſufficit ſemel conditionem extitiſſe, quam ampliationem late firmat Iaſ. in l.ciendum.§. fin.nume. 3.& ſequen.D.qui ſatiſda.cogan. Roland. d.conſil. 52.numero 39.& 46.poſt Ioan.Andr. Bald.Fulgoſ. Imol. Dec.Anan.Bolognin. Ioan.de Platea. & Alberic. Rip.in dict. l. ex facto. numero 14.& 17.dicens communem, prout etiam de communi teſtatur,& eam ſequitur. D.Pancirol.conſilio ſecundo.numer.50.& ita ſæpius fuit iudicatum per Senatum.Imò ſi aliquis liberorum decederet in bello, & pro repub.& Principe ante libertatem,& immunitatem adeptam, adhuc faceret numerum pro liberatione, vt dicit Alberic in dict. rubr. de munerib.& honor.numero 83. Non tamen prodeſſent liberi in vtero adhuc exiſtentes. Roland. conſilio 52.numero ſexto.& ita nos obſeruamus licèt aliàs venter pro nato habeatur in ſui fauorem. l.qui in vtero. D.de ſtat.homin.

Ampliatur quinto, vt procedat ſupraſcripta re-
9 regula etiāſi † pater, vel eius filij ſint diuites, vt per Roland.dict. conſi. 52. Rip.in dict.l.ex facto. D.de vulg. quod tamen non habet locum ſi pater eſſet diues,& communitas cum qua contribuere teneretur eſſet exilis & pauper iuxta. gloſſ. in dict.§. demonſtratur.in verſic. ſexdecim.leges enim ſunt ita intelligendæ, ne rem ad iniquitatem, & duritiam reducant,& cum iſta ampliatione hoc modo temperata tranſibat Senatus. 1589. Menſe Iunij referente Dom. Senatore Ferrerio in cauſa Venauſij Vallis Secuſiæ.

Amplia ſextò, vt hæc Immunitas adeo priuile-
10 giata ſit, vt communitas illam † tollere nullo modo poſſit, vt tradit Bolognin. in addit. ad Anan.in dict.cōſilio vltim.& ita cenſuit Senatus, quamuis contradicere videatur Bal.dict. conſilio 312.libro tertio.& procedit etiam in oneribus requirentibus ſumptum, vt per Alex.conſi.123. colum.ſecunda. libro 5.

Limita primò, vt non procedat ſupradicta re-
11 gula, quando pater decedit † relictis illis duodecim liberis: nam tunc tali immunitate etiam patri iam quęſita liberi non gaudebunt, quia tale priuilegium eſt conceſſum parentibus tantum, propter educationem liberorum, & quamuis ſit conceſſum propter liberos, & non defecerit principalis conceſſionis cauſa, videretur dicendum nō ceſſare diſpoſitionē, prout videtur ſentire Guid.

Pap.

Pap. q.389.per multa iura,quæ ibi adducit,tamen
hanc limitationem tenuit Socin. in conſilio 84. in
prin.verſic. & vltra libro tertio. Feſtaſius in tracta.
de æſtimo,& collect.15.par.4.cap.3.num.74. Ægid.
Thomat.de collect.§.medici vero. numero 11.&
facit dictum Alberic.in l.cum ratio.§.fin.verſic. &
ſic eſt argumentum. D. de bon.damn. vbi voluit,
quòd filij tunc habeantur pro plurib. familijs, &
nõ vna, & ita cẽſuit Senatus in cã Bugellæ referẽ
te D. Cortina 1560.27.Ianuarij,etiamſi filij in ea-
dem domo remanerent indiuiſi, vt dicit Alb. in
d. l. cũ ratio. Illud enim priuilegium immunitatis
fuit merè perſonale, & ea ratione, vt pater educa-
tioni filiorum multorum,& magnæ familiæ vaca-
re ſolus poſſit,vt in dict.§. demonſtratur.& Rip.in
dict. l.ex facto.nume.13. de vulgar.& pupilla.Filij
autem multi poſſunt multis negotijs, & artibus ſe
immiſcere,& ſibi victum quærere.

Limitatur ſecundo ſupradicta reg.quòd nume
rus liberorum excuſet, vt non procedat ſi extent
12 † filij adoptiui, quia illi in numerum non profi-
ciunt eorũ liberorum,qui excuſare parẽtes ſolent,
vt Vlpianus ait in dict. l. ſecunda.§. adoptiui.D.de
vacat.muner.Roland.dict.conſilio 52.nu. 5. quod
& ad naturales tantum extendunt aliqui. Roland.
dict.conſilio 52.numer. 5.ad immunitatem enim
concedendam requiritur, quòd filij ſint in poteſta
te parentum dict. §. incolumes. naturales vero li-
beri in poteſtate parentum non ſunt.§.1. inſtit. de
patr.poteſta. §.ſi aduerſus. inſt.de nupt.

Limitatur tertiò ſecundum aliquos prædicta
regul. vt non procedat quo ad onera ordinaria,
13 † à quibus numerus non excuſat, vt per Alberic.
in rubr.de muner.numer.88.& in l.2.§.ſextumde-
cimum. D.de vacatio. mune. Roland.dict.conſil.
52.numer.15. Rebuff.in dict.l.ſiquis decurio. C.de
decurio. vel in oneribus priuatis, vt per Alex. con-
ſilio 123.libro 5. quidem voluit, ſi ſit onus debi-
tum ex natura contractus.Sed ego multum dubi-
to de iſta limitatione propter generalitatem iu-
rium in dict.l. ſi quis decurio. & in dict. §. demon-
ſtratur.& propterea dicit Roland. dicto conſil. 52.
numer.15.contrarium ſeruari, imò ſi eſſet conſti-
tuenda differentia, magis dicendum eſſet ab ordi-
narijs, quàm ab extraordinarijs parentem excu-
ſari,& contra hanc limitationem vidi ſemper iu-
dicatum, & obſeruatum.

Limitatur quartò in pedagijs & gabellis:ab iſtis
14 enim non videretur immunem † eſſe duodecim
liberorum parentem, & ita obſeruat Camera Du
calis in hac noſtra patria. Solet enim quando præ
ſentantur tales literæ immunitatis illas admittere,
exceptis tamen dacitis, & gabellis ad Principem
ſpectantibus, quæ tamen obſeruantia mihi nun-
quam placuit,cùm reducere poſſit ipſam immu-
nitatem fruſtratoriã,cùm multi ſint,qui prędia nõ
poſſident, quo caſu nullam immunitatem conſe-
querentur, niſi diceremus eos ab huiuſmodi da-
citis, & gabellis immunes eſſe,quod exemplificari
poteſt in hac ciuitate in perſonis hoſpitum,qui ſa-
tis egregias ſoluunt pro vino empto gabellas, &
contra hanc limitationem tenet Ruin. conſil.127.
numero 10 in fin. libro quarto.

Fallit quinto iſta regula iuxta aliquorum ſenten
tiam,vt non procedat in oneribus bellicis, & quæ
15 cauſa belli † imponuntur, pro qua limitatione
multa adduci poſſunt. Primò, quia talis immuni-
tas eſt odioſa & reſtringenda,ad not.in l.prima.D.
de iure immunita.Alexand.conſilio 123. circa pri-
mum.colum.ſecunda.libro quinto. Anchara.con-
ſilio 266.in quæſtione,quæ vertitur.colum.prima.
ſubdens eam lædere ius tertij. Secundò,quia cau-
ſa belli omnes immunitates ceſſant.Doct. in l.ſi ex
toto,D.de lega.primo Hinque nec etiam domum
auguſtam ab huiuſmodi oneribus liberari. l. 1. C.
vt nemini. liceat in empt. ſpecier.ſe excuſ. Et ipſa
Eccleſia ab huiuſmodi oneribus non excuſatur. l.
nullus.C.de curſu publi.capit.ſecundo.de immun.
eccleſiar. & dixi ſupra deciſio. 234.Eccleſia. in fin.
poſt Ozaſc. deciſio.68. per totam.Franciſc. de ec-
cleſ.inter conſilia feudalia variorum conſilio 5.nu-
mero ſexto. Et hanc limitationem tenuit Dyn. in
dicta l. ſi ex toto. quem ſequuntur Bald. Cuman.
Alberic.Florian.Salic.Alexan.& Iaſ.in l.cum Aqui
liana. D.de tranſactio. & ſubdit Iaſ. colum. tertia.
ibi hanc eſſe magis communem opinionem, &
quòd ita iudicaret, quia habet magnam æquita-
tem, & ita etiam tenent Paul. de Caſtro, Roman.
Pariſ.Parpalea,Ruin.Felyn.& Natta, quos citat la-
tiſſimè Rolandus dicto conſilio 52.numero 20. &
21.& ita ſentit Guido Pap.quęſtio.401.ſed quid de
homine. & pro illa faciunt multa iura,& rationes,
quas adfert Ægid. de collect.§. pauperes. numero
34. quæ ibi videri poterunt. Quibus motus hanc
ſententiam ego in facti contingentia defendebam
in fauorem communitatis Aſt.anno 1553. Menſe
Octobris.

Sed iſta limitatio non eſt ſine controuerſia, &
contrarium conſuluit apertiſſimè Natta in dicto
conſilio 539.in fin libro tertio.Roland.dict.52.nu-
mero 20 & conſilio 66.numer.35.libro primo. Et
pro hac parte vidi conſultum Vercellis per do-
ctiſſ.& famoſiſſ. Iuriſconſult. Dom. Auguſtinum
Molignatum poſtea Epiſcopum Petræ Honorij,
& ſcriptum inter illius quiſquilias. c. 21. tum quia
liberorum educatio fauorem publicum reſpiciat,
tum etiam, quia talis immunitas eſt à iure con-
ceſſa, vnde latam habere debet interpretationem.
gloſſ.4.in l.hæres.D.de iudic.Ego tamen non rece-
derem à priori opinione,pro qua conſului,vt dixi
ſupra, & cum illa opinione, quòd in tali caſu nu-
merus liberorum non excuſet,iudicauit Senatus.

Limitatur præterea, vt non procedat in ſubſi-
16 dijs, & donatiuis, quæ † fiunt Principi, & in taxu
ordinario, qui ſoluitur quotannis, in quo omnes
concurrunt nemine excepto. Ex pacto conuento
inter Principem, & ſubditos huius patriæ, potuit
enim hoc Princeps facere,cùm talis immunitas ſit
ex iure poſitiuo.Et pręſertim in onere taxus, quòd
ſucceſſit loco ſalis,in quo quanto maior eſt perſo-
narum numerus, eo plus ſoluere paterfamilias te-
neretur. Et ita de conſuetudine patriæ Delfinatus
ſeruari dicit Guid. Pap. q. 401 incip. ſed quid de
homine habente duodecim liberos.

Vaſſalli an poſſint conſtituere officialem, qui ſit de loco, & an poſſint ipſi in caſtro ius dicere, etiam vbi ſunt plures conſortes.

DECISIO CLXVIII.

1 *Officialis, ſeu ius dicens non debet eſſe de loco, vbi iudex deputatur, limita ſi ſit conſuetudo in contrarium, numero 2.*

3 *Vaſſallus inueſtitus de iuriſdictione poteſt ipſe illam in ſuo caſtro exercere, & quid ſi habeat conſortes. numero 4.*

VASSALLI huius patriæ in ſuis caſtris, & villis deputant caſtellanum, qui de iure † commu-
1 ni non debet eſſe de loco. l.ſi eadem. D. de offic. aſſeſſ. Paris de Put. de ſindicat. §. ſtatutum ciuitatis. nume. quarto. & hoc etiam decreto antiquo cauetur. capitu. quia pluribus. in rubrica de caſtellan. verſicu. præterea. vbi latè hoc examinat Domi. Anton. Sola in ſuis elegantiſſimis commentarijs.

Hoc tamen non procedit primo in caſu, vbi
2 eſſet conſuetudo † in contrarium, vt eſt in ciuitate iſta Taurini, ac etiã in alijs multis caſtris paruis, vbi caſtellani, & officiarij forenſes vix poſſent ex emolumentis officij victum parare, tunc enim talis conſuetudo eſſet obſeruanda, vt per Bertrand. in conſilio primo. verſicu. ad ſeptimum. numero nono. libro tertio. Sola in dicto decreto, gloſſ. ſecunda. numero primo. in fin. Secundò, ſi ipſe vaſſallus vellet per ſe cauſas cognoſcere, neque aliquem alium caſtellanum, vel iuſdicentem depu-
3 tare: nam vaſſallus † inueſtitus cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione videtur inueſtitus, vt ipſe iudicet. l. cui iuriſdictio. D. de iuriſdictio. omnium iudicum. & ita per multa, quæ ibi allegat, tenet Domi. Sola in dicto verſicu. præterea. numero tertio. Afflict. in conſtitutio. reg. rubr. 71. numero primo. libro primo. & poterit talis vaſſallus perpetuò tale officium exercere cùm ſit officialis, prout poſſet, & deberet ipſe Princeps, ſi iuſtitiæ miniſtrandæ vacare poſſet, ſed cùm hoc non ſit poſſibile, vtuntur Principes omnes conſilio, quod dedit Ihetro genero ſuo Moyſi, & diligunt viros, qui huic miniſterio ſufficiunt bonos ſcilicet, & ſapiẽtes timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, vt habetur Exod. 18. capit. & quòd Dominus poſſit iudicare etiamſi agatur de ſuo intereſſe, ſeu emolumento videtur tex. ad literam in authen. de quæſtore. circa medium ibi, aut agricolarum Domini.

Sed quæſitum fuit, ſi talis vaſſallus non eſt dominus inſolidum, ſed ſunt alij conſortes, vt plerum-
4 que euenit in hac patria, & hoc caſu † videtur dicendum, quod non poſſit talis condominus conſtitui ab alijs caſtellanus per ea, quæ adducit idem Domi. Sola in dicto. §. præterea. numero quarto. quia eo caſu videatur militare ratio decreti, cùm videlicet in loco ſui patrimonij iuſdicat. Sed in contrarium facit, quòd hic licèt habeat conſortes, tamen ipſe etiam eſt inueſtitus de iuriſdictione, quod ceſſat in eo, qui eſt ſubditus, & municeps eiuſdem oppidi, quod non eſt vaſſallus, licèt habeat conſortes, & cùm iam ex perſona ſit capax illius officij, nihil prohibet, quin idem ſit ex perſona aliorum conſortium prout dicitur de duobus tutoribus, quod quilibet poteſt tutelam exercere inſolidum, & ita iudicatum fuit per Senatum 28. Februarij. 1586. referente Illuſtr. Domi. Ennia- rum in cauſa Bagnolij, & productum arreſtum latum inter eaſdem partes anno 1543.

Nec etiam obſtat authoritas ſtrecie per Dominum Solam adducta, quia verum eſt, quod Dominus, qui iudicauit in prima inſtantia non poterit iudicare in cauſa appellationis, ſed hic nos loquimur de prima cognitione, a qua vaſſallus non remouetur, ſed ſi ab eo appelletur, ad ſuperiorem recurritur, vel ſi ipſe habeat duas cognitiones, vt habent comites huius patriæ, dabit iudicem appellationum, qui de prima ſententia cognoſcat.

Maſculinum quando fœmininum concipiat in ſtatutis, ita vt filiorum appellatione veniant filiæ. Et quid ſi ſtatutum dicat, quòd verba illius ad literam intelligantur.

DECISIO CCLXIX.

1 *Statutum auferens liberam teſtandi facultatem an valeat.*
2 *Coniecturis in dubio colligitur mens ſtatuentium.*
3 *Dictio ſi verò, eſt aduerſatiua.*
4 *Filiorum appellatione filiæ continentur, & nu. 10. & 11.*
5 *Statuta non ſunt ad literam intelligenda, quando reſultat abſurdus intellectus.*
6 *Maſculinum concipit fœmininum non obſtante ſtatuto dicente, quod verba ſint ad literam intelligenda.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu non habet locum in ſtatutis, vbi induceretur correctio iuris communis.*
8 *Statutum intelligitur ſecundum communem vſum loquendi.*
9 *Statuti verba ſunt ſtrictè interpretanda.*
12 *Statutum ſi dicat, quòd verba ad literam intelligantur, non procedit in propria verborum ſignificatione.*
13 *Statutum Foſſani quo diſponitur, quòd mater non poſſit teſtari niſi in fauorem filiorum, an ſit fauorabile, vel odioſum.*
14 *Maſculinum comprehendit fœmininum in materia fauorabili.*

Foſſanum

FOSSANVM Ciuitas Pedemontium, pro qua conſulit Cumanus conſil. 151. incip. in cauſa vertente. quod conſiliū reperitur etiam nunc ſcriptum manu propria ipſius Fulgoſ. in archiuio eiuſdem ciuitatis, ex qua familiæ & agnationis noſtræ nobilis, & antiquiſſima origo eſt, & de qua idem dicere mihi licebit, quod Vlpiano in l. 1. D. de cenſib. de Ciria Fenice eius patria nobilis regionibus, ſeric ſeculorum antiquiſſima, armipotens, omniumque feraciſſima, fęderisque quod cum Sereniſſimis Principibus Pedemontiſi, & Sabaudiæ Ducibus percuſſit tenaciſſima. Hanc enim Diuus Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, & Dominus noſter, ob egregiam in eum, præcedentesque Sabaudiæ Duces, inſignem fidē, Ciuitatis nōe decorandam cenſuit, & ob illius egregia bellorum tempore obſequia, inſignia Sabaudiæ, Crucis ſcilicet argenteæ in rubeo cāpo ipſius Ciuitatis inſignijs inſeri perpetuo ſuo diplomate conceſsit, & de qua dicere cum Poeta poſſum vnico carmine illius laudes complectens.

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.

In hac (inquam) Ciuitate extat famigeratū ſtatutum inter cætera, in quo ſub rubrica de teſtando, legando, & ſuccedendo ita diſponitur. *Item ſtatuerunt, quòd quæcunque perſona de Foſſano, & poſse, poſſit bona ſua mobilia, & immobilia diſtribuere, legare, & alienare cui voluerit, & ſi deceſſerit ſine ordinamento, propinqui qui de iure peruenire debent ad eius ſucceſſionem, ei ſuccedant, & ſi non habuerit propinquos, commune ei ſuccedat, & ſaluo, quòd mulier habens maritum, & non filios ex eo marito non poſſit facere, ſiue fecerit ordinamentum, ſiue non quin maritus habeat medietatem dotis liberam, & quietam, & expeditam ſine aliquo onere funeralis, & propinqui mulieris habeant aliam medietatem, & commune ſi ei ſucceſſerit deficiētibus propinquis faciat ipſam aptari, & prædicta omnia, & ſingula valeant, & teneant, ſaluis pactis, & conuentionibus factis, & habitis inter conſtituentes dotes, & recipientes in inſtrumentis dotalibus contentis. Et aliqua mulier maritata à patre, vel à matre, vel auo, vel fratribus, vel fratre, quæ dotem ſuam habuerit, non poſſit peruenire ad ſucceſſionem paternam, nec maternam, nec ſorotinam, nec auitam filio, vel filijs maſculis exiſtentibus niſi in eo, quod ei fuerit datum, ſeu legatum, & mulier habens filium, vel filios non poſſit facere, nec modo aliquo ordinare cum teſtamento, vel codicillo, quin eius filij ei ſuccedant in totum: poſſit nihilominus qualibet mulier in teſtamento legare decimā partem dotium ſuarum, & omnium bonorum ſuorum pro anima ſua cui voluerit, ſi verò ipſa deceſſerit inteſtato, filia, vel filiæ, maritata, vel maritatæ vt ſupra non propterea ei ſuccedant, niſi in legitima iure natura ſibi debita, ſed ei ſuccedant filij maſculi, & filiæ non maritatæ, ac filius, ſeu filia non maritata in reſiduo omnium bonorum ſuorum, tam dotalium, quàm parapher nalium, &c. & Vicarius teneatur obſeruare, & obſeruari facere vinculo ſui iuramenti præſens capitulum præciſè, & inconcuſſè, & iurare capitulatores, quòd ipſum capitulum in aliquo non minuent, nec ei derrogabunt.* De quo ſtatuto mētionem facit. D. Aymo Crauetta Pedemōtanæ noſtræ regionis lumen conſilio 307. & conſilio 588. & ſequen. libro 4. & Rub. conſi. 49.

Huius ſtatuti præſuppoſita validitate de qua du
1 bitari poſſet, cùm ex eo † auferri uideatur matri libera teſtandi facultas, ad not. per Doctor. in l. ſtipulatio, hoc modo concepta. 61. D. de verborum obligatio. & in l. fin. C. de pact. licèt ſtatuti diſpoſitionem in hoc caſu per multa iura, & rōnes ab eis relatas confirment Zabarell. conſilio 144. Anchar. inter conſilia Calder. titul. de conſtitut. conſilio ſecundo. Abb. conſilio 63. libro primo. Crot. conſilio 206. colum. 3. & ideo hoc ſtatutum dicatur fauorabile ab Anchar. in conſilio 112. & Bald. 226. lib. 5. prout etiam ſimilis ſtatuti diſpoſitionem admiſit Senatus in ſtatuto Vercellen. prohibente mulierem teſtari de lucro dotis, quod marito defertur, vt dixi ſupra deciſio. 35. in fin.

Diſputatum fuit in quadam facti ſpecie, in qua mater habens ſolam filiam quam inſtituerat hæredem factis legatis aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 325. cum ipſa non haberet in bonis niſi valorem aureorum 525. nolente filia ſtare huic teſtamento, ſed petere omnia bona ſuæ matris iuxta diſpoſitionem ſtatuti prædicti relicta decima legata ſcutorum viginti quinque, nunquid ad filias fœminas extenderetur, ita vt nec etiam in odium illarum, ſicut filiorum ſubſiſteret paternum, vel maternum teſtamentum. Quæſtio hęc reperta fuit in Senatu noſtro diſputabilis, & dubia, & propterea tam ob illius difficultatem, quàm vt patriam meā amantiſſimam innominatam in iſtis meis laboribus non relinquerem ſine aliqua ingratitudinis nota, volui illam examinare, vt noſtris ciuibus ex huius quæſtionis reſolutione in poſterum ſuper illius ſtatutis interpretatione altercandi cauſam auferramus.

Et quòd ſtatuti verba ſint in vtraque ſignificatione accipienda tam de filijs maſculis, quàm de fœminis, id videtur ex ipſius ſtatuti coniecturata mente elici, ad quam ſemper in iſtis controuerſijs
2 eſt recurrendum, † vt dicit Lanfranch. de ſtatu. interpreta. colum. 1. in tertio præmiſſo. Menoch. conſilio 325. numero 25. libro quarto. Ioſeph. Maſcard. de probatio. libro ſecundo. concluſ. 1047. numer. 2. vbi hanc eſſe communem, & receptam opinionem ex Doctoribus inibi citatis reperitur. Et primò, quia vbi ſtatutum voluit, quòd maſculi ſolum vocati intelligerentur, id ſemper expreſsit, prout videre eſt in multis capitibus ipſius voluminis ſtatutorum, & in iſto met ſtatuto, ibi *filio, vel filijs maſculis exiſtentibus*, ſub verſicu. *& aliqua mulier.* ſed in hoc capite non expreſsit ſtatutum de ſolis filijs, ergo filiorum appellatione, tam maſculi, quàm fęminæ comprehenſi intelliguntur. argum. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. glo. fin. in l. tale pactum. D. de pact. quo argumenti genere in ſimili caſu, quando teſtator in vna parte teſtamenti mentionem fecit de maſculis, & in alia de filijs nō expreſſa qualitate maſculinitatis, vtitur Bolognin. inter. conſi. Alex. conſi. 53. nu. 17. lib. 4.

Secundò

Decisio CCLXIX.

Secũdò id vř clarè perſpici poſſe ex ipſius ſtatu-
ti verbis, ibi *ſi verò mulier deceſſerit inteſtata, filia vel
filiæ, maritata, vel maritatæ*, vbi de fœminis expreſſa
mentio fit, & ſubſequentia verba ſtatuti indicant,
& declarant mentem ſtatuentium in præcedenti-
bus, ex glo. fin. & ibi Bart. in l. quiſquis. D. de legat. 3.
3 & præſertim ſtante illa dictione, *ſi verò*, quæ † eſt
aduerſatiua, & coniungit ſubſequentia cum præ-
cedentibus. Barto. in l. in repetendis. in fin. D. de le-
gat. 3. vti de dictione *ſed ſi*, cõcludunt omnes poſt
Bald. in l. omnes populi. numero 22. de iuſt. & iur.
ita Dec. conſilio 386. nume. 7. Iaſ. in l. legato gene-
raliter. numero nono. de legat. 1. Natt. conſi. 570.
numero octauo. libro tertio. Simon de Prę t. de in-
terpret. vlti. volunt. libro ſecundo. interpret. quarta.
dub. 2. ſolu. 2. numero 140. Brun. de ſtatu articul. 7.
quæſt. 4. numero ſecundo. & tertio. qui loquuntur
etiam in caſu ſtatuti fœminam dotatam exclu-
dentis.

Tertiò ponderari poteſt pro hac intelligentia
ſtatuti verbum propterea, ibi *non propterea et ſuccedit*,
quod verbum cauſam denotat, & præſupponit, ad
quam referatur, vt de verbo propter ſcribunt Bald.
& Bart. in l. vni. in fin. C. ſi ſer. exter. Bart. in l. non du-
bium. num. 23. C. de legib. latè Dec. conſilio 70. nu-
mero 5. libro tertio. cauſa autem eſt in præcedenti
ſtatuti diſpoſitione, quaſi dicat ſtatutum, quod li-
cet mater nõ poſsit ex ſuo teſtamento facere quin
filij ſiue fœminæ, ſiue maſculi ſuccedãt in totum,
non propterea filia dotata ſuccedit niſi in legiti-
ma, & dotata cũ maſculis admittitur in reſiduo.

Quartò pro hac parte adduco ego in terminis
conſilium Bald. 226. lib. quinto. incipien. præmiſſis
verbis. columna vltima. vbi loquens in caſu ſimi-
li, quando ſtatutum prohibet ne mulier habens
filios, vel filios ex filio poſſit teſtari extra perſonas
filiorum, ſub filiorum appellatione filiæ etiam
comprehenduntur ponens rationem ſatis conclu
dentem, quod cùm tale ſtatutum ſit factum fauo
re filiorum, quo caſu eſt fauorabile, maſculinum
concipit fœmininum, quod conſilium eſt in ter-
minis noſtris valde notab. & ſingulare, & idem
conſuluit in eiſdem terminis Aucharan. conſilio
112. & in hoc ſtatuto Foſſani Crauet. conſilio 307.
Et de ſtatuto excludente maritum propter filios,
quod etiam procedat in filia tenuit Rolan. à Valle
de lucro dot. quæſtio. 55. & ſtatutum excludens
matrem à ſucceſſione filij ſtante maſculo exclu-
dit à ſucceſſione filiæ. Ruin. conſilio 39. in fin. libro
quinto. idem in ſucceſſione patrui tenet Gabriel.
conſi. 14. cum ſeq. nu. 23.

4 Quintò facit, quia ſub nomine † filij regulariter
nedum maſculi, ſed fœminæ continentur. Iuxta
interpretatione. l. filij. iuncta gloſſ. fin. D. de verbor.
ſignificatio. l. qui duos. de legat. tertio. §. cęterum.
inſtitu. de legit. agna. ſucceſſ. Dec. conſilio 414. nu-
mero vndecimo. libro tertio. facit l. inter ſtuprum.
§ fina. D. de verborum ſignificatio. & l. tertia. D. de
penu. legat. ſicuti hominis appellatio fœminam
etiam continet. l. hominis appellatione. D. de ver-
borum ſignifi.

Quòd ampliatur multò magis ſi filiorum no-
men bis repetitum ſit in ſingulari, & plurali nu-
mero, vt eſt pulcher tex. in l. Herennius. aliàs incipit
Seruius. D. de verborum ſignificat. cum quo text.
videtur ſe conformaſſe ſtatutum noſtrum in illis
verbis, *filium, vel filios*, quæ geminatio debet
aliquid operari, argumen. l. Baliſta. D. ad Trebellia.
latè Corſer. in ſuo tractatu de geminat. Et ſtatuta
ſunt generaliter de vtroque ſexu intelligenda, vt
ſuper omnibus perſonis vniuerſaliter diſponant,
prout facit lex. l. prima. D. de legibus. l. tertia. C. eo-
dem. capit. cum omnes. de conſtitutionibus. Et
quamuis dici poſſit, quòd verba ſtatutorum ſunt
ſtrictè interpretanda, ita vt intelligãtur, prout li-
tera ſonat, non autem extenſiuè, vel interpreta-
tiuè, ſtante præſertim alio ſtatuto eiuſdem ciuita-
tis, de quo meminit Crauet. in dicto conſilio 588.
numero vndecimo. quòd ſtatuta omnia vti ſcri-
pta ſunt, ita ad literam ſunt intelligenda nulla ad-
hibita interpretatione, vt dicit Iaſ. in l. qui filiabus.
numero 18. de legat. ſecundo. Corne conſilio 335.
colum. ſecunda. libro primo. Alexan. conſilio 45.
colum. prima. libro ſecundo. tamen illud videtur
5 communiter limitari, vt non † procedat, quando
ex illa literali intelligentia abſurdus, ac prauus in-
tellectus ſuboritur, vt per Menoch conſilio 325.
numero 19. Decian. conſilio 21. numero 51. &
ſequent. libro primo. Nat. conſilio 52. Simon de
Præt. de interpretatio. vltim. volunta. libro primo.
interpretatio. prima. dubio primo. ſolutio. quarta.
numero ſeptimo. & ſequen & numer. vndecimo.
Crauet. conſilio 641. numero 12. & ſequent. per
totum. & conſilio 683. numero decimo. & ſequ.
libro quarto. & aliter ad tale ſtatutum reſponderi
poteſt, vt per Aretin. in titulo de iuſtitia, & iure.
Dec. conſilio 475. numero 37. Abſurditas autem
hic videtur, quia excluderentur filiæ, & admitte-
rentur extranei inſpectis verbis ſtatuti dantis facul-
tatem vltra decimam diſponendi ſi filiæ extent, &
maſculi non. Certè hoc eſſet quodammodo ini-
quum, & inhumanum, neque talem fuiſſe ſta-
tuentium mentem dicere debemus.

Et ſicuti in caſu inteſtati ſtatutum diſponit tam
de maſculis quàm de fœminis, non eſt veriſimile,
quod in caſu teſtati id voluerit pręter mittere, imò
magis coniecturandum eſt in hoc caſu eodem
modo diſpoſuiſſe, quia tunc nullus eſt, qui vo-
luntatem ſuam declaret, & interpretatio facien-
da eſt iuxta ius commune, de quo in l. maximum
vitium. C. de liber. præter. Item ſequeretur aliud
abſurdiſſimum, quòd plus poſſet conſequi filia
ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Item, quòd ſi
eueniret caſus, quòd filia ſola extet patri, vel ma-
tri illa per extraneum inſtituendum excludatur
contra legem naturæ, & contra omnia iura mun-
di, & quod non obſtante tali ſtatuto, quod vult ad
6 literam eſſe faciendam interpretationem, † maſcu
linum concipiat fœmininum tenent. Socin. iun.
conſilio primo. numero 102. & conſilio 23. nu-
mero fin. volumi. primo. Iaſ. in l. quod filiabus.
numero 18. de legat. primo. Pariſ. conſilio 49. nu-
mero 90 & conſilio 69. libro tertio. Alciat. conſi-
lio 78. Dec. conſilio 475. & hanc opinionem ve-
riorem

riorem eſſe,& magis communem teſtatur Hiero.
Gabriel. conſilio decimoquarto. numero 23. &
Anto.Gabriel.titu. de verborum ſignificatio. libro
ſexto. concluſio.ſexta.numero 131.Alexand.con-
ſilio 50.colum.penultima. & conſilio 80. numero
9. libro primo. Barbat.conſilio 91.colum.16.libro
tertio. Et iſtę abſurditates in ſtatutis ſunt omnino
euitandæ.l.nam abſurdum. de bon.libertor. Barto.
in l.omnes populi. D. de iuſtitia, & iure. colum.9.
& in l.non dubium. C. de legib. Riminald. ſenior
conſilio 423. numero 17. conſilio 40.numero 40.
libro primo. imò potius verba ſtatuti improprian
tur, vt abſurditas euitetur. Alexand. conſilio 52.
viſo themate. colum.ſecunda.libro primo. Et prę
ſertim, quia aliàs ſequeretur interpretatio contra
ius commune in dicta l.maximum vitium.contra
regulam communem, & receptam, quòd ſtatu-
ta debent interpretari, vt minus lędant ius com-
mune quàm ſit poſſibile. l. ſi ſerui veſtri. C. de no-
xal. Riminald. ſen. conſilio 319. numero 18. libro
ſecundo.& 217. numero ſeptimo.eodem libro. &
conſilio 20. numero vndecimo. libro primo. Et
7 propterea dicitur, quòd argumentum † à con-
trario ſenſu non habet locum in ſtatutis, vbi indu
ceretur correctio iuris communis. Barto. in l.om-
nes populi. in ſexta quæſtione principali. D. de iu-
ſtitia,& iure. Dec.in l.prima. numero 53. D. de of-
ficio. eius, cui manda. eſt iuriſdict. Afflict.deciſio.
314. numero tertio. Riminald. ſenior conſilio
261. numero decimo.& conſilio 423. numero 14.
Et hoc eſt admittendum in caſu noſtro,ſi conſide
remus rationem ſtatuti,quæ eſt vt bona matris in-
ter liberos conſeruarentur, ne mulieres propter
fragilitatem ſexus in extraneos diſponant,cum il-
læ ſępius laborent contra propria commoda.Bur-
ſat. conſilio 37. column. ſecunda. libro ſecundo.
quæ ratio cùm proculdubio militet tam in filia
quàm in filio, ideo ex identitate rationis dabitur
extenſio. Curt. iun. conſilio 340. Rip. in l. ſi con-
ſtante. numero 79. D. ſoluto matrimonio. Facit,
8 quia ſtatutum † debet intelligi ſecundum pro-
priam ſignificationem verbi, & ſecundum com-
munem ſenſum loquendi. Riminald.ſenior. con-
ſilio 339. numero decimo. & 32. libro ſecundo.
latè Felin. in prima gloſſ.decretal.colum.15. Iaſon
in l.vltima.numero 22.D.de ſucceſſio.edict.Corn.
conſilio 276. libro quarto. Sed clarum eſt, quòd
ex communi vſu loquendi verbum filij, tam lati-
no quàm vulgari ſermone prolatum vtrunque
ſexum comprehendit, cùm ſit nomen appellati-
uum improprium, & hoc eſt plus quàm noto-
rium per experientiam. Præterea,vt dicit Rebuf.
in l.prima. pagina 12. verſicu.nec refragatur. D.de
verborum ſignificatio. extenſio non poterit fieri
in ſtatuto ab eo, qui non habet poteſtatem, ve-
rùm cùm lex extendat, erit ad legis extenſionem
ſtatutum accommodandum.l. ſi vero. §. de viro.
D.ſoluto matrimo. & ſi a ſimili iudicandum eſt
in fideicommiſſis hoc eſt certum ex magis com-
muni Doctorum opinione, de qua dixi ſupra de-
ciſione 188. Conditio. cum qua indubitatè tranſi-
bat Senatus, quod filiorum appellatione veniant
filiæ, etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſi-
uo. Burſat. conſilio 157. numero 45. & 46. libro
ſecundo.

In contrarium verò, quòd ſtatutum intelliga-
tur tantùm de filijs maſculis, ita vt filia non ſit
in illius diſpoſitione comprehenſa, & propterea
non exiſtente filio maſculo poſſit mater ad li-
bitum eo caſu diſponere, facit primum, quòd
9 ſtatuti verba ſunt ſtrictè interpretanda, & ad lite-
ram, vt dicit aliud ſtatutum. Dominus Ozaſc.
deciſio.21. numero decimoquarto. Menoch.caſu
321. numero ſecundo. Corn.conſilio 14. numero
octauo. libro ſecundo. Et ideo non poſſumus
ipſius verba extendere ad filias, cùm de filijs loqua
tur, niſi per viam quandam extenſionis, cùm di-
cant aliqui maſculinum fœmininum concipere
non ex propria, ſed ex impropria verbi natura.
Iaſ.in l.qui filiabus. numero decimooctauo. D. de
legat. ſecundo. pro quo faciunt iura, quæ allegat
Rebuff.in l.prima.verſicu.gloſſa iſta. pagina 20. D.
de verborum ſignificatio. Alciat. de verborum ſi-
gnificatio.libro primo. numero 25. Alexand.con-
ſilio 61. numero primo.libro primo. Soci.conſilio
73. numero tertio. libro quarto. Purpurat. conſi-
lio 210. numero ſecundo. libro primo. & conſilio
427. numero ſecundo.libro ſecundo. Burſat.con-
ſilio primo. numero 36. & conſilio 75. numero
19. libro primo. Nat. conſilio 291. numero tertio.
& in indiuiduo, quando ſtatutum dicit, quòd
verba ad literam capiantur, quod maſculinum
non concipiat fœmininum, voluit Menoch. de
adipiſcend. poſſeſſ. remed. quarto. numero 223.
Curt.iun. conſilio 177. numero quarto. Alciat. in
dicta l. prima. in fin. D. de verborum ſignificatio.
Alexand.conſilio 45. numero tertio.libro ſeptimo.
ſtatutum etenim realiter non fictæ eſt intelligen-
dum.l.aut prætor.§.hæc verba.il ſecundo. D.de ne-
got.geſt.

Secundò facit, quòd dicit Alberic. in l. libero-
rum.D.de verborum ſignifi.vbi voluit, quòd filij
10 appellatione † non veniat filia,quandoquidem di-
ſpoſitio includens vnum ſexum eſt alterius exclu-
ſiua, quando ſumus in nomine appellatiuo filius,
non communi per. l. Iulianus. §. quæſitum. D.
de legat. tertio nam qualitas maſculinitatis filia-
bus non conuenit. Bartol.in l. cum auus.D.de con-
ditio.& demonſtratio.Bal.conſilio 460.libro quin-
to.& conſilio 186.libro primo. Corn. conſilio 14.
libro ſecundo.latè Curt.iun.conſilio primo.& con
ſilio 23.libro 2..Idque magis procedit, quando in
ſtatuto facta eſt vtriuſque ſeparata mentio, vt hic,
Menoch.conſilio 110.num.24.Et conſilio 111. nu-
mero 3. 49.& 50.libr.ſecundo.& hoc videtur rece-
ptum, quòd in ſtatutis maſculinum non concipit
fœmininum, cum de propria verbi ſignificatione
filiorum nomine non veniant filiæ.l.pronunriatio.
D. de verborum ſignifica. Menoch. conſilio 150.
numero 50.Cephal.conſilio 525.numero 34.libro
quarto.Curt.iun.conſilio 311. numero 25. libro ſe-
cundo. Thob. Non. conſilio 32. numero 20. præ-
ſertim ſi ſit diuerſa ratio, vt dicit Riminald. iun.
conſilio 176.numero 49. libro primo. quæ hic po-

teſt

teſt conſiderari, cùm non ſit eadem ratio conſeruandæ familiæ, & agnationis in fœminis, quæ in maſculis conſideratur. Curt.ſen. conſilio 121. numero quinto. Rebuff. in dict. l prima. pag. 15. verſi. tertio non procedit, & cùm verbum poſſit habere duplicem interpretationem, vnam propriam aliã magis propriam, attenditur magis propria. c. Rodulphus. de reſcript. Matheſilan. notab. 54. Roland. in ſtatuto conſilio 55. num. 20. libro primo. & facit dictum Caſtr. quem ibi Roland. allegat in conſilio 138. lib. 1. Iaſ. conſi. 24. col. 5. lib. 1.

Tertiò, quia hic non ſumus in ſtatuto exorbitanti, quod recipiat interpretationem contra ius commune, ſed ſumus in ſtatuto, quod conſeruat ius commune, remittendo in hoc caſu liberam teſtandi facultatem matri, quam de iure gentium habet confirmatam à iure ciuili, quam ſtante diſpoſitione ſtatuti ſublatam, & reſtrictã habebat. Ideo facienda illa interpretatio, quæ pro libertate facit, & odioſam diſpoſitionem tollit, vt omnes Doctores in ſtatutorum interpretatione vno ore admittunt. latè D. Ozaſc. deciſio. 59. numero 12. & in propoſito ſcribit Roland. conſilio 72. in vltim. dubio libro primo. & facienda interpretatio, quæ non inducat correctionem, ita vt ſit vnica correctio, & non duæ. Roland. conſilio 55. numero 15. Ozaſc. dict. deciſio. 59. numero 13. & cùm ſtatutum aliàs eſſet exorbitans tollens liberam teſtandi facultatem, non eſt in ea parte facienda extenſio, ſed magis reſtringendum ad not. in l. quicquid adſtringende. D. de verborum obligatio. Capr. conſilio 62. numero 10. Crau. conſi. 421. nu. 2.

Quartò in terminis iſtius ſtatuti videtur clarum, & apertum conſilium Domi. Crauet. d. conſil. 588. & conſilio ſequen. vbi expreſsè voluit, quod iſtud ſtatutum Foſſani intelligatur, prout iacet, ita vt fœminum à maſculino non comprehendatur, & filiorum appellatione non veniat filia. ita vt mater poſſit vltra legitimam iure naturæ debitam in quẽcunque voluerit de ſuis bonis liberè teſtari, & diſponere nulla habita ratione prohibitionis ſtatutariæ. Quod magis ſuadetur, quia huiuſmodi ſtatutã regulariter fiunt fauore agnationis conſeruandæ, ita vt liberi maſculi maternam cum paterna ſubſtantia coniungant, & ditiores fiant, ad maiorem familiæ ſplendorem, & domus perpetuationem, & ne mater poſſet relinquere extraneo in damnũ ciuium, & reipub. cui expedit ciues habere locupletes, quæ ratio proculdubio ceſſat in mulieribus, quæ poſſunt nubere extraneo. & Rempub. iſto bonorum augumento priuare, ideo non mirum ſi in hoc caſu deberet res reduci ad iuris communis diſpoſitionem, & interpretatio in ſtatuto agnationem conſiderante fit in fauorem maſculorum, & non fœminarum, vt dixi aliàs deciſ. 37. numero 6. & ideo ad caſum hunc tanquam mentis ſtatuendum proprium reſtringi debet. Crauet. conſil. 656. numero quarto. Menoch. conſilio 95. numero 62. libro primo.

Denique cùm ſimus in teſtamento iam condito, ſanius eſt interpretari pro validitate actus, quàm pro nullitate, vt actus magis valeat, quàm pereat.

Nec obſtare poſſunt ea, quæ in contrarium deducta fuerunt: nam ad primum, quod adducitur de præſumpta mente ſtatuentium, dici poteſt quòd imò mens ſtatuẽtium ea eſt, vt filiorum appellatione non veniant filiæ, quia ſi ſtatutum voluiſſet filias comprehendere in hac diſpoſitione, id vtique expreſſiſſet, prout in alijs capitibus, imò in hoc eodemmet ſtatuto vbique, & ſic retorquetur argumentum, imò cùm ſit caſus omiſſus à ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris communis ex reg. l. commodiſſimè. D. de libe. & poſthum. & per conſequens cùm de iure communi mater poſſit ad libitum diſponere, eadem facultas erit ſibi permiſſa cùm ſuper hoc caſu extante ſcilicet filia. ſeu filiabus fœminis ſtatutum nihil dixerit, vt in ſimili hoc argumento vtitur Roland. dict. conſilio 55. numero 27.

Ad ſecundum reſponderi poteſt, quòd verſiculum *ſi verò*, poſitum in ſtatuto non eſt poſitum aduerſatiuè, prout præſupponitur, ſed magis cumulatiuè ad aliud caput diſpoſitionis ſtatutariæ demonſtrandum, & ſic potius diuerſificatiuè, & regula eſt, quòd ex diuerſis non infertur. l. Papinianus exuli. D. de minor. & quòd ſint diuerſi caſus, patet ad literam, quia in verſiculo *Et mulier*, loquitur de ſucceſſione teſtati, quando ſcilicet vult facere teſtamentum, ſed in verſic. *ſi verò*, loquitur ſtatutum de cauſa inteſtati, quo caſu nihil aliud poterat dicere ſtatutum, quàm vt filiæ cum maſculis concurrerent ad ſucceſſionem, modo non eſſent maritatę, imò hinc elicitur expreſſa intentio ſtatuti, quę illa videtur fuiſſe, vt hoc modo agnationi, & maſculinitati conſuleret, quo fit vt nullo modo poſſit aliqua interpretatio ſumi ex iſta particula ſtatuti in fauorem filiæ, ſed magis contrarium ex eiuſdem lectione ſuadetur, & ceſſant ea, quæ de dictionibus aduerſatiuis tradunt Doctor. ex aduerſo allegari.

Et ex iſtis poteſt reſultare reſponſio ad tertium fundamentum, quod elicitur ex verbo, *propterea*, quia illud loquitur in cauſa inteſtati, quaſi dicat ſtatutum, licèt in hoc caſu filia admittatur ad ſucceſſionem, non propterea poterit plus conſequi, quàm legitimam, & illud verbum non refertur ad præcedentia, ſed ad dictionem, *niſi*, quæ ſubſequitur, quaſi intentio ſtatuentium illa ſola fuerit excludendi in hoc caſu maritatam, de qua tantùm loquitur fauore maſculorum, & filiæ innuptæ.

Ad conſilium Bal. & Anchar. dici poteſt, quòd illi pręcipuè Bal. non loquuntur in caſu noſtro, & fundant ſe, quòd ſtatutum ſit fauorabile, & fundatum ſuper iure communi, quod nihil aliud deſiderare videtur, quàm vt filij hæreditatem parentum iure quaſi naturæ delatam obtineant, & propterea filiorum appellatione veniant fœminæ, cũ ſimus in materia fauorabili, ſed tantùm non erit tribuendum fauori filiorum, quin magis fauendum ſit voluntati teſtantium, quorum bona ſunt propria, & qui poſſent de illis ad libitum etiam in vita diſponere, aliàs eſſet iniquum nulla exiſtente legitima cauſa, (quæ in caſu iſto, quando agitur de filia, conſiderari non poteſt) vt mater priuetur

facultate

facultate teſtandi, contra quam nec quidem pactũ admittitur. vt per Doctor. in d. l. fin. C. de pact.

Ad vltimum, quod filij appellatione etiam in ſtatutis veniant filiæ, reſpondetur id fieri, quando eadem ratio ſubſiſtit, vel aliquid contra filias diſponeretur, quod illi damno eſſet nõ paruo, quod hic non eſt, cùm poſſit eſſe, vt omnia bona mater relinquat, & libentius, quàm ſi aliter per ſtatutum aſtringeretur cuius diſpoſitione odioſa ſtante, poſſent mulieres callidæ, & aſtutæ alienando bona ſua hanc conſtitutionem fraudare, & ad nihilum redigere, cùm ſit vera ſententia illius Poetæ.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata.

Preterea iſta interpretatio, quę hic ſequitur fit ex interpretatione extenſiua, vt dicit tex. in l. pronunciatio. de verborum ſignificat. quæ in ſtatuto non admittitur, vt ſupra dixi prçſertim in noſtro, in quo extenſiua interpretatio expreſsè prohibita reperitur. Crau. dict. conſilio 388. nu. 11.

Nec ratio abſurditatis eſt conſiderabilis, quia nulla abſurditas oriri poteſt, admiſſo quod magis conſequatur ab inteſtato, quàm ex teſtamento, cùm res ad terminos iuris communis reducatur, in quo nulla cadit abſurditas, imò, vt quidam ex Dominis aduocatis dicebant, abſurditas in contrarium oritur hoc admiſſo, quia præſumerentur ſtatuentes ſe correxiſſe, q admittendum non eſt, vt per Crauet. 870. num nono. & ſi quando maritata eſt filia vult ſtatutum illam excludere, qui fieri poteſt, vt etiam per matrem relicta legitima non excludatur?

Ex iſtis videmus, quàm ſit dubius iſte articulus, qui quidem eo redditur difficilior, quòd de interpretandâ mente illorum, qui non extant tractatur. Solemus enim vt plurimum interpretari leges, aut ſtatuta taliter, qualiter fortè nunquam conditores interpretati eſſent, imò nec ſomniaſſent, vel totum contrarium reſpondiſſent. Et propterea meritò hanc quæſtionem in hoc caſu maximè dubiam dicit Gabriel. dict. conſilio 14. in princip. Verùm, vt hęc quæſtio ſine noſtra reſolutione non tranſeat, exiſtimo Anchar. in dict. conſilio 112. conſideraſſe id, quod nobis in hac facti ſpecie conſiderandum eſt, nunquid ſcilicet in ſpecie huius ſtatuti maſculinum fœmininum complectatur, ita vt filiorum appellatione veniant fœminę: item an ſimus in fauorabilibus, an odioſis. Et pro reſolutione iſtius difficultatis, præſuppono illud eſſe de iure

11 communi expeditum, quod filiorum † appellatione veniunt filiæ, vt ſunt text. concludentes, & aperti in l. filij. 84. l. liberorum. 220. §. fin. l. quiſquis. 116. l. iuſta. 201. l. Seruius. aliàs Herennius. 122. D. de verborum ſignificatio. l. ſi quis ita. 16. in princip. D. de teſtamentar. tutel. Hinc Demoſthenes Grecus Orator in oratione contra Stephanum teſtem interpretatur. l. Solonis huic noſtro ſtatuto quaſi ſimilem, per quam quis poterat bona ſua ad libitũ cui magis placuiſſet relinquere, niſi filios haberet, vt ad filias etiam extenderetur, hoc quidem procedit non ex tranſlaticia, & extenſiua, ſed ex propria verborum ſignificatione, & ex comprehenſiuo ſignificatu, attento communi vſu loquendi, vt poſt Bald. voluit Alciat. in dict. l. 1. D. de verborum ſignificatio & in dict. l. quiſquis. co. & in dict. l. Herennius. in ver. eundem textum. Ioan. Brech. in dict. l. iuſta. numero ſecundo. glo in dict. l. prima. quam laudat, & firmat Barbat. inter conſilia Alex. conſilio 52. numero ſeptimo. libro quarto. Rebuff. in dict. l. 1. pagin. 9. verſicu. ego vero. Ancharan. dict. conſilio 112. colum. prima. Curt. ſen. in additio. ad dictum cõſiliũ nonum. in fi. & iſta eſt hodie magis communis opinio, vt videre eſt per Doctor. ſupra in quinto fundamento primæ opiniõis allegatos, & propterea meritò hanc interpretationem iuſtã Iuriſconſult. appellat in d. l. iuſta. quaſi dicat hanc eſſe veram, & propriam; quia aliàs iuſta dici non poſſet, quo fit, vt etiamſi adſit ſtatutum, quod dicat verba ſtatuti ad literam eſſe intelligenda, per

12 illud † cenſebitur excluſa iſta propria ſignificatio, quia illud procedit in extẽſiua, & impropria, prout ſenſit Alciat. in d. l. quiſquis. numero tertio. & alij ſupra citati, non autem in propria, & ex ipſa mente legis deſcendente ſignificatione: nam vt bene in caſu noſtro ſcribit Gabriel. d. conſ. 14. nu. quinto. noluerunt per iſta verba ſtatuentes tollere legitimas interpretationes, præſertim eas, quæ ex mente ſtatuentium proficiſcuntur, aliàs iudaicè ſtatutum intelligeretur, vt dicit Ancharan dict. conſilio 112. colum. ſecunda. ſed tantùm voluerunt tollere iniuſtam, & extenſiuam hominis interpretationem, non legis, quod probat authoritatibus Socin. iun. Pariſ. & Ruin. qui in iſtis terminis municipalis legis prohibentis interpretationem, ſeu gloſſationem loquuntur, imò dicit Aretin. ſatis ſubtiliter more ſuo conſilio 144. licet ſtatuto. quòd quamuis ſtatuto dicatur ad literam eſſe ſtatuta intelligenda, non excludi interpretationem declaratiuã, ſeu expoſitiuã, & quod ſtatutum iſtam interpretationem tollere nõ poteſt, aliàs non valeret per tex. in l. 2. §. his legibus. D. de orig. iuris. Curt. ſen. dict. conſi. 9. col. 9. verſi. cum igitur. Et ſtante hac prima concluſione non dubito, quin ſtatutum noſtrum ex propria interpretatione concipiat fœmininum, ita vt filiorum appellatione veniant filiæ, non obſtante illo ſtatuto diſponente, quod ad literam ſtatuta intelligantur, & addi poſſunt, quæ ſcribit Do. Ozaſc. deciſ. 21. num. 15. cùm ſimus in interpretatione naturali, & literali; & ſecundum naturam ita veniunt maſculi, ſicut fœminæ. l. maximum. vitiũ. C. de libe. præterit. Corn. conſi. 173. & 275. libro 4. Rube. conſil. 63. & hæc eſt communis opinio, vt dicit Gabriel. dict. conſil. 14. nume. 23. ſiue numerentur, ſiue ponderentur Doctores. A. Gabriell. lib. 6. de verborum ſignifi. concluſ. 6. nu. 131. Tiraquel. de retract. glo. 9. num. 205. 236. quia illud non tollit legitimam interpretationem prouenientem ex mente ſtatuentium & legis Bar. in l. omnes populi. q. 7. D. de iuſt. & iu. Alex. conſi. 50. col pen. & conſi. 80. numer. 9. libr. 1. Steph. de Federic. de interpreta. ſtatut. par. 1. nu. 27. & ſeq & par. vlti. num. 95. & dixi ſupra; ſtantibus præſertim conſiderationibus, & rationibus, de quibus in principio pro filia ſcripſi,

quibus re vera nulla poteſt dari commoda, & reſolutiua reſponſio, cum habeat ius commune, & mentem ſtatuentium pro ſe.

Quod pertinet ad ſecundam conſiderationem, 13 quam facit Ancharan. an hoc † ſtatutum ſit fauorabile, vel odioſum non eſt dubium, quòd in hoc ſtatuto ſunt duo capita, vnum odioſum, quia matri libera tollitur teſtandi facultas, aliud fauorabile, vt filij ſoli hæreditatem capiant, quod non eſt abſonum, vt dicit Bertrand. conſilio 361. libro 1. ſed potentius eſt caput fauorabile, quod conſiderat ipſius naturæ ſtimulum, & ordinem, & conſilium pro liberis capit, vt imbecillitati mulieris prouideat, ideo concurrentibus iſtis duobus ſimul interpretatio facienda eſt pro parte fauorabili, prout concludit Ancharan. dicto conſilio 112. & ſenſit Bald. dicto conſilio 126. Gabri. dicto conſilio 14. numero 13. & 14. Curt. ſen. dicto conſilio nono. colum. octaua. qui dicit odium in capite odioſo eſſe rationabile, & propterea interpreta- 14 tionem non excludi, & in hoc † caſu, quando ſumus in ſtatuto fauorabili, maſculinum fœmininum comprehendit. Gabri. de verb. ſignif. concl. 6. nu. 25. & ſeq.

Nec obſtat conſi. Craue. quia ibi D. Craue. non examinat quæſtionem noſtram ſuper hac parte ſtatuti, ſed in primo capite in materia. l. hac edictali, licèt tranſlatitiè, & quaſi per tranſennam dicat in hoc ſtatuto maſculinum non concipere fœmininum, imò ipſe Crauet. in noſtro caſu ſenſit contrarium in prædicto conſilio 307. Præterea ſi in terminis iſtius quæſtionis illud in primis conſiderandum eſt an ſtatutum concernat fauorem agnationis, ita vt velit, quod ſoli maſculi ſuccedant, hoc caſu videretur facienda interpretatio ſtricta pro maſculis, & ad hanc interpretationem ius commune reſtringeretur, ſed hic ſi bene ponderemus ſtatutum, non cenſetur illud factum fauore agnationis, quia etiam fœminas vocat in aliquo capite, ſed tantùm videtur factum, vt imbecillitati matris prouideat, quod elicio potiſſimum ex eo, quia ſolam matrem iſta prohibitio tangit, non autem patrem, qui ſemper prudens conſilium pro liberis capit, ergo erit ad fœminas extendendum hoc ſtatutum.

Cùm fuiſſet diſputata hæc cauſa coram Senatu referente proceſſum Illuſtr. Compatre meo Do. Antonio Sola Senatore meritiſſimo, auditis aduocatis partium, re bene diſcuſſa, & intellecta fuit dictum huius ſtatuti verba eſſe tam de filijs fœminis quàm de maſculis intelligenda annullando teſtamentum matris, quæ filiam inſtituerat grauando illam multis legatis 1589. prima Decembris. In cauſa Pachiotti Foſſanen. Bonum tamen eſt, vt iuxta hanc deciſionem declaretur ſtatutum à noſtris decuſionibus, ne in poſterū de hac re diſputari iterum contingat, & ita conſulo.

Arma, & cognomen deferre alicuius an quis grauari poſſit, & multa de inſignijs, armis, & cimerijs.

DECISIO CCLXX.

1 *Nomen, & arma alterius deferre quis grauari poteſt ſiue ex contractu, ſiue ex teſtamento.*
2 *Inſtitutio eo modo facta, vt quis deferat nomen, & arma dicitur conditionalis, & nu. 21.*
3 *Nomen, & arma alicuius an ſumenda ſint priuſquàm adeatur hæreditas.*
4 *Sepulturam teſtatoris eligere quis cogi poteſt.*
5 *Momentanea nominatio non releuat, & nu. 24.*
6 *Princeps non poteſt remittere conditionem de ferendo nomine, & armis.*
7 *Conditio aſſumendi nomen, & arma tacitè induci poteſt.*
8 *Comitatus inſignia an omnes filij comitis apponere poſſint.*
9 *Arma aſſumere grauatus non tenetur ſua derelinquere, niſi expreſſum ſit.*
10 *Conditionis aſſumendi nomen, & arma plures effectus.*
11 *Conditio, quòd filius aſſumat nomen, & arma quomodo impleatur, ſi gemini naſcantur.*
12 *Collegij comitum genealogia.*
13 *Perplexitas an excuſet ab hoc onere.*
14 *Cimerium an veniat ſub hoc onere.*
15 *Arma pingi debent etiam in capellis, & ſepulturis.*
16 *Turpia nomina non ſumenda.*
17 *Immutatio, vel alteratio nominis non permittitur.*
18 *Armorum, & nominis grauamen ceſſat, ſi grauatus deficiat.*
19 *Cauſa grauaminum attenditur, & nu. 20.*
22 *Modus quando comparetur conditioni.*
23 *Actio quæ competat contra inobſeruantem.*
25 *Interpellatio non requiritur contra grauatum.*
26 *Reuocatio à grauante an fiat.*
27 *Mora, & contumacia patris an noceat filio, & nu. 28.*
29 *Oldrad. conſi. 21. declaratur. & nu. 30.*
31 *Omiſſum pro omiſſo quomodo habeatur.*
32 *Extenſio de perſona ad perſonam quomodo fiat.*
33 *Nominum, prænominum, & cognominum vſus antiquus.*
34 *Nobilitatis antiquæ conſeruandæ forma.*
35 *Humanæ res in continuo motu.*
36 *Diuiſiua ab armis differt.*
37 *Impreſæ, & earum vſus.*
38 *Armorum ſeu inſignium ratio, & origo, & regum diuerſa arma, & numer. 39.*

NOMEN, & arma, ſeu cognomen alienæ familiæ deferre quis obligari poteſt † non ſolum ex 1 contractu. l. ex hoc iure. §. fin. de donatio. ſed etiam ex teſtamento, vt ſi quis inſtitutus ſit hæres ſub conditione, vt nomen, & arma teſtatoris deferat. l. facta. 63. §. ſi vero nominis. D. ad Trebell. Et hæc qualitas, ſeu conditio in inſtitutionibus, ſeu ſubſtitutionibus extraneorum,

nunc frequens eſt,& in curijs Iudiciorum multum
agitata, vt per Docto.infra allegandos apparebit,
eſtque maximi momenti, vt dicit Molin. de pri-
mogenij.libro ſecundo.cap.14.in princip. & idcir-
co paulò latius de ea tractabimus.Solent enim ex
cognomine,& armis,ſeu inſignijs familiarum an-
tiquarum veſtigia conſeruari,vt inquit idem Mo-
lin dicto cap.14.in princip. & numero quinto.fa-
cit tex.in l.lex quæ tutores.§.nec vero. C.de admi-
niſtratio.tuto.& l.legatum. D.de adminiſtratio.re-
rum.ad ciuita. pertinent. per quem textum ita te-
net Anan.conſilio 113. Aboleri enim familias, &
earum inſignia lugubre eſt, & mali ominis. De-
cian. conſilio primo. numero 323. & conſilio 31.
numero 95. Nec in hoc eſt aliqua difficultas quin
tale pactum, vel conditio in contractibus, aut vl-
timis voluntatibus adiecta ad vnguem obſeruan-
da ſit,& hoc pro expedito ponunt Docto.omnes
iam ſupra citati,& præter Guid. Pap quæſtio.251
& 467.Dec.conſilio 273.numero ſecundo.Ancha.
conſilio 17.Ioſeph.de Ruſticis an & quando liberi
in conditione poſiti.libro ſecundo. cap. ſexto.vbi
latiſſimè,& ita obſeruat Senatus noſter cum de-
clarationibus de quibus infra. Aliàs enim non
poſſet quis inuito eo ad quem ea inſignia antiquo
iure ſpectant deferre, ſed incideret in crimen falſi.
Bar.in l.eos.§.fina. D. de falſ. additio ad Barto.in
tracta.de inſign.& arm.in princ. adducens ad hoc,
quod qui non eſt Comes non poteſt Comitis in-
ſignia deferre per ea,quæ ibi allegantur: quinimo
non poteſt etiam rector ciuitatis, arma propria
ſuæ familiæ rebus publicis imponere impunè. Al-
beric. in l. ſi qui iudices, per illum text. C.de oper.
pub.& audiui fuiſſe punitum grauiter quendam
Ducem Venetiarum, quia monetis publicis arma
ſua ſculpi feciſſet.

2 Amplia igitur primò, vt talis inſtitutio † cum
hoc grauamine facta etiam ſine verbo conditio-
nis habeatur tamen pro conditionē.Guid. Pap.di-
cta quæſtio.251. Dec.272. Benedic.in capit. Ray-
nutius.in verbo Raynutius.numero 44.de teſtam.
Bologni. conſilio 12.& latè per Pariſ.conſilio 19.
numero 28.libro ſecundo. Ad quem,& ad Molin.
dict.capit.14. numero 11. vbi copioſiſſimè de hac
ampliatione ſcribitur,me remitto, præſertim qđ
res etiam per ſe in hoc primo capite ſatis clara ſit,
& ſecundum eam communis, & indubitata Do-
ctorū opinio eſt, & ita tenebat Senatus in cā D.
ſancti Amoris Burgūdi,in qua ipſius Senatus vo-
tū petebatur referente Illuſtr. Dom.Senatore Go-
ueano, de quo latius infra dicetur poſt numer.19.
Nec poteſt talis hæres habere hęreditatē niſi prius
ipſe grauatus ex ſui parte teſtatoris voluntatem
3 adimpleuerit, & ſic acceperit nomen & arma.
Guid.Pap.dicta quæſtio.251.Imo † ſi adiuerit hæ-
reditatem antequam adimpleat, priuabitur hære-
ditate per l.fin. C.de reuocan.donatio. Rolan.con-
ſilio 70. numero 65.libro tertio. Socin.in l.quibus
diebus.§.Termilius. de conditio. & demonſtratio.
Pariſ.dicto conſilio 19.numero 30. & ſequen. De-
cian.dicto conſilio 31. numero 95. volumine pri-
mo.Melch. Palacz.in tract. maiorat. par. ſecunda
quæſtio.quarta illatione.8.numero primo. Molin.
dicto cap.14.numero 10.12. & ſequen. qui multos
ad hoc citat, & latè hunc articulum examinat ad
partes.Seruamus tamen nos in practica, quod in-
ſtitutus ſub hac conditione, ſolet coram iudice
proteſtari ſe paratum aſſumere nomen & arma,
&c.prout ex tunc aſſumit, & de eo actu rogantur
iudiciales teſtimoniales vocatis his quorum inter-
eſt ſi qui ſunt, præſertim vero illis de illa familia,
cùm eorum honorem concernat.Molin.dict.cap.
14.nume.17.ex l.prima.§.quamuis.verſic. publicæ.
D.de ventr.inſpicien.Quod tamen intellige,quan-
do ceſſit dies adeundę hæreditatis, vt per Bertran.
conſilio 367.numero quinto. libro ſecundo. Et ta-
lis conditio aſſumendi arma latè etiam extenden-
da eſt, cùm ſit etiam vtilis reipublicę ad conſer-
uandas familias. Pariſ.dicto conſilio 19.numero
34. libro ſecundo. Molin. dicto cap. 14. numero
46.verſi.ſed cum familiam.per l.primam.§.quam-
uis.verſic.publicæ enim intereſt. D.de ventr.inſpi-
cien. Quod procedit niſi tractetur de pœna indu-
cenda. Decian.conſi.1.nu.163.lib.1.

Ampliatur ſecundò prædicta regula, vt ſi pa-
riter teſtator adiecerit, quod cum nomine, & ar-
4 mis quis eligat etiam ſepulturam ipſius teſtatoris,
tenetur enim hæres omnes prædictas conditiones
adimplere,& eligere etiam ſepulturam, aliàs ſi in
vno defecerit,hæreditatem non conſequetur. So-
cin.in dict.§.termilius.numero 19.authentica hoc
amplius.C.de fideicommiſſ.iuncta.l.ſi hæredi plu-
res. D. de conditio. inſtitu. quem etiam ſequitur
Melch.Palacz.in d.tracta. maiorat.par.2.q.8.nu.4.

Amplia tertio, quòd non ſufficit ſemel ſe no-
minare teſtatoris cognomine, & arma illius de-
ferre,niſi in ea nominis,& armorum delatione cō-
5 tinuet.† Neque enim dicitur veniſſe, qui non ſte-
tit,& ita conſuluit Bolognet. conſilio 12.numero
12. Momentanea enim aſſumptio non habetur in
conſideratione, quando ſucceſſiuum tempus re-
quiritur.l.ſi quis ita legauerit.D.de conditio. & de-
monſtratio.l.fin.§.fin.C.de bon. quæ liber. Dec.in
cap.quoniam Abbas.colum.ſecunda in fin.gloſ.1.
de offic.deleg.Angel.in §.ſi quis agens. col. 4. inſtit.
de actio.

Quod tamen non procederet ſi ſtatim aſſum-
pto nomine, & armis hæres moriatur ſine liberis,
quia tunc non ſtat per eum, & ſufficit, quòd con-
ditionem ſemel, & vnico momento adimpleue-
rit ex his, quæ dicit Aretin. conſilio 50. columna
tertia.verſiculo vnde videmus. & faciunt, quæ in
hoc propoſito dicit Dec. conſilio 273. columna
tertia.Quod tamen intellige niſi de contraria con-
trahentium, vel teſtatoris mente appareret, vt in
caſu de quo dicam infra poſt nu.26.& 27.

Amplia quartò, vt talis conditio non poſſit à
6 Principe remitti: † Nam cùm ſit ex contractu, vel
ex teſtamento, quæ ſunt iuriſgentium, interſitque
Reipub. (vt ſupra dixi) familiarum nomina con-
ſeruari, non poterit Princeps teſtatoris volunta-
tem inanem reddere.l.ſi teſtamentum. C.de teſta-
men.& per ea, quæ dicit Crauet. conſilio 592. nu-
mero 55.& conſilio 669. numero 7.& conſil. 747.

numero 45, Didac. variarum reſolutio. libro 3. cap.
6. & omnium latiſſimè Molina de primogenitur.
libro primo cap. octauo, numero 28. cum multis
ſeq. vbi ad hoc latè concordantes allegantur.

Ne obſtat textus in dicta l. facta. §. ſi verò nomi-
nis. vbi dicitur, ꝙ ſi quis grauetur nomen ſuum,
ſeu cognomen teſtatoris aſſumere, poterit non ſo-
lùm à Principe, ſed à Prætore remiſſionem impe-
trare, quia ille tex. loquitur, quando talis conditio
impoſita eſt ei, qui in alterius fauorem inſtitutus
eſt, vt ſi quis inſtitueretur ea conditione, vt no-
men deſerat, & hæreditatem poſtea alteri reſti-
tuat. Nam ſi is nolit hæreditatem alteri reſtituen
dam adire, & alterius nomen aſſumere, concedit
prætor in beneficium fideicommiſſarij, vt is inſti-
tutus adeat non accepto teſtatoris nomine, & ita
ibi illum text. intelligit Bartol. & latius explicat
Gofred. Salign. Cæterum in eo, quod poſſet cede-
re vtilitati hæredis inſtituti, talis remiſſio non fiet;
intereſt enim Reipub. defunctorum mentes obſer
uari. §. diſponat. in authen. de nupt. Et ſecundum
hanc opinionem, quod non poſſit Princeps ſimi-
les teſtatorum volútates perturbare, iudicauit Se-
natus in cauſa Dom. Claudij Malopetę Cunien-
ſis 15. Nouembris 1554. Referente Domino Sena
tore Bobba poſtea Cardinali, & etiam in multis
alijs cauſis, quæ poſtea contigerunt.

Amplia quintò, vt tale grauamen aſſumendi
nomen, & arma familiæ nedum expreſſis verbis,
7 † ſed etiam tacitè induci poſſit, vt in exemplo,
quod ponitur per Molinam dicto capit. 14. nume.
tertio. & quarto. verſicu. ſed cum familiarum. ſci-
licet extante conſuetudine, vt eſt in Hiſpania, vt
is, qui eſt primogenitus, vel maioratum habet,
non poſſit bona ad maioratum ſpectantia retine-
re, niſi nomen, & arma aſſumat, & propria deſe-
rat, quia arma, & inſignia manere debent ſolùmo
do penes principalem domus, vt ibi per eum poſt
Bald. in l. fina. C. pro ſocio. & Petrum de Vbal. de
duob. fratr. part. 11. quæſtio. 11. Tiraquell. in præfa-
tione ſuæ primogenitu. numero 134. Quamuis
in vtroque capite aliter obſeruetur in hac noſtra
patria. Siquidem non ſolùm ad primogenitum,
ſed & ad omnes filios eadem forma armorum
ſpectat, niſi in hoc, quòd ſi primogenitus filius ha
8 beat Comitatum, † qui eſt in primogenitura iſte
ſuis armis ſuperimponet pileum, ſeu coronam
Comitalem, quæ eſt in modum faſciolæ gemmu-
lis ornatæ, quod alij fratres, qui Comitatum non
habent, non facient, niſi abuti eo ornamento vo-
luerint, vt eſt etiam exemplum in Regibus, Duci-
bus, & Principibus, & his omnibus, qui habent
Comitatum inſolidum, vt eſt apud nos in Comi-
tibus Creſcentini, & Ponderani, & alijs multis, ac
præſertim in Comite Gattinariæ, qui ex teſtamen-
to Illuſtriſſimi Mercurini Gattinariæ Vercellenſis,
Inuictiſſimi Caroli V. Imperatoris Magni Cancel
larij Comitatum accepit ſub iſtis conditionibus,
vt non ſolùm cognomen, & arma, ſed etiam no-
men proprium ipſius Mercurini ſuſcipere perpe-
tuò ſucceſſores debeant adhoc, vt poſſint Comita
tum illum conſequi. Primus enim ex filijs, ſeu
nepotibus eſt Comes, & pileum, ſeu coronam ar-
mis ſuperimponit, cęteri vero arma ſine pileo ge-
runt, donec ad Comitatum peruenerint, ſed ſi om
nes fratres in dicto Comitatu participant, tunc
moris eſt (licèt fortè abuſiui,) vt omnes etiam ſi
plures ſint eodem pileo vtantur, vt eſt exemplum
in Comitibus Valpergiæ, Plozaſchi, Lucernæ, ſan
cti Martini, & ſimilibus. Item & in hoc diuerſa
eſt conſuetudo huius patriæ à Gallia, & Hiſpania.
9 † Quòd ſi quis acceperit maioratum, vel hæredi-
tatem, ita vt nomen, & arma, &c. Tamen non te-
nebitur ſua derelinquere, ſed cum proprijs anti-
quis alia acquiſita inſerere, vt eſt exemplum in
multis Baronibus huius patriæ, præſertim in Mar-
chione Meſſerani, qui cum inſignibus domus Fer-
reriæ antiquæ ſuæ familiæ defert etiam inſignia an
tiquiſſima Domus Fliſcorum Ianuenſium, à qui-
bus Marchionatum habuit, inſcribiturque Ferre-
rius Fliſcus, & in Dom. Varnoni, qui armis ſuis de
Balbis & arma antiqua Tabuſſiorum Cherien-
ſium inſerit. Quinimo obſeruatur paſſim, vt pro-
pria digniorem locum obtineant, & hoc niſi ex-
preſſim à teſtatore diſpoſitum ſit, vt omnino ar-
ma ipſius teſtatoris ſincera, pura, aut ſimplicia ſine
aliqua intermixtione accipiat, vt eſt exemplum
in Domino Comite Viſcatum, qui licèt vocare-
tur Ludouicus à Birago, deferretq; nomen, & ar-
ma antiquiſſimæ, & nobiliſſimæ familiæ à Birago
Mediolanenſis, tamen vt Comitatum Viſcarum
obtineret, debuit à proprijs armis, imò etiam à no
mine, & cognomine abſtinere ex defuncti Comi-
tis Laurentij à ſancto Martino teſtamentaria di-
ſpoſitione, tanta ſemper fuit proprij nominis, & fa
miliæ cuiuſq; vana, & ambitioſa dilectio, vt etiam
videre eſt ex tex. in dicto §. ſi verò nominis. & in l.
cum filius. § primo. de legat. ſecundo. & in l. vxo-
rem. de manumiſſ. teſtam. & alibi ſępius.

Amplia ſexto, vt hæc conditio aſſumendi no-
men, & arma tantæ potentiæ ſit, vt alios multos
10 effectus pariat, † ſiquidem videtur ex ea teſtator
inferre, vt talis grauatus maioratum habeat, etiam
ſi de hoc nihil dictum ſit, vt per Molinam dicto
capit. 14. num. 7.

Et quod ex ea fœminę propter maſculos exclu
dantur, vt ibidem numero quinto. poſt Bartol.
Corne. & alios ibi citatos. Item inducit præſum-
ptionem, quòd teſtator voluerit habere rationem
familiæ, & maſculorum, vt bona conſeruarentur
in familia. Decian. conſilio ſeptimo. numero 25.
Item & inducitur ex hoc, quod filij in conditio-
ne poſiti cenſeantur vocati, ſi extraneus ea de-
mum conditione ſubſtituatur, vt nomen, & arma
deferat. Burſat. conſilio 228. numero quarto. poſt
Menoch. conſilio 30. numero ſexto. & conſilio
117. numero 23. & alios ibi relatos Riminald. iun.
conſilio 21. numero 49. poſt Gratum conſilio 5.
libro ſecundo & dixi ſupra Deciſio. 96. Filij in con
ditione. numero 15. Et quod teſtator hanc condi-
tionem apponens videtur habuiſſe mentem, &
voluntatem agnationis, & familiæ conſeruandæ.
Cephal. conſilio 251. numero 50. & ſequen. poſt
Rip. in l. Centurio. numero 174. Molin. d. c. 14. nu. 8.

poſt

poſt Bart.in tracta.de inſign. & arm. & alios ibi re-
latos.Item videtur induci, vt bona non diuidan-
tur,ſed in vnum ſemper remaneant. Decian.dict.
conſilio ſeptimo, numero 26. Et licèt ipſe Molina
dict.cap.14.numero 9.iſtos effectus ita paſſim non
admittat, tamen in practica difficile eſſet ipſius
Molinæ opinionem obtinere, cùm videatur in
multis contra Doctorum communes ſententias
concludere.

Amplia ſeptimò adeo ſuſtinendam teſtatoris
voluntatem, vt ſi inſtituerit aliquem ita, vt filium
naſciturum nomine teſtatoris appellet,& vno par
11 tu duos filios† ſuſcipiat,teneatur inſtitutus vtriq;
nomen teſtatoris apponere, & non vitiatur inſti-
tutio ratione incertitudinis.per l.duo ſunt Titij.D.
de teſtamenta.tutel. Hanc opinionem in his ter-
minis firmat Guid. Pap. quæſtio. 467. teſtator in
teſtamento. & tenet valere ſubſtitutionem, &
quod hoc caſu primogenitus erit vnicus hæres, &
ipſe ſolus nomen,& arma aſſumet,dicens ita fuiſſe
iudicatum per Senatum ſeu parlamentum Del-
phinatus. Quam tamen Deciſionem ita ſimplici-
ter ſumptam ego putarem periculoſam: nam ſi
dixero filium,qui ex primo Arethuſę partu naſce-
tur, vel qui ex vxore mea prægnante naſcetur in-
ſtituo,& duo naſcātur,nulli dubium, quod vterq;
hæres erit.l.qui filiabus.§.primo.D.de legat.primo,
poteſt tamen ſuſtineri opinio Guido. in caſu per
eum præſuppoſito,quando ex coniecturis,& qua-
litate rei apparet de voluntate teſtatoris, quod bo
na non diuiderentur,tunc enim primogenitus ad-
mitteretur, vt ſi ageretur de caſtro indiuiduo, vel
Comitatu,aut alia ſimili re habens dignitatem in-
diuiſibilem, vt maioratus in Hiſpania. Cæterum
ambo admitterentur per. l. ſi quis ita. §. ſi quis fi-
lios. D.de teſtamen. tutel. vbi glo. licèt aliud eſſet
in cauſa odioſa, vt in exhæredatione.l.2. D. de li-
ber.& poſthum.Et ſimilis caſus contigit in Caſtro
12 Collegij 1383.† Nam cum Philippus de Sabau-
dia Dominus Collegij filius Lantelmi, qui fuerat
filius naturalis Philippi Principis Achaię, timeret
decedere ſine prole,vouit Deo,& Diuo Antonio,
quòd ſi filium ſuſciperet, Antonij nomine illum
vocaret, euenit, vt voto facto vxor conceperit,&
vno partu geminos ſuſciperet, dubitabatutque
quis eorum Antonius vocaretur, tandem religio-
ſa ſuperſtitione ducti, dubitantes in aliquo voto
ſuo deficere,ambos Antonij nomine vocauerũt,
ſed vt alter ab altero dignoſceretur turriti agno-
men Antonio ſecundogenito ſuperadduum fuit,
itaque placuit, (vt credẽdum eſt,) Deo hæc pia,&
voti exuberans executio, iuxta illud *vouete, & red-
dite*. Et ex illo primo Antonio natus poſtea fuit
Michael,cui fuit filius alter Antonius,à quo natus
eſt Franciſcus,ex Franciſco, & Iacoba Ferreria ſo-
rore duorum Cardinalium Petri Franciſci, & Fi-
liberti Antonius Maria Magnus Sereniſſimi Ema-
nuelis Philiberti Ducis Magiſter Hoſpicij. Qui ex
Iulia de obicibus nobiliſſ. familia Patauina ſuſce-
pit Emanuelẽ Philibertum nunc Comitem Col-
legij generum meum. Hoc tamen caſu putaſſem
ex ſententia Guidonis Papæ. dict. quæſtione 467.
ſatis adimpletum votum, ſi primogenitum ſo-
lum Antonium nominaſſet, per rationes per eum
allegatas.

Amplia octauò, vt quis à tali onere non excu-
13 ſetur ratione perplexitatis, vel cõncurſus, † vt eſt
exemplum in cauſa,quæ nunc adhuc pendet inter
Illuſtriſſimum Comitem Chiallant Dominum
Caſtilioni,& Dominum Alfonſum Rotarium ſeu
eius filium Dom. Bacini in Sabaudia: Nam cùm
Dom.de Breſſu inſtituiſſet filium ex filia, ita quod
deferret ipſius cognomen, & arma ſimplicia ſine
vlla intermixtione,ipſe verò Domin. Bacini alle-
garet ſe id facere non poſſe, quia tenebatur defer-
re nomen, & arma Sancti Seuerini, à quá familia
per auiam maternam deſcenderat,& fuerat hæres
inſtitutus ſub eadem conditione, vt arma Sancti
Seuerini ſine aliqua immixtione deferret,diſputa-
tur nunc an poſſit Dominus Rotarius attenta ea
perplexitate habere bona d. Domini de Breſſu
illius aui,ſeu proaui materni, licèt eius arma ſim-
plicia non deferret,cùm impoſſibilis conditio reij-
cienda ſit per alia multa,quæ hincinde adduceban
tur, ſed quia cauſa nondum eſt per Senatum de-
ciſa,illam nunc non examino, ſed me remitto ad
ea,q̃ alibi dicã,& habentur in l.ſi Titius.D.de cõdi.
tio.inſti.& in l.vbi repugnãtia.D.de reg iu.& in iſtis
terminis delationis armorum latè,& doctè ſcribit
Domin. Molina, ſingulariter enim, & ex profeſſo
eam quæſtionem examinat dict. cap. 14. numer.
26. Verùm ſi in conditione illa nõ fuit expreſſum,
quod arma, & nomen ſimplicia deferrentur,tunc
poteſt granatus ea immiſcere,& vtraſque hæredi-
tates accipere,& priorem tempore pręponere,niſi
aliqua magnæ dignitatis ratio præponderet, vt ibi-
dem.nnmero 25.& numero 36. & 38.& ideo Ma-
gnus Philippus Rex Catholicus in ſuis armis di-
uerſorum Regnorum, quorum Maioratus ad eũ
ex defectu antiquæ lineæ ſuorum ex materna li-
nea prædeceſſorum vti proximiorẽ, & antiquio-
rem peruenerunt,diuerſa antiquorum Regum,&
Regnorum inſignia defert.

Amplia nonò, vt talis grauatus non ſolùm de-
beat ſuſcipere arma ſeu inſignia grauantis, quæ in
14 ſcutis pingi ſolent,ſed etiam illius acceſſoria, † vt
eſt Cimerium, quod armis ſuperimponere ſole-
bat ea familia ex regula legis acceſſorium. & quia
nil dicitur actum donec aliquid agendum ſuper-
eſt.l.fina.D. in ius vocati vt eant.l.penult.C.de his
quibus vt in dign. De qua re infra latius dicam vbi
Cimerij materiam proponam.

Amplia decimò,vt grauari etiam quis poſſit, vt
teneatur arma teſtatoris pingi facere etiam in do-
15 mo, † vel Capella, vt per Io.de Anan.conſilio 86.
pro expeditione.colum.fin. & ibi Bologni.in addi-
tio.ſuis. Anchar. conſilio 113. & latins per Melch.
Palacz.d.tract.maiorat.par.2.quæſtio.8.numero 4.
& Molin.dict.cap.14.in fin.vbi quomodo hoc fie-
ri debeat,& intelligẽdum ſit declarat. Addo tñ, ꝙ ſi
præpoſiti eccleſiæ nolunt ea arma ſeu inſignia de-
pingi in eccleſia, excuſaretur grauatus, ſiquidem
non ſtet per eum,ſed per eccleſiaſticos,qui nolunt
Eccleſiam domum orationis facere vanæ iſtius
humanę

humanæ gloriæ, & ambitionis ſpectaculum, & cùm eccleſia etiam non ſit hæredis grauati, ſed Dei, & ipſius præpoſiti, non poterit in re aliena inſignia apponere ex his, quæ dixit Ioan. de Anan. d.conſi.86. col.2.in fi. & Bart.in tracta.de inſign.& arm.col.2.

Fallit primò ſuprascripta generalis regula, (vt ad
16 rem noſtram redeamus) ſecundum aliquos, † vt non procedat, quando nomen, & arma ſunt turpia, tunc enim non tenetur hæres illa aſſumere, ſed admittitur ad hæreditatem reiecta illa conditione. l.prima.D.de his, quæ pœn.nomi. vbi Bartol.Bald. & alij.Ioan.Fab.& Docto.in §.pœnæ.inſtit.de lega. Corſe.ſingular.255.pactum. Didac.in cap.Raynal. §.primo.numero ſeptimo. Bertazol.conſilio ciuil. 76.numero 19.& 20.& ad hoc ſolet allegari text.in dicto §.ſi vero nominis.ſed clarior eſt tex.in l.ſciendum.§.fina. D.ad Trebellian.& hoc tunc demum procedere putat Alciat.præceptor meus in rubric. D.ſoluto matrimon.in princip.quando is, qui grauatus eſt turpe nomen aſſumere, eſt perſona grauis, aut in dignitate conſtituta, quod etiam innuit Molina dicto capit.14. nume. 25.Sed iudicio meo exiſtimarem contrarium dicendum ea ratione, quia teſtatoris diſpoſitio eſt pro lege habēda, vulg. §.diſponat. in authen. de nupt. & pulchrior text. eſt in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ. Lex autem etiam dura ſeruanda eſt.l.proſpexit. D qui, & à quib.neque enim quis cogit hæredem illum eſſe ſi non vult, & ſic cùm hæc conditio à teſtatore impoſita non ſit impoſſibilis, nec adeo difficilis, videtur omnino dicendum, aut eum debere teſtatoris voluntatem obſeruare, aut hæreditatem dimittere, cùm illi liberum ſit vtrum velit facere: recuſando enim adimplere voluntatem teſtatoris, cùm eſſet in eius poteſtate, videtur hæreditati, vel fideicommiſſo renunciaſſe. l. 1. §.prætermittere. D. ſi quis omiſſa cau.teſtamen.Bart.in l.is, qui poteſt. in princi.verſi. ſecundo modo.D.de acquirend hæred. nec eſt locus pœnitentiæ. Iaſ. dicta l.is, qui poteſt. colum.2. Rolan.conſilio 70.numero 68. libro 3. Idq; tantò fortius dicendum eſt, quando quis id conſequitur ex contractu, vt quando ita donatur, vt nomen, & arma quis ferat. dicta l. hoc iure. §.fin.D.de donat. vt in caſu, de quo dicam infra poſt numerū 19. Contractus enim ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto neceſſarij. Nec obſtat. dict. §. ſi vero nominis. & dicta l.ſciendum. §.fin.quia vt ſupra dicebamus ibi tex.ille loquitur, quando hæreditas illi grauato deferenda erat nomine tantùm, & non re. Ideo non debebat cogi hæres nomen turpe accipere, & hæreditatem alij poſtea remittere, & ita declarat glo.in dicta. l.ſciendum. & Doct. in dicto.§. ſi vero nominis. & ita cenſebat Senatus 1589. 13. Iulij in cauſa mota per Lexonas contra Domi. Annibalem Guerram de Bechijs Senatorem, qui virtute teſtamēti facti à Nob. Antonio de Bechijs ciue Taurinenſi tenebatur nomen, & arma teſtatoris aſſumere, in quibus armis aderat hircus, qui apud nos dicitur *Becco*, & cognomen etiam de Bechis, quod in hac patria, & tota Italia habet neſcio quid ignominioſum, quod ab antiquis originem duxiſſe ſcribit belliſſimè Pierius Valerian. in ſuis hierogloficis. lib.10.tit.de capra. ſub eo capite Adulteræ vxoris maritus. Ideo Nob.ille teſtator conſiderans in cognomine, armis, & cimerio aliquid ineſſe mali ominis non inſulsè cimerio ſuo noſtra pedemontana lingua inſcripſerat *ò Dè n'ei*, quod eſt Latinè, *ò Deus nos adiuuet*. Adducebatur præterea, quod nec cognomina ſi ſint antiqua, & in nobili proſapia ita ſunt reijcienda, aut abhorrenda, ſiquidem Fabiòrum, Piſonum, Ciceronum à fabis, lentibus, piſis, ciceribus, vilibus ſcilicet rebus deducta à magnis viris accepta fuerunt, ſicuti etiam cognomen aſinæ, vel portij, vel beſtię, quod clariſſimis patricijs Romanis quibuſdam contigerat. Sed & noſtra etiam ętate coglionorum cognomen familiæ Bergomenſis maximi, & clariſſimi æquitis, & militiæ Ducis apud Venetos, in qua vrbe ænea ſtatua honoris gratia poſita eſt, non ob id quod obſcenum nomen habeat, ab aliquo ita inſtituto reſpuendum erit, nec illius inſignia, quæ ſunt ter gemini colei, ſeu teſticuli, quo cognomine, & armis poſteri ex magno illo Bartholomeo Colliono deſcendentes gloriantur, nec admittunt deriuationem ab aliquibus turpis nominis vitandi cauſa datam Coleoni, id eſt capita Leonum, vt ſonat Venera lingua id cognomen, ſed à coleis, vt inſignę coleorum demonſtrat, deductam aſſerunt, nec id ſibi turpe ducunt, ita eſt vnicuique naturalis *φιλαυτία*, & vt in adagio eſt, *ſuum cuique pulchrum*, quod exornat Eraſm. cent.2. Adag.15. imò etiam ſuus cuique crepitus bene olet, vt eſt apud eundem cent.4. adag.2. Ego tamen in his cognominibus, quæ turpitudinem omnino præſe ferunt aliter crederem per l.turpia.D.de legat.1. & à Principe grauamen illud remittendum conſulerem.

17 Cęterum nec ferendus † eſt hęres grauatus, ſi id cognomen in aliquo immutare vellet etiam minimo, vt quidā ex hac familia Bechiorum fecerunt, qui ſublata litera H, Bechios in Becios conuerterunt, quod ipſi quidem in re propria facere potuerunt, ex vulga.regu. quæ colligitur ex rubro, & nigro. C.de mutatio. nomi. ſecus autem in his, qui coguntur ex conditione tale aſſumere nomen, cùm ab his conditio adimpleri debeat in forma ſpecifica, Neque verò nomē Bechij immutādum erat, ꝙ turpe quid præſe ferret cùm & huius cognominis maximi fuerint viri in hac ciuitate Taurini, & inter conſil.Angel.conſilio 244.in fin. adeſt conſilium elegans magni Doctoris Franciſci Bechi de Aretio, ſicuti etiam apud Romanos fuit Hircius Panza, fuitque Capricorni inſigne Augusti Cęſaris ſchemma, ſeu ſtemma, & Magni Ducis Hetruriæ Coſmi Medicei, Sed & Hircus in veteri Diuina lege animal maximi miſterij denotat holocauſtum pro peccatis Principum, vt habetur in cap. inter hæc Hircum. il primo. & il ſecundo. de pœniten. diſtinctio.tertia.qui text. ſunt ſanctorum patrum Adamantij, & Ilchij, & ibi notant glo.& Docto.quamuis aliter ſentiat Pier. d.libr.10. cap. de capra. vbi tacita illorum Canonum mentio habetur.

Sunt etiam qui damnent voluntarij, & proprij

nominis

nominis alterationem, vt eſt apud elegãtiſſimum Poetam Ludouicum Arioſtum ad Petrum Bembum poſtea Cardinalem his verſibus.

Il nome che d'Apoſtolo ti demmo,
O d'alcun minor Santo i padri, quando
Chriſtiano d'aqua, e non d'altro ti femmo:
In Coſmico, in Pomponio vai mutando,
Altri Pietro in Pierio; altri Giouanni
In Iano, ò in Iouinian va racconciando.
Quaſi che il nome i bon giudici inganni,
E che quel meglio ti habbia far Poeta,
Che non farà lo ſtudio de molt'anni.

Tanto igitur magis nominum hæc alteratio, & mutatio fieri non debet contra mentem teſtatoris, quando heredis ita grauati non intereſt, niſi ex quadam imaginaria affectione nimis delicati hominis, ſed ſi eſſet conditio damnoſa quidem hæredi, teſtatori vero, & familiæ parum incommoda, tunc audiendus erit grauatus, vt erat exemplum in cauſa eiuſdem Domini Senatoris Guerræ, & de Bechijs, qui fuerat ex teſtamento grauatus habitare perpetuo domum, in qua teſtator mercator habitabat: nam cùm probaretur eam domũ magis mercatori, quam Doctori conuenire, neq; eſſe ſatis ſalubrem, fuit per Principis reſcriptum declaratum, quod poſſet aliam domum inhabitare non obſtante teſtatoris voluntate, illudque reſcriptum Senatus cum cauſæ cognitione auditis ſubſtitutis, & in pœnam vocatis approbauit, & vt dici ſolet interinauit referente Domino Senatore Craueta. 13. Martij. 1589. per text. in l. Titia centum. §. Titio centum. D. de conditio. & demonſtratio. l. 1. §. quæ onerandæ libertatis. D. quar. rer. act. non datur, & ex his, quæ latè ſcribit Melch. Palaez. Hiſpanus in tracta. maioratu. par. prima. quæſtio. 57. in fine. Crederem tamen hoc caſu ſi illi de ea familia, aut alij ſubſtituti in pœnam non deferentis talia arma conſentirent, quod hæres ab eis abſtineret, quòd id facere poſſet præſertim accedente Principis reſcripto, quod, ne longior ſim, nunc non examino.

Fallit ſecundo ſi juſſus aſſumere nomen, & ar-
18 ma † non extiterit, vt exemplificat Socin. in conſilio 259. verſic. & conſideratis his. vbi ſi teſtator inſtituit Lucium, & eius filium ita quòd & ipſe, & eius filius aſſumant nomen, & arma teſtatoris, & in caſum, in quem d. Lucius, ſeu eius liberi noluerint aſſumere nomen, & arma, tunc, & eo caſu ſubſtituit Pamphilum, deinde decedat Lucius ſine liberis, & ſic non fuerit obſeruata voluntas teſtatoris, tamen non admittitur ſubſtitutus, ſed Lucius tranſmittit hæreditate ad alios ſuos hæredes, per iura, & rationes multas, quas ſubtiliter conſiderat Socin. dict. conſi. 259. per tres colum. cui conſilio etiam ſe ſubſcripſit Franciſcus de Zoppis Iuriſconſ. Perugſinus.

Extenditur hæc Socini fallentia etiamſi tali grauato de ferendo arma teſtatoris ſubſtituerit hoſpitale, & ſic piã cauſam, vt eſt in exemplo ſuper quo conſuluit latiſſimè Dec. conſilio 272. in caſu propoſito quem ibi ſequitur Pariſien. dicens Decium bene conſuluiſſe, quod credo verum niſi aliter de grauantis voluntate appareret, vt in caſu de quo mox dicam.

Et quoniam ad allegata per Socin. & Dec. & alia etiam per nos ſupraſcripta multum congruit conſultatio ſeu reſponſum Senatus noſtri, quod ſuperioribus annis ſub nomine ipſius Senatus, & de illius mandato à Clariſſimo Senatore, & Collega noſtro Domino Manfredo Goucano in dicta cauſa Illuſtriſſimi Dom. Sancti Amoris Burgundi editum fuit, pro quo Sereniſſimus Dux Parmæ a ter maximo Philippo Hiſpaniarum Regé delegatus de voto ſuorum conſiliariorum iudicauit reuocata priorium iudicum ſententia, operepretium duxi reſponſi illius particulam his noſtris laboribus tanquam gemmam interere, vnde hæc noſtra deciſio ornatior in lucem prodeat, & etiã vt dici ſolet tãquam ex vngue Leonem agnoſcas. Et quàm magno patre maior futurus eſſet filius, niſi aulicus viſcus latiores illius pennas ſuper ethera volaturas inſperſiſſet, multis varijsque illum curialibus negotijs occupando. Ipſum igitur Goucanum de re hac latius diſſerentem audiamus.

PRÆMITTENDVM EST non aliam fuiſſe cauſam impulſiuam iſtius matrimonij
19 conciliandi, † neque aliam finalem huiuſce donationis conſcribendæ, quam vt nomen, inſignia, & memoria familiæ Popeæ, quæ cum ipſo Gulielmo donatore omni prole deſtituto, breui peritura, & collapſura erant, in aliam familiam tranſlata propagarentur. Quia vero dictus Gulielmus in familia cognata, & in bonorum ſuorum poſſeſſione, familiæ ſuæ nomen, & memoriam commodius inſeri, facilius coaleſcere, fœlicius, & diutius efloreſcere poſſe putauit, Ideo nepotem nominis, & bonorum ſucceſſorem hoc conſilio elegit, ei neptem in matrimonium magna mercede adiunxit. Deſcendentibus ex illo matrimonio donationem bonorum ſuorum adſcripſit: donationi hanc legem, & conditionem aſſumendi, & deferendi nomen, & inſignia domus ſuæ addidit, vt neptem, & filios ex nepote, & nepte in nomen, & arma domus Popeę cooptãdo, quandam ſpeciem adoptionis adumbraret, per quam nomen; & memoria nobiliſſimę familiæ ſuæ quam diutiſſimè retineretur.

Ex quo apparet donationem hanc non eſſe fauore matrimonij accepto ferendam, ſed econtrario matrimonium, & donationem referendam ad honoris, & memoriæ ipſius donatoris, & familiæ ſuę conſeruationem atque propagationem & ſanè pactum, & conditionem in donationibus
20. cauſam finalem continere dicimus, quoties fauorem donatoris reſpiciunt, & onus atque grauamen donatarij continent. Doctor. in l. Titio. in principio. D. de conditio. & demonſtratio. Bart. Angel. Imol. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulianum. de legat. primo. Bart. Angel. Caſtren. in l. 2. §. vltimo D. de donatio. Corn. conſilio 101. numero 17. volum. primo. Crauet. conſilio 619. numero quarto.

quarto. Didac. libro primo variarum reſolutio.
cap. 14. numero ſexto. & in terminis, quòd fauor
matrimonij non dicatur cauſa finalis donationis
factæ in ipſo, hinc, & auſpicio matrimonij ſcri-
bit Oldrad. conſilio quinto. per totum, quia ſcili-
cet donatio facta ob cauſam, quæ non reſpicit fa-
uorem, & beneficium donantis, dicitur ſimplex,
& non ob cauſam, neque priuilegij donationis ob
cauſam vtitur, vt poſt Oldrad. cenſuit Socin. con-
ſilio 295. verſic. Circa ſecundam difficultatem vo-
lumine ſecundo. Iaſ. conſilio 154. libro ſecundo.
Tiraquel. in repetit. l. ſi vnquam. in verb. donatione
largitus. numero 85. Alexan. & Dec. in l. ſi donatio-
ne. C. de donatio. Crauc. conſilio 301. numero pri-
mo. moderni Pariſian additio. ad Dec. conſil. 21. in
lit. C. neque poſſunt hæc verba videri poſita fauo-
re matrimonij cum cõſtante matrimonio, & eius
oneribus durantibus, eorum vſumfructum dona-
tor ſibi retinuerit. Quod magis elucet ex eo, quod
aliqua bona duntaxat voluit inſeruire matrimonij
oneribus ferendis, eorumque dominium, & vſum
fructũ penitùs donatario, & matrimonio addixit.

His ita poſitis pactum iſtud conditionale cen-
ſendum eſt, tum quia in modum conditionis
21 † diſertè fuit conceptum, (*à charge, & condition,*)
tum quia ſuapte natura licèt habeat tractum ſuc-
ceſſiuum, in futurum conditionem dicitur impor
tare l. facta. § ſi vero nominis. D. ad Senatuſconſul.
Trebell. l. hoc iure. § fin. D. de donatio. Guid. Pap.
deciſio. 251. Dec. conſilio 272. & ibi modern. Pariſ.
in ver. cognomen. Socin. ſen. in l. quibus diebus. §.
Termilius. numero 27. Bened. in cap. Raynutius. in
ver. Raynutius. numero 44. de teſtam. & alij quam
plures inferius allegandi. Si ergo verba ſonant in
conditionem, & natura, & qualitas obligationis
deductæ in pactum conditionem recipit, nihil eſt
profecto, quòd a proprietate verborum, & natura
rei deflectamus, & violenta interpretatione con-
ditionem pro modo accipiamus. Cumque con-
ditionum aliæ ſint ſuſpenſiuæ, aliæ reſolutiuæ, glo.
in l. 2. D. de in diem addictio. Bar. in l. prima. & in l.
quibus diebus. § Titio. D. de conditio. & demon-
ſtratio. Anchar. conſilio 69. Socin. in l. pecuniam
in vlt. notab. D. ſi cert. pet. nihil prohibet hanc dici
conditionem, ſi non ad ſuſpendendum, ſaltem ad
reſoluendum effectum donationis.

Sed etſi modalem hanc conuentionem eſſe cõ-
cedamus, nihilominus propter eius in obſeruan-
22 tiam † irrita, & caduca donatio redditur. Quia li-
cèt modus, & conditio in actus ſuſpenſione diffe-
rant, tamen in eius reſolutione par eſt vtriuſq; po-
teſtas, ſi modus cauſam finalẽ diſpoſitionis vt iſte
includat. gloſſ. Bart. Bald. & Caſtren. in l. prima. C. de
his, quæ ſub modo. Barto. in dict. l. quibus diebus.
§. Thermilius. Bertran. conſil. 27. numero ſeptimo.
libro ſecundo. Gabriel. conſilio quinto. numero 9.
Alciat. conſi. 52. numero ſecundo. & tertio. libro 8.
Bero. conſilio 30. numero 15. libr. ſecundo. Burſat.
conſilio 221. numero 16. libro ſecundo. Bar. Caſtr.
Iaſ. Alexand. in l. fin. D. de condict. cauſ. dat. Atque
per inobſeruantias pactorum donationibus appo
ſitorum ipſas donationes non ſecus quàm per gra
uiſſimas ingratitudinis cauſas reſcindi diſertiſſimè
ſcriptum eſt in l. fin. C. de reuocand. donatio. licet
ſingulari quodam priuilegio aduerſus eccleſiam
non implentem modum agatur ad implemen-
tum, non autem ad reſciſſionem. cap. verum. de
donatio. quæ ſub modo. Didac. libro 1. var. reſolut.
cap. 14. nu. 6.

Et in terminis donationem euerti, ſi donatarius
nomen, & arma donatoris, vt iuſſus erat, non aſ-
ſumpſerit, ſiue iuſſus in figuram modi, ſiue in figu
ram cõditionis fuerit expreſſus, ſcripſerunt Socin.
in dict. §. Termilius. numero 12. & ibi Menoch in
addit. in lit. D. Grat. conſilio 5. numer. 77. & 78. vol.
2. Batiſ. conſilio 19. per totum. vol. 2. Bologn. conſi.
12. per totum. Rimmal. iun. conſi. 42. nume. 128. &
nu. 129. vol. 4.

23 Donatione autem propter inobſeruantiam pa-
cti rupta, & reſoluta datur donatori, ſi nolit agere
præſcriptis verbis ad obſeruantiam conditio cau-
ſa dati cauſa non ſequuta, ad repetendam rem do
natam, cuius poſſeſſionem in donatarium tranſtu
lit. l. dictam legem. C. de condict. ob cauſ. daton.
Bart. Salic. Caſtren. Alex. Iaſ. in l. fin. D. de condict.
cauſ. dat. Bar. Caſtr. Angel. in l. 2. § fin. D. de donatio.
Socin. conſi. 26. num. 5. libro 3. Corſet. ſingulari 61.
Crauet. conſi. 659.

Vel datur vtilis rei vendicatio, quia ipſo iure re-
ſciſa donatione, dominium redierit ad donato-
rem. l. prima. C. de donatio. quæ ſub modo, & ibi
Salyc. Bald. & Alber. Curt. iun. conſilio 126. nume.
15. volum. 1. Clar. in § donatio. quæſt. fin. præſertim
cùm habeamus clauſulam, (& non aliter) quæ
ipſo iure reſoluit, & reſcindit contractum l. fin. &
ibi glo. & Bart. C. de vend. rer. ad ciuit. pertin. Iaſ. in
l. de his. D. de tranſact. Dec. conſilio 61. numero 2.
Ozaſc. deciſio. 165. numero 13. Bero. conſilio 153.
num. 5. libro 3. & conſilio 19. num. 10. lib. 2. Cephal.
conſi. 118. num. 14. Roland. conſil. 64. num. 33. lib. 4.
& conſil. 53. nu. 29. lib. 4.

Vel denique ſi donatario nõdum res tradita ſit,
competit donatori, poſſeſſioni rerum donatarum
inhærenti, & incumbenti retentio, & exceptio do-
li ad repellendum donatarium, qui non impleuit.
Bar. in dict. §. Termilius. numero 13. & 15. Bologn.
dict. conſilio 12. numer. 17. & 28. Ripa in l. ſi. quæſt.
64. verſic. tamen ſcias. de reuocan. donatio. quibus
non obſtat pactum de donatione non reuocanda;
quod eam reuocationem non excludit, quæ fit ex
inobſeruantia conuentionum. Bart. in l. prima. §. &
parui. D. quod vi aut clam. Dec. conſil. 44. Crauet.
conſi. 659. nu. 2.

Nec dubitari poteſt huic conditioni, vel modo
non fuiſſe obſequutum donatarium, qui perpe-
24 tuò, & ſucceſſiuè non detulerit nomen, & inſi-
gnia familiæ Popeæ, vt videre eſt ex conflictu pro-
bationum vtrinque factarum. Nam delatio con-
tinuata, & ſucceſſiua ſine intermiſſione requireba-
tur in conditione tractum ſucceſſiuum habente, cui
ſemel, aut iterum paruiſſe non ſufficit. Angel. con-
ſilio 34. numero 8. & ſequen. Iaſ. Dec. Alexand. l. ſi
quis hæredem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Corn. conſi.
ſeptimo. volum. primo. Alexan. conſilio 56. libro
ſexto.

ſetto.Iaſ.conſilio 4.volum.1.Chaſſan. conſilio 62. & in terminis noſtris Socin. conſilio 259. libro 2. numero ſecundo.Bologn.dicto conſilio 19.nume. ſecundo. Quod magis elicitur ex illis verbis in donatione appoſitis, *perpetuellement*, quæ continuationem ſine intermiſſione, vel interruptione deſiderant. l.prima. §.ſi hoc interdictũ.D. de furt.l. prima.§ lacus D.vt in flumine public.l.17. §. Labeo. D.de act.empt. quam continuationem apertiſſimè innuunt verba, quibus iubetur donatarius non ſolùm ſemel aſſumere, ſed etiam aſſumpta perpetuò deferre inſignia domus Popeę.

25 Neque vlla interpellatio hoc caſu fuit † neceſſaria, cùm non agatur de pena, ſed de implemento. Iaſ.Rip. Alcia.in l.qd te. D.ſi cert. pet. Pariſ.in iſtis terminis dicto conſilio 19.numero 200 & ſequen. volum.ſecundo. Bologn.dicto conſilio 12. nume. 25.cùm pręſertim adſit iuramentum, quod habet vim continuæ interpellationis. cap.primo. de for. fidel. & impedit purgationem moræ. Guid. Pap. conſilio 31. numero 19. Afflict.deciſio.174. Rip.in l.ſi inſulam.numero 90.& 91. D. de verborum obligatio. neque per ſilentium donatoris, qui cùm eſſet in poſſeſſione, & intelligeret exceptionem ſibi ſaluam eſſe non eſt conqueſtus, remiſſa caducitas videri poteſt,etiamſi tacens contrauentionum actibus interueniſſet.l.ſicut. §.non videtur.l.Titius. §.fin.D.quib.mod.pign.ſoluit. Tiraquel.de retract. municip.§ 1.glo.9.nu.148.& 160.Crau.in terminis conſi.152.nu.8.

26 Neque dixerit aliquis,reuocationem ſuperſtite donatario fieri debuiſſe, cùm reuocatio neque hæredi,neque contra hæredem competat. l.his ſolis.§.actionem.l.fina.§.hoc tamen. C.de reuocand. donatio. Nam hoc locum habet in reuocatione, quæ fit à l.ex ęquo. & bono, ob cauſam ingratitudinis,non autem in reuocatione, quæ ex inobſeruantia pactorum, & conuentionum fit iure contractus. per text. clarum in l. dictam legem. l. ſi vt proponis. l ea lege. l.ſi reperendi. C.de condict. ob cau.dator.Doctor.in l.fina C.de reuocan.donatio. & ibi Salice.numero quarto. Alberic. numero ſecundo.Ange.numero 3. Quinimò licèt ex cauſa ingratitudinis non detur reuocatio aduerſus hæredem ingrati, datur tamen retentio, & exceptio. Rip.in dicta l. fina. quæſtio. 64. numero 214. quæ exceptio, & retentio ſufficit in iſto caſu ad excludendum actricem.

27 Sed hic elegãs incidit dubitatio,num Aymonis primi donatarij culpa, & inobſeruantia Gulielmo eius filio aſcribi, & officere potuerit. Hæredes enim deſcendentes ex illo matrimonio vocatos eſſe,& quidem gradatim, atque ordine ſucceſſiuo vocatos eſſe non eſt obſcuri iuris, tum quia quotiens vocatur aliquis, & eius deſcendentes nondum nati,non poſſunt videri vocati filij ſimul, & ſemel cum patre.Doctor.in l.Gallus. §.quidam rectè D de liber.& poſthum.& ibi Socin.ſen.numero tertio. Alciat. numero 33. Socin. iun. conſilio 40.numero ſecundo.volum.quarto. Dec.conſilio 248.numero quarto.tum quia heredes deſcendentes alicuius non poſſunt intelligi vocati, niſi poſt mortem illius,cùm viuentis nulli poſſint hæredes eſſe.ita Iaſ.in d.§.quidam rectè.nu.78.

Reſpondetur multis modis. Primò quidem modum impoſitum pluribus ſucceſſiuè, ſi per primum non fuerit impletus,repellere alios ab agendo.Soci.conſilio 259 numero primo. lib ſecundo. Bologn.conſilio 12. numero 12. Præſertim ſtante illa clauſula, (& non aliter,) quæ eſt præciſa,& reſolutiua,ſi modus adiectus non impleatur, vt ſuperius latè diſſeruimus.

Secundo reſpondetur, in deſcendentibus requiri qualitatem hæreditariam. Afflict.deciſio.140. & deciſio.191.& deciſio. 240. Moder. Pariſ.in addit. ad Dec.conſilio 395.Gabr.de verborum ſignificat. concluſ. tertia. numero quinto. & numero nono. Clarus in §.feudum. quæſtio 9. verſic.quandoque. in quibus bonis factum patris nocet filio. Afflict. dicta deciſio 240.numero decimo.

Tertiò reſpondetur, filium Gulielmum non fuiſſe in rerum natura, quo tempore euenit propter inobſeruantiam caſus reſciſionis donationis, & ſubſtitutionis ſuæ. Nam ſi Titio, & eius filijs aliquid fuerit relictum,debetur Titio & filio nato tempore cedentis legati.vel fideicommiſſi,filijs verò poſtea ſuperuenientibus nihil debetur per text. in l.interuenit.D.de legat.præſtand. l.cum pater. §. hæreditatem. D.de legat. ſecundo. l.prima. §.cum triplici.C.de caduc.tollend.vbi nati poſtquam ceſſit dies,vel conditio legati, vel fideicommiſſi non admittuntur. ita Alexand. conſilio 22. numero 4. libro tertio. Com.conſilio 17. libro quarto.Socin. conſilio 113.libro primo.Iaſ.conſilio 206.numero primo.libro ſecundo.Roman. conſilio 408. Ruin. conſilio 212. numero ſexto. Tiraquell. de retract. municip.§.primo gloſ.9 numero 82. & ſequen ſi enim in legatis puris familiæ, vel agnationi relictis admittunt duntaxat nati, vel concepti tempore mortis teſtatoris. l. ſi cognatis. D. de rebus dub.l. cum ita legatur.§.in fideicommiſſo. D.de legat.2. Ita in conditionibus admittendus eſt procreatus tempore euenientis conditionis, atqui cum ipſo iure propter inobſeruantiam modi, vel conditionis fuerit reſoluta donatio in perſona primi donatarij, & tempore reſolutionis nullus fuerit ſecundus donatarius, in cuius perſonã donatio continuari, & conſeruari poſſet, ea proculdubio euanuit, & dominium bonorum donatorum, (quod in ſuſpenſo eſſe non potuit, nec in nullius bonis conſiſtere) ſtatim atque à primo donatario fuit ablatum, ad donatorem poſſeſſioni incumbentem eſt deuolutum, ſeu potius reuolutum, à quo iterum ſine nouo facto diſcedere non potuit. Idq; veriſſimum eſt hoc caſu, quo non apparet de voluntate donatoris extenſa, & porrecta ad multos gradus ſubſtitutionum. Alex.conſilio 118. volu. 2. Dec.conſi.95.nume.5. Curt.iun.conſi.57. Cephal. omnino videndus conſi.262.nu.14.

Poſtremo reſpondetur,hanc donationem petitam fuiſſe ex perſona filij tanquam hæredis patris non tanquam vocati in donatione. Imò vero ius, quod competebat filio,tanquam filio apertiſſimè in actis ſepius repudiatum eſſe.

Deciſio CCLXX.

Sed & ſi Aymo quãdiu fuit in humanis huic le
28 gi donationis ſtudioſè, & officioſè paruiſſet, † ta-
men cùm ipſe, & eius filius acerbo fato pręuenti,
alter in ipſo vitæ limine, alter in ipſo ætatis flore
deceſſerint, cauſam finalem donationis, & ipſam
donationem defeciſſe dicendũ eſt. Donator enim
iubendo nomen, & inſignia familiæ Popeę per
Aymonem, & omnes eius deſcendentes in perpe-
tuum aſſumi, deferri, & releuari ad effectum, &
perpetuitatem delationis reſpexit, alioquin aſſum-
ptionem duntaxat imperaſſet, quæ vno actu perfi
citur, non etiam delationem, vel releuationem
iuſſiſſet, quæ continuationem, & tractum habet in
futurum, tum ex ipſis, tum addito verbo in perpe-
tuum, multoque magis hoc onere omnibus de-
ſcendentibus iniuncto, quod nomen deſcenden-
tium, extenſionem vltra trinepotes habet, quo
caſu ad infringendam donationem nihil intereſt,
vtrum grauati noluerint, vel non potuerint, ſiue
morte, ſiue alio impedimento intercedente condi
tionem adimplere, ſi modo effectus ille, cuius con
templatione facta eſt donatio, non ſequatur, quia
tunc neque voluntatem, neque impoſſibilitatem
grauatorum attendimus, ſed ipſius grauaminis im
plementum intuemur. Bart. & poſt eum omnes
Doctor. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. D. de liber. &
poſthu. Dec. in l. cum proponas. ſecunda. C. de pac.
Craue. conſi. 151. nu. 10. Cumq; donator poſterio-
re capite conuenerit, vt Aymone decedente ſine
liberis, quibus delatio in perpetuum erat iniuncta,
caduca fieret donatio, apertiſſimè declarauit hanc
eſſe legem, & conditionem donationis, vt quoquo
modo nominis, & armorum delatio ceſſaret, ſiue
quod grauati nollent, ſiue quod morte præuenti
non poſſent ea perpetuò deferre, euaneſceret do-
natio.

Ex quibus licèt interpretationi poſterioris pacti
vt Aymone ſine hæredibus ex illo matrimonio de
cedente bona ad donatorem reuertantur, clariſſi-
ma lux effulgeat, ſingularis tamen, & diſtincta de
eo diſputatio eſt inſtituenda. Quia in re liberaliter
iugendum eſt generalem regulam inualuiſſe, vt
ſubſtitutio ſine liberis morienti facta per exiſten-
tiam filij eo tempore quo grauatus moritur adeo
extincta, & perempta intelligatur, vt per mortem
filij ſtatim poſt decedentis non reconualeſcat, ne-
que reuiuiſcat. Doc. in l. Lucius. D. de hær. inſti. l. ex
facto. §. pen. D. ad Senatuſcon. Treb. l. filiusfamil. §.
cum quis. D. de leg. 1. quam in rẽ in vltimis volun-
tatibus vulgò in ore omnium eſſe ſolet ſolenne
29 † conſil. Oldr. 21. & 141. & in donatione inter vi-
uos celebris deciſ. Cyn. in auth. ſed & ſi quis. C. de
ſecun. nup quibus mirificè applaudunt vulgatę, &
decantatæ regulæ, caſum omiſſum in contractib.
haberi pro omiſſo. l. ſi cum dotem. D. ſolu. mat. l. ſi
extraneus. D. de condict. ob cau. l. commodiſſimè.
D. de lib. & poſthu. & extenſionem de perſona ad
perſonam non admitti. Doct. in l. ſi quis ita. §. pen.
D. de teſta. tutel. in l. Gallus. §. quid ſi tantum. D. de
lib. & poſth. l. cum res. D. de leg. 1.

Verùm ab iſtis generalib. regulis, & aſſertionib.
ſpeciali ratione edictante, ſingularibus coniecturis
ſuadentibus, contraria voluntate diſponentis co-
gẽte diſcedere ſolemus. Atqui hoc caſu hæ omnes
coniecturæ certatim concurrunt, quarum ſingulæ
ſatis ſuperq; docerent hanc cõditionem ita exau-
diendam eſſe, vt ſiue Aymo, ſiue eius filius ſine li-
beris donatori pręmorerẽtur, bona ad eum ſuper-
ſtitem redire debeant. Primo nanque verum eſt
donationi iſti admixtam conditionem de ferendis
nomine, & inſignibus familiæ Popeę ineſſe, quæ
cõditio, vt ſuperius latè diſſeruimus, donationem
tanquam cauſa finalis expreſſit, & extorſit. Hæc
cauſa finalis, quæ legem, & vires contractui inſpi-
rat, nõ minus filio Aymonis, quàm ipſo Aymone
ſine prole ante donatorẽ moriente expirat. Vtroq;
enim caſu verum eſt neminem donatori ſuperui-
uere, qui memoriam, & dignitatem familiæ ſuæ,
per aſſumptionem nominis, & inſignium delatio-
nem repræſentare valeat. Secundo videre eſt filios
Aymonis, non ſolùm eſſe poſitos in conditione,
ſed etiam fuiſſe diſpoſitiuè vocatos, & nomina-
tim ſuperiore conditione grauatos. Cùm autem
filij ſimpliciter ſint poſiti in conditione, euentum
conditionis duntaxat attendimus ad excluden-
dam, & repellendam ſubſtitutionem: vbi verò vo
cati ſunt, atque etiam diſertè grauati non tantùm
euentum conditionis, ſed etiam effectum conſide
ramus ad quem conditio directa, & inſtituta erat.
Neque hoc caſu ſufficit per natiuitatem filiorum
conditionem euentum ſuum eſſe ſortitam, niſi
etiam per eorum diuturnam ſuperuiuentiam ef-
fectum ſuum conſequatur. Tertio plurimum re-
fert vtrum liberi, vel hæredes, & deſcendentes po-
ſiti ſint in conditione. Nam conditio ſi ſine liberis
deceſſerit momentanea liberorum natiuitate abo
letur: conditio ſi ſine hæredib. vel deſcendentib. re-
quirit permanentẽ hæreditatis aditionẽ, & conſtan
tem facti perſeuerantiã. Hoc aũt caſu non ſolùm
liberi poſiti ſunt in ꝯditione ſub appellatione hęre
dũ, ſed ẽt ſub appellatione deſcendentiũ. Qđ no-
men ad liberorũ liberos, & poſterorũ poſteros la-
tiſſimè, & fuſiſſimè ꝑmanat. Ex quo nõ obſcurè in
telligimus nõ eſſe in conditione momentaneã li-
berorum natiuitatem, ſed eorum poſt donatorem
ſuperuiuentium. Neque mortem ſolius Aymonis
ſine liberis fuiſſe à donatore conſideratam, ſed ex-
tinctionem, & interitum totius lineę, vt euidentius
apparet ex vocatione omnium deſcendentium in
perpetuum, oneratione aſſumendi, & deferendi
nomen, & arma in perpetuum, & in alijs, quæ ſu-
perius vberrimè colligimus de perpetuitate iſtius
conditionis hoc in loco commodiſſimè repeten-
da, & omnino transferenda. Quartò bona donata
Aymoni, & eius deſcendentibus in perpetuum ea
lege, & conditione, de qua ſupra non poterant in
extraneos ne quidem poſt mortem donatoris alie
nari, multò ergo minus ipſo viuo in eos per hanc
ſucceſſionẽ ab inteſtato alienari potuerunt. Quin-
tò ſi donator præferri voluit hæredi extraneo Ay-
monis ſine liberis morientis, multò magis præferri
voluit hæredi extraneo filij incogniti, & minus di-
lecti, ne meliorem, & fauorabiliorem cõditionem
filij, quã patris minus dilecti, quàm magis dilecti
donator

donator feciſſe cenſeatur. Sextò ſi ſubſtitutus eſſet
aliquis agnatus Aymoni ſine liberis morienti, na-
tiuitate filij ſtatim de medio ſublati conditionem
non eſſe extinctã defenderemus, vt bona ad agna-
tum deferantur, multo magis idem dicendum eſt
cùm ipſemet donator fuerit ſubſtitutus, vt bona
ad eum deferantur, alioquin donatoris frugalitatẽ
ſua ſpe eluſam, ſua expectatione, & voto fruſtratã
bonis ſuis omnib. exutam, & abdicatam ludibrio
extranei, & incogniti hæredis, exuuijs, & opimis
ſpolijs Popeæ familiæ penitus extinctæ, & ſepultę,
familiã ſuam ornantis, contra æquitatem, & pie-
tatem obijceremus.

His, & longè leuioribus coniecturis ducti, quin
30 etiam altera ex iſtis contenti Doctores noſtri † ab
opinione Oldradi receſſerunt, & conditionem il-
lam, (ſi ſine liberis deceſſerit) duplicem eſſe volue
runt, & locum eſſe ſubſtitutò, ſiue primus inſtitu-
tus, ſiue eius filij deceſſerint ſine liberis. Caſtr. con-
ſilio 343. libro primo. Crauet. conſilio 98. numero
12. & ſequen. & conſilio 326. numero 16. Curt. iun.
conſilio 121. numero 15. Ruin. conſilio 9. numero
8. libro primo. Socin. iun. conſilio 42. numero 5. &
numero 25. volum. 1. Guid. Pap. deciſio. 531. Grat.
conſilio quinto. volum. 2 Dec. conſilio 270. & con
ſilio 480. & conſilio 585. & conſilio 594. Iaſ. conſi-
lio 53. in fin. volum. 3. Caſſiod. deciſio. prima de te-
ſtamen. latiſſimè Marzar. conſilio quarto. numero
ſexto. & ſequen. Gabriel. tit. de fideicommiſſ. con-
cluſ. 7. numero 4. 5. 6. & ſeq. Manti. de coniect. vlt.
volunt. libro 11. titu. 6. nume. 6. & 7. Simon de prę.
de interpretat. vltim. volunt. libro tertio. ſolut. 3. nu
mero 10. 11. & ſeq. Zanc. in repetit. l. hæredes mei.
§. cum ita. numero 752. & 739. Odd. Peruſin. de
compend. ſubſt. par. vltim. quæſtio. prima. in ſecun
da part. art. 2. per totam, apud quos videre eſt ac-
curatiſſimè, & ſtudioſiſſimè relatas, & collectas
Doctorum innumeras pro iſta opinione autho-
ritates.

Neque obſtat deciſio Cyn. in terminis donatio-
nis in dict. authen. ſed & ſi quis. C. de ſecund. nupt.
Nam ibi contrarium cenſuit Salic. ſi in conditione
fuerint poſiti non quidem liberi, ſed hæredes de-
ſcendentes, quia iſta verba hæredum, & deſcen-
dentium tractum habẽt ſucceſſiuum in futurum.
Saliceti opinionem amplectitur Alex. conſilio 53.
volum. 6. interuenientibus coniecturis conditio-
nem hanc duplicem eſſe ſuadentibus. Alexandrũ
ſequitur Chaſſ. conſilio 62. numero 12. Qui adeo
frigidius videntur hanc opinionem defendere cõ-
tra Cyn. quoniam præter nomen hæredum, & de-
ſcendentium alias coniecturas non habebant, ex
quibus contraria voluntas diſponentis tam clarè,
& euidenter, quàm in caſu noſtro conciperetur:
tunc enim omnis dubitandi ratio conquieſcit.

Neque etiam negotium facit, quod in contra-
31 ctibus omiſſum pro omiſſo habeatur. † omiſſum
enim non dicitur, quod ex veriſimili mente di-
ſponentium in caſu expreſſo cõtineri poteſt. Curt.
ſen. conſilio 52. Ruin. conſilio 170. libro ſecundo.
Pariſ. conſilio 75. & conſil. 77. libro ſecundo. Me-
noch. conſilio 76. numero 25. volum. 1. Imò caſus
ille comprehenſus in diſpoſitione dicitur, qui ve-
nit ex tacita mente contrahentium. l. ſi extraneus.
D. de condict. cauſ. dat. præſertim ſi ex natura cau-
ſæ finalis caſus ille tacitè prouiſus eſſe dicatur. Iaſ.
in dict. l. ſi extraneus. numero primo. vbi generali-
ter ſcribit regulam caſus omiſſi in contractib. nun
quam militare; quoties ratio cauſæ finalis vtrunq;
caſum comprehendit. Nam omiſſus caſus inclu-
ditur in expreſſo ex identitate rationis, non per ex-
tenſionem, ſed per intentionem, neq; per amplia-
tionem, ſed per declarationem. Ruin. conſilio 145.
numer. 5. libro 2. Socin. iun. conſilio 39. numero 4.
libro tertio. Roland. conſilio 14. numero 82. libro
tertio. Burſat. conſilio 50. numero 21. libro 1. Port.
conſilio 103. numero 24. Crauet. conſilio 62. num.
14. Menoch. conſilio 86. numero 46. libro primo.
Roland. conſilio 14. numero 30. volum. 3. hic vero
non ſolùm eadem ratio, ſed longè maior, & gra-
uior ſuadet, vt donator, qui præmortui Aymonis
ſine liberis extraneo hæredi voluit præferri, Gu-
lielmi quoque filij ſine liberis præmortui, extra-
neum hæredem in bonis donatis excludat, quem-
admodum ex ſupradictis locupletiſſimè com-
probatur.

Denique regula prohibens extẽſionem de per-
32 ſona ad perſonam in hac facti ſpecie † inſuper eſt
habenda: nam etiam in correctorijs iuris commu
nis, & in ſtatutis excluſiuis fœminarum, vel cogna
torum ex identitate rationis, excluſio vnius perſo-
næ producitur ad alteram. Bart. & Salicet. in l. 1. C.
de in ius vocando. Caſtren. conſilio 40. & conſilio
262. libro ſecundo. Dec. conſilio 353. Iaſ. in l. de
quib. D. de legib. & in l. 2. §. j. D. de in ius vocando.
Crauet. conſilio 355. Curt. iun. conſilio 121. nume.
14. vbi videre eſt excluſionem neptis porrigi ad
excluſionem amitæ. Ergo ſi extranei hęredes Ay-
monis excluduntur ex pacto per donatorem ſu-
peruiuentem, multomagis extranei hæredes Gu-
lielmi filij per eundem excludi debent, quod pro-
culdubio contrahentes reſpondiſſent, ſi de eo fuiſ-
ſent interrogati. l. tale pactum. §. fi. D. de pact. Dec.
conſ. 227. num. 10. Neuiz. conſ. 30. num. 6. Rolan.
conſ. 62. nume. 25. libr. 3. Neque dixerit aliquis re-
ferre, vtrum bona peruenerint ad extraneos, cùm
etiam fœminæ deſcendentes ex Aymone fuerint
appellatione deſcendentium, quæ latiſſimè patet,
in donatione vocatæ; per quas neque memoria,
neque dignitas nominis, & familiæ Popeæ pote-
rat retineri. Reſpondetur enim nihil faciendam
hanc obiectionem, cùm videamus expreſſo pacto
excluſos hæredes extraneos, & vocatos omnes
Aymonis deſcendentes, cum onere ſæpius in hoc
reſponſo repetitæ, & inculcatæ conditionis. Secun
do reſpondetur vocatis deſcendentibus alicuius
cum onere deferendi nomen, & inſignia, ſolos ex
natura conditionis maſculos, & inter maſculos
primogenitos intelligi vocatos, ita elegãter Guid.
Pap. deciſio. 467. Benedict. in repetit. c. Raynutius.
in illis verbis, (in eodem teſtamento relinquens)
nu. 164. de teſtam. Tiraq. de iure primogenit. q. 64.

Hactenus Gaucanus.

Deciſio CCLXX.

SED vt iam receptui canamus,& primã harum noſtrarum deciſionum partem tandẽ abſoluamus, vt in Sereniſſimum Principem, & Dominũ meum Colendiſſimum oratio vnde initium ſumpſit etiam deſinat iuxta illud Horatij.

Prima dictæ mihi ſumma dicenda Camena.

Poſtquam in inſignium, atque armorum tractatum incidimus, proponenda nobis eſt illuſtris quęſtio ſatis ſuperque à grauiſſimis Doctoribus agitata, quam Sereniſſimus Dux noſter Carolus Emanuel diſputandam propoſuit (vt illius moris eſt aliquid ſemper inter epulas à circunſtantibus in omni bonarum diſciplinarum genere quęrere, ne vnquam omnino, aut mente, aut corpore otioſus ſit) eſſet ne antiquitus præſertim durante Romana Republica, vel ante, armorum atque inſignium aliquis vſus, qui familias à familijs ſepararet, & agnationum antiquas nobilitates præſeferret. Cognominum enim nulli dubium fuiſſe obſeruationem antiquitus, vt in familia Scipionum, Iuliorum, Brutorum, Fabiorum, & ſimilium, ſicut
33 etiam nominum, † & prænominum, & agnominum, de quibus, & eorum vſu, & ratione elegãter diſſerit diſertiſs. Connanus lib. 2. c. 11. Comen. iur. ciuil. & Prat. in lexico iuris in dictione nomẽ, ex l. 4. C. de teſtam. ad quos præſertim vero Connanũ hac de re vberrimè tractantem lectorem remitto. Sed de inſignijs, & armis magna erat controuerſia: aderat tunc inter cęteros in illa procerum multorum corona, qui prandenti Principi aſſiſtebant, Clariſs. Iuriſcon. & Senator Manfredus Goueanus, qui ſtatim reſpondit non extitiſſe hanc inſigniorum, & armorum obſeruãtiam, ea in primis motus ratione, quod de ea nullibi in ſacris, aut prophanis literis, vel Iuriſconſultorum, aut hiſtoriarum libris ſatis clara mẽtio fiat, vt facta eſt de ſtatuis, aut imaginibus, de quibus in l. 2. D. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. Aufidus. D. de priuileg. creditor. & alibi ſępius. Differunt autem ſtatuæ ab imaginibus, vt per glo. in l. ſtatuæ, & imaginis. D. de vſufru. & per Alberic. in rub. C. de ſtat. & imaginib. Imagines enim dicebantur non ſolùm pictæ, ſed etiam ſculptæ ex ære, auro, marmore, vel cera, aut ſimilibus materijs. Statuę autem non dicũtur imagines pictæ, & cùm hæc, quòd eſſet tunc talis armorum obſeruantia, & vſus facti ſint, aſſerenti incumbit onus probandi. Adducebat præterea pro hac ſua opinione doctiſs. viros & harum rerum peritiſſimos Gulielmum Budeum in l. fi. § initium. ver. vindicias filiæ ſuæ à ſe abdicaſſe. in quatuor vlt. col. illius comentarij, & Alciat. lib. 5. c. 13. Ego verò dicebam horum inſignium, & armorum frequentem fuiſſe vſum etiã apud antiquos, pro qua re adducebam, quòd ſemper, & omni æuo nobilitatis ratio habita fuerit, quæ non naſcitur ictu oculi, vt dicebat Bald. in procem. feud. & alij à Tiraq. copioſè relati in tit. de nobil. c. 19. nu. 9. & quo antiquior eſt nobilitatis origo, eo etiam dignior, vt latè per Tiraq. de nobil. d. c. 19. per tot. & longa Clariſſimorum virorum ducta progenie. Ideoque legitur Eſdræ lib. 1. c. 2. circa fi. quòd filij Berzelai non inueniẽtes antiquæ genealogiæ ſuæ ſcripturam, eiecti ſunt de ſacerdotio.

Quocirca apud antiquos duplex erat conſer-
34 uandæ antiquæ nobilitatis forma, † vna quidem ex ſtatuis, & imaginibus, quæ cereæ in atrijs conſeruabantur, & in mortuorum funeribus deferebantur longo ordine, vt ſcribit ex Cicerone, Plinio, Iuuenale, & alijs antiquis ſcriptoribus Bud. in d. l. fi. & Pompeius Rochus Lucenſis in ſuo eleganti tracta. de inſignib. familiar. lib. 1. Quæ ſtatuæ non ſolùm togatis, ſed etiam armatis viris vſui erant, vt colligitur ex Budeo, & alijs.

Altera verò memoriæ conſeruandæ ratio poſita erat in inſignibus, & armis, quæ tñ inſignia, & arma non niſi glorioſis concedebantur. Cœterum ſi nihil glorioſum egiſſent, aut ipſi, aut eorum maiores albo Clypeo vtebantur, vt eſt apud Virgil. lib. 9. Aeneid.

Enſe leuis nudo parmaq; inglorius alba.

Sin verò dignum aliquod facinus peregiſſent, ipſi aut eorum maiores inſignijs, aut proprijs aut maiorum vtebantur, vt apud Virgil. lib. 9.

Satus Hercule pulchro,
Pulcher Auentinus Clypeoq; inſigne paternum
Centum angues cinctumq; gerit ſerpentibus Hydra.

Quod ab Eſiodo infra citando deſumpſit Virgil. clariuſq; id exprimitur ab Ouid. lib. Metam. 7.

Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in Capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.

Nomenq; iſtud armorum pro inſignib. frequens eſt apud Virgil. vt lib. 6. Nam dũ inducit Aeneam Deiphobo ſororio armipotenti cenotaphium, ſeu tumulum inanem ponentem ſic ait.

Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem
Conſtitui, & magna manes ter voce vocaui,
Nomen, & arma locum ſeruant.

In quo verſu adnotauit Seruius ea arma depingi ſolita, quem morem etiam nunc obſeruamus, vt ſepulchris arma, & inſignia defunctorum nomen, & familiam referentia affigantur, erantq; defunctorum trophea, vt apud eundem Virg. lib. 10.

Arma Sereſtus
Lecta refert humeris tibi Rex gradiue trophęum.

Et apud eundem Virgil. lib. 1.

Aut capim, aut celſis in puppibus arma caici.

Et ne aliquis dicat intelligi ibi de armis ad bellum proprijs. Reſpondeo ex alio Virgilij carmine dum loquens de Iunone, quæ in vrbe Cartaginis arma ſua ita habebat, ſic ſcribitur.

Hic

Hic illius arma, hic currus fuit.

Quamuis ibi Seruius armatam Iunonem etiam aſſerat, & hanc meam ſententiam videtur comprobare Doctiſs. vir, & ipſius Virgilij anatomiſta Nicolaus Erytreus in ſuo indice Virgiliano in dictione *Scyllaq; Cloantus*, vbi naues Aeneę in pupib. picta habuiſſe varia inſignia adnotauit, prout earũ varia erant nomina. ſ. Scylla, Piſtris, Centaurus, Chimæra, Apollo, Triton, & alia multa, quæ ſingulariter ibi videri poterunt: plura enim ad rem hãc ſcitu digna reperies. Vnde nõ omnino placet concordia ab eruditiſſimo Iuriſcon. Pompeio Rocho Lucenſi tradita, qui dixit viros militares vſos fuiſſe inſignibus, quibus nunc nos vtimur, togatos verò ſtatuis, & imaginib. ſiquidem ſtatuæ, & imagines tam militarium quàm togatorum ſtemmata fuerãt prout nunc inſignijs, & armis promiſcuè vtuntur & milites, & togati, & alij quicunq;. Hinc armorum loco aratrum appendiſſe Gordium Regis Midæ patrem ſcribit Caſſaneus glor. mund. par. 1. conſider. 38. concluſ. 28.

Hęc autem arma, atq; inſignia, cùm nihil ſit ſub
ſole firmum, vt inquit Salomon, ſed oĩum rerum
35 viciſſitudo, ſintq; humanæ res † in continuo mo-
tu. Soc. in l. 2. nu. 5. D. de condi. & demon. per l. 2. C.
de vete. iur. enucl. & §. ſed quia. & §. vt autem. in
authen. de non alien. omiſſo ferè omnino vſu ima
ginum, & ſtatuarum frequentiori vſu recepta
ſunt poſt regẽ Artuſiũ ſi Alluiſio Alemano poe-
tæ Illuſtr. credimus in pręfatione ſui malè auſpica
ti operis Gironis Corteſij, in epiſtola ad Henricũ
Galliæ regem deſcribenti armorum ludos, quos
Rex Artuſius ſpectandos propoſuerat, ita enim
inquit. *Aequites dignioris gradus deferebant prolibito*
varios colores ſuper armis, quibus induebantur, in quibus
aliquid erat denotans Principẽ, pro quo quiſq; militabat,
alij verò minoris ordinis eqtes ferebãt colores, ſeu (vt ipſe
vocat) *diuiſias* quas Syntheſes vocat Martial. *eorum*
Ducũ, qui illos vocauerant. Sed hæc nõ ad arma, & in
ſignia, ſed potius ad colores, ſeu diuiſias referri vi-
dent; adſunt. n. ẽt nũc in hoc gñe tria inter ſe omni
no diuerſa, ſcilicet primò arma, & inſignia, quæ in
36 ſcutis, ſeu clypeis pingi ſolent. Secundò † color,
ſeu diuiſa quam vulgò nominant, & latinę appel-
lari credo ſyntheſim, de qua Martial. li. 2. epigr. 46.

Sic micat innumeris arcula Syntheſibus.

Et libro 14.

Syntheſibus dum gaudet eques Dominusq; Senatus.

Dictas autem puto Syntheſes à Syntheſi grammaticarũ figura, quæ compoſitionem ſignificat, quaſi quid varijs coloribus compoſitum, vt etiam ſolent ferè omnes amantes, ſeu verius amentes facere, dum ex coloribus coniunctis animi intentionem demonſtrant, & corporum coniunctionem præſagiunt. Hac igitur Syntheſi, ſeu diuiſia milites, pręſertim equites in ſuprauestibus ornabantur, quandoque vnius, quandoque plurium colorum, prout etiam nunc alij faſcias, ſeu vt vocant ſchierpas, ſeu cruces albas, vt Galli, aut rubeas, vt Hiſpani, aut ceruleas, vt Ducis nři Sabaudię, aut alterius coloris ſuperaddũt. Quidam etiam illi ſuprauesti literas & breue quoddam dictum inſerunt, vt magnus ille Iacobus Triuultius, qui ſuis ſuprauestibus purpureis in anteriori parte hæc inſcripſerat, *Egli è cio che Dio vuole*, In poſteriori verò, *Sarà ciò che Dio vorrà*. Tertio ſunt Emblemmata, de quibus
libellum elegantem ſcripſit præceptor meus Al-
37 ciatus, quæ vulgò † vocantur *Impreſe*, de quibus
etiam extant perfecti libri Iouij Epiſcopi Nouo-
comenſis, & Hieronimi Ruſcellij, & aliorum.

Sed vt ad inſignia redeamus idem Alemanus
libro 23. deſcribit varia nobilium æquitum, & Re-
gum inſignia ſcilicet Pharamũdi tres aureos Buf-
fones, in campo, ſeu area, vel clypeo nigri coloris.
Rex Artuſius tredecim coronas aureas in cly-
peo, ceruleo Gironus ſcutum aureum ſimplicem
forte alludens ad illud Virgilianum *Parma in glo-*
rius aurea. Banus tres faſcias purpureas in ſcuto
argenteo. Meliaduxius in ſcuto pingebat varios
colores in formã veris. Triſtanus Leonem aureũ
lingua, & vnguibus rubeis in ſcuto viridi. Eques
intrepidus ſcutum argenteum ſimplicem. Sicura-
nus draconem nigrum in campo aureo. Balaa-
nus aprum nigrum in ſcuto argenteo. Rex lacus
tria capita rubea in ſcuto aureo, & ſequentibus
verſibus demonſtrat, artis horum inſignium eſſe,
38 † ne metallum ſuper metallo, neque color ſuper
colore pingatur.

E quantonque il coſtume noſtro voglia,
Che nel compor le armigere diuiſe,
Il metal col metallo non s'accoglia,
Ne color con color giamai ſi miſe;
Pur ei per ſodisfar alla ſua voglia,
Argento con pur'oro in vn commiſe,
Dicendo, dica pur chi vuol, ch'io falli,
Ch'io porrò inſieme gl'ottimi metalli.

Antea enim idẽ Rex Lacus pro inſigni geſtauerat
multas auri guttas in campo argenteo. Rex Boor-
tes tres rubeas faſciolas, quas nos ſbarras vocamus
in campo argenteo. Caradoſſus coronam argen-
team in campo cęruleo. Securadus ſcopulum ni-
grum in campo aureo. Brunorus Leonem Scha-
chiatum rubeo, & nigro colore in campo argen-
teo. Lionellus tres faſcias rubeas cum nouem ſtel-
lis nigris, in campo argenteo. Amoralrus ex Iſlan-
dia Leonem rubeum cum vnguibus viridibus in
campo argenteo. Iarciualis multas cruces aureas
in campo rubeo. Morgallus tres pedes tigris au-
reos in campo rubeo. Brecozus draconem argen-
teum in campo nigro, & vidi quandoque apud
amicum meum Carolum Guliet Dominum San
cti Petri in Valle Auguſta libellum, in quo aderãt
39 arma, & inſignia antiquorum † heroum id eſt Me
nelai gerentis Hippogriphum argenteum in ſcuto
rubeo, Agamenonis aquilam argenteam in ſcu-
to rubeo, Ayacis Telamonij apros duos aureos in
campo rubeo; Protheſilai duos vrſos rectos ſe

inuicem

inuicem reſpiciētes coloris nigri in campo aureo. Vlyſſis Hippogriphi argentei in campo bipartito, cuius ſuperior pars rubea erat, inferior cęleſtis coloris: Nauli Elephantem argenteum in ſcuto rubeo: Achilis Tigrem auream in campo rubeo: Patroclū tres columbas argenteas in ſcuto nigro: Neſtoris ſerpentem argenteum in campo aureo. Theſei Leopardum aureū in campo nigro: Amazonum tria capita muliebria galerata argentea in campo rubeo: Priami aquilam auream in campo nigro: Hectoris duos aureos Leones rectos ſe reſpicientes in campo nigro, cū tamen Rochus aquilam fuiſſe Hectoreæ gentis ſignum dixerit ex Mapheo Vegio. Anchiſis Aquilam coloris cęleſtis in campo argenteo, & alia diuerſorum regum inſignia, quæ omitto ne longior ſim. Quanquam vix illi ſcripturæ credam, cum de eis nulla apud Homerum diligentiſſimum rerum etiam minutarum ſcriptorem mentio facta fuerit, ita vt credi poſſit poſt bellum troianum incępiſſe inſigniorum vſum: ſcribit enim Homerus multis in locis de Clypeis, nec vllum de eorum inſignibus verbum; Et cum multis carminibus deſcriberet Clypeum à Vulcano factum in Thetidis gratiam, qui Achilli donaretur: omnia illic totius orbis artificia depinxit, nō autem ſimplex quoddam ſtemma, aut Emblemma, vt nunc fit, quod pro inſigne in Clypeo eſſet, quod ego admiror; cum enim Virgil. libr. 2. Eneid. inducat Chorebum troianum iuuenem argiua arma induentem, his verbis.

Sic fatus deinde comantem
Androgei galeam, Clypeique inſigne decorum
Induitur, lateriquc argiuum accommodat enſem.

Vbi Seruius, inſigne non pro epitheto, ſed pro nomine ſubſtantiuo eſſe dicit, ne ibi duo ſint epitheta, quod apud Latinos vitioſum eſt. Sed & de his antiquis inſignibus mentionem facit Homero antiquior Poeta Heſiodus loquens de ſcuto Herculis, his verſibus.

Tum capit ingentem Clypeum, prorſusque ſtupenda
Arte laboratum iactu, quem nulla recepto
Vulnera Ceruleis circum currentibus aurum
Orbibus infuſum, duroque volumina gypſo
Incuruata, eboris niueo candore relucent.
Multoque permiſtis variant coloribus æra,
Alternant viuos Clypei cęleſtis honores.
In medio ſpiris tortus draco, fronte reflexa
Atque retrouerſis oculis in terra recumbit
Ingens, terribilis, multoque rubentibus igne
Luminibus, ſtringens adapertis faucibus ora.

Manetto etiam Aegiptius in lib. de Regib. ægipt. dicit, qđ ab origine regni Troiani apud Tyrrenos regnauit Oſcus, cuius inſigne fuit ſerpens ex familia Vetuloniæ.

Sed & Plutarchus in Opuſculo, qui inſcribitur Terreſtria an aquatilia animalia ſint callidiora, ꝓpè finē dicit Vlyſſis ſcutum habuiſſe pro inſigne Delphinū ex ſterſicoro, & Cryteo aſſetēs hāc eſſe cauſam, quòd Telemacū filiū in mare prolapſum Delphinus ſeruaſſet, cui pater gratiam referens annulo ſignatorio, & Clypeo Delphinū inſculpſit. Et idem Plutarch. in Opuſcul. cui nomen Decem orator. Vitæ ſcribit Demoſthenem in Clypeo pinxiſſe bonam fortunam: & idem in Opuſcul. de genio Socrat. Nimirum aiebat Capluſias Arma auro obducemus, & ſcuto permixtum purpuræ auro, vt Nicias Athenieſis diſtinguit. Idē probat Athen. Dipnoſophiſtar. libro 12. cap. 16. loquens de Alcibiade his verbis. *Nam & ſcutum habebat ex auro eboreq; confectum, in quo erat inſigne amor, qui fulmen flexerat.* Sed & de inſigni Caſtorum in naui Alexandrina mentio ſit in actib. Apoſtol. c. 28. De his plura videri poterunt ex Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 2. & libr. 6. cap. 2. Sed latius ex Vuolphango Auſtriaco Comentar. Reipub. Roman. lib. 9. c. 17. & ex Pierio Valeriano in Hierogliphicis. libr. 41. in verb. aulus. in c. inſignium cauſæ. ne longior ſim.

Sed non ſolùm inſignia, & arma antiquitus in vſu fuiſſe, quæ Clypeis, ſeu ſcutis pingi ſolebant, verumetiam Cimerium: nam ſicut Clypeum ornabat inſigne, ita & galeā ornabat Cimerium, quod ſuperimponebatur non tantum ad illius ornamentum, ſed etiam ad hoſtium terrorem, cùm galeæ, & Cimerij altitudo maiorem equitis, ſeu militis ſtaturam indicaret, eratque in vſu, vt galeę ſuperimponeretur aliquid terribile, & monſtruoſum, & potius Chimæricum, ſeu fantaſticum, quā naturale, vt Leo alatus, aut Dracho flammas ore euomens, aut bos alatus, aut humanum caput ceruice equina, aut alia ſimilis Chimæra, quod ex Virgiliano carmine oſtenditur libro Eneid. 7. dum Turnum armatum depingit his verſibus.

Ipſe inter primos praſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt,
Cui triplici crinita Iuba galea alta Chimæram
Suſtinet, Aetneos efflantem faucibus ignes.
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguinę pugnæ.
At leuem Clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus,
Cęlataque amnem fundens pater Inachus vrna.

Ex quibus oſtenditur in vſu fuiſſe Cimerium, & remota litera, H, quaſi Chimærium, à Chimæra deductum, de cuius Cimerij antiquo vſu loquitur Vuolphangus in Comentar. Reipub. Roman. libr. 9. cap. 1. referens extare de hoc antiquum monumentum in Celeia ſtiriæ, nempe, Vmbo, ſeu rotundum Clypeum Leonis imaginem in medio comprehendens, ſuper quo galea Romana ſuper appoſita, cum murali corona ſupra quam extabat Pilum, & Balteus cum cingulo, & puglone, & à qua criſtæ quas lacinias vocant demittebantur. Et alterum monumentum in Valle Carinthiæ, vbi ſuper clypeo erat galeæ eleuatio, & vexillum Romanum thorax campeſtre hamę pilum, & haſtę, quibus argumentis eorum ſententiam damnat, qui ab Henrico primo anno ſalutis 906. Teutonica arma ſiue inſignia exordium ſumpſiſſe ſcripſerunt, de qua re latè idem Vuolphangus lib. 9. cap. 14. &

cap.

cap. 17. Alias permultas quæſtiones ad hanc materiam inſigniorum, & armorũ ante omnes propoſuit Bar. in tract. ſuo de inſignijs & armis, in quẽ titulum, & eius ſubiectum, & ipſius Bar. ſententias multa ludit, & derridet Laurennus Valla, ſed Bar. longo tractatu defendit Andr. Tiraq. de nobilita. c. 6. nu. 18. & Ioſeph. de Ruſtic. d. tract. an & quando liberi in cõditione politi. libr. 2. q. 6. per totam eam q̃onem, vbi multa ad hanc rem ſpectantia. ſcribit Sed longè plura haberi poterunt ex Caſſaneo, in ſuo Cathalogo gloriæ mundi conſideratione 38. per centum concluſiones per eum ſuo ordine diſpoſitas, vbi cum alijs ſupracitatis multæ quæſtiones ad hanc materiam facientes reſoluuntur; & integrum libellum, & elegãtem conſcripſit Pompeius Rochus Lucenſis, ex quibus, & alijs authoribus ſupra citatis ampliſſimus ſuper hac materia tractatus confici potuiſſet, ſed hanc prouinciam aliquibus magis feriatis relinquemus.

Et ex his Deo adiuuante expedita ſit prima pars Deciſionum noſtrarum ad ipſius omnipotentis Dei laudem, cui benedictio, claritas, & ſapientia, honor, gloria, virtus, poteſtas, fortitudo, & gratiarum actio in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

REGISTRVM.

* ** ††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

a b c.

Omnes ſunt duerniones.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Primus numerus folium; Secundus columnam; Tertius lineam indicat.

			ERRATA	CORRECTA.
1	2	50	*Seniſſe*	*(lege) ſenſiſſe*
	2	29	*ducit*	*adducit*
	3	36	*C.de Theodoſia.*	*C.Theodoſia.*
	3	25	*l.cum ſuum*	*l.cum ſcruum*
6	2	ult.	*auth.nouo iure*	*auth. ſed nouo iure*
8	3	3	*ritu*	*rituum*
11	4	56	*libertos*	*liberos*
15	1	12	*qualibet*	*quodlibet*
16	3	15	*quinant*	*quin cant*
17	3	18	*quaſitum*	*quaſito*
18	2	46	*§.ſint autem*	*§.ſin autem*
19	3	45	*inter ipſas*	*inter ipſos*
	4	50	*extunatione*	*aſtimationem*
20	1	37	*ad reprimendam*	*ad reprimendum*
27	1	2	*ſe extendi*	*ſe extendere*
29	2	16	*reintegranda*	*reintegranda.& alibi*
34	4	56	*dum hoc*	*dùm hac*
52	3	4	*principalem*	*principalo*
55	4	56	*tritiſſimam*	*triſtiſſimam*
56	3	13	*annum*	*anyuum*
57	1	25	*hac re*	*hac de re*
	4	52	*tranſgreſſione*	*tranſgreſſioni*
63	2	53	*amplexum*	*amplexus*
67	3	58	*ſolo minori*	*ſoli maiori*
69	3	7	*donatio*	*donatione*
71	3	2	*vt conſtitutio*	*vt eſt conſtitutio*
72	3	51	*altero*	*alteri*
77	2	57	*editum*	*edito*
79	4	51	*alio*	*alij*
82	3	35	*contingit dux)*	*contingit) dua*
91	3	17	*excludetur*	*excludatur*
94	1	27	*hæreditates*	*hæreditatis*
		35	*de ea*	*de eo*
99	1	33	*reuori*	*reuocari*
100	4	49	*operatiua effectũ*	*operatura effectum*
104	1	52	*vnamquodque &*	*vnumquodque tale &*
109	4	23	*pater*	*frater*
111	4	20	*Et quò ad*	*Et quod ad*
112	1	24	*hæres eſſet inſtitutus*	*hæres inſtitutus*
113	2	26	*monaſterij, qui*	*monaſterij, quod*
116	2	5	*reſolutione*	*reſolutiuè*
	3	16	*iuuari*	*iuuare*
117	4	42	*iſto ſocio*	*iſti ſocio*
121	4	21	*rumpitur*	*rumpatur*
122	2	5	*contra quem*	*contrà quod*
128	4	12	*concedet*	*concederet*
133	2	26	*eſt diuerſum*	*eſt quid diuerſum*
		38	*Corr.*	*Corn.*
137	1	17	*criminales*	*criminalia*
138	2	37	*vorum*	*ſuorum*
139	1	43	*centumuiralijs*	*centumuiralis*
	4	40	*canicarum*	*canonicarum*
143	3	24	*filios*	*in filios*
146	1	31	*dicta.l.*	*dicta l.*
147	2	32	*iudicium*	*indicium*
152	1	9	*per tatum*	*per totam*
156	1	40	*80.aureos*	*80.mille aureos*
160	1	10	*mi*	*mihi*
	3	8	*Roma.*	*Romana,*
161	4	46	*factam*	*facta*
162	2	51	*quaſtiones*	*quaſtionis*
163	4	49	*ad virum*	*apud virum*
166	4	41	*iſta alia*	*iſta filia*
167	3	39	*paruum*	*purum*
169	4	33	*vide per doctos*	*vidi Doctos*
171	2	46	*l.inter ſtipulantes*	*l.inter ſtipulantem*
174	2	43	*l. a iudice*	*l.non à iudice*
175	1	37	*quod quæſtio*	*quin quæſtio*
		60	*vicem eius*	*vice eius*
177	3	38	*§.duobus*	*§. ſi duobus*
178	3	48	*l.querellam*	*l. querela & alibi*
184	4	17	*communiter*	*communi*
185	1	3	*numero 4.de*	*numero 4.D.*
	2	15	*fuit per literas iudicis arreſtatus, & detentus*	*fecit per literas iudicis illum arreſtari & detineri*
186	3	36	*auth.cum opor.*	*auth. quomodo opor.*
		54	*in d.qui repudiãda*	*in d.l.in repudianda.*
189	1	20	*ſecundum*	*ſecundam*
190	4	53	*quilibet*	*quælibet*
192	1	27	*innotuerunt*	*innotuit*
195	2	4	*dotal.C.*	*dotal.D.*
197	1	53	*præſertim*	*præſentem*
198	3	7	*l.is ſub*	*l.is cui ſub*
	4	31	*in ius*	*vt ius*
200	4	42	*& com.*	*& conſi.*
204	2	5	*vera præiudicio*	*veri præiudicio*
205	3	35	*l.ſi ſicut*	*l.ſicuti*
	4	52	*l.preces*	*l. Præſes*
210	3	5	*qualis tempus*	*quale tempus*
213	2	4	*adiſictus*	*adiunctus*
	3	45	*pars cui*	*pars quæ*
221	1	18	*eorum*	*earum*
226	2	38	*dict.52.*	*dicto conſi.52.*
	3	45	*diligunt*	*deligunt*
227	1	6	*ipſius Fulgoſ.*	*ipſius Cuma.*
	2	37	*ſtatutis*	*ſtatuti*
231	1	33	*habens*	*habente*
232	1	52	*hæreditate*	*hæreditatem*
234	3	51	*lib.5.*	*lib.5.Parerg.*

Cætera, quæ incuria librariorum omiſſa fuerunt, & quæ ſimplicem ortographiam reſpiciunt, per te lector corrigas.

INDEX COPIOSISSIMVS, RERVM AC VERBORVM SINGVLARIVM,

Quæ in hoc Deciſionum volumine continentur.

Primus numerus Deciſionem, ſecundus numerum Deciſionis, Tertius folium notant.

A

ABORTIONI cauſam præſtans varie punitur. Deciſ.12.nu.1. fo.10
Abortioni cauſam ex propoſito, & voluntariè præbens qua pœna mulctari debeat.ibid.3.
ABSENTIA à domo propria tempore facti delicti aggrauat indicium contra inquiſitum.24.5.& 11. 23
ABSOLVTIO à iuramento an impetrata valeat ad implorandum remedium.l.2.C.de reſcin.vend.ibi.9. 141
Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria in muliere fideiubente, & quid ſtante enormiſſima læſione.223.18. 189
ACTA an ſint communicanda procuratori contumacis, 265.8. 222
Acta omnia tam ciuilia quàm criminalia partibus edenda ſunt.ibid.10.
Acta an ſint edenda in criminalibus tertio pro ſua intereſſe comparente.ibid.18.
ACTIO quaſi ſeruiana quando competat.176.7. 150
Actiones directæ an remaneant penes donantem, ita vt illis experiri in præiudicium donatarij poſſit. 201. 1. 4. 5.& 7. 174
Actiones directa penes cedentem remanent.ibid. 3. 173
Actus nullus defectu conſenſus illo ſuperueniente validatur. 7.2. 6
Actor minus excuſatur quàm reus in expenſarum condemnatione.73.1. 73
Actore plus debito in qualitate petente an liceat negare totum.231.4. 196
ACCVSATIONI præſcribitur per 20.annos, & quando id intelligatur.208.1. 178
ADITIONE hæreditatis ob aliquem caſum deficiente, locus eſt ſubſtitutio non obſtante aditione.127.numero 2. 110
ADIVNCTVS dari ſolet commiſſario examinanti. 255.1. 213
Adiunctus an detur iudici ordinario.ibid.2.
Adiunctus datur ad inſtantiam partis commiſſarium eligentis.ibid.3
Adiunctus an poſſit dari examinanti.ibid.4.
Adiunctus dari ſolet commiſſario, etiam ex leui ſuſpicione. ibidem.5.
Adiunctus datur etiam in criminalibus.ibid.6.
Adiunctus ſi petatur pendente lite, debet fieri mentio de ſtatu litis.ibid.9
Iudex dato adiuncto non poteſt ſine ipſa procedere. ibidem.7
ADOPTIVI filij excuſationem à muneribus non præſtant.267.12. 225
ÆQVALITAS in diſtributione ſeruanda.239.6. 202
Aequalitas in ſucceſſionibus eſt ſeruanda.5.1. 5
AEDIFICARE volens prope parietem communem an teneatur relinquere ſpatium, de quo in l.fin. D.fin.regund. 115.1.& 2. 101
AFFECTVS non punitur, niſi ſequatur effectus. 243. 2.& 3. 204
Affectus in re maiorum qualiter conſideretur.99.6. 90
AFFLICTI deciſ.ſub num.291.& Capicij ſub nu.65. impugnatur.45.3.4.5.
AGNATA proximior per remotiorem excluditur ſtante ſtatuto, quòd extantibus agnatis cognati non ſuccedant. 37.8. 32
Reliqua vide infra Proximior.
ALEXAN. in conſilia.139.libro quinto. examinatur. 175.7. 117
ALIENATIO feudi an per reſcriptum Senatus conceditur.99.10.& 11. 90
Reliqua vide infra Feudum.
ALIMENTA debentur vxori infra annum luctus ab hæredibus viri.43.1. 44
Alimenta debentur vxori, etiamſi habeat aliunde.ibid.4.
Alimenta præterita an debeantur mulieri, cùm tempore anni non interpellaſſet hæredem.44.1. 45
Alimentorum cauſa feuda alienari poſſunt.99.5. 90
Alimenta debentur ſpurio, & naturali, licèt pater peti prohibuiſſet.211.3. 180

INDEX

Alimenta peti poſſunt etiam coram iudice Eccleſiaſtico, ibidem.4.

Alimenta ſunt filijs naturalibus præſtanda in hoſpitali. ibidem. 6.

Alimenta debentur etiam vxori filij naturalis ab hæredibus, ibidem. 12.

Alimenta filio naturali non debentur, ſi aliunde ſibi victum parare poteſt.ibidem 13.

Alimenta non debentur filio naturali, ſi ars, vel alimenta aliunde ſuperueniant.ibid.15.

Alimenta præſtantur, quatenus neceſſitas imminet. ibidem 16.

Alimenta capienda ſunt ſuper fructibus.ibid.17.

Alimenta præterita an peti poſſint.ibid.19.

Alimenta filio naturali ingrato non debentur.211.21. 180

Alimenta vltra vires hæreditarias non debentur. 211. 22. 180

Alere expoſitum quis teneatur.118.1. 113

Ad alimenta quis non tenetur in plus quàm facere poſſit, & non cogitur arctare victum ſuum pro illorum præſtatione. ibid.23. 180

ALIVD *pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. 153.1.* 128

ALLVVIO *dicitur pars prædij.140.3.* 119

Alluuionis augmentum prædio factum an veniat in retrouenditione,quæ de prædio fit.ibi.1.& 4.

Pactum factum ſuper prædio extenditur ad alluuionem. ibid.2.

ALTERNATIVA, *& copulatiua non faciunt diuerſas clauſulas,& ſeparatos caſus in ſtatuto excludente dotatam à ſucceſſione dotantium.62.7.* 63

ANCHARANI *opinio, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, duobus in caſibus ampliatur. 96. 18. & 19.* 87

ANGELI *opin.in §.probibemus.auth.de trien.& ſemiß. probatur.137.4.* 118

ANIMATVM *fœtum abigens, vel poculum amatorium præbens an vltimo ſupplicio plectendus ſit.12. 4. 8. & 10.* 10

Reliqua vide ſupra Abortioni.

ANTIQVA *obſeruantia ſeruanda. 239. 1. & 10.* 203

APPELLATIO.

Appellatione pendente nihil innouandum.3.2. 3

Appellans,vt inſtantiæ tempus non currat, tenetur ſæpius proteſtari.10.14. 9

Appellatio,quæ in ſcriptis ex diſpoſitione decreti facienda eſt, an requirat pariter vt cauſa appellationis in ſcriptis redigantur 54.1. 52

Appellatio à tertia ſententia non admittitur.122.1. 105

Appellationis cauſa eſt ſeparata à cauſa primæ inſtantiæ. 202.3. 174

Appellatio conceditur ob publicam vtilitatem.246.3. 206

A ſententia lata ſuper Saluiano interdicto non appellatur. 175.3. 149

AQVA *ſtatim atque naturali curſu ingreditur fundum meum fit mea.241.2.* 205

Aqua licèt diu tranſierit per fundum alterius, illi tamen ius non acquirit in præiudicium domini.ibi.3. 205

Aquam in ſuo ſcaturiente in damnum vicini quis diuertere poteſt.ibi.1.limita.& nu.5.& 6. 205

Aquarum diuerſio quando concedenda, non obſtante conuentione. ibidem. 7.

ARBITRI *an poſſint reſeruare ſibi facultatem declarandi dubia laudi.253.2.* 211

ARBITRIO *iudicis relinquitur, quæ cauſa ardua dicatur.61.4.* 61

Arbitrio iudicis taxa expenſarum relinquitur.67.6. 68

ARDVA *cauſa quæ dici poſſit.61.2.& 3.* 61

ARAE *tactus in iuramentis mos vetuſtiſſimus.47.17.* 48

ARGVMENTVM *ſubſiſtit ab imputatione in legitimam ad collationem.46.5.* 46

Argumentum à contrario ſenſu non habet locum in ſtatutis, vbi induceretur correctio iuris communis.269.7. 228

ARMORVM, *& nominis grauamen ceſſat moriente grauato.270.* 13

ASSIGNATIO *altera expectari poteſt à parte,quæ tam ſemel ad iurandum cum comminatione à iudice aſſignata fuerat.11.1.* 9

AVGMENTVM *dotis poteſt de conſuetudine, vel totum ab vxore retineri media cautione de reſtituendo, vel pro medietate iure proprio reliqua medietate reſtituta. 183.4.* 156

Augmentum dotis an inter fratres conferatur, & in legitimam imputetur.46.1. 46

Augmentum dotis confertur, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedatur patri. ibi.6.

Augmentũ monetæ an debeatur in credito vſurario, & pro quo ſoluitur intereſſe.174.2.& 5. 148

Augmentum monetæ an debeatur,ſi aureo ſit præfixa æſtimatio.ibid.6. 149

Ex pacto retrouendendi debetur augmentum monetæ,& quare.ibid.3 148

Debitor moroſus tenetur ad augmentum monetæ, etiamſi ſoluat intereſſe.ibi.4.

Augmentum pecuniæ an in gabellis debeatur.114.1. 182

AVTH. *ex cauſa. C. de liber. præter. an procedat inter tranſuerſales inſtituta turpi perſona. 128. 6. 7.8. & 14.* 112

Authen. res quæ. C. commun. de legat. & fideicommiſſ. declaratur, vt procedat tantùm in muliere ignorante fideicommiſſum.151.1. 128

Auth.res quæ.procedit, etiamſi mulier ſciret fideicommiſſum tempore dotis datæ.ibid.4.

Authenti. hoc niſi debitor. vt habeat locum requiruntur illa ſubſtantialia, de quibus per Roman,in conſilio 163. 153.12. 128

Auth.hoc niſi debeatur.non procedit ſtantibus decretis, & decretum Sabaudiæ ſub titulo. Come ſi habbi da proceder all'eſſecutioni, &c. *declaratur. ibidem. 4.6.7. & 8.* 129

Authenti. hoc niſi debitor. an procedet ſtante renunciatione. ibidem.11. 119

Authenti. hoc niſi debitor, non habet locum, quando debitor promiſit ſoluere in pecunia tam iuramento. ibidem. 14. 129

Auth.præſente. C.de fideiuſſ.non habet locum inter mercatores.166.7. 141

Auth.res quæ.an habeat locum in filiabus nondum conceptis. 192.11. 166

Auth.bona damnatorum,quando procedat.198.4 170

AVVS *eſt in ſecundo gradu inter aſcendentes, patruus in tertio.5.2.* 5

Auus maternus à tutela patruum excludit.ibi.3. 5

Auus

INDEX

Auus paternus, vel pater an in aduentitijs maternis, in quibus mater vel auia ſuccedunt, habeat vſumfructum. 156. 1. 2. & 5. 131

Auus paternus ſiue maternus tenentur filijs naturalibus alimenta præſtare. 211. 9. 180

AZONIS *opinio, quòd filij fratrum in capita ſuccedant, eſt in iudicijs recepta, & nunc in patria iſta noua conſtitutione terminata. 162. 7.* 139

B

BACVLO *aliquem percutiens tenetur pœna iniuriarum. 224. 1.* 189

Baculo ſi quis aliquem percuſſit, & illum occidit, qua pœna puniatur. ibid. 4.

BALD. *opinio, & aliorum Doctorum qui tenuerunt matrem poſſe plus relinquere filijs ſecundi matrimonij quàm primi, declaratur. 170. 14.* 143

Bald. in l. 1. in fin. C. ſi à non competen. iudic. declaratur. 266. 7. 224

BARTOLI *opinio, vt ad iudicem cauſa competentem pro reductione recurratur, defenditur. 14. numer. 5. & 8.* 14

Bar. diſtinctio inter bona ex paterna, vel materna linea acquiſita declaratur. 27. 3. & 4. 28

Bar. opinio in dubio ſequenda, cùm in eo ſit ſubſtantia veritatis. 96. 14. 86

Bar. dictum in l. fin. §. item reſcripſerunt. D. ad municip. declaratur. 123. 13. 107

BENEFICII *vacantis cuſtodia ordinario ſpectat 131. 5.* 114

Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem qualiter facienda. 110. 1. 99

BLASPHEMIA *non dicitur, quando quis tribuit Deo, quod non eſt. 241. 1.* 202

Reliqua vide infra Iudæus.

BONA *filiorum inteſtato decedentium ad aſcendentes, ſi liberi non extant, regulariter perueniunt. 27. 1.* 28

Bona ex linea paterna, vel materna profecta in filium an inter aſcendentes æqualiter diuidantur. ibid. 2.

Bona an paterna, vel fraterna dicantur poſt aditam à fratribus hæreditatem. 63. 2. & 6. 6

Bona, & hæreditas inter ſe differunt. ibid. 7.

Bonorum parapheranalium, & extra dotalium nulla eſt in iure differentia. 187. 2. 159

Bona illius, qui alimenta præſtare tenetur, tranſeunt etiam in fiſcum cum illo onere. 211. 11. 180

BONAE FIDEI *poſſeſſor fructus ſuos facit, & quid in poſſidente erroneiaris. 29. 7. & 11.* 30

BVRSATI *opinio in ſuo conſilio 211. nu. 5. libr. 2. reprobatur. 184. 11.* 157

C

CADVCITAS *vt incurratur ſex requiruntur. 227. 6.* 192

CALICVTANORVM *executio contra debitores. 153. 2.* 128

CAMERA *ducalis pro rebus patrimonij eſt iudex competens. 213. 1.* 181

Camera ducalis olim per decreta antiqua de cauſis non cognoſcebat, ſed Senatus. ibid. 4.

CAPITVLA *obiectionalia non data in prima inſtantia an admittantur in ſecunda. 259. 1. & 2.* 215

Capitula admittuntur in ſecunda inſtantia, licèt fuerit præclaſa via deducendi in prima inſtantia. 259. 3. 215

Capitulorum admiſſio ſi non eſt de conſenſu partium non præiudicat. 260. 8. 216

CAP. *fraternitatis. non procedit, quando primum examen eſſet nullum. 28. 1.* 29

Cap. fraternitatis. de teſtibus non procedit in cauſis criminalibus. 262. 1. 216

Cap. fraternitatis. ſeu illius regula an habeat locum, quando cauſa eſt criminalis, ſed non exigit pœnam ſanguinis. ibidem 3.

CAPTVRA *eſt nulla, ſi concedatur per iudicem incompetentem. 220. 1.* 185

Captura nulliter fit, niſi conſtet de debito liquido. ibid. 2.

Captura non fit niſi noua ſuſpitionis cauſa ſuperueniat. ibidem. 4.

CASTREN. *doctrina in l. prima. §. ex Falcidia. D. ad legem Falcidiam. refellitur, & declaratur. 163. 3.* 139

Caſtren opinio qui voluit l. contractus. C. de fide inſtrumentorum procedere etiamſi conuentum ſit etiam ſimpliciter inter partes, vt rogetur inſtrumentum, reprobatur. 177. 6. 169

Caſtren. opinio in conſ. 100. lib. 2. declaratur. 212. 3. 181

CASVVM *deciſio à ſimili deducenda. 128. 9.* 112

CAVSA *dietim aſſignata an currat inſtantia. 10. 13.* 9

Reliqua vide infra Inſtantia.

Cauſa relata in Senatu per proceſſus relatorem an & quando poſſit interrumpi. 33. 1. 35

CAVTELA *pro donatario, vt reſeruata conſequatur. 97. 4.* 89

Cautela ad euitandas plurium mandatorum quæſtiones. 107. 6. 98

CAVTIO *requiritur ad capturam debitoris. 220. 6.* 185

CENSVS *annuus licitè emi poteſt ex communi. 154. 1.* 130

Cenſus an ſuper certa re conſtitui debeat. ibi. 3.

Cenſus ſolutio ſi probetur facta tribus vltimis annis, præſumitur alijs ſoluta. 114. 4. 101

Cenſus diminuitur bonis diminutis. 239. 8. 203

CERTIORATIO *in renunciatione non requiritur, ſi fiat obligatio in iudicio. 212. 6.* 186

Certioratio in renunciatione non requiritur, ſi mulier tenetur de iure ſe obligare. ibid. 9.

Certioratio non requiritur ſtante iuramento ibid. 11. & 12.

CESSIO *bonorum fieri poteſt non obſtante renunciatione, & quid ſi iuramentum acceſſerit. 36. 2. & 4.* 37

Ceſſio bonorum regulariter admittitur. ibid. 1.

Ceſſio non admittitur ad pœnam ex delicto indictam. ibidem 6.

Ceſſio bonorum an fieri poſſit in odium fiſci. 182. 1. 155

Ceſſio bonorum an admittatur pro pecuniaria ſumma tertio ex cauſa delicti adiudicata. ibid. 3.

Ceſſio non admittitur, vbi pœna adiudicatur parti loco pœnæ. ibidem 7.

Ceſſio eſt debitori denuntianda antequam contra eum fiat executio. 220. 5. 185

Ceſſio, quando reſpicit merum commodum ceſſionarij, nullum ius relinquit cedenti ad rem ceſſam. 201. 2. 173

INDEX

CIMERIVM *cum armis.270.* 16
Cimerij vſus apud antiquos,& vnde dictum. ibid.18.
CITATIO *ter abſenti fieri debet, vt contra illum in contumaciam procedi poſſit de iure communi.11.2.* 9
Citatus non comparens niſi in tertia,& peremptoria ſoluit expenſas.ibid.3.
CLAVSVLA *codicillaris ſuſtinet teſtamentum aliàs inofficioſum 128.3.* 112
Clauſula codicillaris an operetur in poſthumo ignoranter prætерito.141.1.7.8.& 10. 120
Clauſula codicillaris quare adinuenta.ibid.2.
Clauſula codicillaris operatur in venientibus ab inteſtato. ibid.5.
Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt inſtitutus extraneus.ibid.15. 121
Clauſula codicillaris cenſetur in teſtamento adſcripta magis de mandato teſtatoris, quàm ex ſtylo notariorum. ibidem. 3. 120
Clauſula in feudum antiquum, auitum,& paternum non operatur contra inueſtitum.227.13. 193
Clauſula ſi non valet, reſpicit futurum tempus. 141. 4. 120
Clauſula ex tunc prout ex nunc,vel contra in conſtituto appoſita,quid operetur.38.4. 39
Clauſula pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis in inueſtitura poſita, fœminas comprehendit. 227. 9. 192
Clauſula in feudum antiquum,auitum,& paternum,facit feudum inalienabile.99.8. 90
Clauſula iure antiquo, operatur inter deſcendentes, non inter tranſuerſales.146.4.& 15. 124
Clauſula ad habendum, tenendum, facit feudum alienabile. 146.6. 124
CLERICVM *percutiens baculo qualiter puniri debeat.224.2.* 189
Clerici non tangunt iurando ſcripturas.47.12. 48
Clerici, & res eccleſiaſticæ in cauſa poſſeſſorij dicuntur de foro iudicis laici.131.10. 114
CODICILLI *tempore peſtis facti cum minori numero quinq; teſtium an valeant.180.3.* 154
COHABITATIO *viri,& vxoris per ſæuitiam viri ſeparatur.130.2.* 113
COLLATIO *non habet locum, niſi quando agitur de hæreditate illius,à quo donatio proceſſit.46.9.* 40
COLLECTA *regulariter imponitur pro rebus. 116.3.* 102
Collecta imponitur ratione fructuum.ibid. 5.
Collecta in fraudem eccleſiaſticorum non poteſt imponi. ibidem.9.
Collecta exactio fit ſummariè, & habet paratam executionem.164.2. 139
Collecta ſolui debet per poſſeſſorem.ibid.4.
Collectæ ſoluuntur ab eccleſiaſticis pro bonis regiſtratis. 234. 6. contra 7. 198
Collectas imponere poteſt vniuerſitas.257.1. 213
Collecta non poteſt imponi per vniuerſitatem, niſi ex vrgenti neceſſitate.ibid.4. 214
COLONVS *Eccleſia an gaudeat fori priuilegio. 22. 1.& 4.* 22
Coloni, & maſſarij dicuntur perſonæ domeſticæ, & familiares.ibid.2.
Coloni laicorum non ſoluunt collectas pro eorum parte colonica. 116. 2. 102
Coloni Eccleſiaſticorum ſunt immunes à collectis. ibidem. 4. ſed contra.8.
Coloni poſſunt compelli pro rata ſua negotiationis,& pro rata fructuum ad collectas.ibid.10.
Coloni eccleſiæ non gaudent immunitate rebus impoſita. ibidem.13.
COMITATVS *inſignia an omnes filij comitis apponere poſſint.270.8.*
Comitum Collegij genealogia.ibid.12.
COMMVNIS *opinio non ſemper ſequenda. 57.10.* 59
COMMVNIO *in dubio intelligitur in duas æquales partes.72.3.* 73
COMMVNITAS *an teneatur expoſitum alere. 118.3.* 113
CONCVBINATVS *viri eſt iuſta cauſa ſeparationis thori.130.2.* 113
CONDITIO *ſi ſine liberis non efficit quin ſecundus ſubſtitutus primo inſtituto ſuccedat.86.2.* 78
Conditio nihil ponens in eſſe diſpoſitionem non inducit, 96. 4. 84
Conditio ſi ſine liberis quò ad laicos inducit puram ſubſtitutionem.163.2. 139
Conditio illa ſi ſine filius filij mei deceſſerint an includat nepotem,ita vt illa ſubſtitutum excludat.188.1. 160
Conditio ſi ſine liberis deficit filia nata,licèt poſtea moriatur. 248.9. 207
Conditio filiorum etiam in filias ex proprietate verbi reſoluitur.188.5. 160
Conditionis aſſumēdi nomen,& arma plures effectus.270.10.
Conditio aſſumendi nomen, & arma tacitè induci poteſt. ibidem.7.
Conditio,quòd filius aſſumat nomen, & arma, quomodo implebitur,ſi gemini naſcantur.ibid.11.
CONDVCTOR *ad obtinendam remiſſionem mercedis denunciare ſterilitatem domino debet.108.1.* 98
Conductor, qui prædia in perpetuum conducit, an teneatur de augmento monetæ, ſi penſio in immenſum creuerit. 226.3. 191
CONFESSIO *qualificata quid operetur. 12.7.* 13
Confeſſio dotis recepta non firmatur iuramento.32.10. 34
Confeſſio abſente parte facta non valet, nec obligat. 109.1. 98
Confeſſio liberatoria an ſit efficax ad obligandum. ibidem 2. & 3.
Confeſſio liberatoria abſente parte facta valet in vim meræ probationis,& exceptionis doli.ibid.4.& 5.
Confeſſio liberatoria de æquitate canonica etiam abſente parte facta tenet.ibi.6.
Confeſſio acquirit ius abſenti, ſed reuocabiliter, donec ſit à parte ratificata,& ius tertio quæſitum.ibid.7.
Confeſſio transfert onus contrariæ probationis in confitentem. ibid.8.
Confeſſio dotis recepta an marito præiudicet. 112. 1. & 3. 100
Confeſſio iurata videtur facta animo donandi. ibid.2.
CONFORMITAS *ſententiarum quando dicatur. 228.1.* 193
CONIECTVRA *fraudis præſumitur in relicto à matre ſecundis filijs facto.170.28.* 144

Conſe-

Coniecturæ quæ ſufficiant ad vocationem inducendam. 96. 9. 89
Coniecturæ debent eſſe claræ, vt inducant fideicommiſſum. 243.13. 208
Coniecturis in dubio colligitur mens ſtatuentium. 269. 2. 227
CONSILIARII, *& decuriones habent authoritatem totius populi in negotijs vniuerſitatis.*249.1. 208
CONSTITVTVM *collatum poſt mortem conſtituentis nihil operatur, etiamſi à marito pro dote reſtituenda ſit factum.*38.1. 39
*Conſtitutum collatum in tempus mortis an valeat, & effectum poſt mortem conſtituentis habeat.ibid.*3. 32
Conſtitutum transfert poſſeſſionem cum dominio. 48.4. 49
Conſtitutum tranſit in heredes conſtitutarij. 105. 1. & 5. 96
*Conſtitutum eſt vtilius precario.ibid.*3.
*Conſtitutum facilius tranſit ad heredes, quando ipſorum mentio facta fuit.*105.4. 97
*Conſtitutum non operatur poſt lapſum decennij. ibid.*8.
Conſtitutum non expirat per mortem conſtituentis. 215. 3. 182
*Conſtitutum an tranſeat ad futura bona. ibid.*7. 183
*Conſtitutarius cadens poſt mortem conſtituentis conſtituto, qualiter ius ſuum recuperare poſſit.*38.5. 40
*Conſtitutarius mortuo conſtituente poterit vti remedio.l.fin. C.de acquir. poſſ.*215.4. 182
*Conſtitutarius qualiter per negligentiam ſuam poſſeſſionem amittat.*215.6. 183
CONSVETVDO *ex ſcientia ſuperioris inducta facit licitum, quod aliàs erat illicitum, & contra eam praſcribitur ſpatio* 40.*annorum.*57.5. 57
*Conſuetudo, vt non fiat remiſſio delinquentis, quando procedat.*90.3. 81
*Conſuetudo reducendi bona Eccleſiæ ad manus Principis, eſt laudanda, & ſeruanda.*131. 12. 114
*Conſuetudo Martini in dote pro lege ſeruanda erit.*190.6. 163
*Conſuetudo Martini, vt dos ad fratrem reuertatur liberis extantibus, eſt iuris interpretatiua, & habetur pro ipſo iure.*195.5. 162
Conſuetudo eſt probanda, nec creditur aſſerenti Doctori. 139.3. 128
*Conſuetudo qualiter per teſtes probetur.*183.3.5. & 7. 156
Conſuetudo altera lex eſt & ſeruanda. 225.13. 191
*Conſuetudo, & forma attendenda eſt in publicationibus ſtatutorum.*249.2. 209
CONTEMNERE *Deum quando quis iurando dicatur.*241.3. 203
CONTRACTVS *ex conuentione partium legem accipiunt.* 136.1. 117
Contractus doloſus ipſo iure annullatur. 165.7. 141
*Contractus an dicatur in ſcriptis celebratus, ſi inter partes conuenerit, vt fiat inſtrumentum.*197.1.4.5.& 7. 169
*Contractus non dicitur perfectus, donec ſequutum ſit inſtrumentum, ſi inter partes conuentum ſit vt aliter non valeat, vel ſi id partes gerunt in animo.ibid.*3.
*Contractus dicetur ex omni parte perfectus, licèt ſcriptura requiſita à partibus in conueniendo adhibita non fuerit, ſi traditio rei venditæ ſit ſequuta.ibid.*8.& 9. 169
Contraxiſſe eo in loco quis videtur, vbi ſe ſoluturum promiſit. 220.7. 185
CONTVMAX *quando quis dicatur.*19.1. 20
*Contumacia vel non accuſatur, quando proceditur criminaliter per inquiſitionem. ibid.*2.
*Contumacia an accuſari debeat, ſi procedatur criminaliter per accuſationem. ibid.*4.
Contumacia dicitur delictum, & dolo æquiparatur. 265. 1. 221
*Contumax non poteſt declinatoriam opponere.ibid.*2.
*Contumax appellare non poteſt. ibid.*3.
*Contumax verus quis dicatur.ibid.*4. 222
CONTVMELIAM *inducit nutu faciens qualiter puniatur.*229.7. 194
CONVENTIO *cum ſubditis inita, vt furnos publicos habere liceat, vaſſallo ius prohibendi tribuit.* 16. 14. 17
COPIA *proceſſus non datur reo niſi de mandato iudicis.* 265.15. 222
CREDITOR *habens animum ad communem negotiationem in mutuando, vel vendendo contra omnes agit.* 136.5. 117
*Creditorum appellatione an veniant creditores in diem, vel ſub conditione in legato.*235.1.& 3. 198
*Creditum ad ius futurum etiam extenditur.ibid.*6.

D

DAMNA *perſonam litigantis reſpicientia, vt quia erat artifex vel aduocatus, an debeantur.*67.5. 68
DANS *operam rei illicitæ tenetur tanquam principaliter delinquens.*178. 2. 152
DATIO *in ſolutum eſt inducta in fauorem creditoris.* 147.1. 125
*Datione in ſolutum facta creditor non poteſt lapſo termino à pacto recedere.ibid.*1. & 5.
Datio in ſolutum facta à parte an competat ſecundo creditori ius offerendi. 157.2. 131
DEBITOR *de iure nouo Auth. offerendo bona liberatur ab obligatione, & non poteſt perſonaliter conueniri.*153 3. 128
*Debitorem ſuſpectum quis non poteſt propria authoritate detinere.*220.8. 185
*Debitor an poſſit opponere ceſſionario agenti exceptionem compenſationis.*221.1.*declaratur.nu.*2. 189
*Debitor in diem, vel ſub conditione dicitur debitor propriè in legatis.*235.7. 198
DECRETVM *nouum Sabaudiæ, ſub titulo* come ſi habbi da proceder all'eſſecutione,*declaratur.*153. 4.6.7. & 8. 129
*Decretum Sabaudiæ prohibet dici de nullitate poſt tres ſententias conformes, & à ſententia vim Præfecti prætorio habentis.*122.2. 105
Decretum mandans non retardari exequutionem ſtantibus tribus ſententijs conformibus an procedat, ſi vna illarum intermedia contraria ſit. ibid. 16. 106
*Decretum Sabaudiæ diſponens quòd deliberentur bona ſubhaſtata in odium debitoris, cum tertio pluris, vel minoris reſpectiuè eſt fauorabile.*158.2. 132
Decretum Sabaudiæ ſuper leuatione bonorum cum tertio pluris an procedat in odium fideicommiſſarij. 194. 1. & 3. 167
Decretum Sabaudiæ de tertio pluris concernit fauorem creditoris.ibid. 4.

Decretum

INDEX

Decretum, vel ſtatutum imponens propter delictum vel contumaciam pœnam confiſcationis bonorum an procedat contra Authen. bona damnatorum. 198. 1. & 3. 170
Decretum Sabaudiæ, quod quis teneatur iurare in loco iudicij & tribunalis, an procedat in muliere. 210. 2. 179
Decretum antiquum Sabaudiæ libro ſecundo ſub. rubric. hæredes defunctorum. declaratur, & reſtringitur. 144. 2. 123
Decretum nouum in titul. Del tempo quando ſi hanno da dare le repulſe, declaratur. 259. 3. 215
DEC. in conſi. 12. reprobatur. 127. 3. 125
Dec. in conſi. 47 2. examinatur. 160. 8. 135
DECVRIONES vti repreſentantes totum populum poſſunt collectas imponere etiam forenſib. 257. 2. 213
DELEGATVS, cui in petitorio, & poſſeſſorio cauſa commiſſa fuit, pronuntians, & abſoluens reum alio non edocto, ſuam ſententiam reuidere non poteſt. 81. 2. 76
DELICTVM ſine dolo comiſſum mitius puniẽdũ. 13. 4. 13
Delicti ſui pœnam quilibet portare debet. 254. 2. 212
DENVNCIATIO ceſſionis non requiritur debitore ſciente ceſſionem. 221. 3. 186
Denunciatio ſterilitatis requiritur ad obtinendam remiſſionem. vide infra Conductor.
DICTIO omnis eſt generalis, non vniuerſalis. 199. 6. 171
Dictio ſi verò, eſt aduerſatiua. 2° 9 3. 227
Dictio &, quæ copulatiua eſt, aliquando in diſiunctiuam vel reſoluitur. 189. 1. & 2. 162
DIDACI opinio perpenditur in quæſtione reductionis ad arbitrium boni viri. 14. 4. 13
DIES & pœna interpellant pro homine. 212. 1. 181
DIFFERENTIA eſt ſi ſtatutum dicat Peruſinum, vel de Peruſio. 123. 3. 107
DIGNITATIS ratio in pari numero habẽda eſt. 1. 7. 2
DISTINCTIO Doctorum in materia lucri dotalis refertur. 184. 6. & 7. 157
Vide infra Lucrum.
DIVISIO paſcui cõis peti non poteſt. 71. 1. contra. 2. 72
Diuiſio paſcui communis quomodo fiat, ſi vna communitas ſit numeroſior altera. ibid. 1. & 2. 73
Diuiſio ad formam l. diuortio. D. ſoluto matrimonio. qualiter ꝓ portione geometrica, vel Arithmetica faciẽda ſit. 56. 5. 53
Diuiſio inter fratres per multas præſumptiones, & coniecturas ſequuta præſumitur, & probatur. 205. 1. 176
Diuiſio bonorum cùm facta ſit non præſumitur. ibid. 2. 177
Diuiſio non cenſetur facta, ſi ſit magna inequalitas inter fratres, & quando id locum habeat. ibid. 3.
DOCTOR. multi in materia collectarum an ab illis coloni Eccleſiæ ſint immunes, declarantur. 116. 14. 103
Doctor. qui contra. l. hac edictali cautelas requirunt, malefaciunt. 170. 18. 144
Doct. multi in materia l. altius. loquẽtes, declarant. 216. 3. 183
DOMINIVM dotis cauſa, & donationis propter nuptias transfertur ſine traditione. 48. 1. 48
DOMO vendita libera, & franca ab omni ſeruitute non poteſt emptor prohiberi, venditoris luminibus altius tollendo officere. 206. 2. 183
DONATIO inter virum, & vxorem eſt prohibita. 32. 1. 32
Donatio inter virum, & vxorem an confirmetur iuramento. ibid. 2. & 3. & noua adfertur diſtinctio. 9.
Donatio inter patrem, & filiũ firmatur iuramento. ibi. 10. 34
Donatio etiam iurata non ſubſiſtit ſi ad importunitatem impetretur. ibid. 11.
Donatio Iudæorum an firmetur iuramento. ibid. 12.
Donatio iurata ſubſiſtit præmoriente donatario. ibi. 13.
Donatio obnuptialis, ſiue augmentum dotis marito mortuo redit ad eius hæredes, & qd ſeparatũ à dote iudicatũ. 46. 7. 46
Donatio, quæ à patre fit contemplatione futuri matrimonij an conferatur, & in legitimam portionẽ imputetur. ibi. 11.
Donatio abſenti facta non valet eo inſcio. 70. 1. 69
Donatio abſenti facta notario ſtipulante acquirit ius abſenti, ſed reuocabiliter donec fuerit à parte ratificata. ibidem 3, contrarium. 4. concluſio. 5.
Donatione non acquiritur ius abſenti etiam per retentionem vſusfructus. ibid. 6. 71
Donatio abſenti facta cum clauſula conſtituti non acquiris ius donatario ante ratificationem. ibid. 7.
Donatio abſenti facta an irreuocabiliter acquiſita dicatur ſtãte iuramento, & quid in donatione Principis. ibid. 9.
Donatio facta loco pio non valet ſine ratificatione etiam accedente ratificatione notarij. ibid. 10. 72
Donatio abſenti facta coram iudice, an teneat ſine ratificatione. ibid. 11.
Donatio abſenti facta an per tacitam ratificationem irreuocabiliter confirmetur. ibid. 12.
Donatio abſenti facta valet ſi altera perſona cum notario ſtipuletur etiam irreuocabiliter. ibid. 13.
Donatio facta infanti notario ſtipulante tenet irreuocabiliter. ibid. 15.
Donatio ex cauſa onęroſa prius facta præfertur lucratiuę præſente parte facta. ibid. 16.
Donatio facta coniuncta perſona abſenti tenet irreuocabiliter. ibid. 17.
Donatione cum reſeruatione pecuniæ pro teſtando facta ſi donator non diſponat, ad quem ſpectet reſeruatio. 97. 1. 89
Donatio omnium bonorum ſine reſeruatione non tenet ibid. 2.
Donatio facta per militem concubinæ non valet. 111. 1. 99
Donatio facta concubinæ per militem cum iuramento, valet. ibid. 2.
Donatio concubinæ quare fieri permiſſa. ibid. 4.
Donatio à iure prohibita tenet, ſi fiat propter benemerita, & ſeruitia, quæ probari debent. ibid. 6. 100
Donatio in concubinam valet, ſi non apparet amplius tempore donationis de concubinatu. ibid. 7.
Donatio an reuocetur, & illius reuocatio ad hæredes transfundatur, ſi pater filijs natis donationẽ non reuocauit, & paſſus eſt donatarium re donata frui. 121. 1. 2. & 6. 104
Donatio in ſpecie. l. ſi vnquam. reuocata cenſetur ex præſumpta mente donatoris. 121. 3. 105
Donatio in ſpecie l. ſi vnquã ſi non reuocatur taciturnitate patris, tamen mortuo ipſo vſq; ad dimidiã reuocabitur. ibid. 7.
Donatio abſenti facta an poſt delictum teneat. 124. 11. 18
Donatione facta in venditione de eo, quod plus eſt ſtante enormiſſima læſione, non ſuſtinetur nec abſolutio eſt neceſſaria. 165. 8. 141
Donatione omnium bonorum facta, quare non veniunt poſt factam donationem acquiſita. 168. 8. 142
Donatio omniũ bonorum futura non comprehẽdit. 199. 3. 171
Donatio ſtricti iuris eſt, & ideo non extenditur ad poſtea quæſita. ibid. 2.
Donatio generica ad futura cur non extendatur, noua ratione demonſtratur. ibid. 3.
Donatio quãuis reciproca ad futura non extenditur. ibid. 4.
Donatio facta de dimidia, vel quota bonorum, aut ſub nomine vniuerſali, vel collectiuo, bona futura non comprehendit. ibid. 5.

Donatio

Donatio licèt collata poſt mortem non extenditur ad futura, & quid ſi aliquid fuerit reſeruatum.ibid.7.& 8.
Donatio licèt coniunctis facta fuerit de omnibus bonis,non tamen futura comprehendit, ibid.11. 172
Donatio aliquando ad futura bona extendi poteſt, ſi de voluntate donantis conſtare poſſit.ibid.12.
Donans ſi de liberis cogitet,facit ceſſare diſpoſitionem.l. ſi vnquam.121.5. 101
Donatarij hæres an poſſit ratificare donationem ipſo donatario mortuo,& quid in hærede donantis.70.9. 71
Donatarius omnium bonorum tenetur alimenta filijs naturalibus præſtare.211.8. 180
DOS data filiæ an imputetur in legitimam nepotibus,ſi pater ſibi, ſi filia ſine liberis deceſſerit,dotem reddi fuerit ſtipulatus.237.11. 200
Dos data filiæ non imputatur nepotibus in legitimam,quando pater dotem filiæ reddi eſt ſtipulatus.ibi.12.
Dos data à matre filiæ non imputatur in legitimam nepotibus.ibid.13. 201
Dos data filiæ non imputatur in legitimam nepotibus ſi filia ſit ſui iuris.ibid.14.
Dos,& donatio propter nuptias à pari procedunt. 45. 2. 45. & deciſ.46.2. 45
Dos à patre profecta ad patrem redit.148.1. 118
Dos redit ad patrem contra conſuetudinem Martini, ſi prædecedat maritus. 138.2. 118
Dos regulariter non ſuccedit loco legitimæ, & eſt res à legitima ſeparata.159.3. 133
Dos ,quando filia non facit partem,detrahitur vt æs alienum. ibidem 9.
Dos quando detrahitur vt æs alienum , detrahenda eſt de toto corpore hæreditatis , non autem de legitima maſculorum. ibid.10.
Dos à patre profecta ad patrem an redeat, dubia eſt quæſtio.190.1. 162
Dos profectitia ad patrem redit nullis exiſtentibus liberis. ibid.2.
Dos profectitia an ad patrem reuertatur liberis extantibus. ibid.3.4.14.15.& 16.
Dos à patre profecta ad patrem redit etiam contra Martinum,quando maritus præmortuus fuit.ibid.12. 163
Dos filiæ debet eſſe congrua,& qualiter id fiat.192.1. 165
Dos vt congrua fiat,poſſunt capi bona ſubiecta fideicommiſſo,& feudalia.ibid.1.& 4. 166
Dos mille aureorum iudicatur congrua. ibid.6.
Dos datur propter onera matrimonij.195.3. 167
Dos data filiæ imputatur illi in legitimam.237.1. 199
Dos data filiæ an imputetur nepotibus in legitimam,difficilis quæſtio.ibid.2.
Dos data filiæ imputatur nepotibus in legitimam iure communi inſpecto,per quod dos ad patrem redit.ibid.3.
Dos mortuæ filiæ imputatur nepotibus in legitimam , etiamſi iuxta opinionem Martini non reuertatur ad patrem. ibid. 4.5.& 6.
Dos imputatur in legitimam nepotibus, etiamſi extet ſtatutum,vt filij lucrentur ipſam dotem . Idem ſtante ſtipulatione patris ſibi reddi.ibid.8.& 9. 200
Dotata ſi à ſtatuto excludatur debet tamen congruè dotari vſque ad legitimam.192.2. 165
Dotata filia an excludatur ab hæreditate paterna per fratrem adita ſtante ſtatuto quod dotata non ſuccedat.63.1. 3.& 8. 64
Dotis lucrum patri ſpectat muru moriente 46.3 46
Dotis reſtitutio in fideicommiſſis eſt ſine fraude facienda. 151.3. 128

E

ECCLESIA eſt immunis à collectis ratione ſuorum prædiorum.116.1. 102
Eccleſia ſolet aliquid tolerare, vt maius malum euitetur.57.5. 57
Eccleſia non tenetur ad collectas.234.1. 197
Eccleſia an teneatur ſoluere collectas pro bonis à laicis acquiſitis.ibid.2.& 4.
Eccleſia tenetur ad collectas ſuper bonis acquiſitis ante acquiſitionem impoſitas.ibid.8. 198
Eccleſia concurrit in oneribus tempore belli. ibid.10.
Eccleſiaſtici tenentur ſoluere pro bonis acquiſitis collectas ſtante ſubmiſſione.ibid.9.
EDICTVM de non extrahendo granum extra patriam an extendatur ad exteros ibi bona poſſidentes. 152. 1. 128
Edictum Principis applicans pœnam fiſco nō procedit quo ad feudatarios 250.4. 210
EDITIO actorum criminalium qualiter fiat,ſi ſint plures ſocij delicti, & inter eos ſint aliqui contumaces. 265. 14. 222
EMENDA temerè appellantis an ſpectet vaſſallo.250. 3.& 5. 210
EMOLVMENTA dicuntur pœnę,& mulcta 250.2 210
Emolumenta dicuntur fructus iuriſdictionis.266.5. 224
EMPHYTEUTA non poteſt inuito domino emphyteoſim remittere.20.2. 20
Emphyteota an rem deſtructam reficere teneatur. ibid. 3.
Emphyteota non liberatur à ſolutione , niſi re in totum penitus perempta. ibid. 4.
Emphyteota,vbi ſoluitur magna vel mediocris penſio pro re emphyteotica,liberatur pro rata penſionis, quę non poteſt ex ea colligi.ibid.6.8.& 9. 21
Emphyteota quanto tempore penſionem præſcribat. 114. 2. 101
Emphyteota,donec ſit declaratum cecidiſſe in commiſſum,facit fructus ſuos.ibid.3.
Emphyteotica penſio excedens in 25. annis valorem prędij emphyteotici retractari debet.120.1. 104
Emphyteota intentans læſionem, & remedium.l.ſecundæ.C.de reſcindend. venditio. quid agere , & probare debeat. ibidem 2. 104
Emphyteota alienans non reſeruato beneplacito domini cadit in commiſſum. 169.1. 142
Emphyteota non cadit à iure ſuo,ſi ſtante conſuetudine , quæ viget in hac patria, non impetrauit licentiam alienandi. ibid. 2.
Emphyteota , qui ceſſans à ſolutione canonis per triennium cadit à iure ſuo,an cadat, ſi per 30.annos continuos à ſolutione ceſſauerit. 179.1. 153
Emphyteota regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio. vide infra Remiſſio.
EMPTIO cum pacto retrouendendi poteſt dici perfecta.140.5. 119
Reliqua vide infra Venditio.
Emptores fructuum eccleſiaſticorum tenentur pro eis. 106. 6. 102

INDEX

Emptor litem venditori denuncians, an teneatur omnia acta moleſtię ſuis expenſis exhibere, an verò ſufficiat præſentare copiam citationis ſibi tranſmiſſam.218.2. 184

ERASMVS *in adagijs reprehenditur.229.6.* 194

ERROR *calculi peti poteſt vſque ad triginta annos. 239.12.* 202

Error calculi an proponi poſſit poſt tempus à partibus oppoſitioni conſtitutum.260.1.4.& 10. 216

Errori calculi an renuntiari poſſit.ibid.7.9.& 11.

EVICTIONI *non eſt locus, niſi re euicta effectualiter, niſi aliter ſit conuentum 85.1.& 2.* 78

Euictione ſine pretij reſtitutione promiſſa quotieſcunque lis mota fuerit ſuper re vendita, an ſtatim lite mota pretium ſit reſtituendum, vel expectandus litis euentus. ibid.3.

EVOCATIO *cauſarum miſerabilium perſonarum, & viduarum poteſt fieri in ſecunda inſtantia.177.8.* 151

EXCVSSIO *an fieri debeat de bonis ſitis extra territorium vbi litigatur.40.1.& 2.* 41

Excuſſio non eſt neceſſaria, vbi difficile extra territorium fieri poteſt, vel in loca remoto.ibi.3.

Excuſſionis beneficium denegatur tertio poſſeſſori neganti rem authoris fuiſſe.50.3. 49

Excuſſio an requiratur, quando quis habet ſpecialem hypothecam in re debitoris.51.1. 50

Excuſſio non requiritur, quando quis eſt creditor ſpeciei, quæ reperitur penes tertium poſſeſſorem.ibi.2.

Excuſſio requiritur in qualibet actione hypathecaria, & etiã in Saluiano interdicto.ibid.3.

Excuſſio non requiritur in actione reali.ibid.4.

Excuſſia non requiritur in hypotheca legali.ibi.6.

Excuſſio requiritur in re vendita, quæ poſtea ad manus tertij peruenit, non obſtante ſpeciali hypotheca ſuper ea re reſeruata. ibid.7.

Excuſſio ceſſat ſi agatur ſuper nomine debitoris.ibid.8.

Excuſſio ceſſat vbi proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta. 52. 1. & 3. & quid in tertio poſſeſſore. 5. 51

Excuſſio eſt de apicibus iuris.ibid.2.& 4.

Excuſſio non requiritur in cauſis mercatorum.ibid.9.

Excuſſionis exceptio, quæ non admittitur ſtante clauſula conſtituti an ceſſet, quando extat ſtatutum, vel decretum mandans fieri excuſſionem.53.1. 52

Excuſſio non requiritur, quando intentatur remedium ex Saluiano interdicto.175.4.ſed contra 5. 149

Excuſſio in Saluiano remedio non requiritur, quando agitur contra debitorem.ibid.6.

Excuſſia bonorum principalis debitoris requiritur, antequàm deueniatur ad tertios poſſeſſores.215.1. 182

Excuſſio non requiritur ſtante hypotheca cum conſtituto. ibid.2.

EXCVSATOR *admittitur in criminalibus. 265 11.* 221

EXECVTIO *ſententiæ arbitramentalis ab ordinario iudice peti ſolet.14.6.* 14

Executio ſententiæ an impediatur ſtante decreto, quòd à tribus ſententijs conformibus non appelletur ſi vna illarum liberatoria ab obſeruatione iudicij lata ſit.122.9. 105

EXPENSAE *litis an comprehendant damna, quæ litigans paſſus eſt tam occaſione rei, quàm perſonæ.67.1.* 68

Expenſarum in condemnatione veniunt intereſſe, & damna. ibid.2.quod declara, vt nu.4.

Expenſarum condemnatio ſequuta ratione contumaciæ an differat ab ea, quæ fit occaſione victoriæ.ibid.3.

Expenſarum condemnatio fit poſt inſtrumentorum productionem.73.2. 73

Expenſas litis an emptori venditor pro euictione euocatus ſtatim reficere teneatur, an verò debeat litis finem expectare. 208.3. 184

EXTRANEORVM, *& deſcendentium nulla facienda differentia, quando quæritur an poſiti in conditione ſint vocati.96.7.* 85

Vide infra Filij in conditione.

F

FACVLTAS *diſponendi de parte bonorum donatorum poteſt reſeruari.97.3.* 89

FALCIDIA *detrahitur ab hæreditate, quæ reſtituitur.141.6.* 120

FALSITAS *in priuata ſcriptura commiſſa, quæ nemini nocet, non punitur.171.2.* 145

Falſum committit, qui priuatam ſcripturam malo animo, vt alteri noceat, vitiat.ibid.3.

Falſi cognitio an ſpectet vaſſallo, vel domino, quando coram domino falſitas fit, vel producitur.266.2.11.& 12. 223

FAMVLI *epiſcoporum eorum gaudent priuilegio. 23.6.* 22

FATALIA *non poſſunt pacto litigantium prorogari. 244.1.2.3.& 4.* 204

Fatalia etiam per multos annos poſſunt à partibus prorogari.ibid.5. 205

Fatalium tempus compromiſſo prorogatur.ibid.6.

Fatalia per procuratores prorogari non poſſunt.ibid.7.

Fatalia non poſſunt niſi per ſcripturam prorogari.ibi.8.

FATVVS *an teſtari poſſit.92.1.& 2.* 82

Fatuus ſenſu, & ingenio non carens teſtari poteſt. ibidem.3. 83

Fatuitatis cognitio relinquitur arbitrio iudicis.ibi.4.

FERIAE

Ferijs ad vtilitatẽ hominũ inductis renuntiari poteſt.39.1. 40

Feriarum plura genera, & qualiter obſeruata.ibi.4.

Feriarum mirabilis penes antiquos religio.ibi.5.

Feriæ repentinæ quæ, & vnde dictæ.ibid.6.

Ferijs repentinis non renuntiatur.ibid.7.

Feriæ vnde nomen habuerint.ibid.11.

Feriarum tempore in honorem Dei non poteſt ad aliquam executionem procedi.95.1. 83

Feriatis diebus hebdomadæ ſanctæ an fieri poſſit executio. ibid.2.

FESTI *dies particulares.39.8.* 51

FEVDVM *cum conſenſu Principis alienatum dicitur ipſo re permittente alienatum 99.3.* 90

Feudi reuocatio non permittitur agnatis viuo alienante, & ſtantibus filiis.ibid.4.& 26.

Feudum non poteſt alienari, niſi concurrentibus quatuor qualitatibus.ibid.9.& 13.

Feudo nulliter alienato competit agnatis rei vindicatio. ibidem.14. 91

Feudum conceſſum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque an ſit hæreditarium.ibid.22.& 27.

Feudum in dubio præſumitur ex pacto.ibi.23.

Feudum conceſſum fœminæ, intelligitur datum etiam pro ſuis hæredibus maſculis tantum.146.1.12.& 14. 124

Feudum

INDEX

Feudum ſicut non poteſt habere fœmina, ita nec ab ea deſcendentes.ibid.2.
Feudum emptum in perſona emptoris dicitur nouum. ibidem 3.
Feudum conceſſum alicui pro ſe, & hæredibus qui filios habere non poteſt, intelligitur de hæredibus extraneis. ibidem 5.
Feudum emptum reputatur inſtar allodij. ibid.9.
Feudum ex pacto, & prouidentia non venit in confiſcatione bonorum. 167.1. 142
Feudum ſine fructus feudi durante vita naturali vaſſalli non pertinent ad fiſcum bonis confiſcatis. ibid.2.
Feudum ſi ob non factam fidelitatem caducũ efficiatur, agnatis aperitur. 227.5. 192
Feudi natura cognoſcitur ex prima, & vltima inueſtitura. ibidem 7.
Feudum fœmineum ſi tranſeat in aliam familiam, tranſit cum eadem natura. ibid.8.
Dominus tenetur feudum ad ſe deuolutum hæredibus vltimi inueſtiti concedere.146. 11. 125
In feudo antiquo ſufficit agnatum eſſe hæredem primi acquirentis.99.1.24. & 25. 90
In feudo fœmineo ſuccedit fœmina ſicut maſculus. 146. 7. 124
In feudo improprio dictio hæredum extraneos complectitur. ibid.8. & 10.
Reliqua vide infra Vaſſallus. & in verbo Succeſſor.
FICHAS *facere contemptum notat.229.5.* 194
FICTVS *maturi, qui prædeceſſori non fuerant per conductorem ſoluti, an ſpectent ſucceſſori in beneficio. 143. 1.* 123
Reliqua vide infra Penſio.
FIDEIVSSOR, *qui negat ſe fideiuſſiſſe, an perdat excuſſionis beneficium. 50.1.* 49
Fideiuſſor liberatur facta prorogatione termini præſenti debitori. 125.1. ſed contra.3. 108
Fideiuſſor liberatur, ſi ad certum tempus, & pro certo tempore fideiuſſit facta prorogatione temporis, ſecus ſi ſimpliciter ad decem erat obligatus.ibid.4.
Fideiuſſor facta prorogatione in duriorem cauſam non tenetur.ibid. 11.
Fideiuſſor non liberatur facta prorogatione, etiamſi aliquid pro intereſſe receperit in facienda prorogatione creditor. ibidem 6.
Fideiuſſor facta prorogatione non tenetur, niſi deterius quid debitori contingat. ibid. 12.
Fideiuſſor, qui lapſo tempore non fuit proteſtatus, non liberatur ſi facta prorogatione debitor fiat non ſoluendo. ibidem 13.
Fideiuſſor ad certum tempus, licèt elapſo tempore amplius non teneatur, non tamen à prioris temporis obligatione liberatur.ibid.14.
Fideiuſſor facta noua ſtipulatione liberatur. Examinatur Iacobini ſententia in l. 1. C. de iudic. & in l. ſi vnus. §. ſi cum reo.2.lectu. D. de pact.ibid.15.
Fideiuſſor, qui ſe principalem conſtituit, an habeat beneficium excuſſionis.166.1. & 2. 141
Fideiuſſores plures inſolidum obligati habent beneficium diuiſionis.ibid.3.
Fideiuſſor fideiubens poſt contractum animo nouandi non habet beneficium excuſſionis.ibid.6.
Fideiuſſor, quando habeat remedium diuiſionis contra alium fideiuſſorem. 191.2. 164
Fideiuſſor in prima inſtantia non tenetur in ſecunda. 202. 1. & 4. plures opiniones referuntur. 6. 7. 8. 9. & 10. 174
Fideiuſſor in primo contractu non tenetur in ſecundo. ibidem 2.
Fideiuſſor, qui ſimpliciter fideiuſſit rebus ſemper in eodem ſtatu permanentibus, mutato iudice tantum tenetur in ſecunda inſtantia.202.11. & 17. 175
Fideiuſſor liberatur mutato iudice coram quo fideiuſſit. ibidem 13.
Fideiuſſor mutata inſtantia liberatur, ſi fideiuſſerit aſtringendo ſe ſolius iudicis iudicio corã quo fideiuſſit. ibid.16.
Fideiuſſor liberatur mutatis rebus, & perſonis ibid.16.
Fideiuſſor iudicij liberatur ſi fideiubendo coram arbitro lata ſententia fuerit petita reductio ad arbitrium boni viri. ibidem 18.
Fideiuſſor liberatur ſi cum reſeruatione prima feratur ſententia.ibid. 19.
Fideiuſſor pro expenſis in iudicio, compenſatis illis in prima inſtantia, ſequuta in ſecunda illarum condemnatione, non tenetur.ibid. 20.
Fideiuſſio expirat perempta inſtantia. ibid.12.
Fideiuſſio expirat lata ſententia in contumaciam ibid.14.
Fideiubens pater pro filio poteſt principaliter conueniri. 166. 5. 141
FIDEICOMMISSVM *regulariter eſt odioſum. 242. 8.* 207
Fideicommiſſum cenſetur gradatim iniunctum, ſi teſtator bona in familia conſeruari mandauerit.ibid.4. & 14.
Fideicommiſſum reciprocum non inducitur inter nepotes in conditione poſitos. ibid.17.
Ad petendum fideicommiſſum ſpeciale mandatum requiritur.155.1. 130
In fideicommiſſo patrui carnalis, vel aui ſit repræſentationi locus, & filij fratrum ſuccedunt.65.3. 67
In fideicommiſſis mẽs, & voluntas teſtatoris primum locum obtinent.248.2. 207
FILIVS *an teneatur conferre dotem, quam lucratur ex forma ſtatuti.45.10.* 45
Filij poſiti in conditione ſtantibus coniecturis dicuntur vocati.60. 3. 61
Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati.96. 1. 3. & 6. 84
Filij in conditione poſiti ex coniecturis cenſentur vocati. ibidem 8. 85
Filij in conditione poſiti ſi ſunt grauati an vocati cenſeantur. ibid.10.11.12. & 13.
Filij an vocati cenſeantur ſtante digreſſione ad plures gradus. ibid.15.16. & 17. 86
Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi teſtator ad familiam rationem habuerit. ibid. 20.
Filij cenſentur vocati ex teſtamento, ſi maſculinitatis habita ratio fuerit ibid.21.22.23.26.27.28.
Filij in conditione poſiti licèt de extranea familia vocati cenſentur, ſi grauatus fuerit inſtitutus, vel ſubſtitutus ſumere nomen, & arma domus ibid.25.
Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ſtante reciproca ſubſtitutione. ibid.31.
Filij in conditione poſiti, qui ex coniecturis vocati dicuntur, an cenſeantur etiam grauati ſubſtitutis hæreditatem reſtituere, ad conſ. Oldrad.21 ibid.32.33. & 34.

Filiusfamilias an poſſit donare cauſa mortis. 150. 14. 15. & 16. 127

Filij fratrum ad ſucceſſionem patrui venientes qualiter diuidere hæreditatem debeant, duæ inuicem pugnantes ſententiæ referuntur. 162. 1. 2. & 3. 137

Filio relictum videtur factum patris contemplatione. 170. 6. 143

Filius feſtiuus, & gratus, vel grauioribus ſtudijs deditus poteſt in p..us inſtitui. ibid. 30. 145

Fliorum appellatione etiam vulgari ſermone veniunt fœminę. 188. 13. 161

Filiorum verbum affirmatiuè, & diſpoſitiuè à teſtatore prolatum fœminas à ſucceſſione excludit. ibid. 17.

Filij nati ex matrimonio ſubſequuto an verè filij dicantur, an autem fictè. 196. 1. & 4. 168

Filius naturalis an ſubſtitutum excludat. ibid. 2. & 6.

Filius natus in putatiuo matrimonio an dicatur legitimus, vt ſubſtitutum excludat. ibid. 7.

Filij aut aſcendentes detrahunt legitimam ſtante bonorum publicatione per decretum ordinaca. 198. 5. 170

Filio naturali à patre, & ſuis hæredibus alimenta debentur. 211. 1. 179

Filio ſpurio alimenta debentur. ibid. 2.

Filio pro alimentorum conſecutione competit hypothecaria. ibid. 10.

Filius hæres matris tenetur imputare in legitimam dotem quàm ab auo media perſona matris eſt conſequutus. 237. 7. 200

Filiorum appellatione non veniunt filiæ in odioſis. 238. 2. 201

Filiorum appellatione non veniunt neptes ex filio, quando in teſtamento propriæ filiæ ſunt excluſę. 248. 1. & 12. 207

Filij vocati ex coniecturis non veniunt ad portionem cohæredis. ibid. 16.

Filiorum appellatione filiæ continentur. 269. 4. 10. & 11. 227

Filiafamil. vidua poteſt teſtari. 150. 1. contra 5. 126

Filiafamil. nupta videtur emancipata, & ſui iuris, & dotem iure proprio habere dicitur. ibid. 2.

Filiafamil. poteſt teſtari in fauorem patris. ibid. 4. & 8. *ſed contra.* 9.

Filia vidua reincidit in patris poteſtatem, ideo ſtatutum diſponens, quòd maritata ſit ſui iuris, hoc caſu non procederet. ibid. 6.

Filiafamilias maritata non exit patris poteſtatem. ibidem. 7.

Filiafamilias non teſtatur etiam patre conſentiente, & quæ ſit ratio. ibid. 10.

Filiafamil. de dote inter viuos diſponere poterit ſine conſenſu patris. ibid. 17.

Filia excluſa an faciat partem in ſupputatione legitimæ extantibus maſculi. 159. 1. 133

Filiæ excluſæ per ſtatutum fauore maſculorum nulla debetur legitima. ibid. 2.

Filia non facit partem, quando dos non ſuccedit loco legitimè. ibid. 5.

Filia an faciat partem, multæ opiniones referuntur. ibi. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. & 14.

Filiæ faciunt partem filio habili in illius fauorem. ibidem. 8.

Filia, quæ vti habilis habita fuit in conſideratione per ſtatutum, facit partem cum maſculis. ibid. 12.

Filiæ faciunt partem ad commodum maſculorum. ibid. 13.

Filiæ ſi aliquid in teſtamento relinquatur à patre iure inſtitutionis vel pro legitima, tunc partem faciunt. ibid. 15.

FISCO *hæreditatem ab indigno auferente an ſit locus ſubſtituto.* 127. 7. 110

FOEMINA *dicitur de agnatione, familia, caſata, & parentella.* 34. 4. 38

Fœmina ſemel excluſa durat perpetuò excluſa. 63. 5. 64

FORENSIS *an teneatur ad onera mixta, quę perſonis per rebus imponuntur.* 149. 1. 126

Forenſes de generali conſuetudine tenentur ad collectas, & collectari licet contra ius. ibid. 2.

Forenſis non tenetur ad collectas, quæ imponuntur pro rebus, quarum vtilitate ipſe non fruitur, & plura referuntur exempla. 149. 5. 6. 7. *vſque in fi.*

Forenſis contrahens in loco vnius dominij poteſt in alijs locis eiuſdem dominij conueniri. 220. 9. 185

Forenſes quas collectas ſoluere teneantur. 257. 6. 214

Forenſes tenentur ad collectam pro dono, quod fit Principi, vt vniuerſitas liberetur à ſubiectione. ibid. 9.

FORI *priuilegio gaudente patrefamil. tota domus, & eius familia vti eodem debet.* 22. 2. 22

FRANCISCI *Zoanneti opinio declaratur in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* 56. 3. 53

FRATER *fictus, & adoptatus an ab inteſtato alteri fratri ſuccedat.* 113. 2. 3. & 7. 100

Frater fictus non poteſt fratrem prætereundo inſtituere turpem perſonam. ibid. 4.

Frater an fratrem pro debito ciuili poſſit arreſtare. 119. 1. 104

Frater dicitur ferè alter. ibid. 2.

Frater turpis non querellat teſtamentum fratris, qui turpem perſonam inſtituit. 126. 5. 109

Frater an teneatur in plus quam facere poſſit. 153. 5. 128

Frater diues tenetur dotare ſororem inopem, & etiam alere. 192. 7. 166

Frater tenetur etiam ad iocalia, & veſtes maritando ſororem. ibid. 9.

FRATERNITAS *inter extraneos conſtitui poteſt.* 113. 1. 100

FRVCTVS *pendentes fundi pars dicuntur.* 55. 1. 52

Fructus veniunt fundo empto. ibid. 2 *declaratur nu.* 6.

Fructuum pars colonica an in venditione cenſeatur comprehenſa. ibid. 3.

Fructus pendentes in venditione neceſſaria pro rata temporis diuiduntur. 56. 1. 53

Fructus cadente tempore retractus pendentes pro rata temporis inter emptorem, & venditorem diuiduntur ex magis communi. ibid. 2.

Fructus pendentes non veniunt in emptione non ſimpliciter, ſed cauſatiuè voluntaria. ibid. 4.

Fructus triennio præſcribuntur cum bona fide. 114. 2. 101

Fructus rerum eccleſiaſticarũ dicuntur temporales. 131. 5. 114

Fructus hæreditatis an in legata mobilium veniant, & quid in nominibus debitorum, remiſſiuè. 160. 13. 135

Fructus bonorum paraphernalium, vel extradotalium an maritus ſinc, ita vt ad redditionẽ rationis vxori, vel hæredibus non teneatur. 187. 1. 3. 4. & 5. 159

Fructus percepti an in remedio c. reintegrandæ veniant à die perceptionis, an vero à die litis motæ. 29. 3. 6. & 8. 29

Fructus tempore inſtantiæ peremptæ per triennium percepti ad bonæ fidei poſſeſſorem ſpectant. ibid. 12.

Fructus

Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem, & quid ſi aliter conuentum ſit inter partes.78.1. 75
FVGIENS *è carceribus ſi incontinenti redeat, non punitur nec habetur pro confeſſo.77.4.* 75
FVRNOS *in ſuo facere quilibet poteſt, & molendina conſtruere.16.1.* 15
Furnorum ædificationem, & vſum dominus feudi ſubditis prohibere non poteſt regulariter.ibid.2.
Furnorum, & molendinorum conſtructionem vaſſallus hominibus prohibere poterit, ſi prohibitioni ſemel iam illis factæ acquieuerint. ibid.7.
Furnorum, & molendinorum conſtructionem vtrum dominus feudi ſubditis prohibere poſſit, ſi de furnis & molendinis inueſtitus fuit. ibid.9.
Furnarius ſeu molendinarius, q promiſerunt granũ, vel panem pro tota familia, an teneant familia augmẽtata.226.2. 191
FVRTI *an plures ſocij inſolidũ teneantur.54.1.& 2.* 213

G

GABELLA *ſoluitur vaſſallis in loco infeudato pro manutentione pontiũ, & viarũ.214.2.* 182
Gabellarius libros in qb.notauit res gabellæ lacerans, et cõburens an falſum cõmittat.171.1. 145
GEMINATIO *contractus non nocet mulieri fideiubenti.223.6.* 188
GENER *agere debet contra ſocerum ex perſona filiorum.190. 22.* 163
GLO, *in l.Pomponius Philadelphus.D.fam.erciſc.examinatur.48.3.* 49
Glo.in l.Lucius.85.D.de hære.inſt.ab aliqb.reprehenſa.96.5. 84
Glo.in l.verum, in prin. D pro ſocio.examinatur.119.3. 104
Glo.in l.tale pactum.§.fi.de pac.procedit in vltimis voluntatibus. 248.6. 207
GRATIA *q̃ de delicto à Principe fit qñ valeat.21.1.* 12
Gratia facta ſuper falſa narratione non tenet.ibi.2.
Gratia in præiudicium partis fieri à Principe non poteſt, & ante obtentam ab offenſo pacem. ibid.3.
Gratiam, & compoſitionem de delicto non poteſt facere Princeps in præiudicium vaſſalli. 266.10. 224
GRAVAMEN *vltra modum facultatum fieri non poteſt.239.7.* 202
Grauatus aſſumere arma non tenetur ſua derelinquere niſi expreſſum ſit. 270.9.

H

HAEREDITAS *delata, vel adita non differt in caſu ſtatuti fœminam excludentis.101.2.* 93
Hæreditas pacto dari non poteſt.113.6. 100
Hæreditatem paternã infans tranſmittit in quoſcunque extraneos.88.2. 79
HAERES *reuocare non poterit donationem abſenti factam.124.2.* 108
Hæredi debitum ſui anteceſſoris eſt denunciandum, vt in mora conſtituatur.247.3. 206
HOMICIDIVM *quando à plurib.in rixa cõmiſſum fuit licèt vnico vulnere, omnes delinquentes veniant extraordinariè arbitrio iudicis puniendi.32.5.* 32
Homicidium per iram commiſſum lenius punitur.178.4. 152
Homicidij pœna an plectatur, qui vnum pro altero occidit. 243.1.& 4. 204
Homicidio à pluribus vnico vulnere commiſſo an omnes de occiſo teneantur.31.1.& 3. 31
HOSTIENSIS *dictum in ſumma de reſtitut.in integr. §.fi.explicatur & illuſtratur.9.9.* 8
HYPOTHECA *generalis facta ſuper omnibus bonis an comprehendat hypothecari debita.193. 1. 2.* 167
HYPOTHECARIA *competit filio pro alimentorum conſequutione.211.10.* 180

I

IGNORANTIA *vtriuſque emptoris, & venditoris an in alienatione fideicommiſſi requiratur.151.2.* 128
IMMVNITAS *parentibus data propter numerum liberorum non durat ipſo mortuo.267.11.* 225
Immunitatis priuilegium ſtrictè interpretandum.106.7. 102
Immunitati præſcribitur per 30.239.3. 202
INCERTITVDO *rei impedit condemnationem.31.2.* 32
INCESTVS *pœna eadem eſt, quæ adulterij.100.1.* 92
Inceſtus materia confusè à Doctor.tractata.ibid.3.
Inceſtus non committitur cum conſanguinea, quę fit per illicitum coitum. ibid.7.
Inceſtuoſus concubitus aſcendentium, & deſcendentium grauius punitur quàm tranſuerſalium.ibid.4.& 5.
INCONTINENTI *factum quãdo quid dicatur.77.3.* 75
INDEFINITA *æquipollet vniuerſali.235.8.* 198
INDICIVM, *quod oritur ex ſanguinis fluxu è cicatricibus occiſi, qualiter iure probetur.173.6.* 148
Indicium oriẽs ex præſentatione inquiſiti ante corpus occiſi eſt periculoſum, & vbi nulla alia concurrunt indicia non eſt ſeruandum. ibid.7.
Indicia ad torturã debẽt eſſe luce meridiana clariora.24.6. 23
Indicium remotum non eſt aptũ ad torturã ſuadendã. ibid.12.
IN DVBIO *fraus præſumitur, ſi mater filijs ſecundi matrimonij reliquit plus quam primi.170.27.* 144
In dubio malus animus præſumitur.171.7. 146
INDVCIAS *Princeps concedere poteſt.186.1.* 158
Inducias concedere debitorib.an ſit peccatum.ibid.2.& 3.
Induciæ an concedi poſſint contra debitum inſtrumentarium & iuratum. ibid.4.
Induciæ quando, & in quibus caſibus ſint concedendæ.ibid.7.
Inducijs ſi fuerit renunciatum, non valet impetratio. ibid.8.
Induciæ annales, & quinquennales Princeps de conſuetudine concedere poteſt.ibid.6.
Induciæ non habent locum contra fiſcum. 182.2.& 6. 155
INFANS *dum in vtero eſt, homo dici non poteſt.12.7.* 11
Infantem expoſitum alere tenetur eccleſia, ſi non extat hoſpitale.118.1. 103
Infanti expoſito Princeps, vel vaſſallus an de alimentis prouidere debeat.ibid.2.
Infanti expoſito quis ſuccedat.118.5. 104
Infans hæreditatem etiam non aditam tranſmittit in matrem. 248.11. 208
INFICIATIO *& inficiator. 50.5.* 50
INFORMATIONES, *et iudicia an edẽda ſint.265.12.* 222
INIMICITIA *an ſit ſufficiens indicium ad torturam. 24.1.& 7.* 23
INIVRIA *non eſt impunita relinquenda. 18.1.* 18
Iniuria à iudice per ſententiam vindicatur.ibid.5.
Iniuria aut verbis aut re fieri ſolet. 229.1. 194
Iniuriæ nomine venit etiam contumelia. ibid.2.
Iniuria fieri actu ſine verbis poteſt.ibid.3.
Iniuriarum actio ciuilis extinguit criminalem.18.3. 19
Iniuria ſi reſpicit plures perſonas poteſt pro ea reus, & ciuiliter erga partẽ, & criminaliter erga fiſcũ damnari.18.7. 19
IOCALIA *& veſtes magni valoris nurui donata in diuiſione fienda inter fratres conferuntur.46.8.* 46
INOFICIOSI *querela competit monaſterio, in quo eſt frater monachus contra teſtamentum fratris. 129.1.* 113

INDEX

INQVISITO *mortuo ante latam condemnationem, an ſequi poſſit condemnatoria ſententia, & hæres pœnam ſoluere teneatur. 144.1.* 123

INSIGNIVM *& armorum vſus apud Antiquos, 270.16.*

Reliqua vide ſupra Arma & Cimerium.

INSTANTIA *cauſarum appellationum eſt ſex menſium in hac patria. quid de iure communi. 10.1.* 8

Inſtantia ſiue tempus proſequendæ appellationis quibus in caſibus ceſſet. ibid. 2.3.4.5.6.7.8.9.10. & 11.

Inſtantia appellationis an ex facto iudicis ceſſet. ibid. 12.

Inſtantia coram Senatu non currit. ibid. 16.

Cauſa dietim aſſignata non currit inſtantia. ibid. 13.

INSTITVTIO *eo modo facta, vt quis deferat nomen & arma, dicitur conditionalis. 270.2.*

Inſtitutionis titulo quãdo aliquid relictum cenſeatur. 58.3. 60

Inſtitutionis titulus in teſtamento omiſſus per ſapientem vel notarium, etiam de mandato teſtatoris non adijcitur. ibid. 6. ſed contra. 11.

INSTRVMENTA *regulariter non habent paratam executionem. 26. 1.* 25

Inſtrumentum dotis non habet paratam executionem. ibid. 3.

Inſtrumentum quod habet executionem paratam non exequetur, niſi prius fuerit liquidatum. ibi. 5.

Inſtrumentum iuratum quando executionem habeat paratam. ibid. 7.

Inſtrumentum an ex priuatorum conuentione executionem habere paratam poſſit. ibid. 6.

Inſtrumentum depoſiti an paratam habeat executionem. ibidem 8.

Inſtrumentum in forma Cameræ habet paratam executionem. ibidem 11.

Inſtrumentum guarentigiæ habet paratam executionem, & quid à Camerali differat obligatione. ibid. 12.

Inſtrumentum confeſſionatum paratam habet executionem, & an idem ſit cum guarentigiato inſtrumento, quidque guarentigia, & guarentizare. ibid. 13. & 14.

Inſtrumento habenti paratam executionem an exceptio erroris opponi poſſit. ibid. 15.

Inſtrumentum habens paratam executionem non impedit, quin dilatio legalis debitoribus detur. ibid. 16.

Inſtrumenta dotalia requiruntur, vt per ſubſequens matrimonium filij legitimentur. Contrarium de iure canonico. 83. 1. 77

Inſtrumentum ceteratum an contineat certiorationem. 222. 8. 186

INTERESSE *legitimum etiam in pignore peti citra vſuræ periculum poteſt. 78.2.* 75

Intereſſe an ex mora irregulari debeatur. 258.1.2.14.

INTERPELLATIO *requiritur ad conſtituendum in mora. 212.2.* 181

Interpellatio inducens delictum, & priuationem alicuius rei facienda eſt. 193.3. 167

INTERROGATORIVM *captioſum non admittitur. 261.1.* 216

INVESTITVRA.

In conflictu inueſtiturarum, poſteriores ſunt attendendæ. 227.14. 193

IRA *non excuſat à pœna l. Corniel. 178.1.* 152

Ira eſt ſpecies furoris. ibid. 3

Iracundia excuſat in delictis ſi delictum non ex interuallo, ſed incontinenti fiat. ibid. 6. 152

Iracundia debet eſſe ex iuſta cauſa, vt pœnam minuat. ibid. 5.

IVDAEIS *an princeps in ſuo dominio fœnoris exercitium concedere poſſit. 47.1. & 4. & quid in Pontifice. 2.* 54

Iudæi legibus, & ſtatutis Chriſtianorum ligantur. 57.3. & 8. 56

Iudæus blaſphemans qualiter puniendus. 241.6. 203

IVDEX *recuſatus non poterit de cauſa criminoſa interrogari. 6.1.* 6

Iudex ſuper cauſa ſuſpitionis interrogatus, non ſolum reſpondere ſimpliciter tenetur, ſed etiam cum iuramento. ibidem 2.

Iudex poſt appellationem ab interlocutoria poteſt procedere donec ſit inhibitum. 49. 1. 49

Iudex laicus cognoſcit ſuper poſſeſſorio beneficij inter clericos. 82.1. 77

Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio retinendæ, & recuperandæ, ſiue reintegrandæ. ibid. 2.

Iudex laicus an cognoſcat ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ in cauſa eccleſiaſtica. ibid. 3. & 4.

Iudex meliùs facit, ſi rem diuidat in quæſtione ambigua, quã ſi in alterutram partem inclinet. 89.1. 81

Iudex poteſt partes ad concordiam compellere. ibid. 3.

Iudex originis non poteſt punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit. 90.1. contra. 2. & 7. 81

Iudex domicilij an puniat delinquentem. ibid. 4.

Iudex originis per viam accuſationis contra delinquentem in alterius territorio procedit. ibid. 5.

Iudex originis an ex præuentione cauſam criminalem retineat. ibid. 6.

Iudex laicus non cognoſcit in inceſtu ſpirituali. 100.6. 92

Iudicis proprium officium eſt euitare, ne deueniatur ad arma, & rixas. 110.3. 99

Iudex laicus an poſſit cognoſcere de cauſa matrimonij in poſſeſſorio. 117.2. 103

Iudex, vt euitentur ſcandala, poteſt facere reductionem bonorum ad ſe non ſpectantium. 131.8. 114

Iudex poſt latam ſententiam an poſſit poſtea iterum ſuper intereſſe iudicare, parte petente, & quid in fructibus. 135. 1. & 2. 117

Iudex competens quis ſit in cauſa ſtupri. 128.4. 126

Iudex tenetur de neceſſitate minorare pœnam attenta minori ætate. 161.6. 136

Iudex non poteſt contra diſpoſitionem auth. bona damnatorum, bona publicare. 198.2. 180

Iudex poteſt contractum factum inter partes ad æquitatem reducere. 226.1. 191

Iudicis officium latiſſimum eſt. 232.3. 196

Iudex competens quis ſit in cauſa Iudæi blaſphemantis. 241. 7. 203

Iudex competens quis ſit in cauſa mota contra Iudæos libros prohibitos tenentes. 241.8. 203

Iudex dato adiuncto non poteſt ſine ipſo procedere. 255. 7. 213

Iudex laicus non ſe intromittit in cognitione rei ſpiritualis. 100. 2. 95

Iudicialis maieſtas per mendacium læditur. 231.5. 196

Iudicantis intereſt omnimodam quærere veritatem. 256. 3. 213

IVRAMENTVM *contra legum formam præſtitum contractum non firmat, & qualiter id intelligatur. 32.6.* 33

Iuramenti de ſubſtantia an ſit, vt corporaliter tangantur ſcriptura. 47. 1. 47

Iuramenti

Iuramenti varia genera. ibid.3.
Iuramentum extraiudiciale qualiter pręſtetur. ibid. 4.
Iuramenti ſimplex delatio, quę d.l. pręcipitur, non requirit tactum. ibid 8.
Iuramentum firmius eſt, in qua corporaliter ſcripturę tanguntur. ibid. 10.
Iuramentum purgationis. 47. 15. 48
Iuramentum ſuper altari prohibetur. 61. 1. 61
Iuramentum à minore pręſtitum contractum aliàs inualidum confirmat. 66. 1. 67
Iuramentum omiſſam ſolennitatem à ſtatuto, vel decreto requiſitam non attendit. ibid. 3.
Iuramentum extraiudiciale, vel quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit vocata parte pręſtandum 68. 1. 68
Iuramentum non pręſtatur parte vocata, quando nulla eſt difficultas. ibid. 2.
Iuramenti oblatio poſt concluſum in cauſa & factum examen regulariter admittitur. 93. 1. 83
Iuramenti oblatio an admittatur eo caſu, quando iam actor probauit per teſtes intentionem ſuam. ibid. 2. & 5.
Iuramentum in fideiuſſione pręſtitum cum generalibus renunciationibus non tollit beneficium auth. pręſente. C. de fideiuſſ. 166. 4. 141
Iuramentum interpoſitum in actu in quo deficiat conſenſus non ſuſtinetur. 222. 4. 186
Iuramentum validat renunciationem Velleiani. ibid. 10. 187
Iuramentum non validat contractum re ipſa doloſum. 223. 10. 189
Iuramentum contra ius publicum interpoſitum non ſubſiſtit. 225. 4. 190
Iuramentum non facit contractum tranſire ad hęredes. 242. 3. 204
Iudiciale iuramentum tactum ſcripturarum requirit. 47. 4. 47
Iuramentum aſſertorium differt à promiſſorio. 32. 7. 33
Iuramentum non eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi. 256. 2. 213
Iurans ad corpus Chriſti an blaſphemâſſe dicatur. 241. 2. 202
Iurare ad corpus Dei, vel corpus Chriſti differunt. 241. 4. 203
IVRISDICTIO *non competens non eſt vſurpanda. 131. 2.* 114
IVS OFFERENDI *competit ſecundo creditori aduerſus primum, & anteriorem creditorem. 157. 1.* 131
Iuri offerendi pręſcribitur per 30. annos, ſi alius creditor poſſideat. ibid. 3.
Iuri offerendi pręſcribitur per decem annos inter pręſentes, ſi extraneus cum titulo, & bona fide poſſideat. ibid. 4.
Iuri offerendi pręſcribitur per 40. annos, quando debitor poſſidet, & quid ſi mixtim poſſideant. ibid. 6. & 7.
Ius offerendi ceſſat, quando tertius poſſidet, qui titulum habeat à creditore rectè vendente. ibid. 8. & 9.
Ius offerendi perpetuatur, quando eſt ſequela exceptionis. ibidem 10.
Ius offerendi non habet locum in poſteriore creditore, quando primus creditor habuit rem à iudice. ibi. 11.
Ius offerendi non habet locum ceſſante hypotheca. ibid. 5.
IVS *tertij ab eo cuius intereſt ſemper allegari poteſt. 4. 7.* 5
Ius quęſitum in hęreditate ſine facto, & culpa acquirentis auferri non poteſt. 101. 3. 93
IVRI *ciuili operam dans debet inuigilare, & multas noctes inſomnes ducere. 207. 4.* 178

L

LAESIO *enormis quę ſit in muliere, quę pro viro ſe obligat. 223. 11.* 188
Leſio probanda eſt habita conſideratione ad tempus alienationis. 239. 4. 202
LAVDIMIVM *an debeatur ex alienatione, quę fit ex cauſa dotis. 139. 3.* 119
Laudimium an debeatur etiam pendente termino luendi. 75. 1. & 2. 74
Laudimia duo debentur ex retrouenditione. ibid. 3.
Laudimium non debetur ex venditione nulla. ibid. 4.
Laudimium an debeatur ex datione in ſolutum, quę à iudice fit poſt leuationem bonorum de gagio, & quid ſtante conſuetudine. 139. 1. & 2. 118
LAVDVM *an habeat executionem paratam. 26. 4.* 25
Laudum an reddatur nullum licèt emologatum, ſi in declaratione dubiorum arbitri diſcordent. 252. 3. 212
Laudum latum die compromiſſi non valet. ibid. 4. & 7.
Laudum nullum homologatum valet in vim pacti, vel tranſactionis. ibid. 5.
Laudum Iudaeorum habet paratam executionem. ibid. 6.
LEGATVM *factum matri an cenſeatur factum titulo inſtitutionis. 58. 2.* 60
Legatum factum illi cui legitima debetur, cenſetur inſtitutio. ibid. 10.
Legata pia, & neceſſaria ſuſtinentur rupto teſtamento per clauſulam codicillarem. 141. 14. 121
Legatum mobilium ad pręſentia reſtringitur. 168. 2. 142
Legatum, quando fit electa perſona habet latam interpretationem, & ad futura, & poſt teſtamentum acquiſita bona extenditur. ibid. 7.
Legatum vſusfructus non comprehendit legitimam. 194. 9. 157
Legatum liberationis an excludat rei vindicationem. 235. 9. 198
In legatis à proprietate verborum non receditur. 160. 3. 135
LEGITIMA *aſcendentibus inſtitutionis titulo relinqui debet. 58. 1.* 60
Legitima in confiſcatione omnium bonorum filijs debetur. 104. 8. 96
Legitima filiorum quanta eſſe debeat in publicatione omnium bonorum. ibid. 2.
Legitima debetur etiam vita naturali delinquentis durante. ibid 4.
Legitima fratris quanta ſit. 128. 13. 112
Legitima matris an ſit tertia tertię, vel tertia totius petendo ſupplementum. 172. 1. 2. & 4. 146
Legitima parentum aucta eſt ſicut legitima filiorum. ibidem. 3.
Legitima eſt tertia pars eius, quod quiſque eſt ab inteſtato habiturus. ibid. 5. 147
Legitima matris quanta eſſe debeat, varijs articulis propoſitis, & excuſſis reſoluitur, & declaratur. ibi. 6.
Legitima detrahitur per filios primi matrimonij ſtante ſtatuto de lucro dotis. 184. 4. 157
Legitimam non detrahunt filij primi matrimonij à dote matris, quando obſtat ſtatutum, & teſtamentum. ibid. 10.
Legitima filiorum quanta eſſe debeat ſequuta publicatione bonorum. 198. 6. 170
Legitima, & Trebellianica detrahuntur per grauatum de fideicommiſſo conditionali. 251. 1. 211

LEGITIMATVS *an rumpat teſtamentum patris ante ſubſequtam legitimationem factum, & quid ſi per reſcriptum legitimetur.84.1.& 4.* 77
Legitimatus ſuccedit tam ex teſtamento quàm ab inteſtato. ibid.2.
Legitimatus ſuccedit in emphyteuſi ibid.3.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium an excludat ſubſtitutum.196.3 & 5. 168
In perſona Illuſtri habet locum regula, quòd per ſubſequens matrimonium filij legitimantur.83.1. 72
LEX. *ſancimus.C.de iudi.non procedit in muliere, ruſtico, & minore.9.6.* 7
Lex Iulia de vi publica.quare introducta fuerit, & cur ſic dicta.35.2.& 3. 35
Lex Iulia de vi publica.an tunc locum habeat, quando nullis coadunatis hominibus quis alium cum armis aggreditur. ibid.4.& 6.
L.ſi diuortio.D. de pœn. declaratur.71. 1. 2. 3.4 5. & 6. 74
Lex antiqua ſemper in pari gradu tranſuerſalium hæreditatem diuiſit in capita.162.4. 138
L.1.C.quan.Imper.inter pupill. & vidu. procedit etiamſi lite pendente pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat. 177.4. 151
L.1.C.quando Imper.inter pupi. & vid. an procedat poſt ceptum coram ordinario iudicium, & quid ſeruetur in hac patria.ibid.6.& 7.
L.1. C.quando Imper. inter pup. & vid. an habeat locum in terris vaſſallorum.ibid.10.
L.ſi.C.de duob.reis.limitatur, & declaratur.203.1. 176
L.magnam.C.de contrahen. & committen.ſtipula.non procedit, quando præfixus eſt breuis dies.212.4. 181
L.Titia.D.de inoff.teſta. an habeat locum in teſtamento fratris.127.3. 110
L.ſi vnquam.C.de reuoc.donat. non habet locum ſi donans de liberis cogitauerit.121.5. 101
Leges variæ de abortu mulieris loquentes explicata. 12. 6. 11
LEVATIO *de gaggio, quæ fit cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, vel alterius creditoris. 158. 1.* 132
LIBELLVS *in quo diuerſa petuntur, & duplex vindicta ipſo iure vitiatur.18.6.* 19
LIBERI *in conditione poſiti an obtineant hæreditatem virtute clauſula codicillaris.60.2.* 61
Vide reliqua ſupra in verbo Filij.
LIBERATIONE *legata intelligitur de liberatione præſentis debiti non poſt teſtamentum facti.235.2.* 198
LITIS *denunciatio per emptorem requiritur, vt venditor de euictione teneatur.118.1.* 184
LOCVPLETIOR *an quis dicatur ex ſola fructuū perceptione.29.5.& 10.* 29
LVCRVM *à ſtatuto delatum à teſtatore auferri non poteſt etiam ex alia diſpoſitione.34.3.& 4.* 35
Lucrum dotis, quod maritus ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis conſequitur, an ſuper tota dote capiendum ſit, an vero prius per filios ſit detrahenda legitima. 184. 1. 2. 3. & 5. 157
Lucrum dotis an ad iocalia, & parapherhalia extendatur. 195.1.& 4. 167

M

MAIOR *pars ſociorum vno diſſentiente nihil in re communi facere poteſt.41.20.* 43
Maior pars dicitur, quæ dignior, & antiquior eſt. 1.8. 2
MANDATVM *primum per ſecundum cenſetur reuocatum. 107.1.* 98
Mandatum in dubio reuocatum non præſumitur.ibid.4.
Mandatum ſpeciale non requiritur in confectione inuentarij. 155.2. 130
MANV, *& digitis quis loqui poteſt, & plura de manu hyeroglifphicè.229.4.* 194
MARITVS *mortua vxore dotem retinere non poteſt. 183.1.fallit de conſuetudine.2.* 156
Maritus an plus iuris habeat in dote quàm in veſtibus, & iocalibus vxoris.195.6. 168
Maritus ſi lucretur dotem vigore conſuetudinis non lucratur iocaliorum, & corredi partem.ibid.8.
Maritus forenſis non prohibetur ſuccedere.123.5. 107
MARTINI *Papæ conſtitutio, & Nicolai de cenſibus ab aliquorum impugnatione defenditur. 154. 2. & 4.* 130
Martini opinio circa dotē procedit etiam in dote promiſſa ſi pater reddi filiæ ſit ſtipulatus, & de alijs caſibus.190.9.10. 11.17.18.19.& 21. 160
MASCVLINVM *de iure communi fœmininum concipit.37.2.* 38
Maſculinum regulariter concipit femininum.263.8. 218
Maſculinum concipit fœmininum, non obſtante ſtatuto dicente, quod verba ſint ad literam intelligenda. 269. 6. 227
Maſculinum comprehendit fœmininum in materia fauorabili. ibid.14.
Maſculinitatis qualitas non inducit vocationem, ſi extranei ſunt inſtituti de alicuius familia.96.24. 87
Maſculinitatis qualitas in teſtamento poſita excludit nepotem cum ſubſtituto concurrentem. 188.3. 160
Maſculinitatis qualitas ſemel expreſſa in teſtamento ſemper repetita cenſetur agnatis vocatis.ibid.2. 160
MATER *filiæ abortum perſuadens qualiter punienda. 12.12.* 12
Mater an poſſit filios grauare in legitima, ita vt ſolam proprietatem habeant, vſuſfructus vero alteri relinquatur. 137.1. 118
Mater an poſſit teſtando plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quam primi. 170.1.& 3.& quod non poſſit. 4. & 7. 143
Mater maleſacit, quæ non ſeruat æqualitatem inter filios. ibid.8.
Mater non poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, etiam mortuo ſecundo viro.ibid.15.
Mater poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quando non facit in fraudem.ibid.31.
Mater poteſt filio ſecundi viri plus relinquere, quando maritus ex tali relicto nihil conſequitur, & priuatur vſufructu.ibid.33.
Mater quare in tacita pupillari non priuetur legitima. 200. 5. 172
Mater tenetur ſpurio alimenta præſtare.211.7.
Matris infantem occidentis ſupplicium eſt pœna mortis.13.1. limita.2.3.5.& 6. 12

INDEX

MATERIA *contraria quando per partem danda ſit, declaratur tex. decreti antiqui in §. item quod pars.8.1.* 7

Materia contraria in cauſa matrimoniali poſt terminum dari poteſt. ibid. 2.

MATRIMONIALIS *cauſa etiam poſſeſſoria habet mixtam ſpiritualitatem.117.3.* 103

MEDIA *via in ambiguis eligenda.89.1.4.& 5.* 80

MELIORAMENTORVM *ſolutio an facienda ſit inſpecto tempore quo facta ſunt, an verò inſpecto valore rei tempore ſolutionis ordinata.251.1.2.& 4.* 210

MENDACIVM, *& variatio in inquiſito, quid operentur.24.2.& 8.* 23

Mendacium quid propriè. 50.6. 50

MENSVRA *intra quod tempus fieri debeat diuerſa opiniones referuntur.185.1.* 158

Menſura ſi fieri debet per conuentionem intra tres menſes, an poſſit poſt lapſum tempus fieri.185.2. 158

Menſurationi intra quot tempus præſcribatur. ibid. 2. 158

MERCATVM *alterius loci non poteſt ciuitas, vel oppidum per concurſum impedire.264.5.* 221

Mercata ſine Principis licentia fieri poſſunt. ibid. 4.

MILES *quando à ceſſione bonorum, quæ ſalua honeſtate fieri ſolet, excludatur.36 5.* 37

Milites noſtri temporis non fruuntur priuilegijs antiquæ militia.111.5. 100

MINAE *quando indicium faciant ad torturam. 24. 3. & 9.* 23

MINOR *aduerſus contumaciam ſolet reſtitui. 9.1.* 7

Minor non minus quàm maior contumax dici poteſt, & eadem pœna affici debet. ibid. 2.

Minor reſtitutus aduerſus contumaciam ſoluit expenſas ſecundum vnam opinionem. ibid. 3.

Minor reſtitutus aduerſus tenutam bonorum non ſoluit expenſas. ibid 5.

Minor aduerſus contumaciam reſtitutus non ſoluit expenſas, & ſolutas repetit ex magis communi, & veriori opinione. ibid. 7.

Minor aduerſus enormem læſionem reſtituitur non obſtante iuramento. 56.2. 57

Minoris iuramentum reſtitutionis remedium excludit. 65. 4. 67

Minor impubes teſtamenti factionem non habet.87.1. 78

Minor reſtituitur tam aduerſus damnum paſſum, quàm lucrum amiſſum 99.15.19.& 20. 91

Minor aduerſus negligentiam tutoris reſtituitur in integrum. ibid. 16.

Minor in delictis mitius punitur, & quid in pubere, & doli capace. 161. 1. 2. & 4. & quid in atrocioribus delictis. 5. 136

Minori in delictis non ſubuenitur, & qualiter id procedat. ibid. 3. & 7.

Minor, qui deliquit ſtante ſtatuto pœnam mortis inferente, non debet ad mortem damnari. ibid. 8.

Minor iurans an reſtituatur ad remed. l. 2. C. de reſcind. vendi. 165.4. 140

Minor ætas à ratificatione non excuſat. 212.7. 181

Minor excuſatur ob non petitam inueſtituram, & in integrum reſtituitur. 227.3. 192

Minor an audiatur uolens poſt iuramentum partis teſtes producere. 24 .1. 202

Minor aduerſus omiſſam probationem reſtituitur. ibid. 2. limita 4.

MISERABILES *perſonæ quæ dicantur. 177. 1.* 151

MOBILIBVS *legatis an veniat pecunia reperta in capſa teſtatoris. 160. 2. & 4. & quid ſi ſit dictio vniuerſalis. 5.* 135

Mobilium appellatione non venit pecunia in legatis attento communi vſu loquendi. ibid 7. & 12.

Mobilium in relicto non venit pecunia, ſi locus vbi mobilia repoſita ſunt deſignetur. ibid. 11.

MONACHVS *regulariter non poteſt ſtare in iudicio. 129.2.* 113

Monachus eſt incapax bonorum temporalium. ibid. 4.

Monachus grauatus non cenſetur, cui facta cum aliorum fratrum perſona ſubſtitutio fuit, ſi ſine liberis decederet. 163.1. 139

MORA *regulariter non purgatur vbi eſt dies, & pœna. 77.1.* 75

Mora purgatur in præparatorijs iudiciorum, modo incontinenti purgetur. ibid. 1.

Mora celeri ſatisfactione purgatur. 212.5. 181

Mora purgatio non admittitur ſtante iuramento. ibid. 6.

Mora poteſt purgari ſi ius aduerſarij non ſit diminutum. 260.2. 215

Mora non purgatur ex interuallo. ibid. 6.

Moroſus debitor tenetur ad augmentum monetæ, etiamſi ſoluat intereſſe. 174.4. 149

MVLIER *innupta pariens, & non probans partum eſſe alicuius, tenetur alere. 3.4.* 4

Muliere iuramentum in dubio referente, & viro iurare negante ſtabitur iuramento mulieris in partu probando. ibid. 1.

Mulierem prægnantem pugno vel ictu percutiens, ita vt abortum fecerit, ad quid teneatur. & obiter Vlpiani locus in l. ſi ſeruus. §. ſi mulier. ad l. aquil. illuſtratus. 12.2. 10

Mulier an in dubio præſumatur habere vnde alimenta capere poſſit. 43.5. 45

Mulier relicta vſufructuaria qualiter cauere debeat, & quando, & quomodo inuentarium facere teneatur. 80.3. 76

Mulier nupta non amittit originem naturalem. 123.1. 106

Mulier dicitur impropriè illius ciuitatis, vbi nupſit. ibid. 2.

Mulier pro ciuili debito non poteſt carcerari. 153.8. 128

Mulier donando coniuncta perſona ſui uiri videtur in fraudem legis facere. 170.4. 143

Mulier poteſt contra tertium creditorem ſuper bonis mariti vti iure retentionis, & remedio. l. vbi adhuc. C. de iure dot. 207.1. contra 2. 178

Mulier debet inuigilare, vt conſtante matrimonio de dote aſſecuretur. ibid. 3.

Mulieres in iudicijs perſonaliter comparere non debent. 210. 1. 179

Mulierum fauore multa fuerunt introducta priuilegia. 222. 1. 186

Mulier in dubio non præſumitur certiorata. ibid. 5.

Mulier conſtituens ſe principalem debitricem non priuatur beneficio Velleiani. ibid. 14.

Mulier conſtituens ſe principalem debitricem cum viro non tenetur. 223.2. & 4. 188

Mulieris intercesſio pro coniuncta perſona mariti non tenet. ibid. 5.

Mulier ſe obligans cum iuramento an præiudicet ſibi in augmento ſtante læſione. ibid. 14.

Mulier ſe obligans ſibi præiudicat aliquibus in caſibus. ibid. 15. 16. & 19.

MVRVS

INDEX

MVRVS *quando dicatur deſtinatus ad eleuandum, & cui onus probandi incumbat, & quid in dubio iudicandum. 41.24.* 44
Vide infra Paries.

N

NATTA *in conſi.515.reprobatur.* 234.3. 197
NEGANS *amittit omne ius, quod habet in re negata.50.2.* 49
Neganti non aufertur in pœnam mendacij ius ſuum, niſi id ſpecialiter à lege exprimatur. ibid.4.
NEPOTES *ſuccedentes cum patruis tenentur imputare dotem matris in legitimam.237.14.* 201
Neptis excludit extraneum ſubſtitutum.188.4. 160
Neptis an ſubſtitutam de agnatione excludat ibid.6.8.& 9. limita vt nu.14.15.& 16.
Neptis an excludat ſubſtitutum, quando teſtamentum eſt factum à fœmina. ibid.12.
NOMEN, *& arma alterius deferre quis grauari poteſt, ſiue ex contractu ſiue ex teſtamento.270.1.*
Nomen, & arma alicuius an ſumenda ſint priuſquam adeatur hæreditas.ibid.3.
Nomen turpe an quis cogatur aſſumere.ibid.14.
Nominatio momentanea non releuat.ibid.5.
NOVA *opinio, ad quem ſpectet expoſitura alere.118.4.* 13
Nouus furnus ad emulationem conſtitui non poteſt. 16. 10. 17
Noui operis nunciatione facta an admittatur cautio, vt illa attenta reuocetur in ſtatum, an verò tempus trium menſium erit expectandum.204.1.2. & 5. 176
Nudandi animo quando quid fieri dicatur.125.8. 108
Nouatio ledit non fit, niſi expreſſè dicatur.ibid.9.
NOTARIVS *tenetur clauſulas conſuetas extendere ſtante præſertim dictione illa & cætera. 58.7.* 60
Notarius per ſtipulationem alteri acquirit.70.2. 69
Notarij duo ſi ſiat rogati de inſtrumento, an ſufficiat vnius ſubſcriptio.145.1.& 2. 123
Notarius non reuocat donationem ab eo pro abſente ſtipulatam.70.14. 70
Notarius an credatur, ſi in inſtrumento dicat mulierem certioratam.222.7. 186
NOTORIA *in ciuitate publicatione non egent.* 249. 4. 209
NVMERVS *liberorum ab oneribus non excuſat.* 267. 1. 224
Numerus liberorum diuerſimodè excuſationem adfert. ibidem.2.
Numerus duodecim liberorum ab omnibus muneribus excuſat. ibidem. 4. amplia, vt numero. 3.6.7. 8.9. & 10. & 13. 225
Numerus liberorum an excuſet à Gabellis ibid.4.
Numerus duodecim liberorum an excuſet ab oneribus, quæ belli cauſa imponuntur, & quid in donatiuis, & taxis.ibid. 15.& 16.
NVNDINÆ. 39.9. 41
Nundinæ quæ dicantur, & vnde ſic dictæ.264.1. 221
Nundinarum conceſſio ad ſolum Principem ſpectat. 264. 2. 221
Nundinarum exercitium non obſtante antiquiſſimo vſu auferre Princeps poteſt.ibid.3.

O

OBIECTVS *contra perſonas teſtium dari debent in actu iuramenti.259.1.* 215
Obiectus dati in prima inſtantia an poſſint probari in ſecunda.ibid.6.
OBLATIO *facta tutoribus valet.99.7.* 90
Oblatio agnatis, quando facienda ibid.12.
OBLIGATIO *in contracta conuentionali retrotrahitur.235.4.* 198
OFFICIALIS, *ſeu iudicens non debet eſſe de loco, vbi iudex deputatur.263.1.limita ſi ſit conſuetudo in contrarium.2.* 216
OLDRADVS *conſi.21.limitatur.248.7.* 207
ONERA *alterius quis portare non debet.239.1.* 202
Onera grauia non ſunt imponenda.257.10. 214
OPINIO, *quòd mater ferat æqualitatem inter filios ex diuerſo matrimonio eſt æquior, & humanior. 170. 11.* 144
Opinio, quòd mater non poſſit inæqualiter filios primi, & ſecundi matrimonij inſtituere, non procedit de neceſſitate. ibid.31.
OPPOSITIO *de iure tertij quibus in caſibus admittatur. 4.1.2.3.4.5.& 6.* 4

P

PACTVM, *quòd debitor carceratus non poſſit cedere, improbatur.36.3.* 37
Pactum factum ſuper prædio extenditur ad alluuionem.141.2. 119
Pactum de non diuidendo regulariter non valet. 142. 1. 122
Pactum de non diuidendo laudo nec præſcriptione firmari poteſt ibid.2.
Pactum de non diuidendo an iuramento in contractu poſito confirmari poſſit.ibid.3.& 4.
Pactum de ſtando in communione, licèt in perpetuum non valeat, poteſt tamen fieri ad vitam.ibid.5. 123
Pactum de futura ſucceſſione non valet, & qua ratione id conſtitutum ſit.225.1.& 2. 190
Pactum de futura ſucceſſione an iuramento conualidetur.ibid. 3.5.& 6.
Pactum de hæreditate factum valet in vim vltimæ voluntatis, ſi ſit quinque teſtibus aſſiſtentibus corroboratum. ibidem.7.
Pactum de futura ſucceſſione inter liberos factum an ſubſiſtat.ibid.8.& 9.
Pactum de hæreditate inter liberos valet, ſi æqualiter fiat diſtributio hæreditatis.ibid.10.
Pactum de futura ſucceſſione ſtante conſuetudine, vel ſtatuto toleratur.ibid.12.
Pactum, in quo ſit deterior dotis conditio, non valet. 230. 1. 193
Pactum, quòd non poſſit fieri probatio niſi per inſtrumenta, non valet.260.5. 215
PAPA *poteſt concedere inducias contra debitum iuratum. 186.5.* 158
Papa poteſt diſponere quò ad Iudæos ſuper vſuris. 57. 7. 58
PALOR, *& trepidatio in inquiſito an ſint perpetrati delicti ſufficientia indicia.24.4.& 10.* 23

Paris

INDEX

PARIA ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari. 133. 11. 107

PARIES deſtinatus ad eleuandum poteſt in alto ſocia attolli. 25. 1. 23

Paries quando communis in dubio iudicetur, ibid. 2.

Paries quando dicatur ad alterius eleuationem deſtinatus: ibidem. 3.

Parietem proprium habens ſuper muro communi poteſt ſocio inuito ſuper ædificare. 41. 5. 42

Parietis forma antiqua mutari à ſocio non poteſt. ibid. 9.

Paries ex feneſtrellis communis indicatur. 212. 1. 184

Paries communis in dubio iudicatur fauore illius, qui plura ſigna communionis oſtendit, ibid. 4.

In pariete antiquo an liceat ſuper ædificare. 23. 4. 23

PATER non cenſetur mutaſſe teſtamentum, ſi poſt natiuitatem poſthumum illud non reuocauit. 121. 4. 105

Pater ſi vnà cum filio ſuccedat conſequitur vſumfructum in illa hæreditate. 156. 131

Pater ſi aliquid relinquat filiæ in teſtamento, illud imputari debet in legitimam. 159. 16. 134

Pater an poſſit plus relinquere filijs ſecundi matrimonij quàm primi. 170. 10. & 11. 143

Pater poteſt pro alimentis relinquere quintam partem ſuæ hæreditatis. 211. 5. 180

Pater non tenetur dotare filiam ſpuriam, ſi aliunde dotem habere poteſt. ibid. 14.

Pater poteſt alimenta filio naturali legare, etiamſi habeat aliunde. ibid. 18.

Pater non tenetur filio naturali ſeu ſpurio robuſto, & qui ſeruire poſſit, alimenta præſtare ibid. 20.

Reliqua vide ſupra Alimenta.

Pater obligatur pro dote data filiæ. 137. 2. 118

Patris voluntas irrationabilis non eſt ſeruanda. 192. 10. 166

Pater poteſt pro filio contumace comparere. 265. 19. 223

PECVNIA eſt res mobilis. 160. 6. 135

Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata an in legato mobilium comprehendatur. ibid. 6.

Pecunia ad negotiationem deſtinata cenſetur res immobilis, & idem ſi fœnori ſit deſtinata. ibid. 9.

Pecunia credita reſtitui debet iuxta valorem currentem tempore obligationis, non autem ſolutionis. 174. 1. 148

Pecunia augmentum an in gabellis debeatur. 214. 1. 182

PENSIONES ex re vendita prouenientes cuius ſint. 56. 6. 53

PERPENDITVR diſpoſitio decreti noui Philiberti ſub titulo Dell'eſcuſſioni. & illius diſpoſitione attenta probatur diſtinctio Ludouici. Deciſio. Peruſ. 45 num. 8. 52. num. 7. 51

PLVRIBVS rem cum muliere habentibus cuius natus filius eſſe præſumatur. 3. 6. 4

PLVS debito petente actore, an liceat totum negare: variæ opiniones diſtinctione propoſita referuntur. 231. 1. 2. & 3. 195

POCVLVM ad abortionem præbens pro vita matris an teneatur. 12. 11. 12

POENA adiecta quantitatis dationi, vt in fraudem vſurarum appoſita, peti non poteſt. 79. 1. 75

Pœna adiecta à iudice in condemnatione, quam debitor ſpontaneè facit, & parti ac fiſco in caſum non factæ ſolutionis applicata, an debeatur. ibid. 2.

Pœna non debetur niſi quatenus, & quanti intereſt. ibidem. 3. 76

Pœna contumaciæ fiſco non debetur, niſi quatenus intereſt. 98. 1. 89

Pœna ex contractu priuati fiſco debetur. ibid. 3.

Pœna delicti pecuniaria, eſt offenſo domino in ſuæ iniuriæ vltionem applicanda. 266. 2. 225

POSITIONIBVS an per procuratorem reſponderi poſſit. 17. 1. 18

Poſitionibus per principalem regulariter eſt reſpondendum, & qualiter procedit. ibid. 1. & 3.

POSSESSIO an dotis cauſa ſicut dominium transferatur. 48. 5. 48

Poſſeſſionis retentio cui danda, ſi æquales ſint collitigantium probationes, variæ ſententiæ referuntur. 205. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. 177

Poſſeſſio an per conſtitutum poſſit etiam manente adhuc penes conſtituentem in alium transferri. 213. 9. 181

Poſſeſſorii cauſa eſt prius tractanda quàm petitorii. 15. 5. 14

Poſſeſſorii cauſa coram iudice laico tractatur. 137. 6. 115

POSTHVMVS grauatus reſtituere hæreditatem ab inteſtato per clauſulam codicillarem an detrahat duas quartas. 141. 18. 122

POST dictio, aliquando incontinenti, aliquando ex interuallo apud ſcribentes ponitur. 30. 1. 31

Poſt, & poſteà dictiones ſolæ prolatæ non concludunt, ideò declaratione eiuſdem deponentis opus habent. ibid. 2. 31

PRAECARII effectus tranſit in hæredem tanquam votas precarium. 95. 2. 96

PRAESCRIPTIO non currit in his, quæ meræ facultatis ſunt, & quid ſi præſcriptio immemorabilis ſit. 16. 3. 16

Præſcriptio immemorabilis & centenaria habet vim tituli, & conceſſionis. ibid. 4.

Præſcriptio legitimi temporis imo etiam longi contra ignorantes currit. 134. 11. 116

Præſcriptio quomodo curratin præſcriptione canonis emphyteotici. 179. 4. & 5. & quid ſtante interpellatione. 153

Præſcriptio 20. annorum non procedit in atrocioribus delictis. 108. & 3. 178

Præſcriptio conuentionalis quæ cœpit currere maiori currit etiam filio pupillo abſque ſpe reſtitutionis in integrum. 103. 1. 94

Præſcriptio an currat, ſi cum minore aliquid geſtum fuerit. 103. 3. 95

Præſcriptio temporis non officit, quia contractus ad æquitatem reducatur. 226. 4. 191

Præſcriptio non currit in actu reiterabili. 239. 6. 202

Præſcriptio non habet locum in his, quæ meræ ſunt facultatis. 245. 4. 205

Præſcribitur per 20. annos in criminalibus. 76. 2. 74

Præſcribitur qualitas ſolutionis in gabellis, ſicut in cenſibus. 214. 3. 182

PRAESES Senatus qualiter votum ſuum proferre debeat in pari numero votantium. 1. 4. 1

Præſidis ſententia non præualet in cauſis criminalibus. 1. 13. 1

PRAESENTATIO inquiſiti ante corpus occiſi poſt duos, vel plures dies fieri poteſt. 173. 4. 147

Præſentatio inquiſiti ante corpus occiſi fieri poteſt, etiam quando agitur contra mandantem. ibid. 5.

PRINCEPS iuſtus contra legem nihil ſtatuere poteſt. 15. 3. 15

Princeps ordinem iudiciorum ſeruare non tenetur. ibid. 4.

6 Princeps

Princeps poteſt in modico ex certa ſcientia ius tertij lędere, & auferre. ibid.5.
Princeps à legum ſolennibus, & iuris apicibus ſolutus eſt, & ab his, quę iure poſitiuo ſunt inducta. ibid.6.
Princeps non poteſt prohibere ſubditos, ne vadant ad illorum molendinum.16.5. 16
Princeps ſoluendo intereſſe poteſt aliud molendinum in vaſalli praiudicium conſtruere. ibid.6.
Principis, & prælatorum ſola promiſſio iuramento æquiparatur.47.11. 47
Princeps an poſſit impuberi teſtamenti factionem concedere. 87.2.5.9. & 10. 79
Princeps cum ſit ſupra ius poſitiuum, contra ea, quæ ſunt de iure poſitiuo, diſpenſat. ibid.3.
Princeps contra ius naturale non diſpenſat. ibid.6.
Princeps contra tertij præiudicium diſponendo nihil agit. ibidem.7.
Principis poteſtas abſoluta quæ dicatur, & an licita ſit.91.1. 82
Principis poteſtas ordinaria quæ ſit. ibid.2.
Princeps an ordinare poſſit, vt quis in emptione præferatur, & an cogere ad retrouendendum rem iam emptam. ibid.3. & 5.
Principe aliquid concedente iuſta conceſſio præſumitur. 57.6. 53
Princeps non debet ſe intromittere in negotijs eccleſiaſticis. 131.1. 114
Princeps non poteſt prohibere, ne quis beneficium impetret ſine illius beneplacito. ibid.4.
Princeps poteſt facere reductionem bonorum Eccleſiaſticorum vacantium ad manus ſuas. ibid.11.
Princeps inueſtitus de regalibus cum mero imperio, &c. priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis.131.2. 114
Princeps contra formam decreti prohibentis appellationem non poteſt remiſſionem committere.122.3. 105
Princeps poteſt iuri in ſpe quæſito derogare.227.10. 192
Princeps ex certa ſcientia poteſt naturam feudi alterare. ibidem.11.
Principis confirmatio an requiratur in reformatione ſtatuti. 249.9. 209
Princeps in modico ius partis lędere poteſt.263.3. 217
Princeps poteſt ex gratia admittere in criminalibus procuratorem ad defendendum.265.17. 223
Princeps non poteſt remittere conditionem deferendi nomen, & arma.270.6.
Princeps vſuras etiam moderatas permittere non poteſt. 57.5. 54
PRIVILEGIVM *inductum à Papa, vt coloni eccleſiarum idem priuilegium habeant, quod eccleſijs conceſſum eſt, non valet in præiudicium dominorum laicorum, in quorum territorio tale priuilegium imploratur.22.7.* 22
Priuilegium ciuitatibus, & oppidis conceſſum pro cauſis definiendis non derogat l.1.C. quando Imper. inter pupil. & vid. 177.9. 151
Priuilegium l.1. C. quando Imperator non cenſetur ſublatum, niſi expreſsè in inueſtitura dicatur. ibid.12.
PROBATIO.
Probandi onus cui incumbat ad demonſtrandam prohibitionem factam, vel non.16.8. 17
Probatio ex poſt facto non admittitur.220.3. 185
Probans per vnum teſtem ſi obtinuit medio iuramento ſuppletiuo an obtinere poſſit in expenſis. 236.nu.1. 2. & 3. 199
Probatio contra iuramentum non admittitur.240.2. 202
Probatio ſi ex conuentione, vel ſtatuto facienda ſit per ſcripturam, an ſit locus oblationi iuramenti.256.1. 213
PROCVRATOR *priuati conſtitui poteſt ad futura. 59.1.* 60
Procurator, vel ſindicus ab vniuerſitate ſeu capitulo conſtitutus ad ſingulas, & omnes cauſas tàm ad futuras etiam conſtitutus, cenſeatur. ibid.2.
Procurator generaliter conſtitutus ad omnes cauſas an per ſecundam ſpecialem conſtitutionem cenſeatur reuocatus. 107.1. 97
Procurator poſt ſecundum mandatum primo mandato vti non poteſt. ibid.3.
Procurator an de calumnia pro domino abſente iurare poſſit. 17.2. 18
Procurator, vel coniunctus pro contumace non admittitur. 265.6. 222
Procurator in criminalibus non admittitur. 295. 2. & 16. 222
PROHIBITIO *alienationis ſicut fideicommiſſum, ita etiam vocationem filiorum in conditione poſitorum inducit.96.29. & 30.* 88
PROMISSIO *de vendendo an æquiparetur venditioni.233.1.* 196
Promittens vendere poteſt ex æquitate cogi ad tradendum. ibid.3. & 6.
Promiſſio aliquando habetur pro ipſo contractu. ibid.4. contra.5.
Promiſſio ſimplex, & ſub verbo veritatis facta obligat non minus quàm iuramentum. ibid.2.
Promittere, & ſoluere quando æquiparentur.190.20. 163
Promittens vendere cum iuramento an vendidiſſe dicat. 233. 8. 197
PROPINQVIORIS *appellatione etiam fœmina continetur.148. 10.* 208
PROROGATIO *nihil de nouo inducit, niſi tertij præiudicium reſpiciat.115.2.* 108
Prorogatio anni ſoluendi facta debitori, fideiuſſorem liberat. ibid.7.
PROTESTATIO *ius proteſtantis conſeruat. 227. 13.* 193
PROXIMIOR *quis dicatur, ſi teſtator ſubſtituat proximiorem ſuperuiuentem, variæ opiniones referuntur.64.1. 2.3.4. & 5.* 65
Proximior an intelligatur ex iuris fictione an ex veritate. 65.1. 67
Proximitas vera, & naturalis in fideicommiſſis attenditur. ibid.2.
Proximitas non attenditur ſi grauatus filios, & deſcendentes reliquerit. ibid.4.
PVBLICATIO *non requiritur, vbi eſt ſcientia. 249. 5. & 10.* 209
PVPILLARIS *ſubſtitutio ſub compendioſa generalitate verborum extenditur.200.3.* 172
Pupillaris expreſſa an à legitima matrem excludat, & quid in foro conſcientiæ. ibid.7.
Pupillaris ſubintellecta virtute clauſulæ vulgariter, pupillariter, &c. an ſit eius potentiæ, vt matrem etiam excludat à legitima. ibid.9.
Reliqua vide infra Subſtitutio.
Pupillus an pro debito patris teneatur ſoluere intereſſe à die moræ ſui patris.247.1. & 2. 206

Quadricu-

INDEX

Q

QVADRIENNIVM *quod currit ad petendam reſtitutionem, durat etiam per centum annos ſtante ignorantia petentis.* 134. 4. & 8. 115

QVITTATIO *generalis vti captioſa per creditorem peti non poteſt.* 74.1. 73

Quittatio particularis peti poteſt etiam per inſtrumentum. ibid. 2.

Quittatio generalis adminiſtrationis an peti poſſit. ibid. 3. 4. & 6.

Quittatio generalis à pupillo facta etiam cum decreto iudicis, & cum iuramento non tollit reuiſionem rationis, & ad quæ extendatur. ibid. 7.

R

RAPERE *an dicatur, qui doloſis ſuaſionibus liberam aliquam mulierem abducit.* 217. 5. 184

Rapere an dicatur, qui abducit volentem, ſed in alterius manu conſtitutam. ibid. 7.

Rapere an dicatur, qui ex poſt volentem rapuit. ibid. 8.

Raptus pœna eſt capitalis, & quando id verũ ſit. 217.1. 183

Raptus pœna an plectatur, qui volentem rapuit, ſeu magis abduxit. ibid. 3.

Raptus an dicatur, ſi inuita mulier cauſa matrimonij contrahendi fuerit abducta, quando poſtea volens contrahit matrimonium. ibid. 6.

Raptus pœna ordinaria an plectatur, qui ſuaſionibus non liberam mulierem abducit. ibid. 9.

RATIFICATIO *non retrotrahitur in præiudicium tertij.* 7.3. 6

REDVCTIO *à laudo apud quem iudicem petenda ſit.* 14.1. 13

Reductio à laudo eſt ad inſtar appellationis ibid. 2.7.

Reductio ad manus regias poſſeſſionẽ rei nõ tollit. 131.9. 114

REFORMATIO *ſtatuti quando perfecta dicatur.* 249.8. 209

REGISTRATIO *obligat ad ſolutionem onerum.* 149.4. 138

REGVLA *non eſt obligaturium. de reg. iur. in ſexto. qualiter ſit intelligenda.* 32.4. 33

Regula. l. altius. C. de ſeruit. limitatur. 216.1. 183

REMEDIVM *canonis reintegrandæ datur contra titulo poſſidentem, & bona fide in cauſis laicorum.* 39.1. 29

Remedio c. reintegrandæ præſcribitur per 10. *annos inter præſentes. ibid.* 2.

Remedium. l. fin. C. de acq. poſſ. ad heredes tranſit. 53.3. *quod declaratur.* 4. 52

Remed. l. fi. C. de acquir. poſſ. an ſubintelligatur ſub illa clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari. ibid. 5.

Remedium. l. final. ſeu conſtitutam an intentari poſſit ſi debitum non ſit liquidatum cum principali debitore. 52.6. 52

Remedium. l. 2. C. de reſcind. venditio. habet locum in enormiſſima læſione non obſtante iuramento. 165.6. 140

Remedio manutenendæ intentato, ſi vtraque pars in probatione deficiat, ſed vnus edoceat de titulo, quid iudicandum. 206.15. 177

Remedium. l. 2. C. de reſcind. vendi. procedit etiam in diuiſione. 239.5. 202

REMISSIO *mercedis propter ſterilitatem quando, & qualiter fiat.* 108. 2. 98

Remiſſio mercedis propter ſterilitatem regulariter non fit emphyteotæ. 20.3. 20

RENVNCIATIO *matris non obſtat nepotibus venientibus ad ſucceſſionem aui.* 128.3. 118

Renunciatio ſine certioratione non valet. 222.7. 186

Renunciatio benef. auth. ſi qua mulier. C. ad Velleia. per mulierem facta non valet. 223.3. 188

Renunciatio hypothecæ à muliere cum iuramento facta an teneat. ibid. 17.

Renunciari non poteſt priuilegio. l. 2. *C. quando imper. inter. pup. & vid.* 177.5. 151

REPRESENTATIO *non eſt neceſſaria inter tranſuerſales in pari gradu ſuccedentes.* 162.5. 138

RESERVATIO *iurium primæ obligationis facit, vt non liberetur fideiuſſor facta prorogatione.* 125.5. 108

Reſeruans ſibi facultatem diſponendi in vita an poſſit de reſeruatis teſtari. 209.1. 179

RESISTENS *executioni nullæ an puniatur.* 95.3. 84

RESTITVERE *& reintegrare verbum quid importet.* 29.4. & 9. 29

RESTITVTIO *operatur, vt res reuertatur in priſtinum ſtatum, & priorem vim inducat.* 9.4. 7

Reſtitutio in integrum an detur matri aduerſus hæreditatem ab infante non aditam. 88.4. & 6. 80

Reſtitutio in integrum datur minori ex capite ignorantiæ, vel ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa. 103.4. *contra* 5. 95

Reſtitutio competit ex capite ignorantiæ, ſi præſcriptio finiatur in infantili ætate. ibid. 6.

Reſtitutioni vt ſit locus, ignorantia probabilis requiritur, & quæ illa ſit. ibid. 7.

Reſtitutio in integrum an detur minori ex capite ignorantiæ, ſi tutor ſciebat, præſertim ſi ſit ſoluendo. ibid. 8. & 9.

Reſtitutio, & prorogatio nulla datur minori aduerſus temporis lapſum ſtante conuentione cum defuncto facta, & iuramento firmata, quod nulla prorogatio etiam interueniente caſu fortuito peti poſſit. ibid. 10.

Reſtitutio in integrum à minore poſtulata executionem trium conformium ſententiarum non impedit. 122.4. 105

Reſtitutio aduerſus preſcriptionem ex capite ignorantiæ ſolet concedi. 133.1. 115

Reſtitutio an poſt quadriennium ex cauſa ignorantiæ peti poſſit. ibid. 2. & 3.

Reſtitutio ex capite ignorantiæ intra quadriennium conceditur etiam poſt centum annos. ibid. 4.

Reſtitutio ex capite ignorantiæ an detur aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis. 134.1.9. & 10. 115

Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionem 30. *annorum ex capite ignorantiæ. ibid.* 2.5. & 15.

Reſtitutio aduerſus præſcriptionem 40. *annorum datur ex cauſa ignorantiæ. ibid.* 3. *contra.* 6.

Reſtitutio excluditur per longam præſcriptionem. ibid. 7.

Reſtitutio non datur minori aduerſus præſcriptionem 40. *annorum. ibid.* 14.

Reſtitutio in integrum petita an impediat ſententiæ executionem. 181.3. 155

Reſtitutio hæreditatis facienda eſt per poſthumum non expectata ſui morte. 141. 13. 121

Pinguius eſt reſtitutionis remedium quàm refectionis expenſarum. 9.10. 8

RETROVENDERE *promittens obligatur.* 239. 9. 197

REVISIO *reuiſionis an concedi poſſit.* 246.1. 206

Reuiſio an concedatur, quando ſententiæ non ſunt conformes, ſed tamen ſumus in quarta inſtantia. ibid. 2.

INDEX

Reuiſionis remedium quare introductum. ibid.4.
REVS debendi obligatus ex cauſa neceſſaria ſoluendo totum petit à correo liberationem, ſecus ſi ex cauſa voluntaria,& liberali. 191.3. 165
ROMAN. conſi.175.declaratur.235.5. 283

S

SALVAGVARDIÆ rupta cognitio an vaſſallo ſpectet.132.1.& 3. 114
SALVIANVM interdictum eſt pinguius, & vtilius hypothecaria. 175.1. 149
Saluianum remedium intentans ſufficit, quòd probet poſſeſſionem debitoris. ibid.2.
Saluianum interdictum cui detur, & quando competat. 176.1. 150
Saluianum remedium datur contra quemcunque poſſeſſorem pro rebus conductoris, & coloni.ibid.2.
Saluianum remedium an procedat in locatione prædiorum vrbanorum. ibid.3.
Saluianum directum competit quando bona inuecta,& illata ſunt expreſsè hypothecata.ibid.4.
Saluianum remedium vtile quando competat, & contra quē detur.ibid.5.
Saluianum interdictum an competat contra quemlibet poſſeſſorem ex alia cauſa quam locationis, variæ ſententiæ proferuntur ibid.8. 9.& 10.
SANGVIS profluens ex cicatricibus occiſi, an ſit ſufficiens indicium ad torturam.173.1.& 2. 147
Sanguis profluens ex naribus, aut ore mortui ante præſentationem inquiſiti facit indicium. ibid.3.
SCRIPTVRAM priuatam cum alterius damno lacerans, vel comburens non dicitur verè falſum committere.171.4. 146
Scripturæ in iuramento manu tangendæ ſunt.47.16. 48
SENATVS ſtylus in rogandis ſententijs.1.1. 1
Senatus, qui minor numero altero eſt an etiam authoritate minor ſit.1.11. 3
Senatus ſententiis æquiparat ſententijs Præfecti prætorio.31.3
Senatus ſolet concedere literas euocationis cauſarū, in cauſis viduarum,& miſerabilium perſonarum. 177.2. 151
Senatus ſententia circa legitimam poſt bonorum publicationem filiis aſſignandam reprobatur. 198.7. 170
Senatus ſententia in ea. q. an filia excluſa faciat partem. 150.18. 134
Senatus an poſſit poſt ſententiam latam, & publicatam mutare de pecuniaria in corporalem pœnam impoſitam. 232.1,& 2. 196
Senatus authoritas & origo.In præfatione.
Senatorum vota non reuelanda,& de pœna reuelātis.1.14. 3
SENTENTIA plurium licet iuniorū ſequenda.1.2.1.
Sententia lata de conſilio expertorum an retractari poſſit. 25.1.& 2. 24
Sententia lata de conſilio ſapientis an tranſeat in rem iudicatam.ibid.3.
Sententia lata eadem die qua fuerunt præſentatæ literæ appellationis cum inhibitione, an per viam attentatorum reuocari poſſit. 49.2. 49
Sententia lata poſt appellationem an in dubio ante inhibitionem lata præſumatur, & quis actus præceſſiſſe præſumatur. ibid.3.
Sententia lata cum clauſula Alio non edocto, vel ſtantibus actis prout ſtant, tranſit in rem iudicatam.81.1. 76
Sententia aduerſus pupillos eſt ipſo iure nulla.99. 21. 91
Sententia inter emptorem, & tertium contendentem lata, an ſufficiat, vt de euictione agatur.92.1.& 2. 94
Sententia, quę tranſitum fecit in iudicatum, facit, vt de euictione venditor teneatur, 102.3. 94
Sententię tres quando conformes dicantur.122.5. 105
Sententia an conformis dicatur, ſi differat in expenſis, & an tunc executioni mandetur. 122.6. 105
Sententia vltima exequi poterit in illa parte, in qua alijs conformis eſt appellatione non obſtante. ibid.7.
Sententia non dicitur conformis, ſi in ſubſtantia differat.ibi.8.
Sententia differens in ſumma pecuniaria an dicatur conformis.ibid.10.
Sententia an conformis dicatur, ſi dicat ſecundam latam extra fatalia,& primam in meritis confirmat.ibid.11.
Sententia ſuper deſertione pronuncians an conformis dici poſſit.ibid.12.
Sententia lata cum clauſula alio non apparente, an conformis dicatur.ibid. 13.
Sententia, quę nulla fuit declarata, an executioni mandetur. ibid.14.
Sententia in contumaciam lata an faciat numerum ad dicendum tres ſententias conformes.ibid.15.
Sententia Senatus habet executionem paratam.181.1. 154
Sententia Senatus habet executionem, etiamſi ſit lata in prima inſtantia.ibid.2.
Sententia nocet ſubſtituto non vocato.194.5. 167
Sententia nulla non meretur nomen ſententię.228.3. 193
Sententia arbitrorum dubia eſt per iudicem ordinarium declaranda.253.1. 218
Sententia in criminalibus nunquam tranſit in rem iudicatam. 262.4. 217
SEPVLTVRAM teſtatoris eligere quis cogi poteſt. 270.4.
SERVI perpetui eccleſię eodem priuilegio cum eccleſiis vtuntur. 22.5. 22
Seruitus augeri non poteſt.41.6. 42
SERVIANA actio contra quem competat, & quando illi locus ſit.176.6. 150
SOCIETAS morte ſoluitur.242.1.limita.5. 204
Societas non durat in hęrede defuncti licèt expreſsè conuentum aliter eſſet. ibid.2.
Societas licèt finiatur morte, commoda tamen,& emolumenta cum hęredibus diuidi poſſunt.ibid.4.
SOCIVS inuito ſocio vtitur re communi ad illum vſum deſtinata. 41.1. 42
Socius poteſt vti re communi etiam cum alterius nocumento, quando res extat ad talem vſum deſtinata. ibid.2.
Socius inuitus cogitur ad ædificandum, & contribuendum in expenſis pro refectione ſeu reparatione muri cōmunis.ibi.3.
Socius ſuper ædificans tenetur communicare ſocio parietem ſuper ædificatum, & an paries communis ipſo iure fiat etiam non ſoluta parte muri, & quid ſi ſe vtendo inuicem impediant.ibid.7.
Socij non poſſunt inuicem ſe impedientes fabricare.ibid.8.
Socius non poteſt vti re communi ad æmulationem,& quando dicatur ad æmulationem fieri, remiſſiuè.ibid.10.
Socius non vtitur re communi iure ſeruitutis.ibid.11.
Socius murum tenuem etiam ad id deſtinatum tollere non poteſt.ibid.12.
Socius inuito ſocio rè communi non vtitur, ſi ad eum vſum à principio

principio non fuerit deſtinata.ibid.13.
Socius rem communem ſocio inuito non reficit, niſi refectio neceſſaria ſit.ibid.14.
Socius feneſtram, aut foramen in muro communi inuito ſocio facere non poteſt.ibid.15.
Socius an prope rem communem aliquid facere poſſit, & quo modo factum teneat.ibid.16.
Socius an poſſit propria authoritate demolire rem à ſocio factam.ibid.17.
Socius non vtitur re non deſtinata. etiamſi velis communicare quod ſit, niſi eius nihil interſit.ibid.18.
Socius penum ſubterraneum in muro communi facere an poſſit.ibid.19.
Socius poteſt vti muro communi pro diuiſo pro ea parte, quæ propria eſt, & quando murus pro diuiſo, vel indiuiſo iudicandus ſit.ibid.23.
Socius nomine proprio contrahens an alios obliget.136.3. 117
Socii obligantur ex geſtis alterius ſocij ſi exiet mandatum. ibid.4.
Socij ex contractu vnius ex ſocijs non poſſunt conueniri, ſi agens illorum fidem non eſt ſequutus, ſed contrahentis.ibidem.6.
Socius non poteſt canalem iuxta parietem vicini apponere, quo illius paries deterioretur.115.4. 105
Socij ſimul furtum facientes tenentur inſolidum.254.3. 212
SOLVTIONI canonis aa præſcribatur. 179.2.3. 153
SPECVLATORIS opinio de reductione examinata.143. 13
SPOLIATVS ante omnia eſt reſtituendus.15.2. 15
SPVRIA legitimata per Comitem Palatinum an ſuccedat in præiudicium agnatorum facta per Principem confirmatione.69.1. 69
Spurius non dicitur turpis perſona.126.1. 109
Spurius ab extraneo inſtitui non prohibetur.ibid.2.
Spurius infamis perſona dicitur.ibid.3.
Spurius tanquam leui macula ſaltem aſperſus hæres inſtitui non poteſt.ibid.4.
Spurius virtute, & dignitate decoratus hæres inſtitui non prohibetur inter tranſuerſales.ibid.6. 110
Spurius à Principe legitimatus poteſt inſtitui.ibid.7.
Spurio inſtituto per querelam a fratre inſtitutam non obtinente hæreditatem locus erit ſubſtituto.127.4.contra.5.& 21.
STATVTVM puniens occidentem hominem pœna capitis non ampliatū ad eum, qui abortui cauſam dedit.12.9.11
Statutum dictans, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, eſt contra ius commune, & reſtringendum.26.1. 25
Statutū auferens liberā teſtandi facultatē an valeat.34.3. 35
Statuti diſpoſitio alterari per teſtatorem non poteſt.ib.2.
Statuti verba cum de perſonarum excluſione agitur ſunt ſtricte interpretanda.37.1. 38
Statutum fœminas excludens propter agnatos intelligitur de his, qui ſunt in pari gradu.ibid.3.
Statutum excludens cognatos factum eſt cauſa agnationis conſeruanda ibid.5.
Statuta agnationis conſeruationem reſpicientia ſunt fauorabilia, & extendenda ibid.6.
Statutum reſpiciens agnationis fauorē fœminas excludit.ibi.7.
Statutum regulari debet ſecundum ius commune.53.2. 52
Statutum excludens dotatam cenſetur ab hæreditate dotantis tantum excludere.62.1.amplia, vt nu.2. 62
Statutum non ſpecificans perſonas dotantes ſed à quarum hæreditate excluditur, an excludat dotatam à bonis dotantis, vel omnium nominatorum.ibid.3.
Statutum, quòd dotata à patre, fratre, vel patruo excludatur à prædictorum ſucceſſione, excludit ab omnium etiam non dotantium ſucceſſione.ibid.4.
Statutum enumerans eaſdem perſonas in dotatione quas in excluſione ab omnium ſucceſſione excludit.ibi.5.
Statutum excludens à perſona non numerata ſucceſſione, an à ſolius nominatæ hæreditate dotatam excludat.ibi.6.
Statuti verba antecedentia, & ſubſequentia ſunt ad vnguem pro intelligentia obſeruanda.ibid.3. 98
Statutū extēditur ſi in vtroq; caſu par vigeat ratio.63.4. 64
Statuto fieri poteſt, vt impubes teſtari valeat.87.4 79
Statuti ius potentior eſt diſpoſitione.87.8. 72
Statutum excludens dotatam ab hæreditate intelligitur ſi tempore mortis illius de cuius hæreditate agitur mulier dotata reperitur.101.1.limita. vt nu.8.9.10.11.& 12. 92
Statutum qualificans tempus petitionis non autem ſucceſſionis excludit dotatam, etiam poſt aditam hæreditatem.101.5.ſed contra.6. 93
Statuta debent intelligi iuxta ea, quæ ē biter accidunt.101.7. 23
Statutum requirens dotatam eſſe, ſeu maritatam filiam an ſit copulatiuè intelligendum.101.3. 94
Statuto filiam excludente poteſt index ex officio illam à ſucceſſione repellere.101.4. 94
Statuto ſtāte, quod bona publicent, an legitima debeat.104.3. 95
Statutum Taurinenſe excludens fœminas à ſucceſſione domorum, declaratur.263.9. 218
Statutum, quod in contumaciam delinquentis pronuncietur delictum pro confeſſo, eſt obſeruandum.265.9. 222.
Statutum de lucro dotis an extendatur ad forenſes.106.2. 97
Statutum viri in lucro dotis ſpectatur.ibid.3.
Statuti beneficium ad forenſes non extenditur.ibi.4.
Statutum, vbi agitur de ſuccedendo, & de bonis ſitis in territorio ſtatuentium, non comprehendit forenſes.ibid.5.
Statutum non extendit ad dotem, & bona dotalia.122.4 107
Statutum prohibens ſucceſſionem forenſi non obſtat.ibid.8.
Statuto ſtante, quod forenſis non ſuccedat pater, vel alius dotem dans pecunia non priuatur mortua muliere, licèt ab immobilibus excludantur.ibid.14.
Statutum mandans, quod nullus poſſit adipiſci poſſeſſionem ſine placito officialis, vel Principis an ſubſiſtat.131.1.& 7. 114
Statutum Taurini, quo cauetur, vt ciuis non fideiubeat pro forenſi, non eſt ſeruandum.166.8. 141
Statutum mandans filiam dotari vſque ad quantitatem legitimæ facit filiam eſſe ſuam. 159.11. 134
Statutum Taurinenſe ſuper lucro dotis eſt in viridi obſeruantia, & ſeruandum.183.6. 156
Statutum de lucro dotis non includit legitimam.184.4. 157
Statutum de lucro dotis procedit in iocalibus, & corredo non in paraphernalib.magni valoris, & immobilib.195.7. 168
Statutum contra ius ſtrictè interpretari debet.ibid.2. 167
Statuto an induci poſſit, vt eccleſia collectas ſoluere pro acquirendis teneatur.234.5. 197
Statutum ciuitatis Hipporredia matrem à ſucceſſione filia excludens declaratur.238.1. 201
Statutū odioſum, & exorbitans ſtrictè eſt interpretandū. ibi.3.
Statutum excludens matrem eſt odioſum.ibid.4.
Statutum non ligat, niſi publicetur.249.6. 209
Statutum ſi dicat, quod ex nunc obſeruetur, intelligitur poſt publicationem.ibid.7.
Statutum Taurini deferens ſucceſſionem domorum agnatis, an excludat filias.263.1. 217

Statuta

Statuta fauorem agnationis reſpiciētia dicuntur fauorabilia, & latam capiunt interpretationem.ibid.2.
Statutum poteſt legitimam minuere.ibid.4.
Statutum ita interpretandum eſt, vt minus lædat ius commune quàm fieri poſſit.ibid.5.
Statuta ſunt reſtringenda, vt abſurdum euitetur.ibid.6.
Statutum non poteſt trahi ad perſonas non ſpecificatas in ipſo ſtatuto.ibi.7.
Statutū auferēs liberā teſtādi facultatē an valeat.269.1. 217
Statuta non ſunt ad literam intelligenda, quando reſultat prauus intellectus.ibid.5.
Statutum intelligitur ſecundū cōem vſum loquendi.ibi.8.
Statuti verba ſunt ſtrictè interpretanda.ibid.9.
Statutum ſi dicat, quòd verba ad literam intelligantur, non procedit in propria verborum ſignificatione.ibid.12.
Statutum Foſſani, quo diſponitur, q mater non poſſit teſtari in fauorem filiorum, an ſit fauorabile, vel odioſum.ibi.13.
STYLVS *iudiciorum, & curiæ ſemper eſt obſeruandus. 1.9.* 3
STIPVLATIO *dupla differt à ſimplici promiſſione euictionis.103.4.* 94
Stipulatio de dote habet vim teſtamenti.123.6. 107
Stipulatio à patre facta de dote ſibi reſtituenda intelligi debet non extantibus liberis.190.7.& 8. 163
Stipulatio patris eſt attendenda in ea queſtione, an nepotes debeant imputare dotem matris in legitimam.237.10. 200
STVPRATORI *variæ pœnę antiquitus ſtatuta.3.1.* 3
Stuprator virginem ſtupratam deſponſare tenetur. ibid.3.
Stuprans non viripotentem punitur pœna mortis.148.contra.2. 125
SVBDITVS *non poteſt prorogare iuriſdictionem vaſſallo inuito, & renitente.266.9.* 224
SVBSTITVTIO *ceſſat ceſſante conditione.60.1.* 61
Subſtitutio plures continens gradus deficiente medio tranſit ad vlteriorem.86.1. 78
Subſtitutionis vulgaris effectus eſt, vt teſtamentum à ſecundo gradu vires capiat.127.1. 110
Subſtitutio vulgaris adita hæreditate expirat. ibi.8.
Subſtitutio, quæ non valet iure directo, valet iure fideicommiſſi.128.5. 112
Subſtitutio per ius accreſcendi ſit tranſmiſſibilis.248.5. 207
Subſtitutus non turpis admittitur virtute clauſulæ codicillaris.128.4. 112
Subſtitutus an per neptem excludatur ſi nomen, & arma teſtatoris deferre fuerit grauatus.188.11. 161
Subſtituti citatio non requiritur in cauſa contra hæredem motæ.194.2. 167
SVCCESSIONIS *cauſa quando claudicare dicatur.5.5.* 6
SVCCESSOR *tenetur ex pacto anteceſſoris cum ſocio inito.41.4.* 42
Succeſſor in feudo habet iuſtam cauſam ignorandi rem eſſe feudalem.227.2. 191
Succeſſiuè dictio, ſtat illatiuè.248.15. 208

T

TACITA *licentia non ſufficit ad agendum. 129.3.* 113
Tacita pupillaris excludit matrem ſtantibus coniecturis, & filij ſubſtitutione.200.10.& 11. 173
TACTVS *ſcripturarum quando in iudiciali iuramento requiratur.47.5.& 6.* 47
Tactus ſcripturarum an in dubio præſumatur.ibid.18.
TALEA, *ſeu collecta an à prædij poſſeſſore, an verò ab eo, qui deſcriptus eſt in quinterneto exigatur.164.3.* 139
Talearum exactio qualiter in hac patria committatur. ibid.1.
TEMPVS *non currit, niſi à die ſcientiæ.260.3.* 215
TESTAMENTVM *an paratam habeat executionem.26.9.& quid in legato.10.* 26
Teſtamentum non valet contra diſpoſitionem ſtatuti de lucro dotis.106.1. 97
Teſtamentum fratris magis quàm patris rumpitur odio turpis perſonæ.127.6. 111
Teſtamentum fratris per clauſulam codicillarem ſuſtinetur. 128.1.& 2. 111
Teſtamentum dementis per clauſulam codicillarem non ſuſtinetur.ibid.10.
Teſtamentum fratris ſuſtinetur inſtituta turpi perſona, ſi legitima relinquatur, vel minus.ibid.11.& 12.
Teſtamentum ex clauſula codicillari reconualeſcit mortuo poſthumo viuo patre. Et quid ſi moriatur poſt patrem in pupillari ætate.141.16.& 17. 122
Teſtamentum filijſfamilias valet in rebus, in quibus pater habet vſumfructum.150.3.contra.11. 127
Teſtamentum filijſfamilias non ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, nec etiam in vim donationis cauſa mortis. ibid.12.
Teſtamentum filij non valet etiam ad pias cauſas.ibid.13.
Teſtamentum tempore peſtis factum cum minori numero ſeptem teſtium an ſubſiſtat.180.1. 153
Teſtamentum à die mortis teſtatoris vires capit.168.6. 142
Teſtamentum aliquando valet cum numero duorum teſtium, vt in terris eccleſiæ.180.2. 154
Teſtamentum licèt fiat in vita, tamen non ſumit robur niſi poſt mortem.209.2. 179
In dubio iudicandum eſt fauore teſtamenti.58.9. 60
TESTATORIS *voluntas in ſubſtitutionibus regulanda eſt ſecundum voluntatem, quam demonſtrauit in inſtitutione.188.7.* 161
Teſtatoris voluntas in teſtamento nullo eſt ſeruanda. 192.12. 166
TESTES *an teneantur die feriata deponere ſtante renunciatione partium.39.2.* 40
Teſtis an cogatur inuitus à loco ad alium pro depoſitione accedere.ibid.3.
Teſtes cogi poſſunt ad deponendum, quod ſciunt de negotio, Et p viam torturæ, & qn id locum habeat.42.1.& 3. 44
Teſtis etiam in cauſa ciuili torqueri poteſt.ibid.2.
Teſtis repetitus an poſſit ſe referre ad primum examen. 255.8. 213
Teſtes ſunt diligenter interrogandi.261.2. 216
Teſtis quando ſuper non articulatis examinari poſſit. ibid.3.
Teſtes ab inquiſitore, ſeu fiſcali producuntur etiam poſt dicta teſtificata.262.2. 216
Teſtes, qui poſſunt in criminalib. produci poſt publicatas atteſtationes, an producātur ſi adſit tertius, qui faciat partem cum fiſco.ibid.5.
Teſtis ſi falſum deponat coram alio iudice quàm ſuo ordinario, per illum coram quo falſum depoſuit eſt puniendus. 266.3. 223
TESTIVM *repetitione conceſſa an alij teſtes cum repetendis examinari ſuper iiſdem capitulis poſſint.28.2.* 29

Tex.

INDEX

TEX. *decreti antiqui Sabaudiæ Philippi.c.1.§.item quod ſi interuentus declaratur.7.1.* 6
Tex.in c.1.de in integr.reſtitut.declaratur. 9.8. 7
Tex.in c.1.decreti Philiberti ſecundi, de qua inſtantia intelligatur, & varia interpretum ſententia de inſtantia loquentium explicata. 10.15. 9
Tex.in c.Moyſes.32.q.2.declaratur. 12.5. 10
Tex.in l.item Mela.§.ſed ſi plures.& l.ita vulneratus.ad l.Aquil.declarantur, & reſtringuntur.31.4. 32
Tex.in l.3.§.eadem.D.ad l.Iul.de vi public.ponderatur, & diſcutitur.5.7. 36
Tex.in §.ſed neque.auth. de fideiuſſ.cum.§. ab hoc.auth, de litigioſ.examinantur,& conciliantur. 53.5. 50
Tex. Leuitic.25.& Deuteron.23.declarantur. 57.4. 56
Tex.in c.poſt miſerabilem.& c.quanto.de vſur.declarãtur.ibidem 9.
Tex.in l.cum ita §. in fideicommiſſo.D. de legar.2. diſcutitur, & examinatur. 64.6. 66
Tex.in l.cum aquiliana.D.de tranſactio.declaratur.74.5. 73
Tex.in l.ſi infanti.C.de iur.deliber. non procedit in matre.88.3.& 4. 79
Tex.in l.hac conſultiſſima. §.ex imperfecto, an habeat locum in liberis naturalibus tantum non legitimis.94.1.& 2. 83
Tex.in §.Titius. ſi de feud.defuncti non procedit in feudo hæreditario.99. 2. 90
Textus plures, qui de pœna inceſtus tractant, enumerantur,& ponderantur.100.2. 93
Tex.in l.habere licere.D. de euiction. cum ſimilib. declaratur.102.5. 94
Tex.in l.Aemilius.de minor.declaratur. 103.4. 95
Tex in l.qui vniuerſas.§. quod per colonum.D.de acquir.poſſ. declaratur.95.7. 97.
Tex.in l.ſi quis cum procuratori.§.idem Iulianus.D.de procurat.declaratur.107.5. 98
Tex.in l.cum is qui.§.mulier ſi in ea.D.de condict.indeb.declaratur.112.4. 100
Tex.in l.nemo.§.qui frater.D.de hæred.inſtit.declaratur.113.6. 100
Tex.in c.inſtitutus.de religioſ.domib.declaratur.114.6. 101
Tex.in c.eccleſiarum ſeruus.12.q.2.declaratur.116.12. 102
Tex.in l. ſi cum Hermes.C.locat. declaratur. 125.10. 109
Tex.in l.3.§.fin. D.de liber.& poſth.declaratur.127.9. 111
Tex.in l.2.C. quib. non ob. longi tempo. præſcript. declaratur.134.12 116
Tex.in l.ſi.C.de temp.in interg.reſtit.declaratur.135.13. 116
Tex.in l.ſocij.in ſi.D.pro ſocio.declaratur.136.2. 117
Tex.in c.relatum.de teſtam.declaratur. 143. 2. 123
Tex.in §.ſin autem per vim. inſtit. de publ. indic. declaratur.148.3. 126
Tex.in auth.de reſtitut.& ea quæ par.in prin.declaratur.151.5. 128
Tex.in auth.item hæreditas. C.de bonis quæ liber. declaratur.156. 3. 131
Tex.in auth.de hæred. ab inteſt. venient.c.3. latè examinatur.162.6. 138
Tex.in l.ſi ita.D.de aur.& arg.legat.declaratur.168.5. 142
Tex.in §.ſi.auth.de nupt.qualiter procedat.170.9.& 12. 143
Tex.in c.finem litibus.de dolo,& contumac.examinatur.182.3. 155
Tex.in l.cum auus. de condit. procedit etiamſi reſtitutio eſſet facienda alteri filio teſtatoris. 188.10. 161
Tex.in §.ſi.inſtit.de fideicommiſſ.declaratur. 191.5. 165
Tex.in l.in lege Falcidia.D.ad l.Falcid.declaratur.191.7. 165
Tex.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis. D.de inoffic.teſtam. examinatur,& declaratur.200.6. 172
Tex.in c.ſi pater.de teſtam.lib.6.quando procedat.ibid.8.
Tex.in l.cum apud. D.iudic.ſolu. declaratur cum alijs ſimilibus.202.5. 174
Tex.in l.ſtipulatio de operis.§.1. l. de pupillo.§. ſi is cui. D.de oper.nou.nunc. & c.pen.& fin.eo.titu. varijs modis conciliantur.104. 4. 176
Tex.in l.querelam.C.de falſ.declaratur. 208.4. 179
Tex.in l.venditor.D. de iudic. an procedat in fiſco.213.2. & 3. 182
Tex.in l.Binas ædes.§. Marcellus declaratur, & an procedat in contractib.216.4 & 5. 183
Tex.in l.1.C.de rapt.virg.procedit etiam in muliere nupta,& in meretrice.217.2. 183
Tex.in c.ex reſcripto.de iur.iur.declaratur.222.13. 187
Tex.in auth.ſed nouo iure.C.de epiſcop. & cleric.declaratur.224. 3. 189
Tex.in l.2. & in l.Attilicinius. C.de pact.dotal.declarantur.230. 2. 195
Tex.in l.ſi ſcripſiſſet.36.de legat.2.declaratur. 235.5. 198
Tex.in l.qui ſe grauatos.C.de cenſib.examinatur.239.11. 202
Tex.in l.domos.61.de legat.1.examinatur.251.3. 210
Tex.in l.in re mandata. C.mandati. non habet locum in adminiſtratoribus.257.7. 214
Tex.in l.ſemper.§.legem.D.de iur.immunita. declaratur. 267.4. 225
Reliqua vide ſupra Lex.
TIGNORVM *impoſitio magis indicat communionem quàm ſeruitutem.219.2.& 5.* 184
TITVLVS *non requiritur ad præſcribendum, quando agitur de modica præiudicio.114.5.* 101
TORTVRA. *Extantibus in contrarium coniecturis non deuenitur ad torturam.24.13.* 24
TRANSMISSIO *iuris adeundi an fiat in matrem viuo auo paterno infante mortuo poſt patrem.88.1.& 7.* 79
TREBELLIANICA *an per grauatum detrahi debeat, quando legitima eſt ſemis,252.2.3.& 4.* 211
TVTORES *poſſunt cogi ad dandum congruam dotem filiæ.192.8.* 166
Tutor non poteſt feudi naturam in præiudicium pupilli alterare.227.12. 192

V

VASSALLVS *furnorum ædificationem prohibere poterit,ſi hoc ius habeat ex priuilegio,pacto,& conſuetudine.16.11.12.& 13.* 17
Vaſſallus cenſetur inueſtitus de prima cognitione priuatiuè quo ad dominum.177.3. 151
Vaſſallus induciales literas concedere non poteſt.186.9. 158
Vaſſallus non tenetur recognoſcere feudum, niſi requiſitus.227.1. 191
Vaſſallus inueſtitus de caſtro habet omnia emolumenta priuatiuè quo ad dominum.250.1. 210
Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione competit cauſarum cognitio priuatiuè quò ad dominum.226.4. 224
Vaſſallo ſpectat pœna ex edicto Principis deſcendens.ibid.6.
Vaſſallus inueſtitus de iuriſdictione poteſt ipſe illam in ſuo caſtro exercere.268.3.& quid ſi habeat conſortes.4. 225
VELLEIANO *Senatuſconſulto mulier etiam certiorata renunciare non poteſt.222.2.* 186

Venditor

INDEX

VENDITOR *læſus vltra dimidium, qui iurauit non vti beneficio l. 2. C. de reſcind. vendi. non poterit illud remedium intentare.165.1. contra.2.& 5.* 140

Venditor, qui cum iuramento renunciauit remedio l. 2. non poteſt petere ſupplementum pretij.165.3. 140

Venditio quando perfecta dicatur.233.2. 196

Venditio dicitur perfecta habita fide de pretio.ibid.10. 197

Promittens vendere an vendidiſſe dicatur.ibid.8.

VERBVM *relinquo in teſtamento poſitum an inſtitutionem denotet.58.4.* 60

Verbum lego adiectum certæ quantitati, vel ſummæ intelligitur legatum, & non inſtitutio.ibid.5.

Verbum lego in materia fauorabili latiſſimam habere debet interpretationem, vt actus valeat.ibid.8.

VESTES, *& mobilia dicuntur additamenta ad dotem.195.5.* 168

VIDVAE *an toto tempore viduali alimenta debeantur, etiam poſt annum luctus.44.2.* 45

Vidua diues habet priuilegium, de quo in l.1.C.quando imper. inter pupill. & vidu.177.3. 151

VIR *tenetur partum ex ſe conceptum ſtatim alere.3.7.* 4

VIRGINEM *corrumpens tenetur dotare.3.2.* 3

VIS *publica quando commiſſa dicatur.35.1.* 35

VNA *res poteſt diuerſo iure aliquando cenſeri.116.11.*102

VNIVERSITAS *non poteſt obligare abſentes, niſi conſtet de origine mutui.257.5.* 214

VOLVNTAS *coniecturata dicitur expreſſa voluntas.248.3.* 207

VOLO, *verbum denotat voluntatẽ cum effectu.233.7.*197

VOTVM *Præſidis ex Senatus ſtylo in paritate vocum cæteris præponderat.1.5.* 5

In pari numero votantium, & diuerſas ſententias proferentium quid ſeruandum.ibid.2.

VSVRAE *an debeantur vxori pro dote poſt annum non ſoluta, & quando debeantur.43.2.& 3.* 44

Vſuræ an debeantur pro mora hæredum in reſtitutione augmenti dotalis.45.1. 45

Vſura omnis tam iure naturali, quàm Diuino eſt prohibita.57.2. 56

VSVFRVCTV *mobilium legato qualiter reſtitutio fiat.80.1.* 76

Vſusfructus legatum cautionem requirit; nec talis cautio per teſtatorem remitti poteſt.80.2. 76

Vſufructu bonorum omnium legato pro rata legitima illud euaneſcit.137.3. 118

Vſufructu omnium bonorum legato veniunt futura, & poſt teſtamentum acquiſita.168.1. 142

Vſufructu legato vxori omnium bonorum tam mobilium quàm immobilium an veniant futura.ibid.3.& 4. 142

VTILITAS *maior præfertur minori.245.8.* 205

VXOR *ligatur ſtatutis viri.123.10.* 107

Vxor verberata flagellis poteſt diuertere.136.2. 115

Vxor inops, & vidua relicta capit quartam in bonis mariti alimentorum loco.44.3. 45

Vxor pro marito intercedere non poteſt.223.1. 188

Vxor etiam in criminalibus pro marito fideiubere non poteſt, fallit ex iuſta cauſa præſente iudice.ibid.7. 188

*Vxor fideiubens pro marito cum iuramento obligatur de iure Canonico, fallit ſi ãte enormi læſione.ibi.8.9.12.& 13.*188

Reliqua vide ſupra Mulier.

FINIS.